AUTHOR:

OEHLER, FRANZ

TITLE:

CORPORIS HAERESEOLOGICI

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1856-1861

Master Negative #

91-80185-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Ohler, Franz.
Corporis haereseologici. Berlin, 1856-1861.
3v. in 5.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 7/30/91 INITIALS N.T.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

VOLUME 1

CORPORIS

HAERESEOLOGICI

TOMUS PRIMUS.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PHILASTRI,

AUGUSTINI, PRAEDESTINATI, PSEUDO-TERTULLIANI, PSEUDO-HIERONYMI, ISIDORI, PAULI, HONORII

DE HAERESIBUS

ET

GENNADII

DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS

LIBRI

EDIDIT

FRANCISCUS OEHLER.

BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLVI.

CORPORIS HAERESEOLOGICI

TOMUS PRIMUS

CONTINENS

SCRIPTORES HAERESEOLOGICOS MINORES LATINOS

EDIDIT

FRANCISCUS OEHLER.

BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLVI.

PRAEFATIO.

Corpus Haereseologicum tomis absolvetur octo, quorum primus complectitur haereseographos minores Latinos, alter et tertius Epiphanii Panarium et Anacephalaeosin, quartus Theodoreti et Pseudo-Origenis libros, quintus Ioannis Damasceni, Leontii, Timothei compendia, adiunctis aliorum quorundam opusculis, sextus Irenaei libros, septimus atque octavus Nicetae Choniatae Thesaurum Orthodoxae Fidei, maximam partem adhuc ineditum.

Iam de singulis libris quos primus hic comprehendit tomus breviter dicam.

I. Philastrii sive **Philastri** (v. P. Galeardum ad librum S. Philastrii de Haeresibus Praefat., pag. VII sqq. Collect. Vett. Patrum Brixianae Ecclesiae, qui de nominis eius scriptura, de patria, de vita et aetate Philastri copiose et erudite disputavit) liber de Haeresibus primum prodiit Basileae anno MDXXVIII., cura Ioh. Sichardi, hoc titulo: **Philastrii Episcopi Brixiensis Haereseωn Catalogus.** Quo libro manu scripto usus sit Ioh. Sichardus neque ipse significat neque aliunde constat. Editionis principis, quae repetita est Basileae anno MDXXXIX., variantes scripturas diligentissime excerpsi atque annotavi, ne iis quidem omissis quae levioris momenti viderentur, postquam I. A. Fabricium ea opera minus plene perfunctum esse cognovi. Fabricii editio prodiit Hamburgi anno MDCCXXI. Multa feliciter correxit vir eruditissimus, plura temptavit, omnia diligentissime interpretatus est, at codice scripto usus est nullo, cum spes manu exarati alicuius exemplaris per Gisbertum Cuperum ex Italia obtinendi cum fefellisset. Fabricii editionem excepit luculentissima illa Pauli Galeardi, qui Brixiae anno MDCCXXXVIII. in Collectione Veterum Patrum Ecclesiae Brixiensis praeter Gau-

denti et Adelmanni opera Philastri quoque de Haeresibus librum protulit, ex recensione quidem I. A. Fabricii, subiunctis item eius adnotatis et seorsim (pag. 147 sq.) additis eiusdem viri Notis Posthumis ad Philastrium, quas Herm. Sam. Reimarus, Fabricii gener, ad Angelum Mariam Quirinum Cardinalem, cuius iussu atque auspiciis illa Collectio Vett. Patrum Ecclesiae Brixiensis parabatur, transmiserat. Quae ipse Galeardus in Spicilegio ad Notas Fabricii p. 171 sqq. commentatus est, ea nec Fabricii operam multum auxerunt, neque Philastro vel emaculando vel illustrando egregie contulerunt. At ornamento tamen et decori illius editioni iam absolutae accesserunt Variae Lectiones codicis scripti S. Germani apud Parisios n. 717, alias 625, membr. sec. IX, a Ioh. Raverdy, monacho Benedictino e Congregatione S. Mauri, excerptae, qui per plura adhuc secula unus liber manu exaratus potuit reperiri. Is enim codex, quamquam paucissima suppeditavit quae Sichardianis essent scripturis emendatiora[1], tamen ut integrum iam haberemus Philastri librum effecit, completo numero CLVI haeresium, testibus Augustino De Haeresibus praefat. et cap. 4, Auctore Appendicis ad Ildefonsum de Scriptt. Eccles. c. 3, Trithemio c. 84 a Philastro pertractatarum. Capita quae inde accesserunt sunt CVII, CXIV., CXVII., CXL., CLI., CLIV. Fuit autem ille liber antequam in S. Germani bibliothecam transiit monasterii Corbeiensis, cuius in bibliothecae catalogo veteri, quem Angelus Maius inseruit Spicilegii sui Romani tomo V., pag. 208., eius notitia invenitur haec: „XVIII, 7. *Philaster de haeresibus (bis). 8. Tertullianus de cibis Iudaicis. 9. Epistola Barnabae. 10. Epistola Iacobi*[2]. Hodie asser-

1. Ioh. Raverdy in Epistola ad Cardinalem Quirinum praemissa: „— — Il serait à souhaiter que le Ms. fût plus correct, car quoiqu'il soit parfaitement bien écrit, et du 9ème ou 10ème siecle, il s'y trouve bien des fautes de copiste."

2. Hic idem est liber quem Hugo Menardus inspexit, et unde Latinam Epistolae S. Barnabae interpretationem edidit. Dacherius in epistola Barnabae Epistolae praefixa tom. II. Bibl. Patr. Lugd. pag. 16. (inserta etiam tomo XVI. Bibl. Ioh. de la Haye, ante Barnabae Epistolam, pag. 901): „Cum in Philastrii Episcopi Brixiensis Ms. e Corbeiensi Monasterio incidisset aliquando P. Hugo Menardus, ibidem, proxime post Epistolam Tertulliani de Cibis Iudaicis, Barnabae nomine insignitam Epistolam una cum Iacobi Apostoli Epistola deprehendit." Cf. etiam Iac. Armachanus de Barnabae Epistola Praemonitione in I. B. Cotelerii

vatur in Bibliotheca Imperiali Petropolitana, inter alia Sangermanensis thesauri cimelia, sub finem proximi seculi per civiles Galliae turbas illuc devecta. V. Ed. de Muralt V. Cl. in Extrait de Bulletin de la Classe Historico-philologique de l'Académie des Sciences de Petersbourg tom. V. (Petropol. 1850.) Praeterea de libro Sangermanensi, si lubet, adeas Galeardi praef. XIII., p. XX., et inprimis XX., pag. XXVI. sqq.

Tertii alicuius exempli manu exarati qui Philastri de Haeresibus libellum contineret post Sichardianum et Sangermanensem, hodie Petropolitanum, de quo dixi, notitia ad me quidem pervenit nulla. Sed praeterea membranae cuiusdam veteris assutae codici Bibliothecae S. Crucis in Ierusalem, signato n. 279., mentionem fecit indeque scripturas aliquot erutas proposuit Galeardus l. l. p. 182.

II. **Augustini** librum de Haeresibus ad Quodvultdeum recudendum curavi ex recensione Benedictinorum Congregationis S. Mauri, additis editorum adnotatiunculis.

III. Anonymi scriptoris quem sub **Praedestinati** nomine ex codice scripto Hincmari Bibliothecae S. Mariae Remensis edidit Iac. Sirmondus Parisiis anno MDCXLIII., primum librum, quo XC enumerantur haereses, quemque hic unum de tribus repraesentasse intererat, aliquot locis emendare licuit ope codicis ms. Augiensis, in quem Io. Mabillon in itinere suo Germanico inciderat scripturasque discrepantes inde excerpserat. V. Io. Mabillon Iter German. pag. 93 ed. Fabric. Eius exempli antigraphum ipse Sirmondus postea invenit in Bibliotheca Barberina, in quo Primasio, episcopo Africano, hoc opusculum legebatur adscriptum. V. Iac. Sirmondi Hist. Praedestinat. cap. 4. Baune praef. ad tom. I. Opp. Sirmondi § 7. Quartum exemplum, seculo XII. scriptum, et titulo carens, huius libri idem Mabillon invenit Florentiae in Bibliotheca S. Marci. V. eius Iter Ital. p. 178., tom. I. Musei Italici. Quintus codex extat in Bibliotheca Publica Brugensi. Est seculi, uti videtur, decimi ter-

Patrum Apostolicorum tomo I. pag. 12. ed. Cler., ubi Corbeiensis codicis meminit. Ex his omnibus autem id quoque apparet, veterem catalogum illum a Maio editum esse bibliothecae non, ut putat, Corbeiae in Germania, sed Corbeiae in Gallia sitae. Cf. etiam Epistolam Scip. Maffei ap. Galeard.

tii, in membrana scriptus, e Monasterio Dunensi in Flandria illuc delatus, idemque ille quem memoravit Sirmondus Hist. Praedest. cap. 4. Cum quondam in perlustrandis Haenelii V. Cl. Catalogis, pag. 756., ubi enumerantur codd. mss. Bibliothecae Publ. Brugensis, incidissem in hunc titulum: „247. *Origenes in Ezechielem; Isidorus, Epiphanius, Philastrius de Haeresibus*," miratus statim quodnam sub eo titulo opus lateret, per litteras adii V. Cl. Laude, Bibliothecae illius Praefectum, qui paulo post mihi humaniter haec rescripsit:

„Je vous dirai d'abord que le titre donné par M. Haenel est tout-a-fait inexact. Voici celui que l'on trouve sur une feuille de garde écrit de la main de C. de Visch, abbé des Dunes au 17ème siècle:

ORIGENES IN EZECHIELEM
ITEM
YGINUS ESIODUS EPIPHANIUS ET PHILASTER DE HAERESIBUS.

Or après le livre d'Origène, on trouve la préface au traité des hérésies. Elle commence ainsi:

Quotienscumque ad te o mi amator dei verba doctorum adveniunt .... *quae nos epitomantes iuvante domino hoc uno libello conclusimus. Orabant pro nobis sancta studia quae ad requiem curarum suarum per hunc nostrum laborem attingunt. Finit praefatio in domino am̄.*

Incipit epithoma Ygini contra haeresiarches et cathegoriarum epyphanii contra sectas et expositionum Filasteri qui hos transferens in latinum sermonem de graeco cum arriani damnarentur edidit prior yginus, post hunc policrates affricanus esiodus ypyphanius philaster. hii diversis temporibus detexerunt.

Prima haeresis a Symone sumpsit exordium qui dicebat castitatem ad dominum non pertinere, deum mundum non fecisse cett.

Après 16 feuillets in quarto, comme vous savez, on lit ces mots écrits à l'encre rouge:

Incipit liber nonagesimae haeresis qui asserit dei praedestinatione peccata committi.

Il y a dans le texte *praestinatione;* mais c'est sans doute une faute de copiste.

Participem me intentionis vestrae qui defenditis veritatem fieri fratrum spiritualium suggestio invitavit cett. .... *qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Explicit.*

Incipit prologus libri catholici adversus praedictos haereticos.

Finitus est liber inimicus hominum contra fidem catholicam confictus liber dolosus circumdatus fallaciis cett. .... *huius libri voluerit contagionem olere.*

Finit prologus arguens librum quem sub nomine Augustini conficiunt haeretici, docens sequentem librum contra hunc pro defensione fidei catholicae dimicare.

Hactenus haereticorum omnium incensae sunt sylvae cett.

Je vais maintenant vous indiquer les différents chapitres ou paragraphes qui suivent et qui sont marqués à l'encre rouge.

hic incipiunt verba praedestinatorum.
huc usque verba haereticorum praedestinatorum.
contra hunc incipit disputatio catholicorum.
quaestio haereticorum.
solutio catholicorum.
Oppositio haereticorum.
responsio catholicorum.
De zelo dei et zelo maliciae.
...... *duo sunt baptismus et paenitentia in quibus oportet praecedere voluntatem hominis gratiam dei dicamus nunc quae secuntur libri nostri falsa commenta.*
huc usque, ad haec et contra hunc respondet catholicus.
alia positio sententiae haereticorum.
huc usque. Contra haec catholici.
. . . .
De libertate arbitrii.
In fine: ... *reos fore non solum qui iniquitatem faciunt sed etiam eos quos eis constiterit consensisse. Explicit.*

Je n'ai pas trouvé le nom de Primasius dans l'inscription des livres."

Huius libri Dunensis, hodie Brugensis, scripturas aliquot annotavi ad capp. 2. 3. 9. 12. 13. 15. 16. 18. 25—39. 43. 49. 50. 66. 81. 84., ex quibus facile intellegitur non multum discrepare eum a Remensi et Augiensi libris.

IV. Anonymi scriptoris libellum **Adversus Omnes Haereses**, quod vulgo Tertulliano adscribebatur, edidi, paucis correctis, ex nupera mea Operum Tertulliani recensione. V. Tertulliani Opp. ed. Oehler tom. II., pag. 751. sqq., ubi etiam de catalogi eius auctore quid statuendum esse probabiliter censerem exposui.

V. Pseudo-Hieronymi[3] Indiculus de Haeresibus prodiit anno MDCXVII. hoc titulo: „S. Hieronymi Stridoniensis Indiculus de Haeresibus Iudaeorum. Nunc primum in lucem editus curà Cl. Menardi, Iuliomagi Andium Propraetoris. Lutetiae Parisiorum. Apud Sebastianum Chappelet, viâ Iacobaeâ sub signo Olivae MDCXVII. Cum privilegio Regis." Is liber rarissimus, quem postquam per plerasque Germaniae bibliothecas frustra quaesivi, per Iosephi Muelleri V. Cl. humanitatem de exemplo Bibliothecae Ambrosianae Mediolani transscriptum tandem nactus sum. unam et triginta complectitur pagellas, quarum in quinta ipse Indiculus incipit. Pag. 3. et pag. 4. dedicatio legitur et Praefatio haec:

„*Reverendissimo Sanctissimoque Patri ac D. D. Carolo Burgonorio Episcopo Nannetensi.*

Metebat agelli diuitias torrente sole Bethleemita praepotens, cum despicabilis, sed plena deo Moabitis, spicilegia sua, futuri foederis arras, leuandae socrus inopiae mendicatur, quo facto, placuisse tantum, produnt annales rerum sacrarum, ut de solitaria Turture, diuitis thalami creuerit accessione. In hac feraci, feruentique scriptorum segete, peregrinus accola, post tot ingeniorum grandes manipulos, leuia neglectaque conquirens, sic annuente uero Booz.

3. Hieronymi librum de Octoginta quatuor haeresibus, quem Augustino quidem videre non licuit, ut ipse testatur in epilogo libelli de Haeresibus, aevo Ioh. Trithemii tamen superstitem fuisse docet initium eius libri a Trithemio cap. 100. prolatum: *Simoniaci a Simone.*

Christo, glebulam hanc, magni agri reliquias, adlegi, subleuandae matris Ecclesiae fami destinatas, Te magne praesul, tanti mysterii paranymphum rogamus et mysten, tuo merito, uotis nostris, quem Gallia omnis, uirorum semper nutrix, inter doctos quos habet, iure doctissimum; inter sanctos quos fert multos, uere sanctissimum sic amat et suscipit, ut quem Borromaeis adcenseat, non diu sit quesitura posteritas, **Carolum Carolo,** *sed sero utinam, commissura. At, haec, tantilla, dices, qui tanta debeas? sed desiderio meo sit in praesens satis, ut cui grauioris operae | materiem destinamus, olim, habeat interim testem hanc professionis non ingratae prorsus syngrapham quae tibi me semper obstrictum et beneficiis, loquatur et exemplo Tibi obsequentissim. Cl. Menardus. Iuliomagi Andium prid. Non. Aug. 1616.*

Consultabat *Augustinum Quodvultdeus et hereseon petebat indices, quod variis scriptionum vigiliis occupatus senex, distulit diu, et ad Hieronymi tractatum similis argumenti voluit remisisse licet quaesitum per chartas suas haud potuerit invenire, hoc testimonio docta posteritas iacturam doluit semper et questa est. Cum igitur inter cariolas putresque membranas post Isidori capita aliquot lib. 8. de Philosophis gentium et caeteris adusque libri huius finem Opusculum sub Hieronymi nomine legissemus, hoc titulo, Incipit Indiculus Hieronymi de haeresib. nihil indignum visum est tanti patris stylo curaque, sed aliqua tot pene verbis catalogus scriptorum habet haesimus, tamen aliquantulum cum in Luciferianis habet hoc usque apud quendam tamen, cuius nomen in eodem eius opusculo non inveni in haereticis luciferianos positos legi per haec verba, quae hic habet totidem syllabis ut necesse fuerit ignoratum, sanctissimo viro, libri Hieronymiani titulum. Quidquid sit hoc venerandae antiquitatis monumentum non perire tanti fuit. Vale.*

De auctore huius opusculi nihil constat nisi Hieronymum non esse. Quaedam eius particulae sunt ex Hieronymi de Ecclesiasticis Scriptoribus libro repetitae, alia ex Isidoro, alia ex Gennadio, alia ex aliis, partim antiquioribus, scriptoribus desumpta. Io. A. Fabricius hunc libellum suae Philastri editioni addere, post autem, ut narrat in Praefatione ad Philastrii librum, separato dare volumine

institnerat, aliosque breves veteres de haereticis scriptores ei adiungere, sed ea Fabricii collectio lucem nunquam vidit.

VI. Isidori Hispalensis Catalogos haeresium repetivi ex Origg. lib. VIII., capp. 4. et 5. Inseruit eos, nomine scriptoris suppresso, Hrabanus Maurus libro II. de Instit. Cleric. et De Universo V., cap. 9. Repetitus est etiam a Gratiano Part. II. Decr. Caus. 24. Qu. 3.

VII. Pauli Catalogus, ex Isidori catalogo maximam partem compilatus, nunc primum editus est ex codd. mss. n. 975. et n. 1752. Bibliothecae Bambergensis. Apographum libelli debeo humanitati VV. DD. Gutenaëcker et Stenglein, Bambergensium.

VIII. Honorii libellus, si paucissima excipias, totus est Isidori.

IX. Gennadii librum de Ecclesiasticis Dogmatibus haereseologicis adiunxi opusculis, quia eum ab hoc genere non ita alienum esse viderem. Geverhardi Elmenhorstii annotationes, etsi hodie partim inutiles, ne quid omissum quererentur lectores, repetendas curavi. Utinam pro hoc Gennadii libro octo illos qui perierunt Adversus Omnes Haereses proferre licuisset, quos sese scripsisse testatus de Vir. Illustr. c. 100., ex eoque Honorius Augustodunensis de Scriptt. Eccles. II, 97. et Ioh. Trithemius cap. 188., cui quidem ipsi, ut eos videret, non contigisse videtur, cum initium libri non retulerit. Nihil enim contra haec tam luculenta testimonia effecit Iac. Sirmondus, singularis quanquam eruditionis et exercitati iudicii vir, Histor. Praedestinat. cap. 6. ex subscriptione codicis ms. S. Victoris, in quo Augustini liber de Haeresibus continetur, contra Mauguinum Vindic. Praedestinat. et Grat. diss. II., pag. 528. probare conatus Gennadium praeter capita illa de haeresi Nestoriana, Eutychiana, Praedestinatiana, Timotheana, quae vulgo reperiuntur Augustini de Haeresibus libelli in calce addita, extantque etiam in fine libelli sub Hieronymi nomine a Cl. Menardo editi, nihil omnino de haeresibus scripsisse.

Halis Saxonum XXV. die Iulii MDCCCLV.

Franciscus Oehler.

INDEX.

PHILASTRI

EPISCOPI BRIXIENSIS

DE

HAERESIBUS LIBER.

In scripturae discrepantia Philastri verbis subiecta siglum

A	significat	librum scriptum Sangermanensem sive Corbeiensem. Scripturas libri non diserte indicatas siglo A. uncinis incluso notavi.
B	-	editionem principem, Io. Sichardi, quae prodiit Basileae anno MDXXVIII.
a	- -	alteram Basileensem, quae prodiit anno MDXXXIX.
b	- -	Lugdunensem, Bibl. PP. (tom. V, p. 701 seq.), quae prodiit anno MDCLXXVII.
c	- -	I. A. Fabricii, quae prodiit Hamburgi anno MDCCXXI.

PHILASTRI*

EPISCOPI BRIXIENSIS

IN LIBRUM DE HAERESIBUS

PRAEFATIO.

De haereseon[a] diversa pestilentia variisque erroribus qui ab origine mundi emerserint et sub Iudaeis defluxerint et ex quo venit dominus noster Iesus salvator in carne pullulaverint dicere oportet, numerumque earum paullatim exponere, inimicumque humani generis perdici fuisse a Hieremia propheta[b] non immerito comparatum agnoscere, qui cum infecunditatem patiatur[c], saepius aliorum furtim fetus incubans quasi suos iam fovet ac vindicat filios usque ad tempus aliquod; cumque eis iam tempus aetatis discernens[d] adere-

* Philastrii *Bab.* — *In A. Praefatio et prima viginti octo capita non extant.*

a. De haereseon] Non infrequens latinis scriptoribus est usus genitivi casus eiusmodi pluralis, Graecae flexionis, ut testantur vel libri Ovidii Metamorphoseon et Halieuticon: Mythologicon Fulgentii, Petronii Satyricon et Poëticon Astronomicon C. Hygini. Etiam infra c. 29. *haereseos.* *(F.)*

b. perdici a Hieremia propheta] Ieremiae XVII. 11. S. Ambrosius VI. 3. in Hexaëm. „*Perdicem astutam novimus, quae aliena ova diripiat, hoc est perdicis alterius, et corpore foveat suo, sed fraudis suae fructum habere non posse, quia cum eduxerit pullos suos, amittit eos, quia ubi vocem ejus audierint quae ova generavit, relicta ea ad illam se naturali quodam munere et amore conferunt --- Huius imitator est diabolus, qui generationes creatoris aeterni rapere contendit, et si quos insipientes et sensus proprii carentes vigore potuerit congregare, fovens eos illecebris corporalibus, ubi primum vox Christi parvulis fuerit infusa, discedunt atque ad eam se conferunt matrem, quae pullos suos, sicut avis, materno amore complectitur.*" Idem traditum Cassiodoro II. 14. Var. Epist. aliisque quam pluribus, quorum loca laudant Cotelerius in notis ad T. 2. Monumentor. Ecclesiae Graecae p. 547. Huëtius ad Origenem p. 16. sq. Bochartus T. 2. Hierozoici p. 84. et Allatius ad Eustathium Antiochenum p. 132. seq. Vide et Ambrosii Epist. 32. ad Irenaeum T. 2. p. 918 seq. [Athanas. T. I., p. 363. edit. noviss., Ioach. Camerarii Symbola III, 68.] Combefisium ad Hippolytum de Anti-Christo c. 55. Ducaeum notis ad S. Basilium T. 1. p. 44. *(F.)*

c. infecunditatem patiatur] Hoc est, infecunditate laboret, infecundus sit.

d. tempus aetatis discernens] Tempus quo per aetatem discernere possunt

verit, tunc [1]omissis[e] falsis parentibus iura parentum sensu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi eos amplius non [2]demorantur. Quorum causa nobis similitudo haec [3]nuntiata est? Quod diabolo relicto, impietatis causa eius qui orbem terrarum sua sub ditione [4]continere putaret, postque vero Christo parente a nobis viso et recognito, omissa falsitate parentis mendacissimi, iam veri parentis Christi vestigia sequi omnis homo[f] non moratur agnoscens. Quotidie per aenigma compleri[g] enim cognoscimus prophetiam [5]Hieremiae[h] beatissimi, ita dicentem: *Clamavit perdix, collegit quae non parturiit, faciens [6]sibi divitias non cum sapientia, in medio dierum derelinquent eum, et in postremo erit insipiens.* Quod nunc [7]deserentes quotidie omnes gentes[i] [8]idololatriam mortiferam inimici, Christum etiam verum dominum de lege et prophetis audientes, eumque cum patre semper esse credentes ac recordantes, aeque ad eum modis omnibus supplices[k] properant pervolare, ut compleatur prophetia[l]: *Recordabuntur et convertentur ad dominum Christum omnes fines orbis terrarum.*

1. amissis *Ba.* admissis *b. vitiose.* 2. denotantur *b.* 3. *Vulgo* nuntiata est, quod *cett.* 4. *Ita ego correxi. Libri omnes habent* cum tenere putaret, postquam *cett.* 5. Ieremiae *b. Ubique.* 6. sibi *om. b.* 7. deferentes *b.* 8. idolatriam *B.*

veros a falsis parentibus. Prima aetas, in homine quoque, ignorat discernere dextra a sinistris, bonum a malo. Confer Grotium ad Deut. I. 39. et Ionae IV. 11. Sic prima mundi aetas non statim dominum ac servatorem suum agnovit et sectata est, sed passa se a diabolo ad varia idololatriae et superstitionis genera turpiter abduci. *(F.)*

e. omissis falsis parentibus] Minus bene priores editiones *amissis.* Sic infra paucis interiectis: „*Omissa falsitate parentis mendacissimi.*" *(F.)*

f. omnis homo non moratur] I. e. nemo moratur qui agnoverit. Ita apud Florum II. 18. „*unus vir Numantinus non fuit qui catenis duceretur.*" Talia sunt in sacris scriptoribus Luc. I. 37. „οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα." Rom. III. 20. „ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ." *(F.)*

g. Quotidie per aenigma compleri] Hoc est, per multitudinem neophytorum ad ecclesiam quotidie accedentium intelligimus impleri quod propheta futurum esse aenigmate perdicis significavit. In quam sententiam mox subiungit: „*quod nunc deserentes quotidie omnes gentes idololatriam*" etc. Porro licet commodiore interpunctione locum hunc aliquomodo iuvisse videor, antea enim coniuncta erant verba: „*Agnoscens quotidie per aenigma*", quibus subiiciebatur στιγμή, constructio tamen adhuc admodum hiulca atque impedita est, sed qualem non alienam esse a Philastri usu plura huius libri loca lectorem edocebunt. *(F.)*

h. prophetiam Hieremiae] XVII. 11. *(Fabr.)*

i. omnes gentes] Ex quibusvis gentibus etiam remotissimis quosdam. *(F.)*

k. supplices] Male edit. Helmst. *simplices.* *(F.)*

l. prophetia] Psal. XXII. 27. quo in loco Philaster nomen Christi explicationis causa inseruit. *(F.)*

CATALOGUS

EORUM QUI ANTE ADVENTUM[a] CHRISTI HAERESEOS ARGUUNTUR.

Primi sunt Ophitae[b], qui dicuntur Serpentini[c]. Isti colubrum venerantur, dicentes quod hic prior initium nobis scientiae boni et mali attulerit. Unde ei dominum[d] invidisse asserunt, quia scien- Cap. I.

Cap. I. *in Babc. inscriptum habet* OPHITAE. —

Cap. I. — a. EORUM QUI ANTE ADVENTUM CHRISTI] Quaedam haereses ex his quae usque ad caput duodetrigesimum a Philastro referuntur, non fuerunt ante adventum Christi, neque sub Iudaeis, ut in praefat. Philaster loquitur, defluxerunt, licet e veteri testamento ansam erroris sui arripuere, ut statim Ophitae, et Caiani, Sethianique. Rectius itaque Tertullianus, qui illos c. 45. vocat *Iudaismi haereticos,* alios „*qui ex evangelio haeretici esse voluerunt*", sive ut Hieronymi verbis utar „*qui evangelia laniaverunt.*" [„Ἀπὸ νόμου ἐξ Ἰουδαίων φύσασαι" Epiphan. Ancor. cap. 12. tom. II, p. 18.] *(F.)*

b. Primi sunt Ophitae] Non temporis ratione, sed quod in primo statim principio ac limine veluti primi libri veteris testamenti impegerunt. Mentio eorum apud Augustinum de Haeresibus, et Auctorem Praedestinati cap. 17., aliosque. *(F.)*

c. qui dicuntur serpentini] I. e. quorum nomen latine ita efferre possis. Pro Ophitis sive ut perperam in Pseudo-Hieronymi indiculo scribitur *Offitis,* apud Origenem, [Clem. Alexandr. VII. Strom. p. 765], et Theodoretum est etiam nomen *Ophianorum,* et corruptum apud Sophronium *Sophianorum,* nisi ita etiam dicti sunt, quod Σοφίαν serpentis imaginem assumsisse dixerunt teste Irenaeo lib. I. c. 34. Apud Theodoretum et Procopium Gazaeum in 4. Regg. 18. Hebraica appellatione veniunt Ναασηνοί (ita enim legendum, non Ἐσθηνοί) a נחש quod Hebraeis serpentem ut Graecis ὄφις denotat. Vide Cotelerium T. 1. Monument. Eccles. Graecae p. 769 et Tho. Ittigium τὸν μακαρίτην diss. de Haeresiarchis Apostolicae aetati proximis p. 120. E Gnosticis Valentinianis, vel Marcionitis hos Ophitas prodiisse mihi persuadeo, quod Ophitarum doctrina apud Epiphanium XXXVII. 3. seq. Tertullianum append. de Praescript. c. 47. Origenem VI. contra Celsum p. 295. seq. et Nicetam IV. Thesauri c. 9. valde affinis est commentis Valentinianorum et Gnosticis Prunicum colentibus, quibus etiam a S. Irenaeo Ophitae iunguntur. Praeterea Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 24. ac Nicetas IV. 14. Thesauri, auctor est Marcionitas serpentem Creatori praetulisse et singulari cultu veneratos esse. Mirum vero quod tradit idem Origenes p. 294. neminem ab Ophianis Euphrate auctore in suum coetum admissum esse, „ἐὰν μὴ ἀρὰς θῆται κατὰ τοῦ Ἰησοῦ." Idem Ophianos et Caianos omnino a Iesu doctrina alienos scribit lib. 3. p. 119., et Iesum omnino ab eis abnegari lib. 7. p. 358. absurdissimum Ophianorum dogma vocat nec simplicissimis persuasum, et haeresin ipsorum ἀσημοτάτην lib. 6. p. 291. ut Procopius δυσσεβεστάτην. *(F.)*

d. dominum invidisse] Ialdabaoth, deum Iudaeorum, invidisse docebant

tiam primus detulerit mulieri, bonae rei atque malae[e], perque illam [1]ita ad genus omne hominum permanaverit; propter quod et de caelo primo[f] deiectus est, inquiunt, [2]in alterum, unde eum et de caelo aiunt adventurum, et velut[g] aliquam dei virtutem esse eundem aestimant, atque eum adnuntiant adorandum.

Cap. II. Caiani[a b], qui Cain laudant[c] fratricidam, primogenitum patris nostri ac beati Adae protoplasti, dicentes ex altera virtute, id est diaboli[d], Cain factum, ex altera autem Abel beatissimum natum, et virtutem maiorem, quae erat in ipso Cain, invaluisse ut suum interficeret fratrem.

1. *Fortasse* ista. 2. ad alterum *b*.
Cap. II. *in Babc. inscriptum habet* Caiani. —

homini quod superiorem deum ac patrem agnovisset, itaque virtutem quandam serpentis specie genuisse, quae Evam fefellerit. Vide Epiph. XXXVII. 3. 4. 5. *(F.)*

e. bonae rei atque malae] Idem est quod paulo ante dixerat, scientiam boni et mali ex Genes. II. 9. „τὸ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ." *(F.)*

f. de caelo primo deiectus in alterum] Octo enim caelos ponebant, ut docet Epiphanius XXXVII. sect. 4., licet deinde sectione 5. simpliciter scribit deiectum ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. *(F.)*

g. et velut] Male priores quaedam editiones, *ut velut*. Porro cultus quo Ophitae serpentem prosecuti sunt, et cistae qua serpentem alere consueverunt, meminit etiam praeter Epiphanium XXXVII. 5. Damasceni verbis Scholiastes Βασιλικῶν ad lib. 21. p. 581. Eiusmodi cistarum etiam in sacris apud gentes usus fuit, de quibus Laur. Begerus V. C. in disquisitione de numis serpentiferis. *(F.)*

Cap. II. — a. Caiani] Non *Caiana* haeresis, sed *Caina* est Hieronymo utrobique, nempe tam Ep. 82. al. 83. ad Oceanum, quam lib. adv. Vigilantium, Tertulliano autem loco a Fabricio indicato *Caiana*. Lambertus Danaeus ad August. de Haeres. cap. 18. putat errore amanuensium in exscribendo Epiphanio ex *Cainianis* factos esse *Caianos*, eoque lapsu deceptum fuisse Augustinum quoque ubi *Caianos* nominat. At Baelius Dict. Crit. in *Cainites* observat *Caianorum* nomen a Patribus usurpatum multo antea quam Epiphanius et Augustinus hoc nomine uterentur. (Galeard.)

b. Caiani] *Cainaei* Auctori appendicis ad Tertull. c. 47., *Cainani* Augustino de Haeres. et Auctori Praedestinati c. 18. Sed Irenaeo quoque lib. 1. c. 35. atque Epiphanio et Damasceno haeresi 38. Καϊανοί, nam et Cainus Flavio Iosepho Κάϊς. Theodoreto lib. 1. de Haeret. Fab. cap. 15. Καϊνοί et Καϊνισταί, at Clementi Alex. VII. Strom. p. 549. Καϊανισταί. *Caiana* haeresis Tertulliano c. 33. de Praescript. et Hieron. Epist. 83. qui lib. adversus Vigilantium notat Tertullianum in Scorpiaco suo Caianos perstrinxisse. Καϊνοί etiam Sophronio in indiculo haeres. actione XI. Concilii VI. general. et Nicetae IV. 11. Thesauri et 12., ubi etiam Καϊνοί, et ante hos Origeni 3. contra Cels. p. 119., quo loco eos a Iesu doctrina plane alienos esse scribit, perinde ut Ophitas. Ab hac Gnostica haeresi diversi Caianitae Aphthartodocetae, a Caiano quodam Alexandrino nomen consecuti, de quibus Damascenus haeresi 84. *(F.)*

c. qui Cain laudant] δοξάζουσι, honorant, colunt. Apud Honorium Augustodunensem in libello de Haeresibus „*Caiani dicti qui Cain odrerunt*," legendum ex Augustino, *anorant* hoc est *honorant*. *(F.)*

d. ex altera virtute, id est diaboli] Verba *id est diaboli* puto vel a Philastrio vel ab alio adiecta contra Caianorum mentem. Nam licet Archonticos narrat Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fab. c. 11. docuisse quod Cain et Abel fuerint τοῦ διαβόλου παῖδες, uti in Pirke R. Elieser dicitur Cain Sammaëlis progenies, atque ab aliis Rabbinis apud Gaulminum de Morte Moysis p. 216. traditur ex semine primi serpentis natus magiae per serpentes auctor: tamen a Caianorum opinione hoc remotum esse videtur, qui a fortiore et praestantiore virtute Cainum

Sethianorum[a] haeresis, quae Seth filium Adae postea genitum hocque appellatum nomine veneratur, quod post interfectionem Abel beatissimi natus est, ex quo et Sethiani appellantur, colentes eum [1]ac dicentes quod duobus creatis hominibus in initio et angelis in dissensione constitutis tenuit virtus in caelo feminea;[b c] apud eos enim masculi et feminae dii deaeque esse putantur. Quod pervidens, inquiunt, mater, quia occisus est Abel iustus, cogitavit ut pareret iustum Seth, in quem et collocavit magnae virtutis spiritum, ut [2]possint destrui virtutes inimicae.[d] De Seth autem ipso Christum dominum genus deducere[e] aiunt. Quidam autem ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam [3]ipsum Christum esse asserunt atque opinantur. Cap. III.

Cap. III. *in Babc. inscriptum habet* Sethiani. — 1. ac *B.* et *reliqui.* 2. possent *c.* 3. ipsum *om. b.*

quam Abelem prognatum statuebant teste Epiphanio et aliis. Huc refer et quod capite sequente ex sententia Sethianorum a Philastrio dicitur: „*angelis in dissensione constitutis tenuit virtus in caelo feminea.*" *(F.)*

Cap. III. — a. Sethianorum] Sethoitae appellantur auctori appendicis ad Tertull. de Praescript. c. 47. Alii hoc genus Gnosticorum vocant Sethitas, ut indiculus Pseudo-Hieronymi c. 9., qui tamen c. 17. et ipse vocat Sethianos, ut Epiphanius quoque et Damascenus haeresi 3. Augustinus et Praedestinati Auctor c. 19. Nicetas IV. Thesauri c. 12. Rabanus Maurus lib. 2. de Clericor. Institutione c. 58. et Honorius Augustodunensis haeresi 31. Apud Gennadium autem de Dogmatibus c. 52. ubi Sethianus et Theodosius tria et barbara principia induxisse leguntur, pro *Sethiano* videtur scribendum *Scythianus. (F.)*

b. tenuit virtus in caelo feminea] Rectissime Fabricius *tenuit* interpretatus est κεκράτηκε, h. e. primas obtinuit. Occurit ita hoc verbum lib. XII. Cod. tit. 53. leg. 1., et alibi passim.

c. tenuit virtus in caelo feminea] Tenuit, κεκράτηκε, hoc est primas obtinuit. Epiphanius XXXIX. 2. „ἦν γὰρ ἡ στάσις τοῖς ἀγγέλοις, ἀγωνιζομένοις περὶ τῶν γενεῶν τῶν ἀνθρώπων τούτων τῶν δύο, τοῦ γεγεννηκότος τὸν Κάϊν καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Ἄβελ, κεκρατηκέναι δὲ τὴν ἄνω δύναμιν, ἣν μητέρα φάσκουσι καὶ θήλειαν. Δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἶναι καὶ μητέρας ἄνω, καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας." Vide, si placet, quae ibi sequuntur, et quae Philaster latine vertit atque in compendium misit. Solet enim ille subinde, ut suis locis annotabo, Epiphanii vestigiis insistere, quo nemo melius de haeresibus scripsit, si credimus Theodoro Studitae Epistola ad Naucratium T. 5. Opp. Sirmondi p. 324. *(F.)*

d. ut possent destrui virtutes inimicae] Minus bene priores editiones, *possint.* Plenius autem haec apud Epiphanium efferuntur sic: ὅπως διὰ τῆς ταύτης συστάσεως καὶ τούτου τοῦ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων, καὶ τοὺς δύο ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους." *(F.)*

e. De Seth autem ipso Christum dominum genus deducere] Nihil in hoc errabant si ita sentiebant Sethiani, quoniam Christi genus a Setho etiam S. Lucas deducere haud dubitat. Sed Philaster non satis cepit Epiphanii mentem, qui Sethianorum sententiam exponit his verbis XXXIX. 4. „ἀπὸ δὲ τοῦ Σὴθ κατὰ σπέρμα καὶ κατὰ διαδοχὴν γένους ὁ Χριστὸς ἦλθεν, αὐτὸς Ἰησοῦς οὐχὶ κατὰ γένη, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνὼς, ὥς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ ὁ τότε, καὶ Χριστὸς νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένος." Sensus est, Christum a Setho non communi et naturali modo genus deducere, sed rediisse per miraculum ipsum Seth in mundum, ut idem qui tunc Sethus iam Christus esset. [Licet hoc praeter rem Sethianis impingi disputat Iac. Rhenferdus p. 173 seq. Opp. Philos., ubi de fictis Iudaeorum haeresibus.] *(F.)*

Cap. IV. Dositheus quidam postea, Iudaeus genere[a], ausus est dicere secundum carnem solum esse vivendum[b] in lege domini, deque ea non sperans resurrectionem futuram[c], nec dei spiritum nec angelum esse credens[d], nec futurum iudicium[e] de lege atque prophetis[f] expectans.

Cap. IV. *in Babc. inscriptum habet* DOSITHEVS. —

Cap. IV. — a. Dositheus quidam postea, Iudaeus genere] Hic est qui in Iudaeorum libris dicitur דכתאי et cum כביים *Sabia* (a quo secta *Sebuaeorum* apud Nicetam lib. 1. Thesauri c. 35.) traditur in captivitate Assyriaca tempore Sennacheribi docuisse Samaritanos. Vide Drusium III. 4. de Sectis Hebraeor. et ad Minerval Serarii c. 10. et Lightfooti Disquisit. Chorographicam ad Iohannem p. 234. edit. Lipsiensis. Eulogio apud Photium Cod. 230. p. 466. vocatur Δόσθης, et sectatores eius Δοσθηνοί, aliis ille Δοσίθεος, hi Δοσιθεανοί et Δοσίθεοι. Iudaeum gente, et postea ad Samaritas accessisse scribit Epiphanius haeresi 13. et Nicetas loco laudato. Hinc alii Samaritanum appellant, et Samaritanis errorum suorum auctorem, etiam Samaritani corruptorem Pentateuchi fuisse scribunt. Cum hoc antiquo Dositheo confundunt passim etiam prisci scriptores res iunioris Dosithei itidem Samaritani, quem Simonis Magi aequalem faciunt et pro Messia tradunt se venditasse. Confer si placet Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VI. 8. et D. Tho. Ittigium in limine eruditi libri de Haeresiarchis aetatis Apostolicae. Ita auctor Recognitionum quae leguntur sub nomine Clementis lib. 1. c. 54. de Dositheo tanquam Sadducaici dogmatis principe loquitur, et mox idem lib. 2. c. 8. Dositheum triginta discipulorum et in his Simonis Magi magistrum memorat. Ab hoc videtur hausisse Origenes quae habet lib. 6. contra Celsum p. 282. qui et pluribus aliis locis huius Dosithei meminit ut lib. 1. p. 44. et tractat. 27. in Matth. et 14. in Iohann. p. 219. seq. edit. Huetii, ut Hegesippus quoque apud Eusebium IV. 22. Hist. Eccles. Hippolytus apud Photium Cod. 121. Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fab. c. 2., qui ex Simonis haeresi tanquam ex amarissima radice Dositheanos ait propullulasse. At Philastrium nostrum non de aliquo Simonis Magi aequali sed de longe antiquiore illo loqui perspicuum est, quia mox c. 5. Sadducum Sadducaeorum auctorem vocat illius discipulum, perinde ut auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus adversus Lucifer. Sadducaeos ex Dositheani erroris radice surgentes et Epiphanius haeresi 14. „ἀπόσπασμα ἀπὸ Δοσιθέου" appellat. Ita Nicetas quoque lib. 1. Thesauri c. 38. *(F.)*

b. secundum carnem solum esse vivendum in lege domini] Hoc est, ut explicatur capite sequente, ritus externos legis observandos, quod diligentius ab Dositheanis factum scribunt Damascenus, Nicetas et alii. Hoc *carnaliter vivere* dicit Philastrius c. 8. Quoniam vero resurrectionem eos inficiatos esse mox affirmat, possint etiam verba illa accipi sic, ut *solum hoc in corpore vivendum esse* docuerit Dositheus, quemadmodum de Samaritanis est infra c. 7., vel legis promissiones non extendi ultra praesentem vitam. *(Fabr.)*

c. deque ea non sperans resurrectionem futuram] Utpote qui negaret e lege illam probari posse: 'Απεκήρυττε καὶ τὴν ἀνάστασιν," inquit de Dositheo Eulogius apud Photium Cod. 230. p. 467. ubi ex libris Moysis eam confirmat. Recognitionum quoque auctor non obscure innuit a Dositheo hunc errorem accepisse Sadducaeos. Contra admisisse resurrectionem diserte scribunt Epiphanius, Nicetas et alii. Etiam auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus contra Luciferianos tradunt Sadducaeos errorem negatae resurrectionis ad Dosithei haeresin addidisse. S. Damascenus velut conciliaturus tam diversas et pugnantes inter se sententias, quosdam saltem Dositheanorum resurrectionem futuram credidisse scribit. *(F.)*

d. nec dei spiritum nec angelum] Vid. Eulogius apud Photium p. 468. A Samaritanis tamen angelos repudiari negat Epiphanius haeresi 14. haeresin illam Sadducaeorum propriam testatus. Observa porro quod Actor. XXIII. 8. legitur οὔτε ἄγγελον, οὔτε πνεῦμα, id a Philastrio de spiritu s. explicari. Ita et Epiphanius de Sadducaeis: „πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασι." [Et Theophylactus. Sed per πνεῦμα animum hominis intellige, quam esse immortalem spiritum et post discessum a corpore permanere negabant Sadducaei, teste Iosepho XII. 12.] *(F.)*

e. nec futurum iudicium] Animos enim mortales, mundum incorruptibilem esse docuit Dositheus teste eodem Eulogio. *(F.)*

f. de lege atque prophetis] Imo primum fuisse qui prophetas repudiaverit, quasi non in spiritu s. locutos, scribunt auctor appendicis ad Tertull. de Praescription. et Hieronymus adversus Luciferianos, et in hoc ipso Samaritanis eum auctorem erroris sui fuisse innuunt, a quibus solos libros legis recipi dicetur infra, cap. 7. *(F.)*

Sadducaei post ipsum, a Saddoc[a] homine Iudaeo, qui hoc no- Cap. V.
mine vocabatur, qui discipulus fuit illius[b], qui et confirmavit hanc haeresin, ut ex eo Sadducaei dicerentur. Secundum carnem aeque solum praedicant vivendum, circumcidendum, corpusque [1]baptizandum, de lege autem divina non aliud expectantes[c], Epicuream dementiam[d] potius quam divinae legis iura sectantes. De quibus et in evangelio[e] scriptum est, docente domino, contraque hanc haeresin pestiferam praedicante.

Pharisaeorum alia est, quae resurrectionem[a] futuram confite- Cap. VI.
tur, legem accipit et prophetas[b], Christum autem expectat ut iustum[c]

Cap. V. *in Babc. inscriptum habet* SADDVCAEI. — 1. baptisandum *c.*
Cap. VI. *in Babc. inscriptum habet* PHARISAEI. —

Cap. V. — a. a Saddoc homine Iudaeo] Epiphanio et Damasceno Σαδοὺκ, Arabibus *Zendik*, Iudaeis צדוק, Antigoni Sochaei discipulus. Vide Maimonidem ad Pirke Aboth T. 4. Mischnae p. 411. edit. praeclarae Surenhusianae, ubi et de Baitoso altero Antigoni discipulo, auctore Baitosaeorum, de quibus perinde ut de Sadducaeis abunde multa viri docti, Fullerus, Pocockius, Drusius, Serarius, Scaliger etc. *(F.)*

b. discipulus fuit illius] Dosithei. Nam ita et alii veteres scriptum reliquerunt, ut capite superiore annotavi. Et qui Antigonum audivit, potuit et alterius magistri sectari vestigia. *(F.)*

c. non aliud expectantes] Nullam aliam vitam, nullas melioris et sempiternae beatae vitae promissiones. Nam ut Iosephus de Sadducaeis traditum XVIII. 2. Antiqu. „τὰς ψυχὰς συναφανίζουσι τοῖς σώμασι," et negasse resurrectionem, constat ex Act. XXIII. 8. Vide si placet Menassem Israëlidem lib. 1. de Resurrectione cap. 6. *(F.)*

d. Epicuream dementiam] Vir praestantissimus Gerhardus Vossius lib. 1. de Origine Idololatriae c. 10. saltim in eo meliores Epicureis Sadducaeos fuisse observat, quod licet animas perinde ut Epicurus mortales esse ducerent, tamen non inficiarentur deum prospicere rebus humanis, duntaxat in hac vita. Caeterum facile ad providentiam negandam prolabitur qui eidem fato animos quo corpora hominum obnoxios esse sibi persuaserit. *(F.)*

e. in evangelio] Matth. XXII. 23. Marc. XII. 18. Luc. XX. 27. seq. Vide etiam Matth. XVI. 6. seq. ubi a ζύμῃ Pharisaeorum et Sadducaeorum cavere sibi suos Servator optimus iubet. *(F.)*

Cap. VI. — a. resurrectionem futuram confitetur] Distincti in hoc a Sadducaeis, Actor. XXIII. 8. S. Epiphanius XVI. 2. „ὡμολόγουν δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν." Dubium tamen, an impios etiam resurrecturos crediderint. Vide Flavium Iosephum XVIII. 2. Antiqu. et lib. 2. de bello Iudaico cap. 12. *(F.)*

b. legem accipit et prophetas] Quod etiam Sadducaeos fecisse, iam probarunt viri docti, et ex Talmude certum esse affirmat Menasse ben Israel p. 43. de Resurrect. At Pharisaei praeter τὰ γεγραμμένα utebantur etiam multis πατροπαραδότοις, et additamenta quaedam legi, ut loquitur Tertullianus, adstruebant, quae Sadducaei amplecti noluere. *(Fabr.)*

c. Christum expectat ut iustum hominem] Messiam venturum non deum fore, sed merum hominem, sibi persuadebant Pharisaei, perinde ut infra cap.

Cap. IV. Dositheus quidam postea, Iudaeus genere[a], ausus est dicere secundum carnem solum esse vivendum[b] in lege domini, deque ea non sperans resurrectionem futuram[c], nec dei spiritum nec angelum esse credens[d], nec futurum iudicium[e] de lege atque prophetis[f] expectans.

Cap. IV. *in Babc. inscriptum habet* DOSITHEVS. —

Cap. IV. — a. Dositheus quidam postea, Iudaeus genere] Hic est qui in Iudaeorum libris dicitur דכתאי et cum כבוית *Sabua* (a quo secta *Sabuaeorum* apud Nicetam lib. 1. Thesauri c. 35.) traditur in captivitate Assyriaca tempore Sennacheribi docuisse Samaritanos. Vide Drusium III. 4. de Sectis Hebraeor. et ad Minerval Serarii c. 10. et Lightfooti Disquisit. Chorographicam ad Iohannem p. 234. edit. Lipsiensis. Eulogio apud Photium Cod. 230. p. 466. vocatur Δόσθης, et sectatores eius Δοσθηνοί, aliis ille Δοσίθεος, hi Δοσιθεανοί et Δοσιθαῖοι. Iudaeum gente, et postea ad Samaritas accessisse scribit Epiphanius haeresi 13. et Nicetas loco laudato. Hinc alii Samaritanum appellant, et Samaritanis errorum suorum auctorem, etiam Samaritani corruptorem Pentateuchi fuisse scribunt. Cum hoc antiquo Dositheo confundunt passim etiam prisci scriptores res iunioris Dosithei itidem Samaritani, quem Simonis Magi aequalem faciunt et pro Messia tradunt se venditasse. Confer si placet Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VI. 8. et D. Tho. Ittigium in limine eruditi libri de Haeresiarchis aetatis Apostolicae. Ita auctor Recognitionum quae leguntur sub nomine Clementis lib. 1. c. 54. de Dositheo tanquam Sadducaici dogmatis principe loquitur, et mox idem lib. 2. c. 8. Dositheum triginta discipulorum et in his Simonis Magi magistrum memorat. Ab hoc videtur hausisse Origenes quae habet lib. 6. contra Celsum p. 282. qui et pluribus aliis locis huius Dosithei meminit ut lib. 1. p. 44. et tractat. 27. in Matth. et 14. in Iohann. p. 219. seq. edit. Huetii, ut Hegesippus quoque apud Eusebium IV. 22. Hist. Eccles. Hippolytus apud Photium Cod. 121. Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fab. c. 2., qui ex Simonis haeresi tanquam ex amarissima radice Dositheanos ait propullulasse. At Philastrium nostrum non de aliquo Simonis Magi aequali sed de longe antiquiore illo loqui perspicuum est, quia mox c. 5. Sadducum Sadducaeorum auctorem vocat illius discipulum, perinde ut auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus adversus Lucifer. Sadducaeos ex Dositheani erroris radice surgentes et Epiphanius haeresi 14. „ἀπόσπασμα ἀπὸ Δοσιθέου" appellat. Ita Nicetas quoque lib. 1. Thesauri c. 38. *(F.)*

b. secundum carnem solum esse vivendum in lege domini] Hoc est, ut explicatur capite sequente, ritus externos legis observandos, quod diligentius ab Dositheanis factum scribunt Damascenus, Nicetas et alii. Hoc *carnaliter vivere* dicit Philastrius c. 8. Quoniam vero resurrectionem eos inficiatos esse mox affirmat, possint etiam verba illa accipi sic, ut *solum hoc in corpore vivendum esse* docuerit Dositheus, quemadmodum de Samaritanis est infra c. 7., vel legis promissiones non extendi ultra praesentem vitam. *(Fabr.)*

c. deque ea non sperans resurrectionem futuram] Utpote qui negaret e lege illam probari posse: 'Απεκήρυττε καὶ τὴν ἀνάστασιν," inquit de Dositheo Eulogius apud Photium Cod. 230. p. 467. ubi ex libris Moysis eam confirmat. Recognitionum quoque auctor non obscure innuit a Dositheo hunc errorem accepisse Sadducaeos. Contra admisisse resurrectionem diserte scribunt Epiphanius, Nicetas et alii. Etiam auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus contra Luciferianos tradunt Sadducaeos errorem negatae resurrectionis ad Dosithei haeresin addidisse. S. Damascenus velut conciliaturus tam diversas et pugnantes inter se sententias, quosdam saltem Dositheanorum resurrectionem futuram credidisse scribit. *(F.)*

d. nec dei spiritum nec angelum] Vid. Eulogius apud Photium p. 468. A Samaritanis tamen angelos repudiari negat Epiphanius haeresi 14. haeresin illam Sadducaeorum propriam testatus. Observa porro quod Actor. XXIII. 8. legitur οὔτε ἄγγελον, οὔτε πνεῦμα, id a Philastrio de spiritu s. explicari. Ita et Epiphanius de Sadducaeis: „πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασι." [Et Theophylactus. Sed per πνεῦμα animum hominis intellige, quam esse immortalem spiritum et post discessum a corpore permanere negabant Sadducaei, teste Iosepho XII. 12.] *(F.)*

e. nec futurum iudicium] Animos enim mortales, mundum incorruptibilem esse docuit Dositheus teste eodem Eulogio. *(F.)*

f. de lege atque prophetis] Imo primum fuisse qui prophetas repudiaverit, quasi non in spiritu s. locutos, scribunt auctor appendicis ad Tertull. de Praescription. et Hieronymus adversus Luciferianos, et in hoc ipso Samaritanis eum auctorem erroris sui fuisse innuunt, a quibus solos libros legis recipi dicetur infra, cap. 7. *(F.)*

Sadducaei post ipsum, a Saddoc[a] homine Iudaeo, qui hoc nomine vocabatur, qui discipulus fuit illius[b], qui et confirmavit hanc haeresin, ut ex eo Sadducaei dicerentur. Secundum carnem aeque solum praedicant vivendum, circumcidendum, corpusque [1]baptizandum, de lege autem divina non aliud expectantes[c], Epicuream dementiam[d] potius quam divinae legis iura sectantes. De quibus et in evangelio[e] scriptum est, docente domino, contraque hanc haeresin pestiferam praedicante. Cap. V.

Pharisaeorum alia est, quae resurrectionem[a] futuram confitetur, legem accipit et prophetas[b], Christum autem expectat ut iustum[c] Cap. VI.

Cap. V. *in Babc. inscriptum habet* SADDVCAEI. — 1. baptisandum *c.*
Cap. VI. *in Babc. inscriptum habet* PHARISAEI. —

Cap. V. — a. a Saddoc homine Iudaeo] Epiphanio et Damasceno Σαδδοὺκ, Arabibus *Zendik*, Iudaeis צדוק. Antigoni Sochaei discipulus. Vide Maimonidem ad Pirke Aboth T. 4. Mischnae p. 411. edit. praeclarae Surenhusianae, ubi et de Baitoso altero Antigoni discipulo, auctore Baitosaeorum, de quibus perinde ut de Sadducaeis abunde multa viri docti, Fullerus, Pocockius, Drusius, Serarius, Scaliger etc. *(F.)*

b. discipulus fuit illius] Dosithei. Nam ita et alii veteres scriptum reliquerunt, ut capite superiore annotavi. Et qui Antigonum audivit, potuit et alterius magistri sectari vestigia. *(F.)*

c. non aliud expectantes] Nullam aliam vitam, nullas melioris et sempiternae beatae vitae promissiones. Nam ut Iosepho de Sadducaeis traditum XVIII. 2. Antiqu. „τὰς ψυχὰς συναφανίζουσι τοῖς σώμασι," et negasse resurrectionem, constat ex Act. XXIII. 8. Vide si placet Menassem Israëlidem lib. 1. de Resurrectione cap. 6. *(F.)*

d. Epicuream dementiam] Vir praestantissimus Gerhardus Vossius lib. 1. de Origine Idololatriae c. 10. saltim in eo meliores Epicureis Sadducaeos fuisse observat, quod licet animas perinde ut Epicurus mortales esse ducerent, tamen non inficiarentur deum prospicere rebus humanis, duntaxat in hac vita. Caeterum facile ad providentiam negandam prolabitur qui eidem fato animos quo corpora hominum obnoxios esse sibi persuaserit. *(F.)*

e. in evangelio] Matth. XXII. 23. Marc. XII. 18. Luc. XX. 27. seq. Vide etiam Matth. XVI. 6. seq. ubi a ζύμης Pharisaeorum et Sadducaeorum cavere sibi suos Servator optimus iubet. *(F.)*

Cap. VI. — a. resurrectionem futuram confitetur] Distincti in hoc a Sadducaeis, Actor. XXIII. 8. S. Epiphanius XVI. 2. „ὡμολόγουν δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν." Dubium tamen, an impios etiam resurrecturos crediderint. Vide Flavium Iosephum XVIII. 2. Antiqu. et lib. 2. de bello Iudaico cap. 12. *(F.)*

b. legem accipit et prophetas] Quod etiam Sadducaeos fecisse, iam probarunt viri docti, et ex Talmude certum esse affirmat Menasse ben Israel p. 43. de Resurrect. At Pharisaei praeter τὰ γεγραμμένα utebantur etiam multis πατροπαραδότοις, et additamenta quaedam legi, ut loquitur Tertullianus, adstruebant, quae Sadducaei amplecti noluere. *(Fabr.)*

c. Christum expectat ut iustum hominem] Messiam venturum non deum fore, sed merum hominem, sibi persuadebant Pharisaei, perinde ut infra cap.

hominem. [1]Hi iudaizant[d] et evangelia non accipiunt, et [2]quaedam tempora[e] Christo domino nostro esse contraria asserunt.

Cap. VII. Samaritani a [1]Samario rege[a] ita nuncupati sunt. Alii autem aiunt a filio [2]Chanaan[b], qui hoc nomine [3]Samarius vocabatur, a quo Samaritani sunt appellati. Isti legem accipiunt [4]Moysi, id est quatuor[c] solum libros[d], iudicium futurum non expectantes, resur-

1. Hii *B.* 2. *Fabricius, qui ante* testimonia *rescribendum esse putaverat pro* tempora, *deinde acquievit vulgatae*, tempora *festa interpretatus ad Coloss. II., 16. Ego quidem rescripserim et* quidem tempora. *Hoc enim videtur velle Philaster, Pharisaeos Iudaeos esse, ideoque evangelia non recipere, quod quidem temporum quibus venturus esse Messias praedicatus sit rationem nostri domini Christi adventui convenire negent. Sed omnium longe facillima est emendatio* quaedam temere Christo *esse.*

Cap. VII. *in Babc. inscriptum habet* SAMARITANI. — 1. Samaro *b.* 2. Chanaam *Bab.* 3. Samarus *b.* 4. Mosi *ab.*

9. etiam de Essenis legitur. Philastrii autem aetate vix nomen adhuc Pharisaeorum restabat, quod de suis iam temporibus testatur Eusebius Philastrio antiquior p. 268. et 396. in Psalmos. *(F.)*

d. Hi iudaizant] H. e. Iudaei sunt, cave enim de Christianis Iudaizantibus haec intelligas. *(F.)*

e. quaedam tempora] In promtu fuerit scribere *testimonia*, sed haud sine auctoritate MSS. Codicum facere, hoc nempe scindere nodum, non solvere est. Alia igitur ratio huius loci explicandi in mentem mihi venit, videlicet Pharisaeos ita existimasse, quod tempora quaedam, hoc est festa, anni Iubelei, Neomeniae et Sabbata in Lege praecepta repugnent Iesu doctrinae, cuius Apostolus vetat „παρατηρεῖσθαι ἡμέρας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς." Galat. IV. 10. Coloss. II. 16. *(F.)*

Cap. VII. — a. a Samario rege] Epiphan. T. I. p. 24. „ἀπὸ ἀρχαίου τινὸς Σωμήρου υἱοῦ Σομὴρ, οὕτω τοῦ ὄρους καλουμένου." Vide 3. Regum XVI. 24. *(F.)*

b. a filio Chanaan] Genes. X. 18. ille dicitur Σαμαραῖος. *(F.)*

c. quatuor solum libros] Cum alii scriptores antiqui, Origenes, Epiphanius, Leontius, [Cyrillus Hierosolym. Catech. 18. Apud Photium Cod. 229. p. 466., ubi de Dositheanis, lege „Μωσαϊκὴν πεντάτευχον", pro „ὀκτάτευχον."] aliique plurimi referant Pentateuchum solum a Samaritanis admissum, ut hodie etiam facere reliquias illorum constat; reiecta autem fuisse ab iisdem scripta prophetica post Moysen edita: mirum videri possit a Philastrio tradi, quatuor tantummodo libros Moysi accepisse. Neque error librarii est, cum infra c. 115. peculiaris de Deuteronomio repudiato haeresis recurrat. Vereor autem ne Philastrio fraudi fuerit duplex vocabulorum δευτερώσεως et δευτερονομίου significatio. Nam uti per δευτερώσεις ita per deuteronomium etiam ἄγραφα πατροπαράδοτα Hebraeorum significari quandoque, notum est vel ex Maximo ad Epistolam IX. Dionysii Areopag., quae a Samaritanis utique respuebantur. Quintum vero Moysi librum ab illis reiectum, solus quod sciam Philastrius, atque ut opinor praeter rem, scripsit. Porro antiquum genitivum *Moysi* pro *Moysis* retinui praeeuntibus prioribus editionibus, et quod ita dixerunt Tertullianus et alii veteres, similiter ut tralatitia sunt *Achilli, Ulyssi* pro *Achillis, Ulysses* et similia de quibus vide si placet Vossium libro IV. de Arte Grammatica cap. 9. et Claudium Dausqueium in Orthographia p. 95. Accusativus *Mosen* pro *Mosen* occurrit apud Iuvencum IV. 15. aliosque. *(F.)*

d. quatuor solum libros] Recte notavit Fabricius singulare hoc a Philastro haberi quod Samaritani quatuor tantum Moysi libros acciperent; id enim ceteris antiquis, qui de Pentateucho a Samaritanis recepto loquuntur, indictum, ac prorsus ἄγνωστον. Num fortasse, ubi certum sit Philastrii effatum, idcirco Deuteronomium (de libro hoc intelligit Fabricius) respuebant Samaritani, quod in eo quaedam habeantur, quae a manu Moysi minime profecta esse iam constat inter eruditos? Vide sis Simonium Hist. Crit. N. T. lib. I., cap. 6. Huetium Demonstr. Evang. p. 179. ed. Paris, a quibus Philastrii locus minime est observatus. At vero Deuteronomium antiquitus a Samaritanis non facile reiectum aperte ostendit insignis locus

rectionem negantes, Christum dominum dei filium[e] in lege et prophetis nuntiatum ante non credentes, animam etiam immortalem[f] habere hominem iuxta legem non sentientes, solum autem hoc in corpore vivendum esse putantes, resurrectionemque futuram in procreatione filiorum, quae in hoc saeculo fit quotidie, [5]hanc[g] aestimantes, eamque praedicantes vanitatem, insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in propheta[h]: *Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, et similis eis factus est.*

Nazaraeorum[a] haeresis est quae legem et prophetas accipit, Cap. VIII.
carnaliter[b] tamen vivendum affirmat, omnemque iustificationem in carnali observantia consistere suspicatur; crines etiam nutrientes capitis,[c] omnemque virtutem iustitiae in eo putantes consistere, quasi a Sampsone[d] illo sibi hoc praesumentes iudicii quia [1]Naza-

5. haud *pro* hanc *in marg. habent Ba.*

Cap. VIII. *in Babc. inscriptum habet* NAZARAEI. — 1. Nazaraeus vocabatur *b.*

cius libri XXVII., 4. a Samaritanis corruptus, ubi pro *Ebal* monte substitutus est *Garizim*, reclamantibus omnibus codicibus Hebraeis, omnibusque antiquis versionibus, de quo videndus Waltonus Proleg. XI. in Biblia Londinensia n. 16., itemque Stephanus Morinus Exercit. de Linguis par. 2. c. 7. p. 201. V. inf. Annotata ad Cap. 119. (Galeard.)

e. Christum dominum, dei filium] Ex hoc loco non colligas Philastrium affirmare quod Samaritani negaverint Messiam in lege (miror addere *et prophetis*, quos illi plane reiiciebant) promissum fuisse, quemadmodum R. Iosephus Albo circa A. C. 1400. tam ferreae fuit frontis, ut in libro Hikkarim scripserit neque in lege, neque in prophetis exstare oraculum ex quo adventus Messiae necessario colligatur: sed tantummodo negat Samaritanos credidisse quod Messias praedictus sit futurus dei filius. Leontius de Sectis p. 423. „περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ οὕτως ἔχουσιν. Οὐ πιστεύουσιν ὅτι ἦλθεν, ἀλλ' ὅτι μέλλει ἐλθεῖν, οὐδὲ ὅτι θεὸς ὁ ἐρχόμενος, ἀλλὰ προφήτης." *(F.)*

f. animam immortalem] Idem Leontius: „οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν." [Hos tamen errores falso impingi Samaritanis evincunt viri docti. V. Christoph. Cellarii Histor. Samaritanam cap. 3; conf. tamen Hadriani Relandum Diss. p. 2. diss. 7. De Samaritanis Iustiniani adhuc aetate mentio apud Procopium. Leges Iustiniani adversus eosdem sancitas notat Nic. Alemannus notis ad Hist. Arcan. p. 130 seq.] *(F.)*

g. hanc] Male al. *haud.* *(F.)*

h. propheta] Davide. Psal. XLIX. 12. *(F.)*

Cap. VIII. — a. Nazaraeorum] Hoc vocabulum in Actis Apostolorum simpliciter ponitur pro Christianis XV. 5., ubi S. Paulus dicitur „πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως," a Iesu Nazareno petita appellatione. Deinde videtur speciatim positum pro iis, qui ex Iudaeis nomen Christo dedissent. Inde de iis, qui e Iudaeis ζηλωταῖς τοῦ νόμου Act. XXI. 20. facti Christiani firmius adhuc insistebant ritibus Iudaicis, et Christum deum sub legis observatione credebant, ut loquitur Sulpicius Severus lib. 2. quales ipsis Apostolorum temporibus fuere non pauci. Atque ita Philastrius etiam Epiphanium suum, ut solet, secutus, hoc nomen accipit. *(F.)*

b. carnaliter] H. e. tantum observando externos legis ritus, quod supra noster haeresi 4. dixerat „*secundum carnem solum vivere in lege domini.*" Sicque mox *carnalis observantia* nihil est aliud quam externa illa, et intellecta ad litteram. *(F.)*

c. crines nutrientes capitis] Hoc Nazaraeis suis non impingit S. Epiphanius, et vereor ne praeter rem Philastrius ad illos retulerit quae memoria sua ipsi offerebat de devotis נזירים ex Numeror. VI. *(F.)*

d. a Sampsone] Iudic. XVI. 17. Confer quae de fatalibus capillis Pherelai

raei vocabantur[e], a quo postea pagani fortes viros ex illius figura usurpantes Hercules[f] nuncuparunt.

Cap. IX. [1]Esseni[a] autem sunt qui monachorum[b] vitam exercent, escas deliciosas non sumentes, nec studium in vestimentis gerentes, nec possidentes aliquid, lectioni autem et bonis operibus insistentes, in locis etiam separatis[c] habitantes, Christum autem dominum dei

Cap. IX. *in Babc. inscriptum habet* ESSENI. — 1. Essaei *legitur in marg. Ba.*

et Nisi Tzetzes Chiliad. 2. Histor. 37. *(Fabr.)*

e. quia Nazaraei vocabantur] In quibusdam editis extat „quia Nazaraeus vocabatur", minime autem in Corbeiensi codice, ut somniavit Galeardus. Is enim liber eam Philastri particulam, qua Iudaeorum haereses pertractantur, plane non continebat, teste Io. Ravendy, monacho Benedictino, qui eum contulit. V. Collect. Vett. Patr. Eccl. Brix. p. 152. Verba Philastri supplenda videntur ex verbis Epiphanii Haer. XXIX., 5. ita: „quia Nazaraei devoti vocabantur." Cf. Num. VI. Iud. XIII. Plane absona sunt quae de hoc Philastrii loco censuit Casp. Barth Adverss. XLVI., 5.

f. Hercules] Caesum a Sampsone Tamnatam eunte leonem leo Nemeaeus ab Hercule interfectus refert, ut Dalilam Omphale, columnas duas Gazaeae domus columnae Gaditanae quae Herculi meta itinerum fuerunt, ut illae Sampsoni vitae terminus. Haec illustris Huetius p. 336. Demonstrat. Evangelicae. Adde si placet Ludovici Cappelli Opera postuma p. 426 seq. Sed et nomen ipsum congruit, nam Sampson est שמש ארן, *sol fortitudinis*, et a Flavio Iosepho exponitur ἰσχυρός. „*Et revera Herculem solem esse*, inquit Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 20., *vel ex nomine claret.* Ἡρακλῆς *enim quid aliud est nisi* Ἥρας, *id est aëris*, κλέος? *quae porro alia aëris gloria est, nisi solis illuminatio*" etc. Omitto quae de Hercule Sole notarunt amplissimi doctissimique Viri Gisb. Cuperus in Harpocrate, et Iacobus Rhenferd. in explicatione numi Phoenicii apud Iohannem Clericum T. XI. Bibl. Selectae p. 109. seq. *(F.)*

Cap. IX. — a. Esseni] Essenos Christianos agnoscit magnus Annalium parens A. C. 64. n. 4. et 5. post alios tam veteres quam recentiores, qui de iis scripserunt „Novatoribus exceptis, eo quod, ait, monachorum instituta summo odio prosequantur." Nota est quaestio, utrum ab Essenis monachi ortum ducant, qua de re extant velitationes summa contentione habitae inter Serarium et Scaligerum, quorum uterque pro sua quisque sententia locum hunc Philastrii profert, Serarius quidem 3. Trihaeres. 10., Scaliger vero Elencho Trihaeres. 31., ubi Serarium castigat, quasi Philastrii testimonium minime integrum produxerit; sed profecto immerito. Ultima enim verba quae ibi praeterit, laudaverat supra cap. 4 extremo, ubi agit de Essenorum dogmatibus vel institutis. Eos porro aliquid e Christiana doctrina hausisse, sed in totum Christianos non fuisse, notavit Salmasius ad Solin. pag. 431.; habebant enim praeter cetera quae Christianis moribus convenirent, mutuum inter se amorem, castitatis propositum, despectum opum, antelucanas preces, atque huiusmodi alia. Sed Philastrius cum addat Essenos Christum dominum dei filium non expectasse, sed ut prophetam, aut iustum hominem solum credentes, vel hinc liquet eos Christianis non posse accenseri, quod ex hoc Philastrii loco video placuisse etiam Samueli Basnagio Tom. I. Ann. p. 172. (Galeard.)

b. monachorum vitam] Neque uxores habuisse, nec servos, at communionem illis fuisse bonorum testatur Iosephus XVIII. 2., qui de vita Essenorum copiosius disserit lib. II. de Bello Iudaico c. 12., quemadmodum etiam Philo Apologia pro Iudaeis et libro quod omnis probus liber. Iosephi verba leguntur et apud Porphyrium IV. de Abstin. et Eusebium IX. 3. de Praeparat. Philonis apud Eusebium VIII. 11 et 12. *(F.)*

c. in locis separatis] Iosephus affirmat non extra urbes neque in una civitate, sed in quibuslibet civitatibus complures convenisse et una vixisse, in communi contubernio. Philo contra auctor est habitasse κωμηδόν, per vicos, civitates vero fugisse, τὰς πόλεις ἐκτρεπομένους. Atque de iisdem sermonem esse utrique patet quod Philo etiam, perinde ut Iosephus, eorum quater mille amplius numerat. Ut autem ambo concilientur, dixerim Philonis τὰς πόλεις et Iosephi μίαν πόλιν intelligi debere de urbe Hierosolyma, deinde quod Iosephus scripsit Essenos habitasse per plures civitates, id Philonem dixisse κωμηδόν. [Philo de Vita Contempl. p. 899. ed Paris. „τειχῶν ἔξω ποιοῦνται τὰς διατριβὰς ἐν κήποις ἢ μοναγρίοις ἐρημίαν μεταδιώκοντες." Iosepho XVII. ult. p. 866 memoratur Simon „ἀνὴρ γένος Ἐσσαῖος." Sic Iudas „Ἐσσηνὸς τὸ γένος", XIII. 2. §. 2. p. 665.] *(F.)*

filium non expectantes,[d] nec in lege atque prophetis eum dominum agnoscentes annuntiatum, sed ut prophetam aut iustum hominem solum credentes expectant.

[1]Heliognosti,[a] qui et [2]Devictiaci[b] dicuntur, solem adorantes, Cap. X.
atque dicentes solem scire[c] omnia quae dei sunt, homines etiam non alium nisi solem illuminare, solemque eis praebere omnia nutrimenta, non cognoscentes quod in servitute positus cursum suum peragrat[d] a deo patre per Christum dominum in sancto spiritu statutum quotidie, de quo scriptum est:[e] *Qui dicit soli oriri, et oritur, et non oriri, et non oritur.* Quem Hermes ille[f] vanus paganus Tris-

Cap. X. *in Babc. inscriptum habet* HELIOGNOSTI. — 1. Heliognostici *Prateolus in Catal. Haeres. ap. Fabricium.* 2. Aegyptiaci *Chr. A. Heumannus tom. III., lib. IV. Poiciles p. 533.* Heliactici *Cotelerius ad Damasc. de Haeres.* p. 712.

d. dei filium non expectantes] Esseni ut Iudaei expectabant venturum Messiam, non vero expectabant quod iste dei filius, sed propheta tantum aliquis promissus in lege et prophetis, venturus esset. Similiter ut c. 6. de Pharisaeis, et c. 7. de Samaritanis Philaster annotavit. *(F.)*

Cap. X. — a. Heliognosti] Ios. Scaliger Elencho Trihaeres. cap. 1. „—mendose Heliognostos dici non negabit qui mediocriter Graece eruditus est. Ἡλιογνῶσται enim, non ἡλιόγνωστοι, recta ratio postulat, quam ἀναλογίαν vocant. Atqui si κατ᾽ ἀναλογίαν recte dicitur, non tamen κατ᾽ ἔννοιαν. Nam ἡλιολάτραι aut ἡλιοσεβεῖς dicendi erant. Ii sunt qui ad solem orientem adorabant, ut est apud Ezechielem VIII. adversus institutum divinum legis Mosaicae. Ab istis profecti qui Σαμψαῖοι dicebantur, שִׁמְשָׁאֵי ἡλιάζοντες, ἡλιασταὶ, ἡλιακοί. Epiphanius Haer. XXXIII. „Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοί"; quamvis de sole oriente tacuit. Sed illi erant Esseni, aut ab Essenis, ut alibi [Elench. Trihaeres. cap. 20.] aperietur."

b. Heliognosti qui et Devictiaci] Gabriel Prateolus in Catalogo Haeresium legit *Heliognostici* (quod non adeo displicet), et *Devictiatici*, quae lectio non minus quam vulgaris, est obscura. Vir doctissimus Ioh. Baptista Cotelerius notis ad Damascenum de Haeresibus pag. 762. suspicabatur *Heliactiaci* ab ἥλιος et ἀκτίς. Ut Heliognostorum nomen referatur ad id quod ex illorum mente subiungit Philaster, solem scire omnia quae dei sunt: Heliactiacorum vero ad illuminationem hominum per solis radios. [D. Christoph. Aug. Heumannus tom. III. lib. 4. Poiciles p. 533. vult legi *Aegyptiaci*. Iustinus in Dial. c. Tryph. p. 274. b., 349. d., ubi ex loco Deut. IV, 19 colligit astra gentibus adoranda relicta a deo. V. Clement. Alex. VI. Strom. p. 669. Orig. tom. II. Huet. p. 48., sed et Athanas. I. c. Gentes p. 49. d., Isidor. Pelus. III. 39. epist.] *(F.)*

c. scire omnia] Scientiam soli, uti aliis stellis tribuunt etiam recentiores Iudaei: ita Maimonides in More Nevochim part. 2. cap. 5. et in Madda Hilchoth Iesode Hatthora cap. 3. §. 9. *(F.)*

d. peragrat] al. *peragat.* Sed vulgatum illud quia in Codd. editis reperiebam, et Philastro frequentior in huiusmodi constructione indicativi usus est, praetuli. *(F.)*

e. de quo scriptum est] In libro Iobi IX. 7. tantum alterum legitur „ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει." Alterum fuit a Philastro adiectum ex Genes. I. 3. 14. seq. et 2. Cor. IV. 6. *(F.)*

f. Hermes] Nescio respexeritne Phi-

megistus docuit post dominum omnipotentem non alium nisi solem debere ipsummet homines adorare: qui cum ad Celtarum[g] provinciam perrexisset, ipse eos dinoscitur docuisse, atque huic errori ut succumberent eisdem suasisse. Quem solem Iudaei captivati adorabant, ut Ezechiel[h] propheta eosdem Iudaeos incusando condemnat, et acrius crimen maiestatis[i] declarat et arguit contestando, sicut scriptum est.

Cap. XI. Alii sunt qui ranas colunt[a] quas sub Pharaone per iram dei tunc temporis Aegyptiorum terra emanavit,[b] ut putore Aegyptios [1]defatigarent[c], inque eo scelere adhuc perseverant, putantes dei iram ex hac observantia posse placari.

Cap. XII. Musoritae[a] sunt quidam nomine qui sorices colunt, qui sub [1]Heli[b] quoque sacerdote, cum fuisset capta arca testamenti ab allophylis[c] atque ex ira dei produxisset terra sorices ut eorum fruges

Cap. XI. *in Bab. inscriptum habet* RANARVM CVLTORES. — 1. defatigarent *c., ex coniectura Bocharti tom. II. Hierozoici, lib. V., cap. 4. p. 673. Reposui scripturam antiquam. Non semel enim hic scriptor in usu temporum peccavit. Modo supra cap. 3. habuimus* possint *pro* possent, *quod Fabricius mutavit.*

Cap. XII. *in Bab. inscriptum habet* MVSORITAE. — 1. Belo *Bab.*

laster haec verba quae leguntur in Hermetis Asclepio sub extremum: „*De adyto vero egressi, cum deum orare coepissent, in austrum respicientes erant. Sole etenim occidente, cum quis deum orare voluerit, illuc debet respicere, sicut et sole oriente in eum qui subsolanus dicitur.*" *(F.)*

g. ad Celtarum] Caesari VI. 17. de bello Gallico observatum a Celtis deum maxime Mercurium coli, huius esse plurima simulacra, hunc ferri omnium inventorem artium. Unde non dubium est Paulo Pezrono in Antiquitatibus gentis et linguae Celtarum p. 118. Hermetem etiam Celtis imperitasse: quod praesenti Philastri loco diserte confirmari laetabundus fortasse vidisset, si in illum incidisset Vir Clarissimus. Diversum autem hunc Celtarum Hermetem ab illo Aegyptio, cui Asclepius et alia scripta tribuuntur, non credebat vel non cogitabat Philaster cum haec scriberet. *(F.)*

h. Ezechiel] Cap. VIII. commate 16. *(Fabr.)*

i. crimen maiestatis] Divinae scilicet laesae, cultu exhibito soli qui a deo conditus est. Puto respici a Philastro Ezechielis verba VIII. 16. et in extremo huius sectionis excidisse: „*Et ecce ipsi quasi subsannantes*". *(F.)*

Cap. XI. — a. qui ranas colunt] *Ranitas* Prateolus vocat, Philastrum auctorem appellans, nescio ex antiquiore huius scriptoris codice, an ex suo ingenio. *Suspicor hos esse*, inquit Cotelerius, *qui lege V. Cod. de haereticis Batrachitae, Balsamoni* Βατραχῖται *(sic lego pro* Βαθραχῖται*) nuncupantur, est enim* βάτραχος *rana.* Philaster scripserit *Ranoritae*. *(F.)*

b. terra emanavit] Exod. VIII. 3. ἐξερεύξεται, *ebulliet fluvius ranas.* *(F.)*

c. defatigarent] Ita recte Bochartus T. 2. Hierozoici lib. V. cap. 4. p. 673. pro *defatigent*, quod est in editionibus. Cotelerius malebat *defatigaret*, scilicet terra. Non mirum autem, cultum ranarum in usu fuisse apud Aegyptios, tot portentorum adoratores, quibus ranarum frequentia multum incommodi afferre potuit, potestque post Nili praecipue exundationem. *(F.)*

Cap. XII. — a. Musoritae] Nomen petitum a muribus, addita tantummodo terminatione qualis infra c. 20. Puteoritae, et cap. 56. Hermioritae. *(F.)*

b. Heli sacerdote] Ita scripsi ex 1. Samuel. IV. cum in superioribus editionibus inepte esset *Belo*. *(F.)*

c. ab allophylis] Notissimum est hoc nomine in sacris litteris venire Philistaeos. Caeterum universae huic de poena Philistaeorum narrationi illustrandae conferendus est magnus Bo-

deperirent, admoniti a suis fecerunt aureos mures atque eos cum arca et sedibus aureis [2]remiserunt quinque[d], statimque ab eis desiit pestilentia.[e] Legem itaque et prophetas isti accipientes non cognoscunt hoc esse vanum et abominabile quod ab universis contemnitur et modis omnibus deridetur.

Alii sunt qui muscam [1]Accaron[b] colunt[c] in civitate [2]ita dicta, Cap. XIII.

2. quinque remiserunt *bcd.*

Cap. XIII. *in Ba. inscriptum habet* MVSCAACCARONITAE, *in b.* MVSCA-ACCARONITAE, *in c.* MVSCACCARONITAE[a] — 1. Accaron *om. b.* 2. ita dicta *B.* dicta *ac.* Accaron dicta *b.*

chartus lib. III. Hierozoici cap. 34. quem tantum miror p. 1033. hos Philastri Musoritas habere pro haereticis Christianis, cum dicantur recipere legem et prophetas, non evangelium. Quanquam fortasse nec Christiani nec Iudaei usquam fuere huiusmodi haeretici, et ex Philistaeorum facto haereticos Philastrium *satis incogitanter petere*, ait Seldenus Syntagm. 1. de Diis Syris cap. 6. *(F.)*

d. sedibus aureis quinque] Muribus numerum nullum addit, secutus Graecam versionem 1. Sam. VI. 4. Et ex v. 18. constat non quinque tantum mures aureos datos, perinde ut quinque ἕδρας, sed tot quot in quinque satrapiis Philistaeorum essent civitates. Ut vero Hebraici Codicis lectio v. 4. cum v. 18. concilietur, dicendum est iussos a sacerdotibus dare tantum quinque etiam mures aureos pro numero satraparum, sed deinde quo certius a mala lue liberarentur, pro singulis civitatibus singulos dare maluisse. Caeterum simulacra illa murium fuisse telesmatica et στοιχειωματικά, ut persuasum Iohanni Gregorio cap. 8. Observationum, non videtur verisimile, quia Philistaei non servarunt illa sibi, sed donarunt Israëlitis. Credibilius nuda simulacra animalium quibus puniti erant, et simulacra partis affectae, sive haemorrhoidibus, sive mariscis et ulceribus cancrosis, sive, ut Flavio Iosepho visum, dysenteria et profluvio alvi laboraverint, muneris loco dedicasse, qualem morem apud alias etiam gentes et apud Christianos quoque obtinuisse notat Iac. Philippus Thomasinus de Donariis Veterum cap. 35. *(F.)*

e. pestilentia] Generali vocabulo malum illud denotat quo deus Philistaeos castigavit, de quo nolim post eruditos interpretes, et Bocharti industriam, verbum addere. At Herodoti illud annotare iuvat, quod refert Longinus pag. 162. edit. praeclarae Tollianae: „τῶν Σκυθέων τοῖς συλήσασι τὸ ἱερὸν ἐνέβαλεν ἡ ἐν Ἀσκαλῶν πόλει θεὸς τὴν θήλειαν νοῦσον." Quae fuerit ista θήλεια νοῦσος, vide si placet disputantem Iac. Tollium V. C. in notis, et capite Fortuitorum XXXI. Hieron. Mercurialem Var. Lect. III. 7. *(F.)*

Cap. XIII. — a. Muscaccaronitae] Ita scripsi pro eo quod in editis *Musca-Accaronitae*. Prateolus perperam *Moscaranitae*. *(F.)*

b. muscam Accaron] Idolum Ecron sive Accaronis civitatis Philistaeorum, haud procul Geth, quod sub imagine Muscae ab Accaronitis colebatur, μυῖα, θεὸς Ἀκκαρών. [Georg. Pisides v. 978. Cosmurgiae „καὶ μέχρι μυίας ἐκθεοῦντες τὴν φύσιν." Pseudo-Hieronymus de Viro Perf. tom. V. p. 52. „ut quaevis potius compensatio sequeretur quam ad Muscam religionis Accaron devenirem."] Confer Bochartum T. 2. Hierozoici lib. IV. cap. 9. et Ioh. Seldenum de Diis Syris Syntagm. 2. cap. 6. ubi inter alia haec legas: „*A Baalzebub haeresin format Philastrius Muscae-Accaronitarum qui, ut verba eius sunt, Muscam colunt in civitate Accaron dicta.*" Vide etiam Salmasium ad Solin. p. 12. de Myiagro deo. [Et G. Outhovium de iudiciis Iehovae p. 102 sqq. Drusium ad voces Hebraic. Novi Testam. v. *Beelzebub.*] Caeterum apud Syncellum p. 190. pro „ἐν εἰδολίᾳ μυίας Ἀκκαρών" lege „ἐν εἰδωλείῳ." *(F.)*

c. muscam Accaron colunt] In 2 Reg. I. 2 legitur: „Ite, consulite Beelzebub deum Accaron." Hic nulla est musca Accaronis, sed Beelzebub Accaronis, a quo Beelzebubitae dici debebant. Sed Beelzebub, id est deus muscae, a scriptura dicitur לְגַבַּאי per contumeliam, ut alibi ostendimus, non quod Accaronitae eo nomine numen suum dehonestare voluerint. Quis enim τὸ σεβιζόμενον ὑβρίζει? Sed multi erant Baalim, et

ut in [3]Regnorum libro[d] scriptum est, sicuti rex Ochozias Iudaeorum languens miserat ad muscam [4]*in* Accaron civitatem[e], si sanus fieri posset de languore corporis, cuius causa beatus Helias iratus zelo divino propheta, quia non a deo salutem Iudaeorum rex sperare maluit, sed a musca potius [5]et Accaron civitate, iratus in hoc beatus propheta non eum evasurum, sed moriturum in lecto suo ilico divino spiritu pronuntiavit.

Cap. XIV. [1]Troglodytae[a], qui ita dicuntur in Iudaeis, qui in speluncis habitantes abditis[b] idola colere non desinebant, ut ait Ezechiel

3. Regnum *b*. 4. in Accaron *c*. Accaron *reliqui*. 5. *Reponendum puto* ex *pro* et.
Cap. XIV. *in Ec. inscriptum habet* Troglodytae, *in ab.* Trogloditae. — 1. Trogloditae *ab*. *In c. additum est* Troglodytae qui ita dicuntur, in Iudaeis, *in Bed.* Troglodytae, qui ita dicuntur in Iudaeis.

apud illas gentes εἰδωλολάτρεις numquam Baal dicebatur sine constructivo. Baal-Samaim οὐράνιος, Baal-reem βρόντιος, quem ridiculo nomine scriptura Baal-Phegor vocat, quod est πόρνιος, non βρόντιος. Sic illud Accaronitarum idolum, quod meo iudicio dicebatur Baal-Zebahim, deus victimarum, immolationum, sacrificiorum, ioculari vocabulo scriptura vocavit Deum Muscae, quod in templo Hierosolymitano muscae carnes victimarum non ligurirebant, cum tamen gentium fana a muscis infestarentur propter nidorem victimarum. Ideo in Arcadia heroi cuidam Myiagro, antequam hostiae caederentur, res divina fiebat, ne muscae ad eas advolarent. Pausanias: „ἐν ταύτῃ τῇ πανηγύρει Μυιάγρῳ προθύουσιν, ἐπευχόμενοί τε κατὰ τῶν ἱερείων τῷ ἥρωι, καὶ ἐπικαλούμενοι τὸν Μυίαγρον." Itaque quod Ochozias rex miserit sciscitatum oraculum Beelzebub idoli Accaronitarum, ideo ullam hinc haeresin Muscicolarum exortam fuisse neque sequitur neque verum est. Unus tantum Baal sine constructivo nominabatur κατ' ἐξοχήν, isque erat Baal-Samaim, de quo toties in scriptura. Reliqui dii dicuntur Baalim absolute in libris sacris, cum singuli apud gentes istas cum constructivo suo conciperentur. Ideo Baalitae non debebant distingui a Muscicolis, siquidem ulla Muscicolarum haeresis fuisset. Sed hoc male divulsit Philastrius, ut Troglodytas a Subterraneis. (Ios. Scaliger Elench. Trihaeres. cap. 1.)

d. in Regnorum libro] 4. Reg. 1. v. 2. et 16. *(F.)*

e. in Accaron civitatem] Priores editt. sine praepositione *Accaron civitatem*. De hac civitate vide Hadr. Relandi Palaestinam p. 745. 746. *(F.)*

Cap. XIV. — a. Troglodytae] Graecum nomen a τρώγη sive τρώγλη, quod latebram notat, et δύω subeo. Vide Hadr. Turnebi Adversaria XXIV. 42. et Ioh. Rhodium ad Scribonium Largum p. 154. Itaque eadem appellatione Eunomianos etiam et Aetianos nuncupatos scribit Theodoritus IV. de Haeret. Fab. c. 4., quod ἐν οἰκίαις λανθανούσαις convenirent. De Troglodytis nomadibus veteri gente vaga Africae, cuius apud Herodotum IV. 185. Strabonem lib. XVII. p. 775. Diodorum Sic. lib. 3. p. 165. Melam lib. 1. c. 8. Plinium V. 5. Hist. Porphyrium de Abstinendo ab Animatis lib. I. p. 9. et IV. p. 427. et alios priscos auctores mentio, extat singularis dissertatio V. C. Iohannis Esbergii, edita Upsaliae a. 1699. 8. Horum Troglodytarum reliquias esse Hottentotos recentibus relationibus peregrinatorum notissimos, non dubitant Iobus Ludolphus in commentario ad Historiam Aethiopicam p. 199. et Petrus Kolbe in descriptione lectu dignissima Capitis Bonae Spei edita Germanice Norimbergae An. 1719. fol. Vide eam pag. 352. 355. 370. 405. 425. 448. 453. 455. In iisdem Iudaicorum rituum vestigia sibi videtur observasse pag. 352. 413. 415. 416. 425. 429. 431. 433. 449. 457 sq. Troglodytarum lingua topazium habere significationem quaerendi scribit Plinius XXXVII. 8. *(Fabr.)*

b. in speluncis habitantes abditis] Troglodytae, qui et cap. 22 Subterranei dicuntur, et sine ulla causa a Philastrio iterantur, quam vere ex VIII, 11. 12. Ezechielis deducantur, verba

propheta[c], monstrante domino quomodo in speluncis absconditis seniores populi tenentes turibula idolis sacrificabant, atque ea caecis mentibus adorabant.

Alia est haeresis in Iudaeis, [1]quae Reginam[b], quam et Fortunam Caeli[c] nuncupant, quam et Caelestem vocant in Africa[d], eique sacrificia offerre non dubitabant, ut etiam prophetae [2]Hieremiae Iudaei tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis et servire domino, solumque eum adorare eos debere: irati [3]exclamant, dicentes[e], ex quo illi Fortunae Caeli sive Reginae non sacrificant, ex eo cuncta illis mala et pericula contigisse. Propter quod beatus Hieremias exiens de populo deque civitate eorum Lamentationes illius causa impietatis in libro conscripserat, casumque illis atque civitati adventurum non multo post[f] nuntiabat. Cap. XV.

Cap. XV. *in c. inscriptum habet* Haeresis de fortvna caeli[a], *in reliquis* Fortvna caeli. — 1. quam *b*. 2. Ieremiae *abc*. 3. exclamarent *b*.

Philastrii cum verbis prophetae collata fidem fecerint: „Ubi, inquit, seniores cum turibulis idola colunt speluncis habitantes abditis." Verba prophetae: Et septuaginta vici etc. etc. In Graeco „ἐν σκότει, ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ αὐτῶν." Neque τρωγλοδύται, neque ὑπόγειοι vel ἀποχθόνιοι dici possunt ubi nullae speluncae sunt, sed penetralia domus et abdita cubilium." (Ios. Scaliger l. l.)

c. Ezechiel propheta] Ἐν ὁράματι Cap. VII. v. 11. 12. ex quo noster ista repetit infra cap. 22. Confer si placet de eiusmodi spelaeis Porphyrium libello de Antro Nympharum. *(F.)*

Cap. XV. — a. Titulus huius capitis in prioribus editionibus erat *Fortuna Caeli*. Sed debet esse *Haeresis de Fortuna Caeli*, ut infra cap. 18. *Haeresis de Idolo Moloch et Remphan*, atque ita passim in hoc libro. *(F.)*

b. quae Reginam] Supple „adorabat," repetitum de fine capitis praegressi.

c. Reginam quam et Fortunam Caeli] Lunam sub hoc nomine cultam fuisse, iam observatum est a Viris doctissimis, Hugone Grotio ad Ierem. VII. 18. [Petro Fabro III. 2. Semestrium p. 27.] Io. Seldeno de Diis Syris Syntagm. 1. cap. 1. et Syntagm. 2. cap. 2. et Gerh. Vossio lib. 2. de Orig. Idolatriae cap. 21. et 24. Fallitur Kircherus qui Pleiades intelligit T. 1. Oedipi Aegyptiaci p. 361. seq. *(F.)*

d. Caelestem vocant in Africa] Herodianus lib. V. c. 6. „Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην (aliis haec Ἀστάρτη) ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες." Omitto Tertulliani et aliorum veterum loca, iam notata Petro Fabro lib. 3. Semestrium c. 1. sq. et illustri Viro Gisberto Cupero in Harpocrate p. 11. [Conrado Rittershusio ad Salviani VIII. de Providentia, Samueli Boussac in Noctibus Theologicis diss. XXVI., quae est de pluviarum et serenitatis imperatrice pag. 311 sqq. Paris. 1698. 8., Theodorico Ruinarto ad Victorem Vitensem pag. 144., Raphaeli Fabretto pag. 667. Inscriptt.] *(Fabr.)*

e. exclamant dicentes] Hier. XLIV. 17. *(F.)*

f. adventurum non multo post] Facit igitur Philaster cum iis, qui Lamentationes Ieremiae habent pro scripto futuram calamitatem nunciante, non illacrymante iam praesenti atque illatae. Sed magis assentiendum videtur ei, quisquis fuit, qui Graecae veteri Threnorum versioni praemisit haec verba: „καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐρημωθῆναι, ἐκάθισεν Ἱερεμίας κλαίων, καὶ ἐθρήνησε τὸν θρῆνον τοῦτον ἐπὶ Ἱερουσαλήμ." Eadem fuit opinio Origenis, Eusebii, Athanasii, Olympiodori, aliorumque. *(F.)*

Cap. XVI. Sunt et Baalitae in eis[a], qui Baal nomen regis Tyriorum[b] [1]detinentes memoria atque ipsius idolum adorantes eidem sacrificabant, ut in [2]Regnorum libro continetur, cum rex [3]Israëlitarum Achab et [4]Hiezabel uxor eius illi [5]idolo sacrificare non desinerent. In quo, zelo ductus divino, beatus [6]Helias propheta[c] missus a domino, ait eis sub nomine Iudaismi legem confitentibus, impietati autem [7]perniciose[d] paganae servientibus, et omni populo ita dixit: *Ut quid vos claudicatis in utrisque poplitibus[e] vestris? aut deo, deo, aut Baal, Baal.* Et nihilominus favens lucorum sacerdotibus rex atque regina diversis poenis et cruciatibus perierunt. Populus etiam non recedens ab idolis crebris captivitatibus interiit.

Cap. XVII. Alii sunt qui [1]Astar[a] hominem[b] et [2]Chamos[c] abominationem [3]Chananaeorum et [4]Sidoniorum [5]id est idola hominum ac mulierum[d], venerabantur, atque eisdem diversa offerebant sacrificia,

Cap. XVI. *in Bab.* Bahalitae *inscriptum habet, in c.* Baalitae. — 1. retinentes *b.* 2. Regum *b.* 3. Israhelitarum *B.* 4. Iezabel *b.* 5. dolo *b.* 6. Elias *b.* 7. pernitiosae *b.*

Cap. XVII. *in Babc. inscriptum habet* Astaritae. — 1. Asthar *Bab.* 2. Camos *Bab.* 3. Chananeorum *Ba.* 4. Sydoniorum *Bab.*

Cap. XVI. — a. Baalitae in eis] In Iudaeis puta, ut superiore et c. 25., sive ut hoc ipso capite loquitur, in iis qui sub nomine Iudaismi legem confitebantur. In prioribus editt. excusum erat *Bahalitae, et Bahal.* Infra c. 24. *Belitae.* *(F.)*

b. Baal nomen regis Tyriorum] Pater Iezabilis *Ethbaal*, Achabi socer, rex Sidoniorum. 3. Reg. XVI. 31. Longe antiquior autem Baalis cultus, (a Belo, ut videtur, Assyriorum rege per orientem vulgatus), cuius iam mentio Iudic. II. 13. ubi etiam v. 11. ut saepe deinde alibi *Baalim*, numero multitudinis. Verum de his copiose atque erudite Seldenus Syntagm. 2. de Diis Syris cap. 1: ut omittam Kircherum T. 1. Oedipi Aegypt. pag. 262. seq. Io. Ovenum in Theologumenis p. 342. Antonium Van Dalen de Origine et Progressu Idololatriae apud Iudaeos capite 2. etc. Pro rege *Tyriorum* autem Philaster fortasse scripserat *Syriorum* ut infra c. 27. hoc est Assyriorum. *(F.)*

c. Helias propheta] 3. Reg. XVIII. 21. *(F.)*

d. perniciose] Al. *pernitiosae.* *(F.)*

e. in utrisque poplitibus vestris] Ἰγνύαις vox ambigua est, perinde ut Hebraica סְעִפִּים, et sensum quoque sive animi sententiam denotat. Vide si placet Cotelerium ad lib. VIII. Constitutionum Apostol. c. 1. *(F.)*

Cap. XVII. — a. Astar] Astaritae et Remphanitae, puto ἀστρῖται. „τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν." Amos V. 26. Actor VII. 43. Ideo sequentes Molochitae apud eundem Philastrium ad istos pertinent, ex eodem loco Amos: „ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν Μολόχ," a quibus Tophethitae non magis separandi erant quam Troglodytae a Subterraneis. In loco Topheth siquidem idolo Moloch infantes igne lustrabantur. (Ios. Scaliger l. l.)

b. Astar hominem] Fallitur Philastrius qui hoc loco et infra cap. 27. *Astar* sibi finxit hominem, hoc est virum, cum nusquam in sacris litteris singulari numero Astar occurrat, *Astoreth* vero 3. Reg. XI. 5. 33. sit Ἀστάρτη dea, et per plurale *Astaroth* Ἀστάρται, et per *Ascheroth* luci in quibus idola illa colebant, denotentur. Confer Seldenum Syntagm. 2. de Diis Syris c. 1. Spencerum II. 16. de Legibus Hebr. et Allatium ad Eustathium in Hexaëmeron p. 314. sq. *(F.)*

c. Chamos] כמוש idolum Moabitarum, alio nomine Beelphegor. Vide interpretes ad Num. XXI. 29. Iudic. XI. 24. 3. Reg. XI. 33. et 4. Reg. XXIII. 13. Ierem. XLVIII. 7. 13. et Seldenum Syntagm. 1. cap. 5. Suidas: „Χαμὼς θεὸς ἦν Τυρίων καὶ Ἀμμανιτῶν, ὥσπερ ἡ Ἀστάρτη θεὸς Σιδονίων, ἣ ἐλάτρευσε Σολομῶν." *(F.)*

d. idola hominum ac mulierum] I. e. virorum et mulierum imagines. Sic infra c. 24. „*multorum quasi hominum multarumque mulierum*" et c. 27. „*Astar et Astaroth, homines et feminas.*" Notum est quod apud Hebraeos, Graecos, Gallos, aliasque gentes homo pro viro ponitur, etiam apud Latinos. Vide Io. Henelii Otium Uratislaviense c. 42. Scipionem Gentilem lib. 1. Parerg. c. 3. et Taubmannum ad Plautum pag. 251. et 292. In libro tertio Esdrae IV. 17. „καὶ αὗται ποιοῦσι τὰς στολὰς τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὗται ποιοῦσι δόξαν ἀνθρώποις, καὶ οὐ δύνανται ἄνθρωποι χωρὶς γυναικῶν εἶναι." Similiter Tob. VI. 7. et 14. Matth. XIX. 10. et 1. Cor. VII. 1. *(F.)*

quorum causa et captivitas illis regibus et populo tunc temporis permittente domino saepius adventabat, sicuti in [6]Regnorum libris continetur. Praeter David beatum regem et Ezechiam sanctum et Iosiam et Iesum filium Nave[e] alii omnes permittebant populos sacrificare idolis, ac saepius cum illorum interitu et ipsi [7]versabantur[f g], non ea destruentes, sed magis impietatis eorum fautores fieri properantes, ut reges ceteri, sicuti libri [8]Regnorum contestantur.

Cap. XVIII. Alia est haeresis in Iudaeis, de qua dominus prophetans[b] incusabat eos. Deque ea beatus Stephanus martyr[c] increpabat, dicens: *Numquid immolationes et sacrificia mihi [1]quadraginta annis obtulistis, domus Israël, dicit dominus omnipotens[d], et nunc suscepi-*

5. id est *om. b.* 6. Regum *b.* 7. venerabantur *c. Revocari veterem scripturam* versabantur, *quod interpretor* evertebantur. 8. Regum *b.*

Cap. XVIII. *in abc inscriptum habet* Haeresis de idolo Moloch et Rempham[a] (Remphan *c.*). — 1. in deserto quadraginta *c.*

e. et Iesum filium Nave] Mirum videri possit hoc loco Iosuam commemorari post reges, itaque prima facie suspicetur quis aliquem regem sub isto nomine latere: sed non est adeo exquisita accuratio morose a Philastro exigenda, quam fortasse alibi etiam in hoc libello desideres. *(F.)*

f. versabantur] Ita omnino reponendum erat ex libro vetusto: *versabantur*, hoc est evertebantur, cum populorum suorum interitu et ipsi reges ac duces. Cf. Du Cange Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. *Versare.*

g. venerabantur] Ita reposui pro *versabantur*, quod ingerebant priores editiones. Porro *illorum*, intellige interitum suum ipsorum regum, populique. *(F.)*

Cap. XVIII. — a. Remphan] Ita et in Codicibus Irenaei, et in Vulgata Latina versione, et passim hoc nomen scribitur: Versio Graeca LXX senum, uti et quidam Graeci Actorum Codices habent Ῥαιφάν, quasi interpretes apud Amosum pro כיון legissent ריון. In nominibus Aegyptiorum planetarum apud Kircherum in Prodromo Copto et T. 1. Oedipi Aegyptiaci T. 1. p. 385. T. 2. p. 415. 431. est Ῥηφάν, quem Saturno respondere notat. Ῥηφὰν quoque in versione Coptica a Dav. Wilckinsio edita. Variis etiam aliis modis hoc nomen vel scriptum vel corruptum videre est in Ῥομφᾶ, Ῥαιμφάν, Ῥαμφάν, Ῥαφάν, Ῥεφάν, Ῥεφάμ, Ῥεφφάν, Ῥεφᾶ, ut Ludovici de Dieu et Ioh. Millii industria ad Actorum locum annotavit. Grotio Ῥεμφὰν idem cum Ῥιμμών 4. Reg. V. 18., quia Hebraicum רמון utroque modo efferri potest. Fuit et Remphis rex Aegypti de quo Diodorus Sic. lib. 1. p. 56. *(F.)*

b. dominus prophetans] Apud Amosum V. 26., cui loco difficili illustrando praeter interpretes et Seldenum Vossiumque de Idololatria consulendi sunt viri clarissimi Samuel Petitus libro et capite primo Variarum Lectionum, Io. Spencerus libro III. de Legibus Hebr. pag. 32. seq. Io. Braunius libro quarto Selectorum Sacrorum c. 8. 9. 10. Campegius Vitringa libro secundo Observationum p. 245. seq. et qui viri huius docti sententiam ad examen revocavit Henricus Muhlius in diss. secunda Apodixeos scripturariae. *(F.)*

c. Stephanus martyr] Actor. VII. 42. seq. *(F.)*

d. dicit dominus omnipotens] Verba inserta a Philastrio ex Amos. V. 27. *(Fabr.)*

stis tabernaculum Moloch[e] *et* [2]*sidus dei* [3]*Remphan, formas*[f] *fictorum*[5] *idolorum*[6] *et sculptilium? Propter quod dicit dominus, Transmigratione vos faciam captivari in* [7]*Babylonem*, atque *terram* Persarum[g], et interiora loca alia [8]exarida, et in postrema terrarum omnium.

Cap. XIX. Sunt et qui aram collocantes ita dictam, [1]Taphet[a], nomine alicuius in valle filii Ennon[b]; ibidem suos filios et filias Iudaei daemoniis immolabant[c]. De quibus dicit dominus per prophetam

2. vestri et *c.* 3. sydus *Bab.* 4. Remphan *Bab.* vestri Remphan *c.* 5. fictorum *c.* 6. et om. *abc.* 7. Babylonem atque terram Persarum *cyc*, *in Babylonem atque terram sequenti vocabulo* Persarum *omissa.* Babylone atque Persarum *Ba*, Babylonis atque Persarum *bc.* 8. exarida *cyc.* et arida *libri omnes.* *Pro* interiora *cum Fabricio fortasse rescribendum* ulteriora.

Cap. XIX. *in abc. inscriptum habet* Haeresis de ara tophet. — 1. Taphet *B.* Tophet *reliqui.*

e. tabernaculum Moloch] Nabzaaz et ..., in quo adorabatur Ammonitarum Moloch simulacrum. Moloch Hebraice מלכן et מלכום, quo nomine alii Saturnum alii Solem cultum contendunt, licet *Baal* et *Moloch* videantur esse nomina generalia pluribus diis communia, ut Spencerus post Sam. Petitum non absurde observavit. *(F.)*

f. formas fictorum idolorum sculptilium] Verba *fictorum idolorum sculptilium*, uti et alia quae diverso charactere edi curavi, addidit Philaster de suo. Porro *fictorum* scripsi, pro eo quod habebant priores editiones, *fictorum*. *(Fabr.)*

g. Persarum] 2. Macrab. I. 19. Apud Prophetam Amosum ..., est „καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ" (quam Damascum Arabicae terrae adscribit Iustinus Martyr. p. 258.). Pro eo S. Stephanus dixit: „καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος," quod ultra etiam est, et eventus comprobavit. In Philastri verbis secutus sum h. l. editionem quae in Bibliothecis Patrum extat: Nam in Basileensi eadem omnia erant, nisi quod deerant verba *in deserto*, et *vestri* ac *vestri* et quod *Babylon* pro *Babylonis* scriptum esset: Iohannes vero a Fuchte ita edidit: „*In Babylonis atque Persarum interioribus locis aridis et in postrema terrarum omnium.*" Pro *interiora* possit etiam legi *ulteriora*, nisi quis in vulgata lectione malit mecum acquiescere. *(F.)*

Cap. XIX. — a. qui aram collocantes ita dictam Tophet nomine alicuius] Non videtur Tophet esse nomen idoli, sed loci, licet in Catena Patrum Graecorum ad Ieremiam pag. 624. *ara Tophet* exponitur βωμὸς τοῦ Πλούτωνος, et Andreas Mullerus vir doctissimus in Glossario Sacro putat Tophet esse *Typhon* Aegyptiorum. Aliis convenire videtur cum Vestaquae Scythis dicta Ταβιτί, teste Herodoto IV. 152. Certe Targum Esaiae XXX. 33. pro Tophet reddit Gehennam, et Kimchius ad 4. Regum XXIII. 10. aliique Hebraei notant Tophet dictum a תֹּף, quae vox tympanum sonat, quod nempe tympanis strepitum facere soliti sunt quando homines Molocho immolarunt, ne eiulatus exustulandorum exaudiretur. Procopius ad eundem locum scribit Tophet Hebraeis esse πτῶσιν sive lapsum, quasi esset תופל. Quae vero Ieremias VII. 31. vocat excelsa Tophet, במות תופת, eadem apud eundem prophetam sunt βωμοὶ τῇ Βαάλ, במות הבעל XXXII. 35. semel a loci, semel a generali idoli nomine petito vocabulo. *(F.)*

b. in valle filii Ennon] גיא הנם Nehem. XI. 30., vel גי בן הנם Ios. XVIII. 16. et alibi. Suadet sane haec appellatio Hinnonum esse nomen proprium viri qui nomen valli huic dederit, licet pulchre convenit loco, quod id a נהם sive gemere deductum volunt. Ab eo *Gehennae* appellatio, cuiu signes in sacris novi foederis libris pro suppliciis inferorum sempiternis ponuntur. Est etiam morbi genus quod ob aestus vehementiam *ignis gehennae* dicitur in narratione de transitu S. Eleutherii, Episcopi Tornacensis. *(F.)*

c. daemoniis immolabant] Recte hoc loco Philastrius, qui filios et filias non

Ezechielem[d]: *Ecce fili hominis, vide quid facit populus Israël, iste filios et filias suas in valle* [2]*Taphet immolat daemoniis, quibus ego non mandavi* hanc facere iniquitatem in Israël populo.

Puteoritae[a b] sunt qui puteos colunt, in altum fodientes, deque Cap. XX.
eis haurientes, quasi aquam salutis in ea sperantes [1]aliquam, cum dicat dominus per prophetam[c] monendo: *Me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt capere aquam* salutarem. Quod ergo ante dicebat per prophetam, in sua divina complebat praesentia[d], dicens: *Omnis qui ex hac aqua terrestri biberit, rursum sitiet: de aqua autem quam ego* [2]*ei dedero, si biberit, non sitiet in aeternum, sed erit ei saliens in vitam aeternam.* Quippe [3]erit[e] gratia Christiani baptismi salutaris humano generi concessa a domino salvatore.

Haeresis est quoque in Iudaeis quae serpenti sacrificabat et Cap. XXI.
usque ad Ezechiam regem Iudaeorum eandem impietatem celebrabat. Serpenti enim, in libris [1]Regnorum[a], usque ad Ezechiam sacrificabat aereo populus Iudaeorum, quem [2]Moyses[b] facere iussus fuerat in exitu Israël de Aegypto: cum a serpentibus morderentur Iudaei murmurantes atque deperirent inique, iussit dominus ut faceret [3]Moyses serpentem aereum, ac suspenderet eum in medio po-

2. Taphet *B.* Tophet *reliqui.*

Cap. XX. *in Babc. inscriptum habet* Pvteoritae. — 1. aliqua *b.* 2. ei dabo, si biberit, non sitiet in aeternum. sed *b.* ei dabo, non sitiet in aeternum, quam ego ei dedero, si biberit, non sitiet in aeternum, sed *Ba.* 3. erat *c.*

Cap. XXI. *in abc. inscriptum habet* Haeresis ob aenevm (aeneam *a.*) serpentem. — 1. Regum *b.* 2. Moses *ab.* 3. Moses *ab.*

tantum traductas ac lustratas per ignem, ut persuasum Maimonidi III. 38. More Nebochim, sed etiam immolatas, hoc est igne crematas scribit. Vide Seldenum lib. 1. de Diis Syris c. 6. Grotium ad Deut. XVIII. 10. et Greg. Michaelis ad Gaffarelli Curiositates Inauditas p. 95. seq. et Spencerum II. 10. de Legibus Hebraeorum, Episcopium Inst. Theolog. p. 134. 1. Geusii Victimas Humanas lib. 1. c. 11. *(F.)*

d. per prophetam Ezechielem] Prima tantum verba leguntur Ezechiel. VIII.; quae deinde sequuntur, petita sunt ex Ierem. VII. 31. Postrema Philaster ipse ex ingenio suo adiunxit. *(F.)*

Cap. XX. — a. Puteoritae] Intelligo esse vocem hybridam, *puteorygetas*, compositam ex Latino et Graeco. Sed in Graeco est „λάκκους ὤρυξαν." Λακκορύκται igitur dicendi erant, non Puteoryctae." (Ios. Scaliger l. l.)

b. Puteoritae] Vocabulum a puteo effictum, ut supra c. 12. Musoritae a muribus. Mirum vero si proprie accepit Philaster, quae per allegoriam a propheta dicta sunt, propriamque haeresin exinde confinxit. *(F.)*

c. per prophetam] Ierem. II. 13., ubi per lacus detritos daemonia et idola intelligit Apollinaris in catena ad hunc locum. *(F.)*

d. praesentia] Ita scripsi pro eo quod Helmstadiensis editio habebat, *praescientia*. Verba autem quae mox affert sunt Christi, Ioh. IV. 13. *(F.)*

e. Quippe erit] Fabricius recepit *erat*. Sed scripturam antiquam revocavi.

Cap. XXI. — a. in libris Regnorum] Libro IV. c. XVIII. 4. legas Israëlitas usque ad Regis Hezekiae tempora serpenti aereo adoluisse incensum, sive θυμιᾶσαι. Cetera ex traditione a Philastro addita sunt. *(F)*.

b. Moyses] Num. XXI. 9.

puli supra lignum, et qui intuebantur in eum, salvabantur a plagis atque diversis vulneribus. Illi ergo serpenti aereo usque ad regem Ezechiam sacrificabat Iudaeorum populus, formationes[c] etiam in lapide magno velut obelisco, qui erat in templo positus pro columna, et in eo incisiones et impressiones manu hominum, ut et litterarum [4]quarundam sculpentes Iudaei et formulas diversas tollentes[d] et ponentes in lamina baiulabant in collo: incantationes etiam docentes et velut phylacteria habentes, imo potius exercentes maleficia, eadem percolebant, atque inde alligaturas et tutamina suo portabant et portant in pectore, quae dominus ubique in lege[e] vetuerat fieri, quia paganae caecitatis haec erat impietas. Has igitur beatissimus Ezechias rex impressiones sive sculptiones deleri iussit, atque ferro radi penitus atque exscindi: aereum etiam serpentem deponi atque frangi[f] praecepit, pro quo merito[g] est liberatus a domino de obsidione tanta Persarum et Assyriorum[h], tunc temporis qui venerant captivare Iudaeorum populum atque civitatem, ut illa nocte, qua timebat barbaros rex Ezechias, angelus do-

4. quarundem *B.*

c. formationes etiam etc.] Per formationes quas Philaster vocat, et incisiones impressionesque intelligit characteres et figuras telesmaticas columnae illi insculptas, quibus vim averruncatoriam tribuerunt homines superstitiosi, uti serpenti aereo Parisiis reperto, de quo Gregorius Turonensis VIII. 33. Non defuerunt etiam qui serpentem ipsum a Moyse erectum habuerunt pro telesmate eiusmodi, quam sententiam confutat Natalis Alex. in selectis capitibus Hist. Eccles. Veteris Testamenti, aetate IV. diss. 6. et in Curiositatibus Inauditis Gaffarellus c. VI. §. 7. *(Fabr.)*

d. formulas diversas tollentes] Sensus est, fuisse qui ex illis characteribus quosdam describerent in laminas, descriptosque gestarent instar amuletorum, quae mox *phylacteria*, et latino vocabulo, quod idem significat, *tutamina* appellat, et *alligaturas* sive περιάμματα, de quibus copiose Ioh. Christianus Frommanus libro de Fascinatione, et Iacobus Wolfius in Scrutatore Amuletorum. *(F.)*

e. in lege] Levit. XXVI. 1. et Deut. XVI. 22. quae sunt in praeceptis negativis XIII. et XIV. *(F.)*

f. frangi] כתת 4. Reg. XVIII. 4. hoc est comminui, ut a Moyse vitulus Deut. XI. 21. Videant igitur qui serpentem illum adhuc ostentant in columna integrum Mediolani in templo S. Ambrosii, quem singulari libro descripsit Petrus Paulus Bosca Bibl. Ambrosianae praefectus. Conf. Geo. Hieron. Welschium de Vena Medinensi pag. 67. seq. et Wagenseilium τὸν μακαρίτην in praefat. ad librum Germanice editum de More Iudaeorum Germanica Hebraicis scribendi litteris, ubi effigiem illius serpentis exhibet. *(F.)*

g. pro quo merito] Veteres passim *meritum* ponunt pro virtute et actione bona, quae deo placet et quam ille praemiis dignatur. Loca collegit Thomas Mortonus in Antidoto. Dicitur scilicet meritum quod gratiam meretur, i. e. consequitur, hoc enim est mereri, ut in illo Zosimi Papae: *O felix culpa, quae talem meruit habere Salvatorem!* Etiam pro culpa meritum poni notavit Andreas Schottus II. 16. Observ. Humanarum. Desiderius Heraldus ad Arnob. lib. 1. pag. 50. *(F.)*

h. Persarum et Assyriorum] Sennacheribus qui Hierosolyma incassum obsedit 4. Reg. XVIII. seq. *Assyriorum et Arabum rex* dicitur Herodoto lib. 2. cap. 141. *(F.)*

mini de caelo[i] descenderet centumque et octoginta quinque milia alienigenarum obsidentia civitatem nocte silenti percuteret, atque omnes homines exanimes atque mortuos mane regi omnique Iudaeorum populo demonstraret.

Cap. XXII. Alia est haeresis[a], ut Ezechiel propheta dei iussu pervidit sub terra in spelunca stantes septuaginta viros seniores Iudaeorum, tenentes turibula, diversisque[b] formarum sculptilibus[c] sacrificantes eosdem atque eadem adorantes[d].

Cap. XXIII. Est et alia haeresis Iudaeorum, quam sub spelunca iussu dei cogitur pervidere propheta[a], mulieres sedentes[b] et plangentes quendam [1]Thamuz[c] nomine, qui filius[d] fuit regis gentilium, cuius

Cap. XXII. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS SVBTERRANEIS IN LOCIS AD OMNEM TVRPITVDINEM APTA. —
Cap. XXIII. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS MVLIERVM CVM THAMVR (THAMVS *c.*) SIMVLACRO. — 1. Thamus *c.* Thamur *reliqui.*

i. angelus domini de caelo] 4. Reg. XIX. 35. Angelum bonum fuisse colligit S. Antonius apud Athanasium in huius vita, ex eo quod sine tumultu rem peregerit. Eleganter et diserte stragem hanc ab angelo editam describit S. Nilus, narratione secunda.

Cap. XXII. — a. Alia est haeresis] De qua iam dictum supra, cap. 14., ex Ezech. VIII. 10. 11. 12. *(F.)*

b. diversis formarum sculptilibus] Equidem vir maximus Hugo Grotius pictas tantummodo has Panthei subterranei imagines fuisse contendit. Sed vocabulum מחקה, quod LXX. reddiderunt διαγεγραμμένον, potest etiam non absurde accipi de sculptili. Ceterum Ezechieli, qui in Babylonia tum temporis versabatur, hoc omne in visione tantummodo a deo monstratum, non in templo ipso Hierosolymis praesentem rem praesentis oculis subiectam esse, lubens mihi persuadeo. *(F.)*

c. diversisque formarum sculptilibus] Eis quae Fabricius ad haec verba adnotavit Galeardus haec addidit: „Favet Grotio Hieronymus ad hunc locum Ezechielis VIII., 10. „Non solum idolum zeli, sed et omnes templi parietes diversis idolorum imaginibus pingebantur, ut nulla esset bestia quam non parietis pictura monstraret." Et certe picturam memorat non solum Vulgata, sed etiam Paraphrasis Chaldaea. Quod Grotius addit ad eundem Ezechielis locum, pingere tales formas in parietibus morem fuisse Troglodytarum „narrante Philastrio" falsus est Vir summus: nam cap. 14., ubi Philastrius loquitur de Troglodytis, de pictura ne verbum quidem."

d. eadem adorantes] Hoc est una adorantes.

Cap. XXIII. — a. propheta] Ezech. VIII. 14. *(F.)*

b. sedentes et plangentes] Lugentium enim sedere, ut notant viri docti ad Virgil. XI. 350. „*totamque videmus consedisse urbem luctu.*" Et Ioh. Doughteius in Analectis Sacris ad prophetae locum. *(F.)*

c. Thamuz] Male priores editiones *Thamur*, est quippe in Hebraeo תמוז, Θαμμούζ. Aegypti rex Θαμοῦς apud Platonem in Phaedro et Philostratum VI. 5., aliis Ἀμοῦς, de quo dixi lib. 1. Bibl. Graecae c. 2. Manethoni apud Ioseph. 1. contra Apion. p. 1040. seq. Θούμμωσις et Τέθμωσις: Syncello p. 63. Ἄμωσις idemque Τέθμωσις, Asethi F., cui Amosi fuit filius dictus itidem Ἄμωσις et alio nomine Μισφραγμούθωσις, ut ibidem apud Syncellum et p. 122. legitur, pro quo in Iosephi codicibus minus bene est Ἀλισφραγμούθωσις, cuius filium Τέθμωσιν eum fuisse Manetho scribit, qui Israëlitas Aegypto expulit. Apud Herodotum II. 42. Ἀμμοῦς est Aegyptiorum Iupiter: idem docet Plutarchus lib. de Iside et Osiride pag. 354. Notamus idem nomen a Manethone exponi κεκρυμμένον, et hunc esse Iovem Ammonem Graecorum. Etiam Osiridem Ἄμμωνα quibusdam dictum testis est Diodorus Siculus libro 1. p. 15., et Theo-

Iudaeae mulieres simulacrum cum fletibus adorabant, impietatemque gentilium colentes ei offerre sacrificia non desinebant. [2]Thamuz enim Pharao ille[c] dicebatur rex Aegyptiorum qui sub beato [3]Moyse Aegyptiis praesidebat illo tempore.

Cap. XXIV. Alia est haeresis in Iudaeis, [1]quae multorum quasi hominum[a] multarumque mulierum percolens idola [2]Baalitarum speluncis absconditis eisdem offerre sacrificia non [3]desinebat, scriptura dicente quasi multorum atque multarum[b] fuisse numerum. Hoc [4]autem a Belo rege[c], qui Orientem potenti regimine multo tempore detinuit, ac de ipsius uxore et filiis filiabusve ita ex parentibus editis omnem eorum progeniem processisse monstrabat, ut ex eis [5]Baalitae[d] appellarentur. Nam ut est genus aut [6]Gracchorum[e], aut Aniciorum et aliorum, ita ex parentibus suis omnis illorum emerserit proge-

2. Thamus c. Thamur reliqui. 3. Mose ab.
Cap. XXIV. in Codice inscriptum habet Baalitae. — 1. qui c. 2. Bahalitarum Bab. 3. desinebat b. desinebant libri ceteri. 4. autem aut a Belo Bab. Pr. Hoc vocabulum puto Nomen. 5. Bahalitae Bab. 6. Graecorum aut Anitiorum c. Graecorum aut Anitiorum reliqui.

dorum auctore „ὁ Θαμοῦς ὁ Ἄμασις ἐπὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνήν.“ [Adde Procopium Gazaeum p. 258. sq. ad Iesaiam. De cultu Thamusi apud Aegyptios vide scriptores laudatos a Ioh. Lukio ad Eliam Schedium p. 103.] Hinc de planctu Osiridis et Adonidis sat multa ad h. l. observarunt viri eruditi. Thamum vero Aegypti regem ab Hippopotamo discerptum periisse, Syncello teste laudato scribit praeclarus Philostrati illustrator pag. 234. Sed de Mene, non de Thamo, hoc tradit Syncellus p. 54. licet Menem cum Thamo confundit Marshamus p. 31. Chronici. (F.)

d. qui filius fuit regis] Ipse etiam, ut mox addit Philaster, Aegyptiorum rex. (F.)

e. Pharao ille] Ita et sentit Africanus apud Syncellum p. 62. seq. qui regem illum Ἄμωσιν vocat, ut Manetho apud Iosephum p. 1041. Τέθμωσιν; „ὁ ἐξελὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις.“ Hic si fuerit quem mulieres Iudaeae luxerunt, tum planctus illius causa erat, quod rex iste mari rubro haustus cum exercitu periit. Alius rex ille Aegypti videtur fuisse Chenchres, vel Acherres, aliis Petissonius. Sed Manethoni libenter in hoc fidem habeo. (Fabr.)

Cap. XXIV. — a. quasi hominum] I. e. virorum, ut supra c. 17.

b. quasi multorum atque multarum] Occurrit in sacris litteris non tantum singulare בַּעַל, sed et plurativum בְּעָלִים, ut Iudic. II. 11., 1. Sam. VII. 4., 2. Paralip. XXVIII. 2. atque saepius alibi. (F.)

c. a Belo rege] Conditore Babylonis, de quo uti et de aliis huius nominis consulendus Marshamus in Chronico Canone. Hunc a sacro scriptore Moyse Nimrodum dictum volunt Genes. X. 10. (F.)

d. Baalitae] Uti Baalitae sive Belitae non incongruenter supra c. 16. dicti sunt Baalis sive Belis cultores, ita toto hoc capite aptior sensus fuerit si pro Baalitarum et Baalitae atque Belitae, ubique legas Baalim. Sententia autem Philastrii est, illo nomine communi venire omnes Beli posteros. (F.)

e. Graccorum] Ita scribendum mihi visum fuit pro Graecorum, quod erat in prioribus editionibus. Nota autem apud Romanos Gracchorum perinde ut Aniciorum familia: ac de Aniciis quidem praeter Glandorpium et alios qui de familiis Romanorum scripsere, videndus Vinetus ad Ausonii Epist. 16. et Reinesius in Epistolis ad Hofmannum p. 653. seq. Gracchorum vero nomen antiquitus sine adspirationis nota scriptum Graccorum notavit in Orthographia Terentius Scaurus ex Varrone. Confer. Io. Rhodii notas ad Scribonium Largum p. 218. seq. (F.)

nies, ut ex uno nomine impia generatio Belitae [7]dicerentur. Itaque mortui cum in monumentis ponerentur, et progenies illorum itidem sepulta in eo loco hoc nomine a suo populo meruit a posteris nuncupari, ut Belitae appellarentur a sua generatione pristina. Belus autem sive a proprio nomine, sive a fortitudine belli[f], quia multos superabat tunc temporis, hoc nomen aut cognomen habere sortitus est, deque hac re Iudaeorum populus impietatem gentilium sequendo a divina scriptura accusatur, quod sacrificantes illis, id est regibus et eorum filiis omnique cognationi illorum, [8]*eosque* sequentes diversis captivitatibus tradebantur.

Alia est haeresis in Iudaeis, quae [1]Baal idolum [2]a Balaam[a] pseudopropheta, qui de Mesopotamia advenerat contra [3]Moysen beatissimum, asserunt nomen accepisse, [4]quia Balac[b] tunc temporis rex Moabitarum illum rogaverat, ut ad eum[c] iret, et malediceret populo Iudaeorum. Et quia ut propheta in scripturis ante dicebatur[d], contempto [5]autem praecepto domini ad pseudoprophetae postea descendit interitum[e], contra dei populum cogitando, Iudaei ut pagani sub hoc vocabulo[f] idolum facientes ipsius colere illud[g] non desinebant. Cap. XXV.

7. diceretur *b.* 8. eosque sequentes *b.* sequentes *reliqui.*
Cap. XXV. *in abc. inscriptum habet* Haeresis cum Baal (Bahal *ab.*) idolo. 1. Bahal *Bab.* 2. a Balaam pseudopropheta *c.* aut Balaam pseudoprophetam *reliqui.* 3. Mosen *ab.* 4. qui *ab.* 5. ante *b.*

f. sive a fortitudine belli] Notatio nominis haud minus aliena quam quod in Chronico Paschali p. 36. Belus dictus traditur quasi βέλος telum „διὰ τὸ ὀξύτατον εἶναι.“ Hyginus fab. 274. „*Afri et Aegyptii primum fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum.*“ Postrema verba pro glossemate male habet Barthius ad Statium T. 2. p. 889.; nam Cassiodorus quoque lib. 1. Epistola 30. cum pugnam dictam esse notasset, quod prius certatum esset pugnis „*postea*, inquit, *Belus ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum placuit nominari.*“ Qui locus Vossio etiam in Etymologico, et Munckero ad Hyginum iam observatus. *(F.)*

Cap. XXV. — a. a Balaam pseudopropheta] Ita scripsi, cum priores editiones perperam haberent: *aut Baalam pseudoprophetam.* *(F.)*

b. quia Balac] Male in prioribus editionibus: *qui Balac.* *(F.)*

c. ad eum iret] Ad regem puta Balacum Num. XXII. 5.; igitur magis perspicue dixisset *ad se.* Sed frequens huiusmodi neglectio reciproci pronominis, et vicissim huius pro demonstrativo usus apud scriptores istius maxime et sequentium aetatum. Sic illustris Huetius commentarios de vita sua inscripsit *de rebus ad eum pertinentibus.* *(Fabr.)*

d. propheta in scripturis ante dicebatur] S. Hieronymus in quaestionibus Hebraicis ad Genes. XXII. cum Balaamum dixisset ab Hebraeis haberi pro eo qui in libro Iob dicitur Elihu, et genus duxerit a Nachore Abrahami fratre: „*Primum*, inquit, *vir sanctus et propheta dei* (Num. XXIV. 3. seq.), *postea per inobedientiam et desiderium munerum, dum Israël maledicere cupit, divini vocabulo* (Ios. XIII. 22.) *nuncupatur.*“ Male apud Eucherium, ubi Hieronymi verba describit, *divini vocabulo privatur.* *(F.)*

e. ad pseudoprophetae descendit interitum] Numer. XXXI. 8. Ios. XIII. 22. *(Fabr.)*

f. sub hoc vocabulo] Baalis nomine Balaamum colentes, quod nullus alius antiquus scriptor, quantum quidem ego memini, traditum reliquit. *(F.)*

g. colere illud non desinebant] I. e.

Cap. XXVI. Alia est haeresis de [1]Pythonissa, qua [2]cooperientes vestimentis [3]mulierem[a] ab ea quaedam responsa sperabant posse[b] consequi. Unde et aiunt [4]Pythonissam illam beati Samuëlis animam ab inferis excitasse; [5]idque inde maxime credi posse homines usque hodie plurimi suspicantur, [6]quia quae dixerat regi Sauli superstiti propheta beatissimus, ea etiam in executione quasi [7]ei[c] iterum responsa dixisse [8]cognoscitur vera; cumque plurimi huic adquiescere mendacio malint, in perpetuum descendunt interitum, cum propheta[d] dicat: *Iustorum animae in manu [9]domini, et non tangit eas mors.* Quomodo itaque anima impia[e] piam sanctamque animam, et prophetam maxime, poterat ab inferis excitare? [10]Sed quia ignorant quod recedentes animae a fide Christi domini deditas iam se impietati faciunt, atque ei omni se studio subiiciunt; quia arbitrii sui est omnis homo[f], quod velit ut eligat facere permittente deo. Sed quia recessit[g] a domino, ut immundus spiritus iam ei domi-

Cap. XXVI. *in abc. inscriptum habet* DE PYTHONISSA (PHITONISSA *ab.*) MVLIERE HAERESIS SVPERSTITIOSA. — 1. Phitonissa *Bab.* 2. se cooperientes *b.* 3. mulierum *b.* 4. Phitonissam *Bab.* 5. idque *ego*, atque *libri omnes.* 6. quia quae *ego*, quaeque *libri omnes.* 7. dei *c.* 8. cognosci *c.* 9. domini sunt, et *b.* 10. Sed *capiendum est ut Graecorum ἀλλά, quemadmodum rursus infra. Sed utroque loco facillima opera rescripseris* Scilicet.

colebant: formula loquendi Philastrio perquam familiaris. Sic cap. 14. „*idola colere non desinebant.*" cap. 16. „*Achab et Hiezabel uxor eius diis idolis sacrificare non desinerent.*" c. 23. „*Impietatemque gentilium colentes et offerre sacrificia non desinebant.*" (*F.*)

Cap. XXVI. — a. cooperientes vestimentis mulierem] Male accepit Philaster quod 1. Sam. XXVIII. legitur, Saulum cooperuisse se, et mutatis vestimentis alium se simulasse. (*F.*)

b. posse consequi] Plenius erat: *posse se consequi.* Et fortasse librarius syllabam eandem quae praecedit repetere neglexit. (*F.*)

c. quasi ei iterum responsa dixisse cognosci vera] Sicut dei responsa esse comprobabantur, quae Samuel spirans adhuc Sauli dixerat. In prioribus editionibus locus hic corrupte, ut mihi quidem videtur, legebatur sic: „*quasi ei iterum responsa dixisse cognoscitur vera.*" (*F.*)

d. cum propheta dicat] Verba sunt in Sapientiae libro c. III. 1. cuius libri auctorem prophetam vocant etiam alii veteres bene multi, ut Lucifer Calaritanus ex illo hunc ipsum locum proferens p. 194. „*ore Salomonis Spiritus S. dicit,*" mox: „*Dicit scriptura sacra,*" atque iterum p. 195. „*loquitur*, inquit, *ore prophetae Spiritus S.*" Doctissimi quique tamen cum S. Hieronymo, Augustino, Eusebio, et Basilio M. (ne de Iudaeis dicam) et a Salomone et a propheta scriptum negarunt. Pro verbis: „*in manu domini, et non tangit eos mors,*" in Graeco est: „ἐν χειρὶ θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος," apud Luciferum, „*tormentum malitiae.*" (*F.*)

e. Quomodo itaque anima impia] Solidum argumentum quo Philaster probat non fuisse verum Samuelem, quem saga Endorea in conspectum Saulis produxit. Eodem argumento utitur Tertullianus c. 57. de Anima, Gregorius Nyssenus Epistola ad Theodosium, aliique quorum loca produxit Leo Allatius Syntagm. de Engastrimytho c. 10. seq. (*F.*)

f. arbitrii sui est omnis homo] Communis haec doctrina Graecorum Latinorumque scriptorum ante Augustinum, ita tamen ut faterentur cum apostolo deum esse qui det velle ac perficere. S. Hieronymus quaest. Hebr. in Genes. IV. 6. „*verum quia liberi arbitrii es, moneo ut non tibi peccatum, sed tu peccato domineris.*" Respicit autem Philaster verba Sirachidae XV. 14. seq. (*Fabr.*)

g. Sed quia recessit a domino] Saul nimirum, nam de eo sermo est. (*F.*)

naretur. Dubiis et claudicantibus in lege divina quod dixit beatus [11]Helias: *Aut deo, deo, aut Baal, Baal*[h]. *Qui enim adhaeret Christo, unum corpus est*[i], et qui immundo spiritui, *unus consensus est.* Et Achab rex Iudaeorum cum crederet Sedechiae et aliis falsis prophetis verumque prophetam domini Michaeam contemneret, interrogat dominus immundum spiritum, adhuc bonitatis loco[k] regi concesso a Christo domino usque ad tempus aliquod, ut si vellet credere prophetae vero, procellam periculi devitaret, si nollet magisque crederet pseudoprophetis, sine dubio deperiret. Ita enim interrogat dominus[l] immundum spiritum, dicens: *Quis seducet regem Achab Israëlitarum, ut vadat in pugnam et interficiatur? Et ecce immundus spiritus advenit dicens: Ego vadam et faciam. Et ait dominus ad immundum spiritum, quomodo id facies? Et ait immundus spiritus ad dominum: Faciam me quasi angelum lucis*[m] *et verba similia eloquar, et ducam eum in praelium,* [12]*atque ibi eum deseram, et sic morietur. Et ait dominus ad eum: Vade, sic facies.* Ideoque et apostolus[n] ait: *Non magnum est, si et satanas transfiguret se velut in angelum lucis, cum ipsius satellites transfigurantur.* Et ita decipiunt multos visu, verbo aut persuasione[o] non alterius rei[p], quippe visu quasi verisimili[q], ut, cum verbis veluti similibus et visibus quasi bonis et non malis in tempore volunt credere atque eis inhaerere homines, inevitabilem mortis aeternae incurrant sententiam, diversisque post exitum corporis poenis et cruciatibus pessumdentur. Quod et regi Iudaeorum illo tempore periculum supervenit, quod falsis magis quam veris dei prophetis credere maluisset.

Est haeresis in Iudaeis [1]quae [2]Astar et [3]Astaroth[a] post [4]Moysi Cap. XXVII.

11. Elias *b.* 12. et *b.*

Cap. XXVII. *in abc. inscriptum habet* DE ASTAR (ASTHAR *ab.*) ET ASTAROTH (ASTHAROTH *a.* ASTHAROT *b.*) SIMVLACRIS HAERESIS. — 1. qua *b.* 2. Asthar *Bab.* 3. Astharoth *Ba.* Astharot *b.* 4. Mosi *ab.*

h. Helias] 3. Reg. XVIII. 21. (*F.*)

i. Qui enim adhaeret Christo] 1. Corinth. VI. 17. (*F.*)

k. adhuc bonitatis loco] Dato adhuc ei spatio poenitentiae, et boni consilii amplectendi. (*F.*)

l. interrogat dominus] 2. Paralipom. XVIII. 19. Caeterum non verba exacte appendit Philaster, sed sensum expressit, more suo interpolatum. (*F.*)

m. Faciam me quasi angelum lucis] Haec interserit ex loco Apostoli mox producendo. (*F.*)

n. apostolus] 2. Cor. XI. 14. Etiam hunc locum e memoria et non accurate redditis verbis apposuit Philaster. (*F.*)

o. aut persuasione non alterius rei] Hoc est persuadentes ea quae suadent revera esse quemadmodum suadeant. Fabricii interpretatio eodem redit.

p. non alterius rei] Quam bonae scilicet, ut mox addit: „*Visibus quasi bonis et non malis.*" Ita dicimus „*si secus aliquid acciderit,*" vel „*secus cogitare,*" pro „*in malam partem.*" (*F.*)

q. quippe visu quasi verisimili] Fortasse *verisimilis* legendum. Aut vero referendum illud *verisimili* ad ea quae

defunctionem successionemque Iesu filii Nave colentes ad captivitatem gentilium [5]tradebantur. Nam [6]Astar et [7]Astaroth homines et feminas[b] figurasque eorum colebant, quae nomina regum Syriorum[c] fuerunt et Aegyptiorum, quorum filii filiaeque cum a populis suis colerentur, post etiam templa illis facientes, post mortem illorum progeniem ibidem sepelientes deorum dearumque eis [8]nomina[d] offerebant cum sacrificiis itidem. Nam [9]Astartium[e] est in Syria, [10]alibique diversa et plurima, [11]qua de gente Chananaeorum omnis haec illo tempore exarsit impietas, [12]quam [13]Moyses gentem cum omni suo populo eradicare iubebatur[f] a domino.

Cap. XXVIII. Alii Herodiani sunt, ab Herode[a] rege[b] Iudaeorum ita appellati. Isti resurrectionem confitentur[c], legem et prophetas accipiunt, He-

5. trahebantur A. 6. Asthar B. et Asthar (Astar *c.*) *abc*. 7. Astharoth *Ba.* Astharot *b*. 8. nomine *c*. 9. Asturtium *Bab. Hic in marg. Ba. asteriscus conspicitur.* 10. alibique *c*. aliqua *reliqui*. 11. qua *c*., quae *libri omnes*. 12. ob quam *b*. 13. Moses *ab*.

Cap. XXVIII. *in Babc. inscriptum habet* HERODIANI.

praecedebant, *caelo aut parvo-sano*. (*Fabr.*)

Cap. XXVII. — a. Astar et Astaroth] Vide, si placet, quae supra ad c. XVII. Prioribus editionibus erat *Asthar* et *Astharoth*. (*F.*)

b. homines et feminas] Virorum feminarumque simulacra. (*F.*)

c. Syriorum] I. e. Assyriorum. (*F.*)

d. deorum dearumque eis nomina] Minus bene priores editiones, *nomine*. Nomine deorum dearumque offerebant, hoc est tanquam diis et deabus. Offerebant cum sacrificiis, id est sacrificia. (*F.*)

e. Astartium est in Syria] 'Αστάρτειον sive 'Ασταρτεῖον templum Astartes, I. Sam. XXXI. 10. et Ioseph. VI. 15. Antiqu. et I. contra Apion. In prioribus editionibus corruptissime scriptus hic locus: „*Nam astartium est in Syria aliqua diversa et plurima*." Innuit autem Philaster alibi etiam diversa et plurima Astartes templa fuisse, quod ex veterum monumentis confirmatur. Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestrium cap. 2. [Astarte navi insistens in nummis. Beger. III. p. 52.] (*F.*)

f. eradicare iubebatur] Non tantum aras et idola lucosque Chananaeorum exscindere Exod. XXIII. 24. XXXIV. 13. (*F.*)

Cap. XXVIII. — a. ab Herode rege] Herodem Magnum tribuisse nomen sectae Herodianorum contendunt viri doctissimi, praeeunte Epiphanio haeresi XX., et Niceta lib. 1. Thesauri c. 34. Verum Herodiani Matth. XXII. 16. Marc. III. 6. XII. 13. fuere ministri vel milites Herodis Antipae, qui Iohannem Baptistam interfecit et Herodis Magni filius fuit: nec magis haeresin vel sectam significat ibi hoc nomen, quam Caesareanorum, Pompeianorum et similia. [Et apud Tertullianum Attinianorum, Nigrianorum et Cassianorum. Nam ita et Herodiani, qui Herodis, et cum illo Romanis partibus favebant Iudaei vel non Iudaei.] S. Hieronymus ad Matth. XXII. „*Mittunt igitur Pharisaei discipulos suos cum Herodianis, id est militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisaei, quia Romanis tributa solvebant, Herodianos vocabant, et non divino cultui deditos. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant qui Herodem Christum esse credebant, quod nusquam omnino legimus.*" Herodes autem ab angelo percussus Act. XII. 23. fuit Herodes Agrippa, Aristobuli et Berenices F., cuius mortem narrat etiam Iosephus XIX. 8. Antiquit. (*F.*)

b. rege] Fabricii adnotatis haec addidit Galeardus: „Hieronymo adde Damascenum, cui Herodiani sunt qui, ut Herodi placerent, Romanis tributa solvebant, quibus ut illuderent Pharisaei, Herodianos vocabant. Macrius Hierolex. v. *Herodiani*, quo in loco Philastrium castigat. Confer, si lubet, Scaligerum Elencho Trihaer. c. 1 et 2."

c. resurrectionem confitentur] Non

rodem autem regem Iudaeorum, percussum ab angelo, ipsum ut Christum[d] sperantes expectant[e].

CATALOGUS EORUM

QUI POST CHRISTI PASSIONEM HAERESEOS ARGUUNTUR.

Post passionem [1]autem Christi domini nostri et adscensionem Cap. XXIX.
in caelum Simon quidam fuit Magus[a], genere Samaritanus, [2]Gittaeus[b], de loco quae villa est in Samaria ita vocata, qui magicis vacans artibus multos fallebat, dicens se esse virtutem quandam dei quae supra [3]omnes virtutes esset[c]. Quem Samaritani quasi

Cap. XXIX. *in c. inscriptum est* SIMON MAGVS. — 1. autem *om. A.* 2. Citieius de loco quae villa est in Samaria ita vocata A. de villa quae est Githeus (Citheus *Bab.*) vocitata *Babc.* 3. omnes inquit virtutes est *A.*

facit itaque Philaster cum iis qui Herodianis eadem de spiritibus et resurrectione quae Sadducaeos sensisse existimant, ut Iohannes Harduinus V. C. libro de nummis Herodiadum p. 97. sq. [Anonymus Anglus in Fortuitis Roterod. 1727. 8. editis p. 40.] et ante eum Hugo Grotius ad Matth. XVI. 6. et Marc. VIII. 15. Vel qui Herodianos cum Dositheanis confundunt, quorum sententiam confutat idem Grotius ad Marci III. 6. (*F.*)

d. ipsum ut Christum] Philaster igitur sibi persuasit Herodem Agrippam, quem deum ab assentatoribus vocatum refert S. Lucas Actor. XII. 22. et Iosephus XIX. 8. p. 679., ab Herodianis pro Messia habitum, et quidem venturo: nam in ipsum, inquit, ut Christum sperantes expectant. At ex Epiphanii sententia et Nicetae iam notavi Herodem Magnum ab Herodianis habitum pro Christo fuisse: memoria enim lapsus vir summus Hugo Grotius est qui ad Matth. XVI. 6. Epiphanium ait ad Herodem Baptistae interfectorem traxisse id quod ad Magnum pertinebat. Auctor quoque appendicis ad Tertull. de Praescript. S. Hieronymus contra Luciferianos, Damascenus de Haeres. et Pseudo-Hieronymi Indiculus cum Herodem simpliciter nominant, Magnum intellexisse videntur. De Magno etiam Scholiastes Persii accipit illud Sat. V., 80. „*at cum Herodis venere dies*", neque mirum est diem traditi per Augustum Herodi Magno regni etiam apud successores et posteros quotannis festum fuisse. Obiter notare liceat Herodianos a Theophylacto Epistola 13. poni pro iis qui Herodis crudelitatem imitantur. (*Fabr.*)

e. expectant] Tho. Malvenda lib. 1. de Antichristo c. 11. legit *expetunt*. Sed nihil necesse est vulgatam lectionem mutare. (*F.*)

Cap. XXIX. — a. Magus] Actor VIII. 11. [Ioh. Laurent. Mosheimii diss. de uno Simone Mago Helmst. 1734. August. Calmet diss. de Simone Mago tom. VII. p. 815. seq.] (*F.*)

b. Gitthaeus] Ita legendum a Gitthis Samariae pro *Citheus*; „ἀπὸ Γιτθῶν" vel „Γετθῶν." Confer si placet Cotelerii notas ad Constitut. Apostol. VI. 7. p. 334. et lib. 1. Recognitionum Clementis c. 12. p. 489. Fallitur enim vir doctus Stephanus le Moyne, qui Κιτταῖον sive Cittiensem a noto Cypri oppido Simonem fuisse sibi persuasit. (*F.*)

c. virtutem supra omnes virtutes] „Ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη." Actor. VIII. 10. Iustinus Martyr apologia longiore p. 69. „Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιττῶν, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ

patrem[d] venerantur et suae haereseos[e] institutorem perniciose extollunt, multisque eum [4]laudibus praeferre[f] nituntur. Qui baptizatus a beatis apostolis[g] recessit a fide eorum, sceleratamque et perniciosam haeresin seminavit, dicens se transformatum putative, id est quasi [5]per umbram[h], et ita se passum fuisse, cum non, inquit, pateretur. Qui et audebat dicere mundum, ab angelis factum[i], angelos autem factos a quibusdam sensibus de caelo praeditis[k], eosque fefellisse genus hominum. Intellectum autem quendam alium[l] asserit esse, qui descendit in mundum salutis causa hominum, Helenam illam, inquit[m], quae in Troiano bello a poëtis vanissimis[n] edita nuntiatur. Et virtutes, inquit[o], quae mundum fecerant, con-

4. praeferre laudibus enituntur *A.* 5. per *om. Babc.*

θεὸς ὀνομασθῇ." Et Dialogo cum Tryphone p. 349. „εἶπον πλανᾶσθαι τοὺς Σαμαρεῖς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι." Recognitiones Clementis II. 7. „*Simon hic patre Antonio, matre Rachele natus est, gente Samaraeus, ex vico Gethonum, arte magus, Graecis tamen litteris liberalibus adprime eruditus, gloriae ac iactantiae supra omne genus hominum cupidus, ita ut excelsam virtutem, quae supra creatorem deum sit, credi se velit, et Christum putari, et Stantem nominari.*" Irenaeus lib. 1. c. 20. „*sublimissimam virtutem, hoc est eum qui sit super omnia pater, et quodcunque eum vocant homines.*" Tertullianus cap. 46. „*Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est summum deum.*" Apud Hieron. „*ego sum sermo dei, ego speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia dei.*" *(F.)*

d. quasi patrem] Epiphanius XXI. 1. de Simone: „τὸν πατέρα δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τοῖς Σαμαρείταις, Ἰουδαίοις δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τὸν υἱόν." *(F.)*

e. suae haereseos] Diversae utique a Samaritanorum haeresi de qua supra cap. VII. *(F.)*

f. laudibus praeferre] Al. *efferre.* *(F.)*

g. a beatis apostolis] S. Philippo. Actor. VIII. 13. *(F.)*

h. quasi per umbram] „*Umbratiliter*" infra c. 31. et „*quasi per umbram putative*" cap. 32. Tertullianus: „*se in phantasmate dei non passum, sed quasi passum.*" Epiphanius XXI. 1. παθόντα δὲ μὴ πεπονθέναι, ἀλλὰ δοκῆσαι μόνον." Augustinus de Simone c. 1. Haeres. „*Tempore Tiberii in filii persona putative apparuisse - - Christum autem nec venisse nec a Iudaeis quicquam pertulisse.*" *(Fabr.)*

i. mundum ab angelis] Ut angelos a Simone per ἔννοιαν. Simon apud Epiphanium XXI. 2. „δι' ἧς (ἐννοίας) τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα, οἱ δὲ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους." Eadem habet Irenaeus lib. 1. c. 20. Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 1. etc. [Ceterum de Simonis rebus et haeresi consulendi scriptores quos laudat Ioh. Vogtius fascic. 3. Bibl. Haeresiolog. p. 567. seq. Sabbathum Simonis post XI. dies Clementina II. 35. p. 630.] *(F.)*

k. sensibus de caelo praeditis] Voluit Philastrius exprimere ἔννοιαν Simonis de qua apud Epiphan. loco laudato: „ἵνα λάθω τὰς ἀγγελικάς μου δυνάμεις καὶ κατέλθω ἐπὶ τὴν ἔννοιαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη ἡ καὶ προύνικος καὶ πνεῦμα ἅγιον καλουμένη δι' ἧς τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα." Pro *praeditis* malim *proditis.* *(F.)*

l. Intellectum quendam alium] Imo eundem. Nam apud Epiphanium, cuius vestigiis insistere Philastrius utique videtur, intellectus et ἡ δύναμις ἄνωθεν κατιοῦσα, atque ἡ ἔννοια Simonis itemque Helena unum idemque sunt. Apud Theodoretum tamen ex Simonis mente distinguuntur: 1) Νοῦς sive Ἐπίνοια, 2) Φωνὴ καὶ Ἔννοια, 3) Λογισμὸς καὶ Ἐνθύμησις. *(F.)*

m. Helenam illam, inquit] Epiphanius: „εἶναι δὲ ταύτην τὴν Ἑλένην τὴν πάλαι, δι' ἣν οἱ Τρῶες καὶ Ἕλληνες εἰς μάχην ἦλθον." [De hac Helena v. Clementina II. 23 et 25. p. 627.] *(F.)*

n. poëtis vanissimis] Idem XXI. 3. „αὕτη γάρ ἐστιν ἡ Ἔννοια ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἑλένη καλουμένη." *(F.)*

o. Et virtutes, inquit] Idem Epiphanius XXI. 2. pag. 57. „καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους εἰς πόλεμον δι' αὐτὴν ἥκειν, αὐτὴν δὲ μηδὲν πεπονθέναι, ἀλληλοκτονίας δὲ αὐτοὺς εἰς ἑαυτοὺς ἐργάσασθαι παρασκευάσαι, δι' ἣν ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὴν ἐπιθυμίαν, καὶ συνέχοντες αὐτὴν τοῦ μὴ ἄνω δύνασθαι ἀνιέναι, συνεγίνετο αὐτῇ ἕκαστος ἐν ἑκάστῳ σώματι γυναικείας καὶ θηλυκῆς σχέσεως, μεταγγιζομένης αὐτῆς etc." *(F.)*

cupiscentia ductae illius Helenae seditionem movebant. Ista enim dans, [6]inquit, concupiscentiam illis virtutibus, et in figura [7]feminae apparens, ascendere in caelum non poterat, quia virtutes in caelo quae erant non eam permittebant ascendere; expectabat autem[p] virtutem aliam, id est Magi ipsius Simonis praesentiam, quae eam salvaret adveniens. Ligneum etiam equum[q], quem poëtae vanissimi dicunt in bello Troiano fuisse, per allegoriam asserit quod illa machina ignorantia erat universarum gentium impiarum, cum constet illam Helenam, quae cum Mago erat, de Tyro meretricem fuisse[r], hancque eundem Simonem Magum fuisse [8]secutum, et cum eadem diversas magias[s] diversaque scelera perpetrasse. Qui cum fugeret beatum Petrum apostolum de Hierosolymitana civitate Romamque veniret[t], ibique pugnaret cum beato apostolo apud Neronem regem[u], devictus undique [9]oratione beati apostoli[x] atque percussus ab angelo[y] sic meruit interire[z], ut eius[10] magiae evidens mendacium cunctis hominibus [11]patefieret.

6. inquit *om. A.* 7. feminea *A.* 8. secutum *A.* secutam *reliqui.* 9. ratione *A.* 10. magia evidens ac mendacium *A.* 11. antefieret *A.*

p. expectabat autem] Simon apud Epiph. XXI. 3. „αὕτη (Ἑλένη) δέ ἐστιν ἡ νῦν σὺν ἐμοί, καὶ διὰ ταύτην κατελήλυθα, καὶ αὕτη δὲ προσεδόκα τὴν ἐμὴν παρουσίαν." *(F.)*

q. equum] Dureum sive durateum illum Epei equum ex Homero et Virgilio decantatissimum, de quo Laur Begerum ad Tabulam Fabretti Iliacam c. 58. licet videre, Simon Magus aiebat fuisse imaginem ignorantiae gentium, salutem suam in Simone oblatam agnoscere nolentium: „τὸν παρ' Ὁμήρου Δούριον ἵππον μεμηχανομένον, ὃν νομίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτηδες γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης ὅτι ἄγνοιά ἐστιν τῶν ἐθνῶν." Epiphan. XXI. 3. *(F.)*

r. de Tyro meretricem fuisse] Ita distinguendus hic locus, Tyria enim fuit: „ἀπὸ τῆς Τυρίων ὁρμωμένη." Epiph. XXI. 2. „ἀπὸ Τύρου ληφθεῖσα." Id. 3. „*a Tyro civitate quaestuariam*" vocat Irenaeus lib. 1. c. 20. Eadem „*Tyria meretrix*" Nicetae, aliisque. *(F.)*

s. *diversas magias]* Clementina II. 32. p. 629.]

t. Romamque veniret] De Simonis Magi adventu in urbem Romam et cum Apostolo Petro disceptatione, magicoque volatu et foedo interitu, prolixae extant narrationes in Recognitionibus tributis Clementi, in Pseudo-Abdia et Pseudo-Marcello. Sed tangunt etiam eandem rem scriptores plurimi digniores fide, quorum testimonia notarunt B. Ittigius noster Diss. de Haeresiarchis Apostolicae aetatis, Tillemontius Tom. 1. Memoriarum Historiae Eccles., ut alios innumeros praesenti transmittam. Accidit illa secundo Claudii Imp. anno, si Hieronymo c. 1. de Scriptoribus Eccles. credimus. *(F.)*

u. Neronem regem] Graecorum more βασιλέα pro Imperatore. *(F.)*

x. oratione beati apostoli] Arnobius lib. 2. p. 50. ait Simonis Magi currum et quadrigas igneas Petri ore difflatas, et nominato Christo evanuisse. Theodoret. „ἀφ' ὕψους αὐτὸν πολλοῦ κατέῤῥαξε προσευξάμενος." Precatio Petri apud Pseudo-Abdiam lib. 1. c. 18. haec affertur: „*Domine Iesu, ostende virtutem tuam, et ne permittas his vanis artibus decipi populum qui tibi est crediturus. Sic decidat, domine, ut vivens se contra tuam potentiam nihil potuisse cognoscat.*" *(F.)*

y. percussus ab angelo] Vel ut ait in Chronico Isidorus Hisp. „*a daemoni-*

Cap. XXX. Post hunc Menandrus[a] quidam nomine, qui discipulus factus ipsius[b] impietatem [1]est eius secutus in omnibus[c].

Cap. XXXI. [1]Saturninus[a] quidam paulo post et ipse sumens inde fomenta doctrinae mortiferae asserebat [2]dicens mundum ab angelis [3]factum, et distare angelos a virtute illa[b] et mundum esse divisum per ordinem angelis[c], et cogitasse eos ut facerent hominem. Fecerunt itaque hominem, et opus ipsorum, inquit, erat homo; de virtute enim superna lumen [4]dicunt fuisse dimissum[d], quod illuminavit mundum istum et ad concupiscentiam adduxit angelos, statimque

Cap. XXX. *in Babc. inscriptum habet* MENANDRVS. — 1. est eius secutus *AB*. eius est secutus [sequutus *c.*] *ae.* est secutus *b*.

Cap. XXXI. *in Babc. inscriptum habet* SATVRNINVS. — 1. Post istum Saturninus quidam et ipse *A*. 2. dicens *om. b* 3. factum esse [et *A*. 4. dicunt *om. A*.

hus, a quibus in aere ferebatur, adiurante eos Petro per deum, Paulo autem orante dimissus corruit." *(F.)*

z. meruit interire] Hoc est, interiit. Quanquam enim hoc loco belle patitur sententia, etiam merito istud Simonis evenisse, tamen certum est *mereri* ut Graecorum ἀξιοῦσθαι saepissime apud scriptores non meritum notare sed eventum. *(F.)*

Cap. XXX. — a. Menandrus] Ita dicitur, ut Phaedrus, Evandrus et similia, pro quibus alii Phaeder, Evander, Menander. De Menandro Comico apud Propertium: *docte Menandre*. Plura huiusmodi Isaacus Verburgius ad Ovidii Trist. II. 369. et scriptores a me laudati in Bibliotheca Latina II. 3. A Menandro dicti Menandriani et Menandrianistae, ut notatum Coteleric ad Constitutt. Apostol. VI. 8. *(Fabr.)*

b. discipulus factus ipsius] Epiphan. XXII. 1. „Μένανδρός τις δς ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὁρμώμενος ἐγένετο μαθητεύων τούτῳ τῷ Σίμωνι ἐν χρόνῳ τινί." Successorem Simonis Menandrum vocat Irenaeus lib. I. c. 20. Eusebius III. c. 26. etc. *(F.)*

c. secutus in omnibus] Epiphanius p. 61. „Ὅμοια δὲ τῷ ἑαυτοῦ διδασκάλῳ τὰ πάντα συνυφαίνων καὶ γοητείαις καὶ ταῖς ἄλλαις μαγγανείαις οὐ διέλειπεν, οὐδὲν δὲ διήλλαττε τῇ διδασκαλίᾳ, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ἑαυτὸν ἔλεγε μείζονα μᾶλλον ἢ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὄντα αὐτοῦ διδάσκαλον." Hinc Ioannes Damascenus Menandrianos in quibusdam a Simonianis dissidere scribit c. 22. „διαφερόμενοι δὲ πρὸς τοὺς Σιμωνιανοὺς κατά τι." Tertull. c. 46. „*eadem dicens quae Simon ipse: quicquid Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus esset.*" Certe si Theodoretum et Irenaeum audimus, non vocabat se Menander τὴν πρώτην δύναμιν ut Simon, sed ab illa missus hominum σωτῆρ haberi cupiebat. *(F.)*

Cap. XXXI. — a. Saturninus] Ita et Tertulliani Codices c. 46. necnon Eusebii IV 7. Hist. Eccles. Constitutt. Apostol. VI. 8. Augustini idem c. 3. et Auctoris Praedestinati c. 5. et Irenaei lib. 1. c. 22. at Theodoreto Σατορνῖλος, et Epiphanio ac Damasceno cap. 23., Abulpharaio *Saternus*. Antiochiae ad Daphnen in Syria vixisse ex Irenaeo cognoscimus, Menandri discipulum tradit idem Theodoretus. *(F.)*

b. distare angelos a virtute illa] Epiphan. XXIII. 1. „διεστάναι τῆς ἄνω δυνάμεως." Hanc „*Virtutem supernam*" mox Philaster appellat. Tertullianus cap. 46. „*Innascibilem virtutem, id est deum, in summis et illis infinitis partibus et in superioribus manere, longe autem distantes* (id est inferiores) *ab hoc angelos, inferiorem mundum fecisse*". Petavius apud Epiphanium διεστάναι vertit *defecisse*, ut XXVII. 2. ἀποστάντες. *(F.)*

c. divisum per ordinem angelis] A septem angelis mundum factum, ex Saturnini mente scribit Irenaeus, et inter septem illos mundum divisum addit Epiphanius: „ἑπτὰ δέ τινας τὸν κόσμον πεποιηκέναι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. τὸν κόσμον δὲ κατὰ μερισίαν ἑκάστῳ ἀγγέλῳ κεκληρῶσθαι." *(F.)*

d. lumen dimissum] Epiphanius: „ὁμοῦ δὲ συνελθόντας τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους ἐνθυμηθῆναι, καὶ κοινῇ τὸν ἄνθρωπον πεποιηκέναι κατὰ τὴν μορφὴν τοῦ ἄνωθεν παρακύψαντος φωτός." Ita legendum pro τῆς ἄνωθεν παρακυψάσης φωνῆς. Nemo cui veteres codices inspecti sunt ignorat, terminationes vocum solere exprimi per scribendi compendia, unde non mirum admissa falsa lectione vocis φωνῆς pro φωτὸς etiam mutatum τοῦ in τῆς et παρακύψαντος in παρακυψάσης. *(Fabr.)*

ascendit in caelum. At illi cupidi ipsius luminis facti[e] virtutem eius videre cupiebant; non praevalentes autem ad invicem dixerunt: *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram*[f]. Et facto homine, quia impotens erat, salvari non potuit[g]. Videns itaque virtus superna quod illi hoc [5]fecerunt, misit scintillam, quae correxit hominem et suscitavit et fecit [6]eum vivere. Scintillam itaque volunt salvari[h], [7]alia autem virtutibus illis quae fecerunt dimitti ac derelinqui suspicantur. Christum autem umbratiliter[i] apparuisse affirmant, non carnem hominis veram et animam accepisse, atque omnem oeconomiam[k] mysterii salvatoris ita [8]complesse.

[1]Basilides[a], qui et haeresiarches[b] dicitur a multis, [2]quia de Cap. XXXII.

5. fecerant *A*. 6. enim *c*. 7. aliam *A*. 8. complevisse *Ab*.

Cap. XXXII. *in Babc. inscriptum habet* BASILIDES. — 1. Post istos Basilides qui *A*. 2. qui *A*.

e. facti] Idem Epiphanius: „ἐπειδὴ γάρ, φησίν, ἄνωθεν τὸ αὐτὸ φῶς παρακύψαν ἐρεθισμόν τινα ἐνεποίησε τοῖς αὐτοῖς ἀγγέλοις, τούτους πρὸς πόθον τοῦ ἄνω ὁμοιώματος ἐπιχειρῆσαι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλάσμα ποιῆσαι." *(F.)*

f. similitudinem nostram] Nisi vocabulum *nostram* additum est ut in quibusdam Irenaei codicibus et Theodoreti ab aliena manu, Philaster erravit qui hoc adiunxit. Nam Saturninus verba dei Genes. I. 26. ita tribuit angelis, ut statueret eos hominem non ad suam, sed ad lucis illius et supremae virtutis imaginem condidisse, itaque tantum scripsit: „ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν," et ἡμετέραν omisit, ut diserte testatur Epiphanius. *(F.)*

g. salvari non potuit] Epiphanius: „διὰ τὸ αὐτῶν (ἀγγέλων) ἀδρανὲς μὴ δύνασθαι αὐτὸν τελεσφορῆσαι, κεῖσθαι δὲ καὶ σκαρίζειν χαμαὶ κείμενον" etc. Irenaeus: „*qui cum factus esset, et non potuisset erigi plasma propter imbecillitatem angelorum, miserantem eius desuper virtutem, quoniam in similitudinem eius esset factus, emisisse scintillam vitae quae erexit hominem et articularit et vivere fecit.*" Epiph. „ἐζωογόνησε." Theodoret. „τοῦ δὲ πλάσματος ἀνορθοῦσθαι μὴ δυναμένου, ἀλλὰ σκώληκος δίκην ἑρπύζοντος, οἰκτείρασα, φησίν, ἡ θεία δύναμις ζωῆς σπινθῆρα κατέπεμψεν, καὶ τὸν ἀτελῆ ἄνθρωπον ἐτελεσιούργησε." *(F.)*

h. Scintillam itaque volunt salvari] Scintillam animam intellige quam ad deum redire docebat Saturninus, reliquum hominis interire ac dissolvi. Tertull. „*cuius lumen illud et virtutem misertam* (ita lege pro *misericordiam*) *scintillam salvam esse, cetera hominis perire. Resurrectionem carnis nullo modo futuram esse.*" *(F.)*

i. umbratiliter] Κατὰ δόκησιν, et putative. Tertull. „*Christum in substantia corporis non fuisse, et phantasmate tantum quasi passum fuisse.*" Idem de Saturnino Irenaeus, Epiphanius, Theodoretus et alii. *(F.)*

k. omnem oeconomiam] Incarnationem et quaecunque Christus vel egit vel passus est nostri caussa, hoc oeconomiae vocabulo veteres scriptores solent complecti. Vide B. D. Eliae Veielii et Io. Philippi Pfeiferi singulares de hac voce dissertationes. Ducaei notas ad Chrysost. T. VIII. Savil. p. 372. Casaubonum ad Nysseni Epist. p. 105. Vulcanium ad Cyrill. p. 116. Grabium ad Irenaeum p. 419. Gataker. ad Antoninum p. 330. Thesaurum Suiceri etc. *(F.)*

Cap. XXXII. — a. Basilides] Liceat mihi ad illustrandam istam Basilidianorum haeresim proferre ineditam summi Viri Nicolai Claudii Peiresckii epistolam, quam mihi suppeditat ms. codex epistolarum eiusdem clarissimi auctoris, ex bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Quirini bono litterarum nati: Lettre du

lege et prophetis et apostolis proponendo et loquendo, sentiendo autem aliter, iura violabat Christianae veritatis. Qui cum venisset

3. Qui *om. b.*

Sieur de Peiresc sur les Abraxas. „Fu error mio di scriverea V. S. che 'l primo autore della parola ΑΒΡΑΞΑΣ fosse vissuto a' tempi di Giuliano, poscia ch'egli morì sotto Adriano, e si chiamò Basilide. E' ben vero che la sua Eresia ripullulò in quei tempi, e durò anco fin a Valentiniano, e più abbasso; accresciuta da quelle de Nicolaiti, Gnostici, Carpocratiani, Marcosii, Heracleoniti, Ophiti, Arcontici, Severiani, Sampsai, Bardasianisti, Cathari, e molte altre le quali nacquero quasi tutte in un medesimo tempo: e sebbene era qualche diversità tra loro, volevano nondimeno tutti, che il Mondo fosse fatto da gli Angeli, o da certe potenze angeliche imaginate, e battezzate di certi nomi barbari, tratti quasi tutti in senso occulto dalle finzioni poetiche d'Esiodo, e degli altri Greci, e molte volte osservando la maniera del parlare Ebreo, o Siriaco. Quasi tutti s'accordavano nel numero di Sette Cieli, nel supremo de' quali dicevano ch' era Sabuoth, Saldabaoth, o l'opifice di questo Mondo, figliuolo di Achamoth; da altri chiamato Barbelo, Prunnico, o Methra. Basilide solo con alcuni altri credeva fino a' 365. Cieli, ed altretante virtù, che gli governavano, cioè Angeli barbaramente nominati, dominati tutti dalla principale ΑΒΡΑΞΑΣ che in lettere Greche fa in numero 365., e da qui provano il numero de' Cieli, delle potenze, de' giorni del anno, e de' membri del corpo umano, dandogli una potenza per ciascuno; altri introducono 30. secoli principali tutti colle loro denominazioni barbare; in somma sarei troppo lungo se volessi raccontare minutamente gli articoli delle loro Eresie. Sarà meglio che V. S. vegga lei stessa lo Epiphanio contro le 80. Eresie, nelle quali sono certo, che V. S. troverà molte cose di suo gusto, ed avendo compreso i misteri loro potrà facilmente dar qualche esposizione alla maggior parte delli suoi falsi hieroglyphici. — Nondimeno rivedendo gl' improntì mandatimi da V. S. mi parve, che le tre figure che si veggono nella corniola bianca, e nell' amandola di calcedonio di V. S. si possano forsi interpretare così, che la donna più alta, cioè la velata sia l'Achamoth de' Valentini, che l' altra, che pare un amore, sia suo figliuolo Saldabaoth, in atto d'insufflare l'essenza animale all' uomo sua creatura, per instinto di sua madre. Le lettere che nell' amandola di Calcedonio sono tra la figura inginocchiata, e quella di Achamoth, sono l'istesse con quelle che sono nel rovescio della corniola bianca; ma poco costrutto se ne può trarre, se non che ποῦ vuol dir *fuoco*, ΧΑΡΙΣ *grazia*, ΚΥΠΡΙΣ *bellezza*; ΒΟΥΒΑΣΤΙ sarà forse il nome d'una bella Città d'Egitto, o d'una prefettura lì vicina, chiamata *nomos Bubaster*, o *Bubastites*, dove particolarmente abitavano cotesti Eretici. — Nel rovescio dell amandola di Calcedonio, li tre nomi barbari, che vi sono in mezzo, crederei che fossero di tre di que' principati; le altre lettere moltiplicate che sono nel giro, crederei che dinotassero li sette Cieli, secondo la mente de' Marcosii eretici, cioè A il primo, E E il secondo, H H H il terzo, I I I I il quarto, O O O O O il quinto, r r r r r r il sto, ω ω ω ω ω ω ω il settimo, li cui misteri lei stessa potrà veder nel suddetto Epiphanio. Similmente i nomi di quei sette Angeli, che sonò nel rovescio del diaspro verde, stimo che siano messi per dinotare i sette Cieli secondo l' eresia de' Valentini, cioè Michael, Gabriel, Uriel, Raphael, Ananiel (e per compir il numero settenario credo ch' egli abbi finto questi) Prosorael, e Chabediel. Nel mezzo del clipeo della figura mostruosa, che è di altra parte del detto diaspro, si veggon quelle lettere I A ω cioè IAω, che è una parola, che proferì il Termine nel voler impedire i disegni di Achamoth, e si dette poi per nome al Principato più vicino a noi figliuolo di Achamoth, chiamato patrone del Monde, il quale inghiottisce tutte le anime, ch' escono de' corpi umani, eccetto di cotesti Eretici, e poi insieme cogli escrementi le ributta per la coda fatta a guisa di serpente, e le manda a rinchiudere nei corpi delle bestie. L'istesso nome IAω si vede sotto una simile figura, che nella corniola di V. S. che ha un leone, e sette stelle per rovescio, tiene una mano sulla testa di una figurina umana, forse di qualch' uno di questi Eretici. Si veggono anco le medesime lettere in una sua corniola sotto una figura diversa dall' altra, ma pure molto fantastica, la quale ha la testa di Serapide, il corpo nudo, coll' ale da angelo, una coda d' uccello, e di più un' altra coda di serpente, con lettere fra certi bastoni ΜΝΗCΤΗΡ, li quali mi ricordo aver già interpretato a V. S. un' altra volta. Nell' agata grande sarà forsi quel' Termine così potente de' Valentini, che si fingeva stare nel primo quaternario di secoli, o angeli sul maschio, e su la femina. Quell' ADONAI e SADDAI in plasma sarà forsi a proposito degli Archontici. — Di Padova alli 8. Marzo 1602. Peiresc." Basilidiani et Valentiniani a Peireskio illustrati leguntur in eius Vita per Gassendum conscripta lib. I., pag. 36., ut etiam Irenaei, Epiphanii (fortasse quoque Philastrii nostri) historia de antiquis Sectariis testante ibidem Pignorio pag. 60. (Galeard.)

b. haeresiarches] Princeps haereseos Gnosticorum. [V. Baluzium ad Cyprianum p. 302.] Eusebius Chron. ad A. 17. Hadriani: „*Basilides haeresiarcha in Alexandria commoratur, unde Gnostici.*" *(F.)*

c. venisset Aegyptum] Pro eo quod frequentius dicimus, *in Aegyptum*. Caeterum nec illud alterum abhorret ab usu praestantissimorum Latinae linguae scriptorum Livii, Iustini, Taciti. Vide Gronovium ad Taciti Annalem secundum c. 59. *(F.)*

d. innato et solo deo] Sequitur Philastrius ut solet Epiphanium XXIV. 1. ubi ex Basilidis sententia ponitur 1) τὸ Ἀγέννητον, ὃ μόνος πάντων πατήρ. 2) Νοῦς. 3) Λόγος. 4) Φρόνησις. 5) Δύναμις καὶ Σοφία. 6) Ἀρχαί, Ἐξουσίαι, Ἄγγελοι, angeli inquam, a quibus conditum summum primum caelum, illiusque incolae creati angeli. Ab his aliud iterum caelum angelique, et ab illis iterum aliud, usque ad novissimum vicinumque nobis trecentesimum sexagesimum quintum. Confer Irenaeum lib. 1. c. 23. Theodoretum lib. 1. de Haeret. Fab. cap. 4. *(F.)*

e. intellectu] Ita corrigendum putavi pro *intellecto*, quod Fabricius in sua editione receperat, addita hac adnotatione: „Pro *intellectu*, quasi genitivus esset *intellecti*, ut *senati, ornati, tumulti*, pro *senatus, ornatus, tumultus*, et similia collecta a Claudio Dausqueio p. 96. et 103. Orthographiae."

f. virtutem et sapientiam] Ita ex Epiphanio legendum: „ἐκ δὲ τῆς φρονήσεως δύναμις καὶ σοφία." *(F.)*

g. caelum] Summum puta illud et primum ex caelis CCCLXV. quorum numerus diebus anni respondens designatur, nomine in amuletis Basilidianis obvio ΑΒΡΑΞΑΣ. [Illa amuleta praeter Macarium et Chiffletium illustrat Thom. Ittigius de Haeresiarchis p. 101. seq., Athanas. Kircherus in Arithmologia p. 169. seq., Raph. Fabrettus p. 531. seq. Inscr.] *(F.)*

h. nomina angelica] Epiphanius XXIV. 2. ait angelos a Basilide „κατὰ μιμολογίαν ὀνοματοποιουμένους." Irenaeus: „*nomina quoque quaedam affingentes quasi angelorum annunciant hos quidem esse in primo caelo, hos in secundo, et deinceps nituntur CCCLXV. ementitorum caelorum et nomina et principia et angelos et virtutes exponere.*" Theodoretus: „καὶ ἀγγέλων δὲ ὀνόματα διαπλάσαντες." Damascenus: „λέγει γὰρ τξε οὐρανοὺς εἶναι, καὶ τούτοις ὀνόματα ἀγγελικὰ ἐπιτίθησι." *(F.)*

i. magiis vacans] Idem Irenaeus de Basilidis schola lib. 1. c. 23. „*utuntur et hi magia et incantationibus* (ἐπῳδαῖς

Aegyptum[c], docebat ita definiens: de innato et solo deo[d] natum fuisse intellectum, de intellectu[e] verbum, de verbo sensum, de sensu autem et virtutem et sapientiam[f], de virtute autem et sapientia principatus et potestates et angelos factos diversos. Ipsi enim angeli fecerunt, inquit, caelum[g], post illos alii angeli fecerunt caelum, ita ex aliis alii prolati fecerunt tertium caelum; qui secundum ordinem et alii, inquit, fecerunt trecentos sexaginta quinque caelos. Et imponit virtutibus illis nomina angelica[h], et ipse magiis[i]

4. in Aegyptum *b.* 5. dicebat *A.* 6. intellecto *Bac.* 7. et virtutem *A.* virtutem et *Fabricius, ex Epiphanio.* et virtute *Babc.*

vacans itidem multos imperitos decepit. Hominem autem ab angelis[k] factum asserit: dominum etiam verum omnipotentem, et eum audet angelum dicere[l], et accepisse genus Iudaeorum in haereditatem, et eduxisse eos de terra Aegypti[m]. Hic ergo audacior factus[n] elatus est, inquit, adversus ceteros angelos, et volens in subiectione habere alios, habuit contrarias gentes, quas commoverunt virtutes inimicae eius. Ideo et contra Iudaeos diversae gentes, inquit, surrexerunt. Christum autem dicit quasi [8]per umbram[o] putative passum fuisse. Simonem etiam Cyrenaeum pro eo ad passionem venisse affirmat. Ipse enim, inquit, portavit [9]eius crucem[p]. Hic etiam male permittit vivere[q], et dat licentiam vitiis

8. per *om. A.* 9. eius *om. A.*

Theodoret. [illegible] *perire[?]*." Epiphanius: „οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μαγγανείας μαγγανείαις προσαγόμενος οὐκ ἐπαύσατο καὶ περιεργίας ὁ ἀπατεών." *(F.)*

k. Hominem ab angelis] Epiphan. „πεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, et τὴν κτίσιν ταύτην γεγενῆσθαι." Homines et omnia haec inferiora a trecentesimo sexagesimo quinto coelo eiusque angelis conditum statuit Basilides. Vide Augustinum de Haeres. cap. 4. Theodoretum. etc. *(F.)*

l. et eum audet angelum dicere] Epiphan. „βλασφημεῖν αὐτὸν τὸν παντοκράτορα κύριον τὸν ὄντως ὄντα θεὸν μόνον καὶ οὐχ ἕτερον -- ἕνα βούλεται καὶ αὐτὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἀγγέλων." Deum Iudaeorum Basilides habuit pro principe angelorum caeli trecentesimi sexagesimi quinti. Irenaeus lib. 1. c. 23. „*Eos autem qui posterius continet caelum angelos, quod etiam a nobis videtur, constituisse ea quae sunt in mundo omnia, et partes sibi fecisse terrae et earum, quae super eam sunt, gentium. Esse autem principem ipsorum eum, qui Iudaeorum putatur esse deus. Et quoniam hic suis hominibus, id est Iudaeis, voluit subiicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei et contra egisse*". *(F.)*

m. de terra Aegypti] Epiphanius XXIV. 2. „εἰληχέναι δὲ τοὺς Ἰουδαίους ἐξ κλήρου αὐτοῦ καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὲρ ἀγγέλων αὐθαδέστερον ἐξαγαγεῖν δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, αὐθάδεια βραχίονος ἰδίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἰταμώτερον τῶν ἄλλων καὶ αὐθαδέστερον." *(F.)*

n. audacior factus] Idem Epiphanius p. 70. „ὅθεν διὰ τὴν αὐθάδειαν αὐτοῦ βεβουλεῦσθαι τὸν αὐτὸν αὐτῶν θεὸν καθυποτάξαι τῷ γένει τοῦ Ἰσραὴλ πάντα τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ διὰ τοῦτο πεποιηκέναι πολέμους." *(F.)*

o. per umbram putative] „ὡς δοκήσει πεφηνότα." umbratiliter, ut supra c. 20. et 21. Basilides apud Epiphanium XXIV. 3. „οὐχὶ Ἰησοῦν πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον" etc. Irenaeus: „*quapropter neque passum eum, sed Simonem quendam Cyrenaeum angariatum portasse crucem eius pro eo, et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo ut putaretur ipse esse Iesus: et ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos.*" Huius de Simone commenti Basilidiani vestigium in tenebrionis Muhamedici pseudevangelio, quod S. Barnabae apostoli nomine proscriptum extat. *(F.)*

p. portavit eius crucem] Matth. XXVII. 32. Marc. XV. 21. Luc. XXIII. 26. Atque ex Lucae verbis suspicetur aliquis non mutuam sive vicariam, sed sociam potius operam Christo crucem suam ferenti Ioh. XIX. 17. Simonem praestitisse. Licet vero solus etiam pro Christo Simon ad aliquod tempus crucem gestaverit, non ideo si Iudaei omnes tam fuere stupidi captique oculis, etiam evangelistas et apostolos omnes aliquis nobis fingat tam ignaros vel mala fide, ut Christum crucifixum a Iudaeis traderent, et Paulus hoc omnem suam glorietur esse scientiam quod norit Christum, eumque crucifixum. 1. Corinth. II. 2. *(F.)*

q. male permittit vivere] Simonis Magi exemplo, ut docet Epiphan.: „πᾶσαν ἐπιτήδευσιν κακουργίας καὶ ἀσελγείας ἐπιτρέπει τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους ἐπιτελεῖν, ἄνδρας μετὰ γυναικῶν πολυ-

secularibus inhaerere. Prohibet etiam pati martyrium[r] homines pro nomine [10]Christi, dicens ita: Ignoras quid[s] desideras: Non enim passus est, inquit, Christus, neque crucifixus est: Quomodo itaque potes, inquit, confiteri hunc crucifixum, cum non sit crucifixus, et ignoras qui passus sit?

Nicolaum Antiochenum advenam[a] qua sit amentia deceptus videamus, qui sub apostolis fuit atque ab eis est electus diaconus septimus, ut scriptum est in Actibus Apostolorum[b], posteaque recedens ab eis[c] atque a sana doctrina diversis erroribus et fallaciis pessumdatus est, qui fuit primum cum apostolis et Stephano beatissimo martyre, qui[d] dicit et ipse virtutes[e] esse plurimas; unde et Gnostici[f], qui scire se aliquid putant, maxime emerserunt. Isti [1]Barbelo[g] venerantur, et [2]Noriam[h] quamdam mulierem. Alii au- Cap. XXXIII.

10. Christi domini. dicens *A.*
Cap. XXXIII. *in Babr. inscriptum habet* NICOLAVS ANTIOCHENVS. — 1. Barbelum *A.* 2. Noriam *c.* Noram *A Bab.*

μιξίαν τινὰ κακῆς ὑποθέσεως τοὺς αὐτῷ πεισθέντας διδάσκει." Irenaeus: „*Contemnere et idolothyta et nihil arbitrari, sed sine aliqua trepidatione uti eis: habere autem et reliquarum operationum usum indifferentem et universa libidinis.*" *(F.)*

r. Prohibet etiam pati martyrium] Epiph. XXIV. 4. „διδάσκει μὴ δεῖν μαρτυρεῖν." Irenaeus: „*Tu, aiunt, omnes cognosce, te autem nemo cognoscat. Quapropter et parati sunt ad negationem qui sunt tales, imo et magis ne pati quidem propter nomen* (Christi) *possunt, cum sint omnibus* (etiam non Christianis) *similes.*" *(F.)*

s. Ignoras quid desideras] „Ποθεῖς ὃ ἀγνοεῖς." *(F.)*

Cap. XXXIII. — a. advenam] Προσήλυτον. Act. VI. 5. Nicetae quidem lib. IV. Thesauri vocatur *Antiochenus ad Daphnen.* Fuere enim et aliae decem amplius urbes, Antiochiae nomine, praeter celebrem illam Syriae quae ad Daphnen appellabatur et Saturnini sedes fuit, teste Epiphanio XXIII. 1. *(F.)*

b. Actor VI. 5. *(F.)*

c. recedens ab eis] Multi etiam veteres Nicolaum ipsum ab haeresi et criminibus liberant, discipulos Nicolai arguunt. Vide Gobarum apud Photium Cod. CCXXXII. et Cassian. XVIII. 16. Collat. Recentioribus D. Ittigium τὸν μακαρίτη Diss. 1. de Haeresiarchis Apostolicae aetatis c. IX. et Cotelerium ad lib. VI. Constitutionum Apostol. cap. 8. p. 336. seq. Dubitare videtur Augustinus c. 5. de Haeres. [Nicolaum Nicolaitarum auctorem contra Natal. Alexandrum disputat Ambros. Gardebosc tom. I. Hist. Eccl. P. 4. Diss. 3. Mem. de Trevoux 1713. p. 1494 seq. Etiam Nicolaitas ex haereticorum catalogo expungendos singulari diss. contendit D. Ioh. Guil. Ianus. Witteb. 1723. 4. recusa tom. 2. Thesaur. Novi Philologico-Theologici p. 1016. Sed contra Ioh. Laur. Mosheim Dissert. ad Hist. Eccl. p. 389. 457. V. et Grotium ad Act. XX. 30. Buddeum in Ecclesia Apost. p. 382.] *(F.)*

d. qui] Nicolaus, puta, non Stephanus. *(F.)*

e. virtutes] I. e. Aeones sive angelos, de quibus paulo infra. *(F.)*

f. unde et Gnostici] Gnosticos a Nicolao incrementa sumpsisse tradunt etiam alii, ut Nicetas. Quin et Irenaeus III. 11. Nicolaitas vocat „*vulsionem eius quae falso cognominatur scientia.*" Atque Epiphanius XXVI. 1. de Gnosticis: „οὗτοι δὲ οἱ τούτῳ τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένοι." Confer Augustin. c. 6. *(F.)*

g. Barbelo] A בר filius et בעלה domina, quasi filium dominae dicas, ut notavit Io. Croius. Confer quae viri docti ad Irenaeum lib. 1. cap. 33. Inde dicti Gnostici *Barbelitae* sive *Barbeliotae*; vide Cotelerium ad Damascen. p. 764. Apud Nicetam male *Borbolitae*, cum supra iam memorasset Borborianos. *(F.)*

h. Noriam] Ita scripsi pro *Noram:* illud enim ab igne sive luce (ut Grae-

tem ex eis [3]Ialdabaoth[i] quendam, alii autem [4]Caulacau[k] hominem. Dicunt autem et dogmata ponentes ista: [5]Ante erant solum tenebrae et profundum [6]et aqua[l], atque [7]terrae divisio[m] facta est in medio, et spiritus separavit haec elementa. Tunc ergo tenebrae [8]irruentes[n] in spiritum genuerunt quatuor Aeonas, et isti quatuor genuerunt alios quatuor[o] Aeonas. Hoc autem dextra atque sinistra lux, [9]inquit, sunt et tenebrae[p]. [10]Et quendam etiam concubuisse cum illa muliere et virtute dicunt, de qua nati sunt dii, et homines[q], et angeli, et septem spiritus daemoniorum. Addunt etiam prophetas quosdam natos de ea, [11]specioso nomine, ut Barcabban[r]. Alii autem evangelium consummationis[s] et visiones inanes et plenas fallaciae et somnia [12]videre diversa asserunt delirantes.

3. Ialdabot *A.* 4. Caulacau *c.* Calacaum *ABab.* 5. Ante inquit erat solem *A.* 6. et *A.*, ex *reliqui.* 7. ex his divisio *A.* 8. irruentes *c.* intuentes *reliqui.* 9. inquit, sunt, et tenebrae *A. Fabricius ex Epiphanio coniecerat scribendum* inquiunt, et tenebrae sunt. *Reliqui libri habent* inquiunt, sunt. 10. Et *om. Ab.* 11. specioso nomine, ut Barcabban *c.*, specioso nomine, et Barcaban (Barabban *Ba.* Barabbam *b.*) *Babc.* speciosum nomen Barcaban *A. Reponendum suspicor* Barcoph et Barcabban, *cum plures de illa muliere natos prophetas narret.* 12. videre se diversa *b.*

cum Pyrrhae Deucalionis petitum nomen ferebant esse coniugis Noëmi patriarchae. Iren. lib. I. c. 34. Epiphan. XLVI. 1. Apud Damascenum de Haeres. c. 26. pro Βαρβέλλου καὶ Βαρὼ videtur legendum Βαρβηλὼ καὶ Νωρίαν, vel potius Βαρβῆλον καὶ Βαρβηλώ· haec enim duo distincte memorat Irenaeus lib. I. cap. 33., licet apud Epiph. XX. 2. legitur Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλώ. *(F.)*

i. Ialdabaoth] Quasi יה אל דבאות, deus roboris. V. C. Sam. Basnage Annal. ad A. C. 83. num. 6. Confer Irenaeum lib. I. c. 34. et Nicetam IV. 9., ubi vides deum Iudaeorum Ophitis hoc nomine venisse. *(F.)*

k. Caulacau] Ita scripsi pro vitioso *Calacaum.* Theodoret.: „καυλακαυχά." Petitum nomen est ex Esaiae XXVIII. 10. קו לקו, ut praeter Epiphanium XXV. 4. notarunt Hieronymus ad Esaiam et Nicetas (T. 25. Bibl. Patrum Lugd. p. 109.) ubi Danielis visio duodecima perperam allegatur pro Esaiae. De nomine illo disserunt Petavius ad Epiph. p. 44. Wetstenius ad Origenem p. 102. et Sam. Basnage T. 1. Annal. p. 790. Quem porro *hominem* praesenti loco ab haereticis cultum Philastrius scribit, Epiphanius XXV. 3. vocat ἄρχοντά τινα, hoc est aeonem sive angelum. Theodoretus vero Christum ipsum hoc nomine veneratos innuit lib. I. de Haereticis Fab. c. 4., ita Caulacau fuisset illis quasi *expectatus.* *(F.)*

l. profundum et aqua] Ita legendum pro *profundum ex aqua.* Epiphan. XXV. 5. „λέγοντες ὅτι σκότος ἦν καὶ βυθὸς καὶ ὕδωρ." *(F.)*

m. terrae divisio] I. e. terrae ab aquae separatio Genes. I. 9. *(F.)*

n. tenebrae irruentes] Sic legendum pro *tenebras intuentes* quod habebant editiones. Epiphanius: „τὸ δὲ σκότος ἦν χαλεπαῖνον τε καὶ ἐγκοτοῦν τῷ πνεύματι, ὅπερ σκότος ἀναδραμὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι." *(F.)*

o. alios quatuor] Apud Epiphanium: „*alios quatuordecim.*" Sed Philastri lectio recta est, et ex eo potius Epiphanii Codices emendandi. *(F.)*

p. sinistra lux, inquit, sunt] Videtur legendum: „*dextra atque sinistra, lux inquiunt, et tenebrae sunt.*" Epiphanius: „καὶ γέγονε δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ φῶς καὶ σκότος." *(F.)*

q. et homines] Hominum nulla hic apud Epiphan. XXV. 5. mentio. *(F.)*

r. Barcabban] Βαρκαββᾶν. Ita restitui ex Epiph. XXVI. 2. Eusebio IV. 7. Hist. Hieronymo c. 21. de Scriptor. Eccles. Theodoreto aliisque pro *Barraba*, quem male ingesserant superiores editiones. De suo autem addidit Philastrius quod prophetas hosce ex virtute illa natos Gnostici iactaverint. *(F.)*

s. evangelium consummationis] „Εὐαγγέλιον τελειώσεως" Epiph. XXVI. 2. *(Fabr.)*

Alii autem ab Iuda traditore[a] instituerunt haeresim, dicentes bonum opus fecisse Iudam quod tradiderit salvatorem. Hic enim, inquiunt, nobis omnis scientiae bonae[b] auctor extitit, per quem caelestia nobis mysteria manifestata sunt. Virtutibus etenim in caelo nolentibus [1]pati Christum[c], et scientibus quod si fuerit passus, vitam hominibus donaturus sit, hoc sciens, inquit, Iudas, quod si fuerit passus Christus, salutem hominibus allaturus esset, hinc tradidit salvatorem. Hoc autem malum adsertionis impiae quibusdam vanis et vecordibus quasi verisimile videtur esse interdum, cum sit in omnibus contrarium et execrabile, cum propheta [2]eum David[d] ante et dominus salvator[e] damnaverit, et beati apostoli[f] sententiam domini adversus eum confirmaverint edocentes. Cap. XXXIV.

Post istum [1]Carpocras[a] nomine surrexit, et ipse dicens unum principium[b], de quo principio, id est de deo, prolationes factae [2]sint angelorum atque virtutum: quae autem virtutes [3]deorsum Cap. XXXV.

Cap. XXXIV. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS AB (DE *b.*) IVDA TRADITORE. — 1. inquit pati *A.* 2. eum *om. Babc.*

Cap. XXXV. *in Babc. inscriptum habet* CARPOCRAS. — 1. quidam Carpocras *b.* 2. sunt *A.* 3. deorsum *c.* deorum *reliqui.*

Cap. XXXIV. — a. ab Iuda traditore] Iudaitas appellat Pseudo-Hieronymus cap. 8. Indiculi haeresium. Consimilem opinionem infra cap. 36. Philastrius noster tribuit Cerintho. Alii Caianis de quibus cap. 2. De recentioribus idem delirium recoquentibus vide si lubet B. D. Ittigium de Haeresiarchis Apostolicae aetatis diss. 2. p. 115. et Io. Henricum Ottium Hist. Anabapticae p. 267. *(F.)*

b. scientiae bonae] Consilii divini de nostra per Christi mortem salute: cui soli, non autem Iudae referri gratias a nobis, neque proditionem pro causa salutis nostrae habere oportet, quum divina sapientia, cui malitiam Iudae in bonum finem deflectere placuit, aliis etiam modis consulere saluti nostrae potuisset. Praeclare hanc in sententiam S. Chrysostomus homilia LXXXII. in Matthaeum p. 854., et homilia LXXXIV. p. 875. *(F.)*

c. Virtutibus etenim in caelo nolentibus pati Christum] Angelorum lapsum sive peccatum aliqui veterum olim putarunt fuisse invidiam in homines, non modo quod ad imaginem dei essent conditi, sed etiam quod salvatorem deus missurus peccantibus fuisset, ut docuit B. D. Spenerus in vindiciis germanice editis adversus Danielem Hartnaccium p. 19. seq. Eadem sententia placuit recenti aetate Paulo Sherlogo in Dioptra Antiquitatum Hebraicarum; ait enim Luciferum rabide tulisse, cum inter magna alia arcana sacramentum incarnationis futurum rescivisset. *(F.)*

d. propheta David] Psal. LXIX. 25. CIX. 8. *(F.)*

e. dominus salvator] Matth. XXVI. 24. Ioh. XVII. 12. *(F.)*

f. beati apostoli] Actor. I. 18. et 25. In editione Helmst. vocabulum *apostoli* male exciderat. *(F.)*

Cap. XXXV. — a. Carpocras] Καρποκρᾶς etiam Epiphanio XXVII., sed aliis ut Irenaeo, Eusebio, Timotheo presb. Theodoreto *Carpocrates.* Sectatores Epiphanio Καρποκράσιοι, aliis ut Augustino c. 7. et eidem Epiphanio XXX. 1. *Carpocratiani*, Nicetae *Carpocrateni.* [De Carpocrate v. Io. Frid. Hebenstreitii Dissert. de Haeresi Carpocratianorum Witteb. 1712. Epistolam posteriorem Petri et Epistolam Iudae Carpocratianis oppositam esse suspicatur Hugo Grotius ad v. 4. 7. 8.] *(F.)*

b. unum principium] „Μίαν ἄνω ἀρ-

[4]sunt[c], fecerunt creaturam istam visibilem[d] ubi [5]nos consistamus. Christum autem dicit non de virgine Maria et divino spiritu[e] natum, sed de semine Ioseph hominem natum[f] arbitratur, deque eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur. Qui post passionem[g], inquit, melior[h] inter Iudaeos vita integra et conversatione inventus est; cuius animam in caelum susceptam praedicat, carnem vero in terra dimissam[i] aestimat, animique salutem solum[k], carnis autem non fieri salutem opinatur.

Cap. XXXVI. [1]Cerinthus successit[a] huius errori, [2]ex similitudine vanitatis docens de generatione [3]itidem salvatoris[b] deque creatura angelo-

4. sunt, fecerunt *A.* sint, fecerunt *b.* sint, fecerint *reliqui.* 5. nos inquit consistimus *A.*

Cap. XXXVI. *in Bav. inscriptum habet* CERINTHVS, in *b.* CHERINTHVS. — 1. Cherinthus *b.* 2. ex similitudine *cp.* et similitudini *libri omnes.* 3. itidem *om. A.*

χὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων, ἄγνωστον καὶ ἀκατονόμαστον" Epiph. XXVII. 2. *(F.)*

c. quae autem virtutes deorsum sint] Sic non dubitavi scribere pro lectione corrupta, quae erat in editionibus: „*quae autem virtutes deorsum sint.*" Virtutes deorsum existentes dicuntur angeli „πολὺ τι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἀγνώστου ὑποβεβηκότες et ἀποστάντες ἀπὸ τῆς ἄνω δυνάμεως," ut est apud Epiphanium. Tertulliano dicuntur „*virtutes longe a superiore principali distantes.*" Ab Irenaei interprete „*angelis multo inferiores ingenito patre.*" *(F.)*

d. creaturam istam visibilem] „Τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν κόσμῳ" Epiphan. *(F.)*

e. divino spiritu] Ex Lucae I. 35. *(F.)*

f. de semine Ioseph hominem natum] Epiphan. „Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἀπὸ Ἰωσὴφ γεγενῆσθαι καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν." *(F.)*

g. post passionem] Post superatos et praetervectos perpessionibus exantlatis angelos κοσμοποιούς. Epiphanius p. 103. ex Irenaei lib. I. cap. 24. „τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἔθεσιν ἀνατραφεῖσαν καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι, δι' ὧν τὰ ἐπὶ κολάσει πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις δυνηθῆς πρᾶξαι, ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς ἴσχυσεν." *(F.)*

h. melior] Tertullianus c. 48. ex Carpocratis sententia ait Christum „*hominem tantummodo genitum, sane prae ceteris iustitiae cultu, vitae integritate meliorem; hunc apud Iudaeos passum, solam animam ipsius caelo receptam, eo quod et firmior et robustior ceteris fuerit.*" *(F.)*

i. carnem in terra dimissam] Immissam sepulchro, ibique relictam. *(F.)*

k. animi salutem] Salutem ponit pro immortalitate, itaque ait carnis salutem a Carpocrate negari, quoniam resurrectionem ille infitiabatur: „*ex quo colligeret*, inquit Tertullianus, *tantum animarum salutem, nullas corporis resurrectiones.*" Ita saepe idem Tertullianus libro de Resurrectione Carnis. Philastrius infra cap. 38. de Valentino: „*animam solam salvari, corpus autem hominis non salvari arbitratur.*" *(F.)*

Cap. XXXVI. — a. Cerinthus successit] Carpocrate posteriorem Cerinthum facit etiam Tertullianus, sive quisquis librum de Praescriptionibus appendice locupletavit. Sed Irenaeus et Epiphanius et Hieronymus contra Luciferianos Carpocratem licet ante commemorant, tamen tempore priorem non testantur, neque fuisse credibile est, cum Cerinthus Iohannis Apostoli tempore iam suos errores sparserit, ut praeter eundem Irenaeum multi tradunt alii, ne dicam Petro, Iacobo et Paulo apostolis iam quaestionem seditionis movisse, de quo infra. *(F.)*

b. de generatione salvatoris] Iosephi et Mariae filium fuisse Iesum Cerinthus docuit cum Carpocrate, sed in hoc ab illo diversus fuit, quod post baptismum descendisse in eum traderet Christum, adeoque Christum a Iesu divelleret. Vide Irenaeum lib. 1. cap. 25. Epiphanium XXVIII. 1. *(F.)*

rum[c], in nullo discordans ab eo, nisi quia, ex parte solum[d], legi consentit, [4]quod a deo data sit[e], et ipsum [5]deum Iudaeorum eum esse [6]aestimat qui legem dedit filiis Israël. Docet autem circumcidi[f] et sabbatizare[g], et Christum nondum [7]surrexisse[h] a mortuis, sed surrecturum annuntiat. Apostolum Paulum non accipit[i], Iudam traditorem honorat[k], evangelium secundum Matthaeum solum accipit[l], tria evangelia spernit, Actus Apostolorum abiicit[m], beatos martyres blasphemat[n]. Hic sub [8]apostolis quaestionem se-

4. *Reposuerim* quoad. 5. deum Iudaeorum eum esse *A.* dominum Iudaeorum esse *c. de emendat. Cotelerii Monum. Eccl. Gr. tom. I. p. 765.* dominum Iudaeos esse *Bab. In Ba. h. l. asteriscus conspicitur in marg.* 6. existimat *b.* 7. resurrexisse *bc.* 8. apostolis beatis quaestionem *A.*

c. de creatura angelorum] Hoc est de mundo ab angelis creato, ut praeter eundem Irenaeum tradunt Epiphanius XXVIII. 1. Augustinus c. 8. Damascenus et alii. *(F.)*

d. ex parte solum] Vitiose erat editum *ex patre*, et mox *et ipsum dominum Iudaeos*, pro *dominum Iudaeorum*, ut monuit quoque Cotelerius T. I. Monument. p. 765. Ait autem Philastrius Cerinthum ex parte consentire legi, quod Epiphanius p. 110. „προσέχειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀπὸ μέρους." *(F.)*

e. legi quod a deo data sit] Non a deo summo, sed deo Iudaeorum, aliquo ex angelorum numero, a quibus orbis fuerit conditus. Epiphan. „φάσκει δὲ οὗτος νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἕνα εἶναι τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων." Tertullian. de Cerintho: „*ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens, Iudaeorum deum non dominum* (h. e. deum summum), *sed angelum promens.*" *(F.)*

f. circumcidi] Vide Epiphan. XXVIII. 5., et nostrum infra hoc ipso capite. *(Fabr.)*

g. sabbatizare] Ita scripsi pro *sabbatizari.* Fuit autem hoc commune Cerintho cum aliis iudaizantibus apostolorum tempore, ut sabbata contenderent more Iudaico observanda esse, itaque Paulus illud reiiciens monet Colossenses II. 16. „μή τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νουμηνίας ἢ σαββάτων." *(F.)*

h. Christum nondum resurrexisse] Fallitur S. Augustinus et Auctor Praedestinati, qui c. 8. de Haeres. ex Cerinthi sententia scribunt „*Iesum non surrexisse, sed surrecturum.*" Nam Iesum a Christo (ut iam supra monui) divellens Cerinthus Iesum surrexisse non diffitebatur, sed de Christo illud negabat. Ita perspicue Irenaeus lib. 1. cap. 25. „*post baptismum descendisse in eum figura columbae - - in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu, et Iesum passum esse et resurrexisse: Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem.*" Itaque nec accurate Epiphanius XXVIII. 6. eumque secutus Timotheus presbyter apud Cotelerium III. Monum. pag. 388. „Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ἐσταυρῶσθαι, μήπω δὲ ἐγηγέρθαι, μέλλειν δὲ ἀνίστασθαι ὅταν ἡ καθόλου γένηται νεκρῶν ἀνάστασις." Rectius idem XXVIII. 1. „πεπονθότα δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ πάλιν ἐγηγερμένον. Χριστὸν δὲ τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα εἰς αὐτὸν, ἀπαθῆ ἀναπτάντα." Neque accurate de Cerintho appendix ad Tertull. „*Christum ex semine Ioseph natum.*" Imo debebat dicere *Iesum.* *(F.)*

i. Paulum non accipit] Epiphanius XXVIII. 5. „τὸν δὲ Παῦλον ἀθετοῦσι, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τῇ περιτομῇ. ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσιν αὐτὸν διὰ τὸ εἰρηκέναι ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε." Galat. V. 4. „καὶ ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει." id. V. 2. *(Fabr.)*

k. Iudam traditorem honorat] Hoc non Cerintho alii tribuunt, sed Caianis, ut dixi supra ad cap. *XXXIV.* *(F.)*

l. Matthaeum solum accipit] Neque illud quidem evangelium integrum, sed tantum quatenus haeresi Cerinthi non refragabatur. Vide Epiphanium *XXVIII.* 5. et *XXX.* 14. *(F.)*

m. Actus Apostolorum abiicit] Hos etiam ab Ebionaeis reiectos notat Epiphanius *XXX.* 16. *(F.)*

n. beatos martyres blasphemat] Cerintho assensit Basilides, qui et ipse prohibebat martyrium: supra c. XXXII.

ditionis[o] commovit, dicens debere circumcidi homines, cuius causa contra illum et haeresim eius decreverunt [9]in suis Actibus [10]apostoli sententiam[p], non debere iam homines Iudaismo, id est circumcisioni, aliisque talibus superstitionis vanae parere carnalibus, qui de gentibus venientes credebant in Christum dominum nostrum salvatorem.

Cap. XXXVII. Hebion discipulus [1]Cerinthi[a], in multis ei similiter[b] errans sal-

9. de *b*. 10. beati apostoli *A*.
Cap. XXXVII. *in Babc. inscriptum est* Hebios. — 1. Cherinthi *b*.

Unde autem hoc de Cerintho hauserit Philastrius, non constat, nam in Irenaeo et Epiphanio illud non legas. *(F.)*

o. quaestionem seditionis] Narrat Epiphanius triplicem ταραχὴν sive seditionem de circumcisione ritibusque Iudaicis servandis motam a Cerintho, antequam suam in Asia haeresin spargeret: unam quidem perturbatis Antiochenis, ad quos Iacobus et caeteri Apostoli rescripserunt Actor. XV. 24., alteram Hierosolymis, cum Petrus a Cornelio reversus esset Hierosolyma Actor. XI. 2. 3. Tertiam itidem Hierosolymis adversus Paulum Actor. XXI. 28. Easdem tres ταραχὰς Cerintho impingit Timotheus presb. *(F.)*

p. decreverunt in suis Actibus apostoli] Petro et Iacobo praeeuntibus iudicantes „μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν θεόν" Actor. XV. 19. Hieronymus Epist. 89. ad Augustin. „*in Cerinthi et Hebionis haeresin delabimur, qui credentes in Christum propter hoc solum a patribus anathematizati sunt, quod legis caerimonias Christi evangelio miscuerunt, et sic nova confessi sunt, ut vetera non amitterent.*" Omnia fuisse Iudaica quae adstruebat Cerinthus, probe notatum Agobardo lib. de Iudaicis superstitionibus T. XIV. Bibl. Patrum p. [illegible]7. *(F.)*

Cap. XXXVII. — a. Hebion discipulus Cerinthi] Tertullianus sive quisquis auctor appendicis ad librum de Praescript. cap. 48. Hebionem Cerinthi successorem vocat, cui suffragatur Hieronymus contra Luciferianos p. 304. Novi esse viros eruditos qui nullum unquam fuisse Hebionem putant, sed nemo est ex veteribus qui neget, multi qui affirment extitisse, ut praeter Hieronymum pluribus locis, ac Philastrium nostrum et Tertullianum ipsum c. 33. de Praescript. Pacianus Epist. 1. Hilarius libris de Trin. Rufinus in Symbolum, Theodoretus lib. 2. de Haeret. Fabul. c. 1. [Cassianus I. lib. de Incarnatione cap. 2. et lib. III., cap. 5. lib. V., c. 10. Cf. Mosheim. Observ. Sacr. c. 5. pag. 233 sqq., diss. ad Hist. Eccl. pag. 552 sq., Buddei Eccles. Apost. Guil. Whiston Authentic Records p. 949 sq. de Ebionitarum commentis disputat, et Ebionitis ascribit Papiam p. 680. 951., Hegesippum p. 950. 952., Clementinas Homilias p. 953 sq., nec non Iosephum p. 954 sq. Ebionitarum apologiam scripsit Iac. Rhenferdus diss. de Fictis Iudaizantium Haeresibus.] aliique, inprimis diserte Epiphanius XXX. 2. in pago Cocabe in regione Basanitide habitasse Ebionem testatus, et c. 17. p. 141. cum monuisset nomen Ebionis Hebraica lingua *pauperem* significare, subiungit: „ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι ἔβιων ἐκαλεῖτο, κατὰ προφητείαν οἶμαι ὁ πτωχὸς καὶ τάλας, τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς κεκληρωμένος." Interpolata Ignatii ad Philadelphenos Epistola cap. 6. „καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πένης τὴν διάνοιαν ὡς ἐπικαλεῖται ἔβιων." Hinc frequens annominatio in veterum scriptis ad paupertatis nomen, ubi de Ebionaeis loquuntur: sed hinc neutiquam licet colligere nullum fuisse Ebionem, ex cuius ipso nomine ansam annominationis illius potius sumsisse credibile est Originem, cum lib. 2. contra Celsum pag. 56. ait Ebionaeos esse ἐπωνύμους τῆς κατὰ τὴν ἐκδοχὴν πτωχείας τοῦ νόμου, quod scilicet adhuc haererent in πτωχοῖς στοιχείοις rituum Iudaicorum. Sic πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ Ebionaei dicuntur eidem Origeni IV. περὶ Ἀρχῶν, et Homil. 3. in Genesin et Eusebio III. 27. Hist. Eccles. et lib. 1. de Eccles. Theol. c. 14. Et Ebionaeus πτωχεύων περὶ τὴν εἰς Ἰησοῦν πίστιν Origeni in Matth. XX. p. 428., sive πτωχῶς καὶ ταπεινῶς de Christo sentiens, ut Eusebii verbis utar III. 27. Hist. Ebionis alicuius in Tal-

vatorem nostrum hominem de Ioseph natum[c] carnaliter [2]aestimabat, nihilque in eo divinitatis fuisse docebat, sed sicut omnes prophetas[d], sic et eum gratiam dei habuisse adserebat, non tamen dominum maiestatis et dei patris filium cum patre sempiternum esse credebat, cum divinae [3]scripturae dominum sempiternum cum patre vero[e] [4]aeque sempiterno ubique [5]testentur ac praedicent.

Cap. XXXVIII. Post istum[a] Valentinus quidam surrexit, Pythagoricus[b] magis quam Christianus, [1]vanam quandam ac perniciosam doctrinam eructans, et velut arithmeticam, id est numerositatis, [2]novam fallaciam[c] praedicans, multorumque animas ignorantium captivavit.

2. existimabat *b*. 3. sapientiae *b*. 4. ac *A*. 5. testantur A.
Cap. XXXVIII. *in Babc. inscriptum est* Valentinvs. — 1. Nam *A*. 2. notitiam *A*.

mude fieri mentionem notavit Io. Lightfootus Tom. 2. Opp. p. 148. *(F.)*

b. in multis ei similiter] Non in omnibus. Neque assentior viris eruditis, qui apud Irenaeum lib. 1. cap. 26. de Ebionaeis legunt: „*Ea autem quae sunt erga dominum, consimiliter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur.*" Nam legendum *non similiter* testatur Epiphanius XXX. 14. Cum enim dixisset Cerinthum et Carpocratem ex genealogia Christi in evangelio Matthaei probare conatos, Christum e Iosephi et Mariae semine esse procreatum, mox de Ebionitis subiunxit: „οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται," *illi diversa quaedam statuunt.* Deinde docet amputasse eos genealogiam, Iesumque pro mero habuisse homine, Christum vero qui columbae specie in eum illapsus fuerit, hominemque se negaverit, quando extensa in discipulos suos manu dixit: *Ecce mater meae et fratres mei.* Matth. XII. 49. *(F.)*

c. de Ioseph natum] „Ἐκ σπέρματος ἀνδρός, τουτέστι Ἰωσήφ" Ebion apud Epiphanium XXX. 3. Eusebius de Ebionaeis III. 27. Hist. „λιτὸν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ κοινὸν ἡγοῦντο κατὰ προκοπὴν ἤθους αὐτὸν μόνον ἄνθρωπον δεδικαιωμένον, ἐξ ἀνδρός τε κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγεννημένον." Similia Theodoretus et alii. *(F.)*

d. sicut omnes prophetas] In hoc tamen Christum praestare profitebantur, quod caeteri prophetae tantum ex ingenio suo et intellectu sapuerint, Christus verus propheta fuerit. Ita enim puto accipiendum quod ait Epiphanius XXX. 18. „τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως εἶναι προφήτας καὶ οὐκ ἀληθείας — τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας." Hinc Methodius in Convivio Virginum pag. 113. de Ebionaeis: „ἐξ ἰδίας κινήσεως τοὺς προφήτας λελαληκέναι φιλονεικοῦντες." *(F.)*

e. cum patre vero] Ita ut verus pater Christi deus sit, ac Christus proprius unigenitus dei filius Rom. VIII. 32. Psal. II. 7. Matth. III. 17. XVII. 5. Ioh. I. 14. 18. III. 16. 18. Hebr. I. 8. *(Fabr.)*

Cap. XXXVIII. — a. Post istum] Episcoporum Romanorum tempore Hygini, Pii, Aniceti. Hyginus fuit ab a. C. 138. Pius ab a. 150. Anicetus ab a. 153. ad 162. Vidi quae viri docti ad Irenaeum III. 4. *(F.)*

b. Pythagoricus] Idem S. Irenaeus de Valentinianis II. 19. „*quod autem velint in numeros transferre universum hoc, a Pythagoricis acceperunt, primum enim hi initium omnium numeros substituerunt, et initium ipsorum parem et imparem, ex quibus et ea quae sensibilia et insensata sunt subiecerunt.*" De hoc Pythagoricorum dogmate vide si placet Iamblichum in Theologumenis Arithmeticae, et Denarium Pythagoricum Iohannis Meursii: et speciatim quod ad Valentinianorum aemula placita attinet, Renati Massueti dissertationes praevias ad Irenaeum p. XXVIII. *(Fabr.)*

c. numerositatis novam fallaciam] Multos Aeonas, Aeonum syzygias ac successiones multiplices, de quibus infra. *Numerositatem* pro multitudine passim legas apud Augustinum, Macrobium, Orosium, Sidonium, et alios medii aevi scriptores, nescio an etiam apud antiquiores. *(F.)*

Et in primis quidem fuit in [3]ecclesia[d]. Elatior autem factus postmodum[e] errore non parvo deceptus est, degensque in Cypri provincia coepit hoc definire: Nihil erat aliud ante, inquit, in mundo, nisi Profundum maris[f] et [4]Silentium[g], quod [5]poëtae Chaos[h] [6]adserunt, deque hoc Profundo et Silentio [7]edocens processisse Intellectum et Veritatem[i], de Intellectu autem et Veritate Verbum et Vitam[k], de Verbo autem et Vita Hominem et Ecclesiam[l], de Homine autem et Ecclesia processisse duodecim Aeonas[m], id est Secula[n] et de Verbo et Vita [8]decem Aeonas processisse, de Intellectu autem

3. ecclesiam *A.* 4. silentium maris et silentium quod *A.* 5. poëtae Chaos *b.* poëtae vani Chaus *A.* 6. adserunt edocentes *A.* 7. edocens *om. A.* 8. decem Aeonas *om. A.*

d. fuit in ecclesia] In Aegypto et Romae quoad vixit, in ecclesiae communione vixit, sive ut ait Tertullianus c. 19. de Praescript. in catholicae doctrinam credidit, nec dum errores prodidit suos: at in Cyprum insulam delatus demum haeresin effudit, ut tradit Epiphanius XXXI. 7. „ἐφαντάζετο γὰρ πρὸ τούτου μέρος ἔχειν εὐσεβείας καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις. ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ λοιπὸν εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐλήλακε." *(F.)*

e. Elatior autem factus postmodum] Tertullianus contra Valentinianos c. 4. „*Speraverat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio. Sed alium ex martyrii praerogativa loci potitum indignatus, de ecclesia authenticae regulae abrupit (ut solent animi pro prioratu exciti, praesumtione ultionis accendi) ad expugnandam conversus veritatem.*" Episcopatum quo excidit Valentinus, in Cypro insula fuisse mihi persuadeo. *(F.)*

f. Profundum maris] Βυθὸς Cabbalistis *Ensoph*, deus spatium infinitum ab aeterno solus implens. *(F.)*

g. Silentium] Σιγή. Auctori Praedestinati *altum*, eine tiefe Stille. Deus in se latens, et nulla re creata manifestatus. Non necesse est ad hanc Valentini Σιγὴν respexisse S. Ignatium, cum filium dei λόγον ἀΐδιον οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθόντα scripsit, nihil enim aliud illa verba innuunt, quam aeternum fuisse Λόγον, neque ullam in deo ante ipsum praeextitisse silentium antiquius. [Manichaeis etiam haec de Βυθῷ et Σιγῇ Valentinianorum placita tribuit Photius III. 9. contra Manichaeos pag. 34. tom. II. Anecdott. Wolfii.] *(F.)*

h. poëtae Chaos] Accurate si inspicias, aliud est poetarum Chaos, aliud Valentinianorum Σιγή. Nam Chaos poëtis rudis indigestaque moles sempiterna materiae. Valentinianorum Σιγή omnem materiam et omnem rem creatam tempore antecessit. *(F.)*

i. Intellectum et Veritatem] Νοῦν καὶ Ἀλήθειαν, mundum intelligibilem, sive angelos antemundanos a deo conditos, quorum post lapsum sive peccatum demum secutam Valentiniani putabant mundi visibilis creationem. Hinc Demiurgum esse *fructum labis* aiunt apud Irenaeum II. 35. *(F.)*

k. Verbum et Vitam] Λόγον καὶ Ζωήν, mundum rationabilem hominum ante Christiana tempora. *(F.)*

l. Hominem et Ecclesiam] Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν, homines in ecclesiam Christianam congregatos. *(F.)*

m. duodecim Aeonas] Ex nominibus horum Aeonum apud Irenaeum libro et capite primo, Tertullianum, Epiphanium aliosque obviis constare potest nihil aliud voluisse Valentinum quam sub Angelorum praesidum nominibus varias praerogativas Christianae conditionis denotare. Similiter decem Aeonum nomina designant varias virtutes mundi rationabilis, octo denique summorum Aeonum nomina, praestantias mundi intelligibilis, quam primogenitam octonationem radicem et substantium omnium nuncupabat. *(F.)*

n. Aeonas, id est secula] Dubito Valentinum voluisse per Aeones denotare totidem temporum successiones: verius enim est per metonymiam Aeones ab ipso signari deos inferiores et angelos in aevo viventes. Vide Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VIII. 12. et Grabium ad Irenaeum pap. 9. Massuetum diss. praeviis ad Irenaeum pag. XXXVIII. seq. Deus ipse Valentino „τέλειος αἰὼν προών" apud Irenaeum, initio lib. 1. „καὶ καλῶς ἂν λέγοιτο ὁ αἰὼν θεός." Plotin. pag. 329. Saecula etiam pro angelis videtur dixisse Hilarius 2. de Trin. „*Archangeli nesciunt, angeli non audierunt, saecula non tenent.*" *(Fabr.)*

et Veritate octo Aeonas, et esse hanc [9]τριακοντάδα Seculorum[o], id est triginta [10]Aeonas. De ogdoade ergo et decade [11]et duodecade consistere triginta Aeonas [12]delirat[p]. Dicit autem Christum a patre, quem Profundum nomine[q] appellat, ad totius mundi salutem[r] fuisse dimissum, deque caelo eum carnem detulisse, nihil autem [13]accepisse de sancta virgine, sed ut aquam per rivum[s], ita transisse per eam affirmat. Animam ergo solam salvari[t], corpus autem hominis non salvari arbitratur.

Alii sunt successores ipsius[a]: Ptolemaeus, qui doctrinam aeque Cap. XXXIX.
vanam intulit, dicens quatuor esse Aeonas, et alios quatuor[b]; no-

9. τριακοντάδα *c. de emendat. Cotelerii Monum. Eccl. Gr. tom. I. p. 768.* τριάκοντα *A Bab.* 10. aeonas aeonon. De *A.* 11. et duodecade *om. A.* 12. delirat *c. de emendat. Cotelerii l. l. tom. III. p. 629.* deliberat *A Bab.* 13. accessisse *A.*
Cap. XXXIX. *in Babc. inscriptum est* PTOLEMAEVS. —

o. τριακοντάδα seculorum] Ita scribendum pro τριάκοντα monuit Cotelerius T. 1. Monument. Ecclesiae Graecae p. 768. Sic et apud Tertullian. *(F.)*

p. delirat] Male priores editiones *deliberat.* Vide eundem Cotelerium T. III. p. 629. *(F.)*

q. Profundum nomine] Βυθόν, de quo supra. *(F.)*

r. ad totius mundi salutem] Dictus inde „σωτήρ, τελειότατον κάλλος τε καὶ ἄστρον, τοῦ πληρώματος τέλειος καρπός" ut est apud Irenaeum p. 14. *(F.)*

s. ut aquam per rivum] Epiphanius XXXI. 7. „φασὶ δὲ ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ διὰ Μαρίας τῆς παρθένου διαληλυθέναι, μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι." Irenaeus lib. 1. cap. 7. „εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὁδεύει:" „*esse autem hunc qui per Mariam transierit quemadmodum aqua per tubum transit.*" Ita vetus Irenaei interpres. Est qui similiter apud Philastrium suspicatur scribendum esse *per tubum*, quod quia scripserit librarius *per turum*, alius non capiens correxit *per rivum*. Sed nihil mutandum, nam rivus est canalis structilis, Vitruvius VIII. 7. „*ductus aquae fiunt generibus tribus, rivis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus.*" Et fortasse apud Augustinum de Haeresibus c. 11. non per *rimam* legendum sed *per rivum aut per fistulam:* certe in Auctore Praedestinati, qui Augustini solet legere vestigia c. 11. de Valentinianis: „*Filium nihil adsumsisse de Maria virgine, sed illum tanquam aquam per rivum aut fistulam, sine ulla carnis adsumtione transisse.*" Auctor appendicis ad Tertullianum de Praescript. c. 49. „*spiritale nescio quod corpus de caelo deferentem quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem vel mutuantem.*" *(F.)*

t. Animam solam salvari] Corporis huius resurrectionem negabant Valentiniani, ut constat ex eadem appendice ad Tertull. de Praescript. c. 49. „τῶν δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀπαρνοῦνται," inquit Epiphanius XXXI. 7. Animi salutem pro immortalitate dixit noster etiam supra c. 35. *(F.)*

Cap. XXXIX. — a. successores ipsius] Non ad Ptolemaeum solum sed etiam ad secundum et alios deinceps, proximis maxime capitibus commemoratos refer, Heracleonem, Marcum, Colorbasum. *(F.)*

b. quatuor esse Aeonas et alios quatuor] Intellige praeter et ante illos Aeones triginta, quos posuerat Valentinus. Ita auctor appendicis ad Tertull. c. 49. de Ptolemaeo et Secundo: „*Cum Valentino per omnia consentiunt, in illo solo differunt: nam cum Valentinus Aeonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures: quatuor enim primum, deinde alios quatuor ag-*

vum quid volens commenti falsi decernere quam Valentinus doctor eius est ementitus.

Cap. XL. Post hunc quidam Secundus nomine Aeonas similiter docens [1]factos adserit, tamen infinitos[a]. Christum autem quasi per phantasiam apparuisse, id est veluti umbram[b], humano generi, et non veram carnem hominis habuisse suspicatur.

Cap. XLI. Post hunc Heracleon discipulus ipsius[a] surrexit, dicens principium esse unum, quem dominum appellat, deinde de hoc natum aliud[b], deque his duobus generationem multorum asserit principiorum, cum suis itidem delirans doctoribus.

Cap. XL. *in Babr. inscriptum est* SECVNDVS. — 1. adserit factos infinitos *A.*
Cap. XLI. *in Babr. inscriptum habet* HERACLEON. —

progenuerunt." Irenaeus lib. 1. cap. 5. (11. edit. Massueti) „*alii autem rursus ipsorum primam et archegonon octonationem his nominibus nominaverunt, primum* proarchen, *deinde* anennoeton, *tertium autem* arrheton, *et quartum* aoraton. *Et de prima quidem proarche emissum esse primo et quinto loco* archen, *ex anennoeto secundo et sexto loco* acatalepton, *et de arrheto tertio et septimo loco* anonomaston; *de aorato autem quarto et octavo loco* agenneton. *Pleroma hoc primae ogdoadis. Has volunt virtutes fuisse ante bython et sigen, ut perfectorum perfectiores appareant.*" Haec Irenaei verba Ptolemaei sententiam exponunt. Deinde c. 6. (Massuet. 12.) idem Irenaeus notat quosdam Ptolemaei discipulos alia insuper commenta placitis magistri sui adiunxisse. „*Hi vero qui sunt circa Ptolemaeum scientiores, duas coniuges habere eum Bython dicunt, quas et dispositiones vocant, Ennoeam et Thelesin*" etc. Tertullianus c. 33. contra Valentinianos: „*Extiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, emendatores Ptolemaei, qui duplex coniugium Bytho suo adfingerent, Cogitationem et Voluntatem.*" Minus accurate Epiphanius XXXIII. 1. ipsi hoc tribuit Ptolemaeo, ut Massuetus p. XLIX. diss. praeviar. in Irenaeum pulchre observavit. [Cum Epiphanio S. Athanasius III. c. Arianos p. 618 edit. Montfauconianae: „Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Οὐαλεντίνου ἔφη δύο ζυγοὺς ἔχειν τὸν Ἀγέννητον, Ἔννοιαν καὶ Θέλησιν, καὶ πρῶτον ἐνενόησεν, εἶτα ἠθέλησε, καὶ ἅπερ ἐνενόει οὐκ ἐδύνατο προβάλλειν, εἰ μὴ ὅτε καὶ ὅτε ἡ τοῦ θελήματος δύναμις ἐπεγένετο.] *(F.)*

Cap. XL. — a. adserit tamen infinitos] Hoc apud alios scriptores non invenio, qui de Secundo haeretico mentionem faciunt, ut Epiphanius et Damascenus [Tamen ab haereticis quibusdam ἀπείρους Aeonas inductos fuisse constat ex Constitut. Apostol. VI., 8.] Haeresi 32. Augustinus et Auctor Praedestinati cap. 12. Theodoretus lib. 1 de Haereticis Fabulis cap. 8. Tertullianus contra Valentinianos c. 38. et Auctor appendicis ad Tertull. cap. 49. et antiquior his omnibus Irenaeus lib. 1. c. 5. *(Fabr.)*

b. veluti umbram] Supra p. 56. 64. 68. Hinc carnem Christi a Secundianis negari scribit Damascenus. *(F.)*

Cap. XLI. — a. discipulus ipsius] Non multum tribuendum huic testimonio existimo, neque inde constare puto quod Heracleon vere Secundi fuerit discipulus, vel Marcus (de quo infra capite proximo) Heracleonis successor. Nam apud Epiphanium Colorbasus Marco, Heracleon Colorbaso subiicitur. Vicissim Secundum Heracleoni et magum Marcum Secundo subiicit Tertullianus contra Valentinianos c. 4. *(F.)*

b. de hoc natum aliud] Imo ex illa monade duo. Auctor appendicis ad Tertull. cap. 49. „*Introducit inprimis illud fuisse quod pronunciat, et deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Aeonas. Deinde introducit totum Valentinum.*" Confer quae de Heracleone Epiphanius et Damascenus Haeresi 36. Augustinus et Praedestinati Auctor c. 16. [Cum Valentino etiam negavit Gratiam et Veritatem fuisse in lege. Vide Photii Amphilochia cap. 246. et Epist. 134.] *(F.)*

Marcus autem quidam post istum successor eius[a] numerum et mensuram et calculum, rationem etiam computationis faciens literarum[b], quasi verisimilis et cuiusdam rei novae inventor, cum aestimaret a quibusdam se posse laudari, non in parvam itidem erroris incurrit amentiam. Dicit enim ita: Viginti quatuor literae sunt, quae perfectionem habent omnium rerum. Propter quod et Christus, inquit, dicebat: Ego sum A et Ω[c]. Dicebat etiam quod in postremo tempore Christus [1]descendet[d] ad Iesum in figura et similitudine columbae, et Christum [2]ipsum columbam[e] esse [3]docebat, quae descendit, inquit, ad duodecim Aeonas, id est ad duodecim apostolos, et unum ex eis cecidisse, id est Iudam, aestimabat. Christum autem putative[f] dicit apparuisse, et passum fuisse quasi per umbram, non tamen vere [4]passum corpore arbitratur. Cap. XLII.

Post hunc [1]Colorbasus[a] similiter in literis et numero elementorum astrorumque septem vitam omnium hominum[b] et generationem consistere asserebat, non in Christi maiestate et potentia, neque in ipsius carnali praesentia [2]veram hominum sperari salutem advertebat. Cap. XLIII.

Cerdon[a] autem quidam surrexit post hos, peius suis doctoribus praedicans, qui cum venisset Romam de Syria, ausus est dicere duo esse principia[b], id est unum deum bonum et unum malum, et Cap. XLIV.

Cap. XLII. *in Babc. inscriptum est* MARCVS. — 1. descendit *c.* 2. ipsam *A.* 3. dicebat *A.* 4. passum arbitratum *A.*
Cap. XLIII. *in Bab.* BASSVS, *in c.* COLORBASVS *inscriptum est.* — 1. Colorbasus *c., ex emendat. Latini Latinii.* Colorbasus qui *A.* C. Bassus *reliqui.* 2. vera *A.*
Cap. XLIV. *in Babc. inscriptum est* CERDON. —

Cap. XLII. — a. successor eius] Vide quae ad caput superius annotavi. Hunc Marcum cum Marco longe iuniore Priscillianista confundit S. Hieronymus Epist. 29. et ad Esaiae LXIV. ut notavit Cotelerius ad Constitutt. Apostolic. VI. 8. *(F.)*

b. computationis literarum] Copiose de his Marci gerris Epiphanius haeresi 34., ex Irenaei lib. 1. c. 10. seq. et viri docti ad Irenaeum. *(F.)*

c. Ego sum A et Ω] Apocal. I. 8.

d. descendit] Ita scripsi pro *descendet* quod erat vitiose in prioribus editionibus. *(F.)*

e. Christum columbam] Hoc probabat Marcus ex eo, quod ex literis Graecis vocabuli περιστερά, quae columbam significat, prodit numerus 801., idem quem reddunt litterae A et Ω. Vide Irenaeum Grabii p. 68. et 71. *(F.)*

f. putative] Supra c. 32. p. 68.

Cap. XLIII. — a. Post hunc Colorbasus] Ita apud Philastrium esse legendum pro *C. Bassus*, iam pridem Latinus Latinius recte annotavit. Apud Nicetam IV. 7. male *Colobarsus*. Caeterum non post Marcum fuisse, sed eidem praeivisse Colorbasum contendit Henr. Dodwellus diss. ad Irenaeum p. 326. seq. [Neque *post* semper temporis est nota, sed ut apud Graecos μετὰ idem saepe est quod *praeter.] (F.)*

b. vitam omnium hominum] Auctor Praedestinati cap. 15. de Colorbaso: „*Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam affirmabat, et has esse septem ecclesias et septem candelabra aurea conabatur adstruere.*" *(F).*

Cap. XLIV. — a. Cerdon] In vita Stephani Iunioris Κερδωνᾶς T. 4. Monumentor. Cotelerii p. 441. In Sophronii Epistola Κέρδων ἀκέρδων. id. III. p. 627. ut infra c. 52. Noëtus ἀνόητος. *(F.)*

b. duo principia] Gennadius de Ecclesiast. Dogmatibus pag. 52. „*vel ce-*

deum quidem bonum bona facere, et malum mala. Iesum autem salvatorem non natum asserit de virgine[c], nec apparuisse in carne, nec de caelo descendisse[d], sed [1]putative visum fuisse hominibus, qui non videbatur, inquit, vere, sed erat umbra: unde et putabatur quibusdam pati, non tamen vere patiebatur.

Cap. XLV. Marcion autem discipulus eius, genere Ponticus[a], de civitate Sinope, urbem Romam devenit[b], ibique degens sceleratam haeresim seminabat, atque interrogans presbyteros sanctos ecclesiae [1]catholicae sensus sui eis [2]errorem mortiferum propinabat, dicens ita: Quid est [3]quod in evangelio dicente domino scriptum est[c]: *Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus, neque vinum novum in utres veteres, alioquin [4]rumpentur utres, et effundetur vinum?* Et iterum[d]: *Non est arbor bona quae faciat malum fructum, neque arbor mala quae faciat bonum fructum.* Deque hoc accipiens interpretationem a sanctis presbyteris non acquiescebat veritati, sed magis Cerdonis sui doctoris firmabat mendacium, et isti similiter unum deum bonum et unum malum adnuntians; Christum autem putative apparuisse[e], id est quasi per umbram, et passum eum fuisse umbratiliter, non tamen in vera carne credebat. [5]Κατὰ Λουκᾶν

1. *Verba* putative — — inquit vere *om. A.*

Cap. XLV. *in Babc. inscriptum est* MARCION. — 1. catholicae *om. Ab.* 2. errores (*h. e.* erroris) mortiferi proponebat *A.* 3. inquit quod *A.* 4. rumpuntur utres et effunditur *A.* 5. Κατὰ Λουκᾶν *B.* Secundum Lucam *reliqui.*

terae istorum origines sive ordines pestes, quae duo principia sibi opposita introducunt, ut Cerdon et Marcion: vel contraria, ut Manichaeus" etc. Sed non dubium est Cerdonem quoque duo principia pugnantia inter se ac contraria statuisse „*unum bonum et alterum saevum. Bonum superiorem: saevum hunc, mundi creatorem.*" Append. ad Tertull. de Praescript. c. 51. *(F.)*

c. non natum asserit de virgine] Non de virginitate Mariae sed de veritate nativitatis hoc accipiendum, quam tantum umbratiliter et κατὰ δόκησιν factam Cerdo existimabat. Epiphanius XLI. 1. „μὴ εἶναι δὲ τὸν Χριστὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας, μηδὲ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι:" „*nec ex virgine natum, sed omnino nec natum*" appendix ad Tertull. [V. Christiani Kortholti notas ad Iustinum p. 53. b. sq.] *(F.)*

d. nec de caelo descendisse] Quae Valentini et Apellis erat opinio. *(F.)*

Cap. XLV. — a. Ponticus] Vide Is. Vossium p. 34. ad Catullum et B. doctoris mei Tho. Ittigii diss. de Haeresiarchis p. 135. *(F.)*

b. urbem Romam devenit] Ante saeculi secundi medium. Confer Blondellum de Episcopis p. 19. seq. *(F.)*

c. scriptum est] Matth. IX. 16. In S. Archelai disp. cum Manete pag. 33. „*Sicut si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, maior scissura fit: ita etiam corpus si praeclarissimo operi adsuatum fuerit, interibit.*" *(F.)*

d. Et iterum] Matth. VII. 8. Eodem dicto abusus Manes ad duo principia ingerenda. Vide Epiphanium T. 1. p. 623. [Ante Manichaeum etiam legem prophetasque Marcion condemnabat, ut testatur Augustinus lib. I. c. Adversarium legis et prophetarum c. 1.] *(F.)*

e. putative apparuisse] Provocavit Marcion inter alia ad locum Philipp. II. 7. ubi Christus dicitur ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, ad quem locum inspice si placet Theophylactum. Chrysostomum etiam homil. LXXXIII. ad Matthaeum pag. 863. 865. *(F.)*

autem evangelium[f] solum accipit, non evangelia, nec epistolas [6]Pauli apostoli, nisi ad Timotheum et Titum[g]; quae enim de Christo [7]dicunt ut de deo vero, praeterit, quae autem quasi de homine dicunt [8]scripturae, ea accipit capitula, et neque Christum iudicem esse omnium[h] confitetur. Qui devictus atque fugatus a beato Ioanne evangelista[i] et a presbyteris de civitate Ephesi Romae hanc haeresim seminabat.

Lucanus[a] [1]post istum quidam similia Marcioni statuens ac decernens, ut ille doctor ipsius Marcion, est in omnibus ementitus. Cap. XLVI.

Fuit Apelles discipulus eius[a], similia in quibusdam Marcioni praedicans, qui interrogatus a quibusdam [1]quonam modo de fide sentiret, respondit, Non mihi opus est [2]discere[b] a Marcione, ut duo Cap. XLVII.

6. beati Pauli A. 7. dicunt de deo *A.* dicunt scripturae, ut de deo *b.* 8. scripturae *om. b.*

Cap. XLVI. *in Babc. inscriptum est* LVCANVS. — 1. quidam post istum *A.* post istum quidem *b.*

Cap. XLVII. in *Babc. inscriptum est* APELLES. — 1. quomodo *A.* 2. discere *c., de emendat. I. B. Cotelerii.* dicere *ABab.*

f. secundum Lucam evangelium] Sed variis modis mutilatum, atque ut videtur sine Lucae nomine praefixo, ac praemissis Marcionis antithesibus. Vide Tertullianum IV. 4. contra Marcion. Irenaeum I. 29. III. 11. Origenem lib. 2. contra Celsum pag. 77. et in Philocalia c. 5. Epiphan. XLII. 10. seq. et Nicetam IV. 10. Thesauri Orthodoxae Fidei. Ut in aliis ita hac quoque in parte Cerdonis magistri sui vestigiis Marcio institit, de quo appendix Tertulliani de Praescript. cap. 51. „*solum evangelium Lucae, nec tamen totum recipit.*" *(F.)*

g. nec epistolas Pauli nisi] Imo epistolas Pauli caeteras receptas, solas illas ad Timotheum ac Titum repudiatas a Marcione, constat e Tertulliano V. 20. contra Marcion., Hieronymo, Epiphanio. *(F.)*

h. neque Christum iudicem omnium] Ideo repudiavit Marcion epistolas ad Timotheum, in quarum posteriore diserte scriptum IV. 1. Iesum „μέλλοντα κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς." *(F.)*

i. a beato Ioanne evangelista] Quomodo fieri potest, inquit Latinus Latinius, ut Marcion Cerdonis discipulus, Ioannis apostoli tempore cognitus esset? cum nec Cerdon ante Hyginum, (qui fuisse Romae episcopus creditur ab A. C. 138. ad 150.) nec Marcion ante Anicetum (ab A. 150. ad 154.) cognitus fuerit, ut Irenaeus, Tertullianus et Cyprianus docent. *(F.)*

Cap. XLVI. — a. Lucanus] Hic *Lucianus* dicitur Epiphanio et Damasceno Haeresi 43. et Nicetae IV. 15. Thesauri Orthodoxae Fidei. Diversus a Luciano Arianorum martyre a quo Lucianistae. Caeterum a Rhodone apud Eusebium V. 13. Hist. sub λύκου ποντικοῦ nomine non Lucanum, ut volebat Baronius ad A. C. 146., sed Lucani magistrum Marcionem intelligi, bene notavit B. Ittigius pag. 136. diss. de Haeresiarchis. Meminit Lucani praeter Tertull. c. 2. de Resurrect. et. c. 51. de Praescript. Origenes lib. 2. contra Celsum p. 77. „μεταχαράξαντας δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἄλλους οὐχ οἶδα ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λουκάνου. *(F.)*

Cap. XLVII. — a. discipulus eius] Non Lucani, sed Marcionis intellige, quem institutorem et praeformatorem Apellis vocat Tertullianus cap. 30. de Praescript. [Origines c. Celsum p. 267: „ὁ Μαρκίωνος γνώριμος Ἀπελλῆς."] Origenes homil. 2. in Genesin: „*Apelles discipulus quidem Marcionis, sed alterius haereseos magis quam eius quam a magistro suscepit, inventor extitit. Is dum assignare cupit scripta Mosis nihil in se divinae sapientiae, nihilque sancti spiritus continere, exaggerat huiusmodi dicta*" etc. Lucani συσχολαστὴν Apellem vocat Epiphanius T. 1. p. 380. *(F.)*

b. Non mihi opus est discerere] Ita

principia adseram coaeterna: ego enim unum principium esse praedico, [3]quem deum cognosco, qui deus fecit angelos, fecit etiam alteram virtutem, [4]quem deum scio esse secundum[c], qui et virtus dei est, quae fecit [5]mundum. Hic autem deus, qui fecit mundum, non est, inquit, bonus, ut ille qui fecit illum: subiectus [6]autem est deo illi a quo et factus est iste, qui et nutui et iussioni et praeceptis paret illius in omnibus[d]. Cuius Ariani nunc consortes[e] sunt atque fautores, sic praedicantes atque sentientes. Dicit autem Christum in carne apparuisse[f], non tamen, sicut Valentinus[g], de caelo carnem [7]desumpsisse. Ait etiam post passionem non carnem surrexisse[h], sed de quatuor elementis, [8]id est de sicco *et humido*, calido et frigido accepisse Christum et in resurrectione iterum reddidisse elementis quae de mundo acceperat, eaque in terram dimisisse, ipsum [9]autem in caelum sine carne ascendisse asserit. Sub apostolis[i] itaque hae fuerunt haereses [10]per ordinem.

3. quod *b.* 4. quam *b.* 5. mundum *A.* illum *reliqui. Ceterum in Ba. distinctum est* scio esse. Secundum *cett.* 6. aut *c.* 7. deposuisse *A.* 8. id est de sicco et humido, calido et frigido accepisse Christum et in resurrectione iterum reddidisse elementis *om.* id est de sicco, calido et frigido accepisse Christum et in resurrectione iterum reddidisse elementis *A. Reliqui ea verba non habent.* 9. autem *om. Babc.* 10. *Post verba* per ordinem *in (A) Bab. inscriptio nescio an subscriptio potius dicenda legitur haec:* CATALOGVS HAERESEON QVAE SVB APOSTOLIS EXTITERVNT, *quae verba Fabricius expunxit.*

recte pro *dicere*, quod erat in editis, emendavit Cotelerius T. 1. Monument. p. 772. *(F.)*

Cap. LXV. [1]Photinus doctrinam eius secutus[a] in omnibus similiter praedicabat, inque hoc mendacio perseverans proiectus est de ecclesia Sirmiensium civitatis[b], a sanctis episcopis [2]superatus.

2. credendum *b*.
Cap. LXV. *in Babc. inscriptum est* PHOTINVS. — 1. Post istum Fotinus *A*. 2. separatus *maluit Gabardus*.

resis ab Archelao convicta A. C. 278. Itaque et apud Augustinum c. 44., et Epiphanium, Paulus praecedit. *(F.)*

b. substantivum - - prolativum] Epiphanius LXV. 1. ex Pauli Samosateni sententia: „μὴ εἶναι δὲ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνυπόστατον, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ - - ἐλθόντα δὲ τὸν λόγον καὶ ἐνοικήσαντα ἐν Ἰησοῦ, ἀνθρώπῳ ὄντι." Marius Mercator epistola de discrimine Pauli et Nestorii: „*Nestorius circa verbum dei, non quidem ut Paulus sentit, qui non substantivum sed prolativum potentiae dei efficax verbum esse definit.*" Idem diss. de XII. anathematismis Nestorii n. 19. „*Paulus verbum dei* προφορικὸν καὶ πρακτικὸν λόγον καὶ ἐνεργητικόν, *id est prolativum et potestatis effectivum verbum sensit, non substantivum quod Graeci* οὐσιῶδες *dicunt.*" Alia de Paulo hoc, eiusque haeresi vide apud Garnerium ad Mercatorem T. 2. p. 307. seq. et Tillemontium tomo IV. Memor. *(F.)*

c. circumcisionem docebat] Utut negando divinitatem Christi Iudaeis suffragari visus est Paulus Samosatenus, adeoque et τῆς τῶν Ἰουδαίων αἱρέσεως ὑπηρέταις adscribitur ab Epiphan. LXV. 7., tamen circumcisionem docuisse necessariam Christianis ab aliis veteribus scriptoribus ei non tribuitur. Interim Augustinus c. 44. de Haeres. Paulianos regulam baptismatis non tenuisse colligit ex eo, quod in Canone 19. Nicaeno rebaptizari iubentur, de quo iuvabit conferre eruditas ad hunc canonem Annotationes Guil. Beveregii. *(F.)*

d. Zenobiam] Septimia Zenobia post necem Odenati mariti ab A. C. 267. Syriam et Phoenicen tenuit, cum Antiochiae episcopatum Paulus Samosatenus gereret; huic igitur Iudaica sacra colenti, quo magis se probaret, Christum negasse deum arguitur a Theodoreto II. 8. de Haeret. Fab. „Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς τῆς μὲν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ἦν. Ζηνοβίας δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπαρχούσης (Πέρσαι γὰρ Ῥωμαίους νενικηκότες ταύτῃ παρέδοσαν τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν) εἰς τὴν Ἀρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν, ταύτῃ νομίζων θεραπεύειν ἐκείνην τὰ Ἰουδαίων φρονοῦσαν." S. Athanasius Epistola ad solitariam vitam agentes T. I. p. 857. „Ἰουδαία ἦν Ζηνοβία καὶ Παύλου προέστη τοῦ Σαμοσατέως." S. Chrysostomus homilia VII. in Iohannem p. 57. de Paulo Samosateno: „τοῦτον γυναικί τινι χαριζόμενον τὴν σωτηρίαν φασὶν ἀποδόσθαι τὴν ἑαυτοῦ." Abulpharaius p. 81. Historiae Dynast. „*Refert Eusebius Chronologus Paulum hunc adiutum a Iudaissa quadam quam Gallus Caesar Syriae praefecerat, quae scientiam et sententiam ipsius probans in ipsum patriarchatum Antiochiae contulit.*" *(F.)*

Cap. LXV. — a. doctrinam eius secutus] Photinus patria Ancyranus, praeceptoris sui Marcelli Ancyrani (quem Eusebius confutavit) vestigiis insistens, Pauli Samosateni haeresin defensitare coepit circa A. C. 341. Vide Socratem lib. I. cap. 36. et libr. 2. cap. 18. 9. et scriptores laudatos a me Volum. VIII. Bibl. Graecae pag. 314., nec non Tillemontium T. VI. Memor. Eccles. pag. 760. 765. seq. Matthaei Larroquani Considerations servant du réponse à ce que Mr. David a écrit contre la dissertation sur Photin. Rothomag. 1671. 4. *(F.)*

b. proiectus est de ecclesia Sirmiensium civitatis] Caput Illyrici Sirmium,

[1]Ariani ab Ario[a] [2]presbytero Alexandriae civitatis, qui sub Alexandro episcopo bonae memoriae fuit et Constantino sancto [3]imperatore, dicens filium dei deo similem[b], nomine tenus similem autem dicens, et non [4]de ipsius patris divina credendo substantia, haeresim periculosam incurrit: nam et creatura similis deo dicitur, cum dicat scriptura[c]: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Non tamen est homo aut angelus de deo proprie ac naturaliter, id est de divina illa substantia patris inenarranda et sempiterna genitus, [5]ut unicus filius[d], qui genitus est de patre proprie[e] sempiternus, sed homo et angelus facti sunt ex nihilo. Filius autem cum sit verus[f], oportet [6]de divina illa substantia patris Cap. LXVI.

Cap. LXVI. *in Babc. inscriptum est* ARIANI. — 1. Sunt Ariani *A*. 2. presbytro *B*. 3. imperatore bonae memoriae dicens *A*. 4. de ipsius patris divina credendo substantia *A*. dei ipsius patris divinam credendo substantiam *reliqui*. 5. et *(A)b*. 6. ut de *A*.

cuius episcopatum Photinus gessit usque ad A. C. 351., quo per alteram synodum Sirmiensem (nam Antiochenae A. 345. et prioris Sirmiensis A. 349. decreta, de quibus Synodicon Pappi c. 43. et 50., effectu caruerunt) depositus fuit ab episcopis orientalibus et Marcelli successore Basilio Ancyrano. Conf. Socratem II. 29. seq. et Harduini Concilia T. 1. p. 702. seq. Pulsum a Valentiniano (qui a. 364. coepit imperitare) Photinum scribit Hieronymus cap. 107. de Script. Eccles., Nimirum iterata vice pulsus postea fuit, quem a. 362. ab exilio revocaverat Iulianus imp., qui Photini etiam meminit libro primo adversus Christianos, apud Cyrillum Alex. lib. VIII. p. 262. edit. Lipsiens. *(F.)*

Cap. LXVI. — a. ab Ario] Hic diaconus primum Alexandrinus, sed eiectus a Meletio: post huius vero mortem per Achillam, episcopum Alex. cooptatus presbyter et scholae Alexandrinae praefectus, ut notatur in Synodico Pappi c. 32. Inde post Achillam non diu post, anno 312., defunctum inhians episcopatui, et Alexandrum sibi praelatum indignatus, circa a. 316. haeresin spargere coepit, damnatam in Concilio Nicaeno, quod A. C. 325. Constantinus Imp. convocavit. Consule si placet scriptores de rebus Arii et Arianorum laudatos a me lib. V. Bibl. Graecae cap. 23. Volum. VIII. p. 308 seq. *(F.)*

b. deo similem] Ὁμοιούσιον non ὁμοούσιον. *(F.)*

c. dicat scriptura] Genes. I. 26. *(F.)*

d. unicus filius] Μονογενὴς Ioh. I. 14. 18. III. 16. 18. et 1. Ioh. IV. 9. genitus non modo μόνος ἐκ μόνου, sed et μονοτρόπως, ut recte Nazianzenus Orat. 36. p. 590. „Εἰ δὲ κτιστός ἐστιν," verba Theodoreti sunt V. 2. Haeret. Fab. „οὐ μονογενής, ἀδελφὴν γὰρ ἔχει τὴν κτίσιν καὶ πάντα τὰ τῆς κτίσεως μόρια." „*Creatus vero si est, non est unigenitus, sed sororem habet creaturam cum omnibus eius partibus.*" *(F.)*

e. de patre proprie] Hoc ex Christo ipso audiisse se profitebantur Iudaei; „πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεόν." Ioh. V. 18. Alexander Alexandrinus apud Theodoretum lib. 1. Hist. c. 4. p. 14. „*Ac germanam quidem et propriam ac naturalem eximiamque eius filiationem,* γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον καὶ κατεξαίρετον υἱότητα, *Paulus declaravit, ita dicens de deo:* (Rom. VIII. 32.) ὅσγε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, *qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis, non naturalibus scilicet filiis,* τῶν μὴ φύσει υἱῶν, *illum tradidit. Nam ut illum distingueret ab iis, qui non sunt proprie filii,* πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, *proprium filium esse eum dixit.* *(F.)*

f. Filius - - verus] Ex essentia genitus patris, ut ex ipso identitatem naturae ab aeterno habeat, et sit χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ Ebr. I. 3. Psal. CX. 3. „ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε," quem locum magno consensu veteres de aeterna et propria filii generatione Ario opponunt. Vide Petavium Dogm. Theol. de S. Trinitate lib. V. c. 7. *(F.)*

genitus cognoscatur. Verus enim deus alio modo esse non potest filius unicus nisi sit de patris illa divina substantia proprie genitus. Sempiterna similitudo itaque filii [7]est secundum opera, quia *sicut facit pater, et filius similiter facit omnia*[g]. [8]de ipsius qualitatis[h] divina substantia genitus, quia de ipso natus est proprie sempiternus, non factus ex nihilo, ut homo et angelus [9]aut creatura aliqua est.

Cap. LXVII. [1]Semiariani[a] sunt quoque. [2]Ili de patre et filio [3]bene sentiunt[b], unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes, spiritum autem non de divina substantia, nec deum verum, sed factum atque creatum[c] spiritum praedicantes, ut eum coniungant et comparent creaturae, cum Christus dominus patri et sibi in fide baptismi[d] salutis aeternae coniunxerit, eumque cum patre et filio cunctis credentibus adorandum[e] iusserit, omnique seculo [4]deum verum[f] praedicandum statuerit: non intelligentes quod evangelista[g] cum dicit, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[h], non de spiritu sancto dicit, quasi factum spiritum per

7. est *A.* et *reliqui.* 8. de ipsius *A.* et dei ipsius est *reliqui.* 9. *Ita Babe. At in A. legitur* ut creatura aliqua quae est omnibus occidens, *quae verba emendo ita:* aut creatura aliqua, quae est omnino occidens.

Cap. LXVII. *in Babe. inscriptum est* Semiariani. — 1. Alii sunt Semiariani, hi *A.* 2. hi *Ac.* hii *Ba.* ii *b.* 3. bene *om. A.* 4. deum *ABe.* eum *ab.*

g. filius similiter facit omnia] Ioh. V. 19. *(F.)*

h. de ipsius qualitatis] Eadem quali ipse deus natura praeditus. Sic infra c. 66. „*unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes.*" *(F.)*

Cap. LXVII. — a. Semiariani] Hoc nomine Philastrio venire perspicuum est, qui aliis deinde Macedoniani sive Pneumatomachi, damnati in Concilio Cpolitano A. C. 381. Macedonius ipse ob haeresin deiectus Cpolitano episcopatu A. 361. *(F.)*

b. de patre et filio bene sentiunt] Idem de Macedonio affirmat Ratramus libro 2. contra Graecos c. 2. Caeterum idem non de omnibus posse affirmari Semiarianis, abunde docet Epiphanius haeresi LXXIII. 23. et 27. *(F.)*

c. factum atque creatum] Κτίσμα et ποίημα. Io. Zonaras Canone in Deiparam: „Μακεδόνιον πάντως ἐχθρὸν ἀρνητὴν τὸν λέγοντα κτίσμα τε καὶ ποίημα εἶναι τὸ ἄκτιστον πνεῦμα θεοῦ." *(F.)*

d. in fide baptismi] Formula baptismi in nomine patris et filii, et spiritus s. Matth. XXVIII. 19. *Baptismus salutis aeternae* est qui datur in spem obtinendae aeternae salutis. *(F.)*

e. cunctis credentibus adorandum] Ex ipsa illa baptismi formula ἐπίκλησιν atque adorationem religiosam s. spiritus collegerunt veteres Christiani, quibus βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα est βαπτίζεσθαι ἐπικαλεσάμενον τὸ ὄνομα patris, filii et spiritus s., uti ex locis Origenis, Firmiliani aliorumque probat D. Gotfridus Olearius noster, ὁ μακαρίτης, in diss. de spiritus s. cum patre et filio adoratione et glorificatione contra Guil. Whistonum, edita Lipsiae 1711. p. 12. seq. Vide etiam quae Basilius libro de Spiritu S. c. 19. *(F.)*

f. deum verum] Ita non dubito Philastrium scripsisse pro *eum verum.* *(F.)*

g. evangelista] Ioh. I. 3. *(F.)*

h. et sine ipso factum est nihil] Facit Philastrius cum iis, qui novum comma incipiunt apud Iohannem a verbis: *quod factum est in ipso vita erat.* Uti constat etiam usurpatum ab Irenaeo, Clemente Alex. Theophilo Antiocheno, Origene, Tertulliano, Lactantio, Eusebio, Augustino aliisque multis, etiam recentioribus ut Honorio, Petro Bruno etc. Igitur non fas est cum Epiphanio in Ancorato T. 2. p. 80. illam interpunctionem velut haereticam et spiritui sancto iniquam arguere, licet eam secuti etiam fuerint quidam haeretici, ut Valentinus, Heracleo etc. *(F.)*

filium. Nam propheta[i] [5]trinitatem omnia fecisse visibilia et invisibilia definit, dicens, *Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* In omni itaque creatura, quae facta est per spiritum, non aliquid praetermisit quod non per eum factum sit: alioqui in fide[k] servus cum domino non iungeretur, si esset creatura divinus et sanctus spiritus. Cuius causa omnis scriptura et dominus concedi omnia peccata hominibus[l] praeter blasphemiam [6]divini et adorandi spiritus caelesti [7]sententia[m] pronuntiaverit.

Eunomiani post hos ab Eunomio discipulo Arii[a], in omnibus inimici verae fidei, aiunt tres esse diversas qualitatis substantias[b], ut auri, argenti et aeris[c], et patrem quidem fecisse filium, et iterum filium, qui [1]sit creatura, fecisse [2]spiritum: et adserunt filium non patri esse similem, quia creatura est, neque spiritum filio similem, quia a filio factus [3]est, magis impietati paganae et iniquitati Cap. LXVIII.

5. trinitate *A.* 6. de divini *b.* 7. sententia pronuntiaverit *A.* essentia pronuntiaverit *Bab.* sententia pronuntiavit *c.*

Cap. LXVIII. *in Babe. inscriptum est* Eunomiani. — 1. est *A.* 2. spiritum sanctum adserunt. Filium *A.* *Probavit Galeardus.* 3. est magis *om. A.*

i. propheta] Psal. XXXIII. 6. quem locum de ss. trinitate accipiunt veteres communiter; vide Feuardentium ad Arnobii et Serapionis Conflictum p.523. et Gregentii disputationem p. 9. *(F.)*

k. in fide] In baptismi formula, in qua spiritus s. iungitur cum patre et filio. Sic supra dixerat noster: „*cum Christus dominus patri et sibi in fide baptismi salutis aeternae spiritum coniunxerit.*" *(F.)*

l. concedi omnia peccata hominibus] Matth. XII. 31. *(F.)*

m. caelesti sententia] Ita scripsi cum Cotelerio notis ad Damascenum de Haeres. T. 1. Monument. p. 782. Male superiores editiones, „*caelesti essentia pronunciaverit,*" et Helmst. „*praenunciaverit.*" Est etiam qui legit: „*Blasphemiam de divini et adorandi spiritus caelesti essentia pronunciaverit.*" Sed longe magis probo Cotelerii emendationem. *(F.)*

Cap. LXVIII. — a. discipulo Arii] Non Arium ipsum iam A. 336. mortuum, sed Aëtium ab A. 356. audivit Eunomius, qui usque ad A. 396. vitam produxit, certe A. 392. Hieronymus c. 120. de S. E. „*usque hodie*, inquit, *vivere dicitur in Cappadocia, et multa contra ecclesiam scribere.*" Sed discipulum Arii vocat Philastrius, haereseos eius imitatorem. Augustinus c. 54. de Haeresibus Aëtii discipulum appellat, quod et alii scriptores testantur. *(F.)*

b. tres esse diversas qualitatis substantias] Al. *diversae qualitatis.* Sed ita c. 67. et 92. „*unam qualitatis substantiam*" noster dixit. S. Augustinus cap. 54. de Eunomio: „*Dissimilem per omnia patri adserens filium, et filio spiritum sanctum.*" Nempe Ariani supra c. 66. et Semiariani apud Augustin. c. 51. negabant duntaxat filium esse patri ὁμοούσιον, at ὁμοιούσιον et similem fatebantur: sed hoc ipsum etiam inficiabatur cum Aëtio suo Eunomius, cuius sectatores Eunomiani inde Anomoei appellati sunt. Eunomii Expositionem Fidei, et Apologeticum Graece et Latine dare me memini libro V. Bibl. Graecae c. 22. ubi dicta si placet vide. [Adde notata a Rev. Vogtio fasc. 3. Bibl. Haeresiologicae p. 485. seq., ubi Iacobi Basnagii diss., et p. 605., ubi catalogus scriptorum.] *(F.)*

c. ut auri, argenti et aeris] Confer Epiphan. LXXVI. 2. p. 914. D. *(F.)*

Iudaicae consentientes apertissime [4]quam Christianae doctrinae ac fidei catholicae [5] parere volentes[d][e].

Cap. LXIX. Alii sunt qui circa [1]incorporationem[a] aberrant, dicentes non animam veram hominis rationalem[b] accepisse salvatorem, sed corpus solum hominis, et cum subtrahunt animam a corpore, veram denegant [2]hominum salubritatem[c]. Quomodo itaque potest dici anima, quae non sumpta est a salvatore? cum salvator dicat[d], *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Alioquin anima dici non potuit, nisi esset in eo cuius [3]causa advenerat. Itaque haec utraque in comparatione salvatoris, id est corpus [4]erat et anima, quae pro nostra salute dignatus est sumere. Scire nos convenit quod et animam veram hominis habuit, intellectum habentem[e], et corpus hominis, sensum carnalem itidem, ut et dolere posset corpore[f] et

4. quam *om. A.* 5. pugnare *A.*
Cap. LXIX. *in alv. inscriptum est* HAERESIS ANIMAM VERAM CHRISTVM NON HABVISSE. — 1. incorruptionem *A.* 2. hominis *A.* 3. et causa *A.* 4. erat *om. b.*

d. parere volentes] Sangermanensis libri scriptura haec est: „quia a filio factus: impietati paganae et iniquitati Iudaicae consentientes, apertissime Christianae doctrinae ac fidei catholicae pugnare volentes."

e. parere volentes] Sic supra c. 57. de Florianis: „*Iudaismo potius et paganitati parere nefandae*" etc. *(F.)*

Cap. LXIX. — a. circa incorporationem] „Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ λόγου." [*Concorporationem* verbi dei p. 637. et *corporationem* pluribus locis vocat S. Hilarius.] *(F.)*

b. animam veram hominis rationalem] Tantum corpus sine anima assumtum a λόγῳ, et loco animae ipsi fuisse λόγον, docuerunt Ariani, non ipse Arius, si Mario Mercatori fides: attamen Ario hoc tribuit S. Athanasius de Adventu Christi: „Ἄρειος δὲ σάρκα μόνην πρὸς ἀποκρυφὴν τῆς θεότητος ὁμολογεῖ." Ario et Eunomio Theodoretus V. 11. de Haeret. Fab. „περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος σῶμα μὲν αὐτὸν ἔφασαν εἰληφέναι, τὴν θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνηργηκέναι χρείαν." Rufinus Palaestinus de Fide T. I. Opp. Sirmondi p. 309. „*Si Iesus Christus animam non habuisset, sicut nefarii aestimant Ariani, aut rursus animam quidem habuisset, et non tamen rationabilem, sicut Apollinaris definivit insaniens, numquam profecto sapientia proficere poterat.*" Idem Arianis tribuunt Epiphanius LXIX. 19. et ex Epiphanio Augustinus et Praedestinati Auctor haeresi 49. Damascenus 69. Confutat illum errorem Caesarius quaest. 25. seq. *(F.)*

c. denegant hominum salubritatem] Quia nisi animam humanam Christus assumsisset, neque animarum salvator esset, secundum Canonem Theologorum: *quod non assumsit, non redemit.* Theophilus Alex. epistola 1. Paschali: „*atque ita ipse disputationis ordo convincat nihil a domino imperfectum esse susceptum, sed assumtum ab eo hominem plene perfecteque salvatum.*" *(F.)*

d. salvator dicat] Matth. XXVI. 38. *(Fabr.)*

e. animam veram hominis habuit, intellectum habentem] Contra Apollinaris haeresin, qui docuit animatum corpus assumtum a Christo, sed mentis loco et intellectus ipsi fuisse τὸν λόγον. Facundus IX. 3. „*Apollinaristae quidem carnis et animae naturam sine mente assumsisse dominum credunt, Ariani vero carnis tantummodo.*" Vide Io. Pearsonium ad Symbolum p. 285. 422. edit. Latinae, et Suicerum T. 2. Thesauri p. 264. seq. *(F.)*

f. sensum carnalem itidem, ut et dolere posset corpore] Ariani sensum doloris non ab anima Christi, utpote quam negabant, sed a λόγῳ susceptum, atque, ut ait Phoebadius, passibilem deum factum esse docebant. S. Athanasius lib. de Incarnatione: „μάτην οὖν Ἀρειανοὶ φαντάζονται σάρκα μόνην ὑποτιθέμενοι ἀνειληφέναι τὸν σωτῆρα, τὴν δὲ τοῦ πάθους νόησιν ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ θεότητα ἀναφέροντες ἀσεβῶς." Vide eundem Pearsonium p. 334. Benedictinorum prolegomena ad Hilarium pag. 35. et 47. et Elmenhorstium ad Gennadium de Dogm. Eccles. p. 112. *(F.)*

emori. Tamen de sancto spiritu[g] facta haec [5]cognoscitur caro, et creata anima scilicet, sicut scriptum est in evangelio, *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi [6]obumbrabit [7]te*: et quod animam veram habuit, dicens, *Animam meam pro vobis pono*[h]: et de carne passibili ad Thomam[i], *Quod spiritus non habet ossa et carnem, sicut me [8]videtis.* Et apostolus Petrus[k] de salvatore testatus est, dicens, [9]*Cuius anima non derelicta est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem.* Ex quo autem incarnatus est, et homo nostrae causa salutis et deus verus creditur, cognoscitur, colitur et in ecclesia catholica praedicatur.

[1]Tropitae sunt qui dicunt conversum verbum in carnem[a], non intelligentes quod ait apostolus Ioannes[b], *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*: non attendentes quod verbum est immutabile et [2]inconvertibile, id est deus dei filius, caro autem quam accepit pro nostra salute, ipse eam formando adsumpsit et induit nostrae causa incapacitatis[c]. Ad eum visendum itaque res istae in unum coniunctae pro nostra salute non mutationem verbi in carnem, sed assumptionem magis rei visibilis declarabant, ut invisibilis per visibilem carnem videri possit, credi atque [3]cognosci, et ab humano genere capaciter[d] adorari. Cap. LXX.

5. cognoscit *b.* 6. obumbravit *A.* 7. tibi *b.* 8. videtis habere. Et *Ab.* 9. Cuius *A.* Huius *reliqui.*
Cap. LXX. *in Babe. inscriptum est* TROPITAE. — 1. Alii sunt Tropitae *A.* 2. incorruptibile *A.* 3. agnosci *Ab.*

g. de sancto spiritu] Prudentius Apotheosi v. 435.

„*Ex quo mortalem praestrinxit spiritus alvum*
Spiritus ille dei deus et se corpore matris
Induit atque hominem de virginitate creavit."

„Οὐ σπερματικῶς ἀλλὰ δημιουργικῶς," inquit Damascenus III. 2. de Fide Orthodoxa. *(F.)*

h. Animam meam pro vobis pono] Respicit locum Ioh. X. 11. „Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων." *(Fabr.)*

i. ad Thomam] Luc. XXIV. 39., ubi nulla Thomae mentio. *(F.)*

k. apostolus Petrus] Actor. II. 27. ex Psal. XVI. 10. „ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν." *(F.)*

Cap. LXX. — a. conversum verbum in carnem] Inde nomen Τροπιτῶν, quia τροπὴ conversio. Confutat hanc haeresin, recoctam deinde in Eutychianis, Tertullianus libro de Carne Christi c. 10. seq. *(F.)*

b. Ioannes] Cap. 1. v. 14. *(F.)*

c. nostrae causa incapacitatis] Quod videre eum, nisi carne indutum non poteramus. Possit etiam interpungi sic: „*Nostrae causa incapacitatis ad eum visendum.*" *(F.)*

d. capaciter] Sensu ipso atque visu eum percipiente. *(F.)*

Cap. LXXI. [1]Sunt etiam haeretici qui circa passionem aberrant, dicentes quod in passione dimiserit [2]dominus noster Christus carnem, et sic ascenderit in caelum[a], [3]ut non sit iam in carne divinitas. Neque enim post passionem resurrexit in carne, neque cum carne ascendit, inquiunt, in caelum, cum salus omnis [4]hominum in passione carnis [5]ipsius, et [6]resurrectione [7]et ascensione in caelum [8]consistat, sine cunctatione nobis et credentibus universis: cum et apostolis [9]angeli dixerint pro nostra fide ac laetitia in Actibus Apostolorum, quod, *Sicut vidistis eum ascendentem in caelum, sic eum iterum sperate[b] venturum de caelo.*

Cap. LXXII. [1]Aëriani[a] ab Aërio [2]quodam sic appellati [3]sunt, qui abstinentiis vacant, et in provincia [4]Pamphylia[b] quam plurimi commorantur, qui et Encratitae[c] dicuntur, id est abstinentes. [5]Hi non possident[d] aliquid, escas abominantur[e], quas deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiam de lege nuptias, non a deo institutas adserentes.

Cap. LXXI. *in marg. inscriptum habet* HAERESIS DE PASSIONE CHRISTI. — 1. Alii autem sunt haeretici qui *A.* 2. dominus *A.* deus *reliqui.* 3. et non est *A.* 4. hominis *A.* 5. ipsius *om. b.* 6. surrectione *A.* 7. et ipsius ascensione *(A)b.* 8. constat *A.* 9. angeli beati dixerint *A.*

Cap. LXXII. *in Babc. inscriptum est* AERII. — 1. Alii sunt Aëriani *A.* Aërii *reliqui.* 2. quodam sic *om. A.* 3. sunt *om. A.* 4. Pamphilia *(A)Bab.* 5. Hii *B.*

Cap. LXXI. — a. sic ascenderit in caelum] Confer quae de Apelle supra c. 47. Tertull. de Carne Christi c. 24. „*Ut et illi erubescant qui affirmant carnem in caelis vacuam sensu ut vaginam exempto Christo sedere, aut qui carnem et animam tantundem, aut tantummodo animam, carnem vero non iam.*" Gregorius Naz. Ep. 1. ad Cledon. „Εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι νῦν τὴν σάρκα λέγει, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα σώματος, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας." (*F.*)

b. sic eum iterum sperate] Sensum utcunque reddit, non verba sacri scriptoris exprimit Philastrius, ut solet. Ita enim Actor. I. 11. „οὗτος Ἰησοῦς, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν." (*F.*)

Cap. LXXII. — a. Aëriani] Epiphanio et Damasceno haeresi 75. „Ἀεριανοί", Augustino et Auctori Praedestinati c. 53. *Aëriani.* Etiam apud Damascenum haeresi 58. putem legendum Ἀεριανῶν pro Ἀρειανῶν, licet Aërium etiam cum Ario fecisse ab eodem Epiphanio et aliis traditur. Aerius adhuc fuit in vivis cum scriberet Epiphanius A. C. 375. (*F.*)

b. in provincia Pamphylia] Aërium ipsum in Ponto monachum, sive minore Armenia, fuisse Epiphanius testatur. (*Fabr.*)

c. Encratitae] Cum his fecisse Aërianos, ex solo Philastro Augustinus scriptum reliquit, nam in Epiphanio hac de re ne γρῦ. At idem Epiphanius de Encratitis multa haeresi 46. qui et ipse magnum illorum numerum in Pamphylia, atque aliis Asiae provinciis suo tempore exstitisse scribit T. 1. p. 399. (*Fabr.*)

d. Hi non possident aliquid] Epiphanius de Aërio: „ἀποταξίαν κηρύττει." Contra apud Damascenum: „ἀποταξίαν ἀποκηρύττει." (*F.*)

e. escas abominantur] Contra Damascenus: „κρεοφαγίαις παντοίαις χρῆσθαι καὶ τροφαῖς ἀδεῶς." Ieiunia ecclesiae et oblationes pro mortuis reiecisse, tradit praeter Epiphanium et alios Io. Zonaras Canone in Deiparam edito in T. 3. Monumentor. Cotelerii pag. 470. (*Fabr.*)

Alia est haeresis Borborianorum[a], qui vitiis implicati seculi et malis concupiscentiis [1]servientes non sperant iudicium futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudant. [2]Hi itaque in coenum euntes et inde obliti de coeno facies et membra sua deformantes, [3]eadem re cunctis velut culpandam dei creaturam demonstrantes: cum illa [4]vorago culparum et vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, non legis divinae [5]permissione descenderit. Cap. LXXIII.

[1]Artotyritae[a] sunt nomine ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem et caseum offerunt, non illud quo ecclesia catholica[b] et apostolica celebrat offerendo. Cap. LXXIV.

[1]Alii sunt [2]Ascodrogitae[a b] in Galatia, qui utrem inflatum ponunt et cooperiunt in sua ecclesia et circumeunt eum insanientes [3]potibus et bacchantes, [4]sicut pagani Libero patri[c], insanis mentibus more gentilium furentes, et non intelligentes quod ait salva- Cap. LXXV.

Cap. LXXIII. *in Babc. inscriptum habet* BORBORIANI. — 1. servientes *om. A.* 2. Hii *Ba.* 3. eademque cunctis *A. Probavit Galeardus. In sqq. pro* demonstrantes *facili opera reposueris* demonstrant. 4. virago *(A)b.* 5. promissione *Bab.*

Cap. LXXIV. *in Babc. inscriptum est* ARTOTYRITAE. — 1. Alii sunt Artotyritae nomine in Galatia *A.*

Cap. LXXV. *in Babc. inscriptum est* ASCODROGITAE. — 1. Alii sunt iterum *A.* 2. Ascodrugitae *A.* 3. potius *A.* 4. sicut illi pagani liberi patriani *A.*

Cap. LXXIII. — a. Borborianorum] Ita Gnosticorum aliquos dictos ἀπὸ τῆς αἰσχρουργίας βορβορώδους sive foeda vitae turpitudine narrat Epiphan. XXVI. 3. p. 85. Theodoreto lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 13. „Βαρβηλιῶται, ἤγουν Βορβοριανοί," qui ipsorum μυστικὰς τελετὰς omnem cogitationem supergredi foeditate testatur: „πάντα γὰρ λογισμὸν πονηρὸν ὑπερβαίνει καὶ πᾶσαν ἔννοιαν μυσαρὰν τὰ παρ᾽ ἐκείνων ὡς θεῖα πραττόμενα." Vide etiam Nicetam IV. 2. Thesauri. (*F.*)

Cap. LXXIV. — a. Artotyritae] Conferendus Epiphanius et Damascenus haeresi 49. Augustinus et Auctor Praedestinati c. 28. Timothei presbyteri iudicio apud Cotelerium III. Monument. p. 379. ex Marcionis haeresi descendere dicuntur, „οἱ οὖν Ἀρτοτυρῖται ἐκ τῆς αἱρέσεως τούτου τοῦ Μαρκίωνος κατάγονται." Sed Epiphanius eos iungit Montanistis ac Priscillianistis. Nomen compositum ab voce ἄρτου, quod panem, et τυροῦ, quod caseum denotat. (*F.*)

b. illud quo ecclesia catholica] Non farinam aqua subactam in sacra coena adhibebant hi haeretici, sed subactam lacte. Idem Timotheus: „γάλακτι γὰρ φυρῶντες ζύμην τοῖς οἰκείοις μύσταις ὀρέγουσιν." (*F.*)

Cap. LXXV. — a. Ascodrogitae] Augustino qui Philastrium sequitur haeresi 62. rectius *Ascitae:* „*Ἀσκὸς enim Graece, Latine* uter *dicitur, quem perhibentur inflatum et opertum circumire bacchantes.*" Auctor Praedestinati: „*Isti cum in dogmate nihil mali habeant, utrem tamen ingentem iuxta altare ponunt, eumque vacuum inflant et linteaminibus velant et adorant, quia confectum cruoris domini ibi adiiciunt, illud dicentes evangelicum* (Matth. IX. 17.). *Vinum novum in utres novos adiiciunt, et utraque conservantur.*" Epiphanii Tascodrogitae ab his plane sunt diversi, sed iidem cum Passalorynchitis de quibus noster infra c. 76. Ascitae utre usi ad asservandum vinum quod in s. coena adhibebant. (*F.*)

b. Ascodrogitae] De horum nomine cf. Du Cangii Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. I. p. 429. s. v.

c. sicut pagani Libero patri] Iulianus epistol. 41. „καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύασον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται." (*F.*)

tor[d], utres novos sumendos, inque eos novum vinum mittendum, non in veteres. Et cum suis caecitatibus properant inservire, alieni modis omnibus Christianae salutis reperiuntur, cum apostolus[e] deiiciat iustificationem illam Iudaicam carnalemque vanitatem, Christi autem veram et plenam confirmet scientiam dicens, *Vetera transierunt, et ecce nova omnia per Christum facta sunt.* De lege enim [5]ut umbra[f] dicebat dominus, et de suae gratiae plenitudine, duorumque hominum quod ait apostolus[g], *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis.* Quod enim erat per umbram, et quod erat futurum in domini praesentia maius et melius, hoc nuntiabat docendo ac rebus testantibus confirmando.

Cap. LXXVI. Alii sunt [1]Passalorynchitae[a], qui digitum imponentes in nares et ora sua [2]et labia quasi silentium[b] semper exercent, non rei aliae[c] nisi taciturnitati quasi studium commodantes. Hoc autem facientes quasi [3]prophetas cupiunt imitari, quia ait [4]David propheta[d]: *Pone, domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae[e] labiis meis.* Et quia ieiuniis beati prophetae vacantes[f] silentium saepius [5]commodabant, inde usurpantes isti aestimant [6]observandum, Pythagoricam vanitatem[g] potius quam prophetarum caelestem vitam et sapientiam sequi properantes.

5. ut umbra *cgs.* et umbra *libri omnes.*

Cap. LXXVI. *in ab. inscriptum est* PASSALORINCHITARVM HAERESIS. — 1. Passalorynchitae *libri omnes.* 2. et in labia *Bab.* 3. prophetas beatos cupiunt *A.* 4. David beatus, Pone *A.* 5. commendabant *c.* 6. aliquid observare *A.*

d. salvator] Matth. IX. 17. *(F.)*

e. apostolus] 2. Corinth. V. 17. *(F.)*

f. ut umbra] Ita correxi. Umbram dixit figuram, aenigma.

g. ait apostolus] 1. Corinth. XV. 47. *(Fabr.)*

Cap. LXXVI. — a. Alii sunt Passalorynchitae] Hos Tascodrungitas dictos auctor Epiphanius XLVIII. 14. p. 416. testatus τασκὸν Iberum lingua paxillum significare, δροῦγγον vero nasum sive rostrum: „τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος καλεῖται, δροῦγγος δὲ μυκτὴρ, ἤτοι ῥύγχος καλεῖται." Quod igitur inter orandum illi affectarent indicem manus digitum naso imponere, „κατηφείας χάριν καὶ ἐθελοδικαιοσύνης ἐκλήθησαν ὑπὸ τινῶν Τασκοδρουγῖται, τουτέστι Πασσαλορυγχῖται." Mire hinc illud nomen apud scriptores vel curtatum vel corruptum, ut notavit Cotelerius T. 1. Monument. p. 774., cui adde quod Τασκοδροῦγγοι dicuntur apud Theodorum Studitam epistola ad Naucratium T. 5. Opp. Sirmondi p. 324. *Pettomasutas* vocat Nic. Comnenus Papadopoli in Praenotionibus Mystagogicis p. 152. *(F.)*

b. labia quasi silentium] Sicut Harpocrates silentii deus digito labellum compescens exprimitur in veteri anaglypho, quod illustrant Io. Smetius Antiquitatt. Noviomagens. p. 127. seq. Io. Lomeierus Dier. Genial. diss. 3., et praecipue in Harpocrate suo, Traiecti 1687. 4. edito, illustris atque eruditiss. vir Gisbertus Cuperus. *(F.)*

c. aliae] Pro alii. Vide Vossium IV. 6. Aristarchi. *(F.)*

d. David propheta] Psal. CXLI. 3. *(Fabr.)*

e. ostium circumstantiae] Θύραν περιοχῆς. *(F.)*

f. ieiuniis beati prophetae vacantes] Ut David Psal. XXXV. 13. LXIX. 10. *(Fabr.)*

g. Pythagoricam vanitatem] Notissima sunt, quae de quinquennali silentio Pythagoricae scholae feruntur, de quo viri docti ad Gellium lib. 1. c. 9. et ad Laërtium VIII. 10. Holstenius ad Porphyrium p. 80. et Rittershusius, et libro 2. de Bono Silentii Andreas Schottus. Addam locum Procopii Gazaei Epistol. 3. „Πυθαγόρας Σάμιος, τοῦτόν φασιν, ὡς οὐ μέχρι παντὸς ἐτίμα σιγὴν, ἀλλ' ὥριστο χρόνος αὐτῆς μεταβολὴν ἄγων ἐπὶ λόγοις καὶ μετεβάλλοντο. Ἀλλ' οὐδὲ παρ' ὃν ἐσιώπων χρόνον ἔδει δήπουθεν μηδὲν παρ' ἀλλήλων εἰδέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν γλῶτταν εἶχε σιγὴ, ἡ δὲ χεὶρ διηκονεῖτο τῇ γλώττῃ, καὶ διὰ γραμμάτων πάλιν ἐφθέγγοντο." *(F.)*

[1]Aquarii[a] sic dicti sunt, qui in sacramentis caelestibus offerunt tantum aquam, non illud quod ecclesia[b] catholica et apostolica facere consuevit. Cap. LXXVII.

[1]Sunt nonnulli qui prophetas quotidie [2]adserunt[a] [3]et prophetias fieri praedicant, ignorantes *legem et [4]prophetas[b] usque [5]ad Ioannem fuisse baptistam,* finemque legis et prophetarum in Christi praesentia completum atque consummatum. Cap. LXXVIII.

[1]Coluthiani a Colutho[a] quodam ita dicti sunt in Aegypto, qui Cap. LXXIX.

Cap. LXXVII. *in Babc. inscriptum est* AQVARII. — 1. Alii sunt Aquarii sic dicti *A.*

Cap. LXXVIII. *in c. inscriptum habet* HAERESIS DE PROPHETIS. — 1. Alii sunt haeretici qui *A.* 2. adferunt *b.* 3. et *om. (A)b.* 4. prophetias *b.* 5. ad beatum Ioannem *A.*

Cap. LXXIX. *in Babc. inscriptum habet* COLVTHIANI (COLLVTHIANI *c.*) — 1. Colluthiani a Collutho *c.* Alii sunt autem Coluthiani *A.*

Cap. LXXVII. — a. Aquarii] Augustin. et Auctor Praedestinat. c. 64. Hi sunt Hydroparastatae, „ὕδωρ ἀντ' οἴνου προσφέροντες," de quibus Theodoretus lib. 1. de Haeret. Fab. cap. 21. Solam aquam in sacra coena adhibuisse constat Ebioneos teste Epiphanio XXX. 16. et Irenaeo V. 1., nec non Tatiani sectatores Encratitas de quibus Epiph. XLVII. 3. et Timotheus presbyter a Cotelerio editus T. 3. Monum. p. 379. qui etiam Ἀκκαοφόρους appellat: tum alios ex Marcionis schola quosdam, et Manichaeos, et alios fortasse quos perstringit Clemens Alex. 1. Strom. pag. 137. „εἰσὶ γὰρ οἱ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσιν," et multis oppugnat Cyprianus epist. 63. ad Caecilium p. 148. seq. Vide etiam Chrysostomi hom. 83. in Matthaeum p. 864. Beveregium ad canonem Trullan. XXXII. et D. Ittigium de Haeresiarchis p. 211. seq. Ab his Aquariis diversi Aquei sive Hydrotheithae de quibus Augustinus et Praedestinati Auctor c. 75. et noster infra c. 96. *(F.)*

b. quod ecclesia] Vinum in sacra coena offerens sive merum illud, sive temperatum aqua, quod Cypriano inprimis vehementer probatum fuit, cui per aquam populus Christi sanguini uniendus significatur. Confer si placet Edm. Martene de Antiquis Ecclesiae Ritibus p. 322. seq. Io. Bonam lib. 2. Liturg. c. 9. Gerh. Vossii Theses Theologicas p. 304. Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmatibus Eccles. p. 174. Graeci vino aliquid aquae ferventis affundunt, ut sanguinem hominis vivi proprius referat. Vide Petrum Arcudium de Concordia utriusque ecclesiae in Doctrina de Sacramentis III. 39. p. 321. *(Fabr.)*

Cap. LXXVIII. — a. prophetas quotidie adserunt] Helmst. *adferunt.* Videtur tangere Montanistas, de quibus supra c. 49. *(F.)*

b. legem et prophetas] Matth. XI. 13. Eodem S. Chrysostomus laudat illud Danielis IX. 24. „ὅτι ἐλθόντος ᾧ ἀπόκειται, σφραγισθήσεται καὶ προφητεία καὶ ὅρασις." „*Cum venerit cui repositum est, obsignabitur prophetia et visio.*" *(F.)*

Cap. LXXIX. — a. Collutho] Hic est Colluthus presbyter Alex. quem eodem quo Arius tempore ecclesiam turbasse, falsaque dogmata sparsisse narrat Epiphanius LXIX. 2. pag. 728., memorans etiam sectatores eius, qui se non dubitaverint appellare Colluthianos, „οἱ μὲν Κολλουθιανοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν." Ambitionem Colluthi perstringit Alexander Alexandrinus apud Theodoretum lib. 1.

dicunt dominum malorum non esse factorem[b]. Contra autem alter[c] quidam opponebat dicens dominum malorum esse factorem, qui et ipse [2]est haereticus pariter[d], et cum utrique contentione ferrentur inani, nescierunt potentiam rationis. Scriptura enim deum facere bona et nihilominus et mala praedicavit, cum dicat propheta[e], *Ego sum dominus, qui facio pacem, et creo mala.* Et alter propheta[f], *Si est*, inquit, *malitia in civitate, quam deus non fecit.* Sed mala ista non natura[g] esse dixit scriptura a deo facta, sed causis existentibus hominum, scilicet in lege peccantium domino, quae sunt tentationes [3]persecutionis diversaeque angustiae quae deo permittente insurgunt peccantibus, sicut scriptum est[h]: *Quis dedit Israël in direptionem? nonne dominus, cui peccaverunt, et noluerunt in viis eius ambulare?* Non autem fecisse malam deum naturam dicit scriptura alicubi[i]: *Ecce [4]enim omnia valde [5]erant bona quae fecit deus*, in libro Geneseos, id est [6]creaturae mundi[k][l]. Et alibi propheta[m] dicit, [7]*Quoniam deus malum non fecit, neque delectatur in perditione virorum.* Quia ergo non causa dei creantis est mala naturaliter, sed hominum voluntatis, quae obnoxia legi dei [8]urgetur et [9]coërtione[n] [10]constringitur, conversionis causa a domino haec

2. erat *A.* 3. persecutiones *A.* 4. enim inquit omnia *A.* 5. erant *om. A.* 6. creatura *A.* 7. Quod *A.* 8. et iudicio arguetur *A.* 9. coërtione *ac.* coërcione *B.* coërcitione (*A*)*b.* 10. constringit *c.*, *mendose.*

Hist. cap. 4. p. 9. In gradu presbyterii mortuum testatur Athanasius in Apologia ad Imp. Constantinum T. I. p. 732. (*Fabr.*)

b. malorum non esse factorem] Idem ex Philastrio Augustinus c. 65. et ex Augustino Isidorus VIII. 5. Or. 55. Itaque errat Auctor Praedestinati cap. 65. qui Colluthianorum errorem putat in eo consistere, quod deum creasse mala et bona docuerint. (*F.*)

c. Contra autem alter] Florinus de quo supra ad c. 57. (*F.*)

d. qui et ipse est haereticus pariter] Non minus haereticum est cum Collutho contrarium ponere principium, negareque mala fieri deo permittente, quam cum Florino deum facere malorum auctorem. (*F.*)

e. dicat propheta] Es. XLV. 7. „ὁ ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά." (*F.*)

f. alter propheta] Amos III. 6. „εἰ ἔσται κακία ἐν πόλει ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε;" (*Fabr.*)

g. mala ista non natura] Sensus est, ista non esse creata a deo ut mala natura sint, sive malam naturam habeant. Infra: *non autem fecisse malam deum naturam.* (*F.*)

h. sicut scriptum est] Es. XLII. 24. ubi male οἱ ἔδωκεν, pro τίς ἔδωκεν. (*F.*)

i. scriptura alicubi] Genes. I. 31. (*F.*)

k. creaturae mundi] Galeardus Fabricii citatis addi iubet Gaudentium Praef. ad Benivolum, Paulinum Epist. 18. ad Delphinum episcopum Burdigalensem, Isidori Pelusiotae epist. 282. Boeto monacho, Nilum epist. 319. Ephestioni presbytero.

l. creaturae mundi] Chalcidius p. 372. *de genitura mundi.* Nempe γένεσιν pro κτίσιν dixisse Alexandrinos, observatum Humfredo Hody erudito opere de Bibliis sacris Graecis p. 115. (*F.*)

m. propheta] Locus est in libro Sapientiae I. 13. „ὅτι ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων." Philastrius *malum* posuit, genus pro specie mali, sive *morte*, quod vocabulum in Sapientiae libro reperit. Huius auctorem, prophetae nomine passim laudant veteres scriptores Christiani, ut supra ad c. 26. notare me memini. (*Fabr.*)

inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo haec [11]dicuntur, quomodo dicta sunt [12]ignorantur. Quae enim [13]putantur hominibus in [14]coërtione mala, haec eruditionis et utilitatis sunt plena, quae hominum voluntas perversa pati meretur, cum dicat apostolus[o], *Numquid iniustus deus, qui infert iram suam hominibus?* Non tamen sine utilitate[p] et emolumento futuro haec cuncta humano generi fieri permittuntur. Iustus enim in tribulatione sustinendo fidelior et iustior comprobatur, peccator autem aut peccare [15]desinit emendatus, aut perseverans de mundo [16]tollitur, ne in corpore constitutus amplius delinquere videatur. Ergo aut emendatus, cum superest adhuc in corpore, bonum iam opus facere non retardabit, aut mens [17]coërcetur, ut desinat a peccato, quod ait apostolus[q], *Qui mortuus est, iustificatus est a peccato.*

Alia autem est haeresis, quae dicit mundum non mutari[a], sed Cap. LXXX.
in [1]eodem statu semper manere, etiam post domini nostri Christi de caelis praesentiam[b], cum ipse dicat[c], *Omnia transibunt et mutabuntur*[d]. Hoc autem non intelligunt mutationis causa elementorum dictum fuisse a domino, ut [2]his mutatis nova creatura[e] reformetur, quod et David docet[f]: *Ipsi [3]peribunt, tu autem ipse es in aeternum.* Et dominus[g]: *Caelum et terra transibunt, verba autem*

11. dicuntur *Bab.* dicantur *A.* dicunt *c.* 12. ignorant c. 13. putant *c.* imputantur *A.* 14. coërtione *c.* coërcione *Ba.* coërcitione (*A*)*b.* 15. desinit *A.* desinet *reliqui.* 16. tolletur *b.* 17. arcessitur *A.*

Cap. LXXX. *in abc. inscriptum habet* De mundo haeresis. — 1. eo statu *A.* 2. hiis *Ba.* 3. peribunt inquit tu *A.*

n. coërtione] Coërtionem sive coërctionem pro coërcitione dixerunt boni scriptores, atque utrumque promiscue in MSS. codicibus reperitur. (*F.*)

o. apostolus] Rom. III. 3. „μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων ὀργήν." (*F.*)

p. Non tamen sine utilitate] Insignes quasdam utilitates diserte et eleganter exponit S. Iohannes Chrysostomus homilia prima ad Antiochenos. (*F.*)

q. apostolus] Rom. VI. 7. „ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας," hoc est non amplius peccat. (*F.*)

Cap. LXXX. — a. non mutari] Cum mitius iudicet infra de illorum sententia, qui mundum periturum et in nihilum rediturum sibi persuadent, iam haeresibus annumerat opinionem eorum, qui mundum aeternum futurum hoc quo in praesens est statu docebant, cum Ocello Lucano, Timaeo et aliis ethnicorum philosophis et cum Philone Iudaeo, qui eandem opinionem tuetur libro περὶ Ἀφθαρσίας κόσμου, perinde ut Anonymus Christianus apud Photium Cod. 36. „ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοί," qui est Cosmas Indopleustes lib. VII. p. 275. seq. Danaeus ad Augustin. de Haeresibus c. 67. illos vocat *Aeternales.* Auctor Praedestinati c. 67. *Satannianos*, a nescio quo Satannio. (*F.*)

b. post domini nostri Christi de caelis praesentiam] Ad iudicium intellige, atque ut Augustinus sententiam Philastri expressit, *post resurrectionem mortuorum.* (*F.*)

c. cum ipse dicat] Matth. XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. „ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται." *Omnia*, coelo et terra continentur. (*F.*)

d. mutabuntur] „Ἀλλαγήσονται" Hebr. I. 12. ex Psal. CII. 26. (*F.*)

e. nova creatura] Apocal. XXI. 1. (*F.*)

f. David docet] Psal. CII. 26. „αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις." (*F.*)

g. Et dominus] Locis laudatis Matth.

mea non transibunt. Et: *Ego facio novum caelum et novam terram, dicit dominus.* Restauranda potius ergo, non pereunda[h i] annuntiat elementa, et quamvis impossibile deo non est[k], ut qui fecit ex nihilo omnia, ut iterum delere possit omnia, quod ait beatissimus Iob[l]: *Si autem destruxerit universa, quis ei dicet, quid fecisti?* Ergo si ita senseris, omnipotentiam domini Christi [4]cognosces, [5]sive [6]ea restauranda quis aestimat, sequenter [7]intelliget[m]. Nam etsi pereunda semina scriptura demonstrat[n], id est ipsum mundum ad nihilum devenire posse, tamen [8]qua quod fecit non deperit[o]. *Fecit* enim, ut ait [9]Salomon[p], *ex nihilo omnia ut possent esse quae non erant.* [10]Et in resurrectione hominum non pereunda semina, sed ad gloriam maiorem venientia demonstrat, ut ait apostolus[q]: *Semina-*

4. cognoscit *A.* 5. sive *A.* sin *ceteri.* 6. eam restaurandam *A.* 7. intelliget *A.* 8. qua [illegible] quia *libri omnes.* 9. Salomon *(A) b.* 10. Et *om. A. Prob. Galeardus.*

XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. *(F.)*

h. Restauranda potius ergo, non pereunda] [*Pereunda pro peritura dixit* praeter usum meliorum scriptorum.] Sic infra: „*nam etsi pereunda semina scriptura demonstrat.*" Atque iterum: „*Et in resurrectione hominum non pereunda semina.*" Similiter mox *permanenda* dixit pro *permansura*: „*Transeuntia ergo erunt elementa ad maiorem iam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus.*" Ad rem ipsam quod attinet, plerique priscorum ecclesiae doctorum hae fuere sententia, non interiturum in consummatione saeculi caelum terramque, sed ἀποκαταστάσει Act. III. 10. et παλιγγενεσία Matth. XIX. 28. immutandum et renovandum. Barnabae Epist. c. 15. „ὅταν ἐλθὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ καταργήσει τὸν καιρὸν αὐτοῦ καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀλλάξει τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς καταπαύσεται ἐν ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ." Longum esset alia testimonia veterum producere, quae videri possunt apud Vossium Thes. Theolog. pag. 248. seq. Paulum Sherlogum Dioptra Antiquitatt. p. 285. Tho. Burnetum Theoria Sacra Telluris IV. 1. sq. Gatakerum ad Antonin. XI. 1. Elmenhorstium ad Gennadii Dogm. Eccles. p. 164. D. Bebelium Antiquitt. Eccles. saeculi IV. T. 2. p. 610. Suicerum T. 2. Thesauri p. 151. Iac. Thomasium de Stoica Mundi Exustione p. 17. etc. Iudaeorum consensum vide apud Menassem Israëlidem III. 4. de Resurrect. D. Lutheri et Theologorum nostratium suffragia collegit Vincentius Placcius, ὁ μακαρίτης, scripto vernaculo de Immortalitate Animae p. 65. 33. seq. *(F.)*

i. pereunda] H. e. peritura. Sic iterum paulo infra et cap. 131. Pari soloecismo posuit hoc ipso capite *permanenda* pro permansurus.

k. impossibile deo non est] Contra ethnicorum sententiam, quibus Philo libro de Mundo Incorruptibili p. 728. assentitur. Hos enim si audias statutum ipsis est, „ἐκ τοῦ οὐδαμῆ ὄντος ἀμήχανον ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπυστον." „*Ex nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.*" *(F.)*

l. beatissimus Iob] Iob. IX. 12. „ἐὰν ἀπαλλάξῃ, τίς ἀποστρέψει; ἢ τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας;" *(F.)*

m. sequenter intelliget] Non minus scilicet eminentem Christi maiestatem et potentiam esse in instaurando quam in delendo. *(F.)*

n. scriptura demonstrat] In loco supra adducto Psal. CII. 26. *(F.)*

o. quod fecit non deperit] Quia nihil quod fecit deus odit: „οὐδὲν βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας" Sap. XI. 24. *(F.)*

p. ut ait Salomon] Sapient. I. 14. „ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα." Vocabulum ἔκτισε a Philastrio redditur: *Fecit ex nihilo.* Simul autem respicitur locus Hermae lib. 2. Mandat. 1. quem laudat noster etiam infra c. 123. „πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι." *(F.)*

q. apostolus] 1. Cor. XV. 44. „σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν." *(F.)*

tur corpus animale, surgit corpus spiritale: seminatur[r] *in corruptione, surgit in incorruptione.* Et ipse iterum apostolus[s]: *Expectatio enim creaturae revelationem filiorum dei expectat: vanitati enim creatura subdita est non volens, sed propter eum qui subiecit* [11]*in spe futurae gloriae* [12]*dignitatis. Propter quod et ipsa creatura,* inquit, *liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei:* ostendens [13]itaque a gloria ad gloriam processura elementa, id est homines cum hac ipsa visibili creatura, cum dicit dominus[t]: *Sol tunc septempliciter lucebit.* Transeuntia ergo erunt elementa[u] ad maiorem iam gloriam, inque ea [14]permanenda cum hominibus, quamvis et ad nihilum possit adducere qui fecit omnia dominus. Sed in hoc est eminens Christi maiestas et potentia, quod ad gloriam eadem maiorem elementa transire permittit. Nam et apostolus elementa haec liquescere[x] et ad nihilum venire nuntiat pariter et prophetat.

[1]Excalceatorum est haeresis[a] quae excalceatos ambulare debere homines adserit, [2]quod sub Mose[b], inquiunt, dictum est, *Solve calceamenta tua*, et quod [3]Esaias[c] ita ambulaverit tribus annis: quae magis [4]humana ac vanae superstitionis sunt[d], non traditionis sanctorum ac domini nostri Iesu Christi iussionis et imperii [5]eiusque potestatis. Cap. LXXXI.

Novatiani surrexerunt post persecutionem postremam[a] a No- Cap. LXXXII.

11. eam in *(A) b.* 12. et dignitatis *(A) b.* 13. itaque gloria ad filiorum processura *A.* 14. permansura *b.*

Cap. LXXXI. *in Babc. inscriptum est* EXCALCEATI. — 1. Alia est haeresis quae *A.* 2. quod Mosi inquit *A.* 3. Esaias beatus *A.* Isaias *b.* 4. humanae *(A) b.* 5. eius ac potestatis *A.*

Cap. LXXXII. *in Babc. inscriptum est* NOVATIANI. —

r. seminatur] Id. v. 42. „σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ." *(F.)*

s. ipse iterum apostolus] Rom. VIII. 19. seq., ubi post ἐπ' ἐλπίδι Philastrius de suo supplevit verba *futurae gloriae dignitatis.* *(F.)*

t. cum dicit dominus] Es. XXX. 26. „τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἔσται ἑπταπλάσιον ἐν τῇ ἡμέρᾳ." *(F.)*

u. elementa] Sol, luna et stellae, ut supra c. 61. p. 122. *(F.)*

x. liquescere] 2. Petr. III. 10. „στοιχεῖα καυσόμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται." et 12. „οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται καὶ στοιχεῖα καυσόμενα τακήσεται." *(F.)*

Cap. LXXXI. — a. Excalceatorum est haeresis] Gymnopodas vocat Auctor Praedestinati et Augustinus c. 68. Philastrii insistens vestigiis, nudis pedibus semper ambulantes. Prateolus *Nudipedes.* *(F.)*

b. sub Mose] Exod. III. 5. deus ad Moysen: „λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου." *(F.)*

c. Esaias] Es. XX. 3., in signum imminentis Aegyptiorum et Aethiopum genti captivitatis ab Assyriis. *(F.)*

d. humana ac vanae superstitionis] Non in Esaia, qui dei iussu hoc fecerat, sed in his qui nescio quam religiosi cultus partem in superstitiosa illa aemulatione collocabant. *(F.)*

Cap. LXXXII. — a. post persecutionem postremam] Postrema persecutio sive decima sub Diocletiano et Ma-

vato quodam[b], qui sicut ecclesia catholica credebant antea[c], vetus testamentum et novum accipientes. In persecutione autem, quia lapsi sunt multi fideles et in poenitentiam suscepti sunt a catholica ecclesia, irati, imo potius praesumptione ducti ac superbia, vanam doctrinam conati sunt seminare, separantes se ab ecclesia catholica atque a Christi bonitate ac misericordia dissonantes, atque dicentes, non esse fideli post baptismum[d] locum aliquem poenitentiae; ignorantes quod per prophetam[e] clamat. *Vivo ego, dicit dominus:* [1]*Nolo mortem peccatoris, sed magis ut revertatur et vivat.* Si ergo dixerint de [2]his qui baptizandi sunt dixisse scripturam, non tamen fidelibus, audiant salvatorem post baptismum aquae dicentem de baptismo alio, poenitentiae scilicet passionis, ita: [3]*Baptisma habeo*, inquit, *baptizari*[f], *et quam festino si* [4]*finiretur*[g], ostendens utique nobis [5]post baptismum [6]quem per aquam ante dederat aliud etiam passionis poenitentiae[h] humano generi ab ipsius bonitate et clementia labentibus concedendum atque ab eodem domino tribuendum. Quod apostoli intelligentes de passione eius saluberrima post illam primam gratiam humano generi etiam hoc eum contulisse praedicabant. Ut provisor enim et omnipotens peccantibus concedit per poenitentiam ut qui lapsus est surgens ac pugnans iterum[i] [7]inque ea perseverans speret se posse a do-

1. Si volo mortem peccatoris quantum ut *A*. 2. hiis *B*. 3. baptismo *(A)b*. 4. finiretur *e.* sciretis *(A)ab.* sciret is *B. Reponendum puto* Baptismum (*vel* Baptismo) habeo baptizari, et quam festino si fieret is. 5. post *om. A*. 6. quod *A*. 7. inque ea *Bac.* atque *(A)b*.

ximiniano Herculio coepit circa A. C. 285. Sed Novatiani ecclesiam iam turbarunt post persecutionem octavam Decianam circa A. 251. Vide Tillemontium T. 3. Memor. Eccles. *(F.)*

b. a Novato quodam] Duo haereseos istius antesignani veteribus memorantur, Novatus et Novatianus, hic Romanae, ille Africanae ecclesiae presbyter. Vide Guil. Beveregii notas ad Can. VIII. Nicaen. *(F.)*

c. sicut ecclesia catholica credebant antea] „Οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν καινοτομῆσαι," *nihil circa fidem novasse* Novatianos fatetur Atticus Cpol. apud Socratem VII. 25. p. 367. *(F.)*

d. non esse fideli post baptismum] Hunc Novatianorum errorem oppugnat Eulogius apud Photium Cod. 182. et 208. E recentioribus iuvabit consulere praeter Tillemontium, Beveregiumque, Gabr. Albaspinaei observationes p. 195. seq. Io. Forbesii Instructiones Historico-Theol. p. 666. 710. seq. etc. *(F.)*

e. per prophetam] Ezech. XXXIII. 11. *(F.)*

f. Baptisma habeo, inquit, baptizari] Luc. XII. 50. Nota phrasin ἔχω βαπτισθῆναι pro μέλλω βαπτισθῆναι, cuius multa exempla congessit Io. Boisius notis ad Io. Chrysostomum Savilii Tom. VIII. p. 41. seq. *(F.)*

g. si finiretur] Ita legendum pro verbis nihili, quae exstabant in prioribus editionibus, *si sciretis*. In Graeco est: „πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ." *(F.)*

h. aliud etiam passionis poenitentiae] De hoc poenitentiae baptismate multa Io. Morinus in opere elaborato de Sacramento Poenitentiae III. 4. et IX. 2. et 13. X. 6. *(F.)*

i. qui lapsus est, surgens ac pugnans iterum] In sacra illa ad quam per baptismum auctoratus fuerat militia adversus diabolum. *(F.)*

mino desiderandam victoriam adipisci. In Christo enim et eius clementia et iustitia [8]et bonitas propter peccantes et poenitentes abundat quotidie, ut Paulus[k] testatus de illis est qui peccati causa non egerant poenitentiam, ut dixit in sua epistola: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* et rursum[l]: *Ne veniam ad vos, et iterum me humiliet dominus* propter quosdam, qui non egerunt poenitentiam. Et Petrus apostolus mago [9]Simoni dixerat: *Age poenitentiam, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti.* Et Paulus quem abiecerat[m] eum suscipi post tempus iterum [10]iubet. Amissionem itaque dignitatis[n] possunt perpeti tales, non detrimentum salutis, ut ait dominus[o]: *Multae mansiones sunt apud patrem meum.*

[1]Montanistae[a] sunt qui rebaptizant[b] si quos seduxerint homines, et supra baptismum ecclesiae catholicae aliud suum baptisma [2]insanientes promittunt; qui et Donatiani dicuntur a quodam Donato in Africa[c] constituto, qui hanc haeresim seminavit; qui et Cap. LXXXIII.

8. et bonitas *A*. bonitas et *reliqui*. 9. Simon *b*. 10. iubeat *A*.
Cap. LXXXIII. *in Babc. inscriptum est* MONTANISTAE. — 1. Alii sunt Monastes qui *A*. 2. insaniunt promittentes *A*.

k. Paulus] 2. Cor. XI. 29. „τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ;" *(F.)*

l. et rursum] 2. Cor. XII. 21. „μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ." Haec verba Pauli integra sunt, quae Philastrius suo more contraxit. *(F.)*

m. quem abiecerat] Quem Satanae tradiderat 1. Cor. V. 4., eum post poenitentiae testationem iterum recipit 2. Cor. II. 7, *(F.)*

n. Amissionem itaque dignitatis] Removendi scandali causa ex usu ecclesiae veteris clerici ad communionem redigebantur laicam, et excidebant sacris ordinibus quicunque ad poenitentiam publicam de lapsu vel crimine graviore admittebantur, ut multis notarunt Gabriel Albaspinaeus et Io. Morinus in lucubrationibus quas supra laudavi. Sed hoc loco Philastrius per dignitatem ut infra c. 89. intelligit gradum maiorem in caelesti gloria. *(F.)*

o. ut ait dominus] Io. XIV. 2. „ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν," quem locum non modo de mansionum caelestium multitudine, sed etiam de diversitate graduum veteris ecclesiae doctores acceperunt. *(F.)*

Cap. LXXXIII. — a. Montanistae] Montenses appellati sunt Donatistae, quod ecclesiam Romae primum in monte habere coeperunt, ut testatur Hieronymus in Chronico ad A. C. 356. Isidorus VIII. 5. Origg. „*Montani haeretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt.*" Montenses dicuntur etiam apud Optatum lib. 2. cap. 4. et alios. Augustino de Unitate Ecclesiae c. 3. *Rupitani*, quomodo etiam pro *Cutzumpitanis* videtur legendum Epist. 53. (vet. edit. 165.) De Montanistis aliis Montani sectatoribus supra c. 49. *(F.)*

b. rebaptizant] Vide D. Tho. Ittigii Historiam Schismatis Donatistarum, subiectam eius appendici diss. de haeresiarchis §. CXXII. seq. et quae viri docti ad Optatum, atque tomum IX. Operum Augustini edit. novae. *(F.)*

c. a quodam Donato in Africa] Duo Donati, unus Casensis sive a Casis nigris, et alter Carthaginiensis episc. Donatus magnus: ambo Schismatis ergodioctae, sed Casensis ille prior, unde Augustinus Haeresi 69. „*Donatiani vel Donatistae sunt — — huius haeresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens et contra Caecilianum Christianam dividens plebem, adiunctis sibi eiusdem factionis episcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinarit episcopum. Cui Maiorino Do-*

Parmeniani nunc appellantur a [3]Parmenione quodam[d], qui eorum nuper successit erroribus atque falsitati.

Cap. LXXXIV. [1]Sunt in [2]Gallis [3]et Hispanis[a] et Aquitania [4]velut abstinentes, qui et Gnosticorum [5]et Manichaeorum[b] particulam perniciosissimam aeque sequuntur, [6]eademque non dubitant praedicare, separantes persuasionibus coniugia hominum[c], et escarum abstinentiam[d] promittentes[e], [7]quae non ex legis praecepto, sed promotionis caelestis[f] et dignitatis causa voluntati hominum talis a Christo concessa est gratia. Dicit enim dominus[g] Petro, *Non omnes capiunt hoc verbum.* Et iterum idem dominus ait, *Qui dimiserit uxorem suam sine causa criminis*[h], *facit eam moechari.* Aliud est itaque consensu communi[i] hoc fieri laudis causa maioris consequendae a

3. Parmeniano (A)b.
Cap. LXXXIV. *in Babc. inscriptum est* Abstinentes. — 1. Alii sunt *A.* 2. Gallis *c.* 3. et Hispanis *B.* et Hispaniis *c.* et in Spanis *A.* et in Hispanis *ab.* 4. veluti (A) *abc.* 5. particula perniciosissima et *A.* 6. eademque *A.* eandemque *reliqui.* 7. *Ravenn.* cum non ex legis pr.

natus episcopus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc haeresim, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari." (F.)

d. a Parmenione quodam] Hic est Parmenianus qui Donato in episcopatu Carthaginiensi successit A. C. 368., adversus quem Optati et Augustini scripta etiamnum supersunt. Auctor Praedestinati c. 69. „*Hi haeretici in partibus Italiae Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistae.*" Obiit Parmenianus A. C. 391., quo superstite adhuc scripsisse Philastrium ex hoc loco recte colligas. (*Fabr.*)

Cap. LXXXIV. — a. Sunt in Galliis et Hispaniis] Ita scripsi pro *Gallis* et *Hispanis.* Perspicuum vero est a Philastrio perstringi Priscillianistas, qui circa A. C. 380. proferre se coeperunt. Vide Tillemontium T. VIII. Memor. Eccles. p. 798. [Contra eosdem liber in Symbolum Apostolorum adscriptus Ambrosio.] (*F.*)

b. Gnosticorum et Manichaeorum] Augustinus Haeresi 70. „*Priscillianistae quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum et Manichaeorum dogmata permixta sectantur.*" Confer H. Dodwelli diss. V. 10. ad Irenaeum p. 405. seq. (*F.*)

c. separantes persuasionibus coniugia hominum] [Regula fidei in Synodo Toletana I.] Leo M. Epistola ad Turibium XV. (edit. vet. 93.) cap. 7. de Priscillianistis. „*nuptias damnant et procreationem nascentium perhorrescunt, in quo, sicut paene in omnibus, cum Manichaeorum pravitate concordant.*" Concil. Braccarense I. A. C. 561. can. 11. „*Si quis coniugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichaeus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.*" (*F.*)

d. escarum abstinentiam] Idem Concilium Braccarense c. 14. „*Si quis immundos putat cibos carnium, quos deus in usus hominum dedit, et non propter afflictionem corporis, sed quasi immunditiam putans ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus praegustet, sicut Manichaeus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.*" (*F.*)

e. escarum abstinentiam promittentes] H. e. supra legitimam normam et extendentes. Similiter cap. 83.

f. promotionis caelestis] „Διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." Matth. XIX. 12. *Dignitatem* de sublimiori gradu gloriae caelestis dixit ut cap. 82. et 89. (*F.*)

g. Dicit enim dominus] Matth. XIX. 11. „οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον." (*Fabr.*)

h. sine causa criminis] Ibid. XIX. 9. „εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ," sive ut alii codices, „παρεκτὸς λόγου πορνείας." [Nisi crimine adulterii revictam. Lactant cap. 8. Epit. Institut.] (*F.*)

i. consensu communi] „Ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν." 1. Cor. VII. 5.

domino, et aliud contra legem suadere, contraque amborum facere voluntatem. Et iterum[k]: *Qui non manducat, manducantem non spernat, et qui manducat, non manducantem non iudicet.* Quod ex voluntate est itaque, laudis est amplioris, imo potius mercedis caelestis est desiderium, quod autem extra legem est, non a deo Christo est traditum, sed inani hominum praesumptione et errore inventum. Scriptum est enim[l]: *Do vobis omnia edere sicut foenum.* Hoc autem ideo faciunt, ut escas paulatim spernentes dicant eas non esse bonas, et ita non a deo hominibus escae causa fuisse concessas, sed a diabolo factas[m] ut adserant, ita sentiunt. Inque hoc iam creaturam non a deo creatam, sed a diabolo eam factam praedicare nituntur, perque hoc mendacium multorum animas captivarunt.

[1]In Africa sunt qui Circuitores[a] dicuntur. [2]Hi circumeunt terras, et quos inveniunt in via, cogunt eos ut interficiantur[b] ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium, et sub causa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex [3]his velut biothanati[c] moriuntur, sese dantes ad praecipitium, diversumque subeunt calamitatis interitum. Qui cum sine causa perire ita properant, honestae mortis sustinent detrimenta[d], et iudicio dei futuro se potius implicant quam solvunt. Cap. LXXXV.

[1]Nec desunt qui cum hominibus non sumunt escas[a], praesum- Cap. LXXXVI.

Cap. LXXXV. *in Babc. inscriptum habet* Circvitores. — 1. Alii sunt in Africa Circuitores qui ita dicuntur *A.* 2. hii *B.* 3. hiis *Ba.*
Cap. LXXXVI. *in abc. inscriptum habet* Haeresis de cibo et spiritv sancto. — 1. Alii sunt qui *A.*

k. Et iterum] Rom. XIV. 3. inverso ordine: „ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω." „*Qui manducat, non manducantem ne spernat: et qui non manducat, manducantem ne iudicet.*" (*F.*)

l. Scriptum est enim] Genes. I. 29. legitur „ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον," non „ὡς χόρτον." (*F.*)

m. a diabolo factas] Hoc Priscillianistis diserte tribuitur ab Augustino haeresi 70. et in Concilio Braccarensi c. 13. (*Fabr.*)

Cap. LXXXV. — a. Circuitores] Hi sunt quos Circumcelliones appellant alii, ut Augustinus et Auctor Praedestinati c. 69. Apud Isidorum VIII. 5. pro *Crotopitis* legendum *Campitae.* (*F.*)

b. cogunt eos ut interficiantur] Mortem illis, ni id facerent, minati. Confer D. Tho. Ittigii Historiam Donatistarum §. 82. Similis in autochiriam impetus Patricianorum, de quibus supra c. 62. (*Fabr.*)

c. biothanati] Vocabulum non a βίος derivatum, sed a βία, velut βιαιοθάνατος, quod vi quadam ad mortem ruant, vel vi illata necem sibi consciscant. Vide Cangium in utroque Glossario et Elmenhorstium ad Arnobium p. 37. seq. [Petrum Wesselingium in libro Probabilium p. 35.] (*F.*)

d. honestae mortis sustinent detrimenta] Honore mortis honestae, quae per naturam eos manebat, privant se culpa sua. (*F.*)

Cap. LXXXVI. — a. cum hominibus non sumunt escas] Augustinus haeresi 71. „*Dicit Philaster esse alios haereticos, qui cum hominibus non sumunt escas, sed utrum cum aliis, qui eiusdem sectae non sunt, an etiam inter se ipsos*

ptione ducti [2]inani, putantes se melius quid facere; quia et prophetae [3]hoc, inquiunt, faciebant[b]. Ignorantes diversam oeconomiam Christi domini esse statutam hominibus [4]hi de patre et filio bene sentiunt, de spiritu autem non recte accipiunt[c], creatum credentes esse et factum sanctum spiritum, non deum, sicut scripturae nuntiant et ecclesia catholica praedicat.

Cap. LXXXVII. Alia est haeresis quae adserit cum Iudaeis debere [1]fieri pascha[a]. Isti in Galatia et Syria et Phrygia commorantur, et [2]Hierosolymis, et cum Iudaeos sequantur, simili cum eis errore depereunt. Inque hoc et suum Iudaei confirmant mendacium[b], cum pervident quosdam Christianos indoctos legis eorum magis sequi vanitatem quam regulam catholicae veritatis; et nihilominus illi cum [3]istos concelebrant, [4]ut consortes Iudaeorum criminis et sceleris [5]manifestantur atque ab [6]omnibus [7]dinoscuntur.

Cap. LXXXVIII. [1]Haeresis est etiam quae Apocrypha, id est [2]secreta, dicitur, quae solum prophetas et apostolos[a] accipit, non scripturas canonicas, id est legem et prophetas[b], vetus scilicet et novum testamentum. Et cum volunt solum illa apocrypha legere, studiose contra-

2. inanes putantes melius quid A. 3. hoc inquiunt om. A. 4. Hii Ba.
Cap. LXXXVII. in [illegible] inscriptum est HAERESIS ALIA DE PASCHATIS [PASCHATE [illegible]] in b. HAERESIS ALIA DE PASCHATIS CELEBRANDI TEMPORE. — 1. facere A. 2. hierosolymis [illegible]. 3. istos concelebrent A. istis celebrabant b. 4. ut om. A. 5. manifestarentur b. 6. hominibus A. 7. dignoscerentur b.
Cap. LXXXVIII. in Bab. inscriptum habet APOCRYPHI. — 1. Alia est haeresis quae A. 2. secreta et solum prophetarum et apostolorum accipit scripturas canonicas A.

ferent, non reperiant." Adelphagos vocat Praedestinati Auctor c. 71. „*Dicentes non debere* [illegible] *Christianum, et ab aliis videatur dum comedit.*" (F.)

b. prophetae hoc faciebant] 3. Reg. XIII. 9. (F.)

c. de spiritu autem non recte accipiunt] Hoc ex Philastrio etiam Augustinus repetit. Igitur mirum est quod Praedestinati Auctor ait Adelphagos suos trinitatem eiusdem substantiae confiteri. Interim incertum quos noster denotet, nam de aliis pneumatomachis iam dixerat supra c. 67. (F.)

Cap. LXXXVII. — a. cum Iudaeis debere fieri pascha] Quarta decima lunae, unde dicti Quartadecimani et Tessarescaedecatitae. Vide Epiphanium et Damascenum haeresi 50. Augustinum et Auctorem Praedestinati c. 29. et quae dicta sunt supra cap. 58. (F.)

b. suum Iudaei confirmant mendacium] Ut Iudaismi erroribus tanto pertinacius porro inhaereant. (F.)

Cap. LXXXVIII. — a. solum prophetas et apostolos] Haeretici varia iactabant et legebant scripta apocrypha, quae ut commendarent omnibus, non consulebant canonem librorum sacrorum receptum ab ecclesia, sed satis esse existimabant si modo prophetae alicuius vel apostoli nomine inscriberent. Verum ab ecclesia Christi nunquam illa recipi vel canonicis scripturis accenseri potuerunt. Apocrypha illa pleraque pridem recensui in duplici libro quorum alter est A. C. 1713. editus codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti, alter Codex Novi Testamenti Apocryphus, excusus A. 1709. et cum Auctario A. 1719. 8. (F.)

b. est legem et prophetas] Legem reiecerunt Valentiniani, Manichaei aliique haeretici, malo illam deo tribuentes. Ab iisdem magnam partem pro-

ria scripturis canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizant, contra [3]eas dantes sententias, contra legem et prophetas contraque [4]dispositiones beatissimorum apostolorum[c] consulta ponentes, e quibus sunt maxime Manichaei, Gnostici, Nicolaitae, Valentiniani, et alii quam plurimi[d], qui apocrypha prophetarum et apostolorum, id est Actus separatos[e] habentes canonicas legere scripturas contemnunt. Propter quod statutum est ab [5]apostolis et eorum successoribus[f] non aliud legi in ecclesia debere catholica nisi legem et prophetas et evangelia, et Actus apostolorum et Pauli tredecim epistolas, et septem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudae unam, et [6]unam Iacobi, quae septem Actibus apostolorum coniunctae sunt. Scripturae autem absconditae, id est apocrypha, [7]etsi legi debent morum causa a perfectis, non ab omnibus [8]legi debent[g], [9]quia non intelligentes multa addiderunt et tulerunt[h] quae voluerunt haeretici. [10]Habent Manichaei[i] apocrypha beati Andreae apostoli, id est Actus quos fecit veniens de Ponto in Graeciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes [11]apostolum, unde et habent Mani-

3. eas A. eos *reliqui.* 4. disputationes b. 5. apostolis beatis et A. 6. Iacobi unam b. 7. et legi b. 8. legi *om.* A. 9. quia A. qui *reliqui.* 10. Habent *ego.* Nam *libri omnes.* 11. beatum apostolum A.

pheticorum librorum, quotquot sunt canonici, repudiatam fuisse constat. (F.)

c. contraque dispositiones beatissimorum apostolorum] Mox dicet statutum esse de libris sacris ab apostolis et eorum successoribus, ubi notata a me, si placet, vide. (F.)

d. et alii quam plurimi] Ut Ebionitae, Encratitae, Apotactici et Priscillianistae. (F.)

e. Actus separatos] Monumenta longe diversa ab illis quibus ecclesia catholica utitur. (F.)

f. statutum est ab apostolis et eorum successoribus] In canone LXXXV., sive ultimo eorum quos apostolicos vocamus, de libris sacris in ecclesia tenendis statutum legitur, in quo similiter ut apud Philastrium omittitur Apocalypsis et epistola ad Hebraeos, quae utraque scripta tamen noster amplecti se alibi testatur, ut c. 60. et 89. Potuit etiam Philastrius in mente habuisse canonem Laodicenum LX. (A. 367.) „ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι," nisi quod ibi epistolae Pauli quatuordecim commemorantur. De ordine librorum sacrorum et quod Actus apostolorum epistolis catholicis adiunguntur, vide quae notavi in Codice Apocrypho N. T. p. 750. et Humfredum Hody de Bibliis Original. IV. 4. p. 644. sqq. (F.)

g. a perfectis non ab omnibus legi debent] Canonicas itaque scripturas non dubitabat Philastrius ab omnibus legi debere. Perfecti sunt οἱ μεμυημένοι, doctrina Christiana iam non tincti, sed imbuti. (F.)

h. quia non intelligentes multa addiderunt et tulerunt] In superioribus editionibus male *qui* fuit pro *quia*. Porro *tulerunt* dixit pro sustulerunt. (F.)

i. Habent Manichaei apocrypha] Certum puto, vocabulum *Manichaei* hoc loco alienum esse: utrum vero *Matthaei* pro eo scribendum sit, an *Matthiae Apocrypha et beati Andreae*, an vocabulum illud *Manichaei* plane temere insertum atque adeo nullo alio reposito expungendum sit, velim MSS. Codicum iudicio potius quam meo definiri. De universis autem illis actibus et scriptis, quae vel Matthaeo vel Matthiae, vel Andreae etiam aut Iohanni ac Petro, aliisque apostolis per Manichaeos haeriticosque alios supposita sunt, nolo repetere ea quae in Codice Apocrypho Novi Test. exposui. (F.)

chari; et alii tales[k] Andreae beati, et Ioannis Actus evangelistae, beati et Petri similiter apostoli, [12]et Pauli pariter apostoli, in quibus quia signa fecerunt magna et prodigia, ut pecudes et canes et bestiae loquerentur, etiam [13]eo animas hominum tales velut canum et pecudum similes imputaverunt esse haeretici perditi[l].

Cap. LXXXIX. Sunt alii [1]quoque[a], qui epistolam Pauli ad Hebraeos non adserunt esse [2]ipsius, sed dicunt aut Barnabae[b] esse apostoli aut Clementis[c] de urbe Roma episcopi; alii autem Lucae[d] evangelistae. [3]Aiunt epistolam etiam ad Laodicenses[e] [4]scriptam[f]. Et quia addiderunt in ea quaedam non bene sentientes, inde non legitur in ecclesia, et si legitur a quibusdam, non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim epistolae ipsius, et ad Hebraeos interdum. Et in ea [5]quia rhetorice scripsit, sermone plausibili[g], inde non pu-

12. et Pauli pariter apostoli *om. c.* 13. eo *typ.* et *libri omnes.*

Cap. LXXXIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS QVORVNDAM DE EPISTOLA PAVLI AD HEBRAEOS. — 1. quoque *om. A.* 2. ipsius *om. A.* 3. *Ita haec verba distinguenda esse putavi. In B. legitur* Episcopi. Alii autem Lucae Evangelistae aiunt Epistolam etiam *cett. in c. contra* Episcopi. Alii autem Lucae Evangelistae aiunt: Epistolam etiam *cett.* 4. scripta beati apostoli quidam volunt legere quia *A.* 5. quia *om. A.*

k. et alii tales] Et alii haeretici tales Actus habent Andreae beati cett.

l. velut canum et pecudum similes imputaverunt esse haeretici perditi] *Imputare* usurpat pro putare. Quemadmodum etiam supra cap. 79., certe in cod. Sangerm. Verba Philastrii hocce capiunt ex Epiphanio Haer. LXVI. p. 625. ed. Petav., ubi de Manichaeis. „Λέγει δὲ, φησί, ἐκ τῶν δύο ἀρχῶν τὰ πάντα, καὶ συνεστάναι. Καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν τὰ ἀγαθὰ πάντα ποιεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν ὁμοίως τὰ φαῦλα. Ἔχειν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τῶν δύο τούτων ἀρχῶν τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν πεποιηκέναι τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν εἶναι τῆς [illegible]. Αὐτὴν δὲ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις καὶ ἐν παντὶ ζώῳ καὶ πετεινῷ καὶ ἑρπετῷ καὶ κνώδαλον· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς τὴν τῆς ζωῆς [illegible] [illegible] τῆς ψυχῆς [illegible], ἣν καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις [illegible] λέγει." Cf. Philastri Haeres. 100.

Cap. LXXXIX. — a. Sunt alii quoque] In occidente praesertim, qui tamen haereticis ideo adscribi noluerint. Petrus Blaesensis: „*Ad Hebraeos epistolae et plerosque Latinos Pauli esse incerta, propter dissonantiam sermonis; eamdemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente suspicantur.*" Fuse et erudite de hoc argumento Frid. Spanhemius in libro de Auctore epistolae ad Hebraeos quam Paulo apostolo vindicat, et Tillemontius T. I. Mem. Eccl. p. 311. 607. seq. *(F.)*

b. Barnabae] Ita Tertullianus c. 20. de Pudicitia, ad quem locum respiciunt Hieron. c. 5. de Script. Eccles. et Primasius praef. in epist. ad Romanos. Vide si placet quae notavi lib. IV. Bibl. Graecae c. 5. p. 161. *(F.)*

c. aut Clementis] Ob dictionis similitudinem, saltim Graecam versionem epistolae ad Hebraeos ex Hebraico factam a Clemente putarunt olim non pauci, ut constat ex Eusebio III. 38. Hist., Gobaro apud Photium Cod. 222. et Theophylacto. *(F.)*

d. Lucae] Huius sententiae, quae epistolam ad Hebraeos Lucae non dubitat adscribere, meminit etiam Lanfrancus Cantuariensis praef. in Pauli epistolas. *(Fabr.)*

e. epistolam ad Laodicenses] Suppositam Paulo occasione petita ex Coloss. IV. 16. et memoratam iam olim etiam Hieronymo, Theodoreto aliisque, ut demonstravi in Codice Apocrypho Novi Testam. p. 853. seq. *(F.)*

f. Aiunt epistolam etiam ad Laodicenses scriptam] Videlicet Pauli esse apostoli.

g. sermone plausibili] Origenes apud Eusebium VI. 25. Hist. p. 227. notavit epistolam ad Hebraeos esse „συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέραν, οὐκ ἔχουσαν τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ ἀποστόλου." *(Fabr.)*

tant esse eiusdem apostoli; et quia [6]et factum Christum[h] dicit in ea, inde non legitur; de poenitentia autem propter Novatianos[i] aeque. Cum ergo factum dicit Christum, corpore, non divinitate, dicit factum, cum doceat ibidem quod divinae sit et paternae substantiae filius, *Qui est splendor gloriae*[k], inquit, *et imago substantiae eius.* Poenitudinem etiam non excludit docendo, sed diversum gradum dignitatis ostendit inter [7]hunc qui integrum custodivit et illum qui peccavit. Dignitatis est igitur detrimentum[l] in eo qui peccavit, non damnum salutis. Nam si fortiter quis pugnaverit [8]per martyrium, recipiet pristinam [9]dignitatem, aut si condigne in hoc seculo vixerit, impetrat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa epistola rebaptizatores excludit[m], non baptismum poenitentiae [10]abnegat conferendum, quod interdum in multis [11]fructuosum inveniatur poenitentibus, quod postea fide, vita, bono opere et in hoc seculo a domino collaudati sunt perseverantes iam in rebus bonis et operibus fructuosis, quod dominus dixerat per prophetam[n], [12]*Non ero memor malorum eius, sed bonorum potius, si iam in bonis* [13]*permanserit operibus.*

[1]Melitiani sunt a Melitio[a] quodam in Aegypto, qui de parte fue- Cap. XC.

6. et *om. A.* 7. hanc *b.* 8. per *om. b.* 9. sanitatem *A.* 10. *Vulgo distinctum reperitur* abnegat. Conferendum *cett.* 11. infructuosum invenietur *A.* 12. Nemo *b.* 13. permanserint *abc.*

Cap. XC. *in Babc. inscriptum est* MELITIANI. — 1. Sunt alii a Melitio *A.* Melitiani sunt in Melitio *b.*, *vitiose.*

h. factum Christum] Hebr. III. 2. „πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν." [Scilicet ἀρχιερέα, ut recte Photius III., 10. pag. 46. c. Manichaeos.] Quod eodem sensu intelligendum quo Actor. II. 36. „ὅτι κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε." *(F.)*

i. de poenitentia autem propter Novatianos] Hebr. VI. 4. et X. 26. *(F.)*

k. splendor gloriae] Hebr. I. 3. „ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ." *(F.)*

l. Dignitatis est igitur detrimentum] Sic supra cap. 81. ubi de Novatianis: „*amissionem itaque dignitatis possunt perpeti tales, non detrimentum salutis.*" *(Fabr.)*

m. rebaptizatores excludit] Nam ἅπαξ φωτισθέντας Hebr. VI. 4. est *semel baptizatos.* Itaque Ionas Aurelianensis lib. 1. contra Claudium Taurinensem (in Orthodoxographis pag. 1221.) „*Impossibile est peccata quae post baptismum admittuntur, baptismatis iteratione purgari. Quia scilicet Christus semel mortuus est carne in cruce, sic et nos semel morimur in baptismate, non carne sed peccato. Ac per hoc sicut ille crucifigi non potest, ita et nos baptizari nequimus. Peccata porro quae per baptismum committuntur, poenitentiae lacrimis et eleemosynarum largitionibus diluuntur.*" *(F.)*

n. per prophetam] Ezech. XXXIII. 16. „πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτοῦ, ἃς ἥμαρτεν, οὐ μὴ ἀναμνησθῶσιν, ὅτι κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐποίησεν, ἐν αὐτοῖς ζήσεται." In eandem sententiam XVIII. 28. *(F.)*

Cap. XC. — a. Melitio] Meletius sive Melitius Aegyptius Lycopoleos in Thebaide episcopus, a Petro Alex. exauctoratus quod idolis in persecutione sacrificasset, schisma fecit circa A. C. 301., de quo vide Athanasium Apologia 2. p. 777. Synodicum Pappi c. 32. Socratem lib. I. Hist. p. 14. et 28. seq. Theodoretum lib. 1. Hist. Eccles. c. 8. et IV.

rat Ariana[b], et abiectus est ab ecclesia catholica, qui postea quasi verum sequendo susceptus est[c], et discipuli eius cum eo pariter. Atque iterum indifferenter post haec agere cupientes communicabant et haereticis[d] et ecclesiae catholicae. Quorum cum cognovisset indifferentiam, exsortes eos suae communionis effecit ecclesia catholica.

Cap. XCI. Alii sunt in Aegypto et Alexandria a Rhetorio quodam[b] [1]qui omnes laudabat haereses, dicens omnes bene sentire et neminem errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos et male [2]eos credere non sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem vituperabat? Ergo non tenet quod verum est. Et Photinus[c] ergo laudandus est haereticus, qui Christum dominum negat esse ante secula cum patre, et omnis haeresis quae blasphemat aut in patrem aut in filium aut in spiritum. Cur itaque blasphemos haereticos laudat, cum eos Christus dominus[d] ex hoc iam seculo damnaverit, dicens non dimitti

Cap. XCI. *in Balz. habet inscriptum* RHETORII a. — 1. homine qui *A*. 2. eos credere non *A*. eos non credere *reliqui*.

7. de Haereticis Fab., Augustin. et Auctorem Praedestinati Haeresi 48. Alii Meletiani a Meletio Antiocheno, de quibus Tillemont. T. VII. Memor. pag. 9. *(Fabr.)*

b. de parte fuerat Ariana] Arium initio schismati Meletii Aegyptii suffragatum testatur Sozomenus lib. I. cap. 15., sed mox relicto Meletio ordinatum a Petro Alexandrino diaconum, deinde iterum Petri Melitianis infesti acta improbasse. At Meletianos ipsos cacodoxos fuisse negat Theodorus Studita epist. 40. T. 5. Opp. Sirmondi p. 325. et Meletium nihil ab ecclesiae catholicae fide alienum docuisse testatur Epiphanius LXVIII. 1. et 5., qui tamen Arii haeresin ab eo deprehensam et ad Alexandrum Alexandrinum delatam narrat LXVIII. 4. Cum Arianis tamen Meletianos postea communicasse idem refert LXVIII. 6. „τοῖς δὲ Ἀρειανοῖς συναφθέντες.“ Damascen. haeres. 68. *(F.)*

c. quasi verum sequendo susceptus est] In concilio Nicaeno, ubi et episcopi nomen Meletio relictum, et Meletianis permissum partes muneris sui obire in ecclesia, solo suffragii iure in electionibus ademto. Vide Valesium ad Socratem lib. I. c. 9. *(F.)*

d. et haereticis] Arianis. Vide Epiphanium T. I. pag. 721. Tillemontium T. VI. Memor. etc. *(F.)*

Cap. XCI. — a. Rhetorii] Auctori Praedestinati c. 72. Philastrum citanti ex Augustino, Rhetoriani. [Athanasius l. c. Apollinar. p. 926. „ἐδόξατε γὰρ πᾶσιν αἱρετικοῖς κατὰ τὴν τοῦ ποτε λεγομένου Ῥητορίου ἔννοιαν ἀσεβεστάτην, οὗ καὶ τὴν ἀσέβειαν [illegible].“ Augustino iudice dogma, quod Rhetorianis Philaster tribuit, tam absurdum est, ut ipsi incredibile videatur. Cum doctrina Apellis confert Cotelerius ad Constit. Apost. VI. 10.] *(F.)*

b. a Rhetorio quodam] Suspicor sub Rhetorio hoc rhetorem latere Themistium, qui oratione duodecima ad Valentem p. 159. et quinta ad Iovinianum p. 69. docet varietate illa opinionum de rebus divinis adeo non offendi numen, ut etiam delectetur. In eandem sententiam Symmachus apud Prudentium II. 772.

„*Persistit tamen, affirmans iter esse eundi*
Multiplicem variumque, deus cum quaeritur unus.
Hac alias, ast inde alios properare seorsum
Quamque per anfractus proprios, sed compita eodem
Fine coartari, simul et concurrere in unum.“ *(F.)*

c. Photinus] De cuius haeresi supra c. 65. *(F.)*

d. Christus dominus] Matth. XII. 31. *(Fabr.)*

hominibus blasphemiam in spiritum sanctum blasphemantibus et perseverantibus, neque hic neque in [3]futuro? Propter quod constat et [4]istum esse haereticum, imo potius nihil scire, qui eos laudandos, non vituperandos et abiiciendos iudicaverit.

Alia est haeresis quae dicit divinitatem doluisse[a], cum caro pateretur in cruce coniuncta divinitati, [1]errans in eo quod non solum divinitas pati non potest naturaliter, nec teneri, neque videri, verum etiam nec anima hominis, quae a deo facta est, dicente domino[b], *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed timete hunc potius, qui potest animam et corpus perdere in gehennam.* [2]Errant itaque modis omnibus qui dicunt divinitatem Christi esse [3]natura passibilem, et impie sentiunt aut doluisse aut fleuisse aut [4]ingemuisse: passio enim Christi est carnalis, [5]naturaliter[c] non divinitate dolente. Ideoque non cognoscebatur a Iudaeis qui erat in carne passibili loquendo, qui de lege et prophetis deus verus nuntiabatur, palamque in carne venturus [6]praedicabatur dicente propheta[d]: *Deus palam veniet;* et iterum [7]eodem propheta David[e]: *Dominus pars haereditatis meae, et calicis mei.* Qui est enim calix nisi eius passio[f]? qui tantae bonitatis munus et clementiae humano generi conferens ab Iudaeorum [8]iniquissimo ignorabatur populo. Passus itaque est carne passibili, [9]non divinitate, naturaliter impassibili, qui et [10]agnoscitur et creditur non [11]absente tamen divinitate, sed [12]coniuncta cum corpore pariter propter mysterium consummationis[g] statutum ac definitum antea. Quod sciens apostolus non separavit in cruce divinitatem Cap. XCII.

3. futurum *A*. 4. iustum *b*.
Cap. XCII. *in abc. inscriptum habet* DE DIVINITATE CHRISTI HAERESIS. — 1. errantes quod *A*. 2. Erant *Ba*. 3. naturam *A*. 4. gemuisse *A*. 5. naturaliter carne, non *c*. 6. praedicatur *A*. 7. eodem *om. Ac*. 8. nequissimo *A*. 9. divinitate. naturaliter impassibili *om. A*. 10. ignoscitur *A*. 11. absente tamen divinitate. sed *om. A*. 12. iuncta *A*.

Cap. XCII. — a. divinitatem doluisse] Error hic notatus speciatim in iis, qui a Christo carnem sine anima susceptam, et loco animae fuisse illi λόγον docuerunt, ut dixi supra ad c. 69. Theoponetas vocat Auctor Praedestinati cap. 73. Theopassianos Danaeus ad Augustin. c. 73. Nicephoro XV. 28. aliisque Theopaschitae. *(F.)*

b. dicente domino] Matth. X. 28. Ex hoc loco tamen male colligit Philaster animam dolori non esse obnoxiam, et animam Christi doluisse ipse c. 69. recte notaverat ex Matth. XXVI. 38. *(F.)*

c. naturaliter carne] Vocabulum *carne* adiunxi, sensu illud requirente. *(F.)*

d. propheta] Psal. L. 3. „ἥξει ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται.“ *(F.)*

e. David] Psal. XVI. 5. „Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου.“ *(F.)*

f. Qui est enim calix nisi eius passio?] Ex Matth. XX. 22. Confer S. Maximi Opera T. 1. p. 73. seq. *(F.)*

g. mysterium consummationis] Infra hoc capite: „*Mysterium nostrae causa salutis consummabatur a domino, ut plena devictio fieret inimici.*“ Ex Iohann. XIX. 30. „τετέλεσται.“ *(F.)*

a carne, dicens, *Si enim cognovissent, numquam dominum maiestatis*[h] *crucifixissent.* Paulus itaque coniunxit utrumque ut Christi bonitatem et misericordiam nobis manifestaret plenissimam. Petrus autem[i] apostolus quod natura est passibile et quod est impassibile docuit ex aperto, dicens, *Mortuus quidem est corpore, vivificatus autem spiritu.* Neque ergo caro a divinitate nec divinitas a carne aberat cum caro pateretur humana naturaliter, et in hoc [13]ipso permittente Christi divinitate mysterium nostrae causa salutis [14]consummabatur a domino, ut plena devictio fieret inimici, ut in quo videbatur ut homo pati, qui deus erat in carne, non sibi sed nobis iam vinceret inimicum, nobisque ante devictis[k] in sui passione in eum credentibus vincendi potentiam aperiret, eumque sequentibus caelestem gloriam ministraret. Non ergo [15]dei naturalis passio et dolor talis in divinitate eius gignebatur, sicut quidam aestimant (alioquin homo solum erat, non deus et homo, ut scriptum est)[l], sed mysterium nostrae causa salutis aeternae consummabatur, quod ante fuerat nuntiatum a lege pariter et prophetis.

Cap. XCIII. [1]Est haeresis quae dicit veluti triformem deum[a] esse et compositum, ut quaedam pars patris, quaedam filii, quaedam spiritus sancti sit, atque ita credi debere [2]adserit, et hoc dicens nescit nec intelligit divinae scripturae sententiam. Triformem enim quandam [3]dicens substantiam multo [4]blasphemat maxime ignorans quod alter est qui misit, alter qui missus est. Ergo est vera persona patris[b], quae misit filium, et est vera persona filii quae advenit de patre, et est vera persona spiritus quae a filio et patre missa est. Trium itaque harum personarum una est veritas, maiestas et [5]substantiae aequalitas et divinitas sempiterna. Qualis est enim[c] im-

13. ipso *A*. ipsa *reliqui*. 14. consummatur *b*. 15. dei *om. A*.
Cap. XCIII. *in abc. inscriptionem habet* HAERESIS TRIFORMEM DEVM FACIENS. — 1. Alia est haeresis *A*. 2. asserunt, et hoc dicentes nesciunt nec intelligunt *A*. 3. dicentes *A*. 4. blasphemant maxime ignorantes *A*. 5. substantia aequalis *A*.

h. dominum maiestatis] Κύριον τῆς δόξης 1. Corinth. II. 8. Confer Alcimum Avitum Epist. 3. *(F.)*

i. Petrus autem] 1. Petr. III. 18. „θανατωθεὶς μὲν σαρκί, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι." *(F.)*

k. nobisque ante devictis] Vincendis facile, nisi ipsius ope et auxilio defenderemur. *(F.)*

l. ut scriptum est] Ioh. I. 14. atque aliis in locis. *(F.)*

Cap. XCIII. — a. triformem deum] Danaeo ad Augustinum haeresi 74. *Triformii* sive *Triformiani*, Auctori Praedestinati c. 74. *Triscilidae*, an *Triscilidae* vel *Triscelidae*, diversi a Tritheitis, sed propriores Sabellianis, de quibus Philastrius supra c. 54. [Adde Chilletium ad Virgilium p. 145.] *(F.)*

b. vera persona patris] Symbolum Athanas. „*Alia est persona patris, alia filii, alia spiritus s. Sed patris et filii et spiritus s. una est divinitas, aequalis gloria, et coaeterna maiestas.*" *(F.)*

c. Qualis est enim] In eodem symbolo: „*Qualis pater, talis filius, talis spiritus s.*" *(F.)*

mensa et inenarranda patris persona, talis est et filii, talis est [6]et sancti spiritus, ut in distinctione nominum ac trium personarum non sit aliqua naturae diversitas. Immensibilis[d] est igitur haec trinitas, [7]invisibilis et inenarrabilis, quae fide solum cognoscitur, non tamen expositione humanae vocis ac sensu mortali condigne expromitur. Cum enim dicit[e] mittere patrem filium et filium mittere spiritum sanctum, personarum causa [8]dicit, non loci separatione disiunctos ostendit, propter Sabellium scilicet et Photinum[f] haereticos, qui condigne de deo intelligere noluerunt, dicente domino[g], *Cui me similem* [9]*fecistis, dicit dominus, et cui similis ero? Sicut enim caelum distat a terra*[h], *ita distant* [10]*sensus vestri, et cogitationes et consilia vestra a sensibus et cogitationibus meis, dicit dominus.* Cum ergo dicit misisse patrem, [11]et missum fuisse filium, personarum causa dicit, ne quis aut ipsum patrem aut ipsum filium esse aestimet, quod [12]ita sentiens delirat Sabellius. Et ne iterum missus filius de caelo aestimetur non esse ubique [13]in patre, dixit quidem se missum a patre, ubique tamen [14]esse cum patre ostendit, dicens[i], *Pater, qui me misit, mecum est.* Non ergo separationem loci [15]dixit, cum omnia et ipse filius compleat contineatque cum patre et sancto spiritu, sed ut patris veram personam, et filii talem [16]qualem patris, et sancti spiritus sicut filii veram [17]credamus personam, harumque trium personarum unam qualitatis substantiam[k], [18]maiestatem et potentiam cognoscamus, haec ita docere dignatus est, [19]et in carne maxime constitutus, in qua et eius humilitas enituit seculo et inenarranda resplenduit bonitas et condescensio[l] fragilitatis humanae, in tam copiosa clementia ac libe-

6. et *om.* (*A*)*abc*. 7. et invisibilis et *A*. 8. dicit, non loci (locis *A*.) separatione disiunctos ostendit *ABac*. dicit separatione disiunctos et ostendit *b*. 9. facitis *A*. 10. sensus vestri et *om. A*. 11. et missum *A*. emissum *reliqui*. 12. ita non sentiens *A*. 13. cum patre *A*. 14. se esse *A*. 15. dicit *b*. 16. qualem *A*. qualis *reliqui*. 17. credamus personarumque trium personam. Nam qualitatis *A*. 18. maiestatem et potentiam *om. A*. 19. et *om. A*.

d. Immensibilis] Hoc *immensum* alii, Salvianus dixit *immensurabilem*. *(Fabr.)*

e. Cum enim dicit] Humana voce utens Salvator Ioh. V. 30. 37. VIII. 16. 18. etc. Ioh. XV. 26. XVI. 7. etc. *(F.)*

f. Sabellium scilicet et Photinum] Quorum ille confundit personas, hic naturam dei distrahit. De Photino dictum c. 65. *(F.)*

g. dicente domino] Esa. XL. 18. „τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν;" *(F.)*

h. Sicut enim coelum distat a terra] Es. LV. 9. *(F.)*

i. dicens] Ioh. VIII. 16. „ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ πέμψας με πατήρ." *(Fabr.)*

k. unam qualitatis substantiam] Contra Eunomium qui tres diversas qualitatis substantias docebat, c. 68. Infra c. 109. „*Trinitatem quidem personarum, unius tamen maiestatis et substantiae ac divinitatis aequalem potentiam* (David) *nuntiabat.*" *(F.)*

l. condescensio] *Condescensionem* posuit pro eo quod nos Itali dicimus *con-*

ralite ut generi manifestaretur humano, [20]haec ita dignatus est operari atque loqui pro nostra salute, ut nos scire de deo et capere et intelligere aliqua ex parte valeamus.

Cap. XCIV. [1]De caelorum diversitate[a] est haeresis quae [2]ambigat. Scriptura[b] enim in primo die caelum et terram facta declarat duo haec elementa, [3]secundo firmamentum [4]aquae factum, et nihilominus ipsum firmamentum caelum appellatum fuisse testatur. David[c] autem dicit de caelis ita: *Laudate dominum [5]caeli caelorum, et aquae quae super caelos sunt.* Sive ergo sex caelos[d], secundum David, et septimum hoc firmamentum[e] accipere quis voluerit, non errat; nam [6]Solomon[f] tres caelos dicit, ita: *Caelum, et caelum caeli.* Paulus aeque apostolus[g] usque ad tertium caelum se raptum [7]fatetur. Sive ergo septem quis acceperit, ut David, sive tres, sive duos, non errat, quia et dominus ait[h]: *Pater qui in caelis est.* Nam et [8]pagani unum caelum, et [9]caelos profitentur interdum. David [10]ergo quod plenum est docuit; [11]Solomon autem quod ex parte est, et beatus Paulus aeque. Liber autem Geneseos duos caelos[i] [12]nobis nuntiavit.

Cap. XCV. Alia est haeresis[a] quae de terra ambigit, dicens hanc esse so-

20. haec dignatus *A.* et haec ita dignatus *volebat Galeardus.*

Cap. XCIV. *in abc. habet inscriptum* De caelorvm diversitate. — 1. Alia est haeresis quae de caelorum diversitate ambigit *A.* 2. ambigit *Ab.* 3. secundo die *A.* 4. aeque *b.* 5. de caelis *A.* 6. Salomon *Abc.* 7. confitetur *A.* 8. pagani vanissimi unum *A.* 9. polos *Ba.* polus *A.* 10. ergo beatus quod *A.* 11. Salomon *Abc.* 12. nobis *om. A.*

Cap. XCV. *in abc. inscriptionem habet* Haeresis terram beatitvdinis[a] ignorans ac reprobans. —

descendenza, condescensione, latine *indulgentia.* (Galeard.) Confer Du Cangii Gloss. s. v.

Cap. XCIV. — a. De caelorum diversitate] Parum solida sunt quae hoc capite disputat Philastrius, et recte Augustinus totum hoc, ut alia plura in haeresibus suis, praetermisit. *(F.)*

b. Scriptura] Genes. cap. I. vers. 1. et v. 8., unde duos coelos a libro Geneseos nobis nuntiari infra concludit. Nec plures inde quam duos esse coelos contendit Cosmas Indopleustes III. p. 177. VII. p. 276. IX. p. 312. *(F.)*

c. David] Psal. CXLVIII. 4. „αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν." *(F.)*

d. sex caelos] Quoniam vocabulum dualis numeri השמים triplici vice apud Davidem occurrit, hinc sex coelos ex eius verbis colligit Philastrius, et una simul computato firmamento, septem coelos a Davide accipi infra affirmat. *(Fabr.)*

e. septimum hoc firmamentum] Ex Genes. I. 8. *(F.)*

f. Solomon] 3. Reg. VIII. 27. „ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι." *(F.)*

g. Paulus apostolus] 2. Cor. XII. 3. „ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ." *(F.)*

h. et dominus ait] Matth. VI. 9. „Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς." *(F.)*

i. caelos] Sic octo coelorum meminit Simplicius ad Epictetum p. 233. ex eorum sententia scilicet, qui orbitas planetarum pro coelis computant. *(F.)*

Cap. XCV. — a. terram beatitudinis] Uti tituli capitum non sunt ab ipso Philastrio, ita hic praesens est etiam a scopo Philastrii alienus, neque enim de terra beatitudinis illi sermo, sed de terra illa invisibili et incomposita Genes. I. 2. *(Fabr.)*

b. Alia est haeresis] Haec quoque

lam[c], et aliam non esse, ignorans quod alia est, quae veluti matrix [1]est omnium rerum[d] universaque continet, [2]quae quasi ὕλη, id est materia, reperitur in scripturis[e], quae est invisibilis et incomposita[f], quae a deo facta est in primo die. Haec autem, in qua habitamus, super aquam fundata ostenditur, ut dixit David[g]: *Qui fundasti terram super aquam.* Nam matrix omnium rerum terra immensa est, illa prior quae in primo die facta est, quae continet aquam, et hanc [3]terram quae habitatur a nobis, quae et humano generi et volatilibus, serpentibus, pecudibus ceterisque aliis fruges et fructus[h] exhibet [4]opulenter, iussa a Christo[i] [5]domino salvatore, sicut scriptum est in libro Geneseos, creaturae servire[k].

Cap. XCVI. Alia est haeresis[a] quae de aqua ambigit, quod non facta sit [1]a deo[b], sed semper esse eam ex semetipsa [2]adserit, ignorans quod si maius elementum[c] factum [3]est, id est terra, quanto magis et minus, id est aqua, quae continetur a terra, dicente propheta Iona[d],

1. est *om. A.* 2. quaeque quasi *A.* 3. terra *b.* 4. opulentos iussos *A.* 5. domino *om. A.*

Cap XCVI. *in abc. inscriptum habet* Haeresis aqvam a deo factam esse negans. — 1. a domino semper *A.* 2. asserunt ignorantes *A.* 3. est *om. b.*

Augustino praetermittenda visa est iure merito. *(F.)*

c. hanc esse solam] Philastrius velut duas terras invicem distinguendas putat, unam materiae communis instar datam rebus omnibus, de qua Moses in primis Geneseos verbis: „*in principio creavit deus coelum et terram:*" et alteram, quae super aquis deinde emersit arida Genes. I. 10. Infra cap. 96. „*alia est terra quae continet universa, et alia est quae super aquam fundata est*" etc. *(Fabr.)*

d. veluti matrix omnium rerum] Cum Philastrio ita senserunt alii veteres, ut Augustinus libro de Genesi contra Manichaeos, aliisque in locis, Caesarius quaestione 51. T. 1. Auctarii Ducaeani p. 582. etc. Vide Petavii Dogmata Theol. de Opificio sex dierum lib. 1. c. 2. *(F.)*

e. in scripturis] In libro Sapientiae XI. 17. „ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης." *(F.)*

f. invisibilis et incomposita] תהו ובהו Genes. I. 2. Vide Chalcidium p. 372. *(F.)*

g. David] Psal. CXXXVI. 6. „τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων." Similiter 2. Petr. III. 5. „γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα." Non ἐξ ὕδατος tanquam ex materia, sed quoniam ex aquis eminet: quod ἐξ ὕδατος ἀνασχεῖν dixit Cyrillus VI. in Iulian. p. 192. „καὶ γὰρ γῆν τὸ ὕδωρ φέρει," ut ait Iarchas Indus apud Philostratum lib. 3. cap. 11. Idem visum Aegyptiis et Thaleti. Vide Simplicium 2. de Caelo p. 127. et Thomam Burnetum lib. 2. Archaeologiae cap. 3., sed et Andream Dounaeum notis ad Chrysostomum T. VIII. p. 283. *(F.)*

h. fruges et fructus] Fruges terrae frumentum: fructus arborum. *(F.)*

i. iussa a Christo] Christus verbum patris, per quem omnia creavit. Ioh. I. 3. Coloss. I. 16. *(F.)*

k. creaturae servire] Genes. I. 11. et 30. seq. *(F.)*

Cap. XCVI. — a. Alia est haeresis] Danaeo ad Augustinum cap. 75. *Aquei*, Auctori Praedestinati c. 75. *Hydrotheitae.* *(F.)*

b. quod non facta sit a deo] Quia Moses scilicet non factas, sed tantum congregatas aquas memorat. *(F.)*

c. maius elementum] Elementa vocat solem, lunam et stellas etiam alibi. Ut cap. 61. 109. 123.

d. Iona] I. 9. „δοῦλος κυρίου εἰμὶ ἐγὼ - - ὃς ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν." *(F.)*

Ego servus sum dei, qui fecit mare et [4]*aridam.* Et David[e] idem dicit factam aquam a domino. Et tres pueri itidem[f]. Alia itaque est terra[g] quae continet universa, et alia est quae super aquam fundata est, quippe ista quae habitatur a nobis, de qua ait propheta[h], *Qui fundasti terram super aquam.* Non illam [5]utique primam, hanc itaque renovari[i] [6]et purgari necesse est, quam et moveri[k] [7]saepe cognoscimus terraemotu, de qua ait dominus[l], *Ego* [8]*faciam novum caelum, et novam terram.* Et iterum[m] dominus ait caelum et terram transire in evangelio. Haec terra itaque veluti de radicibus illius prioris cognoscitur habere substantiam, quae supra aquam subsistere iussa est, quae copiose[n] humano generi exhibet alimenta.

Cap. XCVII. [1]Haeresis est quoque[a b] quae dicit ante corpus fuisse hominis

4. terram *A.* 5. *Rescripserim* itaque primam, hanc utique *edd.* 6. et purgari necesse est, quam et moveri *om. A.* 7. se cognoscimus *A.* 8. facio *A.*
Cap. XCVII. *in cdd. inscriptum est* HAERESIS DE IMAGINE DEI IN CORPORE HUMANO. — 1. Alia est haeresis quae *A.*

e. Et David] Psal. CIV. 3. et 6. Confer Severianum Gabalensem homilia I. de Creatione Mundi p. 215. T. I. Auctarii noviss. Combefisiani. *(F.)*

f. tres pueri itidem] Hi in carmine suo inter alias res creatas etiam aquas excitant ad laudes conditoris celebrandas v. 11. „εὐλογεῖτε ὕδατα πάντα" etc. *(Fabr.)*

g. Alia itaque est terra] De hac duplici terra dictum capite superiore. *(F.)*

h. propheta] Psal. CXXXVI. 6. *(F.)*

i. renovari et purgari] In consummatione saeculi. Vide quae supra c. 80. *(Fabr.)*

k. quam et moveri] Vide quae ad cap. 102. *(F.)*

l. ait dominus] Es. LXV. 17. „ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή." *(F.)*

m. Et iterum] Luc. XXI. 33. *(F.)*

n. copiose] Male editiones quaedam *copiosa.* *(F.)*

Cap. XCVII. — a. Haeresis est quoque] Auctori Praedestinati cap. 76. vocantur *Homuncionitae*, parum apto vocabulo, et quo ab aliis constat esse dictos, qui Christum pro mero homine habuerunt, uti in Conflictu Arnobii et Serapionis statim sub initium iidem dicuntur *Homuncionates*. Danaeus quidem notat in indice qui praefixus est libro Augustini de Haeresibus hos Philastrii haereticos Melitonios appellari. Sed in indice qualem T. VI. operum Augustini ante librum de Haeresibus ediderunt Benedictini, nulla Melitoniorum mentio, et tantum legas: „*Imaginem dei non esse animam dicentes.*" *(F.)*

b. Haeresis est quoque] Habuit Philastrius in hac sententia, qua animam humanam ante corpus fuisse conditam existimavit, plures ex Patribus sibi consentientes, inter quos Augustinus VII. de Gen. ad litt. 24. haec habet: „Illud ergo videamus, utrum forsitan verum esse possit, quod certe humanae opinioni tolerabilius mihi videtur, deum in illis primis operibus, quae simul omnia creavit, animam etiam humanam creasse, quam suo tempore membris ex limo formati corporis inspiraret; nam neque illud quod dictum est: „Ad imaginem suam" nisi in anima, neque illud quod dictum est „Masculum et feminam" nisi in corpore recte intelligimus. Credatur ergo, si nulla scripturarum auctoritas seu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum sexto die, ut corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima vero iam ipsa crearetur, sicut primus conditus est dies, et creata lateret in operibus dei, donec eam suo tempore sufflando, hoc est inspirando formato ex limo corpori insereret." His similia tradit Hilarius in Ps. 129. Gregorius Nyssae episcopus 2. Philos. 6. aliique, quibus refragatur auctoritas Leonis papae primi apud Sixt.

factum, non animam, et quod imago dei corpus sit, non anima hominis, et quod secundum praedestinationem[c] [2]dixerit[d], ita arbitratur, cum dicat[e] scriptura[f], *Et fecit deus hominem, ad imaginem suam fecit eum, masculum et feminam fecit eos;* [3]ignorans, propheta quid dixerit. Cum dicit enim *Faciamus,* promittit facturum se, cumque dicit *Fecit deus,* iam opus factum demonstrat, et factam non carnem, sed animam, quae [4]rationabilis est, declaravit. Nam quod caro sine anima non possit eloqui non est dubium; ergo caro organum animae est [5]rationabilis. Masculum et feminam cum dicit scriptura, non hic corporum sexum[g], sed animae dominantis et subiacentis declarat indicium. Et quod non corpora sint ante facta iacentia[h i], sicut quidam aestimant imprudentes, non est ambiguum, cum caro Adae ac mulieris postea facta sit; nam septimo die dicit scriptura de Adam ita: *Et accepit dominus terram de limo, et plasmavit hominem quem fecit.* Vides ergo quomodo factum hominem, id est animam ante ostendit rationabilem et immortalem esse creatam a domino, quae utique imago dei est appellata. Terram autem de limo acceptam adiunctam animae, id est exteriorem hominem, corpus fragile die sequenti manifestavit plasmatum, [6]ac sic immisso sopore in Adam posteaque de costa eius accepisse dominum et fecisse mulierem scriptura testatur ac praedicat. Et ut primum sit anima facta, id est sexto die, die autem septimo corpus[k] de terra plasmatum Adae, sic de viri corpore, [7]id est de la-

2. dixerit domini ita arbitrantur *A.* 3. ignorantes *A.* 4. rationabilis *A.* rationalis *reliqui.* 5. rei rationabilis *A.* rationalis *reliqui.* 6. ac sic *A.* ac *reliqui.* 7. id est *om. A.*

Sen. Bibl. Sanctae Annot. 208. extr., ubi sententiam Gregorii Nysseni ceu Platonicum figmentum suggillat, ast eam extra Platonicorum errores collocandam esse monuit Cotelerius ad Recogn. Clementis pag. 493. (Galeard.)

c. secundum praedestinationem] Quasi Moses tantum consilium dei exposuerit, atque verba *et fecit deus*, non denotent quid fecerit, sed quid facere praedestinaverit. *(F.)*

d. secundum praedestinationem dixerit] Deus videlicet.

e. cum dicat] Malim legere *cum dicit.* Quia tamen et alterum ferri potest, repugnantibus libris mutare nihil volui. Locus est Genes. I. 27. *(F.)*

f. cum dicat scriptura] Cum tamen dicat scriptura.

g. non hic corporum sexum] Paucos sibi hac in parte assentientes Philastrius habebit. *(F.)*

h. Et quod non corpora sint ante facta iacentia] Aperte falsum esse quod hoc loco Philastrius pertendit, non dubitat affirmare Petavius, quem vide sis libro 2. Dogmatum Theol. de Opificio sex dierum cap. 4. §. 16. *(F.)*

i. iacentia] Sine spiritu et anima iacentia.

k. anima sexto die, septimo corpus] Iterum iterumque hoc capite Philastrius ingerit opinionem suam incredibilem et contrariam communi sententiae, nec minus adversam sacri scriptoris verbis disertis, qui deum die septimo nihil creasse, sed omnia opera sua absolvisse die sexta, septima autem ab omnibus operibus suis quievisse scribit Genes. II. 2. At quoniam Genes. II. 7. sequitur

tere eius, factam feminam [8]demonstraverit. Non est ambiguum et [9]quod anima ante facta sit, caro autem postea plasmata, et sic postea inspiratione infusa dei et spiritalis in fine collata sit gratia[l], ut sic[m] iam capax homo legis divinae[n] non impotens a domino monstraretur. Evidens est ratio veritatis, quod et beatus dicebat David[o], factam animam primum, sic corpus plasmatum: *Manus tuae*, [10]inquit, *domine fecerunt et plasmaverunt me*. Ac sic postea fuisse infusum spiritum[p] declaravit dicens[q]: *Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me*.

Cap. XCVIII. Alia est haeresis[a], quae dicit inspirationem[b] animam esse, non [1]inspiratione in animam[c] datam fuisse, [2]ignorans quod si inspiratio anima est, quomodo [3]iudicari potest[d] [4]quod a deo est infusum

8. demonstravit (A)b. *Vulgata verborum distinctio est* demonstraverit, non est ambiguum *cett.* 9. quid *b.* 10. inquit *om. A.*

Cap. XCVIII. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE ANIMA HOMINIS INSPIRATA. — 1. inspiratione *Ba.* inspirationem *reliqui.* 2. ignorantes *A.* 3. iudicari *B.* iudicare *abc.* diiudicari *A.* 4. quod deo *Ba.*

„καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς," hinc illud die septimo factum sibi persuasit, cum tantummodo sit repetitio et explicatio eius quod die sexto factum fuerat et Moses Gen. I. 27. dixerat: „καὶ ἐποίησε ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον." Similiter probari nequit quod Genes. I. 27. de anima sola sermo sit, ut Philastrius contendit: nam de toto homine utique intelligendum quod ibidem sequitur: „*Crescite et multiplicamini et implete terram.*" Philastrii sententiam de anima ante corpus creata, quam in Ioanne Hierosolymitano etiam reprehendit Hieronymus epistola ad Pammachium, haeresibus adscripsit Alphonsus de Castro lib. 2. p. 56. *(F.)*

l. spiritalis in fine collata gratia] Per inspirationem gratiosam superaddita animae et infusa, de qua infra c. 98. *(Fabr.)*

m. ut sic] Male edit. Helmst. *ut sit.* *(Fabr.)*

n. iam capax homo legis divinae] Infra cap. 98. „*ut possit homo capax legis caelestis existere.*" *(F.)*

o. David] Psal. CXIX. 73. „αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με." Caesarius quaest. 76. „τὴν ποίησιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι, τὴν δὲ πλάσιν ἐπὶ τῆς σωματικῆς πολυπλασίας." „*Faciendi verbum de anima mihi videtur intelligendum, formationis autem de multiplici fictione corporis.*" *(F.)*

p. infusum spiritum] Gratiam spiritus sancti, infusam animae, de qua infra capite proximo. De hac veteres etiam interpretantur spiritum 1. Thess. V. 23. *(F.)*

q. dicens] Psal. LI. 11. „τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ."

Cap. XCVIII. — a. Alia est haeresis] Hanc et proximas usque ad caput 113. Augustinus praetermittendas existimavit. Et Sixtus Senensis libro quinto Bibliothecae Sanctae annot. 27. non dubitat praesentem esse unam ex illis de quibus idem Augustinus ait Philastrium multas assertiones inter haereses numerasse, quae haereses non sunt. „*Salva Philastrii reverentia*, inquit Alphonsus de Castro lib. 2. adversus Haereses p. 55. b., *non video cur hanc assertionem haeresis nota signaverit. Primo quidem reperio hanc esse doctrinam plurium vere catholicorum doctorum, asserentium spiraculum illud quod deus spiravit in faciem hominis, quam tunc aut insufflando crearit, aut creando corpori infudit.*" Neque tamen desunt multi veterum qui spiraculum vitae, quod deus primo homini insufflavit, spiritum sanctum cum anima ei infusum interpretantur. Ita Hieronymus, Cyrillus, Basilius, Severianus. Vide Bullum Defensione fidei Nicaenae sect. 2. cap. 9. §. 21. p. 211. Petavii Dogm. Theol. de Trinitate p. 824. seq. et de Opificio sex dierum p. 314. *(F.)*

b. inspirationem] Genes. II. 7. *(F.)*

c. inspirationem in animam] Male Helmst. *inspiratione.* *(F.)*

d. quomodo iudicare potest] Al. *indicare.* Sensus est, animam non posse haberi pro speciali dei et proprie infusa gratia, cum sit communis omnibus. *(F.)*

proprie, cum non [5]attendat quod inspiratio divini spiritus est quaedam gratia et [6]provectio dignitatis[e], ut possit homo capax legis caelestis[f] existere. Et [7]quod habenti animam Adae patri nostro data est inspiratio, non anima inspirata in eum sit, ostendit dominus in evangelio[g]. Sicut ante enim in Adam inspiraverat ipse, [8]ita postea apostolis habentibus animam post resurrectionem divini spiritus maiorem gratiam inspiravit, dicens, *Accipite spiritum sanctum.* Et non dixit, Animam accipite, sed Spiritum sanctum. Qui ergo inspiravit facto homini habenti animam Adae, ipse et postea inspiravit beatis apostolis habentibus animam, ut [9]cognoscatur [10]quod per ipsum [11]cuncta sint et sine ipso factum[h] nihil sit. Nullius rationis[i] est itaque ut velit quis [12]aestimare inspirationem esse animam, cum facta [13]cognoscatur anima, quae sub legis condicione posita iudicio obnoxia reperitur, de qua ait[k], *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed hunc timete, qui potest corpus et animam perdere in gehennam.* Inspiratio [14]itaque non est anima, sed gratia dignitatis[l], de divino spiritu a deo Christo [15]perveniens omnibus, quam habentes et custodientes adiectionem accipiunt gratiarum, [16]ut apostoli[m] et prophetae et omnes iusti. Iniusti autem negligentes ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis, ut Saul ille, de quo dictum est[n], *Recessit ab eo spiritus domini, et immundus spiritus fatigabat eum.* Et quod *in malignam animam*[o] *non intrabit spiritus sapientiae* scriptura testatur.

5. attendant *A.* 6. provectio *AB.* profectio *ac.* perfectio *b.* 7. quam *b.* 8. et postea *A.* 9. cognoscant *b.* 10. ut *A.* 11. cuncta facta sint *A.* 12. existimare (A)b. 13. cognoscitur *A.* 14. itaque non *A.* itaque quae non *reliqui.* 15. proveniens (A)b. 16. et ut (A)b.

e. profectio dignitatis] Per quam homo longe praestat aliis hominibus. Sic infra: „*inspiratio itaque quae non est anima, sed gratia dignitatis.*" Atque iterum: „*ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis.*" [Cf. Augustin. XIII, 24. de Civ. Dei.] *(F.)*

f. capax legis caelestis] Observandae libenter et alacriter per spiritus s. gratiam. Sic supra c. 97. „*caro autem postea* (post animam) *plasmata, et sic postea inspiratione infusa dei, et spiritalis in fine collata sit gratia, ut sic iam capax homo legis divinae non impotens a domino monstraretur.*" *(F.)*

g. in evangelio] Ioh. XX. 22. „ἐνεφύσησε καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον." *(F.)*

h. sine ipso factum nihil sit] Ioh. I 3. Vide quae supra c. 67. p. 133. *(F.)*

i. Nullius rationis] Procul a ratione repulsum. Sic c. 106. „*quomodo itaque hoc erit rationis.*" *(F.)*

k. de qua ait] Matth. X. 28. *(F.)*

l. gratia dignitatis] Supra *profectionem dignitatis* dixerat. *(F.)*

m. ut apostoli] Helmst. edit. vitiose: *et ut apostoli.* *(F.)*

n. de quo dictum est] 1. Sam. XVI. 14. „καὶ πνεῦμα κυρίου ἀπέστη ἀπὸ Σαοὺλ, καὶ ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν παρὰ κυρίου." *(F.)*

o. in malignam animam] Sapient. I.

Cap. XCIX. Alia est haeresis quae dicit hominis animam non factam a deo [1]ita appellari animam, sed ante, inquit, intellectus vocabatur[b], et erat in caelo: postea autem, quia terrena desideravit, discessisse eam de caelo, et ex eo eam animam nuncupatam arbitrantur, ignorantes quod in principio facta a deo et creata post angelos anima est appellata a domino, hocque nomen proprietatis accepit a deo, ut anima, non intellectus vocaretur, dicente scriptura[c]: *Anima eius in bonis demorabitur.* Et iterum[d]: *Quod non derelinques animam meam in inferno.* Et iterum[e]: *Convertere anima mea in requiem tuam.* Et iterum[f]: *Anima mea conturbata est valde.* Et iterum[g]: *Ita desiderat anima mea ad te, deus.* Et iterum[h]: *Benedictus dominus, qui fecit animam meam.* Illud itaque philosophorum [2]inani sententia adserunt, quod divina scriptura non ita praedicat.

Cap. C. Est haeresis quae pecudes et serpentes et aves[a] rationabiles arbitratur esse ut homines[b], sicut Manichaei et Gnostici perditi[c], [1]et

Cap. XCIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE ANIMA [3] ET INTELLECTV HOMINIS. — 1. ita *om. b.* 2. inanes sententiae adhaeserunt non scriptura sacra praedicat *A.*

Cap. C. *in abc. habet inscriptum* GNOSTICORVM ET MANICHAEORVM HAERESIS DE SERPENTIBVS ET AVIBVS. — 1. et quidem de poëtis et philosophis stoicis vanissimi suspicantur *A.*

4. „εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία." (F.)

Cap. XCIX. — a. DE ANIMA] „[illegible]," ut verbis utar Origenis 3. contra Celsum p. 159. (F.)

b. ante, inquit, intellectus vocabatur] Spiritus intelligentes sive intelligentias in caelo vitam duxisse primum, deinde prolapsas in peccatum, ut poenas darent, detrusas in corpora opinio fuit Platonicorum de qua multis Augustinus Steuchus Eugubinus lib. IX. de Perenni Philosophia, Livius Galantes in Comparatione Theologiae Christianae cum Platonica libro XIII. et Io. Baptista Crispus de Philosophis caute legendis distributione 1. et 2. (F.)

c. dicente scriptura] Psal. XXV. 13. „ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται." (Fabr.)

d. Et iterum] Psal. XVI. 10. „ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην." (Fabr.)

e. Et iterum] Psal. CXVI. 7. „ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου." (Fabr.)

f. Et iterum] Psal. VI. 3. „ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα." (F.)

g. Et iterum] Psal. XLII. 2. „οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεός." (Fabr.)

h. Et iterum] Simile illud Ieremiae XXXVIII. 16. „ζῇ κύριος ὃς ἐποίησεν ἡμῖν τὴν ψυχὴν ταύτην." (F.)

Cap. C. — a. pecudes et serpentes et aves] Piscium omissa mentio, ut p. 183. de quorum sollertia tamen non minus miranda comperiuntur: sicut etiam de apibus, formicis, araneis. Vide Plutarchum libro Animalia terrestria an aquatilia sagaciora p. 752. seq. et Vossium libro IV. de Idololatria c. 14. (F.)

b. quae pecudes et serpentes et aves rationabiles arbitratur esse] V. supra cap. 88. extr.

c. Manichaei et Gnostici perditi] Notat Glycas p. 145. Annalium, Manichaeos bruta rationis minime expertia esse docuisse, idque confirmasse ex eo, quod serpentem poena deus affecisset. Etiam animalibus vesci religioni sibi duxisse Manichaeos testatur Alexander Lycopolita p. 19. [De aliis haereticis v. Coteleriumn ad Constitut. Apost. VI. 10. p. 339.] (F.)

d. poëtae] Parmenides et Empedocles apud Stobaeum pag. 93. Eclog. Phys. Vide quae ad Sextum Empiricum pag. 512. (F.)

quicquid poëtae[d] et philosophi Stoici[e] suspicantur, ignorantes quod homo rationabilis intellectum [2]habeat animi de deo, id est scire posse de deo et credere[f], sensum autem habet corporis cum pecudibus quippe et ceteris aliis similibus, quae sensum quidem corporis habere possunt, intellectum [3]autem animi de deo habere nullo modo possunt, aut animam immortalem ac rationabilem, ut homo, qui imago est dei appellatus, dicente scriptura[g]: *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.* Et[h]: *Homo in honore cum esset, non intellexit, comparatus est pecudibus insensatis, et similis factus est illis.* Sensus itaque pecudum, avium et serpentium nobiscum communis est corpore, intellectus autem solummodo est hominum, id est immortalis [4]animae potentia de sancto in eam infusa spiritu[i], quae imago dei est appellata, quae [5]his omnibus imperat, regit ac possidet universa copiose, ut scriptum est[k]: *Dedi vobis omnia sub potestate.*

Alia est haeresis quae dicit malos reges et pseudoprophetas non a sua venire et fieri voluntate, sed a dei eos iussione [1]emitti, ignorans quod non a deo illos fieri pseudoprophetas aut malos reges scripturae adnuntiant, sed contra dei voluntatem sua voluntate et inimici suggestione sic eos advenire [2]declarant, ut Iamnes et Mambres[a] contra [3]Moysen et Aaron sacerdotes dei[b] sub Pharaone sua venerant voluntate, cum dicat scriptura[c], *Regnaverunt non per me,* Cap. CI.

2. habet *A.* 3. autem *om. A.* 4. animi *A.* 5. hiis *Ba.* iis (*A*)*b.*

Cap. CI. *in abc. inscriptum est* DE FALSIS PROPHETIS HAERESIS DEO OMNIA MALA ADSCRIBENS. — 1. immitti ignorantes *A.* 2. declarat *A.* 3. Moysen *B.* Mosen beatum *A.* Mosen *reliqui.*

e. et philosophi Stoici] Non sane omnes: nam Cleanthem et Chrysippum in contraria fuisse opinione ostendi ad eundem Sextum p. 18. (F.)

f. scire posse de deo et credere] Quemcunque gradum sensus vel rationis brutis aliquis tribuat, tamen erit confitendum, non attingi ab illis quae ad religionem et virtutem, quae ad rerum coelestium et a sensu remotarum contemplationem, quae ad gloriae etiam post fata duraturae et beatae immortalitatis curam pertinent. (F.)

g. dicente scriptura] Psal. XXXII. 9. „Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις." (F.)

h. Et] Psal. XLIX. ult. „Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς." (Fabr.)

i. de sancto in eam infusa spiritu] Supra cap. 98. et 99. (F.)

k. ut scriptum est] Genes. I. 29. „Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον" etc. (F.)

Cap. CI. — a. Iamnes et Mambres] 2 Timoth. III. 8. Vide si placet quae de his notavi in Codice Pseudepigrapho Veteris Test. pag. 813. seq. Cave enim assentiaris viro erudito qui in Observationibus Sacris lib. II. p. 32. et 156. Iamnem et Mambrem putat esse nomina ficta hominum ignotorum, ut Ploni Almoni Ruth IV. 1. 1 Samuel XXI. 3. 2 Reg. VI. 8. Certe Iamnis inter magos etiam Plinius facit mentionem XXXI. 1. (Fabr.)

b. sacerdotes dei] Moses sacerdos, quo sensu, vide Grotium ad 2 Sam. VIII. 18. et de Potestate circa Sacra cap. 9. (F.)

c. dicat scriptura] Hoseae VIII. 4. „Ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν, καὶ οὐ δι᾽ ἐμοῦ, ἦρξαν, καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι." (F.)

neque per spiritum meum[d], *dicit dominus*. Et de pseudoprophetis[e] ita: *Haec dicit dominus: Non illos mittebam, et illi ibant in nomine meo prophetare.* Propter quod etiam contra illos saepe mortis [4]in hoc mundo condignam dominus decernit sententiam[f] enuntiando. Non sunt itaque a deo pseudoprophetae missi, neque reges impii recedentes a domino, sed etsi excitantur mali contra malos interdum dimittente domino[g], [5]hoc gignitur [6]ut malis mali consumantur. Boni etenim sustinentes persecutionem, et iustitiam habentes apud dominum, [7]repensationem magnam futuri expectant praemii. Mali autem ideo a malis, non solum bonis, interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc seculo ex parte puniatur.

Cap. CII. [1]Terrae motum haeresis quaedam non dei iussione et indignatione fieri, sed [2]natura ipsa elementorum opinatur, cum ignoret quid dicat scriptura[a]: *Qui [3]conspicis*, inquit, *terram, et eam [4]commoves terrae motu.* [5]Et iterum[b] adhuc: *Ego movebo caelum et terram.* Non attendentes dei potentiam elementorum naturae adscribere audent potentiae motionem, ut quidam philosophi [6]vani, qui rerum naturae hoc adscribentes dei potentiam non cognoverunt. Quod etiam in huiusmodi rebus indignatio dei et potentia operatur, et suam [7]commonet[c] creaturam, conversionis causa et utilitatis quippe multorum peccantium ac redeuntium ad dominum salvatorem atque creatorem.

Cap. CIII. Alia est haeresis quae [1]secundum paganorum vanitatem[a] side-

4. et in hoc *A*. 5. hoc *om. A*. 6. ut a malis *A*. 7. repromissionem magnam futuram *A*.

Cap. CII. *in abc. inscriptum habet* De terrae motv haeresis. — 1. Alia est haeresis quae terrae motum non dei *A*. 2. de natura *A*. 3. conspicit *A*. 4. commovet *A*. 5. *Vulgata distinctio est* Et iterum: adhuc ego *cett.* 6. vaniloqui qui *A*. 7. commovet *c*.

Cap. CIII. *in abc. inscriptum est* Haeresis hermis trismegisti de pecoribvs et syderibvs. — 1. secundum paganorum vanitatem *c*. pecudum paganorum vanitate (vanitatem *A*.) *A Bab*.

d. neque per spiritum meum] Haec addidit Philaster ex Genes. VI. 3. *(F.)*

e. de pseudoprophetis] Ierem. XXIII. 16. 21. „Οὕτως λέγει κύριος παντοκράτωρ· οὐκ ἀπέστελλον τοὺς προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον, οὐδὲ ἐλάλησα πρὸς αὐτούς, καὶ αὐτοὶ ἐπροφήτευον." *(F.)*

f. sententiam] Ut 3 Reg. 13. *(F.)*

g. dimittente domino] Permittente. *(Fabr.)*

Cap. CII. — a. dicat scriptura] Psal. CIV. 32. „Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν." *(F.)*

b. Et iterum] Haggaei II. 21. „Ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν." Fortasse apud Philastrium scribendum: „*Et iterum adhuc: Ego movebo caelum et terram.*" *(F.)*

c. commovet] Ita malui quam *commonet*. *(F.)*

Cap. CIII. — a. secundum paganorum vanitatem] Ita reposui pro eo quod habebant editiones: *pecudum paganorum vanitate*. Caeterum condonandum hoc Philastrio, quod zelo immodico abreptus innocentem siderum nomenclaturam pro ethnica vanitate traduxit, et haeresibus ridicule accensuit. *(F.)*

rum diversa nomina profitetur, ut Hermes[b] ille Trismegistus, qui vanus potius quam magnus iudicandus est, et poëtae quidam[c] ei consimiles, qui cometas et pogonias[d], et Hyadas, Haedos[e], et [2]alia huiusmodi adserunt [3]nomina[f] delirantes, cum scriptura pauca nomina siderum nobis dixerit, dicente Iob propheta[g], ante quam pagani e sanctis scripturis siderum nomina transtulissent. Dicit enim ipse Iob: *Qui fecit Pleiades et Arcturum*, inquit, *et Hesperum et Austrum et Oriona et Luciferum*[h]. Haec itaque nomina e sanctis scripturis accipimus nuntiata[i]; nam omnium siderum nomina non dixit scriptura, sed potestati dei reservavit per prophetam declarans et dicens [4]ita[k]: *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina [5]vocans.* Haec itaque pauca nomina legentes e sanctis scripturis poëtae [6]postea falsique philosophi ausi sunt [7]usurpantes suis mendaciis et alia plurima copulare atque impietatis semina seculo praedicare, ut ex [8]his sperare putarent etiam omnium siderum aut plurimorum nomina posse comprehendi; cum omnium siderum nomina non [9]alter nisi deus Christus, per quem fecit pater universa, posuerit et scierit, atque eis singula nomina vocaverit, ut scriptum est[l].

Est haeresis alia quae de lingua et linguis ambigit, cum scri- Cap. CIV.

2. alia *A*. talia *reliqui*. 3. nomina *Abc*. nomine *reliqui*. 4. ita *om.* (*A*)*b*. 5. vocat *b*. 6. postea *om. A*. 7. utentes *b*. 8. hiis *Ba*. iis (*A*)*b*. 9. alter *A*. aliter *reliqui*.

Cap. CIV. *in abc. inscriptum est* De variis lingvis haeresis. —

b. Hermes] Quem *fallacissimum* vocat infra cap. 112., *vanum paganum* cap. 10. *(F.)*

c. poëtae quidam] Ut ante Aratum Homerus Iliad. Σ. 486.:

„Πληιάδας θ' Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν." *(F.)*

d. pogonias] Velut in speciem barbae longae promissis radiis genus cometarum, de quo Harduin. ad Plin. T. 1. pag. 178. *(F.)*

e. Haedos] Virgil. 1. Georg. 204.:

„*Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis*
Haedorumque dies servandi et lucidus anguis" etc. *(F.)*

f. adserunt nomina] Male *nomine* in prioribus editt. *(F.)*

g. Iob propheta] Iob. IX. 9. „Ὁ ποιῶν πλειάδα καὶ ἕσπερον καὶ ἀρκτοῦρον καὶ ταμεῖα νότου." *(F.)*

h. et Luciferum] Hunc addidit Philastrius ex Iob. XXXVIII. 32., ubi μαζουρὼθ Luciferum eruditi interpretantur. De nominibus illis siderum praeter Drusium accurate Lud. Capellus pag. 460. seq. Opp. Postumorum. *(F.)*

i. e sanctis scripturis accipimus nunciata] Imo LXX. interpretes ex gentium usu et consuetudine illa in Graecam sacrorum librorum versionem transtulerunt. Eucherius: „*Quid sibi vult quod libro Hiob auctorum saecularium consuetudine legimus Pleiades, Orionas, et Arcturum? Non quod his apud Hebraeos nominibus censeantur, sed ut apud nos horum siderum significantia possit esse manifestior, ita haec translator* (Graecae auctor versionis) *appellare voluit, ut usus gentilitatis invenerat.*" *(Fabr.)*

k. dicens ita] Psal. CXLVII. 4. „Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν." *(F.)*

l. ut scriptum est] Loco scilicet Psalmi iam adducto. *(F.)*

ptura dicat et unam linguam[a] et linguas[b]. Si ergo erat una ante, quia pauci erant, sive postea multae, quia multi creverant iam nati homines in seculo, non est adeo inutile hoc ita sentire. Post quintam decimam enim generationem ab Adam usque ad [1]Eber MMDCC anni sunt[c], sub quo confusio missa est linguarum, propter peccatum quod fecerant aedificantes turrim et civitatem, et ut rebellantes a deo hoc passi sunt. Habentes enim angelicam gratiam[d], id est multarum linguarum scientiam, non agnoscebant datorem tantae sapientiae dominum, contraque eum conantes progredi perdiderant[e] gratiam, quam sine [2]ullo labore divinitus habebant concessam. Et quod sine studio ante donatum fuerat a domino naturaliter omnibus, ut dei imagini, [3]postea per studium atque doctrinam, oblivione immissa a domino, vix discere praevalebant non omnes, nec multas, sed vix paucas linguas, ita ut tres quis aut qua-

1. Heber (*A*)*b*. 2. quodam labore *A*. 3. postea vero per *A*.

Cap. CIV. — a. unam linguam] Linguam unam Genes. XI. 1. „*et erat omnis terra labii unius*," „χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία πᾶσι." *(F.)*

b. et linguas] Quoniam Gen. X. 5. variae gentes memorantur, singulae κατὰ γλῶσσαν, et X. 20. et 31. „κατὰ γλώσσας αὐτῶν." et XI. 7. „συγχέωμεν αὐτῶν ἐκεῖ τὰς γλώσσας." *Confundamus linguas eorum*, ita enim legunt codices quidam, ut notatum ad Originem V. in Celsum pag. 250. Certe vers. 11. „ὅτι ἐκεῖ συνέχεε κύριος τὰ χείλη πάσης τῆς γῆς." Nimirum ita ex Genes. X. Philastrius censuit iam ante aedificationem Babel multis saeculis magnam fuisse inter homines linguarum varietatem: quod vero deinde Genes. XI. dicantur omnes unius fuisse labii, eo sensu dictum id existimavit, quod etsi varia erant linguarum genera, omnes tamen se invicem intelligebant, et sic una erat omnibus lingua, non quidem eorundem vocabulorum usu, sed eadem omnium loquentium et audientium intelligentia. „*Renuunt quidem*," inquit Clariss. Perizonius cap. 14. Origg. Babylon. pag. 296. „*viri eruditi hanc tam absonam interpretationem, et illam diversitatem linguarum ante confusionem Babelicam, sed deberent ergo renuere etiam illam secessionem in varias colonias ante dispersionem Babelicam, quum utriusque rei eadem prorsus sit ratio, et utraque sententia ex eodem capite X. vel ordine capitum X. et XI. Geneseos sit petita. Quid igitur? clarissima haec sunt indicio, ordinem illum narrationis Mosaicae, seu istorum capitum, nihil obstare, quo minus statuamus confidenter, omnia istius divisionis seu secessionis capite X. memoratae evenisse demum post illam capitis undecimi dispersionem et labii confusionem, unde demum linguarum varietas coeperit.*" [Hanc Philastri sententiam haeresibus adscripsit Alphonsus de Castro. Adde Marianum Valgarneram Antiqu. Panorm. p. 71. tom. 13. Thesauri Antiqu. Siciliae.] *(F.)*

c. MMDCC anni sunt] 2700 anni ab Adamo ad Heberum, sunt dimidium aetatis a condito orbe ad natum usque anno 5400. Christum servatorem. Infra cap. 111. et 105. Alii qui natum Christum esse existimarunt anno orbis conditi 6000. Phalegum filium Eberi vel Eberum retulere ad a. 3000. Sic Hesychius presb. fragmento εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, [Iosephus c. 1. Hypomnestici.] Procopius Gazaeus ad Genes. XI. 18. Eustathius p. 54. in Hexaëmeron etc. *(F.)*

d. angelicam gratiam] Sine studio, naturaliter per virtutem imaginis divinae hoc ante confusionem Babelicam datum hominibus divinitus credidit Philastrius, ut linguis quibuscunque loquentes possent intelligere, sicut angeli. Infra: „*Angelicae virtutis est linguas scire omnium hominum.*" *(F.)*

e. perdiderant] Est qui malit *perdiderunt*. Sed ita supra: *quod fecerant aedificantes* etc. *(F.)*

tuor valeret ediscere, atque iisdem vix eloqui. Tamen [4]omnem scientiam linguarum, quae ante duo milia [5]annorum et septingentos annos offendentes amiserant homines[f], [6]sub apostolis[g] rursum post ascensionem suam dominus per spiritum sanctum sine quodam labore credentibus conferebat, sicut scriptum est in Actibus apostolorum. Angelicae enim virtutis est linguas scire omnium hominum; per fidem autem Christi sine labore linguarum omnium credentibus subministratur scientia, sicut legimus docente divino spiritu, apostolos atque gentes itidem credentes tunc temporis in Christum dominum salvatorem sine labore linguarum omnium donatam scientiam praedicasse, ut sub Petro et Paulo et aliis factum est, [7]cum docerent gentes venisse [8]spiritum dei a deo, et linguis multis eos potuisse eloqui, ut audientes homines mirarentur de gentibus, quod tantarum linguarum et ipsi per fidem Christi scientiam haberent sine doctrina concessam.

Alia est haeresis quae dicit nomen linguae de Iudaeis primum processisse, alii de paganis[a], cum utrique [1]ita hoc sentientes errore non parvo decepti sint. Homo enim factus rationis particeps fuit: qui ergo loquebatur ratione, quomodo [2]rationis erat alienus[b]? Plus ergo prius est rationis esse participem, et rationabilem dici, quam nomen speciale et locale habere alicuius linguae, atque ex nomine hominis possidere aliquid. Ab Adam enim usque [3]ad Heber[c] duo milia et septingenti anni transierunt. Erat ergo nomen linguae omnium hominum unum[d], et una lingua[e]. Ex quo autem contra Cap. CV.

4. omnium (*A*)*b*. 5. annorum *om. A*. 6. sub beatis apostolis *A*. 7. ut *A*. 8. Christum dei *A*.

Cap. CV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE NOMINE LINGVAE. — 1. hoc ita *A*. 2. orationis *emendat Fabricius*. 3. ad *om. c*.

f. ante MMDCC annos offendentes amiserant homines] Si ante 2700 annos amiserant, neque ante confusionem Babelicam potuerunt illa scientia uti: itaque sensus est, per peccatum ante 2700 annos admissum a protoplastis esse factum, ut deinde non constanter illam conservarent, sed tempore interiecto in confusione Babelica facerent eius iacturam. Vide infra cap. 105. *(F.)*

g. sub apostolis] Actorum II. 4. 7. 12., ad quae loca iuvabit consulere Io. Casp. Santorocci dissertationem de Linguarum Miraculo, editam Marpurgi A. 1718. Non autem in audientibus, sed in loquentibus potius, illud fuisse recte notavit Gregorius Naz. Oratione XLIV. in Pentecosten p. 738. Diserte enim et aliquoties λαλούντων ἑτέραις γλώσσαις mentionem facit sacer Actorum scriptor Lucas. *(F.)*

Cap. CV. — a. nomen linguae de Iudaeis. alii de paganis] Hoc est, antiquissimam linguam fuisse Iudaeorum, vel paganorum, Graecam. *(F.)*

b. quomodo rationis erat alienus?] Puto legendum *orationis*. *(F.)*

c. usque ad Heber] Parentem Phalegi, sub quo celebris illa linguarum dispersio Genes. X. 25. De numero annorum 2700 iam dictum capite superiore. *(F.)*

d. nomen linguae omnium hominum unum] Quocunque idiomate loquerentur homines, vocabatur lingua humana, neque alio singulari veniebat nomine,

dominum cogitaverunt, subtracta est illis scientia ista caelestis[f], id est linguarum omnium prudentia et sapientia. Et Heber quidem sanctus [4]quia non discessit a deo secundum nomen ipsius[g], deus voluit genus eius pullulare amplius, hoc quoque nomine primum in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui non consenserat aedificationi turris rebellantium, Hebraei[h] nomine appellarentur. Prior itaque non solum paganis, verum etiam et Iudaeis, id est ante septingentos annos[i] Heber fuisse cognoscitur iustissimus, qui in dominum credens et a coniuratione sceleratorum hominum separatus sui nominis primam hanc a domino nuncupationem meruit impetrare. Unde et poëtae vani aedificationem illam ad sua mendacia[k] transferentes gigantes docuerunt [5]Aloidas[l] illos rebellantes ascendere voluisse in caelum per impositionem montium, atque inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramenta non latuerunt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

Cap. CVI. Alia est haeresis de anno annuntiato[a] ambigens, quod ait propheta Esaias[b]: *Annuntiare annum dei acceptabilem, et diem retributionis.* Putant ergo quidam quod ex quo venit dominus usque

4. quia *ego*. qui *libri omnes*. 5. Haloidas (*A*)*B***b*.
Cap. CVI. *in alio inscriptum est* HAERESIS DE ANNIS CHRISTI ET TEMPORE IVDICANS. —

quia omnes se invicem intelligebant, habebantque ut mox subiungit Philastrius, *linguarum omnium scientiam.* (*F.*)

e. et una lingua] In hunc sensum Augustin. de Civ. Dei XVI. 11. „Tunc opus erat eam (linguam Hebraeam scilicet) distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut aliae quoque vocatae sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua aut humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur." (Galeard.)

f. scientia illa caelestis] Angelicam gratiam dixerat c. 104. linguas intelligendi quascunque. (*F.*)

g. secundum nomen ipsius] Heber עבר a discedendo sive transeundo nomen habet. Liber nominum Hebr. T. 2. Opp. Hieronymi edit. Io. Marcianaei p. 203. „Ἔβερ, διάβασις ἢ διαπερῶν." Hier. „*Eber, transitorem.*" (*F.*)

h. Hebraei] Confer Bocharti Phaleg. lib. 2. cap. 14. et libri 4. c. ult. (*F.*)

i. ante septingentos annos] Septingentis annis ante Moysen, Iudaicae conditorem reipublicae. (*F.*)

k. aedificationem illam ad sua mendacia] Longe hoc credibilius, quam quod Celsus apud Origenem IV. p. 174. ait Moysen ex Aloidarum fabula hausisse, quae de Babelica turri et linguarum confusione memoriae prodidit. (*F.*)

l. Aloidas] Aloei filios Otum et Ephialtem, de quibus Homerus Iliad. Λ. 314.:

„Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη."

Confer Philonem Iudaeum de Confusione Linguar. p. 251., et e recentioribus illustrem Huetium lib. 2. Alnetanarum Quaestionum c. 12. §. 6. p. 189. seq. (*Fabr.*)

Cap. CVI. — a. de anno annunciato] De tempore quod intelligendum sit per annum acceptabilem, annunciatum in verbis Esaiae quae laudantur Luc. IV. 19. (*F.*)

b. Esaias] LXI. 2. „Εὐαγγελίσασθαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως." Evidens autem est ut diem, ita nec annum a propheta dici paecise et stricte, sed de tempore quo divinae benignitati gratiam suam in Christo pa-

ad consummationem seculi non plus nec minus fieri annorum numerum nisi trecentorum sexaginta quinque[c] usque ad Christi domini iterum de caelo divinam praesentiam. Quod contrarium invenitur, si ita [1]qui senserint. Nam quadringentos iam [2]plus annos[d] transisse cognoscimus, ex quo venit dominus, atque completos. Quomodo itaque hoc erit [3]rationis[e] de anno, sicut sentire voluerunt hoc [4]ita quam plurimi[f]? Dominus enim quae in uno [5]anno gessit[g] et docuit, haec sola praecepit conscribi, [6]non quae ante facta sunt ab eo ac dicta primis triginta annis, secundum beatum Ioannem[h], [7]quae dicit mundum non capere posse[i], si universa scriberentur

1. quis senserit *A*. 2. et plus *A*. plus minus *emendat Fabricius*. 3. traditionis *A*. 4. itaque plurimi *b*. 5. anno *om. b*. 6. non quae *ego*. Nam quae *libri omnes*. 7. qui (*A*)*b*.

tefacere hominibus et impertire placuit. (*Fabr.*)

c. trecentorum sexaginta quinque] Quia tot diebus constat annus. Augustinus XVIII. 53. de Civ. Dei mentionem facit oraculi sive responsi daemonum quo numerus ille 365 annorum fuerit definitus. „*Excogitaverunt nescio quos versus Graecos tanquam consulenti cuidam divino oraculo effusos: ubi Christum quidem ab huius tanquam sacrilegii crimine faciunt innocentem: Petrum autem maleficia fecisse subiungunt, ut coleretur Christi nomen per 365 annos, deinde completo memorato numero annorum sine mora sumeret finem.*" Maleficium illud commentitium postea describit „*puerum anniculum occisum et dilaniatum et ritu nefario sepultum.*" (*F.*)

d. quadringentos iam plus annos] Puto legendum „*quadringentos iam plus minus annos.*" Nam quadringenti anni necdum integri effluxerant, cum haec Philastrius exararet. Et ante Parmeniani mortem scripsisse Philastrium, hoc est ante annum 391. supra ad caput 83. notare me memini. Et cap. 3. „*inde a domino usque nunc, anni* CCCLXXX *plus.*" (*F.*)

e. Quomodo hoc erit rationis] Supra haeresi 98. „*nullius rationis itaque.*" [Cap. 146 „ut ergo est *rationis..*"] (*F.*)

f. sicut sentire voluerunt hoc ita quam plurimi] Sic legendum pro illis hiulcis, quae in superioribus editionibus: „*Sicut sentire voluerunt: hoc itaque plurimi.*" (*Fabr.*)

g. quae in uno anno gessit] Fuit haec non modo Valentinianorum sententia, ab Irenaeo lib. 2. cap. 36. seq. oppugnata, sed multorum etiam catholicorum doctorum ut Philastrii, Clementis Alex., Tertulliani, Origenis, Lactantii [Orosii, nec non Euagrii in Altercatione Simonis Iudaei cum Theophilo Christiano tom. V. Thesaur. Anecdd. Edm. Martene p. 13.] aliorumque qui Esaiae verbis nixi existimarunt uno anno Christum a baptismo praedicasse, unoque anno gesta esse illa omnia quaecunque Christi ab evangelistis describuntur. Vide Scaligerum lib. VI. de Emendatione Temporum p. 551. seq. Grotium ad Lucae VI. 19. Blondelli praef. ad librum de Episcopis et Presbyteris p. 27. seq. Montacutii Origines Eccles. T. 1. p. 330. seq. 341. 343. Io. Potteri notas ad Clementem Alex. 1. Strom. p. 407. (vet. edit. 340.) (*F.*)

h. secundum beatum Ioannem] XXI. 25. „Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς," quae verba non de triginta annis ante baptismum, ut vult Philastrius, sed vel maxime etiam de tempore ministerii Iesu post baptismum intelligenda esse mihi persuadeo. (*F.*)

i. mundum non capere posse] De hyperbole hac dixi in Codice Apocrypho Novi Test. p. 321. Neque puto Ioannis esse sententiam, quam ei tribuit eruditissimus Vir Iacobus Elsnerus in praeclaris illis suis Observationibus Sacris, quod mundus impius ea non amplexurus foret, licet singillatim omnia perscriberentur. Nam huic interpretationi perspicue refragatur, quod Ioannes addit αὐτόν, ad magnitudinem scilicet, non ad impietatem respiciens: „οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία." (*F.*)

quae fecerat. Propheta itaque [8]Esaias de anno illo dixit salvatoris domini, in quo docuit usque ad passionem et resurrectionem et ascensionem in caelum, sicuti et beatissimi tradiderunt[k], non de trecentis sexaginta quinque annis, ut quidam arbitrantur, sed de anno illo post baptismum scilicet, in quo praedicans credentibus salutis mysteria reserabat de lege pariter et prophetis quae olim dicta sunt testando atque consummando.

Cap. CVII. Alia est haeresis quae consummationem seculi[a] secundum temporum definitionem a deo Christo salvatore fuisse statutam adserunt. Hincque certum esse numerum consummationis [1]suspicantur, et non plus non minus opinantur, cum prophetae undique nuntiaverint circa D annum fieri consummationem seculi, et sic dominum de caelis iterum advenire. Daniel enim LXX septimanas numerat, audiens a Christo domino: *Audi*[b], inquit, *vir desideriorum quia septuaginta septimanae statutae sunt in populum tuum usque*

8. Isaias *b*.
Cap. CVII. *Corbeiensis, sive Sangermanensis, liber solus servavit. Desideratur in B[illegible].* — 1. suspicatur *A*.

k. beatissimi tradiderunt] Evangelistae et apostoli. Soleme hoc Philastrio ut sacris scriptoribus beatissimorum elogium tribuat. *[F.]*

Cap. CVII. — a. Alia est haeresis quae consummationem seculi] Qua nonnulli autumabant temporum definitionem a deo Christo salvatore fuisse statutam. At Philastrius, reiiciens sententiam istam, quae certum annorum numerum consummationis et non plus, non minus futurum opinabatur, ait quod prophetae undique nuntiaverint circa 500. annum fieri consummationem seculi, et sic dominum de caelis iterum advenire. Haec autem Philastrii sententia eo principio nitebatur, quod primis ecclesiae seculis omnibus fere Patribus erat commune, mundum scilicet sex millibus annorum a creatione consummandum esse, de quo Epistola Barnabae nomine inscripta cap. 15. Irenaeus adv. Haer. lib. V. cap. 28. Lactant. lib. VII. Divin. Institut. capp. 14. et 25., Gaudentius [pag. 267. ed. Galeard.] noster, aliique. Cum autem ex supputatione, quae communiter tunc obtinebat, a mundi creatione ad Christum elapsi putarentur quinque mille et amplius anni, hinc fiebat ut consummatio seculi et Christi iterum de caelis adventus non longo temporis intervallo crederentur distare. Quin etiam Hippolytus martyr, testibus Photio Cod. 202. et Syncello p. 315., existimavit Christum natum ineunte anno 5501. a mundo condito, iudicium vero futurum 500 annis post Christi ortum, quod fere convenit cum Philastrii sententia. Fuerunt qui numerum 500 annorum, quo mundi consummatio et Christi iterum de caelis adventus futurus statuebatur, post sextum millenarium completum reponerent, et sic anno a creatione mundi sexto et millesimo quingentos hos annos adderent, ut docet Cotelerius ad epistolam Barnabae p. 44.; utrum vero Philastrius fuerit in priori, an in posteriori hac sententia non liquet. Videndi porro Augustinus lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 53., Cotelerius ad Epist. Barnabae p. 44., ubi alium etiam Philastri locum expendit, qui cap. 106. ait falli eos qui putant a primo Christi adventu ad secundum, id est ad consummationem seculi, trecentos sexaginta quinque annos, nec plus, nec minus, debere numerari; Clemens item Alexandrinus ed. Potteri p. 407. in Notis Collectan. ad lib. I., Strom. cap. 1., et Feuardentius ad Irenaeum lib. V. cap. 28. ed. Massueti p. 139., ut interpretes tum veteres, tum recentiores transmittam, qui ad cap. 24. Matthaei v. 36. et I Thessal. cap. 5. v. 1 late in hoc argumento exspatiati sunt. [Galeard.]

b. Audi] Dan. IX, 23. seq.

ad Christum ducem, ut fiant omnia quae dicta sunt de civitate Ierusalem et populo adventura. Hoc autem sicuti ante quam veniret Christus in carnem [2]Danielo dictum est et paene completum est, sic etiam idem numerus usque ad legem quam accepit Moses et usque ad terrae promissae introitum non satis longe a quingentesimo annorum distare [3]numeratur. Dominus itaque cum signa diceret [4]diversa, fames, persecutiones, inundationem, terrae motus, pestilentias circa finem adventura, Petro etiam dixit beato per aenigma de annorum numerositate. Cum diceret Petrus, *Domine*[c] *quoties peccanti fratri concedam?* ait dominus: *Non septies, sed septuagies septies:* ostendens quidem et [5]quotidianorum humani generis delictorum infinitum numerum debere homini dimitti ab homine, et Iudae redeunti, sive pagano et aliis carnalibus, [6]sed ad Christi fidem de impietate redeuntibus [7]atque eius ecclesiam, cunctis omne debitum ab eis oportere[d] concedi credentibus. Nam et historiographi Iudaei docuerunt dicentes [8]a Danielo quadringentos et octoginta plus annos transisse, et sic dominum advenisse in carnem. Habes etiam in Genesi evidentissime mysterium nuntiatum de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies vindictam, quod duorum populorum in duabus personis unius impietatem, alterius iniquitatem sine cunctatione scripturarum praenuntiasse non dubium est. *Lex enim*[e] *spiritalis est*, secundum apostolum, *et haec*, inquit, *duo testamenta sunt*. Neque enim historiam [9]amittimus, quod LXX annos fecerit populus in Persida[f], neque spiritalem scientiam spernimus. Ergo et septuaginta septimanae a [10]Danielo dictae quadringenti nonaginta anni tunc paene completae sunt, et sic Christus advenit in carnem, et a Christi praesentia usque ad consummationem seculi [11]paene eundem complendum annorum reperies numerum. Septuaginta enim septimanas [12]Daniel quas vidit interpretes [13]docuerunt illi primi sapientes septies et septuagies, quadringentos nonaginta annos, quem iubilaeum in lege Iudaei (non isti, sed veteres) et periti illi annum remissionis Christi et indulgentiae, carnalem praesentiam per figuram ante celebran-

2. Danihelo *A*. 3. numerum *A*. 4. et diversa *A*. 5. quotidianam *A*. 5. et *A*. 7. *Fortasse* adque. 8. ad nihilo *A*. 9. *Rectius fortasse reposueris* omittimus, *ut in seqq.* degerit *pro* fecerit. 10. Danihelo *A*. 11. poene unde complendum *A*. 12. a Danihel *A*. 13. *In A. distincta sunt haec verba* docuerunt. Illi primi *cett.*

c. domine] Matth. XVIII. 22.

d. ab eis oportere] Ab hominibus, vel ab homine, uti supra dixerat.

e. Lex enim] V. Rom. VII. 14. et Gal. IV. 24.

f. Persida] Hac vocabuli forma utitur et infra. Item cap. 61 et 112.

tes, summo gaudio expectabant, sicut in Levitico continetur. Iubilaeus autem minor quinquaginta annos habet. Non minus plus autem habere non potest: nam maior iubilaeus quingentos annos habet, minor iubilaeus quinquaginta. Maior itaque minus [14]decem quingentos annos habet, ut ex hoc iubilaeus [15]unus Christi praesentiam consummationemque seculi declararet. Septuaginta anni [16]*de captivitate populi in Persida* etsi historialiter accipiuntur, et postquam redierunt in Ierusalem et usque ad Christi domini incarnationem quingenti paene inveniuntur completi, tamen hoc etiam spiritaliter intelligendum est, quod post septuagies septies, id est post quadringentos et circa nonaginta annos oportet Iudaeos sub antichristo[g], cum fallax inventus fuerit a Iudaeis ipsis, qui primum esse Christum aestimaverint. Non multo post autem cognita eius perfidia atque fallacia, tunc gerentes paenitudinem qui fuerint reliqui omnes ad Christi fidem domini pervolabunt, ac paenitentes delicta veniam ab ipso Christo domino sicut ceteri impetrabunt, ut impleatur quod dictum est: *Amen*[h] *dico vobis, iam me non videbitis, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini;* et ut illud compleatur: *Donec plenitudo*[i] *gentium intret, et sic omnis Israël salvabitur*, sicut scriptum est, et *Si fuerit*[k] *populus Israël sicut arena maris, reliqui salvabuntur.* Et quod Isaias beatus aperte de Christo docuerit, quod omnibus redeuntibus indulturus est, ipse dominus dixit ita: *Spiritus domini*[l] *super me, propterea unxit me, evangelizare pauperibus, misit me, praedicare captivis remissionem, caecis visum, adnuntiare annum domini acceptabilem et diem retributionis.* De [17]quo dominus in templo cum accepisset librum [18]scripturamque hanc pervidisset, ait apostolis et in omnibus hoc in sui praesentia nunc fuisse completum. Quod et [19]Daniel beatissimus adtendit, quod ei dixerat dominus dicens: *Audi vir desideriorum et adverte ab exitu verbi dei*, id est a Christi incarnatione, atque eius iterum de caelo divina [20]praesentia atque consummatione seculi, quae cum [21]angelis adfutura sit.

Cap. CVIII. (Cap. CXVII.) Alia est haeresis quae de gigantibus[a] adserit quod angeli mi-

14. decima *A*. 15. [illegible] annus *pro* unus. 16. de *voculam de meo suppleri*. 17. quod *A*. 18. scripturam quae hanc *A*. 19. Danihel *A*. 20. sententia *A*. 21. angeli *A*.

Cap. CVIII. *in alio inscriptum est* DE GIGANTIBVS TEMPORE NOE. —

g. oportet Iudaeos sub antichristo] Scil. intellegi, quod de superioribus est supplendum.

h. Amen] Matth. XXIII. 39.

i. Donec plenitudo] Rom. XI. 25.

k. Si fuerit] Esai. X. 21.

l. Spiritus domini] Luc. IV. 18.

Cap. CVIII. — a. de gigantibus] Ex Graeca versione Genes. VI. 2. multi veterum ecclesiae doctorum hoc sibi persuaserunt, ut ad fragmentum Pseudo-Henochi notare me memini in Codice

scuerint se cum feminis ante diluvium, et inde esse natos gigantes suspicatur: cum Nembroth non a spiritu, id est non ab angelo, sed ab homine Chus[b], qui filius fuit Cham, inde natus sit postea, qui et in scriptura primus gigas est appellatus, quod iste coepit esse venator, et fortis homo, ut et gigas appellaretur in terra: *Inde* [1]*dicturi sunt*, inquit, *sicut Nembroth gigas ita fortis est*, si qui ei similis in fortitudine postea videretur. Homines itaque fuerunt fortes et a iuventute rapaces, vastatores, iaculantes, cursitantes, praedationi vacantes; inde veluti alieni non solum morum, verum etiam visus hominum[c] enormes [2]aestimati, ut contra naturam aliorum hominum tanta scelera perpetrantes nuncuparentur et gigantes. Gigas enim per etymologiam terrae monstrum[d] dicitur, ex duobus nominibus[e] compositum, sive forma, sive vita, sive visu, sive fortitudine, sive mole membrorum. Nam ut scias gigantes [3]non alia natura, sed de hominum fuisse progenie editos[f], et ἑξαδακτύλους in [4]Regnorum libris[g] habes quos forma grandi et mole membrorum diffusos et ingenti fortitudine de genere gigantum [5]Regnorum libri annuntiarunt, post duo milia et trecentos annos diluvii[h], sicut et illum Goliath[i], quem deiecit in pugna solus David beatissimus rex

1. dicitur hi sunt *A*. ducturi sunt *Ba*. 2. aestimati contra *A*. etiam ut *reliqui* 3. non de alia *A*. 4. Regum *b*. 5. regum libri *b*. libri Regnorum *A*.

Pseudepigrapho Veteris Test. p. 172. seq. Licebit etiam consulere Suicerum in Thesauro pag. 37. seq. et Christiani Schotani ad Sulpicium Severum notas, et Cotelerium ad Patres Apostol. T. 1. pag. 493. etc. [D. Christ. Kortholtum ad Iustin. Mart. p. 44.] *(F.)*

b. ab homine Chus] Genes. X. 8. „Χοῦς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ, οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. Οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου." *(F.)*

c. visus hominum] Aliam veluti speciem ac formam prae se ferentes. *(F.)*

d. Gigas enim per etymologiam terrae monstrum] Orpheus octavo ἱεροῦ λόγου apud auctorem Magni Etymologici:

„Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσι,
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο." *(F.)*

e. ex duobus nominibus] Γῆ *terra*, et γυῖα *membra*, proprie pedes. *(F.)*

f. sed de hominum fuisse progenie editos] Negat Philastrius gigantes ex angelis et feminis genitos, quamvis huius sententiae fuerint praeter Ambrosium, Philastri σύγχρονον καὶ σύμμαχον, de Noë et Arca 4. Lactantius, Eusebius, aliique apud Sixt. Sen. V. Bibl. Sanct. annot. 77., qui tamen Ambrosium excusat, eumque allegorice locutum ac pro angelis viros fideles ac iustos intellexisse affirmat. Vide, si vacat, notas Servatii Gallaei ad Lactant. II., 14. Potterum ad Clem. Alex. p. 260. 366., Cotelerium ad Recogn. Clem. p. 493., et in Clementinis Hom. VIII. 15., quibus in locis δρακοντόποδες, anguipedes illi gigantes dicuntur, quos Philastrius ἑξαδακτύλους vocat. (Galeard.)

g. in Regnorum libris] 2 Sam. XXI. 20. „Καὶ ἦν ἀνὴρ μαδών (Procop. ἐκ Γάδης) καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἓξ καὶ ἕξ, εἰκοσιτέσσαρες ἀριθμῷ." *(F.)*

h. post duo milia et trecentos annos diluvii] Sic apud Livium III. 5. „*Romanos quinque milia ac trecentos*," et XXXIII. 27. „*denarios triginta quatuor milia et quingentos quinquaginta.*" Plura Gronovius ad Livii XXXIX. 7. De rationibus autem ipsis computi annorum quo utitur Philastrius, a diluvio usque ad Davidis tempora, vide infra ad caput CXI. *(F.)*

i. illum Goliath] De quo interpretes

et propheta, cuius et aliorum talium, *Carra*, inquit, *instructionem portabat armorum*[k]. Quia ergo bestiali more a pueritia ad rapinam erant dediti [6]huiusmodi homines, et veluti a natura hominum morumque alienos scriptura nuntiavit. Nam quod illi angeli, qui de caelo deiecti sunt, non sunt humanae [7]naturae similes, non est dubium, nisi solum, quia nefanda et contraria, contraque legem suggerere, sicuti et nunc hominibus faciunt, praevalebant intrantes in homines[l], id est suadentes: sicut Iudaeis inimicus humani generis persuasit, contra [8]deum contraque sanctos prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptum est[m]: *Intravit*, inquit, *satanas in Iudam.* Ita igitur et ante intrantes immundi spiritus in animas hominum ac feminarum[n] malae persuasionis scelera in orbem terrarum diffuderant. Si [9]qui autem putaverit esse iustum angelos ita peccasse transformatos in carne, ut in ea [10]remansisse aut ita factos carnales crediderit, violenta ratione decernit [11]historiam[o], sicuti et paganorum et poëtarum mendacia[p] adserunt deos deasque transformatos nefanda conubia commisisse. Quod si factum est aliquando[q], et nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. [12]Gigas autem et in bono

6. cuiusmodi *A B*. 7. naturae similes, non est dubium, nisi *om. A*. 8. dominum *A*. 9. quis *A B*. 10. carne mansisse *A*. 11. historia *A*. 12. Gygas *B*. *Et ita vulgo*.

ad I Sam. XVII. et Rosae. Paulus Christianus Hilscherus, pastor ecclesiae Dresdensis, in vita Goliathi, quam eruditis et iucundis ornatam observationibus cum commentario in Psalmum apocryphum CLI. et epistola de Oge gigante in lucem edidit Lipsiae 1716. 4. (F.)

k. Carra inquit instructionem portabat armorum] Carrus sive carra proprie plaustri Gallici genus, quo impedimenta imponebant, unde σκευοφόρα dicitur interpreti Graeco Caesaris. Vide Io. Schefferum de Re Vehiculari lib. 2. c. 28. p. 329. Caeterum unde hoc habuerit Philastrius, nescio, quod de carra intellexit, quod ait de armigero 1 Sam. XVII. 7. „Ὁ αἴρων τὰ ὅπλα αὐτοῦ נשא הצנה προεπορεύετο αὐτοῦ." Pondus armorum Goliathi, Augustinus Calmetus notat expendisse libras 272. (F.)

l. intrantes in homines] Suggerendo et ad mala incitando, quod ἐμβάλλειν, ὑποβάλλειν, ἐγγίνεσθαι, ὑποτίθεσθαι δαίμονας veteres dicere consueverunt. Vide Damasceni Parallela Sacra T. 2. p. 648. *(Fabr.)*

m. sicut scriptum est] Ioh. XIII. 27. „εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ σατανᾶς." *(F.)*

n. hominum ac feminarum] Homines pro viris ponit, ut supra c. 17. „*Idola hominum ac mulierum*," ubi vide si placet a me notata. *(F.)*

o. decernit historiam] Supra c. 101. „*[illegible]*." *(F.)*

p. paganorum et poëtarum mendacia] Etiam atque etiam haec illis exprobata a Christianis scriptoribus in praeclaris suis apologiis adversus gentes, a Iustino Martyre, Clemente Alex., Arnobio, Tertulliano, Lactantio, Minucio Felice, Commodiano, Iulio Firmico aliisque. *(Fabr.)*

q. Quod si factum est aliquando] Vide interpretes ad Ecclesiastae I. 9. et Gatakerum p. 257. ad M. Antonini VII. 1. Gassendum de Philosophia Epicuri p. 166. Melissus Samius apud Palaephatum: „Ἔστιν, ἃ ἐγένετο, νῦν, καὶ ἔσται." M. Antoninus XII. 26. „Πᾶν τὸ γινόμενον οὕτως ἀεὶ ἐγίνετο καὶ γενήσεται καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται." *(F.)*

accipitur virtutis causa: *Exultabit enim ut gigas*[r] *ad currendam viam.* Quod in Christi divina praesentia probatum ostenditur atque consummatum.

Alia est haeresis quae dicit paganitatem a deo institutam[a], non ab hominum malignitate et suggestione inimici vitiorum causa et facinorum gignendorum fuisse excogitatam. Quae ergo a deo instituta est, quomodo damnatur ab eodem deo? Nam quod ab origine mundi dei patris omnipotentis et filii eius et sancti spiritus scientia[b] nuntiata sit, non est dubium. [1]Cur enim in libro creaturae mundi[c], id est in Genesi scriptum habeas: *Et dixit deus, et fecit deus;* et iterum: *Dixit deus*[d], *Fiant luminaria;* et sexto die dixit deus: *Faciamus*[e] *hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Et fecit deus non angelo utique persuasore[f] in creatione hominis, sed filii sui, Christi domini nostri et sancti spiritus, [2]manifestum est. Habes enim in Genesi, id est in primo libro sanctam adorandamque trinitatem ante hominibus nuntiatam. Dicit enim ita: *Et pluit dominus a domino*[g] *sulphur et ignem.* Et iterum de spiritu[h]

Cap. CIX. (Cap. CVIII.)

Cap. CIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DEO TRIBVENS PAGANITATEM ET OMNIA FACINORA. — 1. Cur *ego.* cum *libri omnes.* 2. *Reposuerim* ut manifestum est.

r. Exultabit enim ut gigas] Psal. XIX. 5. „Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ," quod de Christo libenter pii veteres interpretantur, ut Rufinus, Gregorius Magnus, Bernhardus, alii. *(Fabr.)*

Cap. CIX. — a. paganitatem a deo institutam] Paganitas, ut paganismus et pagania, ponitur pro religione et sacris ethnicorum, quos paganos dictos notissimum est a pagis, in quibus deos colebant, cum e fanis urbium et civitatum proscriptus idolorum cultus esset. Hanc paganitatem non minus quam Christianitatem vel Iudaismum hactenus probari deo, ut qui in illa sceleris purus vivat, possit salutem aeternam consequi, Pelagianis et aliis quibusdam persuasum. *(F.)*

b. patris omnipotentis et filii eius et sancti spiritus scientia] Doctrinam de ss. trinitate statim sub ipsum exordium rerum, hominibus a deo traditam, deinceps evincere instituit Philastrius, argumentis non firmissimi pariter roboris. *(F.)*

c. in libro creaturae mundi] Supra c. 79. p. 150. *(F.)*

d. Et dixit deus, et fecit deus, et iterum dixit deus] Non tantum ter, sed saepius hoc repetitur Gen. I. 3. 7. 14. *(Fabr.)*

e. Faciamus] Genes. I. 26. Basilius homil. 10. in Hexaëm. pag. 44. edit. Graec. Basil. „Διὰ τί οὐκ εἶπε Ποιήσω (ita leg. pro Ποίησον), ἀλλὰ Ποιήσωμεν ἄνθρωπον; ἵνα μὴ τὸν πατέρα ἐπιγινώσκων, τὸν υἱὸν ἀγνοῇς, ἵνα εἰδῇς ὅτι πατὴρ ἐποίησε διὰ υἱοῦ, καὶ υἱὸς ἐκτίσατο πατρῴῳ θελήματι, καὶ δοξάσῃς πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὕτω κοινὸν γεγονὸς ἔργον, ἵνα κοινὸς προσκυνητὴς ἀμφοτέρων ᾖς, μὴ σχίζων τὴν προσκύνησιν, ἀλλ' ἑνῶν τὴν θεότητα. *(F.)*

f. non angelo utique persuasore] Angelos allocutum deum cum dixit *Faciamus hominem* docebat Saturnilus teste Epiphanio T. 1. p. 62. Idem Iudaei sentiunt. Vide Maimonidem More Nevochim parte 2. c. 6. et Manassem Israëlidem Conciliator. in Genesin, qu. 6. *(F.)*

g. dominus a domino] Infra c. 109. ex Genes. XIX. 24. Κύριος παρὰ κυρίου. Ita veteres explicant hunc locum ut filius a patre in Sodomitas poenam immittere intelligatur. Licet Hebraismus ferat ut *dominus a domino* idem denotat quod *a se ipso*, ut notavit Theod. Hackspanius in Sylloge p. 150 seq. Gatakerus c. 17. Adversar., Grotius ad 2 Timoth. I. 18. *(F.)*

h. de spiritu] Genes. I. 2. „Καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος." *(F.)*

in primo die: *Et spiritus dei superferebatur super aquam.* Et Pharao[i] rex Aegypti dicit: *Quis haec interpretabitur,* [3]inquit, *nobis, nisi qui dei habuerit spiritum?* Et David[k]: *Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Postea vero voluntas hominum prava, recedens a tanta scientia pietatis, idolorum mendaciis ac vanitatibus studiose cum [4]properaret inservire, turpissimaeque vitae se dare maluisset, iudicio [5]damnationis obnoxia tenebatur, ita ut ante prophetae dicerent: *Sacrificans diis*[l] *eradicabitur.* Et iterum: *Dii qui caelum non fecerunt*[m], *eradicabuntur.* Et ideo [6]dominus [7]non suam novam praesentiam[n] ostendebat dicens: *Qui* [8]*loquebatur in prophetis, ecce adsum*[o]. Neque ergo angelos adorari praecepit alicubi dominus, neque mundi elementa[p], nec creaturam aliquam, neque idola, quae hominum voluntas pessima sui sceleris et turpitudinis perpetrandae causa maluit invenire, ut colentes [9]ea effusam operandi mali possint habere licentiam. Nam et ipsum nomen idoli, species doli et formae praevaricatio[q], de interpretatione Graeca est nuncupatum. Trinitas itaque Christianitatis ab origine mundi praedicabatur, et veritas pietatis sine intermissione ubique docebatur. Nam et David[r] docet: *Dixit dominus domino meo;* et[s]: *Spiritus* [10]*tuus bonus deducet* [11]*me in viam rectam;* et iterum[t]: *Spiritus* [12]*domini* [13]*implevit orbem terrarum;* et[u]: *Quo fugiam a spiritu tuo, et a facie tua quo vadam?*

3. inquit *om. A.* 4. properat *libri omnes.* 5. damnationis obnoxia *A.* damnationi obnoxio *reliqui.* 6. et dominus *A.* 7. non *om. b.* 8. loquebar *A.* 9. ea *Ac.* eam *reliqui.* 10. tuus *om. A.* 11. me *om. A.* 12. dominus (*A*)*b.* 13. replevit *b.*

i. Pharao] Genes. XLI. 38. „Μὴ εὑρήσομεν ἄνθρωπον τοιοῦτον ὃς ἔχει πνεῦμα θεοῦ ἐν αὐτῷ." *(F.)*

k. Et David] Psal. XXXIII. 6. „Τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν." Vide supra c. 67. *(Fabr.)*

l. Sacrificans diis] Exod. XXII. 20. „Ὁ θυσιάζων θεοῖς, πλὴν κυρίῳ, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται." *(F.)*

m. Dii qui caelum non fecerunt] Psal. XCVI. 5. „Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, ὁ δὲ κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν." *(F.)*

n. non suam novam praesentiam] Qui non nunc primum veniret, sed pridem iam adfuisset praesens ecclesiae suae. *(F.)*

o. Qui loquebatur in prophetis, ecce adsum] Puto respici ad Ioh. VIII. 56. 58., licet verba incassum ibi quaesiveris. [Imo Es. LII., 6. infra cap. 133.] *(F.)*

p. mundi elementa] Solem, lunam et stellas, ut supra cap. 61. pag. 122. Theophylactus in Coloss. II. 8. „Στοιχεῖα κόσμου ἥλιον καὶ σελήνην λέγει." *(Fabr.)*

q. ipsum nomen idoli species doli et formae praevaricatio] Forma Graecis εἶδος, praevaricatio et dolus δόλος, unde idoli nomen quasi εἴδους δόλος Philastrio componitur. *(F.)*

r. David] Psal. CX. 1. „Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου." *(F.)*

s. et] Psal. CXLIII. 10. „Τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν τῇ εὐθείᾳ." *(Fabr.)*

t. et iterum] Psal. LXXX. 9. „Ἐπλήσθη ἡ γῆ." Psal. CIV. 24. „Ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου." *(F.)*

u. et] Psal. CXXXIX. 7. „Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω." *(F.)*

Nam [14]Solomon docet[x] quod idololatria ab homine instituta [15]sit. Quia amissum filium suum cum diu fleret quidam [16]pater, fecit imaginem eidem, et videndo delectabatur in ea; atque ex eo traditam fuisse posteris, diversamque impietatis materiam inde humano in genere pullulasse.

Cap. CX. (Cap. CIX.)

Alia est haeresis quae dicit Christianos [1]nuperrimos[b] et posteriores Iudaeis et paganis fuisse creatos; ignorans quod Iudaeis et paganis natura priores creati sunt et fide, vita et tempore, sacrificio[c] et conversatione. Fide quidem, quia ab Adam usque ad [2]Moysen tribus annorum milibus et septingentis[d] omnes iusti deum et deum[e], [3]dominum et dominum colentes, etiam spiritum sanctum, veram nuntiabant trinitatem, ita ut ipsam trinitatem integram sine labore possis[f] cognoscere ab [4]illis beatis prioribus et antiquis, nobis etiam [5]hoc postea fuisse [6]manifestatam a domino. Cum enim

14. Solomon *Ba.* Salomon *bc.* Salomon beatus *A.* 15. sit illo qui amissum *A.* 15. ut pater *A.*

Cap. CX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE CHRISTIANIS TEMPORE VLTIMO VERBO DEI[a] CREDENTIBVS. — 1. nuperiores *A.* 2. Mosen *ab.* 3. dominum *om. A.* 4. aliis *b.* 5. hoc *om.* (*A*)*b.* 6. manifestatam (*A*)*b.* manifestata *Ba.* manifestatum *c.*

x. Solomon docet] Sapient. XIV. 15. seq., cui loco illustrando conferendi Philo libro de Decalogo et de Vita Contemplativa, Athanasius contra Gentes T. 1. p. 10. seq. Lactantius lib. 1. c. 15. seq. E recentioribus Vossius lib. 1. de Idololatria c. 11. Io. Faës ad Gyraldum p. 698. seq. etc. *(F.)*

Cap. CX. — a. VERBO DEI] Λόγον Christum intellige, cuius cultores heri et nudius tertius demum coepisse haeresis ista garriebat. *(F.)*

b. Christianos nuperrimos] Haec obiectio novitatis adversus Christianos frequens olim fuit in ore ethnicorum Iudaeorumque. Vide Elmenhorstii notas ad Arnobium lib. 1. p. 19. et D. Kortholti, τοῦ μακαρίτου, Obtrectatorem Paganum capite I. et V. [Et ad Iust. Mart. p. 31 et 55.] Respondebant Christiani, dogma suum non esse minus antiquum quam verbum illud quod erat ab initio. „Διὰ τὸν λόγον ὃς ἐν ἀρχῇ ἦν, ἀρχαΐζομεν." inquit Clemens Alex. in Protreptico pag. 5. Confer Agobardum libro contra Fredegisum Abbatem T. XIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 277. seq. *(Fabr.)*

c. fide, vita et tempore, sacrificio] Haec quatuor deinde distincte per partes Philaster persequitur, hinc concludit, natura ac tempore priores esse Christianos Iudaeis ac paganis, hoc est et praestantiorem et antiquiorem esse ipsorum doctrinam Iudaica ethnicaque. *(F.)*

d. tribus annorum millibus et septingentis] Hoc loco ut infra haeresi 140. et 150. numeros LXX. interpretum sequitur Philastrius, quod veteres Christiani ad unum fere omnes facere consueverunt. Secundum Hebraicos quidem codices longe minus spatium memorare debebat, nam in illis ab Adamo sive orbe condito ad Moysis qui CXX. annis vixit nativitatem, computantur anni non plures quam bis mille trecenti et septuaginta tres, ita ut migratio ex Aegypto et legis sanctio in monte Sinai facta incidat in annum 2453. *(F.)*

e. deum et deum] Id est deum patrem et deum filium. Solent in hanc sententiam veteres laudare locum Genes. I. 27. „*Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit ipsum.*" *(F.)*

f. possis] Ita ex Basil. et Lugd. scripsi pro eo quod perperam erat in Helmst. *possit.* Deinde sustuli στιγμὴν post *antiquis,* et retinui *hoc* quod Lugd. male misit. Ibidem perperam editur *aliis* pro *illis,* et in Basil. *manifestata,* al. *manifestam.* Sensus huius loci est, quod facile intelligere liceat, hoc ipso post et per antiquos illos dogma de ss. trinitate a deo nobis fuisse manifestatum. *(Fabr.)*

dicit scriptura[g], *Pluit dominus a domino super Sodomam* [7] *et* [8] *Gomorram sulphur et ignem*, quid tibi videtur nuntiare? nonne deum patrem per filium suum, id est Christum deum cuncta signa et mirabilia perfecisse declaravit? Quod sciens David dominum patrem et dominum Christum, id est verbum eius, et sanctum spiritum nuntiabat: trinitatem quidem personarum, unius tamen maiestatis et substantiae ac divinitatis aequalem potentiam nuntiabat. Tamen filium de deo patre esse [9] priore[h], et spiritum sanctum, proprie demonstravit, edocens[i]: *Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum*; et iterum alibi[k]: *Dixit dominus domino meo*. Et omnes prophetae de verbo et spiritu nuntiaverunt[l], ubique ita dicentes: *Et factum est verbum domini ad me*[m], et: [10] *Spiritus domini fuit ad me*[n]. Ergo non est fidei causa temporalis [11] Christianitas[o p], sed ante Iudaeos et paganos in lege quidem studentibus et quaerentibus erat manifestata: [12] non autem [13] cupientibus[q] [14] vox patris omnipotentisque scientia nuntiabatur a sanctis illis doctoribus et perfectis. Vita etiam non alia priores illi sancti nisi hac, in qua nos vivimus, utebantur. Usque ad Abraham

7. et *om. b.* 8. Gomorra *A.* 9. priorem *b.* *In A. verba* priore, et spiritum sanctum *omissa sunt.* 10. spiritus inquit domini *A.* 11. Christianitas *A.* Christianitatis *reliqui.* 12. non *Ac.* nunc *reliqui.* 13. capientibus *A*, cupientibus *reliqui.* 14. vix patris omnipotentis scientia *A.*

g. scriptura] Genes. XIX. 24. supra p. 214. *(F.)*

h. priore] Ita recte Helmst. et Basil. nam in Lugd. male est *priorem.* Pater filio prior est origine, non tempore nec natura. *(F.)*

i. edocens] Psal. XXXIII. 6. Confer supra c. 108. *(F.)*

k. alibi] Psal. CX. 7. *(F.)*

l. nuntiaverunt] Hac loco ponendum comma, non post *ubique*, ut faciunt priores editiones. *(F.)*

m. verbum domini ad me] Esaias XXXVIII. 4. *(F.)*

n. Spiritus domini fuit ad me] Id. LXI. 1. Ezech. XI. 5. etc. *(F.)*

o. non est fidei causa temporalis Christianitas] Vetus gloss. „*Temporalis*, ὀλιγοχρόνιος." Sententia Philastrii est fidem Christianitatis sive Christianorum non esse ante breve tempus demum exortam, non esse χρονίτας Christianos, quo convicio catholicos proscindebat Aëtius, perabsurde quidem ille ad quem S. Athanasius dialog. 2. de Trin. p. 163. T. 2. „Πῶς δὲ λέγεις χρονίτας, τοὺς ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων μέχρι καὶ σήμερον σέβοντας πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα; ἢ τοὺς ἀπὸ σοῦ τοὺς χθὲς ἢ σήμερον φανέντας καὶ αἵρεσιν ἔχοντας;" Eodem sensu vocabulum *temporalis*, pro re ante breve tempus exorta, vel per breve tempus durante, saepius apud nostrum ponitur, sed et apud Tertullianum et alios. *(F.)*

p. temporalis Christianitas] *Temporalis* hic et aliis sumitur a Philastrio pro re ante breve tempus exorta, ut recte notavit Fabricius ad h. l. et ad cap. 112. 122. 129. „quod est temporalitatis," pro eo quod recens minimeque antiquum, explicante eodem Fabricio. (Galeard.)

q. non autem cupientibus] Ita scribendum mihi visum est necessario pro *nunc*, quod nullum fundebat sensum. Venit etiam in mentem *capientibus* pro *cupientibus*, hoc tamen praetuli, quia studentibus et quaerentibus melius respondet. Esaiae LXV. 1. „*Invenerunt qui non quaesierunt me.*" Porro *vox patris, et omnipotentis scientia*, est doctrina de deo omnipotente creatore caeli et terrae eiusque cultu et lege, non simul facta mentione filii salutificatoris, nec spiritus s. *(F.)*

enim non circumcisionem habentes[r], non sacrificiis gaudentes[s] deo placebant, et iusti in omnibus ab eo nuntiabantur. Dixit enim David[t], *Sacrificium deo cor contribulatum*; et[u], *Immola deo sacrificium laudis*. Et quod necessitate indocilitatis cogente sacrificia temporalia, non perpetua nec vera[w], fuerunt indicta Iudaeis, nec salutaria, dicit propheta ad Iudaeos[x], *Ecce ego facio nova*, et[y], *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis*. Ante ergo Iudaeis [15] Esaias testabatur propheta[z]: [16] *Qui enim exquisivit haec de manibus vestris?* Et iterum[a]: [17] *Circumcidimini corda vestra, et non corpora vestra*. Quale autem [18] est quod sacrificium Melchisedech sub Abraham[b] inprimis obtulerit, ante quadringentos annos quam Iudaei nominarentur aut [19] Iudas nasceretur[c d], et antequam acciperent [20] librum Geneseos, praevidens mysterium Christianitatis[e]? ut omnia quae in Christianitate sunt, sive fides, sive vita, sive sacramentum[f], non temporalia, sed ab origine mundi statuta et nun-

15. Isaias *(A)abc.* 16. Quis *(A)bc.* 17. Circumcidite *(A)b.* 18. est quod *om. A.* 19. Iudâ nascerentur *c.* 20. in libro Geneseos pervides *A.*

r. non circumcisionem habentes] Praeclara sunt quae in hanc rem disputat Eusebius libro I. Demonstrationis Evangelicae, quem si placet adi. *(F.)*

s. non sacrificiis gaudentes] Constat tamen a primis hominibus oblata deo sacrificia. At certe cerimoniae sacrificiorum leviticae nondum erant tunc temporis institutae, quod adversus Iudaeos satis est. *(F.)*

t. David] Psal. LI. 19. *(F.)*

u. Immola deo] Psal. L. 14. *(F.)*

w. nec vera] Quae vere possent divinam expiare iram et salutem hominibus conciliare. Eiuscemodi unicum verum et salutare sacrificium se pro nobis obtulit Christus. *(F.)*

x. propheta ad Iudaeos] Esaias XLIII. 19. *(F.)*

y. Priusquam veniant] Id. XLVIII. 5. 6. infra haeresi CXLIV. *(F.)*

z. Isaias testabatur propheta] Cap. I. 12. *(F.)*

a. Et iterum] Ierem. IV. 4. *(F.)*

b. sub Abraham] Iam Abrahami tempore, Genes. XIV. 18. sacrificium ἐπινίκιον Melchisedechus praesente Abrahamo obtulit. *(F.)*

c. Iudas nasceretur] Minime necessaria videtur doctissimi Fabricii emendatio, cum priores editiones recte habeant „Iudas nasceretur," quibus suffragatur Corbeiensis codex. Sensus enim Philastrii est, non quod ab Abrahamo ad Iudam effluxerint 340. anni, sed quod Melchisedech sacrificium obtulerit ante quam Iudaei nominarentur aut Iudas nasceretur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos; ubi numerum perfectum ponit pro incompleto, utiturque μεταθέσει quadam seu transpositione verborum, quam Fabricius agnovit in illo quoque „praevidens mysterium Christianitatis," quod recte notat referri ad Melchisedech. Fortasse verba illa „quadringentos annos" irrepserunt in locum non suum, legendumque proinde „antequam Iudaei nominarentur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos." (Galeard.)

d. Iuda nascerentur] Sic emendavi, cum in prioribus editionibus reperissem *Iudas nasceretur*, quae lectio ferri non potest. Quis enim diceret ab Abrahamo ad natum usque Iudam effluxisse annos 340? quos ab primo Abrahami in Canaanitidem adventu usque ad exitum Israelitarum ex Aegypto numerat apostolus Galat. III. 17. *(F.)*

e. praevidens mysterium Christianitatis] Haec verba cum prioribus connectenda adeoque per interrogationem efferenda esse existimo. Priores editiones illa divellentes post vocabulum Geneseos faciunt στιγμήν, frigido sensu. *(Fabr.)*

f. sacramentum] Sacrificium Christi, de quo iam dixit. *(F.)*

nata et potius celebrata cognoscas. In Christo autem et per Christum, per quem cuncta facta sunt[g], oportuerat nos ab eo videre et cognoscere, [21]et, quod erat maius in lege mysterium de eo ante nuntiatum, [22]ab ipso plenius excipere completum [23]consummatumque. Nam quod et castitas[h] similis fuerit in prophetis quam plurimis non est dubium, ut in Helia, Helisaeo, Daniele, [24]Hieremia, [25]Esdra, tribus pueris, et aliis multis beatissimis: ut in Christi praesentia et quod supra legem erat[i] ante nuntiatum ab eis cognosceretur, et quod per legem [26]coniunctum erat[k], ipsius firmaretur divina sententia, voluntatique[l] hominum et studio concessa haec gratia nosceretur. Ideo et ipse dominus priores illos sanctos ante legem[m] nobis et nos illis prioribus secundum fidem iustitiae copulabat, Iudaeos autem [27]et paganos [28]respuens, qui medio tempore inter mandatum erant et gratiam[n] positi, qui inimica volun-

21. et om. A. 22. ab ipso plenius excipere completum om. A. 23. atque consummatum A. 24. Ieremia Ab. 25. Hesdre B. Esdrae a. 26. coniugium A. 27. et re inter mandatum A, cetera omissa. 28. respiciens c., [illegible].

g. per quem cuncta facta sunt] Iohannes versu et capite primo evangelii. (Fabr.)

h. Nam quod et castitas] Ostendit caelibem vitam quam multi Christianorum ducebant, non esse rem novam, sed iam eiusmodi institutum sectatos aliquos e prophetis sub lege. De Daniele vide Huetii Demonstr. Evang. p. 400., et de tribus pueris eiusdem viri doctissimi notas ad Origenem pag. 66. Cosmas Indopleustes VIII. pag. 307. „Οὔτε γὰρ γάμος [illegible] ἀλλ' ἡ παράδοσις [illegible]" S. Hieronymus ad Eustochium de Custodia Virginitatis: „Virgo Helias, Helisaeus virgo, virgines multi filii prophetarum. Hieremiae dicitur (XVI. 2.): Et tu ne accipias uxorem." (F.)

i. quod supra legem erat] Nusquam enim lex caelibatum praecipit. In superioribus editionibus male coniunguntur verba: „quod supra legem erat annuntiatum," nullo sensu. (F.)

k. coniunctum erat] Male hic editiones coniunctum, sed Corbeiensis codex recte coniugium. Nam cum antea Philastrius dixisset caelibatum ante nuntiatum ab Elia, Elisaeo aliisque prophetis esse supra legem, apposite subdit „coniugium quod per legem erat, in Christi praesentia (scilicet in evangelio) fuisse ab ipso Christo divina sententia firmatum," nempe illo Matth. XIX. 6. „Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω." (Galeard.)

l. voluntatique et studio concessa] Etiam sub lege et ante legem: non gratiae Christianitatis demum reservata. (Fabr.)

m. sanctos ante legem] Abrahamum verbi gratia, qui per eandem fidem iustitiam consecutus fuit, qua nos eam consequimur. (F.)

n. inter mandatum et gratiam] Id est inter statum antelegalem et gratiam evangelii. Mandatum hoc sensu habes infra haeresi 144. et disertissime haeresi 146. et 148., ubi distinguit haec tria, mandatum, legem in medio tempore, et Christi gratiam. S. Maximus T. I. p. 86. 269. et alibi vocat τὸν φυσικὸν νόμον, τὸν γραπτὸν sive γράμματος, et τὸν πνευματικὸν sive legem χάριτος, ut appellatur etiam a Proclo Cpol. homilia 2., ubi septem leges computat. [Legem et gratiam ita opponit Photius IV. contra Manichaeos p. 113. 129. 131. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 165. 167. 171. 178., ubi Christus „τῆς χάριτος νομοθέτης." Chrysost. tom. VI. ed. novae p. 324. et tom. IV. p. 593. sq. πολιτείαν ἀγγελικὴν ante-mosaicam, legem Mosis et Christi πολιτείαν. Idem tom. II. p. 276.

tate ac perniciosa pessumdati reperiuntur in vitiis carnalibus, doctrinae caelesti inimici et adversarii, aeterno poenarum iudicio reservati.

Est haeresis quae dicit nasci paganos naturaliter[a], non Christianos[b], id est rerum natura[c] corpus et animam hominis non a deo per Christum creari quotidie, sed per vanitatem paganam ita progredi [1]arbitratur, cum ab Adam usque ad Abraham, et postea usque ad Iudam, qui post Abraham quartus est in generatione[d], [2]non pagani[e] fuerint, neque Iudaei appellati, sed gentes a provinciarum nomine et diversitate nuncupati. Pagani autem post Iudaeos sive a [3]pago[f], id est loco, sive a provincia una[g] dicti sunt, sive a Pagano rege[h], quod verum esse, ut ait Hesiodus[i] Graecus poëta, manifestum est. Si ergo a [4]pago, loci est indicium, sicuti et nunc dicitur[k] de pago illo: si autem de idolis, quod ea colentes Cap. CXI. [Cap. CX.]

Cap. CXI. in abc. inscriptum est DE CORPORE ET ANIMA HOMINIS HAERESIS NOCENTISSIMA. — 1. arbitrantur A. 2. non om. A. 3. pagano (A)b. 4. pagano b.

ait Iobum fuisse „πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου." Vocem τῆς χάριτος eodem sensu p. 228. D. 229. A.] (F.)

Cap. CXI. — a. nasci paganos naturaliter] Propagatione naturali animorum, non quotidiana creatione. Assentitur nempe Philastrius sententiae parum credibili, sed Hilario, Hieronymo multisque aliis ecclesiae doctoribus probatae, (vide Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmatt. Eccles. p. 131.) statuitque animas a deo quotidie per Christum creari, quod Augustino etiam placuit initio: sed deinde dubius ille haesit, cum a Pelagio obiiceretur animam, si ex traduce non sit, poenam originalis peccati non mereri, cuius obiectionis solutionem neque orando, neque legendo, neque cogitando et ratiocinando invenire se potuisse ait epistola 28. (novae edit. 166.) ad Hieron. Confer Henrici de Noris Vindicias Augustinianas p. 101. 110., et Iac. Thomasii, τοῦ μακαρίτου, Diss. de Origine Animae sect. 3. §. 34. seq. (F.)

b. non Christianos] Tertulliani, qui et ipse animam propagari ex traduce affirmat, libro de Anima c. 9. 19. 22. 27. 36., celebre dictum est c. 18. Apologetici: „Fiunt, non nascuntur Christiani," „quod erudita Diss. historico-theologica pridem illustravit D. Matthias Zimmermannus Lips. 1662. 4. (F.)

c. rerum natura] H. e. generatione, sic infra c. 112. „Ergo natura rerum deo adscribenda est, non hominum vanitati." (Fabr.)

d. quartus in generatione] Iudas a quo Iudaei nomen habent, Iacobi filius, nepos Isaaci, Abrahami pronepos. (F.)

e. non pagani] Negat Philastrius tunc fuisse Graecos idololatras, neque auditum Graecorum paganorumque nomen. (Fabr.)

f. sive a pago] Vide Vossii notas ad Plinii epist. de Christianis p. 46. seq. et Weitzium ad Prudentium pag. 614. nec non Cangium in Glossario Latino. (F.)

g. a provincia una] Graecia. (F.)

h. a pagano rege] Hellene vel Graeco, de quo infra hoc capite. (F.)

i. ut ait Hesiodus] Infra: „quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus Graecus poëta, pagani sunt appellati. Atque iterum: et, ut ait Hesiodus, a Graeco rege (Hellene) fuisse Graecos appellatos." Versus quibus hoc scripsit Hesiodus, hodie non exstant quod sciam: licet Strabo VIII. p. 370. cum notasset ab Homero solos Thessaliae incolas vocatos Ἕλληνας, subiungit Hesiodum et Archilochum Ἕλληνας dixisse etiam qui essent Πανέλληνες. (F.)

k. sicuti et nunc dicitur] Ut nunc etiam moris est ab hoc vel illo pago aliquem denominare, sive pagus villam, sive praefecturam denotet, ut apud Caesarem, cui universa Helvetiorum gens in quatuor pagos dividitur. (F.)

sculptilia ita nominabantur pagani, id est gentiles; quia non a deo idola, sed ab hominum pravissima inventa sunt voluntate, sicut et scriptura nostra[l] et paganorum quam plurimi nuntiarunt, homines haec invenisse ad seductionem [5]damnationemque animarum, quod illa aspiciens populus[m] delectabatur epulis, in quorum vanitate suis animis interitum afferebant. Certa autem est probatio et maior, [6]quod ipsi pagani in suis historiis referunt, quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus Graecus poëta, pagani sint appellati, [7]qui postea ex rege Pagano[n], Deucalionis filio et Pyrrhae, quasi [8]plausibile atque amabile nomen eius habentes, imo potius colentes memoriam eius usque in hodiernum diem, [9]hoc mendacium nominis usque nunc detinent percolentes. [10]Hellen itaque, id est Graecus homo, a lingua et a nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali et Romani a Romulo et Latini a Latino nomen acceperunt, non ab idolorum impietate. Idola etenim, id est formas[o] sculptilium hominum[p] postea pessima voluntas invenit. Linguam autem Graecam provinciae unius proprietas declaravit, quam rex paganus ex suo nomine confirmavit, ut ait Hesiodus a Graeco rege fuisse Graecos[q] appellatos, qui Graecus nomine filius fuit Deucalionis.

Cap. CXII. (Cap. CXI.) Alia est haeresis quae dicit incertum numerum esse annorum a mundi origine, et ignorare homines curricula temporum, cum ab Adam usque ad diluvium[a] decem sint generationes et annorum

5. damnationemque *om.* A. 6. *Verba* quod ipsi pagani in suis historiis referunt *desiderantur in c., ut in A. verba* in suis - - poëta, pagani. *Idem pro* sint appellati *habet* sunt appellati. 7. quod c. 8. passibile A. 9. hoc A. hoc est *reliqui.* 10. Helles *libri omnes.*

Cap. CXII. *in abc. inscriptionem habet* DE ANNORVM MVNDI INCERTITVDINE HAERESIS. —

l. scriptura nostra] Sap. XIV. 15. sq. supra, c. 108. *(F.)*

m. aspiciens populus] Exod. XXXII. 6. *(F.)*

n. ex rege Pagano] Hellen Deucalionis et Pyrrhae filius, ut Thucydides, Apollodorus, Strabo, Eusebius consentiunt. Ab Hellene hoc Ἕλληνες. Confer Erasmi Vindigii librum qui inscribitur Hellen, tomo undecimo Thesauri Antiquitatum Graecarum Gronoviani p. 321. et Salmasium de Hellenistica p. 348. sq. *(Fabr.)*

o. formas] Εἴδη, unde εἴδωλον nomen. *(F.)*

p. sculptilium hominum] Sculptiles hominum imagines. *(F.)*

q. a Graeco rege fuisse Graecos] Hoc est ab Hellene, ut supra dixerat: „*Hellen itaque, id est Graecus homo, a lingua et nomine regis dicitur.*" Alioqui Γραικοὶ etiam dicti a Graeco Thessali F., quod antiquius nomen quam illud Ἑλλήνων. Vide quae viri docti ad Stephanum Byz. in Γραικοί. *(F.)*

Cap. CXII. — a. ab Adam usque ad diluvium] Si numeros singulos a Philastrio notatos colligas, prodibunt a rerum origine ad natum Christum anni 5341. Satis autem constat ex aliis etiam ipsius locis, eum sequi LXX interpretum calculum, non codices Hebraicos, nam ita 3700 annos ad Moysen usque computat c. 109. et c. 150., et ab Adamo ad Eberum usque annos 2700 c. 104. Aliorum veterum computum ad hunc Philastrii quam proxime accedentium notavi in Bibliographia Antiquaria c. 7. p. 191. *(F.)*

MMCCXLII anni, et a diluvio usque ad confusionem linguarum sub Heber sancto, [1]qui non consenserat aedificationi turris[b], quinta sit generatio, paene DC anni, quando et nomina provinciarum divisa sunt, [2]veluti LXXII linguarum[c]. Exinde usque ad Abraham patriarcham quinta est generatio, anni DXL. Et ab Abraham usque ad [3]Moysen septem generationes, anni CCCCXXX, ut ait beatus apostolus[d]: et a [4]Moyse usque Samuel [5]iudicem DCXXIX anni: et a Samuel et David usque ad captivitatem Iudaeorum in [6]Persida anni paene D: [7]et a captivitate usque ad domini nostri praesentiam anni paene D: et inde a domino usque nunc [8]anni CCCCXXX plus minus[e f]. Ergo si haec fides erat[g] in illis prioribus sanctis nostris patribus quae in nobis est, ab illis autem ante est tradita et praedicata, id est patris et filii et sancti spiritus, haec, quippe divina scientia, quomodo temporalis est[h], ut quidam aesti-

1. quae *c., mendose.* 2. veluti LXXV linguarum et exinde A. 3. Mosen *(A)abc.* 4. Mose *(A)abc.* 5. iudicem *om.* A. 6. Perside *(A)b.* 7. et captivitate *b.* 8. anni CCCCXXX plus minus A. anni CCCCXXX plus *Ba.* anni CCCLXXX plus *c., ex coniect. Latini Latinii.* anni 1430 plus *b., mendose.*

b. qui non consenserat aedificationi turris] Mirum videri possit magno Bocharto non venisse in mentem huius loci, in quo Philastrius diserte affirmat Heberum non consensisse aedificationi turris, ubi idem et ipse docet lib. I. Phal. 10. Cf. Augustin. de Civ. Dei XVI. 11. ibique Ludov. Vives, ac praeterea, si placet, Steph. Morinum Exercit. de Linguis Part. I. cap. 8. pag. 44. sqq., quamvis contra sentiat Huetius Demonstr. Evang. prop. 4. pag. 68. Hoc idem Philastrius dixerat supra cap. 105. (Galeard.)

c. LXXII linguarum] Vide Coteler. ad Clementin. XVIII. 4. Potterum ad Clementem Alex. pag. 404. Bochartum lib. 1. Phaleg. c. 15. *(F.)*

d. beatus apostolus] Galat. III. 17. ad quem locum confer si placet Usserii Chronologiam Sacram c. 8. seq. Scaligerum ad Euseb. p. 17. etc. *(F.)*

e. inde a domino usque nunc anni CCCXXX plus minus] In prioribus editionibus fuit CCCCXXX plus. Sed Philastrius ante A. C. 391. scripsisse se significavit c. 83. atque interfuit Concilio Aquileiensi A. C. 387. Syagrio et Eucherio COSS. Hinc numerum manifeste corruptum ita restituendum esse iudicavit Latinus Latinius, cui alii viri eruditi assentiuntur. Conferendus etiam locus cap. 106., ubi quadringentos iam plus minus annos ex quo venit dominus effluxisse Philastrius scripsit. *(F.)*

f. anni CCCCXXX plus minus] Ad verba Fabricii h. l. adnotata Galeardus haec monuit: „Librariorum σφάλμα, quod minime Fabricio imputandum: quomodo enim vir summus ignoraverit Concilium Aquileiense anno 381. consignandum, ut ex eius Actis constat apud Baronium eodem anno, cum aliunde etiam consularis epocha rectam anni 381. notam prodat? Oblitus certe esse non poterat Fabricius, se gesta Concilii Aquileiensis contra Palladium et Secundianum haereticos (Arianos) A. C. 381. ex Labbeo et Chiffletio inter testimonia ad Philastrium initio libri retulisse. Eundem errorem errat Latinus Latinius, ubi et ipse de Philastrio ait: „Interfuit Concilio Aquileiensi habito Syagrio et Eucherio viris consul. id est A. D. 387." Male."

g. si haec fides erat] Ostendit hoc supra c. 109. *(F.)*

h. quomodo temporalis est] Temporale, pro recentis brevisque aevi, ut eodem c. 109. et 118. 119. etc. *(F.)*

mant, et non ab origine mundi haec ante scientia Christiana cunctis hominibus nuntiata, quae in mandato et lege manifestata et praedicata ostenditur? Si autem in medio temporis sub [9]Moyse [10]per umbram minus dictum sit aliquid, non utique dantis erat invidia domini, [11]quantum non capientis populi caeleste mysterium incapax et debilis hominum et non valentium [12]incusabitur infirmitas. Denique ipse Christus dominus quod ante nuntiaverat per sanctos prophetas, hoc et postea firmando praeceperat, dicens[i], *Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti*, ut non solum fidem [13]pristinam ab origine mundi hanc esse declararet, verum etiam vitam, in qua nos degimus hodie, in circumcisione cordis, non carnis iactantia[k] comprobaret. Errant ergo nimium qui generationem hominis aut paganae impietati[l] aut Iudaicae audent adscribere vanitati. Cum Iudaeum nisi dies octava[m] susceperit, Iudaeum non licet appellari, nec paganum aeque, nisi deos vanos [14]hominem[n] fecisse putaverit. Ergo natura rerum[o] deo adscribenda est, non alicui horum vanitati: doctrina autem quae fecundat post naturam[p], si vera fuerit, fidei dei copulanda est ac saluberrimae servituti iungenda, non recedens ab ea [15]quippe, sed suum potius per fidem agnoscens dominum recordansque creatorem naturaliter. Itaque non naturae animi infirmitas hominum, sed prava voluntas est potius accusanda, dicente domino[q], *Et nunc si volueritis et audieritis me, bona terrae manducabitis: si autem nolueritis, nec audieritis me, gladius vos comedet. Os enim domini locutum* [16]*est*. Et hoc[r]: *Venite ad me omnes qui onerati estis, et ego vos sublevabo.*

9. Mose (A)bb. 10. sub umbra A. 11. *Fortasse mutatione rescribes in quantum. Quod* [illegible] 12. incusabatur A. 13. priscam A. 14. homines A. 15. quippiam (A)a. 16. est hoc. Et dominus: Venite A.

i. dicens] Matth. XXVIII. 19. (F.)

k. non carnis iactantia] Gal. VI. 13. (Fabr.)

l. generationem hominis aut paganae impietati] Hoc est qui existimant Graecorum vel Iudaeorum religionem esse tam antiquam quam est genus humanum, ita ut homines nascantur pagani vel Iudaei naturaliter, quod negaverat auctor capite superiore 110. (Fabr.)

m. dies octava] Ante circumcisionem non erat Iudaeus. (F.)

n. nisi deos vanos hominem] Ut deos vanos sive idola esse hominis opifices ac demiurgos sibi persuadeat. (F.)

o. natura rerum] Hominis generatio, ut supra c. 110. „*rerum natura corpus et animam hominis, nova deo per Christum creari gratulor.*" (F.)

p. quae fecundat post naturam] Ut propagetur non modo natura hominis, sed etiam doctrina quam parentes sunt professi, ut nascatur e pagano paganus, Iudaeus ex Iudaeo, Christianus ex Christiano. (F.)

q. dicente domino] Esaiae I. 19. 20. „Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα." (F.)

r. Et hoc] Matth. XI. 28. „Δεῦτε πρός

[1]Habenda est et haeresis[a] quae dicit nomina dierum, Solis, Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, Saturni, a deo haec ita posita Cap. CXIII. (Cap. CXII.)
ab origine mundi, non hominum vana praesumptione nuncupata, cum a prima origine usque ad Graecos reges[b] et Hermen fallacissimum illum, qui haec nomina vanissima et frivola mentiendo ausus est nuncupare, si quaerere volueris, invenies multum fluxisse temporis, et sic paganos, id est Graecos haec nomina posuisse, cum etiam secundum septem stellas[c] dixerint hominum generationem [2]consistere, ut ille ipse delirans hoc definit. Dierum enim numerus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, a deo est appellatus[d], non in hac vanitate nuncupationis turpissimae initio [3]enuntiatus aut traditus.

Est haeresis[a] quae cum legit in Genesi verbum dicente domino Cap. CXIV.

Cap. CXIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE SEPTEM PLANETIS. — 1. Habenda est et *Bac.* Cavenda est et *b.* Alia est *A.* 2. constituere *(A)b.* 3. nuntiatus *A.*

Cap. CXIV. *solus servavit codex Corbeiensis. Desideratur igitur in Babc.*

με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς." Illud κοπιῶντες Philastrius brevitatis causa omisit.

Cap. CXIII. — a. Habenda est et haeresis] Non facile fuerit quisquam qui nomina illa diebus imposita a deo crediderit, sed nominibus illis uti, perinde est indifferens et alienum ab haeresi, ut nominibus siderum, de quibus c. 103. Certe diem Solis non dubitavit dicere Iustinus Martyr Apologia 2. pag. 99. Idem tamen pro Veneris die maluit dicere τὴν πρὸ τῆς [illegible]ρονικῆς. Irenaeus V. 23. „*pridie ante sabbatum.*" (F.)

b. ad Graecos reges] Ut supra c. 110. paganos dixit pro Graecis, sic hoc loco Graecos pro paganis sive ethnicis. Sic infra hoc capite: „*et sic paganos id est Graecos haec nomina posuisse.*" Non autem Graecis sed Aegyptiis deberi illam dierum a septem planetis denominationem, testes locupletissimi Herodotus lib. 2. c. 82. et Dio Cassius lib. 36. p. 37. atque ipse confirmat Philastrius qui Hermem Aegyptium perinde ut c. 103. eo nomine reprehendit. (F.)

c. cum etiam secundum septem stellas] In superioribus editionibus male: *cum haec nomina etiam secundum septem stellas.* Hominum generatio ab septem planetis suspenditur etiam in scriptis quae sub Hermetis Trismegisti nomine ambulantia etiamnum habemus, ut in Poëmandro c. 9. et in Minerva Mundi p. 29. b., ut omittam quae ex Panareto Trismegisti Paulus Alexandrinus K. 3., et quae in trutina Hermetis Astrologica, libris duobus de Revolutionibus Nativitatum, et in Aphorismis atque Iatromathematicis. (F.)

d. Dierum enim numerus a deo appellatus] Genes. I. (F.)

Cap. CXIV. — a. Est haeresis] In Ms. Corbeiensi additur haeresis de duplici deo, quam tribuit Philastrius ibi Manichaeis, Gnosticis, Nicolaitis et aliis perditis, qui in hunc errorem consentiunt, dicentes quod alter quidem bonus deus est, alter autem malus. Alibi etiam Philastrius de hoc errore Manichaeos arguit, nempe cap. 61. Huius autem erroris origo adscribitur ab eodem Philastrio cap. 44. 45. Cerdoni et Marcioni, Cerdonis discipulo, quos de hoc errore redarguit tum Epiphanius tom. I. p. 300. 303., ubi Marcionem non duo tantum principia, sed tria constituisse animadvertit, quod notatum etiam Grabio ad Irenaeum lib. 3. cap. 43. ed. Massueti p. 144., tum ante Epiphanium Irenaeus ipse lib. I. cap. 27., eundem errorem refutans lib. 3. cap. 9 et 43., imo fere toto lib. 4., pout advertit Massuetus dissert. 3. in Irenaeum n. 55. pag. CXXX. Quod subdit Philastrius „Non itaque invidens deus repulit patrem nostrum de paradiso, sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit, ne parcendo

de Adam, *Ecce*[b] *Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum et malum: et nunc ne quando extendat manum suam et tangat et gustet de ligno vitae et vivat in aeternum*, Expulit, inquit, eum dominus de paradiso invidiae causa. Et primum hoc sentiunt, quod alter deus fecerit animam, alter carnem, ut Manichaei, Gnostici, Nicolaitae et alii perditi arbitrantur, dicentes quod alter quidem bonus deus est, alter autem malus, inquiunt, in hoc seculo. Et malum deum hunc aestimant dixisse ut [1]pelleretur de paradiso, non adtendentes quod unus deus atque idem pater per filium fecerit Adam patrem nostrum, dederitque ei mandatum, ut custodito eo permaneret immortalis, praevaricatoque mandato pelleretur de paradiso, ut scriptum est: et quia suasione inimici hoc perpessus est, cum non adtendunt ad Christi misericordiam, in praecipitium mortis [2]defendunt perpetuae. Hic itaque non invidens deus repulit patrem nostrum de paradiso, ut non ibi moraretur, aut non gustaret de ligno vitae, sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit, ne parcendo ad maiora etiam [3]crimina alia inveniret eum [4]prodeuntem aetate ampliore, posteaque criminali iudicio reum factum amplius condemnaret. Nam inter hominem et diabolum erat Christus auditor parter et iudex iustissimus et bonus in omnibus. Itidem et homini quidem in modico [5]peccanti non pepercit, dans nihilominus et huic condignam sententiam iuxta peccatum quod

1. pellerentur *A*. 2. descendunt *A*. 3. crimen *A*. 4. prodeunte *A*. 5. peccati *A*.

etiam ad maiora crimen (*l.* crimina) alia inveniret eum prodeunte aetate ampliore (suppl. *processisse*), posteaque criminali iudicio reum factum amplius condemnaret," simile est ei quod habet cap. 132. de Cain peccato, ubi dicit eum correptum a domino, „ut, si fructus bonorum operum de cetero eum sequerentur, remissionem tanti sceleris esset sine dubio accepturus." Verba porro illa „prodeunte aetate ampliore" indicare videntur Philastrium in ea fuisse sententia, quae asserit primos parentes in adulta aetate haud creatos; hanc autem tradit Irenaeus lib. III. cap. 22. n. 4., cui licet non multos patrocinaturos fore pronunciet Massuetus ad hunc Irenaei locum, eam tamen expresse docet Clemens Alexandrinus Protrept. cap. 11., ubi de Adam ait: „[illegible] ὁ παῖς," itemque Theophilus Antioch. lib. II. ad Autolyc. p. 314. in Orthodox., docens quod ideo Adam ligno scientiae vesci nequiverit, quia „ἔτι νήπιος ἦν."

Ad id quod sequitur de sententia et iudicio diaboli, quo videtur insinuare Philastrius diabolo post lapsum paenitentiae locum superfuisse, fortasse collineat trita illa veterum non paucis sententia, diabolum nondum damnationis suae accepisse sententiam, neque sempiternis cruciatibus addictum, sed in extremo iudicio id eum esse passurum; dicit enim Philastrius: „Diabolus cum durior ad paenitentiam pervidetur, maiorem futuri iudicii a Christo domino servitutem (*fortasse legendum* severitatem) expectat;" de quo videndus Massuetus ad Irenaeum lib. V. cap. 26. p. 324., itemque dissert. 3., quae est de Irenaei doctrina art. 9. n. 108. 109., Feuardentius Annot. ad Irenaeum edit. Massueti pag. 14. et 138., uti etiam Petavius tom. III. Dogmat. Theol. lib. I. de Angelis cap. 8. et lib. III., cap. 4. (*Galeard.*)

b. Ecce] Gen. III. 22.

fecerat, et diabolo aeque locum paenitentiae relinquens. Non autem intelligente diabolo, ut mali tanti suggestionis paenitudinem gereret, maius ei post servabat iudicium. Et homo quidem, cum pellitur e paradiso, pronior ad paenitentiam reperitur: diabolus autem, cum durior ad paenitentiam pervidetur, maiorem futuri iudicii a Christo domino [6]severitatem expectat: sicut dictum est: *Noluit intelligere, ut bene ageret;* et iterum: *Malitiam autem non odivit.* Quia ergo in parvo peccans [7]recepit Adam, persuasus a diabolo ut manducaret, egitque statim paenitudinem, meruit delicti veniam impetrare, atque in paradisum in Christi praesentiam filiorum etiam procreatione remeare. Diabolus autem, non gerens paenitudinem, et eius satellites maiori iudicio reservantur, ut dixit dominus: *Ite*[c] *a me in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo et angelis eius.*

Alia est haeresis quae dicit mundos esse infinitos et innumerabiles, secundum philosophorum quorundam[a] inanem sententiam, cum scriptura mundum unum[b] dixerit et de uno docuerit, haec etiam de apocryphis prophetarum[c], id est secretis, ut ipsi pagani dixerunt, sumentes: ut et Democritus ille[d], qui multos mundos esse asseruit, deque sua sapientia cum hoc praedicat, multorum animas sensusque dubios diversis erroribus concitavit. Cap. CXV. (Cap. CXIII.)

Sunt quidam haeretici[a] qui patrem nostrum Adam et Evam ma- Cap. CXVI. (Cap. CXIV.)

6. servitutem *A*. 7. *Fortasse reponendum* resipuit.
Cap. CXV. *in abc. inscriptum est* DE MVNDIS INFINITIS HAERESIS. -
Cap. CXVI. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE ADAE ET EVAE CAECITATE.

c. Ite] Matth. XXV. 41.

Cap. CXV. — a. secundum philosophorum quorundam] Itaque *philosophorum* legendum apud Augustinum indice c. 77. de Haeres. pro *Opheorum* vel, ut nonnulli, *Orpheorum*, licet Orphicum etiam dogma fuit lunam et alia sidera habitari, de quo dixi lib. 1. Bibl. Graecae cap. 20. §. 8. seq. Apud auctorem Praedestinati c. 77. haec dicitur *haeresis Ametritarum*. Et ab Origene innumerabiles mundos introductos scribit Hieronymus 1. in Rufin. [Christiani Gottlieb Loecheri Programma inagurale de Haeresi Opheorum sive Orpheorum. Lips. 1730. 4.] *(F.)*

b. scriptura mundum unum] Unius caeli et unius terrae faciens mentionem Gen. I. 1., ex quo tamen neutiquam probari potest astra nullis habitari incolis. *(Fabr.)*

c. de apocryphis prophetarum] Prophetas et theologos gentium intelligit, ut Epimenides propheta Cretensium vocatur a Paulo ad Tit. I. 12. Ab illis enim multitudinem mundorum traditam, sicut etiam a Pythagoreis et aliis, diserte testatur Proclus IV. in Timaeum p. 279. „Δῆλον ὅτι καλῶς εἴρηται κόσμον ἑκάστην εἶναι τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν θεολόγων ταῦτα διδασκόντων."

d. Democritus ille] Democritus apud Hippocratem epistola ad Damagetum: „Πολλαί γε ἀπειρίαι κόσμων εἰσί· καὶ μηδαμῶς κατασμικρολόγει πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν." Mundorum infinitates Democriti memorat etiam Ammianus XV. 1. et Augustinus III. 10. contra Academicos, ut omittam alia testimonia notata Andreae Schotto lib. 2. c. 7. Nodorum Ciceronian. et Menagio ad Laërtii IX. 44.

Cap. CXVI. — a. Sunt quidam haeretici] Imperito vulgo, non haereticis, hanc tribuit opinionem Augustinus,

trem nostram aestimant caecos ante fuisse quam gustarent de arbore, posteaque [1]aperuisse suos oculos[b], ac tunc quod nudi essent [2]pervidisse, cum ante scriptura dixerit[c] quod [3]vidit Eva oculis suis arborem et fructum eius et, quia bona aspectu et suavis visu, [4]extendens manum gustaverit. Haereticorum est itaque dementiae, et Iudaeorum potius caecitatis, [5]hoc ita sentire, cum modum non intelligant [6]nuditatis. Hancque amissionem immortalitatis in praevaricatione mandati nos docuit, non corporis nuditatem. Quod nos apostolus docuit, dicens[d], *Et, si induti Christum, non nudi inveniamur*; et iterum[e], *Induite Christum Iesum*. Et quod dominus in evangelio increpat, dicens illi qui non indumentum nuptiale[f] habuit, qui erat vocatus [7]ad nuptias.

Cap. CXVII. Est haeresis[a] quae, cum audit in Genesi quod [1]dominus *per* pelli-

1. nos aperuisse *A*. 2. pervidisset *B*. 3. vidit inquit Eva *A*. vidit (vidi *B*.) etiam *Bals*. 4. et extendens *Bas*. 5. hoc est ita *A*. 6. *Vulgata distinctio est* nuditatis, hancque *etc.* *Pro* Hancque *conieceram* Hance. 7. ad nuptias: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem (*A*)*b*.

Cap. CXVII. *in abc.* [illegible] *in Balc*. — 1. dominus pelliceas tunicas *A*.

quem vide XIV. 17. de Civitate Dei, et B. Leonhardi Coqueil notas. „Simon Magus apud scriptorem Ebionaeum Clementinorum III. 39. [illegible] Adde III. 42.] *(F.)*

b. posteaque aperuisse suos oculos] Genes. III. 7. *(F.)*

c. ante scriptura dixerit] Vers. 6. *(F.)*

d. dicens] 2 Corinth. V. 3. „[illegible]" *(F.)*

e. et iterum] Rom. XIII. 14. „[illegible]" *(F.)*

f. indumentum nuptiale] „[illegible]" Matth. XXII. 11. *(F.)*

Cap. CXVII. — a. Est haeresis] Quae de pelliceis tunicis primorum parentum tradit Philastrius, ea tendunt ad refellendam illorum haeresin qui hominem iam choicum, ut ait Irenaeus I. 5. 5., id est ex materia concretum, non tamen ab hac arida terra, sed ab invisibili substantia formam accepisse putabant; deinde carnalem superficiem ac sensibilem corporis formam tunc induisse, cum in Genesi legitur quod dominus pelliceas tunicas primis parentibus fecit. Hoc autem nomine arguebantur potissimum Valentiniani, ut constat ex Tertulliano adv. Valent. cap. 24. „Interim carnalem superficiem postea aiunt [Valentiniani] choico supertextam, et hanc esse pelliceam tunicam obnoxiam sensui." Et cap. 7. de Resurr. Carnis: „Neque enim, ut quidam volunt, illae pelliceae tunicae, quas Adam et Eva paradisum exuti induerunt, ipsae erant carnis ex limo reformatio, cum aliquanto prius et Adam substantiae suae traducem in femina iam carne recognoverit: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea, et ipsa delibatio masculi in feminam carne suppleta sit, limo, opinor, supplenda, si Adam adhuc limus." Quas „pelliceas tunicas" vocavit Tertullianus, „dermatinam tunicam" dixit Irenaeus, hunc Valentinianorum errorem recensens lib. I. cap. 5 n. 5.: „Post deinde circumdatam dicunt ei dermatinam tunicam; hanc autem sensibilem carnem esse volunt." Sixtus Senensis lib. V. Bibl. Sanctae annot. 53. refert errorem hunc a Methodio adscriptum fuisse Origini, quasi is existimaret „rem admodum ridiculam esse quod deus decoriatis mortuis animantibus pelles pararet et pelliceas tunicas consueret, ac si esset coriarius vel pellium sutor." A quo tamen errore Origenem purgat Senensis eadem annotat. 53. subdens: „Suspicor hunc locum fuisse corruptum ab aemulis Origenis; is enim in hac re mentem suam catholice aperit Homil. 6. in Levit., ubi

ceas tunicas post praevaricationem nostros parentes [2]vestirit, aestimant corpora tunc temporis fecisse, eosque sic induisse, cum septimo die scriptura dixerit accepisse dominum terram de limo et plasmasse eorumdem corpora, atque ita mulieris carnem de costa Adae postea perfecisse. Non ergo hic corpora eorum [3]pelliceas tunicas nuntiabat, sed de potentia divina dedisse eis sapientiam declarabat, ut facerent sibi corporum indumenta, ut scriptum est: *Quis dedit mulieribus sapientiam ad texendas tunicas?* Si autem quis voluerit accipere quod dominus fecerit eis tunicas, et omnipotens fecit ex nihilo quod scriptum est: *Qui vocat ex nihilo ea quae non sunt tamquam quae sunt.* Si ergo sua sapientia fecerit tunicas, ut ait propheta, rationis est, sive deus sua virtute hoc illis praestiterit, non inritum. Nam in templo mulieres et virgines operabantur purpuram et byssum et linum et alia utensilia ad honorem templi atque [4]cooperimentum, pariter etiam ornamenta templi diversa et varia.

Est haeresis quae in Exodo[a] cum audit quod [1]Moysi occurrerit angelus in diversorio ubi applicaverat, eumque vellet interficere, non eius filium qui nondum fuerat circumcisus, non parvum hinc sibi adsumit scandalum. Si enim et ita quis vult sentire, quod minas eis tendebat angelus, [2]qui transactis diebus statutis, id est Cap. CXVIII. (Cap. CXV.)

2. vestiri *A*. *Pro* aestimant *mallem* aestimat. 3. pellicias *A*. *Ubique*. 4. quod perimentum *A*.

Cap. CXVIII. *in abc. inscriptum est* Haeresis cvlpam filiorvm in parentes transfvndens. — 1. Mosi (*A*)*abc*. 2. qui *ego*. quia *libri omnes*.

scribit: „Fecit deus tunicas pelliceas, et induit Adam et mulierem eius. Illae ergo tunicae de pellibus erant ex animalibus sumptae: talibus enim oportebat indui peccatorem." Igitur obiectio quod deo indecens esset pelliceas tunicas hominibus parare, potius quam Origeni eius sectatoribus tribuenda est (v. Sixt. Sen. lib. V. Bibl. Sanctae annotat. 54. 55.): cui ut nonnulli occurrerent, dixerunt pelliceas tunicas in eo Geneseos loco significare arborum cortices: nam sicut animalium coria pelles dicuntur, ita et arborum cortices pelles appellantur. At Philastrius noster ad obiectum diluendum aliam init viam, dicens pelliceas tunicas minime designare primorum parentum corpora, sed declarari hoc modo deum de potentia divina dedisse eis sapientiam, ut facerent sibi corporum indumenta. Quod autem ait h. l. Philastrius, nempe septimo die accepisse dominum terram de limo et plasmasse eorundem corpora, omnino idem est quod affirmaverat etiam cap. 97., ubi agit de imagine dei in corpore humano: nam et ibi habet, quod septimo die dicit scriptura de Adam: „Et accepit dominus terram de limo, et plasmavit hominem quem fecit," cum tamen aperte scriptura dicat deum die septimo nihil creasse, sed omnia opera sua die sexta absolvisse, septima autem ab omnibus operibus quievisse, ut bene notavit Fabricius ad eum locum; quam ob rem opinionem Philastrii vocat incredibilem, et repugnantem communi sententiae, utpote quae opponitur scriptoris sacri narrationi, qui disertis verbis contrarium affirmat. (Galeard.)

Cap. CXVIII. — a. in Exodo] IV. 24., ad quem locum praeter interpretes conferenda est Io. Frischmuthi diatriba. et Vesperarum Gorinchemensium Auctor p. 5. seq. *(F.)*

octo, [3] in quo[b] oportuerat circumcidi masculum, non fecissent, deique praeceptum ita contempsissent, ideoque in [4] parva aetate constitutorum culpa filiorum non est illorum, quantum parentum eorum, ut scriptum est[c], unde, cum intelligeret quod culpa esset parentum, non infantis, *Statim*, inquit, *accepto calculo*[d] *circumcidit puerum mater eius*[e], *cuius visu sanguinis ilico recessit ab eodem angelus*[f], mortisque poenam, quam ei minabatur inferre, omni modo [5] removerat? Non enim [6] Moyses in illa hora dinoscitur circumcisus, sicut quidam opinantur[g], sed filius ipsius est circumcisus; quia quod ante sub patriarchis et lege iubebatur, tardo opere, non veloci, implebatur a populo aut parentibus quorundam, ut scriptum est[h].

Cap. CXIX. (Cap. CXVI.) Sunt quidam qui turbantur haeretici de Deuteronomio[a], in quo Moses, cum exiret de corpore[b] huncque librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo veluti prioris legis firmamenta decernit, Christique carnalem praesentiam[c] [1] plus contestatur[d], non parvo

3. in quo octavo oportuerat *A*. in quibus oportuerat *b*. 4. pari *A*. 5. *Signum interrogationis, quod reposui post verbum* removerat *desideratur in omnibus editis.* 6. Moses (*A*) *abc*.

Cap. CXIX. *in abc. inscriptum est* Haeresis de libro Devteronomii. — 1. plus *om. A.*

b. in quo] In quo tempore.

c. parentum eorum ut scriptum est] Exscindendum nimirum esse eum qui filium suum octavo die non circumcidisset. Genes. XVII. 14. (*F.*)

d. accepto calculo] Sic LXX. ψῆφον, calculum, quos in hac voce sequitur Philastrius, cetera aliter exprimens. Hebraica versio Pagnini „petram,“ Vulg. „acutissimam petram.“ Cultellum petrinum circumcisioni adhibitum memorat Augustinus II. de Peccat. Orig. contra Pelagium 30. Non quod necessarium fuerit petrino cultello uti, sed festinanti matri talis culter primum occurrit, cum haec circa Arabiam Petraeam agerentur, ubi maior petrarum quam ferri copia est et usus, ut recte notatum a Lap. in Exod. IV., 25. De lapideis cultris, tam sacris quam profanis usibus adhibitis, plura apud Steph. Morinum Exerc. de Linguis par. 2. cap. 9. pag. 288 seq. Vide sis Munsterum quoque, ac Drusium in Criticis Sacris Ios. V. 2. (Galeard.)

e. mater eius] Sephora uxor Mosis Exod. IV. 25. (*F.*)

f. recessit ab eodem angelus] Vers. 26. „Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.“ (*F.*)

g. sicut quidam opinantur] Est haec etiam sententia eruditi viri Hermanni ab Hardt, quem si placet vide in libro de Circumcisione Iudaeorum c. 4. (*F.*)

h. ut scriptum est] Iosuae V. 5. et 7. (*Fabr.*)

Cap. CXIX. — a. haeretici de Deuteronomio] Obscurum est quid hac haeresi sibi velit Philastrius, nisi forte illud quod erraverint qui existimarunt in Deuteronomio non repeti eadem quae superioribus quatuor libris scripta fuerunt, sed tradi quae post illa Moysi accidissent. [Deuteronomium מִשְׁנֵה תּוֹרָה Deuteron. XVII. 18. Ios. VIII. 32. Philoni ἡ ἐπινομίς. Scacchi Myroth. p. 1026. Carpzov. p. 83. ad Schickardi Ius Regium.] (*F.*)

b. cum exiret de corpore] Non diu ante obitum. (*F.*)

c. Christique carnalem praesentiam] Verbis quae mox ex Deut. XVIII. adducuntur. (*F.*)

d. contestatur] Galeardus ad Fabricii adnotata haec profert: „Videtur Fabricio obscurum quid sibi hac haeresi

ducuntur errore aliter sentientes; [2] nam quae in lege, id est in Exodo [3] scripta sunt, eadem et in ipso libro[e] continentur. Solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit[f]: *Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus nostris, sicut* [4] *me audietis eum: erit autem* [5] *si quis*[g] *cum non audierit, radicitus eradicabitur.* Quidam enim putant [6] Deuteronomium dictum ab eo quod et in ipso[h] acceperit in monte iterum tabulas conscriptas lapideas, cum in Exodo bis[i] cognoscitur accepisse atque in montem ascendisse. Rationis est itaque[k] ut quod legis et gratiae[l] erat manifestaretur de Christo domino, ut quod in lege per umbram [7] celebrabatur, in [8] Christi carnali praesentia diffusa [9] caelesti gratia ex credentibus nuntiaretur, [10] ipsoque in libro conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.

Quidam sunt haeretici[a] qui cum audiunt David dixisse in quinquagesimo psalmo quod, *In iniquitate conceptus sum, et in peccato peperit me mater mea*, aestimant ita dixisse prophetam quod ius nuptiarum legitimum iniquitatem esse dixerit atque peccatum: cum ante dicatur in Geneseos libro[b]: *Nascimini et multiplicamini, et* Cap. CXX. (Cap. CXVII.)

2. namque in *A*. 3. quae ante scripta sunt *A*. 4. me *om. b*. 5. ut si *b*. 6. Deuteronomium *A*. de Deuteronomio *reliqui*. 7. celebratur *c*. 8. Christi *A*. Christo *reliqui*. 9. caelestis *A*. 10. ipsoque *A*. ipsumque *reliqui*.

Cap. CXX. *in abc. inscriptum est* De nvptiarvm legitimarvm contemptoribvs. —

voluerit Philastrius, cum tamen satis aperte innuat ab haereticis hisce anonymis reiectum fuisse Deuteronomium, eo quod Moses in eo Christi carnalem praesentiam plus contestatur; dicit enim mox, quod eadem quae in Exodo scripta sunt, in ipso Deuteronomii libro continentur, solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit: „Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus nostris:“ deinde concludit conveniens fuisse, „ut quod legis et gratiae erat, manifestaretur de Christo domino, ipsoque in libro (Deuteronomii scilicet) conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.“ Hoc porro referendum fortasse ad Samaritanos, quos dixerat supra cap. 7. quatuor tantum Moysi libros recipere: nam et ipsi Christum dominum uti dei filium non expectabant, quod Philastrius ibidem testatur: „Christum dominum dei filium, in lege et prophetis nuntiatum ante, non credentes.“

e. in ipso libro] Deuteronomio. (*F.*)

f. quia addidit] Deut. XVIII. 15. et 18. (*F.*)

g. erit autem si quis] Vers. 19. (*F.*)

h. quod et in ipso] Deuteron. V. 5. (*Fabr.*)

i. in Exodo bis] Exod. XXIV. 12. et XXXIV. 28. (*F.*)

k. Rationis est itaque] Sic. cap. 98. „*nullius rationis itaque.*“ (*F.*)

l. legis et gratiae] Supra pag. 224. [Ad Haer. 110.] (*F.*)

Cap. CXX. — a. Quidam sunt haeretici] Valentiniani aliique quos perstringit Clemens Alex. 3. Strom. p. 469. et Chrysostomus in Psalmum LI. 5. „Οὐ τοίνυν ὥς τινες ἀνοήτως ὑπέλαβον, τοῦ γάμου κατηγορεῖ, οὕτω νενοηκότες το Ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ὑπὸ τῶν προγόνων τολμηθεῖσαν παρανομίαν εἰς μέσον προφέρει, κἀκείνην γεγενῆσθαι τῶν ῥευμάτων τούτων πηγήν.“ Confer Io. Potterum ad Clementem Alex. 557. (*F.*)

b. in Geneseos libro] Cap. I. v. 28. (*Fabr.*)

implete terram; et: *Honorandae nuptiae*[c]. Nam si ita quis senserit, ergo et iusti tot tantique [1]in iniquitate concepti sunt, [2]cum et in ventre sanctificati sint, ut patriarchae[d], prophetae[e], iudices[f], Hieremias[g] et Ioannes baptista beatissimus[h], ut scriptum est. Sed ignorant quod alio modo dixerit propheta David, non de naturali generatione, sed de transgressione Adae patris nostri et Evae, qui post transgressionem mandati pulsi de paradiso genuerant filios, atque inde, quasi matrem omnium, post iniquitatem transgressionis mandati [3]eam sic concepisse atque eam ita peperisse docuerit. Quomodo enim de se dicebat David in iniquitate conceptum et in peccato genitum, cum legitimo iure natus sit, electusque a deo[i] ad tantam regni gloriam peteretur, ut deo scriptum est? Non ergo hic in iniquitate [4]se conceptum aut in peccato genitum edocebat, sed parentes nostros Adam et Evam[k] voluit [5]ostendere, quod ante [6]admisso peccato, id est transgressione mandati, postea sic genuerit filios atque de eis nos omnes itidem parturierit. Ideoque post praevaricationem, *In dolore*[l] *parturies filios*, inquit, quia ergo de parentibus habemus illis prioribus praevaricationis iniquitatem communem carnis atque generalem ex haereditate prima descendentem in omnes, ut dixit apostolus[m]: *Sicut per unum hominem mors introivit in omnes homines*. Hoc enim ius coniugii a deo promulgatum laudatur quotidie ac benedicitur consuete[n]. Nam et quod erat primum

1. a. ... Bev. 2. cum et Bav. cum A. et b. 3. eam b. 4. se conceptum ... Bab. 5. intendere b. 6. admissum peccatum, id est transgressionem (A.B.)

c. Honorandae nuptiae] „Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι." Hebr. XIII. 4. (F.)
d. patriarchae] Gen. XXV. 23. (F.)
e. prophetae] Ierem. I. 5. (F.)
f. iudices] Iudic. XIII. 5. 7. XVI. 17. (Fabr.)
g. Ieremias] I. 5. (F.)
h. Ioannes baptista beatissimus] Luc. I. 15. (F.)
i. electusque a deo] 1 Sam. XVI. 12. 1 Chron. XXIX. 4. (F.)
k. parentes nostros Adam et Evam] Addendum hocce Philastrii suffragium aliis veterum de peccato originis testimoniis apud Vossium Historiae Pelagianae p. 145. (F.)
l. In dolore] „Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα." Genes. III. 16. (F.)
m. apostolus] Rom. V. 12. „Ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν." Haec verba, more suo, contracta Philastrius apposuit. (F.)
n. benedicitur consuete] Apud Iudaeos et Christianos semper obtinuit mos per εὐλογίαν sive benedictionem sacerdotalem nuptias solenniter inaugurandi, de qua vide sis Io. Seldenum in Uxore Hebraea lib. 2. cap. 28. et 29. Iac. Gretserum de Benedictionibus lib. 2. cap. 43. et auctorem Dissertationis Gallice editae: *Diss. historique sur l'usage de la benediction nuptiale*, Hist. Ouvrag. des Savans A. 1703. p. 23—72. ut praeteream scriptores alios de hoc argumento quos laudavi in Bibliographia Antiquaria c. 20. §. 3. Formulas veteres benedicendi coniugibus congessit Edmundus Martene ad calcem partis secundae libri 1. de Antiquis Ecclesiae Ritibus. (F.)

ostendit[o] tristitia, et quod Christi gratia [7]caeleste credentibus erat allatura magnum gaudium, nuntiavit dicens, *Si quis non regeneratus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit*[p] *in regnum caelorum.* Ideoque in psalmo eo praescius futuri gaudii testatus est dicens, *Asperges me hyssopo*[q], *et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor;* ut per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter gratulemur.

Sunt quidam haeretici qui de divisione orbis terrae et partitione habitationis recte non sentiunt, disputantes quod Graeci coeperint aut Aegyptii aut Persae describere orbem terrae universum, non beatus Noë[a] suis filiis tribus post diluvium diviserit, dederit ac definierit et partierit ordine. Unde postea historiographi accipientes velut quasdam semitas[b] diversis sunt falsitatibus ementiti. Tribus itaque [1]filiis Noë, Sem, Cham et Iaphet omnem divisit orbem terrarum et tradidit. Sem quidem orientalia Indiae[c], Persarum, usque [2]ad partem aliquam meridiani, occidentis, septentrionis, usque Cap. CXXI. (Cap. LXVIII.)

7. coeleste *Babe.* caelestis *A.*

Cap. CXXI. *in abc. inscriptum est* De divisione orbis haeresis. — 1. suis filiis beatus Noë *A.* 2. in *A.* *Pro* Indiae, Persarum *facillima opera reposueris* Indiae et Persarum.

o. ostendit] David nimirum in verbis supra allatis Psal. LI. 5. (F.)
p. non intrabit] Iohann. III. 5. „Οὐ δύναται εἰσελθεῖν." (F.)
q. Asperges me hyssopo] Psal. LI. 7. de usu hyssopi σμηκτικῷ sive abstergente, videndus Cotelerius ad epistolam Barnabae cap. 8. p. 26. et D. Theodori Dassovii, τοῦ μακαρίτου, Diss. de Lustratione Hebraeorum, edita Witebergae A. 1692. (F.)
Cap. CXXI. — a. non beatus Noë] Si Georgium Syncellum pag. 45. audimus, Noë divino oraculo monitus, κατὰ τὸν θεῖον χρησμόν, inter filios suos orbem terrarum divisit anno aetatis 934. mundi 2576. At enim Iac. Perizonius pag. 288. Origg. Babylonic. totum hoc confictum esse putat ex male intellectis verbis Genes. XI. 4. πρὸ τοῦ διασπαρῆναι. Et magnus Bochartus lib. 1. Phal. c. ult. „*Non satis capio*," inquit, „*quomodo potuerit Noa inter filios orbem dividere, cuius multo maxima pars nondum erat cognita. Dices Noam fuisse prophetam, et orbis singulas partes dei revelatione sibi notas designasse filiis. Sed scriptura tacente nostrum non est haec divinare. Tamen huic sententiae Philastrius haesit ita mordicus, ut pro haereticis habeat hac de re dubitantes.*" (*Fabr.*)
b. semitas] Ex una scilicet falsitatis via semel aperta. (F.)
c. Sem quidem orientalia Indiae] Sulpicius Severus lib. 1. cap. 6. „*Sed filiis Noë ita divisus orbis fuit, ut Sem intra orientem, Iaphet occidentem, Cham mediis contineretur.*" Conferenda sunt quae praeter Syncellum Epiphanius haeresi LXVI. 83. Eutychius T. 2. Annal. pag. 52. seq. Chronicon Paschale pag. 26. Cedrenus p. 13. Freculfus lib. 1. Chron. c. 27. etc. Hisce e recentioribus iungendi praeter Bochartum in Phaleg, et eruditos interpretes ad Gen. X., Allatius ad Eustathii Hexaëmeron p. 237. seq. et Eduardus Bernhardus ad Flavii Iosephi Antiquitatt. lib. 1. c. 6. et Franciscus Bianchinus in Historia Veterum e Monumentis Illustrata c. 18. p. 203. seq., qui secutus Lactantium lib. 1. c. 11. inde putat Graecos finxisse divisionem inter Saturni filios Iovem cui oriens, Plutonem cui pars occidentis, et Neptunum cui maritima cum insulis obtigerunt. A Philastrio dissentit Auctor Recognitionum Clementis lib. 1. c. 30., ubi ait ex Noë liberis, „*seniorem fratrem* (Semum) *eam quae est in medio terrae suscepisse, in qua est regio Iudaeae: iuniorem vero* (Iaphetum) *orientis plagam sortitum esse, Chamum autem occidentis accepisse.*" (F.)

ad montem Libam, finesque ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmavit. Cham etiam secundo filio omnes Syrias et [3]dioeceses Aegypti, Africae, Aethiopum ingentem latitudinem prope fines tendentem oceani atque Hispaniarum censendo distribuit, possidendamque eam atque habitandam spiritu divino [4]pronuntiavit, in medio autem usque Cappadociam, id est Tauri montem, fines habere concessit. Tertio autem, Iaphet nomine, Cappadociam ingredientibus atque a Cilicia exeuntibus loca frigida, quae [5]sunt Armeniae, [6]Bosporici Ponti, Thraciae, Pannoniarum, Illyrici, Italiae et occidentis universas partes iussu divino ei statuendo attribuit. [7]Et de primo quidem [8]XXV generationes[d] numerat descendisse. De secundo XXXV[e], id est de Cham. De Iaphet autem, cui minor generatio numerabatur tunc temporis, id est [9]quintadecima tantummodo[f], [10]ei amplior optanda a beato Noë promittebatur in posterum affutura, dicente scriptura[g], *Dilatet dominus Iaphet*, [11]*habitet* [12]*in tabernacula Sem.* [13]Cui cum minori filio minor numerus generationum reperiebatur concessus tunc temporis, maior crescendo eidem numerus postea amplificabatur adventurus quam duobus eius fratribus, ut et media et extrema loca, id est Chananaeorum, Aegyptiorum, Afrorum Persarumque teneret imperia. De quo postea Romani sunt editi, victores orbis terrarum atque rectores universarum gentium. Unde cognoscimus Romanos, Latinos, Italos de Iaphet genus deducere, atque hos orbem terrarum sua sub ditione tenere quotidie[h], atque ante saepius tenuisse. [14]Si quid autem fal-

3. dioecesin *A*. 4. praenuntiavit *A*. 5. sunt *om. Bcbc*. 6. Bosphorici *A**. Bosphori *AB*. 7. Et *om. A*. 8. XX generationes *A*. 9. *Repono* quindecima. 10. et *A*. 11. et habitet *AB*. 12. in tabernacula *Ba*. in tabernaculis *Ab*. tabernacula *c*. 13. Cui eum *A*. cum *reliqui*. 14. Si quis autem Graecorum *A*.

d. XXV generationes] Genes. X. 22. seqq. ex Semi posteris memorantur XXVII. 1) Elam 2) Assur 3) Arphaxad 4) Lud 5) Aram 6) Cainan 7) Uz 8) Ul 9) Gater 10) Mosoch 11) Sala 12) Eber 13) Phaleg 14) Iectam 15) Elmodad 16) Saleth 17) Sarmoth 18) Iarach 19) Odorra 20) Aebal 21) Decla 22) Eval 23) Abimael 24) Saba 25) Uphir 26) Eveila 27) Iobab. *(F.)*

e. De secundo XXXV] Genes. X. 6. seq. ex Chami posteris numerantur XXX. 1) Chus 2) Mesraim 3) Phud 4) Chanaan 5) Saba Chusi F. 6) Evila 7) Sabatha 8) Rhegma 9) Sabathaca 10) Saba Rhegmae F. 11) Dadan 12) Nebrod 13) Ludum 14) Nephtalim 15) Enemetum 16) Labiim 17) Patrosonim 18) Chasmonim 19) Philistiim 20) Caphtorum 21) Sidon 22) Chettaeus 23) Iebusaeus 24) Amorrhaeus 25) Gergesaeus 26) Evaeus 27) Arucaeus 27) Asennaeus 28) Aradius 29) Samaraeus 30) Amathi. *(Fabr.)*

f. quintadecima tantummodo] Iapheti posteri Genes. X. 2—5. 1) Gamer 2) Magog 3) Madi 4) Iovan 5) Elisa Iapheti F. 6) Thobel 7) Mosoch 8) Thiras 9) Aschanaz 10) Riphath 11) Thogarma 12) Elisa Iovanis F. 13) Tharsis 14) Cetii 15) Rhodii. *(F.)*

g. dicente scriptura] Genes. IX. 27. „Πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰαφέθ." Alludit ad Iapheti nomen quod a verbo פתא dilatandi significationem habet.

h. quotidie] Illo nempe tempore quo haec Philastrius scribebat. *(F.)*

sitate Graecorum putatur esse [15]antiquum, temporale[i] modis omnibus ipsorum autoribus testantibus comprobatur, Solone[k] testante Atheniensibus quod ab Aegyptio audierit sacerdote[l], dicente ei: *Solon* [16]*Solon, Graeci vos semper estis novelli atque pueri. Graecus autem nunquam erit senex aut antiquus, neque doctrinam aliquam aut scientiam habetis antiquam, sed ab aliis raptam atque* [17]*invasam habetis, eamque diversis mendaciis immutatam exponitis, atque ita homines edocetis.* Plato enim in Timaeo ita dictitat. Nam post confusionem linguarum tunc nomina diversa coeperunt emanare, atque inde sumentes Graeci historiographi duo aut tres diversa velut [18]monumenta conscribentes, temporalitatem[m] cum suam volunt obumbrare atque abscondere, a suis testibus mendacissimi iudicati sunt atque comprobati. Cum enim quinquaginta de ipsis consentiunt de antiquitate nostra, id est Graeci, Aegyptii, Chaldaei, Syri, duo autem aut tres dissentiunt, iustius est multis consonantibus in unum quam duobus aut tribus dissonantibus historiographis acquiescere, quia multi illi verius quam duo edixerunt.

[1]Est et haeresis quae dicit sub Deucalione et Pyrrha[a] diluvium Cap. CXXII.
fuisse [2]antiquius quam quod sub [3]Noë factum [4]est. Quod pagani (Cap. CXIX.)
transferentes mutatis nominibus impio modo et arcam velut in

15. antequam *A*. 16. Solo *B*. 17. invisam *b*.
Cap. CXXII. *in abc. inscriptum est* De diluvio haeresis. — 1. Alia est haeresis *A*. 2. antiquissimum *A*. 3. Noe beato *A*. 4. est *om. b*.

i. temporale] Recentis et non adeo longae retro aetatis. Ita supra c. 109. et 111. et mox hoc ipso capite: „*temporalitatem cum suam volunt obumbrare,*" et proximo c. 119. „*quod est temporalitatis in paganitate vanissima.*" *(F.)*

k. Solone] Apud Platonem, Timaeo p. 474. „Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν -- νέοι ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν." Eundem locum laudant Iustinus Martyr Cohortatione ad Graecos p. 13. Cyrillus l. in Iulian. p. 15. Chalcidius p. 12. aliique quam plurimi. *(F.)*

l. ab Aegyptio audivit sacerdote] Proclus in Timaeum p. 31. (ex Manethone ut suspicor) referens nomina sacerdotum Aegyptiorum, cum quibus Solon in variis Aegypti provinciis versatus fuit, coniicit hunc qui verba ista ad eum dixit, fuisse sacerdotem Saiticum, nomine *Pateneït*: „Ἐνέτυχε δὲ Σόλων ἐν Σάει μὲν ἱερεῖ ὀνομαζομένῳ Πατένεϊτ, ἐν Ἡλιουπόλει δὲ Ὠχλαπὶ, ἐν Σεβεννύτῳ δὲ Ἐθιμῶν, ὡς αἱ τῶν Αἰγυπτίων ἱστορίαι λέγουσιν. Καὶ ἴσως οὗτός ἐστιν ὁ Σαΐτης ἱερεὺς ὁ πρὸς αὐτὸν τὰ ἑπόμενα λέγων." *(Fabr.)*

m. temporalitatem] Brevitatem per quod duravere temporis. *(F.)*

Cap. CXXII. — a. sub Deucalione et Pyrrha] Res decantata poëtarum et aliorum scriptorum monumentis, de qua nolo verbum addere post ea quae viri docti ad Ovidium I. Metamorphos. Franciscus Bianchini Veronensis in eruditissimo opere quod Italice edidit Rom. 1699. 4. de Historia Veterum Monumentis Probata c. 17. p. 187. seq. Octavius Falconerius de Numo Apameensi, typum diluvii Deucalionei exhibente Rom. 1667. et Tomo X. Thesauri Antiquitatum Graecar. Gronoviani, Georgius item Schubartus in Enarratione Parergica Metamorphoseos Ovidianae de Diluvio Deucalionis, in eodem tomo X. obvia et Ienae 1684. 4. separatim in lucem data. *(F.)*

Graecia[b] fuisse post diluvium adserunt, et quod est temporalitatis[c] in paganitate vanissima, ab eis velut antiquum cum multo mendacio praedicatur. Et quod factum est in Thessalia loco brevi, velut factum ubique, id est in [5]omni mundo, a paganis furacibus edocetur. Quod[6] fuit quidem post annos in Thessalia[d], [7]in loco inferctum modico[e], illud autem diluvium in omni seculo[f] factum est, sicut et eorum scriptura[g] testatur gentilium.

Cap. CXXIII. (Cap. CXX.) Alia est haeresis quae dicit secundum XII [1]zodia[a] nasci homines[b], sicut mathematici illi vanissimi[c] totiusque erroris et sceleris adsertores, haecque audientes interdum indocti quam plurimi lege dei dimissa[d] mathematicorum inservire non dubitant vanitatibus. unde completur apostolica sententia[e]: *Coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori*; et iterum[f]: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum elementa*

5. omni mundo *A*. omni *om. abc*. 6. fuit *c*. fit *reliqui*. 7. inferctum *ego*. inter Oetam et Pindum *Fabricius* interdum *libri omnes*.

Cap. CXXIII. *in abc. inscriptum est* DE SIGNIS ZODIACI ET ORTV HOMINVM. — 1. Zodia nasci *AB*. Zodiaci signa *b*. Zodiaci signa nasci *ac*.

b. arcam velut in Graecia] Haerentem in monte Parnasso. Vide Plutarchum de Sollertia Animalium p. 968. Lucianum de Dea Syria T. 2. pag. 661. *(Fabr.)*

c. quod est temporalitatis] Quod ante non adeo multa saecula contigit, circa a. 1514. ante natum Christum: octingentis amplius post diluvium a Mose descriptum annis. Vide Scaligerum ad Eusebii num. CCCCXC. *(F.)*

d. Quod fuit quidem post annos in Thessalia] Priores editiones minus bene: *quod fit*. *(F.)*

e. in omni interdum modico] Ponit *interdum* pro *interea*, ut Seneca epist. 95. „*qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum.*" Si MSti codices suffragarentur, pro *interdum* legerem *inter Oetam et Pindum*. *(F.)*

f. in omni seculo] Per totum orbem terrarum. Sic infra capite 120. „*quatuor angulis seculi*", id est mundi. *(F.)*

g. sicut et eorum scriptura] Gentiles poetae ubi diluvium Deucalioneum describunt, illud toto orbe terrarum aiunt praevaluisse. *Omnia pontus erant, deerant quoque littora ponto.* *(F.)*

Cap. CXXIII. — a. zodia] Ζώδιον signum caeleste dixit Philastrius Graeca voce, eodem modo quo supra c. 109. nomen idoli a Graeca formatione trahit, quasi sit εἴδους δόλος, formae praevaricatio, ut etiam cap. 85. *biothanatos*, et c. 103. *pogonias* vocat: imo c. 129. habet „*ana* septuaginta duo," quod in Latino scriptore incredibile fortasse videri posse ait Fabricius eodem loco. (Galeard.) Cf. Salmas. de Annis Climacter. p. 5.

b. secundum XII zodia nasci homines] Longaevos vel brevis aevi, felices vel infelices, prout horoscopus thematis natalitii in gradum hunc vel illum zodiaci inciderit. Praecipue Philastrii aevo stellarum viribus humana adstringi opinabantur Priscillianistae, ut constat e Leonis Magni epistola 15. (93.) ad Turibium. *(F.)*

c. mathematici illi vanissimi] Astrologi genethliaci. Vide si placet quae notavi ad Sextum Empiricum p. 214. *(Fabr.)*

d. lege dei dimissa] Quae divinationes eiusmodi prohibet Levit. XX. 6. et 27. Deuter. XVIII. 10. Iesa. VIII. 19. *(Fabr.)*

e. apostolica sententia] Rom. I. 25. „Ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα." *(F.)*

f. et iterum] Coloss. II. 9. „Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου καὶ οὐ κατὰ Χριστόν, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς." *(F.)*

mundi[g], *et non secundum Christum; quoniam in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Ergo ignorant quod [2]zodia ista XII, quae ab illis dicuntur, diversa sunt climata, diversaeque regiones in orbe terrarum a deo dispositae ut inhabitentur locorumque ac temporum diversa temperamenta statuta sint, ut calidum, frigidum, siccum et humidum [3]e quatuor angulis seculi[h], e quibus cum veluti pleni qualitate fontes exuberant flatu, respirantes in invicem virtute nimia insita proprie mixtioneque existente salubri, rursum cum diffunditur eorum ubique mixtio, amoena temperies salutis inde cunctis habitantibus subministretur, atque ita divina potentia mortalibus vita dulcis et prospera concessa a domino et impertita non ignoratur.

[1]Nec deest haeresis quae dicit animas [2]venenariorum[a], sceleratorum et homicidarum et aliorum talium transire in daemones[b] ac pecudes et bestias et serpentes; ignorantes quod anima hominis cum exierit de seculo, sive bona sive mala, id est pia atque impia, ab angelo[c] ducitur in locum statutum, ut in futurum percipiat iuxta quod gessit in hoc seculo constituta. Si quis autem hoc ita putaverit fieri, paganitatis et vanitatis philosophorum[d] magis quam Christianitatis videtur [3]habere consortium, cum dicat apostolus[e], *Omnes* Cap. CXIV. (Cap. CXXI.)

2. Zodia ista *ABac*. Zodiaci ista signa *b*. 3. e quatuor *A*. ut quatuor *reliqui*. quatuor *Galeardus*.

Cap. CXXIV. *in abc. inscriptum est* DE ANIMABVS SCELERATORVM HAERESIS. — 1. Alia est haeresis *A*. 2. venenariorum *ego*. venerariorum *A*. foenerariorum *reliqui*. 3. ambire *A*.

g. elementa mundi] Astra. Vide supra pag. 122. et 215. [h. e. adnott. ad cap. 61. 109.] *(F.)*

h. quatuor angulis seculi] Mundi cardinibus, e quibus ventorum potens quaternio. *(F.)*

Cap. CXXIV. — a. venenariorum] Qui iniquo foenore premunt inopes. Foenerarios et subdolos iungit Firmicus III. 8. Mathes. Cato de Re Rustica prooemio: „*Maiores nostri sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli.*" *(Fabr.)*

b. transire in daemones] In indice Augustini cap. 78. haec haeresis *Tertulliorum* dicitur: apud Isidorum, Honorium, Rabanum et Gratianum, eadem tribuitur *Tertullianistis*. In Tertulliani tamen certe scriptis, quae exstant, illa neutiquam defenditur. Vide Iac. Pamelium paradoxo Tertullianeo XI. Ab Auctore Praedestinati cap. 78. parum apte huic haeresi qui adstipulantur, vocantur *Peripneumones*. Origeni praeter rem impingi ostendit Io. Baptista Crispus de Philosophis caute Legendis p. 464 sqq. *(F.)*

c. ab angelo] Vide interpretes ad Lucae XVI. 22. et S. Macarium homilia XXII. Iudaeorum hanc fuisse sententiam disces etiam ex versione Samaritana Genes. V. 24. et Targum Cantic. IV. 12. Confer Iac. Vindeti librum de Vita Functorum Statu p. 46. et 70. *(F.)*

d. paganitatis et vanitatis philosophorum] Maxime eorum qui ex Pythagorae schola, vel Platonis, dogma de metempsychosi sive animorum in alia non humana solum sed aliorum etiam animalium corpora transmigratione defensitarunt. Ab Aegyptiis haustam illam doctrinam notat Zacharias Mytilenaeus episcopus libro Contra Mundi Aeternitatem scripto p. 184. *(F.)*

e. apostolus] 2 Cor. V. 10. „Τοὺς γὰρ

nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque ea quae gessit in hoc corpore; et iterum[f]. [4]*In inferno autem quis confitebitur tibi?* Animae itaque natura non vertitur in naturam alteram[g], sed cum voluntate[h] contemnit ac negligit dei praeceptum, studiisque legitimis ac salutaribus inhaerere dissimulat[i], futuro iudicio poenarum se dedicans, non [5]alia nisi morum causa pecudibus cognoscitur comparanda, non natura, sed moribus, ut scriptum est[k]. Non ergo naturae pecudum, sed moribus in hoc seculo similes efficiuntur huiusmodi homines pagani, Iudaei, et alii [6]quam plurimi. Nam et salvator Iudaeis cum diceret[l], *Vos de diabolo estis patre vestro*, non natura, [7]sed sceleratis moribus et beluinis sensibus [8]similes arguendo et indicando manifestabat. Et Ioannes Iudaeis[m] dixit: *Progenies [9]viperarum.*

Cap. CXXV. Aug. CXXII. Alii sunt haeretici[a] qui dicunt dominum in infernum descendisse, et omnibus post mortem etiam ibidem renuntiasse, ut confitentes ibidem salvarentur, cum hoc sit contrarium [1]dicenti prophetae David[b]: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* et apostolo[c]:

4. quod non derelinques animam meam in infernum. Confitebitur tibi. Animae itaque *A*. 5. aliis morum causa nisi pecudibus *A*. 6. quam *om. A*. 7. sed *om. b*. 8. eos similes *A*. 9. viperarum etc. *(A)b*.

Cap. CXXV. *in Ab. inscriptum est* HAERESIS DE CHRISTI DESCENSV AD INFEROS. — 1. dicente propheta *A*.

πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν." Quae sequuntur verba, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν, brevitatis causa Philastrius et hoc loco et c. 122. praetermisit. Rufinus in Symb. p. 26. „*ut recipiat unusquisque propria opera sua, prout gessit sive bona, sive mala.*" (*F.*)

f. et iterum] Psal. VI. 5. „Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;" (*F.*)

g. in naturam alteram] Daemonum vel bestiarum, ita enim statui a quibusdam supra dixerat, impiorum animas in daemones transire vel bestias. (*F.*)

h. voluntate] Sponte, liberi abusu arbitrii. (*F.*)

i. dissimulat] Id est, renuit, negat, recusat. Sic apud Augustinum Serm. 121. de diversis cap. 22. „*Si ergo digne perierunt, qui Noë aedificante arcam dissimulaverunt: quid digni sunt qui Christo aedificante ecclesiam a salute dissimulent?*" (*F.*)

k. ut scriptum est] Psal. XXXII. 9. 2 Petr. II. 22. et aliis in locis, ubi cum animalibus homines impii conferuntur. (*Fabr.*)

l. cum diceret] Ioh. VIII. 44. „Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ." „*Non quia diabolus creavit, sed quia vos eum imitamini,*" inquit ad illum locum Augustinus. (*F.*)

m. Iohannes Iudaeis] Matth. III. 7. „Γεννήματα ἐχιδνῶν." Similiter ad Iudaeos Christus ipse Matth. XII. 34. XXIII. 33. (*Fabr.*)

Cap. CXXV. — a. Alii sunt haeretici] Citatur praesens Philastrii locus a Gregorio Magno lib. VI. Epist. 15. Danaeus ad Augustin. c. 79. hanc haeresin vocat *Liberatorum*, Auctor Praedestinati c. 79. *Adcerditarum*. Non Origeni autem solum eiusque praeceptori Clementi Alex., sed multis etiam aliis ecclesiae doctoribus placuisse hoc quod haeresibus praesenti capite Philastrius adscribit, docent Allatius diss. 2. de Libris Ecclesiasticis Graecorum p. 244. seq. et Cotelerius ad Hermae Pastorem lib. 3. c. 16. p. 117. (*F.*)

b. prophetae David] Psal. VI. 5. supra c. 121. (*F.*)

c. et apostolo] Rom. II. 12. „Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται." (*Fabr.*)

Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. Sed [2]et dicit[d]: *Remissius erit quibusdam quam civitati illi quae non crediderit*, apostolorum quippe doctrinae [3]et evangelii. In comparatione multarum poenarum dicit sustinere eos minora tormenta quam illos, non tamen salvari eos hac ratione affirmat. Nam poëtas falsos et vanos philosophos[e] qui aestimant posse salvari, rebelles deo, errant illis peius et a veritate dissentiunt, cum semina impietatis paganae non alii nisi illi poëtae vani et philosophi deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminaverint, cum propheta [4]clamet de futuro iudicio, ut hic ei dimitteretur in paenitudine, dicens[f], *Remitte mihi ut [5]refrigerem, priusquam vadam et iam non ero amplius.* Si ergo iusti peccantes, et in hac adhuc vita vix acceperunt paenitentiam paenitentes, ut ait [6]Solomon[g], et, *Si iustus vix salvabitur, impius et peccator ubi [7]parebit?* Nam si deum esse credidissent[h], deorum et dearum turpia nomina non seminassent, et in descensione Christi in infernum veniam impetrassent[i]. Cum ergo impii [8]et hostes dei sint ubique, quomodo post mortem ibi confitentes salvabuntur? cum apostolus doceat[k] quod omnem hominem mori oportet, postque hoc iam iudicari. [9]ut scriptum est[l], ante tri-

2. cum *A*. 3. et evangelii *Bac.* evangelii *A*. et evangelio *b*. 4. clamat *c*. 5. refrigerer *(A)b*. 6. Salomon *(A)b*. 7. parebunt *(A)b*. 8. et *om. b*. 9. *Verba* ut scriptum est *et quae inde sequantur usque ad illa Cap. CXXVII.* cum simpliciter ita confitetur *non habet A*.

d. Sed et dicit] Matth. XI. 22. „Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν." Et 24. „Πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί." (*F.*)

e. poëtas falsos et vanos philosophos] Prae cetero gentilium vulgo Pythagoram aliquem vel Homerum suppliciis inferorum liberatum, ideo videtur Philastrio etiam incredibilius, quoniam illi veluti doctores et promachi errorum ethnicorum gravioribus etiam poenis digni sint. (*F.*)

f. dicens] Psal. XXXIX. ult. „Ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω," ad quem locum Origenes in Catena, „ἐὰν μὴ ἀφῇς μοι τὴν ἁμαρτίαν καὶ ἀναψύξω πρὶν ἀπελθεῖν ἐκεῖ, οὐχ ἕξω μετανοίας καιρόν." „*Nisi* (in hac vita) *dimiseris mihi peccatum et refrigeratus fuero antequam vadam eo, non habebo tempus paenitendi.*" (*F.*)

g. Solomon] Proverb. XI. ult. „Εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;" Laudat Petrus apostolus 1 Epist. IV. 18. (*F.*)

h. si deum esse credidissent] Quia a veri dei agnitione aberrabant idololatrae, hinc athei et numinis expertes esse dicuntur Ephes. II. 12. Uti Stoicorum etiam iudicio malus et impius est atheus, ὁ δὲ φαῦλος ἄθεος, ut est apud Laërtium VII. 119. (*F.*)

i. veniam impetrassent] Gregorius Magnus lib. VI. Epist. 15. ad Georgium presb. et Theodorum diaconum Cpol. „*Agnovi quod dilectio vestra dixisset omnipotentem dominum salvatorem nostrum Iesum Christum ad inferos descendentem omnes qui illic confiterentur eum deum salvasse atque a poenis debitis liberasse. De qua re volo ut fraternitas vestra longe aliter sentiat. Descendens quippe ad inferos solos per suam gratiam liberavit qui eum et venturum esse crediderunt et praecepta eius vivendo tenuerunt.*" (*F.*)

k. apostolus doceat] Hebr. IX. 27. „Ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις." (*F.*)

l. ut scriptum est] Rom. XIV. 10.

bunal Christi, et recipere[m] secundum [10]quae gessit in hoc seculo. Salvator autem confirmat dicens de illis quod nec patri crediderint[n]; unde etiam eos iudicandos[o] declaravit: qui autem credidit in patrem antequam Christus veniret in carnem, transiit de iudicio impiorum[p]. In comparatione autem peccatorum atque impiorum diversitas est poenarum atque plagarum[q]; non plena amborum est absolutio, sed diiudicationis iustitia, et secundum peccatum condigna repensio, illis etiam qui sub Noë ab aqua absorpti fuerant, ut scriptura docuit[r].

Cap. CXXVI. (Cap. CXXIII.) Est et alia haeresis quae de [1]censu animae[a b] ambigens ex elementis eam consistere opinatur, ut multi philosophi[c] vanissimi, nunc de igne[d], nunc de aqua[e], nunc de spiritu[f], nunc de materia[g],

10. ea quae *b*.
Cap. CXXVI. *in abc. inscriptum est* Haeresis de anima hominis. — 1. censu *Baluzii marg.*, sensu *Bal.*

„Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ." *(F.)*

m. et recipere] 2 Corinth. V. 10. Vide supra cap. 121. *(F.)*

n. quod nec patri crediderant] Ioh. VIII. 12. 55. *(F.)*

o. iudicandos] Ioh. XII. 48. *(F.)*

p. transiit de iudicio impiorum] Ioh. III. 18. *(F.)*

q. diversitas est poenarum atque plagarum] Uti gradus diversos gloriae dari in coelestibus praemiis, docuit noster ex Ioh. XIV. 2. supra c. 82. Tertullianus in Scorpiace cap. 6. „*quomodo multae mansiones apud patrem, si non pro varietate meritorum, quomodo et stella a stella distabit in gloria, (1 Cor. XV. 41.) nisi pro diversitate radiorum?*" quem minorem gradum Philastrius dixerat *dignitatis minorem* vel *detrimentum* c. 82. et 89. Sic poenarum quoque et suppliciorum apud inferos diversas ac differentes mensuras tradit ex communi veteris ecclesiae doctrina secundum Luc. XII. 47. Matth. XI. 24. etc. Vide Isidori Pelusiotae Epistolas IV. 42. et V. 220. 221. 222. et quae collegerunt Allatius de Purgatorio p. 232. seq. Suicerus Thesauro p. 91. etc. *(F.)*

r. ut scriptura docuit] 1 Petr. III. 20. *(Fabr.)*

Cap. CXXVI. — a. de censu animae] Hoc est de origine animae. Saepissime ita usurpavit Tertullianus vocabulum *censum*, et verbum *censeri* pro originem ducere.

b. de censu animae] Ita malui quam quod in aliis *de sensu*. Nam censum vocat naturam qua aliqua res censetur, uti de anima etiam hac voce utitur Tertullianus. *(F.)*

c. ut multi philosophi] Vide Plutarchum de Placitis Philos. IV. 2. seq. Galeni Histor. Philosoph. c. 16. Stobaei Eclog. Phys. p. 93. seq. Ioannem Philoponum Prolegom. et Aristotelem 1. de Anima, Nemesium c. 2. Macrobium lib. 1. in Somn. c. 14. Iustinum Martyrem Cohortatione ad Graecos pag. 8. Theodoretum V. Therapeut. p. 72., et quae viri docti ad Hermiae irrisionem Gentilium c. 2. et Tertullianum de Anima c. 5. *(F.)*

d. nunc de igne] Anima ignis, et πυρῶδες σύγκριμα ex mente Democriti, Hippocratis, Hipparchi. Ex mente Heraclidis Pontici, lux; Heraclito scintilla stellaris essentiae. *(F.)*

e. de aqua] Thaletis et Hipponis haec opinio, sed et Aegyptiorum, animam ὕδωρ γονοποιὸν esse existimantium. Vide Tho. Galeum ad Iamblichum de Aegyptior. Mysteriis p. 303. *(F.)*

f. de spiritu] Spiritum pro καπνῷ et ἀναθυμιάσει hoc loco accipe, ut Stoici animum habebant πνεῦμα νοερὸν καὶ θερμόν. Vide interpretes ad Sapient. II. 3. *(Fabr.)*

g. de materia] Στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων, ex quinta nescio qua substantia, Critolaus et Peripatetici. *(F.)*

nunc de fonte[h], nunc de atomis[i], nunc quasi aëra[k] esse animam hominis suspicantur, cum anima facta sit a domino, ex nihilo scilicet, ut scriptum est[l]: *Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quae non erant.* Anima itaque a deo facta imago dei appellata est, post angelorum creationem[m] scilicet: minor enim est homo quam natura angelorum, ut scriptum est[n]: *Minuisti eum paulo minus ab angelis.* Si autem legis mandata servaverit[o], tunc erit sicut angeli[p]. Si ergo angeli servi dei[q] sunt sub lege positi, quanto magis et hominis anima sub lege, quae est praedicata? Si [2]servarit quod ei praeceptum est, tunc debet dicere quod ait dominus apostolis[r]: *Quod et si feceritis omnia, dicite quod servi sumus inutiles.*

Alia est haeresis[a] quae dicit de salvatore quod primum fuerit apud patrem[b] et sic natus sit, et [1]cum simpliciter[c] ita confitetur, diversa hominibus scandala subministrat. Esse enim ante, et postea nasci, contrarium est modis omnibus. Et quamvis generatio ipsius duplex sit, una divinitatis indefinita ac sempiterna, altera incorporationis per virginem temporalis, [2]at non est dubium tamen quod secundum divinitatem debemus cognoscere quod neque de- Cap. CXXVII. (Cap. CXXIV.)

2. servaverit *b*.
Cap. CXXVII. *in abc. inscriptum est* De Christi nativitate haeresis. — 1. *Verbis* cum simpliciter *pergit A.* 2. et non est dubium. Tamen secundum *A.*

h. nunc de fonte] Fons sive crater animarum in caelis praeexistentium, ex quo illas deducit Platonis schola. *(F.)*

i. nunc de atomis] Ut schola Epicuri. *(Fabr.)*

k. nunc quasi aëra] Anima ἄνεμος, ἀεροειδὲς σῶμα, Anaxagorae et Anaximeni. *(F.)*

l. ut scriptum est] Sapient. I. 14. Vide supra cap. 80. ubi idem locus laudatur. *(F.)*

m. post angelorum creationem] Non modo tempore sed etiam dignitate inferior homo angelis. Creatio angelorum, ut mox angelorum natura ponitur pro angelis ipsis qui sunt creatio i. e. res creata a deo. *(F.)*

n. ut scriptum est] Psal. VIII. 5. „Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους." Vide interpretes ad Hebr. II. 9. et dissertationem ad illum locum D. Tho. Ittigii, τοῦ μακαρίτου, quae in eius variis opusculis legitur. *(F.)*

o. Si autem legis mandata servaverit] Legis mandata servantibus vitam sempiternam promittit salvator Luc. X. 28., sed et non valentibus perfecte illa implere, credentibus autem, fides imputatur in iustitiam Rom. IV. 5. *(F.)*

p. sicut angeli] Ἰσάγγελος Luc. XX. 36. *(F.)*

q. angeli servi dei] Λειτουργικὰ πνεύματα Hebraeor. I. 14. *(F.)*

r. quod ait dominus apostolis] Luc. XVII. 10. Infra cap. 125. „*servi nequissimi.*" *(F.)*

Cap. CXXVII. — a. Alia est haeresis] Apud Auctorem Praedestinati et Augustinum c. 80. nullum nomen haereseos huius occurrit: quod Danaeus ad Augustinum non adeo commode fecit *Nativitariorum* vel *Initiariorum.* *(F.)*

b. primum fuerit apud patrem] Nullam propriam habens ὑπόστασιν, latens veluti in patris essentia, antequam ille vellet eum ὑποστατικῶς ex se prodire, mundum per eum conditurus. Fuit haec sententia veterum quorundam ut Tertulliani c. 3. contra Hermogenem. Vide Georgi Bulli Defensionem Fidei Nicaenae sect. 3. c. 5. et 10. p. 337. 398. Petavium Dogm. Theol. de ss. trinitate lib. 1. *(F.)*

c. simpliciter] Aperte, nec satis consideranter. *(F.)*

fuit aliquando esse cum patre[d], neque qui erat cum patre semper, ex semetipso erat[e], et non de patre genitus noscebatur, ut quidam suspicantur aberrantes. Utrumque ergo si bona interpretatione profertur, [3]rectum et fidei firmamentum ostenditur, ut [4]et genitum eum cognoscamus de patre proprie hunc unicum filium, non tamen in tempore, sed ante omnia secula omnemque creaturam esse genitum de patre proprie cognoscamus atque credamus, ut condecet, cumque patre eum in perpetuum manere atque semper mansisse non ignoremus. Nulla est ergo separatio aut contrarietas inter esse semper et fuisse et genitum esse. Nam semper esse [5]propter [6]sempiternitatem dicitur, ne temporalis filius aestimetur, genitum autem dicit quia non [7]ex semetipso, sed de patre natum cognoscit ecclesia praedicans. Non ergo disiungendum est unum ab altero, sed coniungenda est sempiternitas filii, et generatio cum sempiternitate copulanda, deque patre ita est credenda ac detinenda confessio, ut unus nobis pater genitor et unus [8]nobis filius unicus patris, proprie quippe genitus de patre, cognoscatur. Ergo semper esse et genitum esse pia [9]fide est aequum: ut sempiterna eius generatio non temporalis sit, et filii unigeniti de patre et cum patre vera proprietas ac sempiternitas non ignoretur. Si quis autem primum confitetur esse eum ingenitum, et sic postea fuisse genitum de patre, ignorat quid confitetur. Cum enim unam putat evadere haeresim[f], incurrit [10]in alteram peiorem, ingenitum filium confitendo, imo potius et patrem et filium denegando, duoque ingenita praedicando, et unius patris ingeniti et unius filii unigeniti de patre proprie denegando veritatem.

Cap. CXXVIII. (Cap. CXXV.) Sunt quidam haeretici qui de Pharaone ita arbitrantur dixisse dominum per [1]Moysen, quod, *Ad hoc excitavi te*[a], *ut ostendam in te virtutem meam*; et, *Indurans indurabo*[b] *cor Pharaonis, ne dimittat vos*. Et ait apostolus[c], *Ergo neque volentis neque currentis, sed miserentis dei est*. Sed haec non definiens dicit apostolus, sed disputans atque edocens quod verum est, ne ita deum dixisse quis aestimet; debet enim attendere quod ait dominus, *Ut ostendam in te quippe omnem virtutem meam*[d], id est magnanimitatem, bonitatem, sustinentiam, quae est utique omnibus [2]hoc effusa in seculo. Cum enim ei dicit, omni homini dicit, in corpore constituto, in prosperitate quippe, facultate ac potentia temporali, annuntiat, qui cum ad divitias attendunt, segniores ac negligentiores efficiuntur circa dei Christi timorem et gratiam, suaeque ita [3]usque ad finem salutis obliviscuntur, ac timoris dei efficiuntur immemores. Cum enim tribularetur ipse Pharao, invitus dominum cognoscebat, ut scriptum est[e]. Cumque iterum dimittebatur a deo, revertebatur ut canis[f] ad suum vomitum. Ideoque omnium paganorum, Iudaeorum, haereticorum divitumque animae [4]ac peccantium pariter in prosperitate contemptrices dei reperiuntur interdum: ideo eruditio[g] utilis est humano generi in omnibus atque salutaris, dicente propheta[h], *Bonum mihi est, domine, quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas;* et iterum[i] de obiurgatione, *Cum occidebat*, inquit, *dominus Iudaeos, tunc inquirebant eum, et vigilabant* [5]*ad eum*. Non itaque dicit beatus apostolus, ut non curramus aut non velimus[k] servire deo, sed primum debemus nostra currere voluntate[l], deinde non cum praesumptione et iactantia, quasi nostra vir-

3. rectae fidei *A*. [illegible] 4. et *om. A*. 5. propter *om. A*. 6. sempiternam durationem dicitur *b*. 7. a semetipso *A*. 8. nobis *om. A*. 9. fides *A*. 10. in *om. A*.

Cap. CXXVIII. [illegible] habet HAERESIS DE INDVRATIONE DEI. — 1. Mosen *A b*.

d. quod neque defuit aliquando esse cum patre] Ita ut nunquam pater non habuerit filium, sed idem semper et deus et pater fuerit, ut utar verbis Arnobii in Conflictu cum Serapione pag. 523. *(F.)*

e. neque, qui erat cum patre semper, ex semetipso erat] Quoniam omne quod in patre est, ex semetipso est et ἀγέννητον subsistit, itaque si filius ante generationem fuisset ἀγέννητος in patre, oporteret illum quoque tunc fuisse ex semetipso et ἀγέννητον. *(F.)*

f. unam putat evadere haeresin] Arianorum, τὸ ὁμοούσιον et aeternitatem filii negantium. *(F.)*

Cap. CXXVIII. — a. excitavi te] העמדתיך Exod. IX. 16. ἐξήγειρά σε Rom. IX. 17. Vide si placet ad loca haec recte intelligenda B. Wolfgangum Franzium in praeclaro de Interpretatione Scripturae opere. *(F.)*

2. hoe *om. A*. 3. usque *om. A*. 4. ac *om. b*. 5. ad deum *suspicatur Fabricius*.

b. Indurans indurabo] Exod. IV. 21. אני אחזק et VII. 3. אני אקשה. ἐγὼ σκληρυνῶ. Philastrius ex memoriae lapsu pro *indurabo* scripsit *indurans indurabo*. *(F.)*

c. apostolus] Rom. IX. 16. „Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ," quo in loco paronomasiam trium vocum hebraicarum רחה רצה רוץ notat Mericus Casaubonus Diatriba de Linguis p. 84. et in notis ad Optatum lib. 2. cap. 20. *(F.)*

d. omnem virtutem meam] Exod. IX. 16. et Rom. IX. 17. „Ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου." *Omnem* Philastrius explicandi causa adiunxit. *(F.)*

e. ut scriptum est] Exod. VIII. 8. et 25. IX. 27. X. 24. *(F.)*

f. ut canis] Prov. XXVI. 11. et 2 Petr. II. ult. *(F.)*

g. eruditio] Per afflictiones et calamitates. *(F.)*

h. dicente propheta] Psal. CXIX. 71. „Ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου." *(F.)*

i. et iterum] Psal. LXXVIII. 34. „Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, ἐξήτουν αὐτὸν καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὤρθριζον πρὸς θεόν." Unde suspicetur aliquis Philastrium scripsisse *ad deum*, pro *ad eum*. *(F.)*

k. non curramus aut non velimus] Quando dixit non esse currentis nec volentis Rom. IX. 16. „*Est enim Christiani hominis*," inquit Optatus II. 20. „*quod bonum est velle, et in eo quod bene voluerit currere, sed homini non est datum perficere, ut post spatia quae debet homo implere restet aliquid deo, ubi deficienti succurrat.*" *(F.)*

l. primum debemus nostra currere

tute et iustitia [6]condigne, et non Christi mereamur salvari clementia; qui enim currit cum superbia et praesumptione, non a deo sperat praesidium, quantum ex sua conversatione sibi praesumit iustitiam. Et currere itaque et velle nos docet beatus apostolus, inque nostra voluntate esse, ut in ipso cursu bonorum operum in humilitate perseveremus, ac tunc demum speremus salutem posse ab ipso domino adipisci, ut ait dominus: *Et cum feceritis omnia, dicite quod servi sumus nequissimi*[m]; et: *Si iustus vix salvatur*[n], *peccator et impius* [7]*ubi apparebit?* Ergo sunt in nobis quaedam in quibus currendum est. Sunt autem maiora quae a deo speranda et impetranda sunt, ut ait apostolus[o]: *Nescitis quid petatis.* Ut puta si quis dixerit, Possum esse martyr, Possum esse apostolus, et non dicit, Si deus Christus voluerit, quod ab eo incrementum id muneris et gratiae quippe confertur, non vana hominum praesumptione atque iactantia comparatur. Tentantis est enim hominis voluntas huiusmodi ac praesumentis, non quaerentis [8]ac supplicantis ut tantam consequi mereatur dignitatem.

Cap. CXXIX. (Cap. CXXV.) Sunt quidam haeretici, ut Manichaei[a] et Gnostici et Nicolaitae[b] et alii, qui de beato David audent dicere [1]quod non Christi propheta fuerit[c], neque doctor et commentator divinarum omnium scripturarum[d], sed humanae cantationis[e] ac secularis rei conscriptor extiterit, cum caelestis gratiae atque arcani salutaris Christi

6. condigne, et non *A*, condigna, ut non *Bac*. condigna, non *b*. 7. quo appellabit *A*. 8. ac supplicantis *A*. et supplicantis *c*. supplicantis *Bab*.
Cap. CXXIX. *a alia manu inscriptum est* HAERESIS NEGANTES (NEGANS *b*.) DAVID CHRISTI PROPHETAM ESSE. — 1. quod Christi propheta domini non fuerit *A*.

voluntate] Ipsum etiam velle, operante in nobis domini gratia Philipp. II. 13. *(Fabr.)*

m. servi sumus nequissimi] Luc. XVII. 10. ἀχρεῖοι, *servi inutiles* supra c. 123. *(F.)*

n. Si iustus vix salvatur] Proverb. XI. ult. supra c. 122. *(F.)*

o. ut ait apostolus] Luc. XX. 22. „Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε." *(F.)*

Cap. CXXIX. — a. Manichaei] Qui legem et prophetas repudiabant, ut constat ex Augustini lib. contra Adversarium Mosis et prophetarum. „Τὴν λεγομένην παλαιὰν ἅπασαν ἱστορίαν ἐκβάλλουσι, ait de Manichaeis Alexander Lycopolita p. 19. *(F.)*

b. et Gnostici et Nicolaitae] Fortasse legendum *et Gnostici Nicolaitae*, nam Epiphanius XXVI. 1. Gnosticos τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένους testatur. Idem XXVI. 6. ait Gnosticos tam veteri quam novo usos testamento, sed eum qui in veteri locutus est testamento abdicare. Igitur quando aliquid reperiunt quod dogmati ipsorum adversatur, illud ab spiritu huius mundi profectum causantur, „ὅτι τοῦτο ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ κοσμικοῦ λελάληται." *(F.)*

c. quod non Christi propheta fuerit] Licet a prophetis et lege distinguuntur psalmi Luc. XXIV. 19. 44., tamen diserte David propheta vocatur Matth. XXVII. 35. et Actor. II. 30. *(F).*

d. divinarum omnium scripturarum] Respicit ad verba 2 Tim. III. 16., ubi apostolus ait omnes scripturas πᾶσαν γραφὴν adeoque Davidis etiam scripta esse divina ac θεόπνευστα. *(F.)*

e. humanae cantationis] Ut alii quilibet poetae. *(F.)*

domini ipse meruerit prae multis humano generi mysteria praedicare. Sicut enim sanctis aliis diversam tribuit Christus dominus gratiam, ita huic maiorem concessit scientiam, dicente domino[f], *Dabo* [2]*vobis sancta David fidelia*; et[g], *Inveni David filium Iesse, hominem qui faciat omnia quae sunt in corde meo, dicit dominus.* Ignorant ergo quod velox ac praepotens commentator hic divinarum extitit scripturarum rex atque propheta David, emissus a domino, ut quod ante dicebatur praesensque videbatur [3]futurumque nuntiabatur, haec cuncta brevi collecta humano generi [4]praedicarentur ab eodem, tribusque in versibus psalmi primi omnem [5]veram virtutem exponeret veritatis praeteritorum, [6]instantium atque futurorum, omnesque errores cuiusque populi diversaque facinora nuntiando, cum dicit, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum*[h], id est paganorum, *et in via peccatorum non stetit*, quippe Iudaeorum, *et in cathedra pestilentiae non sedit*, utique haereticorum, atque hinc iam quasi ex fontibus atque materiis copiosis diversa semina iniquitatis humano generi [7]affutura doceret, ut [8]his quippe tribus malis, paganitate, Iudaismo et omni haeresi, contemptis atque damnatis sola fides vera, id est patris et filii et sancti spiritus ab omnibus credita coleretur. Zelo enim divino ductus beatus David tunc temporis, cum videret homines daemoniis immolare, [9]non deo[i], in [10]Hierusalem civitate quatuor choros posuit[k] secundum mundi [11]aditus, [12]ana septuaginta duo[l], quatuor etiam hominibus positis ex psallentibus atque arcam dei custodientibus,

2. vobis inquit sancta *A*. 3. futurumque nuntiabatur *om. Babc*. 4. praedicerentur *b*. 5. veram *(A)b*. verum *Bac*. 6. stantium *A*. 7. adfutura deiiceret *A*. 8. hiis *Ba*. 9. non deo *Ac*. non *reliqui*. 10. Ierusalem *c*. 11. actus *A*. 12. *Ita libri omnes: quorum Ba. asterisco notati sunt in margg.*

f. dicente domino] Actor. XIII. 34. ex Es. LV. 3. „Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά." *(F.)*

g. et] Actor. XIII. 22. „Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου," ex Psal. LXXXIX. 20. *(F.)*

h. in consilio impiorum] Psal. I. 1. „Ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, ἐν καθέδρᾳ λοιμῶν." [Adde Constitut. Apostol. lib. II. c. 61.] *(F.)*

i. non deo] Vocabulum *deo* in superioribus editt. desideratur, quod sensus necessario postulat. *(F.)*

k. quatuor choros posuit] 1 Chron. XXV. 7. numerus universorum traditur 288. qui prodit ex quater repetitis 72, tot enim erant in unoquoque choro. *(Fabr.)*

l. ana septuaginta duo] Ἀνὰ οβ', ut Luc. IX. 3. et X. 1. ἀνὰ δύο vel IX. 14. ἀνὰ πεντήκοντα. Vel si hoc cui in Latino scriptore incredibile videatur, legendum *uno septuaginta duo.* Ceterum de tota hac ratione musicae sacrae a Davide in templo constitutae consulendus Salomo van Till, in parte tertia operis Belgice primum, deinde etiam Germanice editi de Musica Veterum ac speciatim Hebraeorum. *(F.)* Apud Du Cangium citatur de hoc Graecae praepositionis abusu inter alios Leo Ostiensis III. 31. (al. 43): „Sex etiam candelabra magna, tres cubitus altitudinis habentia, de productis ac sculptis argento laminis fecit *ana* sex vel quinque librarum," i. e. singula quaeque ponderis sex vel quinque librarum."

undique infinitis etiam aliis extrinsecus. In medio autem ea posita psallebat cum populo beatissimus ipse David patriarcha, et incorporationis Christi domini quippe ut testis tantus ac praedestinatus a domino, psalmorum diversa gaudia et laudes pariter non alii nisi [13]ipsi Christo domino canendo referebat, trinaque vice quotidie[m] cum orationibus psalmorum etiam [14]cantu resonante omni delectabatur cum populo, divinam Christi praesentiam nuntiando, deque ea re futura gaudia seculo [15]promittendo; de quo et dominus dignatus est dicere, multos fuisse prophetas et sapientes[n], et desiderasse videre et audire quae apostoli audire meruerunt et videre. Nam quod et Graecorum ipsa quae videtur esse sapientia [16]ex lege atque prophetis et specialiter de [17]David sit, secundum tempus[o] omnibus [18]manifestum. Ideoque et poëtae aliique sapientes versibus quod voluere dicere imitando eundem[p] conati sunt fingere; quae argumenta cum de lege atque prophetis sumerent, immutatis nominibus cum iura veritatis violare [19]properant, suae perfidiae diversa mendacia seculo seminarunt[q]. Inde haec ignorantes quam plurimi seculares homines atque imperiti [20]temporalitatis pagana mendacia[r] potius quam salutaris Christianae legis antiqua et vera arcana desiderant colere [21]atque sequi firmamenta. [22]Ex suis itaque vanitatibus, id est ex Graecorum historiographis potest quis cognoscere quam sit temporalis vana sapientia Graecorum, quae cum paulatim cognoscitur [23]a suis, sine dubio spernitur, calcatur atque quotidie condemnatur.

Cap. CXXX. (Cap. [illegible])

Sunt alii haeretici qui de inaequalitate psalterii errorem patiun-

13. ipsi *om. b.* 14. cantu resonante *A.* cantore sonante *reliqui.* 15. praemittendo *A.* 16. et ex lege *A.* 17. Davide *(A)b.* 18. est manifestum *A.* 19. properarent *b.* 20. temporalitas *b.* 21. ac *A.* 22. Et *(A)b.* 23. a suis, sine dubio spernitur *om. A.*

Cap. CXXX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE PSALTERII INAEQVALITATE. —

m. trinaque vice quotidie] Mane et vesperi, ac quum sacrificium iuge offerebatur. *(F.)*

n. prophetas et sapientes] Luc. X. 24. „Πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς." *(F.)*

o. secundum tempus] Gentium poëtae et scriptores etiam antiquissimi, ut Homerus, Hesiodus, Herodotus, Mose et Davide longe sunt iuniores; ut a veteribus ecclesiae doctoribus in suis adversus gentes apologiis diligenter adnotatum. *(F.)*

p. imitando eundem] Hoc fortasse minus credibile videbitur iis, qui cogitaverint in quanta ignorantia linguae rerumque Iudaicarum versati fuerint Graeci et Latini, ne dicam alia longe tinnire in eorum carminibus quam quibus sacra divino spiritu inspirata pagina Davidis resonat. *(F.)*

q. seculo seminarunt] Sic supra c. 122. „*Cum semina impietatis paganae non alii nisi illi poëtae vani et philosophi deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminaverint.*" *(F.)*

r. temporalitatis pagana mendacia] Recentia minimeque antiqua. Sic saepe noster supra c. 109. 111. 118. 119. *(F.)*

tur non modicum, aestimantes [1]totum librum psalterii non esse [2]David[a], et cum historiam quaerunt per ordinem, inveniunt inaequalitatem[b], id est ut quae novissima, prima, et quae prima, novissima esse posita pervident, non modicum scandali patiuntur. [3]Nam in tertio psalmo[c] persecutionem [4]patitur a filio, et in centesimo plus[d] contra allophylum[e] [5]pugnando disseritur; cum invenimus primum pugnasse eum[f] cum Goliath [6]in sua iuventute, a filio autem suo[g] in senectute postea bellum sustinuisse. Et quamvis haec spiritaliter de Christo intelligenda sint, tamen et historiam inquirentes studiose de eodem beato propheta non parvo offendiculo perturbantur. Quia ergo et post septuaginta duos psalmos defecisse dicit[h] hymnos David [7]scriptura psalmorum, et postea [8]iterum eiusdem titulatio[i] in multis psalmis nuntiatur, et de hoc quaerunt, cur ita sit positum, nescientes quod beato regi atque prophe-

1. omnem *A.* 2. David beatissimi et cum *A.* 3. Non *b.* 4. patitur *om. b.* 5. *Rescribendum videtur* pugna disseritur *vel* pugnans disseritur. 6. in *om. b.* 7. scriptoris *(A)b.* 8. iterum *om. A.*

Cap. CXXX. — a. totum librum psalterii non esse David] Duo licebit hoc loco annotare, primo, falli virum eruditum, qui in Vitis Scriptorum Biblicorum germanice editis parte IX. p. 404., D. Brochmandum testem laudans, ait a Philastrio haereticis annumerari quisquis affirmet omnium psalmorum Davidem esse auctorem: nam Philastrius haereticis adscribit eorum sententiam qui non omnes psalmos a Davide scriptos sibi persuadent. Deinde hoc ipsum, quod haereticis tribuit Philastrius, neutiquam est haereticum, sed verissimum, multisque etiam Philastrii aetate probatum catholicis ac probatis doctoribus ecclesiae, ut Hilario atque Hieronymo, ne alios infinitos in praesenti memorem. *(Fabr.)*

b. inveniunt inaequalitatem] Ordinis perturbati ἀνωμαλίαν, ut ipse hoc statim interpretatur. Sane ab Esdra librum psalmorum non digestum ordine temporis quo scripti sunt, sed alio ordine quocunque, fatentur scriptores doctissimi et interpretes sacrarum litterarum etiam antiqui, ut Eusebius in Psalmos p. 7. „Παρατηρητέον δὲ ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται τάξις." Adde eundem p. 208. 214. etc. Theodoretus in Auctario Garneriano p. 3. „Οὐ καθὼς ἐλέχθησαν οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, ἀλλὰ καθὼς εὕρηνται." Quod vero illustris Huetius p. 335. Demonstrationis Evangelicae eo ordine putat esse positos psalmos, quo fuere in templo secundo decantati, coniectura est, neutiquam res certa et explorata. *(F.)*

c. in tertio psalmo] Cuius inscriptio, „Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ." Similis est inscriptio Psal. CXLIII. „Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς καταδιώκει." *(F.)*

d. et in centesimo plus] Hoc est in Psalmo CXLIV., qui est ultra centesimum, „τῷ Δαβὶδ πρὸς τὸν Γολιάδ." Sic supra c. 111. *anni* CCCLXXX *plus* te c. 106. „*quadringentos iam plus annos.*" *(Fabr.)*

e. contra allophylum] Philistaeum, ut supra p. 26. *(F.)*

f. primum pugnasse eum] 1 Sam. XVII. *(F.)*

g. a filio autem suo] 2 Sam. XVIII. *(Fabr.)*

h. defecisse dicit] Post Psalm. LXXII. subscribitur: „ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί," quae videtur esse nota clausulae libri secundi, cum totum psalmorum opus divisum fuerit olim in libros quinque. *(F.)*

i. eiusdem titulatio] Etiam post Psalmum LXXII. multi Psalmi diserte in titulo praeferunt Davidis nomen, ut LXXXVI. XCI. XCIII. XCIV. XCV., aliique quam plurimi. *(F.)*

tae diversa gaudia psalmorum recte a domino impertita sunt. Si ergo et aliorum inveniuntur titulationes in psalmis, postea tamen summa rerum laudis huic auctori et institutori a Christo concessa est, ut prophetae, regi atque patriarchae. De inaequalitate autem psalmorum secundum historiam qui interpretati sunt [9]auctores [10]studiosissime, hoc dixerunt, quod saepe existente captivitate in Iudaeorum populo a gentilibus propter idololatriam, quia cum illis colebant Iudaei et idola, [11]inde his[k] etiam scripturae divinae inquirebantur et comburebantur a gentibus: si quis autem abscondisset de psalmis aliquid, existente pace postmodum requirebantur a paucis sanctis eaedem divinae scripturae, cumque invenirentur, accipientes postea qui erant illo tempore sapientes [12]quia non erant prophetae iam, sed sacerdotes, timore detenti[l] iuxta quod accipiebant a quibusdam, ita componebant et textum psalmorum et ita ordine exponi iubebant. [13]Sic ergo secundum historiam [14]inaequalitatis, ut dixerunt multi, causa haec esse videtur. Nam quod spiritalis in ipsa inaequalitate psalmorum [15]et aequalis sit Christi scientia cognoscenda, manifestum est studiosis, ut quod est in primis, hoc sit et in medio de Christo itidem, et quod erat postea futurum, de eodem ante dictum sit ubique[m]. Ideoque [16]apostolus[n], *Christus heri et hodie, ipse et in secula*, inquit, *seculorum.* Nam quod spiritali virtute dicti sint psalmi non est dubium, ut quod ante factum est per diabolum de impietate idolorum[o], hoc et sub Iudaeis seductione eius commissum facinus monstraretur, et quod ipsius sit etiam haereticorum perversitas in fine pullulantium quotidie[p] non ignorat ecclesia [17]catholica.

Cap. CXXXI. (Cap. CXXVIII.) Sunt haeretici contraria sentientes, [1]libro Geneseos [2]quod dominus dixerit ad Cain, *Peccasti, quiesce, ad te conversio tua*[a], *et*

9. auctores *om. abc.* 10. studiodissimi *A.* 11. inque his (hiis *Ba.*) *libri omnes.* 12. quia *om. A.* 13. Si *A.* 14. inaequalitas *A.* 15. et aequalis sit *A.* aequalitas sit *reliqui.* 16. apostolus ait *A.* 17. quippe catholica praedicans *A.*

Cap. CXXXI. *in ac. inscriptum est* HAERESIS DE PECCATO CAIN., *in b.* HAERESIS DE EO QVOD DICTVM EST CAIN TV DOMINABERIS ILLIVS. — 1. in libro *A.* 2. quod *Aab.* quo *Bc.*

k. inde his] Olim placuerat *in aliis*, h. e. inter alias res. Anacoluthon sane tale est quale ne in hoc quidem scriptore expectari aut ferri posse censeamus.

l. timore detenti] Hoc est religione detenti.

m. ubique] Sic infra p. 286. [H. e. c. 135.] *(F.)*

n. Ideoque apostolus] Hebr. XIII. 8. „Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας." *(F.)*

o. de impietate idolorum] Ethnicis, Iudaeis et haereticis oppositam coelestem ac veram fidem a Davide, Philastrius supra cap. 126. ex primis psalmi primi verbis annotavit, ad quae praesenti etiam loco respicit. *(F.)*

p. quotidie] Sic supra c. 118. *(F.)*

Cap. CXXXI. — a. conversio tua] Imo *conversio sua* sive *eius.* Genes. IV. 7. „Ἥμαρτες, ἡσύχασον. Πρὸς σὲ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ." *(F.)*

tu eius dominaberis. Cum enim dicit, *Tu ipsius dominaberis*, putant quod dixerit ei, Tu eris dominus fratris tui[b]. Et quamvis si ita quis senserit, quia maior natu erat Cain quam Abel frater eius, quia et in lege maiores natu [3]maiores erant et honore[c], id est primogeniti, non autem [4]hic dicit, *Tu eius dominaberis*, [5]quasi Eris dominus eius, quod est in omnibus contrarium. Si enim ita esset, quomodo dabat in eum mortis sententiam[d] dominus, [6]quod suum occiderat fratrem, sicut scriptum est? Non ergo [7]ita dicit scriptura, dominari illum fratri suo, ut eum interficeret, sed, Dominaberis cogitationi tuae malae utique, quae est in arbitrio tuo, ut cuiusque hominis arbitrio atque voluntate[e], [8]ut proiiciat de corde suo malam cogitationem immissam a diabolo[f], aut non proiiciendo crimen incurrat perpetuum. Ut perscrutator enim cordis et animi hominis Christus[g] dominus occulta ipsius [9]pervidens arguebat quod cogitaverat, et monebat ne faceret illud sceleris, inque hoc viam parricidii seculo seminaret[h]. [10]Quod et in evangelio dictum est: *Si habes adversus fratrem tuum iram*[i], *vade reconciliare, et sic postea*

3. maiores erant *AB.* erant *reliqui.* 4. huic *b.* hoc *A.* 5. quia *A.* 6. quia *A.* 7. hic *A.* 8. ut *ego.* aut *libri omnes.* 9. praevidens *(A)b.* 10. Quo *b.*

b. Tu eris dominus fratris tui] Hanc expositionem quam Philastrius haeresibus adscribit, tuentur viri doctissimi Bonav. Cornelius Bertramus c. 1. Lucubratt. Franckenthalens Io. Lighfootus Opp. Posthum. p. 91., Guil. van der Muylen diss. de Die Mundi et Rerum omnium Natali, Ceneus in Specimine versionis bibliorum Gallice edito, aliique. Non tamen ita Dominum Abelis Cainum faciunt, ut inde ei licuerit fratrem minorem natu occidere, sed ut per poenitentiam, velut postliminii iure ei restitueretur primogeniturae praerogativa, cuius iacturam peccando fecisse videbatur. *(F.)*

c. in lege, maiores natu erant et honore] Erant et honore maiores. Vide interpretes ad Genes. XXV. 31. XLIII. 33. Dan. Lundium diss. de Primogenitis Hebraeorum, Upsal. 1703. Outramum lib. 1. de Sacrific. c. 4. Vitringam Observ. Sacr. II. 2. seq. Witsium Misc. Sacr. T. 1. et Salom. Deylingium parte 2. Obs. Sacrar. p. 48. *(F.)*

d. dabat in eum mortis sententiam] Non mortis proprie, vide Genes. IV. 15., sed, „*Maledictus*, inquit, *eris super terram.*" id. 11. *(F.)*

e. ut cuiusque hominis arbitrio et voluntate] Vide supra c. 26. et c. 125. *(Fabr.)*

f. immissam a diabolo] Communis haec sententia doctorum veteris ecclesiae, vide Eugubinum VIII. 29. de Perenni Philosophia, interpretes ad Ioh. XIII. 2. Actor. V. 3. et 1 Paralip. XXI. 1. et D. Io. Fechtii, τοῦ μακαρίτου, diss. de Suggestionibus Satanae. *(F.)*

g. perscrutator enim cordis et animi hominis Christus] Vide interpretes ad Ioh. II. 25. Matth. IX. 4. XII. 25. Luc. V. 22. VI. 8. IX. 47. *(F.)*

h. seculo seminaret] Hoc est, malo exemplo veluti semen sceleris spargeret. Libenter hoc sensu vocabulum *seminare* usurpat noster, ut supra c. 126. „*suae perfidiae diversa mendacia seculo seminarunt.*" *(F.)*

i. Si habes adversus fratrem tuum iram] Ita utcunque reddit Philastrius quod apud Matthaeum V. 23. est, si memineris fratrem tuum habere aliquid adversus te: „Ἐὰν μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ - ὕπαγε - διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόςφερε τὸ δῶρόν σου." *(F.)*

offeres munus tuum. Et David itidem[k] ait, *Irascimini et nolite peccare.* Et qui modus sit, *Irascimini et nolite peccare*, ipse subsequitur disserens[l]: *Quae dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris, compungimini.* Solomon etiam[m]: *Si ascenderit spiritus inimici dominantis in te, ne des ei locum ut in te habitet.* Et [11]dominus[n]: *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit [12]iudicii.* Ideoque pellendam cogitationem ex suggestione [13]inimici dominus edocebat ilico, ne cum diu sit in homine, ad perpetrandum facinus eum provocet proniorem.

Est haeresis quae non recte intelligit de Cain, quod post fratricidium, quod commiserat, rogat dominum mori potius quam dimitti, dicens ita: *Maior causa est si dimissus fuero*[a], *et erit omnis qui invenerit me, interficiet me.* Sed dominus per eum unum omni humano generi velut generalem docendo modum per patientiam tribuebat bonitatis suae indulgentiam copiosam, ut iam desinente scelere bonorum operum fructuositatem sequerentur, certamque ab eo cuncti cognoscerent amplectendam, dicente domino[b], *Nolo mortem peccatoris*, [1]*quam ut revertatur et vivat*, ut tanti sceleris cunctis per eum patesceret paenitentia, inque ea indulgentia pariter copiosa, ut paenitentium iam bona fructuositas hortamento dei monstraretur hominibus, quo eam [2]pervidentes salutem potius quam mortem sibi desiderent acquirendam. Unde veluti suus accusator atque iudex cum ex parte gignitur Cain, dicens quod commiserit fratricidium, audire a domino meruit, ut, si fructus bonorum operum de cetero eum [3]sequeretur, remissionem tanti sceleris esset sine dubio accepturus, nullumque metum mortis inferendae iam suspicaretur sibi ab aliquo affuturum. Insuper etiam [4]eo signum[c] acceperat, ne occideretur[d] ab aliquo, [5]cumque his etiam septem poenas perpeti[e], si [6]qui hominum ausus fuisset in eum manus iniicere, caelesti sententia [7]definitum. Ipsa enim veluti paenitentia ficta, non vera inventa est, cum audit a domino: *Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas persolvet.* Unde et signum accipere meruit[f] propter paenitudinem, si tamen digna bonorum operum iam eum fructuositas sequeretur. Sed non invenimus fructum [8]bonum in eo paenitentiae usque fuisse, quanto magis de genere illius omnem impietatem potius pullulasse, [9]qui post eum haeredes impietatis paternae et immanitatis tanti sceleris existentes, cum non malorum suorum paenitudinem gerere voluissent, annuntiante eis Noë beato[g], perseverantes in scelere diro mortis interitu per diluvium perierunt, [10]exceptis octo animis[h i] tantummodo tunc temporis,

11. dominus ait *A*. 12. indicio *A*. 13. animi *b*.

Cap. CXXXII. *in cod. inscriptum habet* DE CAIN PECCATO HAERESIS QVARE DEVS EI VITAM CONCESSERIT. — 1. sed ut *b*. quantum ut *A*.

2. praevidentes *b*. 3. sequerentur *(A)b*. 4. eo *ego*. et *libri omnes*. 5. cumque his *ego*. eumque his (hiis *Ba.*) *Bac*. eumque *b*. *Prob. Galeardus*. cum his *A*. 6. quis *(A)b*. 7. definitum est. In ipsa *A*. 8. bonum *A*. bonorum *reliqui*. 9. qui *om*. *A*. 10. exceptis *Ab*. excepto *reliqui*.

k. Et David itidem] Psalm. IV. 4. ad Ephes. IV. 26. „Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε." *(F.)*

l. subsequitur disserens] „Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε." *(F.)*

m. Solomon etiam] Ecclesiastae X. 4. „Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σέ, τόπον σου μὴ ἀφῇς." *(F.)*

n. Et dominus] Matth. V. 22. „Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει." Illud εἰκῆ, *sine causa*, quod in nullis codicibus abest, iam suo tempore in latinis quibusdam Hieronymus reperit. Io. Cassianus tamen VIII. 20. „*Superfluum est sine causa, et adiectum ab his qui amputandum causam pro iustis causis minime putaverunt, cum utique nullus quamlibet absque ratione commotus, sine causa dicat se irasci.*" Sed videtur etiam legisse Irenaeus II. 56. et IV. 31., etsi omittit IV. 27. Legit et Cyprianus et Auctor Operis Imperfecti homil. 11. et Chrysostomus ad Matthaeum homil. XVI. p. 200. et homil. VI. de Laudibus apostoli Pauli T. 2. edit. novae p. 511. Legitur etiam in apophthegmatibus Patrum apud Coteleriuum T. 1. Monument. p. 622. et in versione Syriaca et Coptica. Defendit etiam Clariss. Vir Io. Henr. Maius libro tertio Observationum Sacrarum p. 30. quod convenire illud observat Iudaeorum scitis, qui apud Maimonidem in Canonibus Ethicis sapientiae discipulum vetant irasci nisi על דבר גדול, *ob rem magni momenti*. *(F.)*

Cap. CXXXII. — a. Maior causa est si dimissus fuero] Genes. IV. 4. „Μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με." Sensus est, maior culpa mea est quam ut dimitti impunis possim. Sed illi, quos reprehendit Philastrius, ita haec verba sunt interpretati: maiore poena afficior si dimissus fuero, ac si legissent τῷ ἀφεθῆναί με pro τοῦ ἀφεθῆναι. *(F.)*

b. dicente domino] Ezech. XXXIII. 11. supra c. 89. *(F.)*

c. etiam eo signum] Ita rescripsi pro vulgata *etiam et signum*, quae ferri posse non videbatur. Quemadmodum iam feci supra cap. 88. In eis quae sequuntur verba *cumque his* (h. e. insuper) iunge cum *caelesti sententia definitum*.

d. signum acceperat ne occideretur] Genes. IV. 15. Hoc ipsum pro signo licet accipere, quod non interficiendum Cainum esse deus fidem ei fecerit. Confer quae notavi in Codice Pseudepigrapho Veteris Test. p. 115. 116. et Ioh. Christoph. Ortlobii diatribam de Signo Caini, editam Lipsiae A. 1701. *(F.)*

e. septem poenas perpeti] Targum Uzielidis Genes. IV. 15. „*Quisquis interfecerit Cain, per septem generationes ultio sumetur ab eo.*" Aliter poenas septem peccatis totidem Caini respondentes exponit Suidas in Κάϊν, secutus Epiphanium de numerorum mysteriis T. 2. p. 307. seq. *(F.)*

f. accipere meruit] I. e. accepit. Ita mereri et ἀξιοῦσθαι antiquis scriptoribus frequenter usurpatur, ut notarunt Grotius ad Matth. VI. 1. et Is. Vossius ad Ignatium p. 293. Sic infra hoc capite: „*Qui meruerunt procellam soli tanti periculi evitare.*" Et p. 278. „*audire a domino meruit.*" *(F.)*

g. annuntiante eis Noë beato] Unde δικαιοσύνης κῆρυξ ille dicitur 2 Pet. II. 5. *(Fabr.)*

h. exceptis octo animis] Ita correxi cum ed. Lugd., cui suffragari videtur cod. Sangerm., quamquam non diserte de hoc affirmatum invenio. Galeardus defendere conatus est veterem scripturam ex proprietate linguae Italicae, qua quidem dicatur „eccetto otto anime." Mirifice. Praeterea adire nos iubet Baluzii notas ad Reginonem pag. 591. ad Gratianum p. 514. itemque ad Capitularia Regum Francorum tom. II. p. 1229.

i. excepto octo animis] 1 Petr. III. 20. Lugd. *exceptis*. *(F.)*

[11]qui de genere sanctorum fuerunt editi, qui meruerunt procellam soli tanti periculi devitare.

Cap. CXXXIII. (Cap. CXXX.) Est haeresis quae stellas infixas[a] putat esse in [1]caelum, non de thesauris locisque absconditis[b] atque a deo dispositis in vesperum iussu divino repente procedere, statutisque horis suo [2]lumine cursum ministeriumque indictum agnoscere: quod contrarium alienumque fidei catholicae invenitur. si ita quis senserit, magisque paganae vanitatis et philosophorum inanis sententiae quam Christianae scientiae habere consortium demonstrabitur. Scriptura enim omnipotentiam dei ita edocet, ut in brevi e diversis thesauris concurrere atque discurrere sidera nuntiaverit, ornamentoque caeli [3]noctique ut lucis causa ex parte sint a deo praestita atque commodata, diversisque horarum spatiis velut ad sua loca rursum redire statuta sint, ut e quibus locis exire iubentur quotidie, ad ea loca reverti iterum praesidente angelo[c] et compellente cursum debitum praeterire nullo modo possint, hincque [4]effusa Christi clementia omni manifestaretur humano generi, qui iustis et iniustis in hoc mundo parem concesserit gratiam bonitatis annuntians, qui *Solem suum*[d] *oriri facit super iustos et iniustos, et pluit super bonos et malos*: et, *Noverunt sidera*, inquit, *thesauros suos*[e], *et cursum dispositum quotidie*.

Cap. CXXXIV. (Cap. CXXXI.) Sunt quidam haeretici qui de veteri testamento multa reprobant,

11. qui *Ab.* quas *reliqui*.

Cap. CXXXIII. *in cdc. inscriptum est* De stellis coelo infixis haeresis. — 1. caelo *A*. 2. volumine *A*. 3. noctisque (*A*)*b*. 4. effusa Christi clementia omni manifestaretur *om*. *A*.

Cap. CXXXIV. *in cdc. inscriptum habet* Haeresis veteris testamenti mvlta reprobans. —

Cap. CXXXIII. — a. stellas infixas] Ut immobiles sint, quod refellit etiam Chrysostomus in Genes. I. 17. „*Cum autem posuit deus stellas in firmamento, ubi ut cognoscas quod deus astra caelo infixerit, non volentes ea moveri, et unumquodque eorum de loco ad locum transire, sed cursum suum peragere.*" Vide Sixtum Senensem lib. V. Bibl. Sanctae annotat. 14. (*F.*)

b. de thesauris locisque absconditis] Ut Ps. CXXXV. 7. „Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ." Vide Suidam in Θησαυρός. (*F.*)

c. praesidente angelo] Ab angelis motus admirandos orbium coelestium regi docuerunt non pauci olim e Iudaeis, quibus assentiuntur etiam Maimonides in More Nebuchim II. 4. et Abarbanel ad Esaiae VI. Eadem multorum e Christianis fuit sententia, ut Cosmae Indopleustae lib. 2. p. 150. 155. et multis aliis locis, nec non Theodori Mopsuesteni, quem eo nomine reprehendit Io. Philoponus lib. I. de Creatione c. 12. (*F.*)

d. qui solem suum] Matth. V. 45. „Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους." (*F.*)

e. Et. Noverunt sidera, inquit, thesauros suos] Non memini haec ipsis verbis ita legi in sacris literis. At in libro Sapientiae VII. 15. mentio thesauri ἀνεκλείπτου et deinde vers. 19. celebrantur „τροπῶν ἀλλαγαί, μεταβολαὶ καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλοι καὶ ἀστέρων θέσεις." (*F.*)

id est [1]Solomonis [2]Ecclesiasten[a], paucis quidem conscriptum sententiis, omnem [3]tamen thesaurum caelestis scientiae quaerentibus continentem. Nam quod omnibus sapientior prioribus sit ipse salvator testatus est[b]. Cum legunt ergo: *Omnia vanitas vanitatis*, [4]*quae sub caelo sunt*[c]: et: [5]*Desideravi habere*[d], ut dictum est, *diversa*; et: *Deus mihi dedit*, inquit, *et ecce omnia vanitas vanitatis*: solum tamen hoc postea addit esse a deo[e], ut si quis manducet et bibat et benefaciat animae suae. Quod si hanc escam solum aut hunc potum dixit esse istius seculi [6]utilem quae carnalis est, nihil autem futurae vitae immortalis aliud [7]nuntiavit[f g], in vanum hominum labor impenditur; ergo quod ait apostolus[h] de quibusdam: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur*; quod profecto paganorum et Epicureorum est talis haeresis, quae vitae pecudum comparatur. Ideoque *Homo in honore cum esset*[i], *non intellexit, comparatus est* [8]*pecudibus insipientibus*. [9]Solomon itaque et carnalem vitam hominum a deo concessam in multis divitiis nuntiavit, et futuram angelorum gloriam nihilominus in studiosis inesse paucis desiderantibus et credentibus praedicavit. Si enim et dives in hoc seculo bene operatus fuerit, necesse est ut et illic futurae vitae consortium consequatur. Sicut enim et haec terrestris esca a deo data

1. Salomonis Ecclesiastem *b*. 2. Ecclesiasten librum paucis *A*. 3. autem *A*. 4. quae *om*. (*A*)*b*. 5. Desideravi inquit habere *A*. 6. utilem quae carnalis est, nihil *A*. utilemque carnalem, nihil *reliqui*. 7. nuntiavit *c*. nuntiabit *reliqui*. 8. pecoribus insensatis *A*. 9. Salomon *b*.

Cap. CXXXIV. — a. Solomonis Ecclesiasten] Iudaeos et Christianos quosdam divinae Ecclesiastis auctoritati cum Theodoro Mopsuesteno detrahentes refellunt Huetius in Demonstratione Evangel. Frassenius in Disquisitt. Bibl., Natalis Alexander in Historia Vet. Test. Aetate quinta diss. 4. Godfridus Wegnerus de Canonica Auctoritate Ecclesiastae, et prae ceteris Io. Henricus Michaelis in accurate elaborata diss. de Ecclesiaste Salomonis. Halae Sax. a. 1716. (*F.*)

b. ipse salvator testatus est] Matth. XII. 42. Luc. XI. 31. optimus salvator de sapientia Solomonis egregium fert testimonium, omnibus tamen illum sapientiorem fuisse prioribus, quod ait eum Philastrius testari, nusquam disertis verbis affirmat. (*F.*)

c. quae sub caelo sunt] „Ὑπὸ τὸν ἥλιον" Ecclesiastae I. 14. (*F.*)

d. Desideravi habere diversa] Id. II. 3—11. (*F.*)

e. esse a deo] Id. II. 24. (*F.*)

f. nuntiavit] Ita scripsi pro *nunciabit*. Vocabulo nuntiandi libenter noster utitur. Sic infra hoc capite: „*Carnalem vitam hominum a deo concessam in multis divitiis nuntiavit.*" Atque iterum: „*Diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat.*" Et rursus: „*Vitamque pereundam nuntiabat.*" (*F.*)

g. nuntiavit] Locis a Fabricio de usu huius verbi apud Philastrium prolatis Galeardus addit capp. 75. 80. 110.

h. apostolus] 1 Cor. XV. 32. „Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν." Laconica haec et vetus paroemia esse notatur in veteri codice Bibliothecae Romanae Monachorum S. Basilii apud celeberr. Montfauconum p. 212. Diarii Italici. (*F.*)

i. homo in honore cum esset] Psal. XLIX. ult. „Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς." (*F.*)

est, ita et illa caelestis esca de lege desideranda est amplius, fides [10]quippe Christi domini de lege et prophetis adveniens cupientibus gloriosa, quam magis Maria quam Martha elegerat, dicente domino maiorem sortem[k] Mariam elegisse, quae non [11]auferretur ab ea. Ergo si dixit. *Vanitas [12]vanitatis est, quae in seculo sunt*, haec utique transeuntia praedicavit, propter futuram illam gloriam eminentem ac perpetuam, ut ait apostolus[l]: *Transit enim figura huius mundi et gloria*. Si autem figura et vita et honor et dignitas mundi istius cessabunt et destruentur, illa quippe erit desideranda caelestis et angelica dignitas[m], quae incorporatione[n] ac passione et resurrectione quippe est Christi credentibus adventura, quae non temporalis, carnalis ac caduca erit, ut Iudaeorum secundum litteram, et aliorum talium pereuntium, in posterum autem nihil expectantium. Propter quod dicit dominus[o], *Operamini escam, quae non perit*, [13]id est ut credatis in me, quem misit pater meus. Ergo non [14]Solomon de hac esca solum carnali dicebat, de illa autem praetermittebat, sed diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat, carnalem quippe primam vitae hominum in praesenti seculo, postque mortem caelestem illam et angelicam dignitatem iustis et fideli adventuram. Hancque carnalem velut vanam et temporalem, Iudaeorum quippe aliorumque talium iustificationem, vitamque [15]pereundam[p] nuntiabat, ut umbram esse cognoscerent, vitamque corporis temporalem non multo post decidentem, in comparatione quippe caelestis illius ac perpetuae dignitatis, non ignorarent. De qua esca ait et propheta[q], *Gustate et videte, quia suavis est dominus*.

Cap. CXXXV. (Cap. CXXXII.) Est haeresis quae de Canticis Canticorum[a] ambigit, ipsa itidem

10. quippe *om. A.* 11. auferretur *B.* auferetur *reliqui.* 12. vanitati *b.* 13. id est *om. b.* 14. Salomon *b.* 15. pereundam *Ac.* per undam *reliqui.*

Cap. CXXXV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE CANTICIS (CANTICI *c. In b. vocabulum hoc omnino desideratur*) CANTICORVM LIBRO. —

k. maiorem sortem] „Τὴν ἀγαθὴν μερίδα" Lucae X. 42. *(F.)*

l. ut ait apostolus] 1 Cor. VII. 31. „Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου." Verba *et gloria* Philastrius explicandi causa adiunxit. *(F.)*

m. angelica dignitas] Vide cap. 123. et 134. 137. *(F.)*

n. incorporatione] Ἐνανθρωπήσει. Ita legendum uno vocabulo, quo saepius noster utitur ut bis infra cap. 155. non duobus, ut editi, *in corporatione*. *(Fabr.)*

o. quod dicit dominus] Ioh. VI. 27. „Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην." v. 29. „ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος." *(F.)*

p. vitamque pereundam] Pro *peritura* dixit, ut supra c. 80. *(F.)*

q. et propheta] Psal. XXXIV. 8. „Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος." *(Fabr.)*

Cap. CXXXV. — a. de Canticis Canticorum] Salomonem per hunc librum Aethiopissae Reginae blanditum esse professus fuit Theodorus Mopsuestenus, quod reprehendit Theodoretus. Vide

aestimans non spiritu divino, sed humanarum rerum causa ac voluptatum hominibus ab eodem praedicata, cum caelestium rerum veritas humanae similitudini comparata genus hominum docuerit, sicut scriptum est in evangeliis[b], [1]et ubique[c]. Christi itaque divina in carne praesentia omnes ita docebat, ut amore divino provocaret, monitione mulceret, misericordia commoveret, flecteret bonitate. Nam ut deus, ostendebat[d], ut pater, monebat, ut pastor, [2]pascua demonstrabat, ut rex, vincendo inimicum vestigia sequi ostendebat, ut sequentes suum [3]fratrem[e], id est dominum Christum in carne advenientem, in triumpho immortalis gloriae et caelestis meriti cum eo pariter gratulemur. Ideoque et Cantica dicta sunt Canticorum[f] ut quod ante in lege umbratiliter dicebatur ex parte, in loco Christi iam praesentia consummatione mysterii per passionem celebrata in supplementum [4]panderetur, ut cessante umbra caelestis [5]iam lucis [6]omni seculo veritas refulgeret, quae corpus et [7]animum hominis accenderet atque amore caelesti sensum hominis excitaret. Qui ergo vani homines concupiscentiis carnis inserviunt, fingunt [8]aut non posse sentire[g], aut si eis exponitur, contemnunt discere,

1. et ubique *om. b.* 2. pascuum *A.* 3. fratrem *A.* fraternum *reliqui. In libris Ba. margo asterisco notatus conspicitur.* 4. credentibus panderetur *A.* 5. iam *A.* etiam *reliqui.* 6. veritas omni saeculo *A.* 7. animam (*A*)*b.* 8. aut non posse *b.* aut posse *A.* autem non posse *reliqui.*

quae notavi Volum. IX. Bibl. Graecae p. 161. seq. *(F.)*

b. in evangeliis] Ut Matth. XXII. 2. ubi regnum coelorum regi nuptias filio suo paranti comparatur. *(F.)*

c. et ubique] Etiam in propheticis et apostolicis, scriptis ut Ezech. XVI. Eph. V. 32. *(F.)*

d. ut deus ostendebat] Patrem quem nemo ante viderat. Ioh. I. 18. *(F.)*

e. sequentes suum fraternum] Legendum putem *sponsum fraternum*. Sed videntur hoc loco verba quaedam excidisse. *(F.)*

f. Cantica dicta sunt Canticorum] Sic Threnos Ieremiae *Lamentationem lamentationum* dixit Paschasius Radbertus. Eleazar *princeps principum* Levitarum appellatur Numeror. III. 32. Persis imperitans *rex regum* Artaxerxes. Theologia *ars artium* et *scientia scientiarum* Gregorio Nazianzeno, τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν, Thales σοφὸς σοφῶν, *sapiens sapientum* Timoni apud Laërtium I. 34. Floro Syracusae *urbs urbium*, Mysi *barbari barbarorum*. [Κύριος τῶν κυριευόντων I Timoth. VI. 15. Apoc. XIX. 16. βασιλεὺς βασιλέων Apoc. XVII. 14. deus Philoni ἡλίου ἥλιος pag. 658. de sacrificantibus. Caelum νοητὸν οὐρανὸς οὐρανοῦ pag. 660. Dies expiationis σάββατα σαββάτων Levit. XVI. 31. XXIII. 32. Chrysost. tom. VI. ed. novae pag. 330. *Episcopus episcoporum*. V. Baluz. pag. 107. ad Cyprian. *Papa pater patrum*. Idem tom. V. Miscell. p. 338. 340. 341. Idem *Servus servorum dei* pag. 434. et passim alibi. Casinensis *Abbas abbatum*. Vide Chronicon Leonis Ostiensis IV. 60. Lugdunensis Archiepiscopus *Primus primatum*. Salmas. Eucharistica ad Sirmondum p. 597. Mens ψυχὴ ψυχῆς Philoni Quis Rerum Divinar. Haeres. pag. 382. *Locustae locustarum* Nahum III. 17. Festum Paschatos ἑορτὴ ἑορτῶν Nazianzeno. S. Eucharistia τελετὴ τελετῶν Dionys.] *(F.)*

g. non posse sentire] Non posse se capere aut intelligere mysticum illum in Cantico sensum. *(F.)* Facilis esset emendatio *non posse se sentire*. Sed plura eius abusus in hoc scriptore

legisque nolentes virtutem agnoscere non minus Iudaei vel pagani iudicandi sunt.

Cap. CXXXVI. (Cap. CXXXIII.) Alia est haeresis quae dicit mandatum non esse accipiendum[a] quod Adam pater noster acceperat, neque esse illud virtutis aut utilitatis alicuius opinantur, cum sine mandato illo nec lex [1]Moysi possit accipi, nec Christi agnosci perpetua et effusa gratia atque copiosa. Triplici enim virtute in corpore constitutus omnis homo de lege divina docendus [2]aut monendus instruitur, ut in prima aetate sub mandato sit secunda sub lege, tertia sub gratia salvatoris: ideoque lex ammonitio est potius propter oblivionem mandati pristini, quod pater noster Adam in primis a deo acceperat in paradiso. Ita enim scriptum [3]est in lege[b]: *Ne [4]oblitus mandatum domini dei tui recesseris ab eo et pereas.* Ideo lex ammonitio mandati et confirmatio est primi illius. Iterum mandatum et lex Christi plenam praedicant gratiae bonitatem ac praesentiam salutarem. Ideoque dominus ait[c]: *Ecce qui loquebar in prophetis, adsum.* Maiores[d] sunt itaque qui sub mandato fuerunt antiqui, [5]cum non obliti etiam Christi [6]salvatoris [7]suis posteris et eius mysterium nuntiarunt: cuius et oblivione existente in Iudaeis ammonitio rursum litterae[e] subsecuta est, ut in littera etiam Christi spiritalis scientia et carnalis praesentia illuminans seculum speraretur. Ideoque lex [8]Moysi aliud in sono vocis, aliud in abscondito[f] [9]salutare Christi mysterium continens nuntiabat. Ergo neque mandatum sine lege, nec lex sine mandato, nec gratia Christi sine lege et mandato accipi aut credi debet ab aliquo.

Cap. CXXXVI. *in abc. inscriptum est* DE MANDATO ADAE HAERESIS. — 1. Moysi *B.* Mosi *reliqui.* 2. ac *A.* 3. est in lege *om. ab.* est in lege autem postea *A.* 4. oblitus inquit mandati *A.* 5. cuius non *A.* 6. salutaris *b.* 7. sui posteri *A.* 8. Moysi *B.* Mosi *reliqui.* 9. salvatoris *A.*

exempla vulgatam scripturam defendunt.

Cap. CXXXVI. — a. mandatum non esse accipiendum] Mandatum Philastrius appellat tempus ante legem Moysis, quo secundum legem non scriptam naturae, et mandatum in paradiso acceptum vixere protoplasti et patriarchae. Vide quae supra cap. 109. p. 224. Ac pulchre observat cap. 6. libri primi Demonstrationis Evangelicae Eusebius, et Moysis legem illud patriarchis probatum mandatum praesupponere, illique velut superstructam esse, et Christum abrogata lege cerimoniali Mosaica, illam patriarcharum vitam et colendi dei rationem ivisse instauratum ac restitutum. *(F.)*

b. scriptum est in lege] Deut. VIII. 11–19. *(F.)*

c. Ideoque dominus ait] Apud Esaiam LII. 6. hodie legitur: „Ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι." Ab Epiphanio tom. I. p. 301. ita laudatur: „Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις ἰδοὺ πάρειμι." Eundem locum adduxit noster supra c. 108. pag. 215. *(Fabr.)*

d. Maiores] Cf. infra cap. 138.

e. ammonitio rursum literae] Mosaicae legis. *(F.)*

f. in abscondito] Typico mysticoque sensu. *(F.)*

Cap. CXXXVII. (Cap. CXXXIV.) Sunt quidam haeretici qui cum legunt scripturam, dicente domino[a], *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, non in parvam descendunt amentiam, ignorantes primum quid imago quidve similitudo sit dei, cumque nesciunt quid sit imago dei natura proprietatis, et [1]quid [2]positionis sit gratia, non parvam sibi praesumunt superbiam dignitatis. Imago enim dei, id est anima omnis hominis[b], facta ex nihilo, similitudo autem in fide et vita, nisi cognita fuerit a deo, appellari non potest dei imago similis. Cumque se esse plus aestimat aliquis, praesumptionis crimen incurrit potius quam meritum dignitatis sibi acquirit. Nam cum haec [3]peccans [4]invenitur anima, et iudicio obnoxia [5]detinenda cognoscitur, quomodo esse potest haec dei naturalis imago, quae diversis peccatis [6]dinoscitur inservire? cum alia nulla esse possit naturalis imago dei divina et patris propria, non angeli aut hominis, nisi Christi dei filii, qui natura proprietatis indiscreta paternae substantiae ac sempiternae imago[c] sit, genita proprie, non positione servitutis creata ex nihilo, ut homo et angelus. Ideoque imaginem, id est animam, hominum paganorum, Iudaeorum, haereticorum, et omnium dici posse declaravit in communi generatione atque unius qualitatis [7]naturae scriptura substantiam[d] nuntiavit, similitudinem autem non omnium, sed sanctorum[e], et Christianorum esse tantummodo declaravit, qui in fide, vita [8]et bono opere permanentes angelorum caelestia merita[f] in futurum consequi promittuntur, ut patriarchae, prophetae, sacerdotes, iudices, apostoli atque evangelistae et martyres, qui trinitati credentes et in vita praeclara perma-

Cap. CXXXVII. *in abc. inscriptum est* DE IMAGINE ET SIMILITVDINE DEI IN HOMINE HAERESIS. — 1. quod *A.* 2. portionis *b.* 3. peccatis *b.* 4. invenitur *om. A.* 5. detinenda *A.* detinendo *reliqui.* 6. dinoscitur (dignoscitur *ac.*) *ABac.* agnoscitur *b.* 7. naturae *A.* natura *reliqui.* 8. et *om. b.*

Cap. CXXXVII. — a. dicente domino] Genes. I. 26. *(F.)*

b. Imago enim dei, id est anima omnis hominis] Pluribus hoc veteribus ecclesiae doctoribus persuasum: vide Petavium lib. 2. Dogm. Theol. de opificio sex dierum cap. 2. et Benedictinorum Prolegomena ad S. Hilarii Opera p. 78. et 112. *(F.)*

c. paternae substantiae ac sempiternae imago] Hebr. I. 3. „Χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ." *(F.)*

d. unius qualitatis naturae scriptura substantiam] Sic supra cap. 93. „*unam qualitatis substantiam.*" *(F.)*

e. similitudinem autem non omnium, sed sanctorum] Sic S. Paulinus epist. 2. ad Severum docet in Adam solam nobis imaginem remansisse, ad originalem autem gloriam nos reformari, si divinam similitudinem Christi imitatione capiamus. Etiam Platoni in Theaeteto ὁμοίωσις hominis ad deum est „δίκαιον καὶ ὅσιον γενέσθαι μετὰ φρονήσεως." *(F.)*

f. angelorum caelestia merita] Futuri nimirum ἰσάγγελοι. Luc. XX. 36. [Hinc veteres quidam venerunt in eam opinionem, angelorum qui ceciderant numerum restituendum esse de hominibus. V. Anselmi Cantuar. lib. I. Cur deus homo ç. 16. p. 81.] *(F.)*

nentes angelorum gloriae copulari a domino nuntiantur. Similitudo enim ex doctrina legis, fide, vita, et studio, et opere cognoscitur vera, ut quae a deo facta est legi eius divinae consentiens praecepta statuta complendo regni caelestis consortium speret ab eo se posse adipisci, dicente apostolo[g], *Nostra autem conversatio in caelis est*: et dominus iterum[h]: *Gaudete, quia nomina vestra in caelo scripta sunt.* Et quod in die iudicii eos sicut angelos[i] demonstrabat, futuros dominus dicit de regno caelesti: *Venite, percipite[k] regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Similitudo itaque [9]ex fide sanctae trinitatis et vita bona et opere sequenti[l] inesse ostenditur, ut exeuntes percipiant promissum consortium angelicae dignitatis, ut ait Ioannes[m]: *Tunc similes ei erimus*; et dominus[n]: *Similes estote patris vestri.*

Cap. CXXXVIII. (Cap. CXXXV.) Sunt quidam dicentes haeretici, Cur non deus uno modo semper locutus est, sed diversis modis et linguis[a] humano generi praedicavit? cum secundum capacitatem hominum videntium atque [1]cupientium videre atque audire ita sit locutus et visus hominibus. Proiecto itaque de paradiso homine [2]mortemque induto[b] non iam ita apparebat sicut et antea, sed loquebatur de caelo voce ipsius[c] audita atque ea custodita; processu autem temporis et apparere dignabatur, ut Abrahae[d] beatissimo patriarchae et aliis per ordinem[e]; sub [3]Moyse autem diversis rebus apparens[f] et quod erat timoris atque [4]erroris[g] [h] in monte Sina demonstrabat, [5]posteaquam in figura angeli[i] et in forma hominis[k] [6]incorparationis suae [7]futurae indiciis praecurrentibus generalem clementiae nuntiabat visionem, qua iam per somnia iustis se dominus ostendebat, ut scriptum est[l]. Postea vero in [8]incorporatione apparens[m] testabatur Iudaeis adnuntians quae ante dixerat per prophetas. Quia ergo diversa erat capacitas visendi dominum, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, et diversa remedia hominum infirmitatibus conferebat, ideoque languenti seculo in fine plus contulit medicinae[n], ut et illorum primorum virtus praepotens monstraretur, et nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicente domino[o], *Non egent sani medico, sed qui infirmi sunt.* Maiores[p] sunt itaque priores illi, qui audientes credebant[q], ut Seth, Enoch, Noë et ceteri, quam nos, qui et audientes atque legentes misericordiam Christi domini et bonitatem eius contemnimus copiosam. Nam et Iudaeorum causa et aliis locutus est linguis, [9]ut compleatur[r] quod, *In linguis aliis et labiis loquar huic populo, [10]et nec ita erunt credituri, dicit dominus.* Nam per [11]Esaiam dicit, *Verbum meum mittam in Achaiam*[s].

9. est ex fine *b*.

Cap. CXXXVIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DEVM INCREPANS QVOD DIVERSIS LINGVIS ET MODIS HOMINES ALLOCVTVS SIT. — 1. capientium *A*. 2. mortemque *A*.

3. Mose (*A*)*abc*. 4. terroris *c*. 5. posteaque *A*. 6. corporationis *b*. 7. futurae *A*. affuturae *reliqui*. 8 incorporationem *A*. corporatione *b*. 9. ut compleatur quod in linguis *om. A*. 10. et *om. b*. 11. Isaiam (*A*)*abc*.

g. dicente apostolo] Philipp. III. 20. „Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει." (*F.*)

h. Et dominus iterum] Luc. X. 20. „Χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς." (*F.*)

i. sicut angelos] Ἰσάγγελοι Luc. XX. 36. (*F.*)

k. Venite, percipite] „Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου." Matth. XXV. 34. (*F.*)

l. sequenti] H. e. inde sequenti. Nisi dativus personae est, struendus cum *inesse*, ut sit „sequenti praecepta dei."

m. ut ait Ioannes] 1 Ioh. III. 2. „Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα." (*F.*)

n. et dominus] Respicit Matth. V. 48. Luc. VI. 36, licet verba ipsa, quae adducit Philastrius, neutro loco leguntur. (*F.*)

Cap. CXXXVIII. — a. diversis modis et linguis] „Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως" Hebr. I. 1. Clemens Alex. pag. 7. Protreptici: „Πολύφωνός γε ὁ σωτὴρ καὶ πολύτροπος εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν." „*Multiplices adhibet salvator voces et modos ad salutem hominum.*" (*F.*)

b. mortemque induto] Genes. I. 21. tunicas pelliceas protoplastis indutas, mortalitatis per peccatum contractae symbolum veteres interpretantur. Vicissim 1 Corinth. XV. 53. 54. Paulus dixit ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, *induere incorruptibilitatem*. (*F.*)

c. de caelo voce ipsius audita] Ita putat intelligendum Philastrius quando Genes. IV. 6. 15. VI. 3. 7. 13. etc. occurrit, *Et dixit deus*. (*F.*)

d. Abrahae] „Ἐν ὁράματι" Gen. XV. 1. XVII. 1. XVIII. 1. XXII. 1. 14. 15. (*Fabr.*)

e. et aliis per ordinem] Isaaco Gen. XXVI. 24. et Iacobo Genes. XXVIII. 12. 13. XXXI. 3. XXXII. 1. 24—30. XXXV. 1. 9. XLVI. 2. (*F.*)

f. diversis rebus apparens] Per somnium, visum, admonitionem, spectaculum et revelationem. Vide interpretes ad Numeror. XII. 8. et quae notavi ad Chalcidium cap. CCLIV. (*F.*)

g. timoris atque erroris] Reduxi librorum veterum scripturam *erroris*. „Timoris atque erroris" dixisse videtur pro „timendi erroris."

h. timoris atque erroris] Male *erroris* in superioribus editt. (*F.*)

i. in figura angeli] Ut Exod. XIV. 19. (*F.*)

k. in forma hominis] Ut Gen. XXXII. 24. (*F.*)

l. ut scriptum est] Numeror. XII. 6. (*Fabr.*)

m. Postea vero in incorporatione apparens] Hebr. I. 1. „Ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ." Incorporationem pro ἐνανθρωπῆσαι et alibi dixit noster, ut c. 131. (*F.*)

n. languenti seculo in fine plus contulit medicinae] Accedit Philastrius eorum sententiae, qui tunc demum filium dei incarnatum statuunt, quum hominum corruptio ad summum pervenit. Sic Gregorius Nyssenus Orat. in Natalem Christi T. 3. Opp. p. 341. Theodoretus, Euthymius, et Bernhardus, quorum loca laudat D. Io. Frid. Mayer, ὁ μακαρίτης, in diss. Cur deus non statim post Adami lapsum fuerit incarnatus, sed mundi exspectaverit senectutem. Kil. 1695. His addi possunt quibus eadem placuit sententia Cyrillus Alex. contra Anthropomorphitas c. 24. atque aliis in locis, Isidorus Pelusiota et Ionnes Zonaras, quorum loca Bonav. Vulcanius ad Cyrillum annotavit. (*F.*)

o. dicente domino] Matth. IX. 12. „Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες." (*F.*)

p. Maiores] Cf. supra cap. 136.

q. qui audientes credebant] Helmst. *qua*, vitiose. (*F.*)

r. ut compleatur] Esaiae XXVIII. 11. ubi LXX. „Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ." Sed Aquila, cui Philastrius proprius accedit: „Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ." (*F.*) Immo I Cor. XIV. 21.

s. Verbum meum mittam in Acha-

Cap. CXXXIX. [Cap. CXXXVI.] Alia est haeresis quae cum legit quatuor animalia in prophetis[a], non parvum errorem persentit, aestimans quod animalia diversa forma praedita deum collaudaverint, ignorantes quod irrationabilia, id est non rationis capacia, deo laudem ut homines referre non possunt. Neque enim deus laudem pecudum quaerit, quia non pecudes ad imaginem dei factae, sed homines rationabiles a deo sunt creati et ad hoc positi. Sed quia visio est prophetarum divino spiritu praedicata, [1]hic sanctorum populorum quatuor diversae virtutes[b] diversaque certamina nuntiabantur adventura seculo in diversis doctrinis ac virtutibus, in diversa sublimitate eminentiae, [2]quo leonis[c], vituli, hominis et aquilae, quorum diversae doctrinae ac merita fulgentia [3]percurrebant, primum in patriarchis regalis auctoritas, in prophetis deinde scientiae caelestis fecunditas, in sacerdotibus labor fortis et pertinax concertatio cerneretur, in apostolis volatus sublimis in caelum et eminens dignitas monstraretur, utque formarum ante diversitas nuntiabat, diversarum quippe virtutum caelestia merita in Christi praesentia[d] manifestarentur in seculo, ab eo quippe concessa domino salvatore. Nam in leone regnum fortitudinis, in vitulo labor [4]exsuperans, in homine passio indesinens, in aquila volatus sublimis agnoscitur, certantium scilicet atque [5]micantium[e], apostolo dicente[f], *Nostra conversatio* [6]*in caelis*, et, *Rapiemur in caelum*[g], et, *Erimus semper* [7]*cum Christo*. Et dominus dignatus est dicere[h], *Pater, ubi ego sum, volo* [8]*et isti sint*.

Cap. CXL. Sunt quidam dubitantes haeretici[a] de die Epiphaniorum domini salvatoris, qui celebratur octavo Idus Ianuarias, dicentes solum natalem debere eos celebrare domini octavo Calendas Ianuarias, non tamen diem Epiphaniorum: ignorantes quod sub lege et secundum [1]*deum* salvator carnaliter omnia in se et de se consummabat, ut et

Cap. CXXXIX. *in libr. inscriptum est* De animalibus quatuor in prophetis haeresis nimis crassa. — 1. hic *ABa.* hinc *c.* huic *b.* 2. quo *ego.* quod *libri omnes.* 3. percurrebant *ABab.* praecurrebant *c.* 4. exuperans *B.* exuberans *reliqui.* 5. micantium *e., ex emendat. I. Bapt. Cotelerii Monum. Eccl. Gr. tom. III. p. 543.* mirantium *reliqui.* 6. in caelis est. Et *A.*

7. cum Christo inquit. Et *A.* 8. ut et isti sint mecum *A.*

Cap. CXL. *desideratur in Babc. Servavit unus A.* — 1. deum, *quod desideratur in codice, reposui ex syllaba finali vocabuli quod praecedit.*

ram] Haec verba apud Esaiam non reperi. *(F.)*

Cap. CXXXIX. — a. in prophetis] Ezech. I. 5. Apocal. IV. 6. Confer si placet quae supra ad cap. LVI. p. 113. *(Fabr.)*

b. sanctorum populorum quatuor virtutes] Populos vocat multitudinem patriarcharum, prophetarum, sacerdotum et apostolorum, quorum virtutes mox exponit. Fuere etiam qui de notissimo virtutem cardinalium quaternione animalia illa interpretarentur, leonem de fortitudine, vitulum de iustitia, aquilam de temperantia, hominem de prudentia. Vide Aretham ad Apocalypsin. Alii veteres haec animalia referre maluerunt ad quatuor Evangelistas, quorum loca notavi in Codice Apocrypho Novi Test. T. 1. p. 383. et T. 2. p. 553. Vide et Iacobi Thomasii, τοῦ μακαρίτου, diss. de Insignibus Evangelistarum, editam Lipsiae a. 1667. *(Fabr.)*

c. quo leonis] Ante erat scriptum, „*quod leonis*," totaque sententia ita distincta atque turbata „in diversa sublimitate eminentiae: quod leonis - - percurrebant. Primum" cett.

d. in Christi praesentia] Apud Aretham in Apocalypsin Christus leo, quia rex: idem vitulus ut sacerdos vel potius sacrificium et hostia: homo propter nos factus, et aquila spiritu caelesti nos impertiens. „Διὰ τοῦ λέοντος ὡς βασιλέως, διὰ τοῦ μόσχου ὡς ἱερέως, μᾶλλον δὲ καὶ ἱερεῖον. Διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὡς δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου. Διὰ τοῦ ἀετοῦ, ὡς χορηγὸς τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος, καὶ ἐπὶ πάντας καταπτάντος." *(F.)*

e. atque micantium] Eminenti dignitate, quam supra Christi discipulis tribuerat. Ita optime hunc locum restituit Cotelerius III. Monument. p. 543. cum in editis esset *mirantium.* *(F.)*

f. apostolo dicente] Phil. III. 20. supra c. 134. p. 291. *(F.)*

g. Rapiemur in caelum] 1 Thess. IV. 17. „Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα." *(F.)*

h. dominus dignatus est dicere] Iohann. XVII. 24. „Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ." *(F.)*

Cap. CXL. — a. Sunt quidam dubitantes haeretici] Additur alia haeresis de die Epiphaniorum, qua statuebant nonnulli solum natalem domini celebrari debere octavo Kalendas Ianuarias, non tamen diem Epiphaniorum, cuius sententiae sectatores fuisse Donatistas olim in Africa auctor est Augustinus Serm. 32 de temp. qui est quartus de Epiphania: „Merito istum diem nunquam nobiscum haeretici Donatistae celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec orientali ecclesiae, ubi apparuit illa stella, communicant." Fortasse etiam Philastrius adeo accurate utrumque diem distinguebat, et natalem domini, et adventum magorum, dicens quod salvator carnaliter omnia in se et de se consummabat, ut et nasceretur VIII. Kal. Ian. et appareret VI., supple scilicet sexto die eiusdem: et paulo post: dies festivitatis maiores isti statuti sunt quatuor, primum in quo natus est, deinde in quo apparuit, id est XII dies post; ut Graecis succenseret, qui magorum adorationem VIII. Kal. Ianuarias eadem die cum domini natale recolebant, quemadmodum prodit Menologium tam Sirleti quam Basilii, apud Florentinium in suis ad Vetustius Occidentale Martyrologium annotationibus Exerc. 4. p. 235. Sane Florentinius ipse pluribus p. 237. argumentis contendit eadem die 25. Decembris utrumque mysterium, nativitatis domini et adventus magorum, quamvis diverso anno, evenire potuisse, quo etiam fortasse confert, quod uterque dies festus, tam natalis domini quam adventus et adorationis magorum, appellatus fuerit Epiphania, ut observat Macrius in Hierolexico, et Suidas incarnationem ipsam Iesu Christi Epiphaniam vocat: „Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία." Recte autem hoc loco Philastrius Epiphaniae nomine designat adorationem magorum, quamvis alibi, nempe c. 149. ascensionem domini Epiphaniam vocet, sicuti notavit ad eum locum Fabricius, cui nos quoque consensimus: hic porro quatuor maiores dies festos annuos assignat, scilicet natalem domini, Epiphaniam, tertio diem in quo passus est et resurrexit, quarto in quo ascendit in caelum circa Pentecosten: alibi vero c. 141. octo festivitates enumerat quas ecclesia catholica cognoscit et detinet, sed ferme eaedem sunt quas hic commemorat, additis tantum ibi ieiunio quadragesimae et quarta sabbati, de quibus vide, si lubet, notata a Cl. Fabricio in eum locum, uti etiam quae nos adiecimus. Subdit postremo Philastrius, quod quidam diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quae facta est, esse opinantur, quod profecto utrumque satis congruit, si vocis vim spectemus, quae apparitionem seu manifestationem significat; utroque enim die apparuit ac manifestatus est dominus, et voce patris et testimonio Iohannis. (Galeard.)

nasceretur VIII Cal. Ian. et appareret VI. Apparuit magis post duodecim dies in templo. Ne ergo umbra quod verum erat [2]pateretur, et sic a magis adoraretur, per ordinem quippe pro nostra salute et annui dies festivitatis maiores isti statuti sunt quatuor, primum in quo natus est, deinde in quo apparuit, id est XII dies post, in quo passus est, in pascha, in fine vero in quo ascendit in caelum, circa pentecosten vincentis est quippe consummatio. Qui ergo unum [3]ignorat *ac* praetermittit, potest et de aliis diebus[b]. Dubitas non habens plenitudinem veritatis, quod secundum [4]tempora quatuor cuiusque anni ita nobis diversa gaudia a Christo domino pullularunt, id est in quo natus est, post in quo apparuit, tertio in quo passus est et resurrexit et visus est, quarto in quo ascendit in caelum; et haec per annum sine intermissione celebremus generaliter exultantes, atque haec integra inviolataque custodientes detineamus. Quidam autem diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quae facta est esse opinantur.

Cap. CXLI. Cap. CXXXVII. Alii sunt haeretici qui legis praecepta quae per [1]Moysen dicta sunt in Levitico Iudaeis carnaliter nostroque in tempore spiritaliter revelata[a] sunt ignorantes summam rerum festivitatem[b c] numerumque earum caelestis utilitatis[d] praetereunt, nescientes quid celebrent, putantes quod de sabbatis solum et pascha et azymis [2]Moyses praeceperit, et non de octo festivitatibus[e] quas ecclesia catho-

2. pareretur *A*. 3. ignorat praetermittit. Potest *A*. 4. tempore *A*.
Cap. CXLI. *in abc. inscriptum habet* De levitico mosi (mosis *b.*) error. — 1. Mosen (*A*)*abc*. 2. Moses (*A*)*abc*.

b. potest et de aliis diebus] Intellege peccare, vel simile quid. In codice deletur haec est: „qui ergo unum ignorat praetermittit. Potest et de aliis diebus dubitas" etc.

Cap. CXLI. — a. spiritaliter revelata] Manifesto impleta. *(F.)*

b. summam rerum festivitatem] Est qui legit *dierum*. Sed longe praestat *rerum*. Est enim *rerum festivitas* ἀντίτυπον verum ac reale gratiae novi testamenti, quod festivitati umbratili dierum in lege Mosaica respondere Philastrius observat. *(F.)*

c. summam rerum festivitatem] Non dubito quin reponendum sit „summam veram festivitatum." Iam supra c. 129. pro *veram* libri vetustiores obtulerant *rerum*. Genitivos „caelestis dignitatis" iunge cum vocab. „numerum."

d. numerumque earum caelestis utilitatis] Per numerum octonarium, beatam resurrectionem et aeterna caelestis vitae gaudia denotari credebant pii veteres, quorum loca laudarunt Hugo Menardus ad Sacramentarium Gregorii M. p. 33. seq. et Cotelerius ad Epistolam Barnabae c. 15. p. 47. *(F.)*

e. octo festivitatibus] De octo festis quae h. l. enumerat Fabricius cetera vulgata et obvia; de quarta sabbati adisis Constit. Apost. VII. 23. ibique Cotelerium pag. 362., quibus addere licet Amalarium diaconum III. Eccl. Offic. 27., itemque Hieronymum Comment. ad Galat. lib. II., cap. 4. in illud: „Dies observatis" etc., quos profert Io. Fronto in praenotatis ad Vetus Kalend. §. 5. p. 131. Augustinus quoque Epist. 86.: „Cur quarta et sexta maxime ieiunet ecclesia illa ratio reddi videtur, quod considerato evangelio ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, concilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudaei." Confer Baronium ad A. 57. n. 199. seq. Beveregium III. Codic. Canon. primitivae ecclesiae cap. 10. (Galeard.)

lica[f] cognoscit et detinet. Dicit enim ita [3]Moyses Iudaeorum populo primum de neomenia[g] et sabbatis[h], secundo de pascha[i], tertio de azymis[k], quarto de manipulis[l], quinto de tubicinatione[m], quae Graece σάλπιγξ dicitur, quae celebrant Iudaei per annum solenniter, sexto autem ieiunium[n], septimo tabernaculorum constructio[o p], octava, quae est plenitudinis fructuum[q] pomorumque [4]vindemia Octobris mensis, omnium postrema [5]collatio [6]et consummatio. Quae et secundum menses octo diversitas[r] iuxta litteram celebratur a Iudaeis, [7]et secundum spiritalem scientiam incipientibus mense Martio in [8]octavo mense, id est [9]Octobre, [10]consummata omnia per ordinem a Christo domino conferuntur, quae sunt plena salutis aeternae pignora in fide atque opere Christianitatis consummanda atque comprobanda. Nam etsi tunc temporis iubebantur Iudaei deo offerre horum mensium diversa munera, ut recedentes ab idolis deo esse cognoscerent offerenda haec omnia, attamen illa oblationis spiritalis habebant indicia, quae in octava perfectione virtutum, id est diei dominicae, [11]plena fructuum gratia in fide resurrectionis do-

3. Moses (*A*)*abc*. 4. vindemiae *A*. 5. conlatio *A*. 6. et *om. b*. 7. et *om. A*. 8. octavum mensem *A*. 9. Octobrem *A*. Octobri *b*. 10. consummata *A*. consummate *Bac*. consummari *b*. 11. plenam fructuum gratiam *A*.

f. quas ecclesia catholica] Tempore Philastrii octo illae festivitates erant 1) Sabbatum. 2) Domini Natalis. 3) Dies Epiphaniae. 4) Ieiunium Quadragesimae. 5) Quarta Sabbati. 6) Parasceue. 7) Paschae Festivitas et 8) Pentecostes Laetitia. Haec omnia memorantur in Constitutt. Apostol. V. 13. sq. et apud Hieron. Epistola 289. ad Caesar. De quatuor ieiuniis infra c. 145. [Septem festa in Homilia Chrysostomo supposita quae incipit: „Φαιδρὰ μὲν πᾶσα ἑορτὴ," 1) Nativitas. 2) Epiphania. 3) Passionis. 4) Resurrectionis. 5) Ascensionis. 6) Spiritus sanctus. 7) Ἑβδόμη ἑορτὴ ἡ προσδοκωμένη ἡμέρα τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Similiter in Procli Homilia εἰς τα γενέθλια. Bibl. Gr. VIII. p. 602.] *(F.)*

g. de neomenia] Num. XVIII. 11. *(Fabr.)*

h. et sabbatis] Levit. XXXIII. 3. Num. XXVIII. 9. *(F.)*

i. de paschate] Levit. XXIII. 5. Num. XXVIII. 16. Deut. XVI. 2. Die XIV. mensis *Nisan* (Martii.) *(F.)*

k. de azymis] Levit. XXIII. 6. Num. XXVIII. 17. Deut. XVI. 3. *(F.)*

l. de manipulis] Levit. XXIII. 10. Numer. XXXVIII. 26. Deut. XVI. 9. mense *Sivan* (Maii), die quinquagesimo post pascha. *(F.)*

m. de tubicinatione] Levit. XXIII. 24. Num. XXIX. 1. Primo die mensis *Tisri* (Septembris), festum novi anni. *(Fabr.)*

n. ieiunium] Levit. XXIII. 27. Num. XXIX. 7. Die decimo mensis *Tisri* festum magnu mexpiationis, quod *ieiunii* nomine venit Actor. XXVII. 9. *(F.)*

o. tabernaculorum constructio] Lev. XXIII. 34. Numer. XXIX. 12. Deut. XVI. 13. die XV. mensis *Tisri*. *(F.)*

p. sexto autem ieiunium, septimo tabernaculorum constructio] Neglexit structuram scriptor, pro more. Ex activo „Dicit," quo initio sententiae erat usus, repetas hic tacite passivam formam „dicitur."

q. plenitudinis fructum] Lev. XXIII. 39. seq. Per septem dies ab eodem die XV. mensis *Tisri*. *(F.)*

r. secundum menses octo diversitas] Varia per menses diversos festa. *(F.)*

mini [12]immortale praemium pignusque divinitatis subeundae[s] erunt angelici adepturi homines[t], non terrestris iam oblationis offerentes munera, id est vitae carnalis sacrificia, sed caelestis gloriae participitationem quippe sperantes a Christo domino consequi salvatore. Octies enim offerentes [13]dona annua et octavi diei quippe plenitudinem cognoscentes divinique spiritus accincti fortitudine, id est summa rerum perfectione praediti, [14]de hoc exeuntes seculo resurrectionis illic promissam gloriam se posse consequi caelestisque dignitatis consortio copulari non [15]desperant, quod dominus dignatus est dicere[u], *Tunc eritis sicut angeli*: iustis omnibus et perfectis hoc praedicans, quod et David dixit pro octava[v] adnuntians.

Cap. CXLII. (Cap. CXXXVIII.) Sunt haeretici qui sicuti [1]Iudaei[a] Septuaginta duorum sanctorum sapientissimorumque virorum interpretationem respuentes Aquilae cuiusdam hominis unius Pontici[b], qui post annos multos[c] interpretatus est, [2]editionem suscipiunt. Qui cum quaedam [3]praetermisisse[d] necessitate urgente tunc temporis cogerentur, disso-

12. immortale *Ab.* iam mortale *reliqui.* 13. dona et octava diei quippe dominicae plenitudinem *A.* 14. deque hoc *A.* 15. desperarent *A.*

Cap. CXLII. *in Abc. inscriptum est* HAERESIS SEPTVAGINTA DVORVM INTERPRETATIONEM RESPVENS. — 1. Iudaei *om. b.* 2. aedificationem *b.* 3. praetermittere (A)b.

s. immortale praemium pignusque divinitatis subeundae] Ita scripsi pro *iam mortale*, quod in editis erat. *Subeunda* ait pro *subitura*, ut *pervenienda* pro *perventura* cap. 80. et 131. (F.)

t. angelici adepturi homines] Futuri ἰσάγγελοι, supra p. 291. (F.)

u. dominus dignatus est dicere] Matth. XXII. 30. „Ἐν τῇ ἀναστάσει - - ὡς ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι." (F.)

v. pro octava] Inscriptio psalmi VI. et XII. Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης. Sine vespere et successione diem beatae aeternitatis respici a Davide ἀνέσπερον καὶ ἀδιάδοχον ἡμέραν notat Caesarius quaest. 54. Et Hieron. sive quisquis auctor de Celebratione Paschae T. V. Marcianaei p. 170. „*Octava sacramentum, qua significatur resurrectio. Nam et Pro octava psalmus inscribitur, et octavo die circumcidebantur infantes: et in Ecclesiaste (XI. 2.) ad duorum testamentorum significationem dicitur: illis septem et illis octo reservatum est.*" Rufinus in Psal. VI. „*Per octavam diem iudicii intelligitur, quoniam omnia tempora septem dierum repetitione volvuntur, et quod fit in uno, patet natura in aliis. Octavus autem ille aestimandus* *est qui varietatem istam non habebit.*" Ita etiam alii veteres apud Steph. le Moyne notis ad Varia Sacra pag. 876. (*Fabr.*)

Cap. CXLII. — a. sicuti Iudaei] Et iudaizantes Nazaraei atque Ebionitae, quos Aquilae versionem praetulisse notat Irenaeus III. 24. De Iudaeis testimonium perhibent Tryphon apud Iustinum Martyrem, Origenes, Anastasius Sinaita aliique quorum loca adduxit Humfredus Hody de Biblior. Textibus Original. p. 236. (F.)

b. hominis unius Pontici] Innuit indignum esse, ut unius hominis versio versioni LXXII senum praeferatur. Aquilam e Sinope Ponti civitate oriundum tradunt Epiphanius et alii, de quo sicut etiam de LXXII. interpretibus non repetam quae dixi lib. 3. Bibl. Graecae c. 12. (F.)

c. post annos multos] Circa A. C. 130. post duodecimum Hadriani annum. (*Fabr.*)

d. quaedam praetermisisse] Talmudici aliique Rabbini antiqui aiunt LXXII interpretes tredecim loca in versione sua immutasse, veritos ne Ptolemaeum offenderent. Vide Io. Mo-

nantia putantur dictasse, [4]et veluti plus a quibusdam, Iudaeis maxime, intellexisse [5]laudantur, cum de patre et filio, non, sicuti [6]ille prior, res de lege dictaverint. Septuaginta enim duo dixerunt: *Adversus dominum, et adversus Christum eius*[e]; Aquila autem: *Adversus dominum, et adversum unctum eius*[f]. [7]Et iterum: *Ecce virgo*[g] *in utero concipiet, et pariet filium*, [8]Septuaginta duo dixerunt, *et nomen eius, Deus nobiscum.* Aquila autem dixit: *Ecce iuvencula*[h] *concipiet, et pariet filium, et nomen eius Potens cum hominibus*[i]. Quae quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, [9]quo fortis et potens nemo nisi Christus deus [10]dei sit filius, recte intelligit: si autem de eo dubitat, abiicienda et spernenda est talis editio. Unde Iudaei non Septuaginta duorum interpretationes habent, qui de patre et filio et sancto spiritu bene sentientes unam substantiam divinitatem [11]maiestatemque enuntiarunt, sed illius Aquilae, qui non ita recte [12]sentit de filio dei, sed quasi de propheta nuntiaverit. Unde interpretationes eius in medio librorum nunquam ponuntur[k],

4. et veluti *A.* Is veluti *reliqui.* 5. laudantur *A.* laudatur *reliqui.* 6. ille prior, res de lege dictaverint *ego.* illi priores de lege dictaverint (dictaverit *b. et A., teste Galeardo Spicil. p. 181. At in ipsa collatione* dictaverint *reperitur) reliqui.* 7. Et iterum Septuaginta duo dixerunt, Ecce *b.* 8. Septuaginta duo dixerunt *om. b.* 9. quod *(A)b.* 10. dei *om. A.* 11. maiestatem enuntiarunt *b.* maiestatemque nuntiarunt *A.* 12. sensit *A.*

rinum Exerc. Bibl. p. 354. et Humfredum Hody p. 139. 170. (F.)

e. adversus Christum eius] Psal. II. 2. „Κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ." (F.)

f. adversum unctum eius] „Κατὰ τοῦ ἠλειμμένου αὐτοῦ." Sicut ἠλειμμένον pro Χριστῷ edidit Aquila etiam Danielis IX. 26. teste Eusebio in Demonstrat. Evangel. VIII. p. 397. Addendus hic psalmi locus fragmentis Aquilae collectis a duumviris praestantissimis Io. Drusio et Bernhardo Montfaucono. (*Fabr.*)

g. Ecce virgo] Es. VII. 14. „Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ." pro quo apud Iustinum Martyrem est in Apologia longiore pag. 74. „Καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, Μεθ' ἡμῶν θεός." (F.)

h. Ecce iuvencula] Trypho apud Iustinum Martyrem p. 226. „Ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀλλ' ἰδοὺ ἡ νεᾶνις." Irenaeus III. 24. apud Eusebium V. 8. Hist., et Nicephorum IV. 14. „*Non ergo vera est quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari scripturam:* ecce adolescentula in ventre habebit et pariet filium, *quemadmodum Theodotion Ephesius est interpretatus et Aquila Ponticus, utrique Iudaei proselyti, quos secuti Ebionaei*" etc. Eusebius VII. Demonstr. p. 316. „Προσήλυτος δ' Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος, ὅμως δ' οὖν καὶ κατ' αὐτὸν τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον - ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει καὶ τίκτει υἱόν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ." (F.)

i. potens cum hominibus] „Ὁ δυνατὸς μετ' ἀνθρώπων." Incertum unde hoc hauserit Philastrius, cum Eusebius in loco, quem iam adduxi, testetur Aquilam in versione sua servasse vocabulum Hebraicum Ἐμμανουήλ. (F.)

k. interpretationes eius in medio librorum nunquam ponuntur] Origenes Graecas versiones in tetraplis suis et hexaplis collocaverat hoc ordine, ut constat ex fragmento antiquo in Codice Barberino duodecim prophetarum:

Aquila. Symmachus. LXX. *Theodotio.*

sed [13]dextrae laevaeque adsignantur, et ut [14]contraria et non plena veritatis ita leguntur a plurimis. Septuaginta vero duorum decreta atque consulta, ea legens ecclesia catholica semper habet et detinet incunctanter, illius autem quasi superflua ita aestimat esse et iudicat. Haec etenim, id est Septuaginta duorum interpretatio, sub Ptolemaeo[l] rege Aegyptiorum post Alexandrum Macedonem est edita omnibus, populoque Iudaeo in Hierusalem data est, cum habitarent non multi Iudaei velut in subiectione iam positi regis Aegypti, rogatique ab ipso Ptolemaeo, ut interpretes mitterentur Alexandriam. [15]Quo cum venissent Septuaginta duo sapientes ac prudentes viri interpretes, secundum iussum regis Hebraeam linguam Graeco sermone interpretati Graecis litteris ediderunt, sicuti et factum est. Cumque suscepisset eos Ptolemaeus rex Aegypti, tentare volens si esset eorum divina scriptura quam legebant Iudaei, separatim quemque[m] iussit includi in cubiculum nullumque videre alium nisi [16]solo excepto eo[n] qui interpretem exciperet dictantem; omniumque accipiens postea interpretationem quotidie cum consentientem in unum inveniret editionem omnium, iussit conscribi atque poni in templum[o], ut venientibus de Achaia[p], [17]de Graecia atque aliis provinciis philosophis, poëtis et historiographis cupientibus legendi copia non negaretur. Unde et maxime argumenta su-

13. dextra laevaque *A*. 14. contrariae et non plenae (*A*)*b*. 15. Qui *A*. 16. solam exceptorem *A*. 17. de Graecia *om. c*. *Pro glossemate eum expunxit Fabricius.*

l. sub Ptolemaeo] Philadelpho, de quo Aristeas (Epiphanio T. 2. p. 166. Ἀριστέας) atque ex eo Iosephus XII. 2. et alii. (*F.*)

m. separatim quemque] Celularum sive οἰκίσκων illorum vestigia, cum Alexandriae versaretur, in vicina Pharo insula, monstrata sibi testatur Iustinus Martyr Cohortat. ad Graecos p. 14., meminit etiam Irenaeus III. 25. Clemens Alex. 1. Strom. I. p. 342. Cyrillus Hierosol. aliique quorum loca affert, fabulamque Hieronymo etiam pridem exploram reiicit Humfredus Hody in laudato opere p. 158. seq. (*F.*)

n. nisi solo excepto eo] Sic habent editiones, at in Ms. Corbeiensi *nisi solum exceptorem qui*, quod fortasse melius. Quinam essent exceptores dixi ad Gaudentium ed. Patav. pag. 7. Glossae Veter. Magistri Isonis ad Prudentium Weitzii Hymn. 14. v. 709. in voce *Scribas* p. 821. „Exceptores, qui dicta iudicis et responsa martyris excipiebant." Ennodius V. S. Epiphanii episc. Ticinensis: „Notarum in scribendo compendia et figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus in exceptorum numero dedicatus enituit, coepitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum oblocutione dictare." Et V. B. Antonii monachi Lirinensis: „Constantii antistitis ea tempestate florentissimi iunctus obsequiis gloriosis operibus vitae rudimenta dedicavit, qui eum inter ecclesiasticos exceptores caelestem militiam iussit ordiri." Exceptoris officium memoratur in Martyrolog. 25. Aug. (Galeard.)

o. poni in templum] Serapeum, in quo admiranda illa Bibliotheca Alexandriae sub Caesare exusta, septingenta voluminum millia si credimus Ammiano Marcellino lib. XXII. cap. 16. Ubi vide Valesii notas et Lipsium Syntagmate de Bibliothecis c. 2. (*F.*)

p. de Achaia] Priores editiones: *de Achaia, de Graecia*. Sed perspicuum esse puto verba *de Graecia* hoc loco esse glossema. (*F.*)

mentes philosophi, poëtae, oratores atque historiographi, sicuti voluerunt, ad suae paganitatis mendacia transtulerunt, aliisque nominibus rudes puerorum animos edocentes legem dei divinam irritam seculo facere properarunt, impietatisque semina in sono verborum, in periculosis sententiis confirmarunt: quorum causa dicebat et dominus fures atque latrones[q] eos fuisse, in omnibus atque ab omnibus cognoscendos.

Est haeresis quae iterum post Aquilam Triginta hominum[a] interpretationem accipit, non illorum beatissimorum Septuaginta duorum, quae integre inviolateque de trinitate sentientes ecclesiae catholicae firmamenta certissima tradiderunt interpretantes scripturas. Isti triginta in multis Aquilam sunt secuti, unde ab ecclesia catholica et istorum non suscipitur interpretatio, quae continetur in libris authenticis. Cap. CXLIII. (Cap. CXXXIX.)

Est haeresis quae iterum Sex virorum interpretationem[a] postea editam vult sequi, non illorum priorum [1]sanctorumque Septuaginta duorum, et cum decreta consultaque Septuaginta duorum aliis mo- Cap. CXLIV. (Cap. CXL.)

Cap. CXLIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS (ALTERA *addit b.*) DE SEPTVAGINTA INTERPRETIBVS.

Cap. CXLIV. *in abc. inscriptum est* ALIA DE EADEM RE. — 1. sanctorumque LXXII. et cum decreta consultaque LXXII. aliis modis *A*. sanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis *reliqui*.

q. fures atque latrones] Ioh. X. 8. (*Fabr.*)

Cap. CXLIII. — a. triginta hominum] Verisimillima mihi videtur doctissimi viri Humfredi Hody sententia, qui p. 632. operis de Bibliis Originalibus acute coniicit per triginta hominum interpretationem tangi a Philastrio editionem Graecae Bibliorum versionis quam recensuit olim Lucianus presbyter Antiochenus, quaeque in marginibus Codicum MSS. Bibliorum Graecorum per litteram Graecam Λ [ut in codice Prophetarum qui est in bibliotheca Iesuitarum Paris. Vide Rich. Simon Bibl. Crit. tom. I. p. 181. Illa vero nota non Lucianus designatur, sed οἱ λοιποὶ, ceteri interpretes. V. eruditiss. Montfauconi Praef. ad Hexapla Orig. p. 66.] denotatur, quae littera cum initialis sit nominis Luciani, etiam apud Graecos nota est numeri tricenarii. De illa Luciani editione, cuius usus longe lateque patuit, vide si placet quae notavi lib. 3. Bibl. Graecae c. 13. §. 14. et lib. 5. c. 1. p. 278. (*F.*)

Cap. CXLIV. — a. Sex virorum interpretationem] Simili hallucinatione Philastrius sex virorum interpretationem appellat quae in marginibus Hexaplorum Origenianorum, vel κοινῆς ab Origene recensitae notata fuit per litteras στ. Intelligitur autem sexta, reperta ab Origene Nicopoli in Actaeo littore, quae allegatur ab Eusebio in Psalmos p. 521. Illam alii quintam appellant, quibus pro sexta habetur reperta in doliis ab eodem Origene Ierichunte. Sed haec (de qua Philastrius infra c. 142.) quinta est Epiphanio, Athanasio in Synopsi, Iosepho Hypomnestici scriptori, Euthymio etc. E quinta profert quaedam Eusebius in Psalmos p. 73. 92. 94. 106. 139. 148. et aliis locis quamplurimis, et p. 597., ubi notat eam LXX. Interpretibus accedere eo in loco, ubi Aquila et Symmachus ad Iudaicam sententiam propius erant interpretati. Etiam S. Ambrosius in loco Michae quintam traditionem laudat epistola 70. T. 3. edit. novae pag. 1065. (*Fabr.*)

dis interpretari desiderant. [2]non parvum errorem [3]incurrit, diversa itidem sentiens de fide catholica.

Cap. CXLV. (Cap. CXLI.) Sunt haeretici alii quae Theodotionis et Symmachi itidem interpretationem diverso modo expositam sequuntur, non illam beatissimorum priorum[a], quam ecclesia catholica colit et praedicat.

Cap. CXLVI. (Cap. CXLII.) Est alia haeresis quae de dolio inventos libros[a] post captivitatem postque incensionem prolatos et non consentientes interpretationi primae sanctorum virorum vult sequi, cum ecclesia catholica Septuaginta duorum interpretationem [1]legat, [2]colat et praedicet, alia autem supervacua, et contraria tantae editioni contemnit et abiicit.

Cap. CXLVII. (Cap. CXLIII.) Sunt quidam haeretici non intelligentes quod dicit scriptura: *Diis alienis non maledicetis*[a]; et ita observant, putantes [1]de vani-

2. et non *b*. 3. incurrunt *A*.
Cap. CXLV. *in abc. inscriptum est* TERTIA (QVARTA *b*.) DE EADEM RE. —
Cap. CXLVI. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE LIBRIS VETERIS TESTAMENTI IN DOLIO INVENTIS. — 1. legit, colit et praedicat *A*. 2. colat *om. b*.
Cap. CXLVII. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS QVOD DIIS ALIENIS NON SIT MALEDICENDVM. — 1. divinitatem *A*.

Cap. CXLV. — a. beatissimorum priorum] LXXII. Interpretum. *(F.)*

Cap. CXLVI. — a. de dolio inventos libros] Quantam Bibliorum Graecorum editionem ab Origene ἐν πίθῳ χαλκῷ repertam Ierichunte intelligit. Vide quae supra ad cap. 140. *(F.)*

Cap. CXLVII. — a. Diis alienis non maledices] „Θεοὺς οὐ κακολογήσεις." Exod. XXII. 28. Hunc locum obiicit Iulianus apud Cyrillum lib. VII. p. 238., cui Cyrillus p. 240. seq. respondet Mosen per deos intelligere magistratus principesque. Non tamen hoc ita intellectum fuit olim a Iudaeis. Iosephus IV. 8. [10. Vide Bernardi notas p. 230. ed. Amst. In Cyrilli vero sententia est et Chrysostomus in Synopsi Sacr. Scripturae tom. VI. ed. novae p. 329. Conf. Schudtii Compend. Hist. Iud. p. 248. 251. seq. Surenhus. lib. Καταλλαγῆς p. 88. Lightf. ad Matth. XII. 24. Grot. ad Act. XIX. 37. Contra vide Morini Exercitat. Bibl. p. 590. Bernardum ad Iosephum p. 288. Orig. adv. Celsum VIII. p. 404. Idem p. 402. „Ἐν τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ προστέτακται καὶ τό, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, ἵνα μὴ ἐθίζηται ἡμῶν τὸ στόμα ὁντιναοῦν κακολογεῖν." Adde pag. 415.] Orig. 2. „Βλασφημείτω δὲ μηδεὶς θεοὺς οὓς πόλεις ἄλλαι νομίζουσι" et 2. contra Apion. p. 1077. „Καὶ περὶ γε τοῦ μήτε χλευάζειν μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις ἄντικρυς ἡμῖν ὁ νομοθέτης ἀπείρηκεν, αὐτῆς ἕνεκα προσηγορίας τοῦ θεοῦ." Philo 3. de Vita Mosis: „Τῆς βλασφημίας ἀνέχειν ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐθίζηται τῶν Μωσέως γνωρίμων συνόλως θεοῦ προσρήσεως ἀλογεῖν." Confer interpretes ad Exod. XXIII. 13. et Levitic. XXIV. 15. 16. Seldenum de Iure Naturae lib. 2. c. 13. R. Iehuda in Chasidim n. 24. „*Cave unquam in mentem tibi veniat ut idolum aliquod contumelia afficias*," apud Io. Wulferum pag. 136. Theriac. In eandem sententiam Simon Luzzatus. Discorso circa lo stato degli Ebrei considerazione 13., Photius Epist. 162. p. 217. „Οὐ δεῖ οὐδὲ τὸν Ἑλληνικαῖς θρησκείαις προσανακείμενον ἐξυβρίζειν ὅπως σέβεται." Niphon anathema dicens deo Hebraeorum, (vide Cangium ad Cinnamum p. 438.) condemnatur in decreto adversus Bogomilos A. C. 1145. apud Allatium lib. 2. de Consensu c. 12. p. 682. Anathema in deum Muhamedis, quod legitur in Sylburgii Saracenicis pag. 86., improbavit Manuel Comnenus Imperator apud Nicetam Choniatem lib. 7. cap. 6. pag. 235. seq. Inter gravissimas remoras conversionis Iudaeorum hanc esse non dubito quod a teneris docentur a parentibus suis Iesum blasphemare. Etiam suo tempore Hieronymus ad Esaiae V. 49. et 52. testatus fuit ter quotidie in synagogis,

tate paganorum dixisse. atque ita sentientes non parvum salutis suae sustinent detrimentum. Cum enim [2]Moyses dicat[b], *Templa eorum destruetis, idola frangetis*, et Abraham beatissimus[c] frangens idola iustificatus est, et Gedeon[d] nocte incendens idola et frangens [3]a deo tantum virtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos vinceret inimicos, omnesque iusti, [4]ut Helias[e], et alii itidem, quomodo ergo hic aestimat homo imprudens de idolorum dixisse vanitate, iisdemque non esse maledicendum? cum David dicat[f], *Similes illis fiant qui adorant ea.* Hic itaque diis non esse maledicendum alienis cum [5]dicit, id est [6]iustis ab origine mundi colentibus pietatem veram, id est angelis et sanctis aliis[g] verae fidei dedicatis [7]non esse maledicendum. [8]Nam omnes iusti [9]maledixerunt idolis, et [10]fregerunt ea, [11]indeque meruerunt gratiam, ut [12]Moyses[h] fecit de monte descendens: [13]sine eo quod[i] Christi [14]nuntii sunt dii, ut [15]Moyses Pharaoni et Aegyptiis, cum scriptura clamet, [16]*Ego dixi dii estis*[k]; utique qui sanctam [17]adorandamque trinitatem colentes forti fide praedicant, qui et omnes iusti vere beati et sancti sunt, et ut dii infidelium scilicet dinoscuntur, quia ait dominus, *Ad quos fuit verbum*[l] *dei*, et per eos praedicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, ut Paulus, Barnabas[m], et [18]Moy-

2. Moyses *B*. Moses *reliqui*. 3. a domino Christo tantum *A*. 4. et *A*. 5. dicit, id est *A*. dicit, est *Bac*. dicit, non est *b*. 6. iusti *A*. 7. non esse *om. (A)b*. 8. Nam quod omnes *A*. 9. maledixerint *A*. 10. fregerint *A*. 11. indeque meruerint *A*. 12. Moses *(A)abc*. 13. sive eo *b*. sine et *A*. 14. nuntii sunt *A*. nuntii hii (hi *c*. ii *b*.) sunt *reliqui*. 15. Moses *(A)abc*. 16. Ego dixi dii estis *Ac*. Ergo dii estis *reliqui*. 17. adorandam trinitatem *A*. 18. Moses *(A)abc*.

et diebus ac noctibus blasphemari a Iudaeis Salvatorem. *(F.)*

b. Moses dicat] Exod. XXIV. 13. „Τοὺς βωμοὺς αὐτῶν καθελεῖτε καὶ τὰς στήλας αὐτῶν ἐκκόψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε ἐν πυρί." *(Fabr.)*

c. Abraham beatissimus] Vetus traditio, Abrahamum idola patris sui confregisse, quae refertur in Beresith Rabba cap. 38. Vide Dionysium Vossium ad Maimonidem de Idololatria c. 1. §. 7. et Gottfridi Wagneri, τοῦ μακαρίτου, dissertationem eruditam de Ur Chaldaeorum, Lipsiae 1681. 4. in lucem editam. *(F.)*

d. Et Gedeon] Iudic. VI. 28. *(F.)*

e. ut Helias] 1 Reg. XVIII. 40. *(F.)*

f. cum David dicat] Psal. CXV. 8. „Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες αὐτοῖς." *(F.)*

g. angelis et sanctis aliis] Vix cuiquam hoc Philastrius persuadebit, quod per deos alienos, quibus non est maledicendum, Moses intellexerit angelos, sanctosve homines. *(F.)*

h. Ut Moyses] Exod. XXXII. 20. *(Fabr.)*

i. sine eo quod] Praeter hoc quod de Mose attulit, nova Philastrio in mentem venit ratio, quod Christi apostoli et illorum exemplo evangelii doctores recte possint appellari dii, ut Moses Exod. VII. 1. *(F.)*

k. Ego dixi, dii estis] In editis erat vitiose „*ergo dii estis*." Locus notus Psalm. LXXXII. 7. „Ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε." Ioh. X. 34. *(F.)*

l. Ad quos fuit verbum] Ioh. X. 35. „Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος θεοῦ ἐγένετο." *(F.)*

m. Paulus, Barnabas] Actor. XIV. 12. *(F.)*

ses Pharaoni[n], qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collandandi atque [19]honorandi et glorificandi, ut dixit David[o]: *Timentes autem dominum [20]glorificavit*: et dominus[p]: *Glorificantes me glorificabo.* Non ergo intelligentes virtutem scripturarum ex littera paganitati consentiunt, et alieni a Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebant iustis Iudaei prophetis et aliis talibus, alieni et isti sicut et pagani [21]indicabantur[q] a domino per scripturam, atque ita nuntiabatur, ne maledicerent suis doctoribus et prophetis et iustis aliis.

Cap. CXLVIII. (Cap. CXLIV.) Sunt quidam [1]legentes haeretici in Genesi[a] de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem civitate, tunc temporis ita nominata sub Abraham beatissimo patriarcha, de quo ait scriptura[b], sine patre, sine matre [2]fuisse genitum eum, cum sit hoc contrarium ita sentire. Scriptura enim [3]non de carnali eum generatione editum esse negavit, sed de [4]iustis eum non genitum parentibus declaravit, qui naturali studio de mandato pristino[c] ad tantam Christi pervenire meruit scientiam, ut quae a parentibus suis non audierat, proprio tamen studio maiora Christi mysteria per mandatum agnosceret offerenda, cum dicat dominus per prophetas[d], *Ecce ego facio nova*; et[e], *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis*, et[f], *Nolite meminisse praeterita*, quae in lege carnaliter dicta sunt. Et salvator ait[g]: *Quod nascitur de carne, caro est, et quod nascitur de spiritu, spiritus est.* De hoc enim cum dicit, sine patre, [5]sine

19. orandi *A*. 20. glorificabit *A*. 21. indicabantur *c*. indicabuntur *reliqui*.
Cap. CXLVIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE MELCHISEDECH SACERDOTE. — 1. haeretici legentes *A*. 2. eum fuisse genitum *A*. fuisse genitum *b*. 3. non *om*. *A*. 4. non iustis eum genitum *b*. 5. sive *(A)b*.

n. Moyses Pharaoni] Exod. XXXII. 20. *(F.)*

o. ut dixit David] Psal. XV. 4. „Τοὺς δὲ φοβουμένους κύριον δοξάζει." *(F.)*

p. et dominus] I Sam. II. 30. „Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω." *(F.)*

q. indicabantur] Minus bene erat in editis *iudicabantur*. *(F.)*

Cap. CXLVIII. — a. in Genesi] XIV. 18. „Καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλήμ." Hanc Salem Melchisedeci regiam eandem esse cum Hierosolyma, variis argumentis pugnat Ludovicus Borgesius in Historia Critica Melchisedeci cap. 7. Negat tamen Hieronymus in epistola ad Evagrium, et nostra aetate Hadr. Relandus, vir doctissimus, in Palaestina sua p. 833. et 976., cui assentiri malim. *(Fabr.)*

b. ait scriptura] Hebr. VII. 3. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, hoc est, cuius nulli parentes ut Leviticorum sacerdotum a Mose commemorantur. *(F.)*

c. de mandato pristino] Solet Philastrius *mandatum* appellare lumen illud divinum cuius ductu deum ante legem Mosaicam coluere patriarchae. Vide c. 109. 133. 146. 148. 150. *(F.)*

d. dominus per prophetas] Es. XLIII. 19. „Ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ καινά." *(F.)*

e. et] Es. XLVIII. 5. 6. „Ἀνήγγειλά σοι πάλαι ἃ πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ σέ." Supra c. 109. *(F.)*

f. et] Es. XLIII. 18. „Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε." *(Fabr.)*

g. Et salvator ait] Ioh. III. 6. „Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστι." *(F.)*

matre editum, sine traditione atque doctrina parentum eum fuisse inquisitorem[h] scriptura nuntiavit, naturaque potentem [6]ac capacem caelestis sapientiae, id est Christi mysterii, per mandatum[i] declaravit[k] advertentes. Quod sciens apostolus naturam hominum caelestis scientiae ac pietatis esse capacem in omnibus[l] praedicabat ita[m]: *Cum enim gentes, [7]quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, isti legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, et cetera. Quod etiam ait dominus Petro[n]: *Quia caro et sanguis non illi revelasset, sed pater qui in caelis est*; fidem quippe domini salvatoris ostendens. Ideoque et ipse iterum dominus[o], *Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit*, inquit, *in regnum caelorum.* Et iterum in lege[p]: *Qui dixerunt patri et matri, Non novimus vos, isti custodierunt mandatum meum, dicit dominus.* Non genituram parentum odiendam[q] utique, sed impietatem eorum paganam spernendam atque damnandam esse modis omnibus collaudabat, cum dicat, *Si quis non renuntiaverit suis omnibus, non erit dignus regno caelorum*[r]. [8]Hic igitur beatus Melchisedech cum de alienige-

6. ac capacem *A*. ad panem *reliqui*. 7. quae *om*. *b*. 8. Ait igitur beato b.

h. inquisitorem] Συζητητὴν, scrutatorem rerum divinarum, et officii sui quod deo debebat ratiocinatorem. Infra hoc capite: „*Cum capax legis divinae caelestisque esset, et suo studio, ut dei imago, inquisito dei mysterio, contemptis impiis parentibus*" etc. *(F.)*

i. per mandatum] Sine lege Mosaica per lumen naturale accensum divinitus, ut mox e Paulo explicat. *(F.)*

k. declaravit] Inusitate dictum pro instruxit, docuit. Cf. Du Cangii Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v.

l. capacem in omnibus] Non per solas vires naturales, sed accedente dei gratia, ut subiuncta Pauli verbis, Matthaei et Ioannis loca pulchre demonstrant. *(F.)*

m. praedicabat ita] Rom. II. 14. „Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ. Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν." Valerius Max. V. 4. Extern. 5. „*Optima rerum natura pietatis est magistra, quae nulla vocis ministerio, nullo usu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus caritatem parentum pectoribus liberorum infundit.*" *(F.)*

n. ait dominus Petro] Matth. XVI. 17. „Ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς." *(Fabr.)*

o. ipse iterum dominus] Ioh. III. 5. „Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ." Pro γεννηθῇ Philastrius videri possit legisse ἀναγεννηθῇ, ut in Clementinis: „Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζῶντι εἰς ὄνομα πατρὸς, υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." Sed solet Philastrius e memoria adscribens loca scripturae verbum pro verbo ponere. *(F.)*

p. Et iterum in lege] Deut. XXXIII. 9. „Ὁ λέγων τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ οὐχ ἑώρακά σε - - ἐφύλαξε τὰ λόγιά σου." *(Fabr.)*

q. genituram parentum odiendam] Nativitatem ex parentibus, τὴν γέννησιν. Odiendam dixit ab antiquo verbo *odio*, unde *odientes* Petronius, et Apuleius περὶ Ἑρμηνείας: „*orationes variae species sunt, ut sunt imperandi, narrandi, succensendi, optandi, monendi, irascendi, odiendi.*" Vide Vossium lib. V. de Arte Grammatica c. 39. *(F.)*

r. non erit dignus regno caelorum] Apud Lucam XIV. 33. legitur: „*Non potest meus esse discipulus.*" „Πᾶς ἐξ

nis, id est Chananaeis impiis fuisset editus, contempta impietate parentum, cum capax legis divinae [9]caelestisque esset, et suo studio, ut dei imago, inquisito [10]dei mysterio, contemptis impiis parentibus, non solum cognoscere Christum dominum ante in mandato[s], insuper etiam eius caeleste mysterium meruit[t] intuens et intelligens celebrare. Ideoque et apostolus[u] baptizatis dicebat, *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu.* Duorum igitur populorum Melchisedech et Abrahae erat tunc in unum societatis coniunctio; [11]praeputii quippe[v] et circumsionis conveniens ratio, [12]ut Melchisedech quidem personam Christianorum [13]gereret, ita ut [14]nos [15]vivimus et celebramur in omnibus[w], Iudaeorum autem [16]in figura Abrahae circumcisio. Christi quippe fidei subdita, caelestique eius inserviens mysterio salutari, ut Abraham beatus Melchisedech sacerdoti magno[x] erat subditus, cui insuper etiam decimas[y] de suis facultatibus offerre non dubitaret, ut regi atque sacerdoti dei, quod nunc Iudaeorum [17]indocilitas[z] subiecta nobis est, cum velit[a] edi-

9. caelestisque esset suo *ega.* caelestis esset suo *A.* caelestisque esset et suo *reliqui.* 10. Christi mysterio *A.* *Cf. supra annot. Galeardi.* 11. praeputii *A.* *Cf. supra annot. Galeardi.* praecepta *reliqui.* 12. ut *om. A.* 13. gerere *A.* 14. non *b.* 15. vivamus et celebramur *ega.* nevimus et celebramus *A.* vivamus et celebremur *e.* vivamus et celebremus *reliqui.* 16. in figura *A.* figuram *reliqui.* 17. indocilitas *AB.* docilitas *reliqui.*

[illegible] Sed bene notavit praestantissimus vir Iohannes Millius in prolegomenis ad Novum Test. §. 831. Philastrium non pauca scripturae loca ad sensum et ex memoria citasse. *(F.)*

s. in mandato] In statu hominis naturalis. *(F.)*

t. meruit] Contigit hoc ipsi. Vide supra p. 276. [cap. 133.] *(F.)*

u. apostolus] Rom. VIII. 9. „Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι." *(Fabr.)*

v. praeputii quippe] Pro „dei mysterio" in Corbeiensi legitur „Christi mysterio", quod melius; dicit enim paulo post „insuper etiam eius caeleste mysterium." At paulo inferius insigne prorsus σφάλμα exhibent editiones, ubi „praecepta quippe et circumcisionis conveniens ratio," Corbeiensis autem recte „praeputii quippe et circumcisionis conv. ratio." Nullus enim hic locus praeceptis, ubi de gentium typo et Iudaeorum disputat. Hanc porro utramque lectionem commendat etiam membrana nongentorum annorum, asservata codici Bibliothecae S. Crucis in Ierusalem Romae signato n. 279., cuius notitiam litteris ad Eminum Cardinalem Quirinum datis sub die 21. Septembris 1757. humaniter nobiscum communicavit Vir eruditissimus Iosephus Blanchinus, iampridem Veronensis ecclesiae canonicus, nunc vero Congregationis Oratorii Romae presbyter, religione aeque ac doctrina praeclarus. [Galeard.]

w. ita ut nos vivimus et celebramur in omnibus] Male Lugd. *ut non vivamus.* Et aliae editt. *celebremus.* *(F.)*

x. Melchisedech sacerdoti magno] Gen. XIV. 18. Ps. CX. 4. Hebr. VII. 1. 21. *(F.)*

y. decimas] Genes. XIV. 20. Hebr. VII. 9. De regiis decimis vide interpretes ad 1 Sam. VIII. 15. 17. et D. Carpzovium, τῷ μακαρίτῃ, ad Schickardi Ius Regium p. 250. De decimis sacerdotalibus Num. XVIII. 21. Deut. XVIII. 2. et scriptores de decimis laudati a me in Bibliographia Antiquaria c. 16. §. 2. *(Fabr.)*

z. indocilitas] Hoc est ruditas. Infra

scere atque a nobis de lege et prophetis Christi mysteria paulatim agnoscere, atque in eius passione caelestem sperare scientiam de lege pariter et prophetis.

Sunt quidam legentes [1]in Zacharia[a] quod dicit, *Ieiunium quarti*[b], *et ieiunium quinti*[c], *et ieiunium septimi*[d], *et ieiunium decimi*[e] *erit domui Israël in exultationem et gaudium.* Quid ergo, si quis omnem septimanam voluerit aut menses ieiunare multos, in praeiudicium incursurus est? Absit. Imo potius laudem habebit ampliorem: ut multi prophetae[f] fecerunt, et iusti homines quotidie faciunt plurimi. Sed cum dicit quatuor ieiunia, veluti dies quatuor ieiunandos decernit, non autem nobis dixit aut mensis alicuius aut anni, sed sic absolute praedicavit, ut mysteria Christianitatis [3]ipsis quatuor ieiuniis nuntiata cognosceremus. [2]Nam per annum quatuor ieiunia in ecclesia[g] celebrantur, in Natali primum[h], deinde in Pascha[i], tertium in Epiphania[k l], quartum in Pentecoste[m]. Nam Cap. CXLIX. (Cap. CXLV.

Cap. CXLIX. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE ZACHARIA PROPHETA DE IEIVNIO. — 1. de *b.* 2. quod *Ab.* quo *reliqui.* 3. ipsius *(A)b.*

cap. 150. Iudaeos appellat „ineruditos et indoctos."

z. quod nunc Iudaeorum docilitas subiecta nobis est cum velit] Male superiores editiones post verba *nobis est* posuere στιγμήν, nam connectenda cum his sunt quae deinceps sequuntur. Iudaeorum vero docilitas accipienda de illis Iudaeis qui Christo dare nomen et Christi sacra amplecti, sive a Christianis de lege et prophetis Christi mysteria agnoscere non dedignantur. *(Fabr.)*

Cap. CXLIX. — a. in Zacharia] VIII. 19., ad quem locum conferendus praeter S. Hieronymum Iohannes Seldenus capite octavo libri de Anno Civili Iudaeorum. *(F.)*

b. Ieiunium quarti] Die 17. mensis quarti Tamuz (Iulii), ob confractas a Moyse tabulas et urbem a Nabuchodonosore captam. *(F.)*

c. ieiunium quinti] Die nono mensis quinti Ab (Augusti), ob conflagrationem templi. *(F.)*

d. ieiunium septimi] Die tertio Tisri, mensis septimi (Octobris) ob Godoliam ab Ismaëlitis trucidatum, ut tradit Iosephus in Hypomnestico inedito c. 127. *(Fabr.)*

e. ieiunium decimi] Die decimo decimi mensis (Ianuarii) Tebeth ob nunciata Babylone commorantibus Iudaeis quae Hierosolymae acciderunt mala. *(Fabr.)*

f. multi prophetae] Moyses Exod. XXIV. 18. XXXIV. 28. Deut. IX. 9. 11. et Elias 1 Reg. XIX. 8. *(F.)*

g. quatuor ieiunia in ecclesia] Quanquam non modo antiquioribus et apostolicae aetati propioribus temporibus, sed ne Philastrii quidem aevo quatuor illa ieiunia longe lateque per omnem ecclesiam obtinuisse satis constat, ut ostendit Io. Dallaeus lib. 4. de Ieiuniis cap. 7., tamen ex hoc Philastrii loco patet falli Blondellum, qui ad Pseudo-Callisti Epistolam pag. 246. notat Leonem Magnum primum quatuor temporum ieiunio consecratorum distincte meminisse. *(F.)*

h. in Natali primum] Hoc est quod Leoni hyemale, aliis ieiunium Adventus domini, de quo Theoph. Raynaudus T. XI. Opp. p. 479. *(F.)*

i. in Paschate] Hoc unum admittit Hieronymus Ep. 54. ad Marcellum: „*Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus: illi* (Montani asseclae) *tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint salvatores. Non quo et per totum annum, excepta pentecoste ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.*" *(F.)*

in Natali salvatoris domini ieiunandum est, deinde in Paschae Quadragesima, atque in Ascensione itidem in caelum post Pascha die quadragesimo, inde usque ad Pentecosten diebus decem. Id quod postea fecerunt beati apostoli post ascensionem, ieiuniis et orationibus insistentes[n], ut scriptum est, quod meruerint in Pentecoste plenitudinem divini spiritus et perfectionem consequi potestatis, ut irrigatione divini spiritus affluente iam armis instructi caelestibus omni dubitatione seposita, in qua erant ante[o], post autem doctores invicti et gloriosi martyres ipsius domini fieri quotidie properabant, Iudaeos et paganos edocentes, eisque de lege et prophetis Christum ubique dominum cum patre sempiternum prophetarum testimoniis comprobantes, eiusque praesentiam carnalem saluberrimam orbi terrarum annuntiantes. Alii autem putant secundum [4]quatuor tempora anni[p] cuiusque dixisse

4. quatuor anni cuiusque ieiunia dixisse *b*.

k. tertium in Epiphania] Quoniam post antepaschale ieiunium hocce ante Pentecosten commemorat Philastrius, atque intra illud ipse explicat de ieiunio Ascensionis, ideoque Epiphania hoc loco pro Ascensione ab eo poni est necesse. De ieiunio sive rogationibus ante Ascensionis festum a Claudiano Mamerto circa A. C. 460 demum introductis in Gallia, vide Gregorium Turonensem II. 34. Hist. Aviti homiliam de Rogationibus et Io. Savaronis ad Sidonii Apollinaris lib. V. Ep. 14. Sane quidem Dallaeo pag. 761. indico, sic obscure et involute hoc loco de ieiuniis scribit Philastrius, ut stridere ipsi videatur potius quam loqui, itaque illius verba fatetur se non capere. „*Septimo*, inquit, *mense* [illegible] *quod in Epiphania constituit, ut* [illegible]. *Quod in natale* [illegible] *pro diebus* [illegible], *ut* [illegible] *absurdissimum quoque est. Denique quid est quod iste vult, certe dicit, in ascensione* [illegible], *decemque diebus ad pentecosten usque* [illegible]? *Nam* [illegible] *philosophatus est*, [illegible], *omnes* [illegible] *pentecoste* [illegible] *patebant*." (F.)

l. tertium in Epiphania] Epiphania hic a Philastrio pro Ascensione sumitur, ut recte advertit Fabricius, licet aliàs communiter hoc nomine designetur adoratio magorum, indicante Cotelerio ad Constit. Apost. V. 13. p. 312. Quod vero ieiunium istud in Epiphania, ut ait Philastrius, hoc est in Ascensione, unum fuerit ex quatuor ieiuniis quae tunc in ecclesia celebrabantur, idem Philastrius testis est satis idoneus, quamvis Dallaeus a Fabricio prolatus hoc nomine Philastrium reprehendat vocetque rem inauditam. Caeterum Philastrius paulo infra meminit de ieiunio etiam secundum quatuor anni tempora, quod ab aliquibus servabatur, cuiusque aperta est mentio apud Leonem Magnum Serm. 18. (Galeard.)

m. quartum in Pentecoste] Hoc ieiunium alii scriptores ponunt hebdomade post Pentecosten vel post octavam Pentecostes. Vide Cotelerium ad lib. V. Constitut. Apostol. c. 20. p. 326. Vicissim Pentecosten ipsam, hoc est quinquaginta totos a paschate dies ieiunare nefas habuere plerique etiam Philastrii aetate, ut iam ex Hieronymo notavi, cui adde sis insigne S. Athanasii testimonium, quod vulgavit celeberr. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 112. (F.)

n. ieiuniis et orationibus insistentes] Ieiuniorum nulla diserta mentio Actor. I. 14. „Προσευχῇ καὶ δεήσει προσκαρτεροῦντες." Tamen ieiunia et orationes coniunguntur Actor. XIV. 23. „Προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν." (F.)

o. omni dubitatione seposita, in qua erant ante] Respicit dubitationem, imo abnegationem, Petri Matth. XXVI. 70.

scripturam. Alii autem de Noë[q] dixerunt, quando audiit et credidit, [5]inde cum arcam confecit, postea autem cum intravit in eam, quarto quando exivit de arca. Alii autem Iudaeorum Israël dixisse scripturam[r] arbitrantur, quod cum[s] audivit populus primum in Aegypto per [6]Moysen tunc temporis et credidit, liberatur de Pharaone et Aegyptiis, deinde quod exivit de Aegypto[t], tertio quod in montem ivit[u] et accepit legem a domino salvatore, quarto quod intravit[v] in terram repromissionis; sed non omnes introierunt, sicut scriptum est, nisi duo[w] soli, Iesus et Chaleb, ut dixit scriptura. Alii autem dixerunt, quatuor ieiunia sunt ecclesiae ista in quatuor libris [7]Moysi, quia primum fecit deus omnia in Genesi, et hominem, ut scriptum est, secundo in Exodo, [8]quod de tenebris liberatus [9]exit omnis homo credens in Christum deum, tertio [10]quod in Levitico offert sacrificia diversa, quae [11]sunt ibi omnia Christianitatis mysteria, quarto post oblationem [12]spiritalium donorum in libro Numeri mereatur omnis fidelis conscribi, quod ait et dominus[x]: [13]*Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro caelorum.* Ideo et David[y] [14]de Iudaeis dicit: *Deleantur* [15]*de libro, et cum iustis non scribantur.* Et ipse iterum[z]: *Et in libro tuo in te credentes conscribentur.* Haec etiam ieiunia in quatuor evangelia[a] nos oportet

5. deinde *A*. 6. Mosen *(A)abc*. 7. Mosi *(A)abc*. 8. quod *A*. quo *reliqui*. 9. exivit *A*. 10. quod *A*. quo *reliqui*. 11. sunt ibi omnia *AB*. sunt omnia *reliqui*. 12. spiritalium donorum *Bac*. donorum spiritalium *A*. spiritalem donorum *b*. 13. Gaudete et exultate, quia *b*. 14. et Iudaeis *A*. 15. de libro viventium et cum *(A)b*.

seq., et abnegationem aliorum discipulorum, id. 56. *(F.)*

p. secundum quatuor tempora anni] Leo Magnus Sermone XVIII. „*Ieiunium vernum in quadragesima, aestivum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc qui est decimus* (Decembri) *celebramus*." *(F.)*

q. de Noë] Gen. VI. 13. seq. VII. 5. et 7. VIII. 18. *(F.)*

r. Israël dixisse scripturam] Locum allatum Zachariae de quatuor ieiuniis alii ex Iudaeis putant respondere quatuor illis rebus quas Israeli contigisse mox e Moyse commemorat. *(F.)*

s. quod cum] Exod. V. seq. *(F.)*

t. quod exivit de Aegypto] Exod. XII. seq. *(F.)*

u. quod in montem ivit] Exod. XIX. seq. *(F.)*

v. quod intravit] Iosuae I. seq. *(F.)*

w. nisi duo] Num. XIV. 30. XXXII. 12. *(F.)*

x. quod ait et dominus] Luc. X. 20. „Χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς:" „*in caelis*," quod Philastrius interpretatur „*in libro caelorum*." *(Fabr.)*

y. Ideo et David] Psal. LXIX. 28. „Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βιβλίου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν." *(F.)*

z. Et ipse iterum] Psal. CXXXIX. 16. „Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται." *(F.)*

a. in quatuor evangelia] Ut undique quaternario suo subsidium et rationem quaerat Philastrius, etiam evangelia advocat, quorum quaternionem similibus rationibus mysticis et allegoricis passim veteres commendant, ut adscriptis ipsorum verbis demonstravi in Codice Apocrypho Novi Test. p. 382. et T. 2. pag. 555. 735. Addam unicum locum Rabani Mauri lib. 4. de universo c. 1. T. 1. Opp. p. 83. „*Quatuor milites qui quatuor partes sibi de Iesu vesti-*

accipere de patriarchis, prophetis, sacerdotibus et apostolis[b], quae in nobis complenda sunt. Quod primum fides patriarcharum, deinde virtus prophetarum, tertio labor sacerdotum, quarto apostolorum [16]perfectio invicti certaminis nuntiantur, quae diversae virtutes invicem cum suis virescunt connexae temporibus, et docentes homines diversa iocunditatis gaudia desiderantibus et [17]capientibus[c] subministrant.

Cap. CL. [Cap. CXLVI.] Sunt haeretici qui cum legunt in [1]Solomone[a], *Sexaginta reginae, et octoginta concubinae, et iuvenculae[b] quarum numerus non est*, putant eum mulierum causa et iuvencularum atque concubinarum numerum edixisse. Cumque ita sentiunt, infructuosi, imo potius ut pagani impii et Iudaei inerudíti atque indocti indicantur, ignorantes quod haec rationabilia[c] sunt et intellectibilia ab eodem nuntiata, quae in Christi maiestate et potentia diversa gratiarum munera humano generi ostendebantur adventura, diversisque temporibus voluntati hominum ac capacitati[d] desiderantium ab eodem impertita, non denegante parem gratiam, sed iuxta quod capere [2]potuissent *et* voluntas hominum nosceretur, ipso domino tribuente atque conferente quaerentibus studiose, cum dicat beatus apostolus Petrus[e], *In veritate [3]cognosco quod deus personarum acceptor non est.* Et Paulus apostolus itidem[f], *Deus hominis*, inquit, *perso-*

16. profectio *b.*   17. capientibus *Ac.* cupientibus *reliqui.*
Cap. CL. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE VXORIBVS ET CONCVBINIS SOLOMONIS. — 1. Salomone *(A)b.*   2. potuissent et voluntas *ego.* potuisset voluntas *libri ceteri.*   3. comperi quod *A.*

membra fecerunt, [illegible] quatuor partes mundi, quae [illegible] sibi eloquia Christi, sicut scriptum est Psalm. 118., Laetabor ego super eloquia tua sicut qui invenit spolia. Longe plura in hanc sententiam congessit sub libri nomine idem Rabanus p. 77. [Harduini Concilia tom. III. p. 1983. seq.] *(F.)*

b. patriarchis, prophetis, sacerdotibus et apostolis] De hac quaternione vide c. 136. p. 296. atque infra c. 142. et 150. *(F.)*

c. diversa iocunditatis gaudia desiderantibus et capientibus] Ita legendum pro *cupientibus*. Infra cap. 146. „*Diversa gratiarum munera diversisque temporibus voluntati hominum ac capacitati desiderantium ab eodem impertita.*" Ubi plura in hanc sententiam. Mox eodem capite: „*Diversam effusam gratiam capientibus et quaerentibus.*" *(F.)*

Cap. CL. — a. cum legunt in Solomone] Cantic. VI. 8. Postea auctus numerus: nam 1 Reg. XI. 3. reginae septingentae, et concubinae trecentae. *(Fabr.)*

b. iuvenculae] עֲלָמוֹת, virgines innumerabiles. Confer Wagenseilium p. 397. seq. ad tela ignea Satanae. *(F.)*

c. rationabilia] Νοητὰ, ad sublimiorem intellectum a sensibilibus rebus referenda. Rationem intellectibilem vocat infra c. 149. *(F.)*

d. voluntati hominum et capacitati] Capite superiore extremo: „*Diversa iocunditatis gaudia desiderantibus et capientibus subministrant.*" *(F.)*

e. apostolus Petrus] Actor. X. 34. „Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ θεός." ex Deut. X. 17. et 2 Paralip. XIX. 7. Vide et 1 Petr. I. 17. *(F.)*

f. Paulus apostolus itidem] Rom. II. 11. „Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ." Adde Galat. II. 6. *(F.)*

nam non accipit. Ex voluntate itaque iuxta [4]quod capit quisque et desiderat, ita [5]et a deo Christo [6]ei [7]tribuitur[g] atque impertitur quotidie. Diversae igitur dignitates ac diversae gloriae a [8]Solomone nobis nuntiatae sunt: in mandato quippe, lege et Christi gratia[h] omnia, quae [9]et primo et secundo et postremo tempore populis per diversa meritorum collata sint munera dignitatis, ut priori populo, deinde Iudaeorum, tertio Christianorum, qui ab illis [10]prioribus*que* qui ante Iudaeos fuerunt cum edocemur[i], in Christi praesentia[k] [11]et de Christi diversam[l] effusam gratiam capientibus et quaerentibus quotidie pervidemus effundi. Nam quod aliae animae ad [12]regimina, aliae ad coniunctionem, aliae ad incrementum perfectioris aetatis[m] in coniunctionem futurae fidei Christi domini [13]vocentur, manifestum est, dicente apostolo, *Qui cohaeret Christo domino, unum corpus est*[n]. Nam ubi reginae nomen dicitur, regni caelestis manifestatur excellens nobilitatis sublimitas, quod et dominus vocationem multorum praedicans paucorum [14]electionem annunciat affuturam. In quibus triplex virtutis dignitas [15]enitescit, et in evangelio dicente domino ad illum[o], *Si vis esse perfectus, vade, [16]vende omnia quae habes et da pauperibus, et veni sequere me, et habebis*

4. quod capit quisquis et desiderat *A.* quod quisque desiderat *reliqui.*   5. et *om. A.*   6. ei *om. b.*   7. tribuetur *B.*   8. Salomone *(A)b.*   9. et *om. (A)b.*   10. prioribusque qui ante *ego.* prioribus qui *libri omnes.*   11. et de Christi *A.* itidem *c.* et de *Ba.* de *b.*   12. regimonium *A.*   13. vocarentur *A.*   14. electione annuntiat affutura *A.*   15. nitescit *b.*   16. et vende *(A)b.*

g. ei tribuitur] Helmst. *tribuetur*, vitiose. *(F.)*

h. in mandato quippe, lege et Christi gratia] Familiaris haec Philastrio divisio, per mandatum intelligente lumen naturale ante legem Mosaicam. Vide supra cap. 109. et cap. 133. et 144. 146. 148. 150. *(F.)*

i. cum edocemur] Sensus praesentis obscuri loci hic esse mihi videtur: cum edocemur quae diversa munera collata sint diversis illis tribus temporibus, ea omnia pervidemus effundi quotidie in Christi praesentia, hoc est inter Christianos, alia aliis, pro desiderio et captu cuiusque. *(F.)*

k. in Christi praesentia] Priores ed. nullo sensu pro *itidem* habent *et de*. *(Fabr.)*

l. diversam] Nescio an forte legendum sit „in Christi praesentiam et de Christi praesentia," sed magis adhuc placet Fabricii emendatio. Christi praesentia a Fabricio intelligitur tempus evangelii, ut recte monuit Fabricius ad hoc caput, quod ex aliis etiam locis apparet cap. 155. 110. 75. 139.

m. ad regimina, aliae ad coniunctionem, aliae ad incrementum perfectioris aetatis] Ut respondeant reginis, concubinis et iuvenculis apud Salomonem. Hos tres gradus infra vocat perfectorum, sequentium et secuturorum, illisque tribuit regnum, paradisum et vitam. Pro *perfectioris* priores editt. *perfectionis*. *(F.)*

n. unum corpus est] 1 Cor. VI. 17. „Ὁ κολλώμενος κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν." Ex memoria ut cap. 26. locum citans Philastrius unum corpus pro uno spiritu posuit. *(F.)*

o. dicente domino ad illum] Matth. XIX. 21. „Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι." Ordinem verborum iterum ex memoria locum citans Philastrius immutavit. *(F.)*

thesaurum in caelo. At ille tristatus est[p], inquit, ut scriptum est. Ergo etsi ante generaliter secundum temporis divisionem populorumque factum est, [17]tamen in Christi praesentia[q] triplex gratia resplendet ac dignitas, ut alii [18]perfecti, alii sequentes, alii postea secuturi demonstrarentur, non in uno modo dignitatis, id est regni caelestis inveniendi, sed secundum fidem ac laborem eorum atque diversa certamina, mercedem congruam adepturi, dicente domino[r], *Multae mansiones sunt apud patrem meum.* Ideo et David animam ad [19]regimen vocatam modis omnibus collaudat, edocens: *Adstitit regina a dextris tuis*[s]. Aliam etiam sequi hortatur[t], *Audi filia et vide, et obliviscere domus patris tui, et concupiscet rex speciem tuam.* Ut ergo est rationis[u], convenit cognoscere quod alii in regnum[v], alii in paradisum[w], alii in [20]vitam[x] atque remissionem peccatorum[y] in futuro erunt deputandi: quod non negatur currentibus ac volentibus[z] nunc ut oportet, dissimulantibus[a] autem et non recte currentibus a domino haec non erunt conferenda.

Cap. CLI. Est haeresis[a] quae putat quod [1]Iesus filius Nave populum Iu-

17. adtamen *A.* 18. perfecti, alii sequentes, alii *om. A.* 19. regimonium *A.* 20. veniam *b.*

Cap. CLI. *desideratur in Bale. Servavit unus Sangermanensis.* 1. Hiesus *A.*

p. At ille tristatus est] Ἀπῆλθε λυπούμενος Matth. XIX. 22. Evangelium Hebraeorum apud Origenem homilia VIII. in Matth. „*Coepit autem dives scalpere caput suum, et non placuit ei.*" (*Fabr.*)

q. in Christi praesentia] Tempore evangelii, ubi Christus colitur. Sic supra: „*in Christi praesentia itidem diversam effusam gratiam capientibus et quaerentibus quotidie perennius effundi.*" (*F.*)

r. dicente domino] Iohan. XIV. 2. quem locum de diversitate graduum gloriae in vita aeterna etiam laudavit noster supra c. 82., sicut diversitatem poenarum atque plagarum profitetur c. 122. (*F.*)

s. Adstitit regina a dextris suis] Ps. XLV. 9. „Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου." (*F.*)

t. Aliam etiam sequi hortatur] Ibid. 10. „Ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου." (*F.*)

u. Ut ergo est rationis] Sic haeresi 98. „*nullius rationis itaque,*" et 106. „*quomodo hoc erit rationis.*" (*F.*)

v. alii in regnum] Matth. XXV. 34. (*Fabr.*)

w. alii in paradisum] Luc. XXIII. 43. (*F.*)

x. alii in vitam] Matth. XIX. 17. (*Fabr.*)

y. atque remissionem peccatorum] Luc. XXIV. 47. (*F.*)

z. non negatur currentibus ac volentibus] Alludit ad locum Rom. IX. 16. de quo supra ad cap. 125. (*F.*)

a. dissimulantibus] Vide ad c. 121. (*Fabr.*)

Cap. CLI. — a. Est haeresis] De cultris lapideis ad circumcisionem adhibitis, de quibus Philastrius loquitur nonnulla antea diximus; hic tantum observare lubet Philastrium hoc loco petrinorum cultrorum usum reiicere, dicens quod facilius ex hoc Iudaei periclitari poterant quam curari, cum tamen alibi, cap. 118., locum Exodi adducens, scribat quod Sephora uxor Mosis accepto calculo circumcidit puerum, et Ios. 5., de quo hic agit Philastrius, expresse dicatur: Fac tibi cultros lapideos. Sane utrum petra, an gladio ad circumcidendum usus fuerit Iosua, plurima apud interpretes est

daeorum cultris lapideis circumciderit; quod nec rerum natura nec virtus aut ratio persuadet. Facilius enim Iudaei periclitari poterant quam curari: etsi secundum dei potentiam [2]unquam impossibile non est aliquid, tamen rerum natura non patitur, nec ratio persuadet. Ne ergo petrinis [3]cultris, dicant circumcisos Iudaeos de paganorum durissimis mentibus ac lapideis, quae antea fuerant quidem impietati deditae, postea vero credentes in domino, amissa mente lapidea, [4]meruerint de verbo dei circumcidi mente, [5]doctrinaque iam caelesti potentes Iudaeos circumcidere, id est Christi eis insinuare scientiam salutarem, de lege et prophetis eam quippe nuntiantes atque comprobantes undique. Quamvis enim et quotidie circumcidantur Iudaei ab his qui ante erant gentiles, id est doceantur de lege et prophetis, de fide Christi domini scilicet salvatoris, qui si crediderint et ipsi salutis remedium accepturi sunt, [6]perseverantes tamen in duritia mentis lapideae, aeterno erunt iudicio detinendi. Ideoque et dominus in eorum contradictione pertinaci dicebat quod filii eorum, id est pagani ipsi, erunt iudices eorum atque doctores, id est gentium populus, qui ante in mente lapidea versabatur, postea vero per Christi fidem merebatur ad scientiam salutarem pervenire. Israël autem secundum legem currens, ut scriptum est, ad legis virtutem pervenire non potuit, quia non ex fide, sed ex operibus currere properabat. Iacob enim dicit quod ipse erit spes gentium, non Iudaeorum. Oportet ergo gentes credere

2. quam *A.* 3. *Facillima correctione reponi posset* cultris dicant, dicant circumcisos *cett. Sed non opus est.* 4. meruerit id est verbo dei *A.* 5. doctrinamque iam caelestis *A.* 6. perseverantes autem in *A.*

quaestio, de qua videndi Masius praecipue, et Drusius ad 5. Ios. 2., quorum uterque in petram potius quam in gladium inclinat: imo sententiae huic Masius etiam Mosis Maimonidis inter Iudaeos doctissimi calculum adiicit, qui duris silicibus usum esse Iosuam, non acutis gladiolis opinatur. Convenit quoque scitissima illa atque aptissima anagoge qua petra Christus dicitur, I Cor. 10., „ut significaretur per Christum futura circumcisio cordis," ait Ambrosius Praef. in Epist. ad Galatas: licet hoc loco Philastrius petrinis cultris circumcisos Iudaeos cum dicit, intelligi velit, a gentilibus eorumque durissimis mentibus ac lapideis, quae antea fuerant impietati deditae, postea vero credentes in domino factae sunt, amissa mente lapidea, quotidie circumcidi Iudaeos, id est Christi eis insinuari scientiam salutarem, quo in tropo Philastrius sibi consentientem habet Gaudentium, qui Tract. 2. p. 238. gentes ad Christum conversas „lapides quondam durissimos" vocat. Porro quo pacto saxeo cultro utentes Iudaei ad circumcisionem periclitari facilius potuerint quam curari ut hic affirmat Philastrius, fateor me prorsus ignorare cum multis, quia potius ferri vulnus atrox magis esse quam lapidis illud indicare videtur, quod siliciorum cultrorum ad difficiliores sectiones magna sit commoditas et aptitudo, ut pluribus tradit Steph. Morinus Exercit. de Linguis part. 2. cap. 9. pag. 290., et „ferro laedi horreat balsamum" ait Plinius XII. 25., quare inciditur vitro, lapide osseisve cultellis, quod confirmat et illustrat Salmas. Excercitt. Plin. cap. 35. pag. 417. (Galeard.)

universas primum, tunc demum ab ipsis gentibus [7]Iudaeos discere ac doctrinam Christi domini de lege et prophetis audire, atque ita acquiescere ut compleatur, *Donec*[b] *plenitudo gentium intret, et sic omnis Israël salvabitur*, sicut scriptum est. Et alter propheta ait: *Aufer*[c] *ab eis cor lapideum domine, et da illi cor carneum.* Et dominus: *Si isti*[d] *tacuerint, lapides clamabunt.*

Cap. CLII. (Cap. CXLVII.)

Alia est haeresis quae spiramen quod accepit Adam[a] [1]putant tantum esse, quantum est a [2]Christo post resurrectionem[b] concessum apostolis, cum ignoret quod [3]spiramen est modicae virtutis aliqua gratia in audienda lege dei multorum primum, spiritus autem perfectionis est plenitudo. Spiramen itaque datur ab infantia et catechumenis, spiritus autem in incremento doctrinae fideique et salutaris baptismi plena dei gratia, ut intelligere et ad maiorem iam possit scientiam pervenire. Ideoque post baptismum[c] [4]spiritum ut apostoli iam non, sed spiramen accipit qui baptizatur in trinitate. Commune est etenim omnium spiramen, spiritus autem paucorum [5]est fidelium atque credentium et [6]discentium et veluti ab honore ad honorem et a gloria ad gloriam maiorem caelestemque scientiam et gratiam pervenientium, dicente apostolo, quod a fide in fidem[d] procedimus, et a gloria ad gloriam[e] prodire properamus. Ideoque ait ipse, *Primus homo*[f] *de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis*, ut et natura[g] non [7]exsors Christi muneris inveniatur aliena penitus, id est nec catechumenus, et fides

7. Iudaeorum *A.*

Cap. CLII. *in abc. inscriptum est* DE SPIRAMINE QVOD ADAM ACCEPIT HAERESIS. — 1. putat *A.* 2. Christi *ab.* 3. spiramentum *A.* 4. iam non spiritum ut apostoli, sed spiramen *b.* 5. et *A.* 6. discedentem *A.* 7. insors *A.*

b. Donec] Rom. XI. 25.

c. Aufer] Cf. Ezech. XI. 19. XXXVI. 26.

d. Si isti] Luc. XIX. 40.

Cap. CLII. — a. spiramen quod accepit Adam] Genes. II. 7. „Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς.“ (*Fabr.*)

b. a Christo post resurrectionem] Ioann. XX. 22. Ἐνεφύσησε, Ciceronis verbo recte reddas, *inhalavit*. (*F.*)

c. Ideoque post baptismum] Uti ante baptismum catechumenis, sic in baptismo communem illam gratiam omnibus baptizatis tribuit, ut gradum sublimiorem deinde servet sanctis apostolis piisque fidelibus. (*F.*)

d. a fide in fidem] Rom. I. 17. „Ἐκ πίστεως εἰς πίστιν.“ (*F.*)

e. a gloria in gloriam] 2 Cor. III. 18. „Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν.“ (*F.*)

f. Primus homo] 1 Cor. XV. 47. „Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ.“ *De caelo caelestis* similiter ut Philastrius habent Ambrosius, Hieronymus et alii, et illud κύριος longe plurimi omittunt, de quo praeter Ioan. Millium vide quae notavit D. Kortholtus, ὁ μακαρίτης, libro de Variis Scripturae Editionibus pag. 75. seq. (*F.*)

g. natura] Ut superiore capite tres gradus fecerat perfectorum, sequentium et secuturorum, ita hoc loco ponit primo naturam, cui succedit gradu secundo fides et doctrina, tertio denique studium vitaque praeclara in paucorum fidelium et cupientium (an *capientium* ut cap. 145 et 146.) voluntate exuberans. (*F.*)

atque doctrina studiumque et vita [8]praeclara in paucorum fidelium et cupientium voluntate dinosceretur exuberans, dicente domino[h], *Habenti dabitur, et plus ei adiicietur: non habenti autem et quod habere videtur*[i] [9]*auferetur ab eo.* Quod Iudaeo contigit, et aliis itidem plurimis.

Cap. CLIII. (Cap. CXLVIII.)

Est haeresis quae cum audit in Zacharia propheta de funiculo agrimensorio, de quo et [1]David[a] edixerat, quod angelus tenens ibat[b] mensurare Ierusalem, aestimat secundum litteram ita dixisse scripturam, cum non Ierusalem metiri, quae tradi debebat hostibus, sed credentium recte, atque paucorum perfecte, [2]lectio[c] nuntiabatur per angelum affutura, ut dictum est: *Multi vocati*[d], *pauci electi.* Hierusalem ergo in funiculo agrimensorio mensurabatur, id est et ante sub paucis et post fidem Christi paucorum catholicae fidei [3]gignendae electio praedicabatur in seculo. Quod et apostolus ait[e]: *Oportet haereses esse, ut probati manifestentur.* Quia ergo funiculus haereditarius triplici virtute[f] connexus est, id est patris et filii et spiritus sancti, haec coniunctio cum in una eademque accipitur fide atque credulitate, aequalitatis quippe et [4]virtutis coniungenda unitas atque colenda [5]potentia cum noscitur ab ecclesia catholica, non in diversa maiestatis aut qualitatis credenda substantia praedicatur, ut quidam aestimant haeretici. Quod et dominus

8. praedicata *b.* 9. auferetur *(A)bc.*

Cap. CLIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE FVNICVLO MENSORIO IN ZACHARIA PROPHETA. — 1. David propheta beatus edixerat *A.* 2. electio *c., cum Coteleriо Monum. Vet. Eccl. Gr. tom. III. p. 524.* 3. gignendae *A.* gignendo *reliqui.* gignendorum *coniec. Galeardus.* 4. veritatis *A.* 5. *Post vocabulum* potentia *quae sequuntur usque ad finem capitis omnia in A. desiderantur.*

h. dicente domino] Matth. XIII. 12. XXV. 29. „Ὅστις ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται.“ (*F.*)

i. et quod videtur habere] Ex Lucae VIII. v. 18. „Καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.“ (*F.*)

Cap. CLIII. — a. de quo et David] Villalpandus T. 2. p. 179. putat Philastrium lapsum memoria, et pro Davide voluisse nominare Ezechielem, respexisseque ad XL. 3. Sed fortasse nostro erat in mente Psal. LX. 6. CVIII. 7. „Τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω.“ (*Fabr.*)

b. quod angelus tenens ibat] Zach. II. 1. „Ἰδοὺ ἀνὴρ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σχοινίον γεωμετρικὸν - - διαμετρῆσαι τὴν Ἱερουσαλήμ“ etc. (*F.*)

c. credentium recte atque paucorum perfecte electio] Ita pro *lectio* apud Philastrium scribunt Villalpandus et Cotelerius III. Monument. p. 524., quanquam notum omnibus, lectionem pro electione, ut *lectum* pro *electo* et *legere* pro *eligere*, tritum esse optimis scriptoribus. Sueton. c. 35. August. „*Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus.*“ et cap. 54. „*Antistius Labeo senatus lectione cum vir virum legeret.*“ Tamen infra etiam *electio* apud nostrum scribitur, et facile fuit librario post *perfecte* literam *e* in *lectio* omittere. (*F.*)

d. Multi vocati] Matth. XX. 16. XXII. 14. „Πολλοί εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.“ (*F.*)

e. Quod et apostolus ait] 1 Cor. XI. 19. „Δεῖ γὰρ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.“ (*Fabr.*)

f. funiculus triplici virtute connexus] Τὸ σπαρτίον ἔντριτον Ecclesiastae IV. 12. (*Fabr.*)

dicere dignatus est[g]: *Putas filius hominis, cum venerit, inveniet fidem super terram?* Quia et ante [6]propheta quod nuntiarat in paucis, et post Christi praesentiam, passionem et resurrectionem eius, divinamque sententiam quod essent praevaricaturi[h], hoc ita nuntiatum sit, ut sint haeretici hodie qui a spiritu sancto aut a filio recedentes diversam maiestatis et potentiae [7]qualitatem[i] quotidie praedicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere quod funiculus, ut ait [8]Solomon[k], triplex non disrumpitur, quod et credi debet a nobis, quod et de divina substantia et propria filius et sanctus sit itidem spiritus, patri quippe connexus in omnibus, qui et cognosci debet et coli ab omnibus. In hac ergo coniunctione baptismi et salvator nos dignatus est confirmare, imperans[l]: *Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* In quo coniungentes filium patri, et spiritum cum filio et patre, hanc salutem [9]cognoscimur adepturi, quia non aliunde salutis remedium, nisi ex fide hac humano generi cognoscimus [10]affuturam. Unde et in hac coniunctione sanctae adorandaeque trinitatis gaudemus, in qua ante Adam pater noster Noë, Abraham, [11]Moyses et prophetae, sacerdotes, iudices et apostoli, pariter et evangelistae [12]praedicantes[m] meruerunt consequi angelicam dignitatem[n], in qua et ecclesia catholica exultat, hoc praedicans quotidie atque edocens, eademque hanc omnem impietatem paganam et iniquitatem Iudaicam destruens quotidie omni exultat in gaudio. Nam et si triplex funiculus debet accipi primum mandati, deinde legis in

6. propheta quod nuntiarat *eg.* a propheta quod tunc erat *Galeardus.* propheta quod tunc erat *libri omnes.* 7. qualitatem *eg.* inaequalitatem *libri omnes.* 8. Salomon *bc.* 9. cognoscimus *b.* 10. affuturum *b.* 11. Moses *abc.* 12. praedicentes *Ba.*

g. dominus dicere dignatus est] Luc. XVIII. 8. „Πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;" *(Fabr.)*

h. divinamque sententiam quod essent praevaricaturi] Haec epexegesis est eorum quae praecesserant verborum „propheta quod nuntiarat."

i. qualitatem] Ita scripsi pro *inaequalitatem.* Augmentum videlicet vocabulo accreverat determinatione praegressae vocis *potentiae.* — Supra pro „Quia et ante propheta" Galeardus reposuit „Quia et ante a propheta," sententiam indicans aliter constare non posse nisi addatur praepositio, „cum hoc velit Philastrius, ut quod tunc erat in paucis, hoc ita a propheta nuntiatum sit," idque locum inspicienti facile persuasum iri, cum et paulo antea dixerit „paucorum perfecte electio nuntiabatur per angelum affutura." Nos eis verbis aliter succurendum existimavimus. De verbi *nuntiare* usu frequentissimo apud Philastrium cf. adnott. ad cap. 134.

k. ut ait Solomon] Loco adducto Ecclesiastae IV. 12. *(F.)*

l. imperans] Matth. XXVIII. 19. „Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος." Philastrius, ut solet, verba quaedam omittit. *(F.)*

m. praedicantes] Vitiose Helmst. *praedicentes.* *(F.)*

n. angelicam dignitatem] Supra c 134. *(F.)*

medio tempore, deinde gratia salvatoris[o], utilitatis non parvae est; aut si de fide, spe atque caritate, ut dixit beatus apostolus[p], quis velit accipere, et in hoc non parvi est intellectus prudentioribus ac spiritalia desiderantibus plurimis.

Sunt quidam haeretici[a] qui de Helia beato opinantur quod ei corvi sero carnes ad escam et mane panes adtulerint, non adtendentes quod cuncta sanctus ac beatissimus propheta non carnes [1]edebat aliquando, qui omnem talem escam contempserat, abstinendo voluntate, cuius et causa tantae dignitatis a deo honorem meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur. Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei corvi adtulerint, de carnibus autem Cap. CLIV

Cap. CLIV. *desideratur in Babc. Servavit enim solus Sangermanensis liber.* — 1. edebant *A.*

o. mandati deinde legis in medio tempore, deinde gratia salvatoris] Tres oeconomiae, Antemosaica, Iudaica et Christiana, de quibus c. 109. 133. 144. 146. 150. *(F.)*

p. ut dixit beatus apostolus] 1 Cor. XIII. 13. *(F.)*

Cap. CLIV. — a. Sunt quidam haeretici] Subdit Philastrius haeresim, ut ipse vocat, de avibus Heliae ministrantibus, qua quidam opinantur, inquit, quod ei corvi sero carnes ad escam, et mane panes adtulerint. Hoc autem Philastrio displicet, ait quippe, quod sanctus ac beatissimus propheta non carnes edebat aliquando, qui omnem talem escam contemserat abstinente voluntate; cuius et causa tantae dignitatis a deo honorem meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur. Adiicit deinde: „Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei *corvi* adtulerint; de carnibus autem incongruum reperitur." Profecto corvi panem dumtaxat afferebant Paulo, ut narrat Hieronymus in Vita, et Malvenda locum istum vertens (3 Reg. 17. 6. „Et corvi facientes ei venire panem." Bibl. Max. Ioh. de la Haye tom. IV. p. 693.), ubi de corvis Heliam pascentibus agitur, panis tantum meminit. At panem et carnem habent tum Hebraicus textus, tum Versio LXX. 3 Reg. 17., panemque et carnem memorant versiones ceterae omnes, immo panem et carnes ad Heliam delatas agnoscit etiam Basilius insignis abstinentiae patronus Hom. 3. in Divites Avaros, et cum Basilio Augustin. Serm. 146. de Temp. Fuit porro Iudaica traditio cibos a corvis oblatos ex ipsa Achabi mensa angelorum ministerio desumtos fuisse, idque bis in die factum a corvis expresse narrat sacer textus l. l. „Corvi quoque deferebant ei panem et carnes mane, similiter panem et carnes vesperi;" quamvis Philastrius carnes vespere tantum ad Heliam allatos meminerit: „Sunt quidam haeretici, qui de Helia beato opinantur, quod ei corvi sero carnes ad escam, et mane panes adtulerint." (Philastrio porro consentit etiam Augustin. tam cit. Serm. 146. de Temp. quam Hom. 18. ubi „Nonne illi panem offerebat corvus mane et ad vesperam carnes?") Illud quoque observandum, extrema huius capitis fuisse a librariis excisa, pertaesis fortasse quod Philastrius tam aperte a sacri textus historia dissideret: cui simile quippiam, non valde absimili de causa, postremis quinque Irenaei capitibus accidisse notarunt pridem viri docti ad Irenaeum, Feuardent Annot. p. 205. Grobe Prolegg. p. 16. ed. Massuet. Scilicet librarios, quia exosam posteriori aetate millenarii regni doctrinam ulterius describere nollent, idcirco filum abrupisse; cum tamen, ut recte ait Feuardentius, malo huic medendum esset praemonitione aliqua, non litura, atque adeo calamo, non scalpello. (Galeard.)

incongruum reperitur. Nam in hoc crudelitas beluina hominum [2]insequentium beatissimum prophetam ostendebatur, in avibus autem, id est corvis, tantum mansuetudo et lenitas monstrabatur, ut, a quibus avibus humana aberat ratio, qui non erant dei imagines rationabiles, sed aves sicut pecudes sensibiles creatae solummodo, in eis [3]saltem avibus, ad opprobrium hominum Iudaeorum regisque ex voluntate pessima insequentium [4]prophetam, agnitio et sensuum lenitas insita monstraretur, in opera tanti ministerii quod beato prophetae quotidie [5]monstrabatur et in eis avibus ministrabatur, ut in eis avibus magis inveniretur[b] esse ratio quaedam lenitatis motu quodammodo concessa velut rationabilis[c]. Nam omnia huiusmodi creata a domino subiecta sunt homini, ut regi ac rationabili, [6]dominus quo urbium [7]universitatis, pecudum, volatilium et serpentium quippe, sicut scriptum est in libro Geneseos, demonstraretur.

Cap. CLV. (Cap. CXXX.) Est [1]quoque haeresis quae cum legit in [2]Esaia propheta quod [3]Cherubim et Seraphim animalia duo[a] sex pennis praedita duabus faciem dei[b], duabus pedes tegebant, et duabus clamabant voce sublimi deum collaudantes, nimium [4]conturbatur, et nunc historiam [5]quaerens, nunc rationem [6]intellectibilem perscrutans, diversa ambiguitate fatigatur: cum et secundum litteram non parva sit utilitas, et secundum [7]intellectibilem rationem Christi resonet caelestis [8]scientia. Secundum litteram enim primum, quod deum invisibilem scriptura docendo impietatem ubique paganam damnabat in [9]quo scripturae illorum impiae visibilem et compositum praedicant, deinde etiam Iudaeorum: ne et ipsi pari caecitate obtecti ut gentes impiae corrupti sensibus deperirent, [10]hoc ita edocuit. Sed hic etiam erat Iudaeorum futuri temporis in Christi praesentia incredulitas et [11]coopertio annuntianda mysterii, quod caecitate operti nimia

2. insequentia *A*. 3. autem *A*. 4. propheta *A*. 5. monstrabantur ut in eis avibus ministrabantur *A*. 6. dominoque urbium *A*. 7. versitatis *A*.

Cap. CLV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DECERPTA EX ISAIA PROPHETA DE CHERVBIM ET SERAPHIM. — 1. quoque *om. A*. 2. Isaia *(A) abc*. 3. Cherubin et Seraphin *(A) Ed.* 4. conturbantur *A*. 5. quaerentes *A*. 6. intelligibilem perscrutantes fatigantur *A*. 7. intelligibilem *A*. 8. sententia *A*. 9. qua *b*. 10. *Reliqua huius capitis quae post haec verba* hoc ita edocuit *sequuntur, in A. desiderantur*. 11. cooperatio *b*.

b. magis inveniretur] Quam in hominibus.

c. rationabilis] Lenitatis.

Cap. CLV. — a. Cherubim et Seraphim animalia duo] Apud Esaiam VI. 2. tantum duorum Seraphim mentio, „καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί." *(F.)*

b. duabus faciem dei] Imo facies suas, פניו, ut pedes suos רגליו. Sed infra quoque noster: „*Velabant autem faciem et pedes domini*:" atque iterum: „*ne forte faciem et pedes cum dicit domini coopertos*." *(F.)*

nec prophetae nec ipsi domino erant postmodum credituri, cum missus ad populum praedicat manifeste: *Aure audietis, et oculo videbitis, et non[c] intendetis*: cooperti quippe tenebris lucem salutis aeternae, id est Christi carnalem praesentiam, non erant agnituri, sicut et factum est. Quod apostolus docens[d] velamen esse usque hodie in cordibus eorundem positum affirmavit, quod non revelabitur usque quo Christum non crediderint salvatorem. Ubi autem conversi fuerint[e], id est crediderint in Christum dominum, auferetur velamen ab eorum cordibus. Quod autem et duo animalia nuntiata sint [12]Cherubim et Seraphim, lex quippe et prophetae, testes Christi et doctores seculi, non est ambiguum. Velabant autem faciem et pedes domini[f] sive quia in parabolis et similitudinibus et aenigmatibus docebatur mysterium, ut scriptum est[g]: *Aperiam os meum in parabolis*; et David[h]: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*; et apostolus[i]: *Filium suum*, inquit, *pater [13]revelavit[k] mihi*, id est de lege atque prophetis ostendens. Sex autem pennae erant eis, et duabus quidem faciem et duabus pedes cooperiebant, duabus autem clamabant[l], ne forte faciem et pedes cum dicit domini coopertos, quod sursum atque deorsum est, et longitudo et latitudo de deo [14]monstraretur[m], quod

12. Cherubin et Seraphin *ab. Ubique*. 13. revelavit *c.* revelabit *reliqui*. 14. monstrari *b*.

c. et non] Es. VI. 9. et Matth. XIII. 14. „Ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε." Iterum pro more suo Philastrius in verbis scriptoris sacri alia omittit alia mutat et transponit. *Intendere* pro *intelligere* positum ex usu labentis latinitatis, unde Itali suum *intender* et Galli *entendre*. *(F.)*

d. apostolus docens] 2 Cor. III. 15. „Ἀλλ' ἕως σήμερον - - κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται." *(F.)*

e. Ubi autem conversi fuerint] Non videtur alienus fuisse Philastrius ab eorum sententia, qui magnam adhuc Iudaeorum conversionem exspectandam sibi persuaserunt, cum Tertulliano, Origene, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio Nysseno, Basilio, Chrysostomo, Cyrillo Alex., Theophylacto, Oecumenio, Petro Chrysologo, Primasio, aliisque quorum loca adduxerunt D. Christianus Dreierus in diss. de Conversione Iudaeorum, et D. Ioh. Guntherus, ὁ μακαρίτης, homiliis Germanice editis in Epist. ad Romanos. *(Fabr.)*

f. faciem et pedes domini] Contra Esaiae mentem, ut supra iam annotavi. *(Fabr.)*

g. ut scriptum est] Ps. LXXVIII. 2. Matth. XIII. 35. „Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς το στόμα μου." *(F.)*

h. et David] Psal. CXIX. 18. „Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου." *(Fabr.)*

i. et apostolus] Galat. I. 16. „Ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί." *(F.)*

k. revelavit] Vitiose priores editt. *revelabit*. *(F.)*

l. clamabant] Cave emendes *velabant*. Nam licet res ipsa et locus Isaiae hoc requirit, tamen Philastrius haud dubie scripsit *clamabant*, ideoque etiam infra *clamationis duarum pennarum* facit mentionem. *(F.)*

m. monstraretur] Ita sensus poscit scribendum pro *monstraret*. *(F.)*

nec[n] altitudo nec profundum nec latitudo nec longitudo dei potest cognosci aut inveniri condigne ab aliqua creatura, et maxime hominum, aut humanis quorundam sensibus comprehendi: qui etiam tantam elementorum naturam immensamque creando perfecit, quanto magis qui talia fecisse cognoscitur, modis omnibus antecellit? Solum [14] autem per fidem noscitur; quia, *Virtus*, inquit[o], *in infirmitate*, [15] in similitudine et aenigmatibus, *perficitur*, atque invenitur. Cumque tanta immensitas dei dicitur atque nuntiatur, duabus pennis, id est a Cherubim et Seraphim, lege atque prophetis canitur et praedicatur. Duarum etiam pennarum clamatio die noctuque, id est et hic et in futuro, cordis quippe credulitas hominum atque oris confessio non desinens, [16] invenitur, quotidie resonando quae et tunc canebatur ab angelis atque ab hominibus praedicabatur in seculo; ut, quod videre in excelso, profundo, lato atque longo non poterant, corde credentes atque ore confitentes indesinenti voce cantantes omni tempore laetarentur. Nam quod invisibilis et incapabilis[p] sit divinae qualitatis natura et substantia in lege et prophetis ostenditur, Ioanne dicente[q], *Deum nemo vidit umquam*. Non dixit, non [17] Credidit, sed non Vidit. Ergo dominus credendi potentiam et confitendi solum fiduciam tribuit, ut virtus eius in enarranda carnali fragilitate [18] manifesta nosceretur; quod et dominus ubique fidem suam praetendit hominibus, quam et ipse ante dederat, posteaque in sua praesentia confirmaverat. Cherubim autem et Seraphim quadriformia[r], id est leonis, vituli, hominis et aquilae, diversa sunt sanctorum pariter virtutumque certamina fortiora praecellendae eorum variaeque dignitatis, patriarcharum quippe et prophetarum, sacerdotum atque apostolorum[s] itidem cum martyribus sociata, ut, in quibus ante tanta fides et dilectio Christi exuberans[t] noscebatur, impar autem doctrina[u] in quibusdam postea

14. aut *b*. 15. in *om. b*. 16. invenit *c*., *mend. sc.* 17. credit *b*. 18. manifesto *b*.

n. quod nec] Vide Iob. XI. 8. 9. (*F.*)

o. quia, Virtus, inquit] 2 Cor. XII. 9. „Ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται." (*F.*)

p. incapabilis] Quae capi nullo loco, nulla comprehendi modo humana potest, ἀχώρητος. (*F.*)

q. Iohanne dicente] Ioh. I. 18. „Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε." (*F.*)

r. quadriformia] Ezech. I. 10. et Apocal. VI. 7, supra c. 136. (*F.*)

s. patriarcharum quippe et prophetarum, sacerdotum atque apostolorum] De hoc sacro tetracty supra p. 296. 325. 338. [cap. 140. 149. 153.] (*F.*)

t. tanta fides et dilectio Christi exuberans] Supra c. 147. „*Et fides atque* [illegible]." (*F.*)

u. impar autem doctrina] Propter persecutores, non licebat tribus primis saeculis ita publice Christianam doctrinam usque quaque praedicare, ut postea licuit: non tamen impar imo maior fidei ac certaminis gloria in martyribus enituit illo maxime tempore. (*F.*)

cogente causa temporis canebatur, non impar tamen fidei ac certaminis gloria in coniunctione diversae virtutis monstraretur a Christo concessa atque condonata, inque omni Christianorum populo nosceretur; ut quod videre non possumus nec humanis condigne sensibus definire, corde credentes atque ore confitentes [19] his duarum pennarum virtutibus non desinamus Iudaeis et gentibus hoc gaudii praedicare, atque [20] his sublimes virtutibus evolare, sperantes caelestia, ubi Christus est dominus[v], ut ait apostolus, inque hac sententia salutem perpetuam posse consequi non dubitantes, docente eodem[w]: *Quod si credideris in corde tuo, et confessus fueris Christum dominum salvatorem corpore crucifixum resurrexisse, salvus eris: corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem.* Unde ait de Christo domino quod eius qualitatis divina substantia non in visione et mensura aut compositione consistat aliqua, sed in fide virtutis atque confessionis nostrae exuberans [21] consummatur. *Quae latitudo et longitudo*[x], *altum atque profundum sit scire*, inquit, *eminentissimam et incomprehensibilem Christi dei gratiam*[y] atque [22] potentiam, non est humanae fragilitatis potenter expromere, sed in fide atque per fidem facile posse contingere docuit quod mens hominum non praevalet enarrare.

Sunt quidam qui aestimant quod [1] Esaias post confessionem po- Cap. CLVI.
puli peccatoris ac precem, quam supplex ad deum effuderat, de (Cap. CL.)
[2] Cherubim unus[a] [3] venerit missus [4] a deo ad prophetam, et acceperit de forcipe carbonem, et tetigerit labia ipsius, aitque ei: *Ecce iam mundatus es*[b]. Putant[c] [5] autem de angelis unum venisse ad

19. hiis *Ba*. 20. hiis *Ba*. 21. consumatur *Ba*. 22. potentiam *om. abc.*

Cap. CLVI. *in ac. inscriptum est* HAERESIS DE ISAIA PROPHETA LABIA TACTA CARBONE., *in b.* HAERESIS DE ISAIAE PROPHETAE LABIIS TACTIS CARBONE. — 1. Esaias *B*. Isaias *abc*. Esaias beatus *A*. 2. Cherubin *Bab*. *Ubique*. 3. venit *b*. 4. a domino *A*. 5. autem *c*. aut *ABab*.

v. caelestia, ubi Christus est dominus] „Τὰ ἄνω, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καθήμενος." Coloss. III. 1. (*Fabr.*)

w. docente eodem] Rom. X. 9. „Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν." Verborum primorum ordinem invertit, et verba *Christum salvatorem corpore crucifixum* de suo addidit Philastrius. (*Fabr.*)

x. Quae latitudo et longitudo] Eph. III. 18. „Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος." (*F.*)

y. eminentissimam et incomprehensibilem Christi dei gratiam] Exprimit verba apostoli ib. 19. „Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ." (*F.*)

Cap. CLVI. — a. de Cherubim unus] Es. VI. 6. „Ἓν τῶν Σεραφίμ." Noster infra: „*Nam hic de Cherubim aut Seraphim unum animal cum dicit.*" (*F.*)

b. Ecce iam mundatus es] Id. 7. „Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου,

eum, aut de animalibus, [6]ac de forcipe ignem accepisse [7]et mundasse prophetam, quod non est adeo [8]scientiae salutaris, cum hic, de Cherubim aut Seraphim unum animal cum dicit, id de duobus testamentis dicit, unde patriarchae, [9]prophetae, sacerdotes edixerint[d] et apostoli, [10]qui mundo omni adventuram gratiam ostendebant, quadriformi virtute[e] fulgentia munera ad certamina caelestia capientibus ministrantes. [11]Nam Cherubim plenitudo scientiae[f] dicitur, et [12]*Seraphim* virtus ignea [13]peragrans[g] appellatur. [14]Hi itaque plenitudinem habentes scientiae spiritalis ac Christi mysterii tenentes divitias diversas doctrinas iussu domini nobis dimittunt et deferunt, omnique seculo itidem sine quadam intermissione nuntiantes: ex quibus unus missus est ad [15]Esaiam prophetam, hanc quippe Christi doctrinam annuntians, salvatorem, quod erat adventurus in carnem, spiritusque divini credentibus allaturus gratiam copiosam. Esaias itaque de patriarchis et lege et prioribus suis prophetis acceperat gratiam fortiorem, id est divini spiritus potentiam ampliorem, a prioribus scilicet, ut [16]Christi mysterium, id est [17]ut incorporationis ipsius seculo gratiam nuntiaret. Ideo et dominus ad quosdam[h]: *O duri corde, et imprudentes animo*, cur non advertitis quod lex et prophetae de filio hominis quae ante praedixerant affutura, cuncta consummari oportuerat? Decebat enim de patriarchis et lege beatum accipere Esaiam, ut ab eis doctus forti animo Christi carnalem praesentiam praedicaret. Ignem etiam

6. ac *sqq.* aut *libri omnes.* 7. et mundasse *om. b.* 8. scientia *A.* 9. prophetae *om. b.* 10. qui *om. b.* 11. Nam cum de Cherubim *A.* 12. et (et *om. c.*) Seraphim virtus *c., ex coniect. I. B. Cotelerii Monum. Eccl. Vet. Gr. tom. III, p. 559.* (et *om. b.*) virtus *(A)Eab.* 13. flagrans *Cotelerius l. l.* 14. Hii *Ea.* 15. Isaiam *abc. Usque.* 16. sancti mysterium *A.* 17. ut *om. (A)abc.*

καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ." *(F.)*

c. Putant] Priores edit. *aut*, et mox: „*Cum hic de Cherubim aut Seraphim.*" *(Fabr.)*

d. edixerint] Est qui malit *dixerunt*, sed nihil mutandum. *(F.)*

e. quadriformi virtute] Vide c. 149. *(Fabr.)*

f. Cherubim plenitudo scientiae] Philoni p. 668. „Ἐπίγνωσις καὶ ἐπιστήμη πολλή, et πλῆθος γνώσεως." Anastasio Sinaitae XII. Anagog. Contemplat. in Hexaëmeron p. 15. Dionysio de Caelesti Hierarch. χύσις σοφίας, et Chrysostomo homilia 3. in Anomoeos [illegible], Origeni, Hieron., Augustino et aliis *scientiae multitudo*. Vide Petavium Dogm. Theol. de Angelis II. 3. *(F.)*

g. Seraphim virtus ignea peragrans] Nomen *Seraphim* in editis male exciderat, quod restituendum recte monuit Cotelerius III. Monument. p. 559. Idem pro *peragrans* legit *flagrans*. Hieronymo *Seraphim incendentes vel ardentes*. Dionysio ἐμπρησταί. Cyrillo Alex. θερμαίνοντες, Chrysostomo ἔμπυρα στόματα, Eusebio VII. 1. Demonstr. Evangel. ἀρχὴ στόματος αὐτῶν. Aliis πνεύματα ἀναπτόμενα, vide Hieronymum Marcianaei T. 2. p. 266. *(F.)*

h. dominus ad quosdam] Discipulos suos Luc. XXIV. 25. „Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ." *(F.)*

quod ait accepisse angelum et purgasse ipsius labia, utique divini spiritus ei gratiam ostendebat concessam a domino, ut ait[i]: *Ignem veni mittere in mundum, quam volo ut accendatur ocius.* De forcipe autem, id est de ferro, de invicta natura eius atque divina quippe dicebat potentia, quod corpus Christi divino spiritu divinaque potentia in utero sanctae virginis creatum atque consummatum est, sicut scriptum est[k]: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus dei obumbrabit* [18]*te.* [19]In quo apparens corpore vinceret omnia, a nullo autem superaretur. Sicut enim ferro domantur ac subiiciuntur omnia, a quo et gladius gignitur, ut dictum est[l], *Verbum domini* [20]*gladius bis acutus*, qui domare potest [21]omnia, domari autem ab aliquo non potest. Daturusque eis erat post passionem in resurrectione divini spiritus beatis apostolis invictam potentiam, ut scriptum est[m]: *Spiritus domini super me*, et cetera[n]. Et Petrus[o] promissione accepta a patre ad Iudaeos dicens effudit hanc gratiam, quam vos videtis atque auditis hodie. Igni etiam forcipem sicut formari cognoscimus, ita [22]et corpus domini divino spiritu[p] novimus consummatum. Itaque ita suis eum dedisse in corpore illam promissam gratiam atque invictam potentiam, ut ait[q]: *Dedi vobis potestatem calcare super omnem virtutem inimici.* Et apostolus[r]: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Per quae eis cunctis iam in hoc credentibus seculo, ut dictum est, per impositionem manus apostolorum[s] divinus dabatur spiritus in Christum dominum credentibus salvatorem. Et sicut [23]duo animalia duo [24]haec testamenta accipiuntur, legis et prophetarum, adstantia domino, sicut viderunt in monte apostoli[t], attamen rationis erit[u] quod

18. tibi *(A)b.* 19. Inque eo *A.* 20. ut gladius *A.* 21. omnia *AB.* testimonia *reliqui.* 22. et *om. b.* 23. per duo haec animalia *b.* 24. haec *om. (A)b.*

i. ut ait] Luc. XII. 49. „Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη." [Conferendus ad h. l. Cotelerius ad Recognitt. Clementis VI. 4. p. 549.] *(F.)*

k. sicut scriptum est] Luc. I. 35. „Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι." *Virtutem dei* posuit Philastrius, verbum ut solet reddens pro verbo. *(F.)*

l. ut dictum est] Hebr. IV. 12. Apostolus ait verbum dei penetrabilius esse quovis gladio ancipiti, „τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. *(F.)*

m. ut scriptum est] Esaiae LXI. 1. „Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ." *(F.)*

n. et cetera] Sic supra c. 144. p. 315. *(Fabr.)*

o. Et Petrus] Actor. II. 17., cuius loci vim ac sensum breviter indicat Philastrius, non verba ipsa adducit. *(F.)*

p. divino spiritu] Luc. I. 35. *(F.)*

q. ut ait] Luc. X. 19. „Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ;" *(F.)*

r. Et apostolus] Rom. VIII. 35. „Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ." *(F.)*

s. per impositionem manus apostolorum] Actor. VI. 6. VIII. 17. IX. 17. XIII. 3. XXVIII. 8. *(F.)*

t. sicut viderunt in monte apostoli]

et duo animalia intellegenda sunt, mandatum primum quod datum est[v], quod et spiritale[w] potest intelligi, ut scriptum est, quod et salvator non solvit, sed confirmavit potius[x], secundum autem animal doctrinam Christi, id est fidem eius et gratiam incorporationis et testamenti passionisque eius et resurrectionis mysterium continebat. Unde lex litterae[y] in medio est posita inter mandatum et gratiam, quae si intelligitur, de Christo consentanea in multis accipitur: si autem in carnali iustificatione quis salvari putaverit, abiicienda decernitur, cum de patre et filio et sancto spiritu ante legem, id est ante tria milia annorum et septingentos annos[z], iusti priores illi sub mandato viventes ac beatam trinitatem colentes et suis filiis tradentes cognatisque et seculi praedicabant, mysteriumque Christi domini de ipso mandato antiquissimo [25]nuntiabant. Lex itaque admonitio mandati est[a], quae et coniungitur secundum fidem[b] colendae trinitatis, et iterum separantur quaedam eius propter Iudaicam et carnalem iustificationem, cum et prophetae illa destruxerint antea et salvator abiecerit et apostoli vetuerint[c] circumcidi homines. Lex itaque de mandato causa cogente carnali[d] descendit ad tempus, gratia autem Christi, id est mysterium incor-

25. nuntiabant *A.* nuntiabatur *reliqui.*

Mosen et Eliam in monte Thabor adstantes Christo Matth. XVII. 3. viderunt apostoli Petrus, Iacobus et Iohannes, unde hanc de duplici testamento legis et prophetarum anagogen Philastrius colligit. (F.)

t. rationis erit] Sic supra c. 146. „*ut ergo est rationis.*" (F.)

v. mandatum primum quod datum est] Oeconomia Antemosaica frequenter sub mandati nomine venit nostro scriptori, ut notare me memini ad cap. 109. 133. 144. 146. et 148. (F.)

w. quod et spiritale] Rom. VII. 14. „Ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν." (F.)

x. non solvit, sed confirmavit potius] Matth. V. 17. „Οὐ καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι." (F.)

y. lex litterae] Lex scripta, Mosaica. [Tria tempora distinguit etiam S. Augustinus Serm. 110., unum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. Sic et Auctor librorum de Promissionibus inter S. Prosperi Opera. Pelagius praef. ad Epistolas Pauli distinguit legem naturae, legem litterae, et tertiam legem veteris novique testamenti per spiritum sanctum novissime datam per Iesum Christum dominum nostrum, per quem habemus accessum in gratia ista in qua stamus et gloriamur. Idem Pelagius legem litterae pro Mosaica saepius ponit Commentar. in Rom. II. III.] (F.)

z. ante tria milia annorum et septingentos annos] Tot anni ex Philastrii calculo effluxere ab orbe condito usque ad datam Moysi legem. Vide quae supra ad cap. 109. et 111. (F.)

a. Lex itaque admonitio mandati est] Lex repetit denuo et in memoriam revocat ea quae per lumen naturale hominibus ante legem observanda deus significaverat. (F.)

b. quae et coniungitur secundum fidem] Pars legis Mosaicae, quae pietatem et morum innocentiam spectat, etiam Christianis sancte servanda.

c. vetuerint] Galat. V. 2. (F.)

d. causa cogente carnali] Haec ita coniungenda sunt, estque sententia, propter causam carnalem, duritiem cordis Iudaeorum, quaedam fuisse a Moyse superaddita legi naturali, neutiquam perpetua vero illa, sed a Christo iterum abroganda. (F.)

porationis et passionis et resurrectionis fideique eius et ascensionis in caelum ante legem a iustis omnibus noscebatur et quaerentibus et [26]capientibus[e] non [27]celabatur, ut Enoch, Noë, et Melchisedech, et Iacob, et aliis iustis ac beatissimis patriarchis, et ceteris qui ante legem Mosis vixerant, sub mandato scilicet constituti atque in omnibus iustificati a domino. Lex autem et fides Christi dicitur, ut ait apostolus[f], *Per legem fidei Christi;* lex carnalis iustificatio Iudaeorum est. [28]Mandatum autem etsi non putatur lex esse, tamen quod a domino servo dicitur et decernitur, legis est ratio, ut quod velit eligat, aut servare ut amicus et fidelis[g], aut contemnere ut servus sub lege subiectus. Unde et salvator apostolis mandatum dabat[h], ut amicis et fidelibus, quod et Adae patri nostro, antequam peccaret, similiter dederat; post peccatum autem non iam mandatum societatis et propinquitatis ac dilectionis erat et fraternitatis, sed timendae severitatis[i] iudicium decernebat, in contemnendis legis sententiis scilicet, ut etiam ait Moses[k]: *Maledictus omnis qui in legitimis non permanserit libri huius.* Ideo et salvator quae in lege dicta fuerant admonebat, et quae ante legem data fuerant sub illis beatissimis comprobabat, ut suam doctrinam illorum priorum coniungeret, multorumque ita credentium et circumcisorum pariter copularet, et naturalium itidem, id est gentium credentium, sociaret, ac nolentium, Iudaeorum aliorumque incredulitatem et imperitiam coniunctam utrorumque [29]condemnaret.

26. capientibus *Ac.* cupientibus *reliqui.* 27. celebratur *b.* 28. Mandatum autem *A.* Mandatum *reliqui.* 29. *Post vocem* condemnaret *in B. leguntur haec verba* PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS HAERESEΩN CATALOGI FINIS. —

e. quaerentibus et capientibus] Ita legendum pro *cupientibus* vix dubitabis, si caput 145. et 146. et ad haec a me notata contuleris. (F.)

f. ut ait apostolus] Rom. III. 27. „διὰ νόμου πίστεως." (F.)

g. ut amicus et fidelis] Vide Ioh. XV. 14. 15. Matth. XXIV. 45. XXV. 21. sq. (Fabr.)

h. mandatum dabat] De se invicem amandis Ioh. XIII. 34. XV. 12. 17. (Fabr.)

i. timendae severitatis] Legendum puto: „*Servitutis iudicium decernebatur.*" Ita enim supra: „*Quod a domino servo dicitur et decernitur.*" Et mox: „*Aut servare, ut amicus et fidelis, aut contemnere, ut servus sub lege subiectus.*" (Fabr.)

k. ut etiam ait Moses] Deut. XXVII. 26. „Ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις τούτοις τοῦ νόμου τούτου ποιῆσαι αὐτούς." (F.)

AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

DE

HAERESIBUS LIBER.

[1] DILECTISSIMO FILIO ET CONDIACONO [2] QUODVULTDEO AUGUSTINUS EPISCOPUS.

Acceptis litteris caritatis tuae, ubi a me ardentissimo studio postulasti ut de omnibus haeresibus quae post domini adventum adversus eius doctrinam pullulaverunt aliquid breviter scriberem, quam sit hoc difficile continuo reperta occasione rescripsi per filium meum Hipponensium primarium Philocalum, mox autem etiam ista oblata est qua nunc rescribo et breviter difficultatem operis eius ostendo.

Philastrius quidam [3] Brixiensis episcopus, quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum, nec illos haereses praetermittens quae in populo Iudaeo fuerunt ante adventum domini, easque viginti octo commemoravit, et post domini adventum CXXVIII. Scripsit etiam hinc Graeco episcopus Cyprius Epiphanius, in doctrina catholicae fidei laudabiliter diffamatus, sed ipse utriusque temporis haereses colligens LXXX complexus est. Cum ergo ambo id vellent facere quod a me petis, quantum tamen inter se differant de numero interim sectarum vides: quod utique non evenisset, nisi aliud uni eorum videretur esse haeresis, et aliud alteri. Neque enim putandum est aliquas ignorasse Epiphanium, quas noverat Philastrius, cum Epiphanium longe Philastrio doctiorem invenerimus, ita ut Philastrium potius dicere deberemus latuisse plurimas, si tamen plures esset ille complexus, et iste pauciores. Sed procul dubio in ea quaestione, ubi disceptatur quid sit haeresis, non idem videbatur ambobus; et revera hoc omnino definire difficile est, et ideo cavendum, cum omnes in numerum redigere conamur, ne praetermittamus aliquas, quamvis haereses sint, aut annumeremus aliquas, cum haereses non sint. Vide ergo ne forte librum sancti Epiphanii tibi mittere debeam (ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutum), qui possit apud Carthagi-

1. *Hac epistola, quae est CCXXII inter epistolas Augustini in eius Opp. tom. II. ed. Bened., Augustinus respondet epistolae Quodvultdeus quae est CCXXI. tom. II. Opp. Augustini ed. Bened. Quam conferas, si lubet.* 2. *Nonnulli MSS.* Quodvult deus. (Bened.) 3. *MSS.* Brixensis. (Bened.)

nem in Latinam linguam verti facilius atque commodius, ut tu potius praestes nobis quod quaeris a nobis.

Perlatorem multum commendo. Subdiaconus est de nostra dioecesi, de fundo autem viri spectabilis nobisque carissimi [4]Orontii. Pro illo autem et pro eius patre, a quo adoptatus est, etiam ad ipsum scripsi; quas litteras cum legerit Christiana benignitas tua, peto ut eas apud memoratum virum tua intercessione adiuvari digneris. Misi autem cum illo etiam hominem ecclesiae, ne ad tuam sanctitatem difficilis ei esset accessus. Non enim parum de illo sollicitus sum; a qua me sollicitudine dominus, ut spero, per tuae caritatis instantiam liberabit. Peto etiam mihi rescribere non graveris quemadmodum sit in fide catholica ille Theodosius, per quem Manichaei nonnulli sunt proditi; et ipsi quos ab eo proditos, putamus esse correctos. Si quid etiam de profectione sanctorum episcoporum forte audivisti, fac ut noverim. Deo vivas.

---

[1]DOMINO MERITO VENERABILI AC BEATISSIMO SACRO PATRI AUGUSTINO EPISCOPO

QUODVULTDEUS DIACONUS.

Unum quidem reverentiae tuae commonitorium, quod per ecclesiasticum dignatus es destinare, suscepi. Nam quod prius directum esse beatitudo tua significavit, per virum honorabilem Philocalum, necdum ad me pervenit. Verum quamvis conscius propriorum semper fuerim peccatorum, nunc tamen evidenter agnovi adipiscendo illi quod exoravi muneri meam toti ecclesiae impedimento esse personam. Sed omnino confido quoniam qui per unici sui gratiam humani generis dignatus est delere facinora, nec mea in perniciem cunctorum praevalere permittet, potiusque ubi abundavit peccatum gratiam faciet redundare, domine merito venerabilis ac vere beatissime pater. Difficultatem operis, quod instruendis imperitissimis nobis per tuam beneficentiam praestari suppliciter exoravi, nec ipse ignorans ante praedixi, sed de divini fontis ubertate, quam tibi dominus tribuit, veraci corde praesumpsi.

Nam etsi Philastrius et Epiphanius venerandi episcopi tale aliquid scripsisse memorantur, quod procul dubio me inter cetera, immo sicut omnia, latet, non tamen arbitror eos hanc curam diligentiamque adhibuisse, ut singulis quibusque opinionibus contra-

4. *Aliquot MSS.* Honorati. (Bened.)

1. *Est haec epistola CCXXIII inter epistt. Augustini in Opp. eius tom. II edit. Benedictin. Cf. etiam epist. CCXXIV., qua Augustinus ei respondet.*

rias etiam [2]opiniones adiungerent ritusque subiicerent: tum denique opus illud utriusque qualecunque sit, non habet fortassis eam quam desidero brevitatem. Frustra etiam homini qui Latina non didicit Graeca facundia delegatur; quia non ego tantummodo consilium, sed et auxilium postulavi. Quid autem venerationem tuam de interpretum non solum difficultate, sed etiam obscuritate admoneam, cum ipse hoc magis ac plene diiudices? Accedit ad causam quod nonnullae etiam post illorum obitum haereses emersisse doceantur, quorum nullam illi fecerint mentionem.

Quamobrem ad peculiare patrocinium pietatis tuae confugio, et voce mea, sed universali desiderio, paratum ad misericordiam sacrosanctum pietatis pectus appello, sequestratis saporibus peregrinis, considerato textu prioris epistolae, panem Afrum, quem nostra provincia solet habere praecipuum, caelesti etiam manna conditum, sero pulsanti et famam patienti non deneges. Profecto enim nec ego pulsare cessabo, donec ipse concedas: ut quod non impetrat privilegium, ubi nullum est meritum, saltem indefessa importunitas mereatur.

2. *MSS. duo* responsiones. (Bened.)

AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

DE

HAERESIBUS AD QUODVULTDEUM LIBER.

PRAEFATIO.

Quod petis saepissime atque instantissime, sancte fili Quodvultdeus, ut de haeresibus aliquid scribam dignum lectione cupientium dogmata devitare contraria fidei Christianae et Christiani nominis obumbratione fallentia, scias me olim longe ante quam peteres facere cogitasse, atque fuisse facturum, nisi diligenter considerans quale quantumque id esset, ultra vires meas esse sentirem. Sed quoniam fateor nullum mihi ut te institisse poscendo, in ipsa tam molesta instantia tua etiam tuum nomen attendi, et dixi, Aggrediar et faciam Quod vult deus. Hoc enim deum velle confido, si me ad huius operis terminum misericordi favore perduxerit, ut per ministerium linguae meae tanta huius rei difficultas aut ostendatur tantummodo, aut ipso etiam plenius adiuvante tollatur. Quorum duorum quod priore loco posui iam diu est ut animo volvo ac revolvo et quadam meditatione contueor. Quod autem postea dixi, non me accepisse confiteor: et utrum dum hoc ago, ut efficiam, dum peto, dum quaero, dum pulso, sim forsitan accepturus ignoro; scio me tamen nec petiturum nec quaesiturum ac pulsaturum quantum sat est, nisi et hunc affectum munere divinae inspirationis accepero. In hoc igitur opere, quod te vehementer urgente in dei voluntate suscepi, cernis me ut id peragam non tam crebrescentibus ad me tuis petitionibus esse cogendum quam piis ad deum non solum tuis, verum et aliorum fratrum, quos tibi in hanc rem fideles socios potueris invenire, orationibus adiuvandum. Quod ut fiat, has

ipsas primas huius laboris mei partes, ubi est ista praelocutio, curavi tuae caritati in auxilio domini accelerare mittendas: ut propter illa quae restant noveritis quantum pro me orare debeatis, quicunque nosse potueritis a me iam fuisse susceptum hoc tam grande negotium, quod a me desideratis impleri. Petis ergo, quod tuae indicant litterae quas ad me dedisti cum primum a me petere ista coepisti, ut exponam breviter, perstricte atque summatim, ex quo Christiana religio promissae haereditatis nomen accepit, quae haereses fuerint, sint, quos errores intulerint, inferant, quid adversus catholicam ecclesiam senserint, sentiant, de fide, de trinitate, de baptismo, de paenitentia, de homine Christo, de deo Christo, de resurrectione, de novo et veteri testamento. Istas autem inquisitiones tuas in immensum procedere cum videres, putasti cuiusdam generalitatis adhibendum esse compendium, atque dixisti, Et omnia omnino quibus a veritate dissentiunt. Deinde addidisti, Quae etiam baptismum habeant, quaeve non habeant, et post quas baptizet nec tamen rebaptizet ecclesia, qualiter suscipiat venientes, et quid singulis lege, auctoritate atque ratione respondeat. Haec omnia cum quaeris ut exponantur a me, miror luculentum ingenium tuum tot tantarumque rerum et sitire veritatem, et fastidium iam timendo poscere brevitatem. Sed vidisti etiam ipse quid hoc loco possem tuae huius epistolae cogitare, et quasi vigilanter occurristi cogitationi meae, dicens, Nec me tantae beatitudo tua credat ineptiae, ut non inspiciam quantis et quam ingentibus voluminibus opus sit, ut possint ista dissolvi. Verum hoc ego fieri non expecto; id enim multipliciter factum esse non dubito. Et tanquam consilium subiiciens, quo modo possit et servari brevitas et veritas pandi, adiungis ea verba quae paulo ante iam posui, et dicis, Sed breviter, perstricte atque summatim opiniones rogo cuiuslibet haeresis poni, et quid contra teneat ecclesia catholica, quantum instructioni satis est subdi. Ecce iterum mittis in longum, non quia dici ista breviter sive non valent sive non debent, sed quia tam multa sunt, ut quamlibet breviter dicenda multas litteras flagitent: tu autem, ut velut quodam, inquis, ex omnibus concepto commonitorio, si quis aliquam obiectionem aut convictionem uberius, plenius ac planius nosse voluerit, ad opulenta et magnifica volumina transmittatur, quibus a diversis, et praecipue, inquis, a veneratione tua in hoc ipsum constat esse elaboratum. Quae cum dicis, unum quasi commonitorium de his omnibus te desiderare significas. Audi ergo unde commonearis quid petas. Opiniones omnium philosophorum, qui sectas varias condiderunt, usque ad tempora sua (neque enim

plus poterat) sex non parvis voluminibus quidam Celsus absolvit. Nec redarguit aliquem, sed tantum quid [1] sentirent aperuit, ea brevitate sermonis, ut tantum adhiberet eloquii, quantum rei nec laudandae nec vituperandae nec affirmandae aut defendendae, sed aperiendae indicandaeque sufficeret, cum ferme centum philosophos nominasset; quorum non omnes instituerunt haereses proprias, quoniam nec illos tacendos putavit qui suos magistros sine ulla dissensione secuti sunt. Noster vero Epiphanius Cyprius episcopus, abhinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta haeresibus loquens sex libros etiam conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt libelli, et si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris vel aliorum quibusdam libris longitudine comparandus. Huius brevitatem si fuero in commemorandis haeresibus imitatus, quid a me brevius postulare vel expectare debeas non habebis. Sed non ibi huius mei laboris summa consistit, quod et tibi vel me demonstrante, vel etiam te praecurrente poterit apparere, cum hoc fecero. Videbis enim in eo quod supradictus episcopus fecit quantum desit operi quod ipse vis fieri: quanto magis quod ego? Tu namque quamvis breviter, perstricte atque summatim, tamen vis etiam responderi commemoratis haeresibus, quod ille non fecit. Ego vero hoc magis volo facere, si et deus velit, unde possit omnis haeresis, et quae nota est et quae ignota, vitari, et unde recte possit quaecunque innotuerit indicari. Non enim omnis error haeresis est quamvis omnis haeresis, quae in vitio ponitur, nisi errore aliquo haeresis esse non possit. Quid ergo faciat haereticum, regulari quadam definitione comprehendi, sicut ego existimo, aut omnino non potest aut difficillime potest: quod in processu huius operis declarabitur, si deus rexerit atque ad id quod intendo perduxerit [2] disputationem meam. Quid autem prosit ipsa inquisitio, etiamsi non potuerimus comprehendere quomodo sit definiendus haereticus, suo loco videndum atque dicendum est: nam si hoc comprehendi potuerit, quis non videat utilitas quanta sit? Erunt ergo primae partes operis huius de haeresibus quae post Christi adventum atque ascensum adversus doctrinam ipsius extiterunt et utcunque nobis innotescere potuerunt. In posterioribus autem partibus quid faciat haereticum disputabitur. Cum ergo dominus ascendisset in caelum, hi haeretici exorti sunt:

1. sentiret *libri scripti. et edd. Ioh. Amerbachii et Des. Erasmi.* 2. dispositionem *plerique libr. MSS.*

I. [4] Simoniani.
II. Menandriani.
III. Saturniniani.
IV. Basilidiani.
V. Nicolaitae.
VI. Gnostici.
VII. Carpocratiani.
VIII. Cerinthiani, vel Merinthiani.
IX. Nazaraei.
X. Hebionaei.
XI. Valentiniani.
XII. Secundiani.
XIII. Ptolemaei.
XIV. Marcitae.
XV. Colorbasii.
XVI. Heracleonitae.
XVII. Ophitae.
XVIII. Caiani.
XIX. Sethiani.
XX. Archontici.
XXI. Cerdoniani.
XXII. Marcionitae.
XXIII. Apellitae.
XXIV. Severiani.
XXV. Tatiani, vel Encratitae.
XXVI. Cataphryges.
XXVII. Pepuziani, alias Quintilliani.
XXVIII. Artotyritae.
XXIX. Tessarescaedecatitae.
XXX. Alogi.
XXXI. Adamiani.
XXXII. Elcesaei et Sampsaei.
XXXIII. Theodotiani.
XXXIV. Melchisedechiani.
XXXV. Bardesanistae.
XXXVI. Noëtiani.
XXXVII. Valesii.
XXXVIII. Cathari, sive Novatiani.
XXXIX. Angelici.
XL. Apostolici.
XLI. Sabelliani.
XLII. Origeniani.
XLIII. Alii Origeniani.
XLIV. Pauliani.
XLV. Photiniani.
XLVI. Manichaei.
XLVII. Hieracitae.
XLVIII. Meletiani.
XLIX. Ariani.
L. Vadiani, sive Anthropomorphitae.
LI. Semiariani.
LII. Macedoniani.
LIII. Aëriani.
LIV. Aëtiani, qui et Eunomiani.
LV. Apollinaristae.
LVI. Antidicomaritae.
LVII. Massaliani, sive Euchitae.
LVIII. Metangismonitae.
LIX. Seleuciani, vel Hermiani.
LX. Proclianitae.
LXI. Patriciani.
LXII. Ascitae.
LXIII. Passalorynchitae.
LXIV. Aquarii.
LXV. Coluthiani.
LXVI. Floriniani.
LXVII. De mundi statu dissentientes.
LXVIII. Nudis pedibus ambulantes.
LXIX. Donatistae, sive Donatiani.
LXX. Priscillianistae.
LXXI. Cum hominibus non manducantes.
LXXII. Rhetoriani.
LXXIII. Christi divinitatem passibilem dicentes.
LXXIV. Triformem deum putantes.
LXXV. Aquam deo coaeternam dicentes.
LXXVI. Imaginem dei non esse animam dicentes.
LXXVII. Innumerabiles mundos opinantes.
LXXVIII. Animas converti in daemones et in quaecunque animalia existimantes.
LXXIX. Liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione credentes.
LXXX. Christi de patre nativitati initium temporis dantes.
LXXXI. Luciferiani.
LXXXII. Iovinianistae.
LXXXIII. Arabici.
LXXXIV. Helvidiani.
LXXXV. Paterniani, sive Venustiani.
LXXXVI. Tertullianistae.
LXXXVII. Abeloitae.
LXXXVIII. Pelagiani, qui et Caelestiani.

4. *Haeresium indiculus ab aliquo hic adiectus est: reperitur in plerisque MSS. non hoc loco, sed in fronte libri ante praefationem collocatus, cum huiusmodi titulo:* In hoc libro istae haereses continentur. (Bened.)

Cap. I. Simoniani a Simone Mago, qui baptizatus a Philippo diacono, sicut in [1]Actibus apostolorum legitur, pecunia voluit a sanctis apostolis emere ut etiam per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus. Hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem detestandam turpitudinem indifferenter utendi feminis. Nec deum fecisse mundum dicebat. Negabat etiam carnis resurrectionem, et asserebat se esse Christum, itemque Iovem se credi volebat. Minervam vero meretricem quandam [2]Helenen, quam sibi sociam scelerum fecerat, imaginesque et suam et eiusdem meretricis discipulis suis praebebat adorandas, quas et Romae tamquam deorum simulacra auctoritate publica constituerat. In qua urbe apostolus Petrus eum vera dei omnipotentis virtute [3]extinxit.

Cap. II. Menandriani, a Menandro etiam ipso mago, discipulo eius, qui mundum asserebat non a deo, sed ab angelis factum.

Cap. III. [1]Saturniniani, a quodam Saturnino, qui turpitudinem Simonianam in Syria confirmasse perhibetur; qui etiam mundum solos angelos septem praeter [2]conscientiam dei patris fecisse dicebat.

Cap. IV. Basilidiani, a Basilide, qui hoc distabat a Simonianis, quod trecentos sexaginta quinque caelos esse dicebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est [1]ΑΒΡΑΣΑΞ, cuius nominis litterae secundum

Cap. I. — 1. *Actor. VIII.* 2. *Edit.* Selenen. *At MSS.* Helenam *aut* Helenen, *verius. Hanc enim Simon deducebat secum Helenam quam Tyri emerat ex Tertulliano lib. de Anima c. 34., et Philastrio etc.* Ἑλένην *etiam nominat Epiphanius, nec aliter Damascenus in opere de haeresibus.* (Bened.) 3. *Hic in editis additur:* Dixerat enim se in monte Sina legem Moysi in patris persona dedisse Iudaeis; tempore Tiberii in filii persona putative apparuisse, postea se in linguis igneis spiritum sanctum super apostolos venisse: Christum autem nec venisse, nec a Iudaeis quicquam pertulisse. (Bened.)

Cap. III. — 1. *Apud Epiphanium et Damascenum* Saturniliani *appellantur, eorumque auctor* Saturnilus. *Sic etiam vocat Iustinus in dialogo cum Tryphone, et Theodoretus.* (Bened.) 2. scientiam *habet unus e Vaticanis codicibus.*

Cap. IV. — 1. *Sic manuscripti, Epiphanio et Damasceno consentientes. At editi* ΑΒΡΑΞΑΣ. (Bened.)

Graecam supputationem eundem numerum complent. Sunt enim septem, Α et Β et Ρ et Α et Σ et Α et Ξ id est unum et duo et centum et unum et sexaginta et unum et ducenta, quae fiunt in summa [2]trecenta sexaginta quinque.

Nicolaitae a Nicolao nominati sunt, uno, ut perhibetur, ex illis Cap. V. septem quos apostoli diaconos [1]ordinaverant. Iste cum de zelo pulcherrimae coniugis culparetur, velut purgandi se causa permisisse fertur ut ea qui vellet uteretur. Quod eius factum in sectam turpissimam versum est, qua placet usus indifferens feminarum. Hi nec ab iis quae idolis immolantur cibos suos separant, et alios ritus gentilium superstitionum non [2]aversantur. Narrant etiam quaedam fabulosa de mundo, nescio quae barbara principum nomina miscentes disputationibus suis, quibus terreant auditores, quae prudentibus risum potius faciunt quam timorem. Intelliguntur autem etiam isti non deo tribuere creaturam, sed quibusdam potestatibus quas mirabili vel fingunt vanitate vel credunt.

Gnostici propter excellentiam scientiae sic se appellatos esse Cap. VI. vel appellari debuisse gloriantur, cum sint superioribus omnibus vaniores atque turpiores. Denique cum ab aliis atque aliis per diversas terrarum partes aliter atque aliter nuncupentur, nonnulli eos etiam Borboritas vocant, quasi coenosos, propter nimiam turpitudinem, quam in suis mysteriis exercere dicuntur. Aliqui eos a Nicolaitis exortos putant, aliqui a Carpocrate de quo post loquemur. Tradunt autem dogmata fabulosissimis plena figmentis: etiam ipsi principum vel angelorum nominibus terribilibus infirmas animas capiunt, et de deo rerumque natura fabulosa et a sanitate veritatis aliena multa contexunt. Animarum substantiam dei dicunt esse naturam, earumque adventum in haec [1]corpora et reditum ad deum iisdem suis fabulis longissimis et stultissimis secundum suos errores inserunt: et illos qui eis credunt faciunt non multa, ut putant, scientia praepollere, sed multa, ut ita dicam, fabulositate vanescere. Dicuntur quoque bonum deum et malum deum in suis habere dogmatibus.

2. *Veterum MSS. auctoritate expunximus verba haec quae de Basilidianis haereticis editi addunt:* Mundum istum vel hominem non credunt a deo factum, sed a trecentesimo sexagesimo quinto caelo. Amatoria carmina studiose discunt. A Iudaeis non credunt Christum crucifixum, sed Simonem Cyrenensem, qui angariatus sustulit crucem eius. (Bened.)

Cap. V. — 1. *Act. VI, 5.* 2. *Ed. Lovaniensium* adversantur. *Melius Erasmi editio cum MSS.* aversantur. (Bened.)

Cap. VI. — 1. *Editio Erasmi:* corpora cum aliis aëreis animabus dicunt fieri, per quas peccata in corporibus committuntur. Nam illas animas quae ex dei procedunt substantia reverti ad deum immaculatas. Dicuntur *cett. Locum ex MSS. exemplaribus redintegrarunt Lovanienses.* (Bened.)

Cap. VII. Carpocratiani sunt a Carpocrate, qui docebat omnem turpem operationem, omnemque adinventionem peccati, nec aliter evadi atque transiri principatus et potestates, quibus haec placent, ut possit ad caelum superius perveniri. Hic etiam Iesum hominem tantummodo, et de utroque sexu natum putasse perhibetur, sed accepisse talem animam quae sciret ea quae superna essent atque nuntiaret. Resurrectionem corporis simul cum lege abiiciebat. Negabat a deo factum, sed a nescio quibus virtutibus mundum. Sectae ipsius fuisse traditur quaedam Marcellina, quae colebat imagines Iesu et Pauli et Homeri et Pythagorae adorando incensumque ponendo.

Cap. VIII. Cerinthiani a Cerintho idemque Merinthiani a Merintho, mundum ab angelis factum esse dicentes, et carne circumcidi oportere, atque alia huiusmodi legis praecepta servari. Iesum hominem tantummodo fuisse, nec resurrexisse, sed resurrecturum asseverantes. Mille quoque annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros fabulantur, unde etiam [1]Chiliastae sunt appellati.

Cap. IX. Nazaraei cum dei filium confiteantur esse Christum, omnia tamen veteris legis observant, quae Christiani per apostolicam traditionem non observare carnaliter, sed spiritaliter intelligere [1]didicerunt.

Cap. X. Hebionaei Christum etiam tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia legis observant, circumcisionem scilicet carnis, et cetera a quorum oneribus per novum testamentum liberati sumus. Huic haeresi Epiphanius Sampsaeos et [1]Elcesaeos ita copulat, ut sub eodem numero tanquam una sit haeresis ponat, aliquid tamen interesse significans, quamvis et in consequentibus loquatur de illis, ponens eos sub numero suo. [2]Eusebius vero Elcesaitarum sectam commemorans fidem in persecutione dicit negandam docuisse, et in corde servandam.

Cap. XI. Valentiniani a Valentino, qui de natura rerum multa fabulosa confinxit, triginta Aeonas, id est secula asserens extitisse, quorum principium esse Profundum et Silentium, quod Profundum etiam Patrem [1]appellat. Ex quibus duobus velut ex coniugio processisse

Cap. VIII. — 1. Chiliastae sunt appellati.] *Vide lib. XX. de Civ. Dei cap. 7.* (Bened.)

Cap. IX. — 1. didicerunt] *Vide lib. I. contra Cresconium cap. 31.* (Bened.)

Cap. X. — 1. *In antiquis codicibus scriptum reperimus cum aspiratione* Helcesaeos, *et infra* Helcesaitarum *seu* Helcesseitarum. (Bened.) 2. Eusebius] *Euseb. lib. VI, cap. 38.*

Cap. XI. — 1. *Michaëlinus, Colbertinus et Vaticanus codex addunt:* silentium matrem. (Bened.)

perhibet Intellectum et Veritatem, et protulisse in honorem patris Aeonas octo. De Intellectu autem et Veritate processisse Verbum et Vitam, et protulisse Aeonas decem. Porro de Verbo et Vita processisse Hominem et Ecclesiam, et protulisse Aeonas duodecim. Itaque octo et decem et duodecim fieri triginta Aeonas, habentes, ut diximus, primum principium de Profundo et Silentio. Christum autem a Patre missum, id est a Profundo, spiritale vel caeleste corpus secum attulisse, nihilque assumpsisse de virgine Maria, sed per illam tanquam per rivum aut per fistulam sine ulla de illa assumpta carne [3]transisse. Negat etiam resurrectionem carnis, solum per Christum spiritum et animam salutem accipere affirmans.

[1]Secundiani hoc a Valentinianis distare dicuntur, quod addunt opera turpitudinis. Cap. XII.

Ptolemaeus quoque discipulus Valentini haeresim novam condere cupiens quatuor Aeonas et alias quatuor asserere maluit. Cap. XIII.

Marcus etiam nescio quis haeresim condidit, negans resurrectionem carnis, et Christum non vere, sed putative passum asseverans. Duo quoque opinatus est ex adverso sibi esse principia, quiddam tale de Aeonibus quale Valentinus affirmans. Cap. XIV.

[1]Colorbasus secutus est istos, non multum aliter sentiens, vitam omnium hominum et generationem in septem sideribus consistere affirmans. Cap. XV.

Heracleonitae, ab Heracleone discipulo superiorum, duo asserunt principia, unum ex altero, et ex his duobus alia plurima. Feruntur autem suos morientes novo modo quasi redimere, id est per oleum, balsamum et aquam et invocationes, quas Hebraicis verbis dicunt super capita eorum. Cap. XVI.

Ophitae a colubro nominati sunt; coluber enim Graece ὄφις dicitur. Hunc autem Christum arbitrantur; sed habent etiam verum [1]colubrum assuetum eorum panes lambere, atque ita eis velut eu- Cap. XVII.

2. rimam *edit Erasmi.* 3. *Quod hic in editis fuerat additum:* De tricesimo seculo dicit diabolum genitum, et a diabolo alios natos qui fecerint hunc mundum. Et ideo malitiam non arbitrio tribuit, sed naturae mundi, id est generi diabolico *abest a MSS.* (Bened.)

Cap. XII. — 1. *Edit Lovan. et aliquot MSS.* Sevandiani. *Alii cum Erasmo* Secundiani: *quorum scilicet princeps Secundus a Philastrio, Epiphanio et aliis dicitur.* (Bened.)

Cap. XV. — 1. Colarbasum *editi appellant, multata altera vocali o in a, reluctantibus antiquis scripturis.* (Bened.)

Cap. XVII. — 1. *Ita in MSS. At in excusis describitur isthaec haeresis hoc fere modo:* Hunc autem colubrum qui decepit Adam et Evam Christum arbitrantur: sed habent etiam verum colubrum quem nutriunt et venerantur. Qui et incantante sacerdote egreditur de spelunca et ascendit super altare innixum speluncae et oblationes eorum lambit, et involvens se circa eas regreditur ad speluncam et ita confringunt oblationes in eucharistiam, quasi a serpente Christo, ut illi

charistiam sanctificare. Quidam dicunt istos Ophitas ex Nicolaitis sive Gnosticis extitisse, et per eorum fabulosa figmenta ad colubrum colendum fuisse perventum.

Cap. XVIII. Caiani propterea sic appellati, quoniam Cain honorant, dicentes eum fortissimae esse virtutis. Simul et Iudam traditorem divinum aliquid putant esse, et scelus eius beneficium deputant, asserentes eum praescisse quantum esset generi humano Christi passio profutura, et occidendum Iudaeis propterea tradidisse. Illos etiam, qui schisma facientes in primo populo dei terra dehiscente [1]perierunt, et Sodomitas colere perhibentur. Blasphemant legem, et deum legis auctorem carnisque resurrectionem negant.

Cap. XIX. Sethiani nomen acceperunt a filio Adae, qui vocatus est Seth: eum quippe honorant, sed fabulosa et haeretica vanitate. Dicunt enim eum de superna matre natum, quam perhibent convenisse cum superno patre, unde divinum semen aliud nasceretur, tanquam filiorum dei. Hi quoque multa de principatibus et potestatibus vanissima fabulantur. Quidam eos dicunt Sem filium Noë Christum putare.

Cap. XX. Archontici a principibus appellati universitatem, quam deus condidit, opera esse principum dicunt. Operantur etiam quandam turpitudinem. Resurrectionem carnis negant.

Cap. XXI. Cerdoniani a Cerdone nominati, qui duo principia sibi adversantia dogmatizavit, deumque legis ac prophetarum non esse patrem Christi, nec bonum deum esse, sed iustum, patrem vero Christi bonum, Christumque ipsum natum ex femina neque habuisse carnem, nec vere mortuum vel quicquam passum, sed simulasse passionem. Quidam vero in duobus principiis suis duos deos ita eum dixisse perhibent, ut unus eorum esset bonus, alter autem malus. Resurrectionem mortuorum negat, spernens etiam testamentum vetus.

Cap. XXII. Marcion quoque, a quo Marcionitae appellati sunt, Cerdonis secutus est dogmata de duobus principiis. Quamvis Epiphanius eum tria dicat asseruisse principia, bonum, iustum, pravum: sed [1]Eusebius Sinerum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem.

Cap. XXIII. Apellitae sunt quorum Apelles est princeps, qui duos quidem deos introducit, unum bonum, alterum malum: non tamen in duo-

putant, sanctificatas. Tradunt huius serpentis cultum a Nicolaitis sive Gnosticis ad istos deductum. (Bened.)

Cap. XVIII. — 1. *Post* perierunt *editi addunt* Chore, Dathan et Abiron: *id non est in MSS.*" (Bened.) Cf. Numer. XVI, 24. seqq.

Cap. XXII. — 1. Euseb. lib. V, cap. 13.

bus diversis atque inter se adversis esse principiis, sed unum esse principium, deum scilicet bonum, et ab illo factum alterum, qui cum malignus esset, inventus est in sua mundum malignitate fecisse. Hunc Apellem dicunt quidam etiam de Christo tam falsa sensisse, ut diceret eum non quidem carnem [1]deposuisse de caelo, sed ex elementis mundi accepisse, quae mundo reddidit, cum sine carne resurgens in caelum ascendit.

Severiani a Severo exorti vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de satana et terra germinasse asserant vitem. Etiam ipsi non sanam doctrinam suam quibus volunt inflant nominibus principum, carnis resurrectionem cum vetere testamento [1]respuentes. Cap. XXIV.

Tatiani a Tatiano quodam instituti, qui et Encratitae appellati sunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suorum numerum coniugio utentem, sive marem sive feminam. Non vescuntur carnibus, easque omnes abominantur. Prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi sapiunt. Saluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tatianos et Encratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismaticos [2]dicat. Cap. XXV.

Cataphryges sunt quorum auctores fuerunt Montanus tanquam paraclitus et duae prophetissae ipsius, Prisca et Maximilla. His nomen provincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt ibique vixerunt, et etiamnunc in eisdem partibus populos habent. Adventum spiritus sancti a domino promissum in se potius quam in apostolis eis fuisse asserunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent, et ideo dicunt eas permisisse [1]apostolum Paulum quia ex parte sciebat et ex parte prophetabat; nondum enim venerat quod Cap. XXVI.

Cap. XXIII. — 1. *Sola ed. Lovan.* duxisse de coelo. (Bened.) *Fortasse scribendum est* desumpsisse.

Cap. XXIV. — 1. *Subiungunt editi:* Hic praeterea Philumenen quandam puellam dicebat inspiratam divinitus ad praenuntianda futura, ad quam somnia atque aestus sui animi referens divinationibus seu praesagiis eius secretim erat solitus praemoneri, eodem phantasmate eidem Philumenae pueri habitu se demonstrante, qui puer apparens Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum, a quo phantasmate sciscitans ea soleret respondere quae se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam, inter quae illud praecipuum, quod in angustissimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis levare soleret illaesum, eoque solo quasi divinitus sibi cibo dato fuisset contenta. *Abest id totum a MSS., quod forte cum esset a quopiam in ora libri, non de Severo, sed de Apelle annotatum, librarii hallucinantes istuc transtulerunt. De Apelle ac eiusdem Philumene Tertullianus lib. De Praescript. Haeret. cap. 6. et 30.* (Bened.)

Cap. XXV. — 1. *Editi ferunt* a Tacio. *Sed MSS.* a Tatiano, *quo eum nomine veteres historici appellant.*" (Bened.) 2. „*Editi* dicant. *Melius aliquot MSS.* dicat. *Refer ad Epiphanium, qui Encratitas* ἀπόσπασμα Τατιανοῦ *dicit in Epitome.* (Bened.)

Cap. XXVI. — 1. *I Corinth. 13, 9.*

perfectum est. Hoc autem perfectum in Montanum et in eius prophetissas venisse delirant. Sacramenta perhibentur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinae, panemque inde facientes: qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos [2]pro martyre, si autem vixerit, pro magno sacerdote.

Cap. XXVII. [1]Pepuziani a loco quodam nominati sunt, quam civitatem desertam dicit Epiphanius. Hanc autem isti divinum aliquid esse arbitrantes Hierusalem vocant; tantum dantes mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillae et Priscillae in eadem civitate Pepuza Christum specie feminae revelatum: unde ab hac Quintilliani etiam nuncupantur. Faciunt et ipsi de sanguine infantis quod [2]Cataphrygas facere supra diximus. Nam et ab eis perhibentur exorti. Denique alii hanc Pepuzam non esse civitatem, sed villam dicunt fuisse Montani et prophetissarum eius Priscae et Maximillae, et quia ibi vixerunt, ideo locum meruisse appellari Hierusalem.

Cap. XXVIII. Artotyritae sunt quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerunt enim panem et caseum, dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terrae et ovium fuisse celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius.

Cap. XXIX. Thessarescaedecatitae hinc appellati sunt, quod non nisi quartadecima [1]luna, Pascha celebrant, quilibet septem dierum occurrat dies, et si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant et vigilant.

Cap. XXX. [1]Alogi propterea sic vocantur tanquam sine verbo (ΛΟΓΟΣ enim Graece verbum dicitur), quia deum verbum recipere noluerunt, Iohannis Evangelium respuentes; cuius nec Apocalypsin accipiunt, has videlicet scripturas negantes esse ipsius.

Cap. XXXI. Adamiani ex Adam dicti, cuius imitantur in paradiso nuditatem, quae fuit ante peccatum. Unde et nuptias aversantur, quia nec prius quam peccasset Adam, nec prius quam dimissus esset de

2. *Colbertini codices duo et unus e Vaticanis* pro magno martyre; si autem vixerit, pro summo sacerdote. *Alii Vaticani cum antiquissimo Floriacensi, cum Becheronensi etc.* pro martyre: si autem vixerit, pro maximo sacerdote. *Michaelinus MS.* pro primo sacerdote. (Bened.)

Cap. XXVII. — 1. *In omnibus prope MSS.* Pepudiani: *et infra pro* Pepuza *constanter scriptum est* Pepudia. (Bened.) *Non aliter passim variant in veteribus libris* diabolus *et* zabulus, diaconus *et* zaconus *et alia.* 2. *Ita MSS. testibus ipsis Benedictinis editoribus, qui cum reliquis retinuerunt* Cataphryges.

Cap. XXIX. — 1. luna] *Editi hic addunt* mense Martio. (Bened.)

Cap. XXX. — 1. *In editis* Alogiani. *Restituendum ex MSS.* Alogi, *qui a Graecis haeresiographis dicuntur* Ἄλογοι. (Bened.)

paradiso, cognovit uxorem. Credunt ergo quod nuptiae futurae non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares feminaeque conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta, et ex hoc paradisum suam arbitrantur ecclesiam.

Cap. XXXII. Elcesaeos et Sampsaeos hic tanquam ordine suo commemorant Epiphanius, quos dicit a quodam pseudopropheta esse deceptos qui vocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibet adoratas. Cetera Hebionaeis tenere similia.

Cap. XXXIII. Theodotiani a [1]Theodoto quodam instituti hominem tantummodo Christum asseverant. Quod dicitur quidem Theodotion propterea docuisse, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui devitare putabat opprobrium, si non deum negasse, sed hominem videretur.

Cap. XXXIV. Melchisedeciani Melchisedec sacerdotem dei excelsi non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur.

Cap. XXXV. Bardesanistae a quodam Bardesane, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis, sed postea, quamvis non per omnia, in Valentini haeresim [1]lapsus est.

Cap. XXXVI. Noëtiani a quodam Noëto, qui dicebat Christum eundem ipsum esse patrem et spiritum sanctum.

Cap. XXXVII. Valesii et seipsos castrant et hospites suos, hoc modo existimantes deo se debere servire. Alia quoque haeretica docere dicuntur et turpia; sed quae illa sint nec ipse commemoravit Epiphanius nec uspiam potui reperire.

Cap. XXXVIII. [1]Cathari, qui seipsos isto nomine, quasi propter munditiam, superbissime atque odiosissime nominant, secundas nuptias non admittunt, paenitentiam denegant, Novatum sectantes haereticum; unde etiam Novatiani appellantur.

Cap. XXXIX. Angelici, in angelorum cultu inclinati, quos Epiphanius iam omnino defecisse testatur.

Cap. XL. Apostolici, qui se isto nomine arrogantissime vocaverunt eo quod in suam communionem non reciperent utentes coniugibus et res proprias possidentes, quales habet [1]catholica et monachos et

Cap. XXXII. — 1. *Ab Epiphanio in Anacephalaeosi* Ἐλκεσσαῖος *nominatur, in Panario* Ἠλξαί, *in Panarii Synopsi* Ἠλξά. (Bened.)

Cap. XXXIII. — 1. *Editi* Theodotione, *pauloque post* idem Theodotion. *Castigantur ex Vaticano codice.* (Bened.)

Cap. XXXV. — 1. *Post* lapsus est *adiecta erant in excusis verba haec:* ut fato ascriberet conversationes hominum: *quae in MSS. nostris non reperimus.* (Bened.)

Cap. XXXVIII. — 1. *In MSS.* Catharoe sive Novatiani, qui se ipsos *cett. Graecis sunt* Καθαροί. (Bened.)

Cap. XL. — 1. *In editis* catholica ecclesia. *Abest* ecclesia *a MSS.* (Bened.)

clericos plurimos. Sed ideo isti haeretici sunt, quoniam se ab ecclesia separantes nullam spem putant eos habere qui utuntur his rebus quibus ipsi carent. Encratitis isti similes sunt: nam et Apotactitae appellantur. Sed et alia nescio quae propria haeretica docere perhibentur.

Cap. XLI. Sabelliani ab illo Noëto, quem supra memoravimus, defluxisse dicuntur. Nam et discipulum eius quidam perhibent fuisse Sabellium. Sed qua causa duas haereses eas Epiphanius computet nescio; cum fieri potuisse videamus ut fuerit Sabellius iste famosior, et ideo ex illo celebrius haec haeresis nomen acceperit. Noëtiani enim difficillime ab aliquo sciuntur, Sabelliani autem sunt in ore multorum. Nam et Praxeanos a Praxea quidam vocant, et Hermogeniani vocari ab Hermogene potuerunt, qui Praxeas et Hermogenes eadem sentientes in Africa fuisse dicuntur: nec tamen istae plures sectae sunt, sed unius sectae plura nomina, ex his hominibus qui in ea maxime innotuerunt, sicut Donatistae iidem Parmenianistae, sicut Pelagiani iidem Caelestiani. Unde ergo sit factum ut Noëtianos et Sabellianos non unius haeresis duo nomina, sed tanquam duas haereses supradictus Epiphanius poneret, liquido invenire non potui, quia si quid inter se differunt, tam obscure dixit, studio forsitan brevitatis, ut non intelligam. Loco quippe isto, quo et nos, tam longe a Noëtianis Sabellianos commemorans, Sabelliani, inquit, similia Noëto dogmatizantes, praeter hoc quod dicunt patrem non esse passum. Quo modo de Sabellianis intelligi potest, cum sic innotuerint dicere patrem passum, ut Patripassiani quam Sabelliani crebrius nuncupentur? Aut si forte in eo quod ait, Praeter hoc quod dicunt patrem non esse passum, Noëtianos hoc dicere intelligi voluit, quis eos in hac ambiguitate discernat? Vel quo modo possunt intelligi quilibet eorum patrem passum fuisse non dicere, cum dicant eundem ipsum esse et patrem et filium et spiritum sanctum? Philaster autem Brixianus episcopus in prolixissimo libro quem de haeresibus condidit et CXXVIII haereses arbitratus est computandas, Sabellianos continuo post Noëtianos ponens, Sabellius, inquit, discipulus eius, qui similitudinem sui doctoris itidem secutus est, unde et Sabelliani postea sunt appellati, qui et Patripassiani et Praxeani a Praxea, et Hermogeniani ab Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui et ita sentientes abiecti sunt ab ecclesia catholica. Certe iste eosdem postea Sabellianos dixit appellatos qui ea quae Noëtus sentiebant, et alia nomina eiusdem sectae commemoravit, et tamen Noëtianos et Sabellianos sub duobus numeris tanquam duas haereses posuit; qua causa, ipse viderit.

[1]Origeniani a quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui fere omnibus notus est, sed ab alio nescio quo, de quo vel sectatoribus eius Epiphanius loquens, Origeniani, inquit, cuiusdam [2]Origenis, turpis autem sunt operationis isti: sunt [3]nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradentes. Alios autem Origenianos continuo subiiciens: Cap. XLII.

Origeniani, inquit, alii, qui et Adamantii [4]tractatoris, qui et mortuorum resurrectionem repellunt, Christum autem creaturam et spiritum sanctum introducentes, paradisum autem et caelos et alia omnia allegorizantes. Haec quidem de Origene Epiphanius. [5]Sed qui eum defendunt, unius eiusdemque substantiae esse dicunt docuisse patrem et filium et spiritum sanctum, neque resurrectionem repulisse mortuorum: [6]quamvis et in istis eum convincere studeant qui eius plura legerunt. Sunt et alia huius Origenis dogmata quae catholica ecclesia omnino non recipit: in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab eius defensoribus [7]falli, maxime de purgatione et liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis universae creaturae. Quis enim catholicus Christianus vel doctus vel indoctus non vehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum, id est etiam eos qui hanc vitam in flagitiis et facinoribus et sacrilegiis atque impietatibus quamlibet maximis finierunt, ipsum etiam postremo diabolum atque angelos eius, quamvis post longissima tempora, purgatos atque liberatos regno dei lucique restitui, et rursus post longissima tempora omnes qui liberati sunt ad haec mala denuo relabi et reverti, et has vices alternantes beatitudinum et miseriarum rationalis creaturae semper fuisse, semper fore? De qua vanissima impietate adversus philosophos, a quibus ista didicit Origenes, [8]in libris de Civitate Dei diligentissime [9]disputavi. Cap. XLIII.

haeresis facile sic innotescit ut suis; unde nec earum quas commemoravi omnia dogmata me dixisse vel didicisse profiteor. Quis enim non videat quantam res ista operam, et quam multas litteras flagitet? Nec ideo tamen parum prodest errores istos, quos huic operi intexui, lectos cognitosque vitare. Quid enim contra ista sentiat catholica ecclesia, quod a me dicendum putasti, superfluo quaeritur, cum propter hoc scire sufficiat eam contra ista sentire, nec aliquid horum in [16]fidem quemquam debere recipere. Quomodo autem, quae contra haec veritas habet, asserenda ac defendenda sint, modulum operis huius excedit. Sed multum adiuvat cor fidele nosse quid credendum non sit, etiamsi disputandi facultate id refutare non possit. Omnis itaque Christianus catholicus ista non debet credere, sed non omnis, qui ista non credit, consequenter debet se Christianum catholicum iam putare vel dicere. Possunt enim et haereses aliae, quae in hoc opere nostro commemoratae non sunt, vel esse vel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, Christianus catholicus non erit. Quid ergo faciat haereticum deinceps requirendum est, ut, cum hoc domino adiuvante vitamus, non solum ea quae scimus, verum etiam quae nescimus, sive quae iam orta sunt, sive quae adhuc oriri potuerunt, haeretica venena vitemus. Huius autem sit iam voluminis finis, quod propterea vobis, antequam totum hoc opus perficerem, credidi esse mittendum, ut illud quicunque legeritis, ad id quod restat implendum, quod tam magnum esse cernitis, me orationibus [17]adiuvetis.

16. *Plures MSS.* in fide. (Bened.) 17. *Hic certe, inquiunt Benedictini editores, finitur Augustini liber; tametsi in codicibus MSS. plerisque addantur Nestoriani et Eutychiani (haereses utique non ante Augustini obitum nominatae), et in quibusdam etiam Timotheani, hoc ordine:*

Timotheani dicunt filium dei verum quidem hominem ex virgine Maria natum, sed non ita unam reddidisse personam, ut non in unam sit redactus naturam, conflatorium quoddam volentes fuisse interiora virginis, per quod duae naturae, id est deus et homo, in unam resolutae et compactae massam unam dei et hominis exhibuerint formam, immutata videlicet naturarum proprietate efficientium coitionem. Et ad confirmandam huiusmodi impietatem, quae deum asserit a sua versum natura, cogunt evangelistae testimonium dicentis, Et verbum caro factum est: quod ita interpretantur, Divina natura in humanam versa est. O abolitionem, illi inviolabili impingentem substantiae! Huius impietatis initium Timotheus, apud Bizam Bithyniae modo exsulans civitatem, continentis et religiosae vitae imagine multis illudit.

Nestoriani, a Nestorio episcopo, qui contra catholicam fidem dogmatizare ausus est, dominum nostrum Iesum Christum hominem tantum (*plerique MSS.* dogmatizare ausus est Christum dominum nostrum deum hominem tantum), nec id quod mediator dei hominum effectus est, in utero virginis de spiritu sancto fuisse conceptum, sed postea deum homini fuisse permixtum: nec deum hominem passum sepultumque dicebat, vacuare contendens omne nostrum remedium, quo verbum dei sic hominem suscipere dignatus est in utero virginis, ut una persona fieret dei et hominis, propterea sic singulariter et mirabiliter natus, mortuus etiam pro nostris peccatis, cum ea quae non rapuerat persolveret, deus homo a mortuis resurgens ascendit in caelum.

Eutychiani ab Eutyche quodam Constantinopolitanae ecclesiae presbytero (*addit quidam codex* monacho) exorti sunt, qui cum videretur refutare Nestorium, in Apollinarem Manichaeumque transivit, et humanitatis in Christo denegans veritatem, quicquid a verbo nostrae proprietatis receptum est, divinae tantummodo ascribit sententiae, ut sacramentum salutis humanae, quod non nisi in utraque substantia est nostram, in Christo naturam negando dissolveret, stulta impietate non sentiens universo corpori auferri quod capiti defuisset.

Harum haeresium certe Timotheanos infra quoque deprehendemus, in quatuor Gennadianis, in appendice libelli Pseudo-Hieronymiani. In cod. ms. saec. VIII. vel IX. olim Bobiensi, nunc Vindobonensi n. CCCXII. capitula spuria de Nestorianis et Eutychianis iam fol. 20. r. epistolis Quodvultdeus praemissa sunt, ab alia vetusta manu, cum hac nota: „hoc adiungendum est in fine sequentis libelli." *Cf. Endlicher Catal. Codd. Philol. Latin. Bibl. Palat. Vindob. p. 216. In cod. ms. Veneto S. Marci (cf. Zanetti Catal. tom. II. p. 42.) hae duae haereses in fine libelli sunt additae cum hac nota:* „Explicit liber de Haeresibus. Haec duo capitula quae sequuntur, scilicet Nestoriani, Eutychiani a S. Vinadio *(sic)* episcopo Marsiliensi *(sic)* dicuntur apposita. Aliqui tamen libri habent ista duo capitula ante illum locum superius positum: Ecce quam multas commemoravimus haereses." *In ante-Maurinis Augustini editionibus et quartam de Praedestinatianis additam inveniri me docent verba Sirmondi Hist. Praedestin. c. 6., et Th. Ittigii de Haeresiarchis Dissert. Praef. pag. 11.*

PRAEDESTINATI

LIBER PRIMUS

QUI EST DE

HAERESIBUS.

PRAEDESTINATI
DE HAERESIBUS
SIVE
OPERIS SUB PRAEDESTINATI NOMINE A IAC. SIRMONDO EDITI
LIBER PRIMUS.

PRAEFATIO.

Quotienscumque ad te, o amator dei, verba doctorum adtingunt, illico sunt domini praecepta memoranda, quibus iubere dignatur, ut adtendamus ab his qui veniunt ad nos in vestitu ovium, ne sub hoc tegmine luporum rabies occultata ovilem simplicitatem invadat. Utinam mihi verbis ista dixisse sufficeret, et non, quod est cum suspirio memorandum, manifestum sit miscuisse belluas gregi dominico: qui tanta subtilitate clandestino hiatu sese catholicis immerserunt, ut ipsi magis cives sanctorum et domestici fidei aestimentur, qui inimici ecclesiae et hostes dolosissimi comprobantur. Dicentes iam homines ita praedestinatos ad mortem per dei praescientiam, ut illis nec passio Christi nec baptismatis redemptio nec fides nec spes possit nec caritas subvenire. Orent et ieiuniis ac eleemosynis occupentur, nulla, inquiunt, poterunt ratione liberari, quia non sunt praedestinati ad vitam. Econtra hi quos praedestinatio praescia futurorum dispunxit, negligant, contemnant, et iustitiam fugiant. Sic isti etiam nolentes trahuntur ad vitam, sicut illi volentes ad vitam pertingere expelluntur in mortem. Sic istis non petentibus datur, sicut illis petentibus denegatur. Et isti quidem non quaerentes invenient, illi autem quaerentes invenire non possunt. Istis pietatis ianua non pulsantibus reseratur, illis autem nulla ratione poterit, etiam pulsantibus, etiam clamantibus, aperiri. Quis hanc fidem habens sacerdotum benedictionibus caput inclinare desideret, et eorum sibi precibus et sacrificiis credat posse

succurri? Si enim haec nec prodesse volentibus nec obesse nolentibus incipiant credi, cessabunt omnia dei sacerdotum studia, et universa monitorum adminicula vana videbuntur esse figmenta: atque ita unusquisque suis erit vitiis occupatus, ut criminum suorum delectationem dei praedestinationem existimet, et ad bonum a malo transitum, nec per sacerdotem dei, nec per conversionem suam, nec per legem dominicam, se posse invenire confidat. Silerem, fateor, et nequaquam stilo percurrente ista detegerem, si totiens ut tacerent admoniti saltim mediocriter contentionis suae impetum temperassent, non etiam audacter sub Augustini nomine libros ederent, et scriptorum suorum iaculis membra immaculatae matris nostrae ecclesiae vulnerarent. Quis filius matrem suam caedi non doleat? quis genetricem suam vulnerari non plangat? An tacebimus illa laborante? Sed silentium nostrum reatus docebitur, et taciturnitas videbitur esse consensus. Quam enim tu patientiam taciturnitatis putas, hanc alius conscientiam perversitatis existimat; praesertim si et ipse taceas, et eum, qui loqui voluerit pro defensione matris communis, forsitan silere compellas: cum tempus tacendi et tempus loquendi in id sapientia divina instituerit, ut et modestia in silentio, et ratio esset in verbo; ne ultra honestatis terminum unusquisque linguam vel promeret vel teneret, essetque loquacitas importuna aut taciturnitas obstinata, cum utrumque veniret in vitium, loqui velle cum non debeas, et nolle cum debeas. Istud igitur in alterutrum custodisse habita ratione perdoceo, cum contra librum matri ecclesiae tendentem insidias divini oris arma corripio, et ut Goliae ex suo sibimet gladio confidens in domino eius cervicem abscido. Qui tristis fuerit, suo quasi mus prodetur indicio, cum sui murmure Philistaeum se esse detexerit: mecum autem gratulabitur omnis qui allophylus non est. Igitur cum sollicite celatur, et occulte legitur, et caute conscribitur, tandem aliquando, non tam editus quam deprehensus, ad manus nostras pervenit liber qui Augustinum mentitur in titulo, cum se haereticum ostendat in textu. Quis enim nesciat Augustinum orthodoxum semper fuisse doctorem, et tam scribendo quam disputando omnibus haereticis obviasse? Volentes ergo inimicum fidei nostrae inter fratres dogma inducere catholicum supraliminare libri sui titulum posuerunt. Qui liber, velut sepulcrum foetens, a foris quidem Augustini nomine dealbatur, intus vero scaturit vermibus mortuorum. Hunc librum aliquando sibi oblatum beatissimae memoriae summus pontifex Caelestinus ita execrationi habuit, ut eum perpetuo iuberet damnari silentio. Eo magis haereticorum animus

inflammatus clanculo cum per diversas domos tradidit lectitandum, quique quanto legi publice vetabatur, tanto ab eis adserebatur insuperabili aequitate conscriptus. Sicque perfidum iniere consilium, ut in modum symboli, non discutiendus traderetur aliquibus, sed credendus. Ita contra hunc suscepimus, ut adversum singula blasphemiorum eius dicta, tam rationabili veritate, quam legali auctoritate pugnemus. Quem librum non discerpentes, sed integrum cum ab initio usque ad finem perscribentes, nonagesimae haereseos proiecimus silvae arborem cum nequissimam detegentes, ad cuius radicem securis est posita, ad hoc, ut excidatur et in ignem mittatur. Ubicumque autem eiusdem libri sunt dicta, lineis a tergo versuum iacentibus deteguntur. Quae licet pro ipsa sui perversitate ultro se legentibus prodant, tamen egimus ut veritas a mendacio non solum verbis rationabilibus, sed etiam alogiis increpantibus discernatur. Sane Graecorum nos legis catholicorum scripta contra haereticorum sectas dimicantia idcirco memoramus, et omnes haereses singillatim per ordinem licet strictim perscribimus, ut sciant novae huius haeresis inventores, omnium nos haereticorum definitionibus adversari, et nullius eorum contra se uti consensu. Cesset omnis tergiversatio, et calliditas oblatrantium in modum canis vomitus suos ipsa iterum sorbeat. Omnes a Simone coeptas haereses detegimus, arguimus, condemnamus, et tam ratione quam auctoritate superatas ostendimus. In detectione igitur falsitatis et in defensione veritatis catholicorum sumus secuti vestigia, et id gessimus, ut in primo libro veterata haereseos superstitio perpatescat, in secundo vero novae adinventionis venena non lateant, tertius vero liber haereseos devictae tumulum fideique trophaeum cunctis ecclesiis tradat. Clemens itaque Romanus episcopus, Petri discipulus, Christi dignissimus martyr, Simonis haeresim a Petro apostolo cum ipso Simone superatam edocuit. Hunc secuti sunt sancti quique orthodoxi viri, et suo quisque tempore uniuscuiusque haeresis ortum et certamen et exitum per plurimos libros et multa millia versuum conscripserunt, quae nos epitomantes iuvante domino hoc uno libello conclusimus. Orabunt pro nobis sancta studia, quae ad requiem curarum suarum per hunc nostrum laborem attingunt.

ELENCHUS HAERESUM

QUAE COMMEMORANTUR.

I. Simon.
II. Menandriani.
III. Basilidiani.
IV. Nicolaitae.
V. Saturniniani.
VI. Gnostici.
VII. Carpocratiani.
VIII. Cerinthiani.
IX. Nazaraei.
X. Ebionaei.
XI. Valentiniani.
XII. Secundiani.
XIII. Ptolemaitae.
XIV. Marcosii.
XV. Colorbasiani.
XVI. Heracleonitae.
XVII. Ophitae.
XVIII. Caiani.
XIX. Sethiani.
XX. Archontici.
XXI. Marcionitae.
XXII. Apellitae.
XXIII. Cerdoniani.
XXIV. Severiani.
XXV. Tatiani.
XXVI. Cataphryges.
XXVII. Pepuziani.
XXVIII. Artotyritae.
XXIX. Tessarescaedecatitae.
XXX. Alogii.
XXXI. Adamiani.
XXXII. Elcesei.
XXXIII. Theodotiani.
XXXIV. Melchisedechiani.
XXXV. Bardesanitae.
XXXVI. Noëtiani.
XXXVII. Valesii.
XXXVIII. Cathari.
XXXIX. Angelici.
XL. Apostolici.
XLI. Sabelliani.
XLII. Origeniani.
XLIII. Origeniani alii.
XLIV. Pauliani.
XLV. Photiniani.
XLVI. Manichaei.
XLVII. Hieracitae.
XLVIII. Meletiani.
XLIX. Ariani.
L. Audiani.
LI. Eunomiani.
LII. Macedoniani.
LIII. Aëriani.
LIV. Aëtiani.
LV. Apollinaristae.
LVI. Antidicomaritae.
LVII. Messaliani.
LVIII. Metangismonitae.
LIX. Seleuciani.
LX. Proclianistae.
LXI. Patriciani.
LXII. Ascitae.
LXIII. Passalorynchitae.
LXIV. Aquarii.
LXV. Coluthiani.
LXVI. Floriani.
LXVII. Satanniani.
LXVIII. Gymnopodae.
LXIX. Donatistae.
LXX. Priscilliani.
LXXI. Adilephagi.
LXXII. Rhetoriani.
LXXIII. Theoponitae.
LXXIV. Triscilidae.
LXXV. Hydrotheïtae.
LXXVI. Homuncionitae.
LXXVII. Ametritae.
LXXVIII. Psychopneumones.
LXXIX. Adecerditae.
LXXX. Metagenetae.
LXXXI. Luciferiani.
LXXXII. Ioviniani.
LXXXIII. Arabici.
LXXXIV. Helvidiani.
LXXXV. Paterniani.
LXXXVI. Tertullianistae.
LXXXVII. Abeloitae.
LXXXVIII. Pelagiani.
LXXXIX. Nestoriani.
XC. Praedestinati.

LIBER PRIMUS

QUI EST DE HAERESIBUS.

EPITOME ECDICESIOS HYGINI CONTRA HAERESIARCHAS, ET CATEGORICORUM EPIPHANII CONTRA SECTAS, ET EXPOSITIONUM PHILASTRI, QUI HOS TRANSFERENS IN LATINUM SERMONEM DE GRAECO, CUM ARIANI DAMNARENTUR, EDIDIT. PRIOR HYGINUS, POST HUNC POLYCRATES, AFRICANUS, HESIODUS, EPIPHANIUS, PHILASTER: HI DIVERSIS TEMPORIBUS DIVERSAS HAERESES PERTEXUERUNT.

Prima haeresis a Simone sumpsit exordium, qui dicebat castitatem ad deum non pertinere, deum mundum non fecisse, et his similia. Hic a beato et sancto apostolo Petro ita est publice superatus, ut ante pedes eius cadens ultra surgere minime potuisset. Cap. I.

Secunda haeresis a Menandro Menandrianorum, qui mundum non a deo, sed ab angelis factum esse testantur. Hos sanctus Linus episcopus, secundus apostoli Petri, a consortio conversationis nostrae eiectos aeterna damnatione multauit, docens rationabiliter secundum sanctas scripturas veteris testamenti, deum, qui cum Moyse locutus est, hunc esse omnium creatorem, et nihil in creaturis omnibus esse, quod possit pro sui natura esse vituperabile. Omnia enim quae culpabilia iudicantur, actu, non conditione culpantur. Cap. II.

Tertia haeresis a Basilide Basilidianorum. Hi trecentos sexaginta et quinque caelos esse dicentes contra Moysem suscipiunt, et deum horum caelorum Abrasax commemorant. Quod nomen [1]Graeca ratio litterarum in hanc summam supputando pertingit. ΑΒΡΑΣΑΞ, id est Α unum, et Β duo, et Ρ centum, et Α unum, et Σ ducenta, et Α unum, et Ξ sexaginta, fiunt in summa CCCLXV. Cap. III.

Cap. III. — 1. Graeca ratione *emendavit I. B. Cotelerius ad Constit. Apost. lib. VI, cap. 8, n. 9. In cod. ms. Dunensi, hodie Brugensi, legitur* Quod nomen Graeca ratio ABRACAZ litterarum, in hanc summam supputando pertingit. *Pro* pertingit, *quod interim omnes libri tuentur, fortasse rescribendum est* pertingit.

Hos ecclesia ut energumenos computans, non altercando, sed proiciendo damnavit.

Cap. IV. Quarta Nicolaitarum a [1]Nicolao haeresis est adinventa, qui unus ex septem diaconibus ab apostolis ordinatus est. Iste cum de zelo pulcherrimae coniugis culparetur, docere coepit indifferenter debere uti coniugibus, non solum laicis, sed etiam his qui sacerdotii fungerentur officio. Hos damnavit sanctus Ioannes apostolus et evangelista, et iussit ut quicumque cum eis vel sermonem conloquii miscuissent, ex hoc ipso communione privarentur, docens rationabiliter a mundi origene deo castitatem plurimum placuisse, nunc autem etiam in seipso Christum dei filium castitatis gloriam dedicasse, cum virginem possidens matrem virgo mansurus nullum discipulorum suorum commixtionem etiam legitimi coniugii uti permisit, dicens: [2]*Si quis vult venire post me, abneget seipsum sibi, et tollat crucem suam, et sequatur me.*

Cap. V. Quinta haeresis Saturninianorum est, a Saturnino. Hic docuit septem angelos mundum fecisse; quibus cordi fuit libidines inserere, ut alterutro diversitas sexus, mundus a sui fine refrenatus possit esse perpetuus. Hos anathematizavit beatus Thomas Christi apostolus, docens rationabiliter mundum initium habuisse, et quia initium habuit, ad finem esse venturum. Angelos autem omnipotentiam habere non posse, et ideo mundum eos non potuisse constituere. Conditorem autem mundi unum esse deum, quem Moyses praedicavit fecisse caelum et terram et mare, et omnia quae in eis sunt.

Cap. VI. Sexta haeresis Gnosticorum: qui Gnosticos se [1]appellare voluerunt, quasi propter scientiam excellentem, cum miseriores superioribus esse, quos memoravimus, haberentur. Docens eos rationabiliter beatus Paulus apostolus non deo servire, sed suo ventri et libidini inflatos esse, et nihil scire, et aegrotare circa quaestiones et verborum pugnas.

Cap. VII. Carpocratianorum septima est haeresis, a Carpocrate inventa, qui docebat potestates tenebrarum transire non posse, nisi solos eos qui omni se turpitudini miscuissent. Hi dominum nostrum Iesum de utroque sexu genitum adserebant, sed talem animam accepisse quae superna caelorum sciret. Resurrectionem corporis denegantes prophetas testamenti veteris condemnabant. Habebant autem Marcellinam quandam, quae imagines Iesu et Pauli et Pythagorae philosophi ponebat in medio populi quem decipiebat, et

Cap. IV. — 1. *Cf. Coteler. l. l. n.* 16. 2. Matth. XVI, 24.
Cap. VI. — 1. appellari *MS. Augiense.*

faciebat eos his imaginibus honorem deitatis exhibere, et incensum ponere. Hos damnavit apud Cyprum beatus Barnabas Christi discipulus, docens eos ministros esse Satanae, et non debere constituit Christianum penitus cum his habere sermonem.

Octava haeresis Cerinthianorum, a Cerintho. Dicebant mundum ab angelis factum, [1]carne circumcidi debere, veteris testamenti secundum litteram debere praecepta servari. Iesum hominem tantummodo fuisse; [2]nec resurexisse, sed adhuc resurrecturum esse memorabant. Hos in Galatia aeterno anathemate beatus apostolus Paulus condemnavit. Hos denique tangit in sua epistola quam ad Galatas misit. Cap. VIII.

[1]Nona haeresis Nazarenorum. Filium quidem dei confitentur, omnem autem ritum veteris testamenti Iudaico more conservant. Hos docuit beatus apostolus Paulus debere spiritaliter scripturas advertere, et hos in ecclesiis [2]Galatiae deprehendit, atque non consentientes doctrinae suae anathemati esse constituit. Cap. IX.

[1]Decima haeresis Ebionaei. Hominem solum fuisse dominum Iesum Christum adserunt, et legis mandata more Iudaico custodienda constituunt. Hos Lucas evangelista apud Antiochenam ecclesiam inveniens condemnavit, docens angelum dixisse ad Mariam, [2]*Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te. Ideo et id quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei.* Cap. X.

Undecima haeresis Valentinianorum, a Valentino. Hi per orientem dispersi graviter dei ecclesiam vulnerarunt, dicentes Profundum et Altum secum commixta. Ex quibus duobus, velut ex coniugio, mundum processisse, Altum dicentes patrem, Profundum filium, eumque nihil adsumpsisse de Maria virgine, sed illum, tanquam aquam per rivum aut fistulam, sine ulla carnis adsumptione transisse; carnis autem resurrectionem omnimodis denegantes. Hos anathematizavit beatus Zacchaeus Caesariensis episcopus, docens dominum nostrum Iesum Christum deum verum verumque hominem per virginea secreta transisse, ex semine David secundum carnem, sed hominem [1]vere natum, vere passum, vere mortuum, vere resurrexisse a mortuis, et vere ascendisse in caelis. Cap. XI.

Cap. VIII. — 1. carnem *MS. Augiense.* 2. non *edit. Galland.*
Cap. IX. — 1. *Hoc caput in MS. Augiensi decimum est, ac sic legitur:* Decima haeresis est Nazarenorum: cum filium dei confiteantur, omnia tamen veteris legis observant; quae Christiani per apostolicam traditionem non observant carnaliter, sed spiritualiter intelligere didicerunt. *Cod. ms. Dunensis conspirat cum cod. Rem. et ed. Sirmondi.* 2. *Gallandius edidit* Galatia, *et in adnot. coniicit* Galatiae, *uti ediderat Sirmondus.*
Cap. X. — 1. *Hoc caput in MS. Augiensi nonum est.* 2. Luc. I, 35.
Cap. XI. — 1. verum natum *MS. Augiense.*

Cap. XII. Duodecima haeresis [1]Secundianorum. Hoc solum a Valentinianis distant, quia addunt huic sectae etiam turpitudinem corporis quam [2]quasi illi pseudocasti declinare se simulant. Hos damnavit Diodorus episcopus Cretensis.

Cap. XIII. Tertiadecima haeresis [1]Ptolemaitae, a Ptolemaeo Valentini discipulo, qui hanc eandem haeresim acrius disputando dispersit: qui eodem tempore a sancto Zacchaeo supramemorato episcopo Caesariensi damnatus est. Haeresem tamen pessimam per multa spatia orientis dispersit.

Cap. XIV. Quartadecima haeresis a Marco quodam est adinventa, qui negans resurrectionem carnis Christum non vere passum, sed putative, conabatur adstruere. Hunc sanctus Clemens, episcopus Romanus et dignissimus martyr, fixis et integris adsertionibus confutans et coram omni plebe in ecclesia detegens aeterna damnatione punivit, docens vere natum et passum dominum nostrum Iesum Christum, nihil ab eo in phantasia factum commemorans, et evidenter ostendens quod veritas inimica falsitatis falsum in se nihil penitus habere potuerit, sicut nec lux in se tenebras habere potest, nec benedictio maledictionem, et si ista commisceri possent, deum tamen docuit mendacio impossibile esse misceri.

Cap. XV. Quintadecima haeresis [1]Colorbasiana a Colorbasio adinventa. Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam adfirmabat: et has esse septem ecclesias, et septem candelabra aurea conabatur adstruere. Hunc sanctus Theodotus de Pergamo episcopus habita synodo septem episcoporum anathematizavit, docens septem ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Una forma est, inquit, cum in forma quam primus homo amiserat revocatur; secunda, cum immaculatus qui erat peccator efficitur; tertia, cum ex terra corpus mortuum suscitabitur; quarta, cum anima de inferni claustris eruitur; quinta, quod anima paradisi habitatione laetatur, quousque corpus suum incorruptibile recipiat; sexta, quod filios [2]dei facit qui erant filii Adae; septima, quod facit hominem regni caelorum esse participem. Has esse sancti spiritus formas in septem ecclesiis, in septem oculis, et in septem candelabris aureis conlocatas.

Cap. XII. — 1. Evandrianorum *MSS. Remens., Aug., Dunens. Haec scriptura orta est de scriptura* Sevandiani, *quam pars librorum Augustini tuetur De Haeres. cap. 12. pro* Secundiani. 2. illi quasi *reposuit I. B. Cotelerius Eccl. Gr. Monum. tom. I. p. 768.*

Cap. XIII. — 1. Ptolemaitae *MS. Aug.* Ptolemeitae *edd. Sirm. et Galland.* ptholomeite a ptolomeo *habet cod. ms. Dunensis.*

Cap. XV. — 1. Colobrasiana a Colobrasio *MSS. Remens., Dunens. et Aug.* 2. dei *habet MS. Aug.* deo *edd. Sirm. et Galland.*

Cap. XVI. Sextadecima haeresis Heracleonitarum ab Heracleone adinventa est, quae baptizatum hominem, sive iustum sive peccatorem, loco sancti computari docebat, nihilque obesse baptizatis peccata memorabat, dicens, sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resolvit aspectu suo nives quantaecumque iuxta sint, sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus eius peccata permixta. Hic in partibus Siciliae inchoavit docere. Contra hunc susceperunt episcopi Siculorum, [1]Eustachius Lilybaeorum et Panormeorum Theodorus, quique omnium qui per Siciliam erant episcoporum synodum exorantes [2]gestis eum audire decreverunt, et universas adsertiones eius dirigentes ad sanctum Alexandrum urbis episcopum rogaverunt ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander ad singula quaeque capita hydri singulos gladios dei verbi de vagina divinae legis eiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum [3]ingenio Sabinianum presbyterum destinavit, qui et scriptis [4]episcopi et adsertione sua ita eum confutaret, ut nocte media navis praesidio fugeret, et ultra ubinam devenisset penitus nullus sciret.

Cap. XVII. Septimadecima haeresis Ophitarum. Hi a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece ophis dicitur. Habent ergo colubrum adsuetum eorum panes lingua lambere, atque ita ex se velut eucharistiam sanctificare. Quem colubrum suum Christum appellant. Contra hos susceperunt Bithyniae provinciae sacerdotes, id est civitatis Calchedoniae et Nicomediae episcopi Theocritus et Evander, et confutantes eos publice superarunt, atque superventum facientes eis per collegia eorum in Bithyniae, ut dixi, partibus per possessiones clanculo ubi haec ipsa perpetrabant, et sacerdotes eorum eliminarunt, et serpentes eorum occiderunt, ac rationem reddentes omni populo maximam partem plebis ab hoc periculo liberarunt.

Cap. XVIII. Octavadecima haeresis [1]Cainiani. Propterea sic appellati sunt,

Cap. XVI. — 1. Eustasius *MS. Aug.* Eustachius *habet etiam cod. ms. Dunens.* 2. *Emendandum puto:* Theodorus, hique omnium - - exorantes testes eum audire decreverunt, *cett. Cod. ms. Dunensis conspirat cum editis.* 3. in ingenio *Sirmondus ediderat.* 4. episcoporum *MS. Aug. — Synodi huius Siculae meminit in sua Nova Collectione Conciliorum Baluzius ad annum CXXV. (tom. I. Concil. p. 555. ed. Ven-Labb.) auctoritatem scriptoris nostri secutus. Qua de re Pearsonii censura excutienda in eius Opp. Posth. p. 231.* (Gall.)

Cap. XVIII. — 1. Caiani *MSS. Rem. et Aug. At cod. ms. Dunensis praebet* Caini.

quoniam Cain honorant, dicentes eum fortissimae esse virtutis. Simul et Iudam traditorem divinum aliquid putant esse, et scelus eius beneficium deputant, adserentes eum praescisse quantum esset generi humano Christi passio profutura, et occidendum Iudaeis propterea tradidisse. Hos ortos esse [2]Mesopotamiae ecclesiarum Syriae sacerdotes ad ceteros suos coëpiscopos conscripserunt. Quos triginta et duo episcopi apud Antiochiam residentes cum eiusdem urbis episcopo Theodoro in praesenti confutatos damnarunt, dicentes eis illud quod sanctus spiritus locutus est per prophetam: [3] *Vae his qui dicunt de bono malum, et de malo bonum, qui ponunt tenebras lucem, et pro luce tenebras:* constat ergo vos a vobis ipsis esse damnatos, qui eos vultis magnos et iustos adscribi, quos pro facti sui qualitate deus perpetuae gehennae incendio destinavit.

Cap. XIX. Nonadecima haeresis Sethianorum. Hi nomen acceperunt a filio Adae qui vocatus est Seth, de supera matre eum natum esse iactantes, quam convenisse dicunt cum superno patre, unde divinum semen aliud nasceretur, ex quo semine sibi deus iustos eligeret et suos filios appellaret. Hi orti sunt in partibus Achaiae. Contra quos suscepit sanctus Perigenes Argus civitatis antistes, ostendens eis de uno sancto vero et iusto Isaac duos natos geminos uno pariter utero editos: unum ad superiora divinae gratiae penetrase, alium ad inferiora inferi devenisse. Unum itaque e duobus, inquit: aut naturae malae sunt filii, et ambo [1]sic quod sunt nati, [2]damnandi sunt, aut naturae bonae sunt, et pro facti sui qualitate iuste alium benedictio coronavit, alium maledictio condemnavit. Haec et his similia adserente sancto Perigene aliquanti credentes conversi sunt ab errore hoc pessimo: non credentes autem, nec convertentes, gladio sunt anathematis amputati.

Cap. XX. Haeresis vicesima apud Cretam Archonticorum a principibus nomen accepit. Principes enim se colere iactant, quos dicunt condidisse hunc mundum. Hos sanctus Dioscorus Cretensis episcopus condemnavit, docens unum et verum deum in partes substantiales penitus dividi omnino non posse; hunc esse deum qui se et prophetis ostendit et in se credentes ab omnibus periculis liberavit, sicut Noë, sicut Abraam, Isaac, Iacob filiosque Israël, Ionam, Susannam, tres pueros; et innumerabilia erga credentes in se quae

2. Mesopotamiae *MS. Aug.* Mesopotamiani *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* in Mesopotamia *habet cod. ms. Dunensis.* 3. Esai. V. 20.

Cap. XIX. — 1. sic quod *MS. Aug.* pro id quod *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. damnati *MS. Aug.*

ostendit deus signa virtutum, quibus se solum deum ostenderet. Adquiescentes veritati recepit, dissentientes vero aeterna abominatione punivit.

Prima et vicesima haeresis a Marcione orta est. Duo principia fuisse confirmat boni et mali. Quem Epiphanius tria dicebat principia docuisse, boni, iusti, et pravi: sed Eusebius [1]Synerum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem. [2]Marcionitae, cum universalem orientis ecclesiam macularent, ab Origene superati, confutati et per singulas sunt civitates damnati. Item post aliquantos annos iam devicti atque detecti in Africanis partibus pullulabant; quos Tertullianus modis omnibus ita obtinuit, ut ipsos faceret contra sectam suam publice praedicare. Cap. XXI.

Vicesima secunda haeresis Apellitarum est, quorum est princeps Apelles, qui duos quidem introducit deos, sed unum fatetur principium, hoc est [1]bonum, et ab ipso factum alterum, id est ab ipso uno principio alterum factum est. Quod cum malignum esset inventum, a bono abiectum est; abiectum vero a bono principio hoc principium, quod malignabatur contra boni principii voluntatem, in sua malignitate mundum fecit. Inde est quod ad malum nos promptiores quam ad bonum natura consequitur, et plus in vitiis, inquit, quam in virtutibus delectatur. Dominum nostrum Iesum Christum adserunt carnem ex elementis suscepisse, quam aëri reddidit dum ascenderet, et sine ea intravit in caelum. Hos Origenes ita perfecte superavit, ut eorum causa periodeutes fieret, et per singulas quasque urbes per orientem eundo praedicaret. Et quia innumerabilia sunt tractatorum eius volumina, haeretici superati libros eius ad suos libitus callidissima argumentatione mutarunt, ut quos vellent decipere dicerent ita Origenem suis expositionibus definisse. Unde quicumque usque hodie Origenem legit, si prudenti eum novit recitatione distinguere, deprehendit loca ab haereticis maculata. Quod ita esse sanctus [2]Pamphilus martyr in suo apologetico declaravit. Cap. XXII.

Vicesima tertia haeresis Cerdonianorum a Cerdone cepit exordium, qui duo principia sibi adversantia dogmatizavit, deumque Cap. XXIII.

Cap. XXI. — 1. Synerum *MS. Aug., ut et apud Eusebium. Vide sis Cotelerium ad Constit. Apostol. lib. VI, cap. 8. not. 12., et Huetium in notis ad exegetica Origenis tom. II, pag. 7.* (Galland.) Syrinum *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. Marcionistae *MS. Aug.*

Cap. XXII. — 1. *Verba* bonum, et ab ipso factum alterum, id est *omissa sunt a Gallandio.* 2. *Apologeticus Origenianus sancto Pamphilo martyri asseritur ab auctore tum hic, tum infra cap. 43. Qua de re alibi verba fecimus, nimirum in Prolegomenis ad tom. IV. Bibl. Patr. cap. I. §. 4. pag. 4.* (Galland.)

legis ac prophetarum non esse patrem Christi, nec bonum esse deum, sed iustum, patrem vero Christi bonum, Christumque ipsum nec natum ex femina neque habuisse carnem nec vere mortuum vel quicquam passum, sed simulasse passionem. Contra hunc suscepit sanctus Apollonius episcopus Corinthiorum, [1]eumque omni cum synodo orientali damnavit, reddens rationem, hunc esse deum patrem domini nostri Iesu Christi de quo Moyses in capite libri sui dicit: [2]*In principio fecit deus caelum ac terram.* Omnes veteris testamenti irreprehensibiles secundum apostolum adprobavit, dicens, [3]*Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?* Haec autem et his similia hac de causa condemnatis haereticis rationabili sermone videbantur satisfacere sacerdotes, sive ut a praecipitio revocarent, sive ut se ostenderent sectas damnare, non homines, homines autem seipsos damnare qui damnatas sectas amplectentes a veritate discedunt.

Cap. XXIV. Vicesima et quarta est haeresis Severianorum, qui sunt a [1]Severo exorti. Vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de semine satanae terram germinasse adserunt vitem. Carnis quoque resurrectionem cum veteri respuunt testamento. Hos damnavit S. Euphranon episcopus Rhodius; apud Rhodum enim horum superstitio orta est. Quos convicit scripturarum ratione sanctarum, in quibus [2]legitur deus educere de terra panem ad confirmandum cor hominis, et vinum ad laetificandum. Vini autem non usus necessarius, sed nimietas inimica saluti culpanda est. Carnis vero resurrectionem ab illo promissam esse qui in praesenti mortuos suscitabat; qui si mentitus fuisset, mortuos utique suscitare non potuisset. Sanctos esse apices testamenti veteris, sicut fundamenta domus, praeclare docuit, dicens, Fundamenta domus circa squalida loca sunt posita, ut ea quae sunt superius nullam contumeliam stercorum patiantur. Superiora ergo domus laquearibus auratis, parietibus pictis, et vario marmorum metallo sunt edita, inferiora vero, humori terreno vicina, digesta etiam superiorum universa suscipiunt. Quid ergo nunc faciemus? si auferimus inferiora, superiora corruunt. Tamen si destruenda erant inferiora, non hoc alius poterat nisi dei filius facere. Videamus ergo utrumnam ipse destruxerit hoc quod nos dicimus permanere. [3]*Putatis*, inquit, *quia veni legem destruere, aut prophetas? Non veni legem solvere, sed adimplere.* Haec et his similia dicens sanctus Euphranon episcopus mul-

Cap. XXIII. — 1. eumque omnis ecclesia cum synodo *MS. Aug.* 2. Gen. I, 1. 3. Rom. VIII, 33.
Cap. XXIV. — 1. Severiano *MS. Aug.* 2. Psalm. CIII, 15. 16. 3. Matth. V, 17.

tos convertit, in errore vero perseverantes perpetua sanctione a communione privavit.

Vicesima et quinta haeresis est Tatianorum, a Tatiano quodam instituta, qui et Encratitae appellati sunt. Hi nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suo numero coniugio utentem marem vel feminam. Non vescuntur carnibus, easque omnino abominantur. Contra hos suscepit sanctus Epiphanius Ancyrae Galatiae episcopus, obiiciens eis [1]Pauli apostoli epistolam ad Timotheum primam, eo quod habeant cauteriatam conscientiam, prohibentes nubere et abstinere docentes a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem: quia omnis creatura dei bona est, et nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Abstinentes autem nostros catholicos idcirco laudamus, [2]quia non accipiunt cibos, quasi qui dicant malum esse accipere, sed bonum dicunt et optimum, quod se asserunt esse ad percipiendum indignos. Sic fit ut et illud statutum apostoli conservetur, quod ait, [3]*Non manducans manducantem non iudicet, et manducans non manducantem non spernat.* Non enim creaturam accusat, sed se esse talem pronuntiat [4]qui se dicat huius epulis refici non mereri. Cap. XXV.

Vicesima et sexta haeresis Cataphryges orti sunt, qui hoc nomen a provincia non a dogmate adsumpserunt. Quorum auctores fuerunt Montanus, Prisca et Maximilla. Hi itaque adventum spiritus sancti a domino promissum in se potius quam in apostolis fuisse adserunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent, et ideo dicunt eas permisisse apostolum Paulum, quia ex parte sciebat et ex parte prophetabat. Nondum enim venerat quod perfectum est. Hoc autem perfectum in Montanum et in eius prophetissas, quas supra diximus, venisse delirant. Hactenus dixerim de Cataphrygis. Cetera quae dicuntur quasi incerta praetereo, de infantis sanguine eos accipere; quod ideo dicimus, ne videamur ignorare omnia quae de eis dicuntur. Hi enim qui contra eos scripserunt, nihil hinc penitus memorarunt. Scripsit contra eos librum sanctus [1]Soter papa Urbis, et Apollonius Ephesiorum antistes. Cap. XXVI.

Cap. XXV. — 1. I. Timoth. IV, 2—5. 2. quia non *MS. Aug., et I. B. Coteler. Eccl. Gr. Monum. I. p. 772.* quia quando non *Ms. Rem., Dunens. et edd. Sirm. Galland.* 3. Rom. XIV, 3. 4. qui *MS. Aug., et I. B. Coteler. l. l.*, quo *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.*
Cap. XXVI. — 1. *Auctoris nostri testimonium de Sotere adversus Cataphrygas scribente probatur Dodwello in Dissertat. singul. de Success. Rom. Pontif.*

Contra quos scripsit Tertullianus presbyter Carthaginensis. Qui cum omnia bene et prime et incomparabiliter scripserit, in hoc solum se reprehensibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem supradictum urbis papam, asserens falsa esse de sanguine infantis, trinitatem in unitate deitatis, paenitentiam lapsis, mysteriis eisdem unum pascha nobiscum. Hoc solum discrepamus, inquit, quod secundas nuptias non recipimus, et prophetiam Montani de futuro iudicio non recusamus. Obiiciunt quidam Tertulliano quod animam ex traduce, id est animam dixerit ita gigni ex anima sicut ex corporibus corpus; quod catholica fides vehementer execratur.

Cap. XXVII. Vicesima septima haeresis Pepuzianorum, qui a loco quodam nominati sunt, quam desertam civitatem dicit Epiphanius. Hanc autem isti divinum aliquid esse arbitrantes Hierusalem vocant; tantum dantes mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim duas ecclesias, Quintillae et Priscillae, in eadem civitate Pepuza. Unum sunt cum Cataphrygis. Contemptui autem eos habent quod se isti Pepuziani ceteris aestiment meliores. Dicunt enim hanc Pepuzam villam fuisse Montani, Priscae et Maximillae, et quia ibi coeperunt praedicare, et ibi vixerunt, ideo locum appellari Hierusalem. Et quia habitatores loci sunt, ideo ceteris se esse meliores adscribunt. Hos Apollonius superavit Ephesiorum episcopus.

Cap. XXVIII. Vicesima octava haeresis Artotyritas suos vocat, quibus hoc nomen oblatio dedit. Offerunt enim panem et caseum, dicentes a primis hominibus oblationes deo de fructibus terrae et ovium fuisse celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius. Contra quos nullus dignatus est nec loqui.

Cap. XXIX. Vicesima nona haeresis Tessarescaedecatitae dicuntur eo quod quartadecima luna pascha celebrant, quilibet septimanae occurrerit dies, et si dies dominicus incurrerit, ipso die ieiunant et vigilant. Hoc tantum a nobis discrepant, nihil aliud. Hos sanctus Ioannes Constantinopolites episcopus tali ratione in multis civitatibus obtinuit. Abiit cum clero suo, et cum eis pascha celebravit, dicens, Sicut nos vobiscum celebravimus pascha, venite et vos nobiscum suscipite. A quibus cum hoc impetravit, coeperunt unum sapere et nobiscum celebrare diem. Probaverunt enim totam fidei regulam sic nos sicut se tenere, sic illos sicut nos credere.

Cap. XXX. Tricesima haeresis Alogiorum. Propterea sic vocantur, quia

cap. XIV. §. 2. Neque omittendus cl. Abbas de Longuerue in Dissertat. de Haeresi Montani §. VIII, p. 259. (Gall.)

verbum dei esse filium accipere nolunt, in tantum, ut evangelium sancti Ioannis dicant ipsius non esse; nec Apocalypsim accipiunt eiusdem Ioannis. Quid multa? Omnia nobiscum sapiunt, [1] verbum dei filium dei penitus quasi blasphemiam execrantur. Hos Philo episcopus saepe superavit.

Tricesima prima haeresis Adamianorum, qui ex Adam nomen acceperunt, cuius imitantur in paradiso nuditatem, qualis fuit ante peccatum. Unde et nuptias aversantur, quia nec prius quam dimissus esset de paradiso, cognovit uxorem. Credunt ergo quod nuptiae futurae non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares feminaeque conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta. Et ex hoc paradisum suam arbitrantur ecclesiam. Hos sanctus presbyter Polycarpus detexit, obtinuit, eliminavit. Cap. XXXI.

Tricesima et secunda haeresis Helcesceorum. Hos quidam Cap. XXXII.
[1] Helchi nomine pseudopropheta decepit, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibetur adoratas. Cetera Hebioneis similia tenere ab Epiphanio adseruntur. Hos Papias presbyter Achaiae obtinuit.

Tricesimum et tertium locum haeresis tenent Theodotiani, a Cap. XXXIII.
quodam [1] Theodoto instituti, hominem tantummodo Christum dei filium adserentes. Quod dicitur idem [2] Theodotus propterea docuisse, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui devitare putabat opprobrium, si non deum negasse, sed hominem videretur. Hos obtinuit Craton episcopus Syrorum.

Tricesimam quartam haeresem Melchisedechiani invenerunt. Cap. XXXIV.
Melchisedech, sacerdotem dei excelsi, non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur, illum locum sequentes apostoli ad [1] Hebraeos quo ait, *Sine patre, sine matre, sine genealogia.* His occurrit Dionysius Hierosolymorum episcopus, dicens hunc et patrem habuisse et matrem, et hoc ideo dixisse apostolum, quia et genealogia ipsius et materna paternave prosapia non haberetur in eo ordine in quo lex Hebraeorum adscripta est, cum deo utique placuerit generatio Hebraeorum.

Tricesima quinta haeresis sunt Bardesanitae, a quodam Barde- Cap. XXXV.

Cap. XXX. — 1. *Wesseling. Probabil. cap. 30. pag. 266 proposuit* nisi quod verbum dei cett. *Quod minime opus est.*

Cap. XXXII. — 1. *Cf. de hoc nomine I. B. Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. I, pag. 775.*

Cap. XXXIII. — 1. Theodotione *MS. Aug.* 2. Theodotion *MS. Aug.*

Cap. XXXIV. — 1. Hebr. VII, 3.

sane perversi. Qui [1]Bardesanes dicitur perfectus fuisse catholicus, sed postea in id per Valentini discipulum incurrisse ut malam diceret carnis humanae creaturam, animae bonam. Hunc in Cappadocia damnavit Theocritus episcopus, docens deum bonum utraque fecisse, utraque copulasse, et carnis humanae non naturam sed praevaricationem esse culpandam.

Cap. XXXVI. Haeresis tricesima et sexta [1]Noëtianorum est, qui dicunt [2]Christum eundem ipsum esse patrem et spiritum sanctum, non per substantiam, sicut nos, sed per personam, ut putative dicatur spiritus sanctus, non veraciter. Hic damnatus est a Tranquillo episcopo Chalcedoniorum Syriae. Ostendit enim patrem verum, filium verum, spiritum sanctum verum, unum quidem deum per unam substantiam, sed tres per distinctionem personas credi debere confirmans.

Cap. XXXVII. In tricesimam et septimam haeresim Valesii incurrunt, qui infelices et seipsos castrant et hospites suos. Hoc modo dicunt illud impleri, [1]*Qui se castraverunt propter regnum caelorum.* Alia quoque haeretica docere dicuntur, et turpia, sed quae illa sint nec ipse Epiphanius commemorat nec uspiam potui reperire. Hi a synodo sunt damnati Achaiae.

Cap. XXXVIII. Tricesima octava haeresis est Catharorum, qui seipsos isto nomine quasi propter munditiam superbissime appellarunt. Secundas nuptias non admittunt. Paenitentiam denegant, Novatum sectantes haereticum; unde etiam Novatiani appellantur. Contra hunc beatus Xystus martyr et episcopus, et venerabilis Cyprianus martyr Christi, tunc Carthaginiensis pontifex, scripsit contra Novatum librum de lapsis, quod possint per paenitentiam recuperare gratiam quam labendo perdiderant, quod Novatus adserebat fieri omnino non posse.

Cap. XXXIX. Tricesima et nona haeresis Angelicorum est. Hi Angelicos se vocari voluerunt. Dicunt enim angelos debere adorari et excoli animo, et ipsis preces effundi, ut [1]ipsi quem sciunt posse plus a se ipsi faciant votis hominum et petitionibus subvenire. Hos Epipha-

Cap. XXXV. — 1. Bardesanes *MS. Aug.* Bardesan *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

Cap. XXXVI. — 1. Anoetorum *MSS. Aug. et Rem.* 2. eundem esse Christum et spiritum sanctum, non per substantiam *MS. Aug.*

Cap. XXXVII. — 1. Matth. XIX, 11.

Cap. XXXIX. — 1. *Ita habent libri Rem. Aug. Lugdun., et editi. Dicit:* ut ipsi angeli deum, quem sciunt posse plus, a se ipsi faciant votis hominum subvenire.

nius iam omnino defecisse testatur, victos a Theophilo Apameo episcopo.

Quadragesimo loco apparuerunt apostolici, qui se hoc nomine Cap. XL.
adroganter appellari voluerunt eo quod in suam communionem non recipiunt utentes coniugibus et res proprias possidentes, quales habet catholica et monachos et clericos plurimos. Ideo ergo isti haeretici sunt, quia se ab ecclesia separantes nullam spem eos putant habere qui utuntur his rebus quibus ipsi carent. His in eo testimonio occurrit ecclesia, in quo dicit [1]apostolus, Etiamsi corpus meum non solum abstinentiis macerem, sed etiam tradam eum igni ut ardeat, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

In quadragesimam et primam haeresim Sabelliani a Sabellio Cap. XLI.
incurrerunt, ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi sanctum spiritum confitentes. Hi sunt qui et Praxeani dicuntur, qui habuerunt inter initia Praxeam quendam doctorem. Dicuntur et Hermogeniani, quia Hermogenem habuerunt in Sabellii contubernio. His occurrit Dositheus episcopus Seleuciae, docens eum totam trinitatem negare, dum se aestimat unitatem defendere. Pater enim ingenitus, filius genitus, spiritus sanctus procedens ex patre, coaequalis per omnia patri et filio. Deitas enim sic recipit unitatem substantiae, ut distinctionem personae non perdat.

Quadragesimam et secundam haeresim Origeniani inchoave- Cap. XLII.
runt, a quodam [1]Origene, non illo qui fere omnibus notus est, sed alio Syro quodam sceleratissimo, de quo dicit Epiphanius quod tam turpia docuerit, ut nec debeant per scripturam ad nostros posteros destinari.

Quadragesimam et tertiam haeresim alii Origeniani continuo Cap. XLIII.
subsecuti sunt, ut dicit Epiphanius, qui et mortuorum resurrectionem negant, Christi autem creaturam esse sanctum spiritum dicunt, paradisum autem et caelos allegorice dicta firmantes. Hi duo Origenes [1]prava quaeque quae scripserunt haeretici et perversi doctores nostro Origeni catholico tractatori miscuerunt, ut adimpleretur quod dicitur a domino in evangeliis, [2]*Nonne bonum semen*

Cap. XL. — 1. I. Corinth. XIII, 3.

Cap. XLII. — 1. *Hunc scriptorem duos confingentem Origenes, hic et paulo post, acriter perstringit Huetius lib. I. Origenian. cap. I. §. VII, pag. 5., qui et animadvertit diserte negasse id Baronium, simulque causas cur duplex fingeretur Origenes acute pervestigasse ad ann. 256. §. XLVII. Post Huetium idem adnotarunt Cotelerius Monum. Eccl. Gr. tom. I, p. 778., et Fabric. Bibl. Gr. tom. V, pag. 213. not. a.* (Gall.)

Cap. XLIII. — 1. *Ita habet cod. ms. Dunensis.* prava quae scripta sunt. Haeretici *MS. Aug.* prava quaeque scripserunt. Haeretici *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. Matth. XIII. 27.

seminasti in agro tuo? unde ergo [3] haec zizania? Qui respondens ait, Inimicus homo haec fecit. Ideo enim Origenem legentes invenimus catholicum, et contra haereses dimicantem et vincentem, identidem legentes Origenem invenimus haereticum et adversa fidei adstruentem. Litterae verba tradunt et sensus. Si possent et facies loquentium demonstrare, errorem nullus poterat de persona doctoris incurrere. Nam et illud cavendum est, quod Ampullianus quidam haeresiarches Bithynius, qui docebat post Origenem ecclesiam dei. Hic incurrit talem haeresem, ut diceret omnes criminosos cum diabolo et daemoniis eousque in gehenna decoqui, usque quo puri redditi possint inde mundi et immaculati egredi, ad hoc quod antea fuerant alieni a culpa suo iterum creatori restitui. Hic dum argueretur ab universali ecclesia, coepit proferre libros Origenis, quos ipse vitiaverat, et dicere, Ecce quia Origenes ita sensit, et praecipue in quatuor [4] Περὶ Ἀρχῶν libris. Sed qui sani sensus est et [5] habet splendidos oculos, sic videt addita in Origenis opusculis mala ista atque cognoscit, sicut si in stragulo coccineo pannos albos aut cuiusque alterius coloris cernat adsutos. Quod ita esse sanctus martyr Pamphilus docet, qui antequam ad martyrii coronam adtingeret, inreprehensibiliter [6] cathedram episcopatus obtinuit, et sanam doctrinam dei populis ministravit. Hic edidit apologeticum, et omnia quae de Origene [7] catholico ignorantes mentiuntur, exclusit, ostendens ea quae reprehensibilia inveniuntur in eius opusculis Origenis non esse, sed eorum quos ipse superaverat, alia vero, quae tota perversa sunt, aliorum duorum haereticorum esse, qui Origenis nomen, non fidem nec conscientiam habuerunt.

Cap. LXIV. Quadragesima et quarta haeresis, a Paulo Samosateo inventa, Paulianum sibi populum fecit. Christum non semper fuisse, sed a Maria coepisse, nec amplius eum aliud quam hominem dicunt. Haec haeresis antea fuit Artemonis; quae cum defecisset, ab isto Paulo Samosateo restaurata est. Item contra hunc suscipiens ecclesia, licet post multos annos, dum defecisset cum adsertoribus prava defensio, a Photino nostro episcopo renovata iterum Photinianum populum pullulavit. Sive ergo Artemonianos audias, sive Paulianos, sive Photinianos, unum scias: sicut Donatistas et [1] Montenses et Parmenianos vocamus, Donatistas a Donato, [2] Montenses a montis latebra, Parmenianos a Parmeniano, qui per totam Africam libros contra nos conficiens et novos psalmos faciens circumibat, contra quem noster scripsit Optatus. Sed redeamus ad [3] Paulianos. Omnibus notum est nos haereticos venientes non rebaptizare, sed manum reconciliationis accedere, et ita divino populo tradere sociandos. De Paulianis autem sancta synodus Nicaena hoc constituit, ut prorsus baptizentur, et ita demum catholico populo socientur. Unde ego credo regulam eos baptismatis integram non tenere: et ideo hoc decretum a Christi pontificibus constitutum.

Quadragesima et quinta haeresis Photinianorum est a Photino, quem sic dixi nostrum episcopum fuisse, sicut fuit noster Iudas Scariotes apostolus. Hic suum populum fecit. Hominem quidem purum fuisse Christum docebat, et a Maria coepisse cum Paulo Samosateo sentiebat, sed spiritum sanctum semper fuisse memorabat, hoc solum quadragesimae quartae haeresi dissimilis, quod populum a se perversum suo nomine nuncupavit. Cap. XLV.

Quadragesima et sexta haeresis a Mane inchoata Manichaeorum contubernium fecit. Hic Manes, cum esset civis Persa, et in Perside docens se apostolum dei diceret, etiam ad Graeciam devolutus est. Quem Graeci discipuli eius, devitantes nomen insaniae, [1] Mannicheum vocari decreverunt, id est quasi manna fundentem. Iste duo principia inter se diversa et adversa eademque aeterna et coaeterna, hoc est semper fuisse, composuit, duasque naturas atque substantias, boni scilicet et mali, sequens alios antiquos haereticos opinatus est. Quorum inter se pugnam et commixtionem, et boni a malo purgationem, et boni quod purgari non potuit cum malo in aeternum damnationem, secundum sua dogmata adseverantes multa fabulantur, quae cuncta intexere nimis longum est. Dicunt animas bonas et eiusdem cuius est deus esse naturae. Proinde mundum a natura boni, hoc est a natura dei factum confitentur quidem, sed de commixtione boni et mali, quae facta est quando inter se utraque natura pugnavit. Ipsam vero boni a malo purgationem ac liberationem non solum per totum mundum et de omnibus eius elementis virtutem dei facere dicunt, verum etiam electos suos per alimenta quae sumunt. Et eis quippe alimentis, sicut Cap. XLVI.

3. habet haec zizania *MS. Aug.* 4. periarchon *edd. Sirm. Galland.* 5. habet mentis splendidos oculos *MS. Aug.* 6. *Episcopum fuisse Pamphilum martyrem perperam tradit auctor.* (Gall.) 7. catholico *MS. Aug.* catholici *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

Cap. XLIV. — 1. Monteses *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. Monteses *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

3. Paullinianos *MS. Aug. Sed rectius utique, a Paullo scilicet Samosateno,* Paullianos, *ut et Augustinus lib. de Haeresibus ad Quodvultdeum: ex quo libro hanc suarum haereseon enarrationem prope ad verbum exscripsit auctor Praedestinati.* (Galland.)

Cap. XLVI. — 1. Mannicheum *rescripsit Fabricius Bibl. Gr. tom. I, p.* 171. *not.* ** *Cf. Augustin. et Haeres. cap.* 46. Manichaeum *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

universo mundo, dei substantiam perhibent esse commixtam: quam purgari putant in electis suis eo genere vitae quo vivunt electi Manichaeorum, velut sanctius et excellentius auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est electorum et auditorum, ecclesiam suam constare voluerunt. In ceteris autem hominibus, etiam in ipsis auditoribus suis, hanc partem bonae divinaeque substantiae, [2]quae mixta et colligata in escis et potibus detinetur, maximeque in eis qui generant filios, arctius et inquinatius conligari putant. Quicquid vero undique purgatur luminis, per quasdam naves, quas esse lunam et solem volunt, regno dei tanquam propriis sedibus reddi. Quas naves de substantia dei pura perhibent fabricatas, lucemque istam corpoream, animantium mortalium oculis adiacentem, dei dicunt esse naturam. Quinque enim elementa, quae genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum eaque elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum. In fumo nata animalia bipedia, unde homines ducere originem censent; in tenebris repentia, in igni quadrupedia, in aquis natatilia, in vento volatilia. His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno et substantia dei missa esse dicunt, et in illa pugna fuisse permixta, fumo aërem, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquae malae aquam bonam, vento malo ventum bonum. Naves autem illas, id est duo caeli luminaria, ita distinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, solem vero ex bono igni. Esse autem in eis navibus sanctas virtutes, quae se in masculos transfigurant, ut iniciant feminas gentis adversae, et per hanc inlecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen quod membris suis permixtum tenebant, et purgandum suscipiatur ab angelis lucis, purgatumque in illis navibus imponatur ad regna propria reportandum. Qua occasione coguntur electi eorum velut eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde, sicut de aliis cibis quos accipiunt, substantia illa divina purgetur. Sed hoc se dum facere negant, detecti sunt. Nam et apud ecclesiam Carthaginensem ita sunt manifestati. Denique in conventu episcoporum coram omni populo confessa est puella, nondum annorum duodecim, istam nefariam turpitudinem, et [3]multa prodidit, seipsam adserens ob hoc [4]scelestum sacramentum eorum vim esse perpessam. Cui cum primo non crederetur uni puellae et soli, plurimas nominavit huius facinoris conscias, quas solatio Ursi tribuni, qui tunc domui

2. quae maxime colligata *MS. Aug.* 3. *Ita ed. Galland. At Sirmondus ediderat* multas. 4. scelesto sacramento *MS. Aug.*

regiae praefuit, de diversis domibus, ubi latebra fovebantur, eiectas a clericis ad ecclesiam restitutam adductas id ipsum propter hoc ipsum passas vix et compulsas constat esse confessas. Tunc totum illud turpissimum scelus, ubi ad excipiendum et commiscendum concumbentium semen farina substernitur, profertur in medium; et, quod cum infinito rubore dicitur et auditur, recenti tempore nonnulli eorum ad ecclesiam adducti sunt, sicut gesta episcopalia ibidem confecta testantur. Tria ergo genera eorum sunt, Catharistae, [5]Mattarii, et Manichaei. Omnes tamen has tres formas ab uno magistro, ipso scelerato Mane, constat esse conscriptas. Omnes denique Manichaeum legunt, et omnes libri eius sunt eis sine dubitatione communes. In quibus libris agitur, ut per concupiscentiam dissolvatur utriusque sexus princeps tenebrarum, et fugiat ab eis liberata divina substantia, quam in hominis semine teneri existimant inquinatam; unde etiam Catharistae appellantur, quasi purgatores. Qui cum carnes non comedant, tam polluti sunt, ut cum omnibus suis etiam humanum semen adsumant, cum nec ova ipsa accipiant; aiunt enim, Et ipsa dum franguntur expirant. Sed nec alimonia lactis utuntur; non quia putent divinae substantiae nihil ibi esse permixtum, sed quia sibi error ipse non constat. Nam et vinum non bibunt, dicentes fel esse principis tenebrarum, et tamen uvas comedunt, cum de musto nec digitum intinctum adsumant. Animas auditorum suorum in electos revolvi arbitrantur: ceteras autem animas, quae eorum non sunt auditorum, in pecora redire adserunt, et in omnia quae radicibus fixa sunt atque aluntur in terra. Herbas enim, et arbores, [6]ita in eis vitam esse putant, ut sentire ea cum laeduntur aestiment, et dolere. Unde et agriculturam, quae omnium artium est innocentior, tanquam plurimorum homicidiorum ream dementes accusant, et praecipue cum agrum ab spinis viderint repurgari suisque auditoribus ideo arbitrantur ignosci, quia praebent inde alimenta electis suis, ut divina illa substantia in eorum ventre purgata impetret eis veniam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipsi electi nihil in agris operantes, nec poma carpentes nec folia ulla vellentes, expectant haec afferri usibus suis ab auditoribus suis, viventes tot et tantis secundum suam vanitatem homicidiis alienis. Monent etiam eosdem au-

5. Mattari *MSS. Aug. Rem. Cf. Augustinus.* Macarii *ed. Sirm.* Macharii *ed. Galland.* 6. *Structurae neglegentiam et demonstrat et illustrat Augustinus:* Herbas enim atque arbores sic putant vivere, ut vitam, quae illis inest, et sentire credant et dolere cum laeduntur, nec aliquid inde sine cruciatu eorum quemquam posse vellere aut carpere.

ditores suos, ut si vescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in caelestibus conligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem [7] ducere, et sic utantur coniugibus ut conceptum generationemque devitent, ne divina substantia, quae in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in [8] prole. Sic quippe in omnem carnem, id est per escas et potus, venire animas credunt. Unde et nuptias sine dubitatione condemnant, et quantum in ipsis est prohibent, quando generare prohibent, propter quod sunt copulanda coniugia. Adam et Evam ex principibus fumi adserunt natos, quorum pater aiunt nomine Saclas. Quem sociorum suorum fetus omnium adserunt devorasse, et quicquid inde commixtum divinae substantiae ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis tamquam tenacissimo vinculo conligasse. Christum autem fuisse adfirmant quem dicit nostra scriptura serpentem; a quo inluminatos adserunt eorum adspectus, ut bonum malumque dinoscerent, eumque Christum novissimis temporibus advenisse, ad animas, non ad corpora liberanda. Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur. Deum, qui legem per Moysen dedit, et in Hebraeis prophetis locutus est, non esse deum verum, sed unum ex principibus tenebrarum adfirmant. Ipsiusque testamenti novi scripturas tamquam falsatas ita legunt, ut quod volunt inde accipiant, quod nolunt reiiciant; eisque tamquam totum verum habentes nonnullas apocryphas anteponunt. Promissionem domini nostri Iesu Christi de paraclito in suo haeresiarche Manichaeo dicunt esse completam. Unde se ipse in suis litteris Iesu Christi apostolum dicit, eo quod Iesus Christus se eum missurum esse promiserit: et ideo eius apostolus, quia in eo missus sit spiritus sanctus. Propter quod etiam ipse Manichaeus duodecim discipulos habuit, instar apostolici numeri, quem numerum Manichaei hodieque custodiunt. Nam et ex electis suis habent duodecim quos appellant magistros, et tertium decimum principem ipsorum, episcopos autem LXXII qui ordinantur a magistris, et presbyteros, qui ordinantur ab episcopis, numeri indefiniti. Habent etiam episcopi diaconos. Iam ceteri tantummodo electi vocantur. Sed mittuntur etiam ipsi, qui videntur idonei, ad hunc errorem, vel ubi est augmentandum, vel ubi non est seminandum. Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis adferre; nec quemquam eorum quos decipiunt baptizandos putant. Orationes faciunt ad solem per diem, quaqua versum circuit: ad lunam per noctem, si apparet; si autem non apparet, ad aquiloniam partem, qua sol cum occiderit ad orientem revertitur. Stant orantes. Peccatorum autem originem non libero arbitrio voluntatis, sed substantiae tribuunt gentis adversae, quam dogmatizant esse hominibus mixtam. Omnem vero carnem non divinitatis, sed malae mentis adserunt esse opificium, quae contrario deo coaeterna est. Carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit adversus spiritum, substantiam volunt esse contrariam, sic nobis adhaerentem, ut quando liberamur atque purgamur, iterum reparetur, et in sua natura etiam ipsa immortaliter vivat. In uno homine duas dicunt animas esse, et duas mentes, easque per naturam contrarias, bonas et malas, easque dicunt inter se habere conflictum. Finito autem isto saeculo, post conflagrationem mundi, istam substantiam mali in globo quodam dicunt tamquam in carcere esse victuram. Cui globo adfirmant accessurum et semper adhaesurum [9] quasi coopertorium atque tectorium ex animabus natura quidem bonis, sed tamen quae non potuerint a naturae malae contagione mundari.

7. ducere, et sic utantur *MS. Aug.* ducere. Et sic utuntur *edd. Sirm. et Galland.* 8. prolem *MS. Aug.*

Quadragesimus septimus haereticus Hieraca Hieracitas instituit. Hi resurrectionem carnis negant. [1] Monachos tantum et monachas, et eos qui coniugia non habent, in communionem recipiunt. Ad regnum caelorum non pertinere parvulos dicunt, quia non sunt eis merita ulla certaminis quo vitia superantur. Contra hunc suscepit sanctus Aphrodisius Hellesponti episcopus, adserens resurrectionem carnis et novo et veteri testamento esse firmatam. Infantes autem iam homines esse: et sicut si quis eos occidat, homicidae suscipit crimen, sic qui eos baptismate consecraverit, mercedem sibi de hominis salute adquirit. Communionem nulli negandam nisi his qui praetermissis coniugibus propriis alienas requirunt. Cap. XLVII.

Quadragesima octava haeresis est Meletianorum, a Meletio quodam. Nolentes orare cum his qui in persecutione ceciderant, schisma fecerunt. Quibus restitit sanctus Basilius episcopus Cappadociae, dicens maiorem spei et fidei caritatem, quae omnia tolerat, et manum lapsis magis porrigendam. Hortatur etiam desperantes recuperatione provocandos ut redeant; si quidem etiam [1] angelis in caelo Cap. XLVIII.

9. et quasi *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Gall. Cf. Augustinus.*
Cap. XLVII. — 1. Monachos autem tantum *MS. Aug.*
Cap. XLVIII. — 1. Luc. XV, 10.

gaudium faciat unus paenitens quam nonaginta novem qui non peccaverunt.

Cap. XLIX. Quadragesimus et nonus haeresiarches [1]Arius ortus est. Hic populos [2]Arianos instituit, qui patrem et filium et spiritum sanctum nolunt esse unius eiusdemque substantiae, sed esse filium creaturam, spiritum vero sanctum creaturam creaturae, hoc est ab ipso filio creatum volunt. [3]In eo autem quod Christum sine anima carnem suscepisse arbitratur, Epiphanius prodidit. Et ideo patrem maiorem filii sic dicit, quasi creatorem, et filium maiorem spiritu sancto, quasi creatorem eius. Nostros, id est catholicos, ad se venientes rebaptizant: utrum hoc etiam aliis, id est non catholicis, faciant, nusquam legitur. Primus contra hos suscepit sanctus Hesiodus episcopus Corinthiorum, vir qui etiam mortuos suscitasse adseritur. Unde factum est ut plus sanctitatem quam disputationem adtendentes homines [4]Arium execrarentur. Siquidem eius orationibus adseritur ipse [5]Arius in secessum sedens universa simul interanea cum stercoribus profudisse. Iam contra sectam eius tam orientales quam etiam occidentales episcopi scripserunt. Quibus cum per singula capita dogmatum suorum adserunt blasphemantem.

Cap. L. Quinquagesimos [1]Vadianos memorat Epiphanius, non quidem haereticos, sed schismaticos. Quos alii Anthropomorphitas vocant, quoniam deum sibi fingunt cogitatione carnali in similitudine imaginis corruptibilis hominis, dicentes, [2]*Oculi domini super iustos.* [3]*Caelos opera digitorum dei*; et, [4]*Deus sedet super sedem sanctam suam*; et, [5]*Deus stetit in synagoga deorum*, et cetera quae possunt de visibili cogitari. Quia ergo in nullo alio errant, [6]mitius in eos agens Epiphanius noluit haereticos nominare, dans veniam rusticitati. Quod autem nobis non communicant, divitias habere nostros episcopos clamant, quas Christus etiam laïcos contemnere iubet. Pascha cum Iudaeis celebrant. Egit contra hos Zenon Syrorum episcopus.

Cap. LI. Quinquagesima prima haeresis Eunomianorum, ab Eunomio. Hi serpentis antiqui spiritu pleni non solum minorem filium, sed nec similis essentiae esse filium adseverant. Egit contra hos Ammonius presbyter.

Cap. XLIX. — 1. Arrius *edd. Sirm. Galland.* 2. Arrianos *edd. Sirm. Galland. Ita omnes libr.* 3. In eo, *h. e. in spiritu sancto.* 4. Arrium *edd. Sirm. Galland.* 5. Arrius *edd. Sirm. Galland.*

Cap. L. — 1. Vadianos *ego, ex Augustino.* Valdianos *MSS. Aug. Rem. Dunens.* Audianos *edd. Sirm. Gall.* 2. Psalm. XXXIII, 16. 3. Psalm. VIII, 4. 4. Psalm. XLVI, 9. 5. Psalm. LXXXI, 1. 6. mitius in eos *MS. Aug.* mitius eos *edd. Sirm. Gall.*

Quinquagesima secunda haeresis Macedonianorum, a Macedonio. Hos Pneumatomachos appellant per orientem nostri, eo quod de spiritu sancto litigent. Nam de patre et filio recte sentiunt, spiritum vero sanctum nolunt credere deum, creaturam eum dicentes. [1]Philaster scribit Macedonium spiritum sanctum deitatem patris et filii dicere. Quo dicto [2]videntur proprietatem suam sancto spiritui denegare. [3]Egit contra hos synodus Nicaena. Cap. LII.

Quinquagesima tertia haeresis Aërianorum, ab Aërio quodam: qui cum esset presbyter, doluisse fertur quod non esset episcopus ordinatus. Coepit docere non debere pro dormientibus offerri, nec statuta celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit ieiunandum, ne videatur esse sub lege. Presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni, et non admitti ad communionem suam nisi a coniugio abstinentes. Cap. LIII.

Quinquagesima et quarta haeresis Aëtiana, ab Aëtio vocata. Hi cum Eunomio dissimilem per omnia patri filium [1]confitentur, et dicunt, quicumque nostrae fidei consentiunt, sciant sibi [2]nulla obesse peccata, quaecumque ab eis fuerint perpetrata. Contra hos synodus XX episcoporum egit in Achaia. Cap. LIV.

Quinquagesima et quinta haeresis Apollinaristarum est, ab Apollinare inchoata. Negant hominem perfectum in Christo, sed adsumptionem carnis ita factam, ut intus in homine pro anima divinitas esset. Carnem autem et verbum unius eiusdemque voluit docere substantiae. Contentiosissime adserentes [1]*Verbum caro factum est*, volunt docere aliquid de verbo in carnem conversum. Insuper etiam de Mariae carne nihil esse susceptum in incarnatione domini nostri Iesu Christi confirmant. Egit contra hunc synodus in Antiochia. Cap. LV.

In quinquagesima sexta haeresi Antidicomaritae appellati sunt haeretici, qui Mariae virginitati usque adeo contradicunt ut adfirment eam post Christum natum viro fuisse commixtam. Egit contra hos Theodotus Cyprius episcopus. Cap. LVI.

Quinquagesimam et septimam haeresem Messalianorum invenimus. Quod nomen ex lingua Syra est, Graece autem dicuntur Euchitae, ab orando sic appellati. [1]Non psallunt, iugiter orant. Cap. LVII.

Cap. LII. — 1. *Immo Augustinus de Haeresibus cap.* 52. 2. videntur *Cotelerius Monum. Eccl. Gr. tom. I. p.* 783. videtur *edd. Sirm. Galland.* 3. *Verba* Egit contra hos synodus Nicaena, *quae absunt ab edd. Sirm. Galland., adieci ex MS. Aug.*

Cap. LIV. — 1. confitentes dicunt *MS. Aug.* 2. nulla posse obesse *MS. Aug.*

Cap. LV. — 1. Ioh. I, 14.

Cap. LVII. — 1. Nam *rescribit I. B. Cotelerius Monum. Eccl. Gr. I, p.* 784.

Sed quia hoc solum faciunt, non habentes caritatem nec alloquii nec humanitatis inter haereticos sunt a sancta synodo confutati. Condemnant etiam eos monachos qui aliud praeter legendi orandique opera aliquid fuerint operati vel artis vel agriculturae. Usque ad istos Epiphanius pervenit, et siluit. Credo eum usque ad id temporis vixisse. Praeterita enim et praesentia indicare humana curiositas potest, deus autem solus potest futura praedicere. Verum quia [2]Philaster in suis et ipse libris, quibus diversorum retexit historias, etiam haereses quae ortae fuerint ceteris quibusque temporibus, ex eius nunc libris discerpendo solas haereses in medium exhibemus. Egit contra hos Ephrem presbyter Syrorum.

Cap. LVIII. Quinquagesimam et octavam haeresem Metangismonitae inchoaverunt. Ἀγγεῖον Graeco sermone vas dicitur: μεταγγισμὸς autem vas intra vas advertitur. Ex isto ergo articulo hoc sibi nomen adsumunt, dicentes, Sic est filius in patre, quomodo vas minus intra vas maius. Quos ideo repudiat ecclesia, quia de incorporeo carnaliter sentiunt, et de incomprehensibili [1]liniatis agunt, et de aequalitate divinitatis gradus statuunt. Egit contra hoc Diodorus episcopus Nicomediae.

Cap. LIX. In quinquagesima et nona haeresi Seleuciani sunt, orti a Seleuco, qui elementorum materiam, de qua factus est mundus, non a deo factam dicunt, sed deo coaeternam, nec animam deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum angelos volunt de igni et de spiritu. Malum autem adserunt esse aliquando a deo, aliquando a materia. Negant salvatorem in carne sedere ad dexteram patris, sed ea se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse, accipientes occasionem de psalmo, ubi legitur, [1]*In sole posuit tabernaculum suum.* Negant visibilem paradisum; baptismum in aqua non accipiunt; resurrectionem non credunt futuram, sed cotidie adserunt in generatione filiorum. Hos non admittit disciplina fidei nostrae nobiscum disceptationem adsumere, sed pro definitionibus suis eos praecepit anathemati mancipari.

Cap. LX. Sexagesimam haeresim [1]Proclinianistae a Proclino fecerunt. Dicunt isti, dei filium sic paruisse in terris, sicut Raphaëlem angelum, aut Gabrielem, non carne adsumpta, sed visa. Sic se miscent populo dei, ut non intelligantur. Denique quia nullum alium errorem patiuntur, communicant nobiscum: et hoc est quod peius est,

2. *Immo Augustinus.*
Cap. LVIII. — 1. limitatis *MS. Aug.*
Cap. LIX. — 1. Psalm. XVIII, 6.
Cap. LX. — 1. Proclianitae (*vel* Proclianistae) a Proclo *qui rescriberent non defuerunt. Cf. August. de Haeres. cap. 60. Philast. cap. 56.*

quia quoscumque simplices invenerint, ita eos faciunt sentire et credere. Hoc scelus valde inimicum salutis nostrae ita adstruunt: Ergo deus illas sordes habuit sustinere, quas naturalis conceptio partus et parientis infligit? habuitque dei filius habere alvum degesta sua abluentem, humorem de naribus, salivam ex ore, sordem in aure, in ventre stercora, putorem in exhalatione? et his similia, quae insania mentis excogitat. His Tertullianus vehementer occurrit, ostendens dei filium impassibilem esse, et ista divinitati non iniuriam, sed laudem adferre. Sicut rex, qui volens anulum aureum cum gemma de cloaca levare, induit se servilem tunicam, et sic descendit ad cloacam, ut stercoreas iniurias tunica illa suscipiat, et mittens manum et anulum aureum cum gemma eripiens aqua abluit, et digito suo regali induit, posteaquam inde ascenderit: ita procul dubio dei filius formam servi suscipiens venit non solum ad inferos caelorum, ubi nos sumus, qui videmur vivere in mundo, sed etiam ad inferos inferiores, qui tanto a nobis sunt profundius, quanto nos sumus caelo, et ut inde humanum genus eriperet, cunctarum sordium, non suarum, sed nostrarum, est squalorem perpessus. Pro viventibus sic vixit sicut nos qui vivimus, nihil aliud distans nisi hoc quod immaculatam vitam exercuit, habens intra se deum: pro mortuis sic mortuus, nihil distans nisi hoc, quod tertia die resurrexit a mortuis, et quod propterea sic descendit, ut sanctos inde erueret et mortis principem religaret. Quod autem anulum aureum cum gemma posuit, hoc in sequenti lectione edocuit, quod anulum corpus posuerit, gemmam vero inclusam esse animam declaravit. Hunc ergo anulum de stercoribus antiquis et de cloaca huius mundi Christus elevans ac baptismatis unda perfundens, ab omni squalore abluens, in suis fecit sanctis manibus radiare. Siquidem ita legitur: [2]*Iustorum autem animae in manu dei sunt;* et iterum: [3]*Pone me sicut anulum in manu tua;* et: [4]*In manus tuas commendo spiritum meum:* et infinita sunt his similia in sacris apicibus, quae nos causa brevitatis omittentes ad sexagesimam et primam haeresem accedamus.

Sexagesimam et primam haeresim Patriciani fecerunt, a Patricio sumentes exordium. Hi substantiam carnis humanae non a deo, sed a diabolo conditam dicunt: eamque sic detestantur, ut hunc dicant esse perfectum qui se potuerit constanter occidere. Ex his sunt aliquanti qui etiam rogant eos quos invenerint ignotos ut ab eis occidantur. Haec insania in partibus Numidiae superioris et Cap. LXI.

2. Sap. III, 1. 3. Cant. VIII, 6. 4. Psalm XXX, 6.

Mauritaniae coepit olim. Hos miseri Donatistae postea secuti coeperunt se montis praecipitio quasi futuri martyres tradere, ut qui vitam aeternam catholicae fidei derelinquunt, [1]biothanati aeternam mortem inveniant. Contra hos Optatus legitur egisse.

Cap. LXII. Sexagesima secunda haeresis Ascitarum est. Ascitae ergo ab utre appellantur. Ἀσκὸς enim Graece uter dicitur. Isti cum in trinitate nihil mali habeant, utrem tamen ingentem iuxta altare ponunt umque vacuum inflant et linteaminibus velant et adorant, [1]quia confectum cruoris domini ibi adiiciunt, illud dicentes evangelicum, [2]*Vinum novum in utres novos adiiciunt, et utraque conservantur.*

Cap. LXIII. Sexagesima tertia haeresis est Passalorynchitae. Omnes, quando ad ecclesiam suam conveniunt, tanto silentio student, ut et naribus et labiis suis digitum adponant, ne vel ipsam taciturnitatem flatibus laedant. Cur autem per palum digitum significare maluerint, a quibus hoc nomen compositum est, nescio, cum Graece πάσσαλος palus dicatur, et digitus δάκτυλος, et ῥύγχος nasus. Melius autem mihi videtur, si Dactylorynchitae vocitentur. Invenit sibi diabolus in lege dei quos faceret Pythagoras, illud observantes apostoli: [1]*Orabo spiritu, orabo et mente: psalmum dicam spiritu, psalmum dicam et mente.* Docent ergo homines foras ecclesiam quid dicant in cordibus suis intra ecclesiam positi. Quasi non idem apostolus dixerit, [2]*Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Vanum dico ego eum laborem arripere qui dignatur talibus respondendo tempus consumere, iustumque iudico ut tacentes tacendo vincamus.

Cap. LXIV. Sexagesima quarta haeresis Aquariorum, qui ex hoc appellati sunt Aquarii quod aquam offerunt in poculo sacramenti. Dicunt enim vinum ebrietatis esse rem, per quam homicidia et fornicationes et cetera scelera perpetrantur, cum constet omnia excedentia modum crimen facere et vitium procreare. Non ergo vini haustu, sed nimietate crimina committuntur. Quid est enim quod nimis sumptum non culpam incurrat? Bibatur nimis aqua, videamus si non laedat, comedatur nimis panis, videamus si non crapulam faciat. Optimum ergo in rebus omnibus modum tenentes etiam hos anathematizamus, cur cruorem Christi a fonte separantes praeiudicio fornicatorum et homicidarum regulam a Christo fundatam audacter [1]infringant.

Cap. LXI. — 1. viothanati *edd. Sirm. Galland.*
Cap. LXII. — 1. *Fortasse rescribendum est* quasi confertum *cett, recisis iis quae sequuntur verbis* ibi adiiciunt. 2. Matth. IX, 17.
Cap. LXIII. — 1. I. Corinth. XIV, 15. 2. Rom. X. 10.
Cap. LXIV. — 1. infringunt *MS. Aug.*

Cap. LXV. Sexagesima quinta haeresis [1]Coluthianorum a quodam Colutho emersit. Hi dicunt deum creasse mala et bona, secundum litteram sentientes quod dicitur, [2]*Ego deus creans mala et faciens bona;* cum deus hoc per prophetam promiserit, quod faceret eos sine gladio hostium vivere, et faceret terram dare germen suum, abundantiamque omnium frugum, si eius mandata servassent, si vero praevaricatores essent, gladium et famem paterentur, et his dictis adiunxerit, *Ego deus creans mala, et faciens bona,* illi hoc ad substantiam ab specie transferentes malorum deum adserunt creatorem. Cum creatura nulla sit mala, possunt, ut video, deum blasphemare perversum, quia dicit ad populum, [3]*Si ambulaveritis recti, et ego vobiscum ambulabo rectus: si autem ambulaveritis perversi, et ego incedam vobiscum perversus.*

Cap. LXVI. Sexagesima sexta haeresis Florianorum, a Floriano, qui dicit malas animas et bonas a deo creari. Ideo, inquit, qui malitiosi sunt, mali sunt et non mutantur, et boni simpliciter viventes non in audaciam iniquorum hominum protrahuntur. Quod dictum a Theodoro breviter vincitur ita: Iudas bonus fuit, et factus est traditor. Ipso tempore quo meretrix pessima lacrymis rigabat pedes eius misericordiam quaerens, si animam malam habuit mulier, quare in meretricio crimine non eo tempore perduravit? Constat ergo animas bonas a deo conditas; quibus per naturam hoc inesse creator indulsit, ut cum sint bonae, non solum actu suo meliorentur, sed etiam in ipsa possint malignitate converti, dum illud diligentia invenit, hoc incurrit negligentia.

Cap. LXVII. Sexagesima et septima haeresis est Satannianorum, a Satannio. Hi dicunt post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nunc sumus, nos esse mansuros, neque ita esse mutandos, ut sit caelum novum et terra nova, sicut sancta [1]scriptura promittit. Contra hos utriusque testamenti scripta luctantur.

Cap. LXVIII. Sexagesima et octava haeresis est Gymnopodarum. Hi nudis pedibus semper ambulant, eo quod dixerit dominus ad Moysem, [1]*Solve calceamentum de pedibus tuis;* et quod sanctus [2]Esaias legitur nudis pedibus ambulasse. Ideo hi schisma faciunt, quoniam calceatos condemnant.

Cap. LXIX. In sexagesimam et nonam haeresem Donatistae a Donato exorti sunt, qui propter ordinatum contra suam voluntatem Caecilianum, ecclesiae Carthaginiensis episcopum, schisma fecerunt, obii-

Cap. LXV. — 1. Colutanorum a quodam Coluthano *MS. Aug.* 2. Esaias XLV, 7. 3. Levit. XXVI, 23.
Cap. LXVII. — 1. II Petr. III, 13.
Cap. LXVIII. — 1. Exod. III, 5. 2. Esai. XX, 2.

cientes ei crimina non probata, et maxime quod a traditoribus divinarum scripturarum fuerit ordinatus. At ubi hinc mentiri convicti sunt, schisma in haeresim converterunt. Quasi etiam si vera fuissent crimina in Caeciliano, statum suum de toto orbe terrarum ecclesia amittere potuisset propter unius hominis culpam, seu veram, seu quod magis apparuit indicibus, falsam, et in parte Africana solus Donatus potuerit statum ecclesiae conservare, de toto autem orbe terrarum sit deletus sanctorum apostolorum labor et passio martyrum. Immo ipse salvatoris nostri cruor ad conservandum coetum catholicae fidei defecit, quem solus Donatus cum aliquantis [1]asellionibus Byzacenis obtinuit. Et ideo ausi sunt rebaptizare catholicos. In quo opere et praesumptores se et damnabiles comprobarunt, cum ecclesiae universali sciant placuisse nec in ipsis haereticis baptismatis violare virtutem. Huius haeresis principem legimus Donatum, qui de Numidia veniens Carthaginem, et contra Caecilianum Christi dividens plebem, adiungens sibi eiusdem factionis episcopos, [2]Maiorinum nomine in sua parte apud Carthaginem ordinavit episcopum. Cui Maiorino Donatus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc haeresim, ut multi existiment de ipso potius Donatistas initium haereseos adsumpsisse. Extant hodie scripta eius, ubi [3]probatur in trinitate contra fidem catholicam suscepisse. Et quamvis unius substantiae dicat in trinitate deum patrem, tamen maiorem filio, filium maiorem spiritu sancto confirmare tentavit. Sed in hunc errorem ideo nullus de populo eius adtendit, quia alia erat intentio inter partes. Hi haeretici in partibus Italiae [4]Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistae. In utriusque Numidiae partibus habent veluti monachos, quos Circumcelliones vocamus, agrestes et audacissimos daemonum famulos, qui non solum in alios acriter saeviunt, verum etiam sibi ipsis miseri omnino non parcunt. Nam per mortes varias, maximeque praecipitiorum et aquarum et ignium, sese interficere consuerunt, et ad hunc exitum ex utroque sexu quantos potuerint seducunt. Aliquando etiam quos invenerint rogant, ut ab eis occidantur, mortem nisi fecerint comminantes. Quod verum est, multis Donatistarum displicent tales, sed hoc verbo, non opere. Nam si vere displicerent, utique talibus non communicarent, qui per totum orbem ecclesiis unius Caeciliani crimen impingunt. Nam et inter se frequenter habuere

Cap. LXIX. — 1. *Quod Byzacenis ararent asini. Testis Plinius lib. XVII, cap. 5. (Galland.)* 2. Marinum *MS. Aug. Ita infra quoque.* 3. probatur integritatem *(id est fortasse* defensionem, *inquit Gallandius)* eius contra *MS. Aug.* 4. Monteses *edd. Sirm. Gall., consentientibus vett. libris. Cf. supra cap.* 44.

discidia. Denique apud Carthaginem, temporibus Heracliani comitis, cum Maximianus contra Primianum ab eiusdem erroris centum ferme episcopis ordinatus a reliquis trecentis decem episcopis, qui ordinationi eius crimina impingebant, fuisset damnatus, docuit populum qui eum sequebatur etiam extra ecclesiam dari posse baptismum Christi. Denique, quicumque aut a Primiano ad Maximianum abiit, aut a Maximiano ad Primianum, non est iterum baptizatus ab eo qui contra voluntatem eorum ordinatus est. Comprobantur ab eo quem utique damnaverunt: non abiiciunt, non renuunt, non mutant baptismatis sacramentum, et seu a Primiano, sive a Maximiano quis aut baptizetur aut clericus ordinetur, quasi ab uno factum sit, non a duobus contrariis, in ea dignitate, qua ab uno venerit quis ad alterum, perseverat. Non mutatur baptisma, nec dignitas tollitur; quia non de baptismatis altercatione, sed de ordinationis contentione facta divisio comprobatur. De Caeciliani enim ordinatione dissentire coeperunt, non de baptismatis aut fidei transgressione sese ab ecclesia absciderunt.

Septuagesimam haeresim Priscillianorum apud Hispanos Priscillianus legitur inchoasse. Hi animas divinae naturae adfirmant. Quas ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum per septem caelos et per quosdam gradatim dicunt descendere principatus, et in malignum principem incurrere, a quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diversa carnis corpora seminari. Adserunt etiam fatalibus stellis homines conligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa caeli esse compositum. Prorsus sicut ii qui mathematici vulgo appellantur, constituunt in capite arietem, taurum in cervice, geminos in humeris, cancrum in pectore, et cetera nominatim signa percurrentes ad plantas a signo Christi ad signa [1]astrologi migraverunt. Haec et alia fabulosa et vana multa confingunt. Uxores a viris quas potuerint separant. Carnes sicut Manichaei fugiunt. Apocryphas simul cum canonicis scripturis accipiunt, et in sensus suos allegorizando convertunt. Trinitatem autem, sicut Sabelliani, ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi sanctum spiritum confitentur. Cap. LXX.

Septuagesimam et primam haeresim Adelofagi inchoarunt, dicentes non decere ita cibum sumere Christianum, ut ab alio videatur dum comedit. Et haec sola causa eos ab ecclesia separare dinoscitur. Trinitatem enim eiusdem substantiae confitentur. Egerunt cum eis episcopi de Epheso. Cap. LXXI.

Septuagesimam et secundam haeresim Rhetorianorum a Rhe- Cap. LXXII.

Cap. LXX. — 1. astrologiae *MS. Aug.*

torio inchoatam [1]Philastro scribente invenimus. Hi ad tantam vanitatem devoluti sunt, ut dicant omnes haereticos recte apud deum incedere, quia hoc in eorum mentibus datum est: sic colunt deum sicut possunt. Error eorum nobis videtur reprehensibilis; apud deum autem nec error est nec vituperatio. Hi hoc docentur a suis doctoribus, ut praeter templa et synagogas, ubicumque invocatur Christus natus ex virgine, introeant et participes se faciant haereticorum.

Cap. LXXIII. Septuagesima et tertia haeresis est Theoponitarum. Hi dicunt in Christo, dum pateretur, divinitatem sic doluisse sicut potest dolere anima dum corpus suppliciis agitur. De quibus ait Gregorius episcopus: Infelices et miseri non vident in arboribus, quando ferro caeduntur, solem quidem esse in arboribus: numquid [1]omnino dolet solis splendor, quem utique, antequam ad lignum perveniat, priorem ictus ferri contingit? Deus ergo lux est, et quomodo caedi potest lux? Nam quod anima sit quae doleat in corpore, hinc advertimus, quod recedente anima de corpore nulla potest corpus sentire, nec adversa nec prospera. In corpore ergo domini nostri Iesu Christi anima humanitatis sensit, quam cum corpore adsumpsit, non ipse qui adsumpsit, sicut nec sol, qui in arbore quam memoramus inluxit. Etiamsi solis lux in arbore possit a verberante concidi, in Christo divinitas non possit a cruciante contingi, quia solis lux creatura est, hic autem creator agnoscitur et probatur. Nam quod anima humanitatis senserit passionem ipse dominus ait ad discipulos suos, dicens, [2]*Tristis est anima mea usque ad mortem.* Et hinc dixisse sufficiat. Accedamus ad reliquos.

Cap. LXXIV. Septuagesimam et quartam haeresim [1]Triscelidae incurrerunt, qui triformem deum ita adserunt, ut quaedam pars eius sit pater, quaedam filius, quaedam spiritus sanctus, et hinc sit trinitas in unitate. De quibus ait Gregorius: Infelices et miseri non vident quia totam ipsam trinitatem blasphemant. Non est enim deus nisi qui in seipso perfectus est. Perfectus ergo pater perfectum ex se genuit filium, perfectus ex patre procedit spiritus sanctus. Ecce tria perfecta non faciunt tres deos, sed unum, quia una est deitas. Non enim sicut sunt tres personae, sic tres deitates, sed sunt tres, pater et filius et spiritus sanctus, sed una deitas, una maiestas, una virtus, una voluntas et una substantia confitenda.

Cap. LXXII. — 1. *Immo Augustino. Cf. supra cap. 52. et cap. 57. ubi item Philastrum pro Augustino citavit.*

Cap. LXXIII. — 1. omnino *ego.* non *edd. Sirm. Gall., consentientibus haud dubie vett. libris.* 2. Matth. XXVI, 38.

Cap. LXXIV. — 1. Triscilidae *edd. Sirm. Galland.*

Septuagesimam et quintam haeresem Hydrotheitae fecerunt, aquam deum dicentes, non habentem nec initium nec finem, sordes luentem, peccata dimittentem, et habentem spiritum sanctum. Quos iuste damnat fides catholica quasi caecos et non videntes aquam quibus spurcitiis servit et potest deus servire, quibus etiam squaloribus, aut cuius momenti est aqua sine concecratione? Illam sermo vivus vivificat, sermo sanctus sanctificat, ut sanctus spiritus in ea dignetur habitare, aut ut possit credentibus peccata mundare. Et sic, quomodo accipit vim huius rei per benedictionem, ut possit omnia mundare peccata, non potest mundare peccata eius qui fidem suam non ex integro prius deo crediderit offerendam. Non ergo per solum abluentem, sed magis per credentem, spiritus sanctus infunditur in homines, et peccatorum venia condonatur. Cap. LXXV.

Septuagesimam et sextam haeresim fecerunt Homuncionitae, qui dicunt in corpore hominis esse imaginem dei, non in anima. Unde Gregorius: Cum imago dei in rebus magnis et primis quae sunt in homine debeat quaeri, in memoria, in intellectu, in scientia, et in illis locis unde homo ad pietatem movetur, haec statuta in anima sunt, non in corporis liniamentis instructa, et tanto plus similis deo est, quanto plus haec quae memoravimus purius potuerit obtinere. Cap. LXXVI.

Septuagesimam et septimam haeresim Ametritae instituerunt, dicentes innumerabiles esse mundos. Hoc eos dicere novum putat qui non legit philosophos. Hoc enim olim aliquanti philosophorum dixere gentiles. Nos autem Moysem a deo missum suscipimus, et de mundo quid sentiamus et quid credamus ab ipso didicimus. Cap. LXXVII.

Septuagesimam et octavam haeresim Psychopneumones occuparunt, dicentes animas hominum bonas in spiritus angelorum converti, animas vero hominum malas in spiritus daemonum mutari. Cap. LXXVIII.

Septuagesimam et nonam haeresem [1]Adecerditae tenent, dicentes, Christo descendenti ad inferos omnis animarum multitudo occurrit, et credidit ei, et liberata est. Cap. LXXIX.

[1]Octogesima haeresis dicit filium dei postea genitum, postea- Cap. LXXX.
quam voluit pater; si noluisset pater, non genuisset. Esto, confiteamur aequalem filium patri: ut aequalis sit, non est res naturae, sed gratiae. Pater hoc voluit, ac per hoc totum patris est, non filii.

Cap. LXXIX. — 1. Adicerditae *MS. Aug.* — Ἀδηκερδῖται, *propter lucrum salutis in inferno Philastr. Haer. CXXII:* „Alii sunt haeretici qui dicunt dominum in infernum descendisse, et omnibus post mortem etiam ibidem se nuntiasse, ut confitentes ibidem salvarentur." *Hanc observationem acceptam referimus Cotelerio in notis ad Hermam Simil. IX, §. XVI. tom. I. PP. AA. p.* 120. *ed. Cler.* (Galland.)

Cap. LXXX. — 1. *His nomen in Elencho* Metagenetae, *in MS. nullum.* (Sirm.)

Nos e contrario dicimus. Sicut fons ex eo genuit flumen ex quo est, ita pater ex eo genuit filium ex quo est: et sicut fons non volendo et nolendo genuit fluvium, sed gignendo, ita pater non disputando, aut volendo, aut nolendo, sed sicut natura fontis hoc extat ut de plenitudine sua emanet, ita pater de plenitudine sua effundens filium genuit. Et sicut fluvius circuit totum mundum, et mare ingreditur, et tamen de sinu fontis non recedit, ita et filius de sinu patris nunquam discessit, nec tunc quando se humiliavit factus obediens usque ad mortem. Sic ergo inter nos per adsumptionem apparuit, sed per maiestatem suam de sinu patris nunquam discessit. Ut enim hoc ita fieret, nec possibilitas deo defuit nec voluntas. Unum horum si deo defuit, deus non potest nuncupari. Qui enim bonum non vult, malus est: qui non potest quod vult facere, omnipotens non est. Hanc blasphemiam damnantes in haeretico quem diximus ad ceteros accedamus.

Cap. LXXXI. Octogesimam et primam non haeresim [1]accusamus in Lucifero, sed schisma arguimus. [2]Catholicus quidem per omnia, sed Luciferianos faciendo populos, et dividendo se ab ecclesia, a fide sua [3]caritatem exclusit, dicente apostolo. [4]*Si fidem habeam ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Gloriantur quidem a fide non deviasse, sed non parvum crimen arguimus eos incurrere, qui cum dei ecclesia noluerint habere caritatem.

Cap. LXXXII. Iovinianistae a Ioviniano quodam octogesimam et secundam haeresem arripuisse detecti sunt. Qui, sicut Stoïci philosophi putant, paria dicunt esse universa peccata, nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem sanctae Mariae destruunt, dicentes eam pariendo fuisse violatam. Virginitati etiam sanctimonialium, continentium castitati, et viris eligentibus caelibem vitam, coniugium castorum atque fidelium meritis adaequant, ita ut quaedam virgines sacrae provectae iam aetatis, in urbe Romana, ubi haec docebat, eo audito nupsisse dicantur. Non sane ipse Iovinianus vel habebat vel habere volebat uxorem; quod factum non futurae vitae profuturum dicebat, sed praesenti commodo adplicabat. Contra hunc suscepit sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus, [1]quique edidit librum ad destruenda omnia commenta adinventionum eius. Quo lecto in media Romana, id est

Cap. LXXXI. — 1. accusamus in Lucifero *MS. Aug. et Dunens.* accusamus Luciferum *MS. Rem., edd. Sirm., Gall.* 2. Catholicus *MS. Aug.* Catholicos *edd. Sirm. Gall.* 3. caritatem *MS. Aug.* caritas *edd. Sirm. Gall., consentiente haud dubie MS. Rem.* 4. I Corinth. XIII, 2.
Cap. LXXXII. — 1. *Repone* qui quoque.

ecclesia Lateranensi, una voce et populus Romanus et sacerdotes in eisdem Iovinianistis et ipso Ioviniano anathema clamaverunt, in ipso initio quadragesimae, sancto Anastasio episcopo antistite. Denique in ipsa authentica hebdomada paschae inventi sunt epulantes et porcorum carnibus trahentes convivia, ita ut assum porcum, quem in mensa eorum invenerant, populi collo eius suspenderent, et ita eum per totam civitatem facerent circuire. Scripsit etiam contra hos Hieronymus presbyter certos libros, quos qui plenius legerit, et quanta bona virginitas et continentia et abstinentia habeat discit, et quanta mala edacitas et luxuria habeat perhorrescit. Cap. LXXXIII.

Octogesimam et tertiam haeresim in sexto libro historiographus noster ponit Eusebius, quam nec Epiphanius alicubi memoravit, nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodus, qui Graeco sermone universas haereses describentes volumina multorum condidere librorum. In sexto itaque, ut dixi, libro narrat Eusebius, esse in Arabia haereticos, quorum quia auctorem non memorat, nos possumus eos nuncupare Arabicos: Hi, inquit, dicunt animas cum corporibus mori atque dissolvi, et in fine saeculi utrumque reparari. Sed hos disputatione Originis magna memorat ex parte revocatos. Cap. LXXXIV.

Octogesimam et quartam haeresem Helvidianos occupasse ab Helvidio memoramus. Qui ita virginitati sanctae Mariae contradicunt, ut eam dicant de Ioseph post nativitatem Christi alios filios peperisse. Isti quidem nuper, id est sub Siricio Romanorum antistite orti sunt, et per Italiam atque Gallias direxerunt suos discipulos. Contra hos scripsit Hieronymus doctor egregius [1]duos libros, quos lectos in tempore digna eos execratione [2]anathematizabant. Epiphanius autem noster, scrutator haereticorum, scribens contra hos libellum, qui in illo tempore hanc blasphemiis plenam adsertionem proferebant, Antidicomaritas eos censuit appellari. Cap. LXXXV.

Octogesimam et quintam haeresem Paterniani inchoasse leguntur. Hi inferiores humani corporis partes non a deo, sed a diabolo factas opinantur, et omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime vivunt. Hos dum Damasus damnaret episcopus detectos in scelere, huiusmodi de his in relatione sua ad Valentinianum maiorem scripsit dicens: Scire volumus pietatem vestram [1]Venustianos in scelere turpissimo detectos ab apostolica

Cap. LXXXIV. — 1. *Non duos, sed unum scripsit doctor maximus adversus Helvidium, ut notatum Vallarsio in praefat. ad S. Hieronymi Operum tom. I. p. XXIII. num. 33.* (Gall.) 2. anathematizabunt *Ms. Aug.* anathematizabat *Ms. Dunens.*
Cap. LXXXV. — 1. *De Venustianis verba facit S. Augustinus lib. de Haeres. cap. 85., et lib. V. contra Iulian. cap. 7. num. 26. Ex hoc autem Praedestinati loco censet Baluzius Venustianos fuisse a. S. Damaso damnatos in concilio Romano II. anno CCCLXVII. coacto. Vide sis Collect. Concil. tom. II. pag. 1038 ed. Ven.-Labb. Ceterum de his haereticis consulas, si lubet, cl. Wesselingium lib.*

sede esse damnatos. Quorum etiam confessiones simul direxit. Contra hos postea lex specialis egressa est, ut ubicumque essent reperti, vindice gladio agerentur.

Cap. LXXXVI. Tertullianistas olim a Sotere papa Romano damnatos legimus. Cur autem octogesimam et sextam eos haeresem dicamus arripuisse haec causa est, quod quaedam Octaviana veniens ex Africa, cuius vir, Hesperius nomine, videbatur duci Arbogasti valde coniunctus, qui etiam apud Maximum tyrannum multum potuit, haec [1] Octaviana adduxit secum quendam tergiversatorem versutumque daemonem, cui vix centum occurrerent verbosanti atque in hominem confidenti. Hic cum se presbyterum diceret Tertullianistam, meruit per sacrum scriptum, ut sibi collegium extra muros urbis fabricaret. Quod dum impetrasset a tyranno Maximo, sanctorum nostrorum exclusit locum, id est duorum fratrum Processi et Martiniani, dicens eos Phryges fuisse, et ideo hanc legem tenuisse quam Tertullianus, atque hoc ordine per occasionem martyrum dei populum seducebat. Deo autem Theodosio religioso Augusto dante victoriam, punitoque satellite Maximi, de cuius se Tertullianista potestate iactabat, statim fugit cum matrona quae venerat, nec viventis nec mortui rumore renovato. Martyrum suorum deus excubias catholicae festivitati restituit. Tertullianus autem fuit civis et presbyter Carthaginensis. Opuscula eloquentissima et ferventia in defensione edidit veritatis. Hic apud Carthaginem basilicam habuit, ubi populi ad eum conveniebant. Quae basilica usque ad Aurelium episcopum fuit. Agente enim Augustino Hipponiensi episcopo et rationabiliter cum eis disputante conversi sunt, ecclesiamque suam sanctae ecclesiae contulerunt. Tertullianum autem catholica hinc reprehendit auctoritas, quod animam ex anima nasci dicit, et defendit Montanum et Priscam et Maximillam contra fidem catholicam, et contra Apollonium episcopum orientis, et contra Soterem papam urbis Romae, ut supra diximus, dum Cataphryges haereticos detegeremus. A quibus postea divisus, ne plebs Montani nomen Tertulliani videretur excludere, fudit a se omnem Phrygiae vanitatem, et Tertullianistarum conventicula propagavit, nihil tamen in fide mutavit. Nam et secundas nuptias condemnat, ut diximus, animam ex traduce venire adserit, et nos catholicos psychicos titulat. Ubicumque autem legeris Tertulliani adversum psychicos, scias eum contra catholicos agere.

In octogesima et septima haeresi Abeloitas nominamus. Qui cum sint priores pene omnibus haereticis, nunc nostris temporibus finiti. Isti ex filio Adae sibi nominis derivationem adsumpserant, id est ab Abel Abeloitas se nominari voluerunt. Hi non miscebantur uxoribus, et tamen non licebat sectae ipsi ut sine uxoribus viverent. Mas ergo et femina, sub continentiae professione simul habitantes puerum et puellam sibi adoptabant, in eiusdem coniunctionis pacto successores futuros. Morte praeventis quibusque singulis alii subrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Utrolibet quippe parente defuncto uni remanenti usque ad eius quoque obitum filii serviebant; post cuius mortem etiam ipsi puerum et puellam similiter adoptabant. Nec unquam eis defuit unde adoptarent, generantibus circumquaque vicinis, et filios suos inopes ad spem hereditatis alienae libenter dantibus. Haec sola erat inter nos atque illos distantia. In quo nostros arguebant ita non in lege nostra exerceri coniugia, ut et qui nubunt tanquam non nubentes sint.

Octogesimam et octavam haeresim in Pelagio se invenisse sedes apostolica sub papa sancto Innocentio docuit, dum Caelestius Pelagii discipulus apud Carthaginem doceret posse homines sine peccato esse, natura sibi sufficiente sola humana. Restitit ei quidam Paulinus diaconus, defensor et procurator ecclesiae Mediolanensis, cuique in conventu sacerdotum multa capitula obiecit contra fidem catholicam, quae Caelestius damnare neglexit, dicens, Non ad me pertinet de his quae obiecit, ubi meum nomen est, et crimen alienum. Tunc illi obtulerunt ei libros suos, ubi dicebat, ipsam sibi hominis naturam ad perfectionem posse sufficere, hoc est, tantam potest homo exercere iustitiam, ut etiam sine peccato possit esse si velit. Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus. Sic lex misit ad regnum, sicut evangelia. Infantes in remissionem peccatorum baptizandos esse ideo confitemur, propter regulam universalis ecclesiae. Nihil obfuisse generi humano peccatum Adae. Omnia haec oppositionum genera ad damnandum obiiciebantur Caelestio. Sed ille dicebat multa esse in his quae teneret fides eius, et propter ipsa cetera damnare non posse. Tunc ad relationem paene omnium Afrorum episcoporum papa Innocentius damnationem et Pelagio et Caelestio conscripsit. Illi autem, sive antequam damnarentur ab universali ecclesia, sive postea quam damnati sunt, non cessaverunt scribere posse hominem sine peccato esse, et nihil obfuisse Adam generi humano, et legem sic misisse ad regnum sicut evangelia, et infantes non ideo baptizandos, quia habere possint originale peccatum, et naturam tam bene factam a deo, ut sibi sola sufficiat ad hoc ut possit carere

Probabil. cap. 3. pag. 29. Petr. Horreum in Miscell. Crit. lib. I. c. 7. p. 105. sqq., et qui S. Damasi scripta Romae haud ita pridem evulgavit, in eiusdem pontificis opusculorum ac gestorum recensione, cap. 7. §. 4. p. 38. (Galland.)

Cap. LXXXVI. — 1. Octavia *MS. Rem., qui prius* Octaviana.

Cap. LXXXVIII.

Cap. IX. Post resurrectionem et iudicium non credamus restitutionem futuram, quam Origenes delirat, ut daemones vel impii homines post tormenta quasi suppliciis expurgati vel illi in angelicam, qua creati sunt, redeant dignitatem, vel [1]isti iustorum societati donentur; eo quod hoc divinae conveniat pietati, ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quolibet modo salvetur. Sed nos credamus ipsi iudici [2]omnium et retributori iusto qui dixit: [3]*Ibunt impii in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam, ut percipiant fructum operum* [4]*suorum.*

Cap. X. In principio creavit deus caelum et terram et aquam ex nihilo. Et cum adhuc tenebrae ipsam aquam occultarent, et [1]aqua terram absconderet, facti sunt angeli et omnes caelestes virtutes, ut non esset otiosa dei bonitas, sed haberet in quibus per multa ante spatia bonitatem suam ostenderet, et ita hic visibilis mundus [2]ex his quae creata fuerant factus est et ornatus.

Cap. XI. Nihil incorporeum et invisibile [1]natura credendum nisi solum deum, id est patrem et filium et spiritum sanctum. [2]Qui ex eo in-

ruptionem *delerit Elmenh., ex auctor. sui cod. Florent.* 5. immutandos *ed. Elmenh.* 6. mortalitatem praesentis vitae immutatione *MSS. quidam apud Benedictinos, cod. Florent., et inde edit. Elmenh.*

Cap. IX. — 1. iniusti *edit. Elmenh., cum cod. Florent., conspirantibus pluribus codd. MSS. Benedictinorum.* 2. omnium retributori iustorum *ed. Elmenh. ex auctor. cod. Florent.* 3. Matth. XXV, 46. 4. *Post* suorum *Elmenh. ex cod. Florent. adiecit* et iterum: Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.

Cap. X. — 1. aquam terra *ed. Bened.* 2. ex materia quae a deo facta fuerat *edit. Elmenh.*

Cap. XI. — 1. in natura *ed. Elmenh. ex auctorit. cod. Florent.* 2. Qui ideo recte incorporeus *ed. Elmenh.*

corporeus creditur, quia ubique est et omnia implet atque constringit: [3]et ideo invisibilis omnibus creaturis, quia incorporeus est.

Creatura omnis corporea est, angeli et omnes caelestes virtutes [1]corporeae, licet non carne subsistant. Ex eo autem corporeas esse credimus intellectuales creaturas, quod localiter circumscribuntur, sicut et anima [2]humana, quae carne clauditur, et daemones, qui per substantiam angelicae naturae sunt. Cap. XII.

Immortales esse credimus intellectuales naturas, quia carne carent nec habent quo cadant, ut resurrectione egeant [1]post ruinam. Cap. XIII.

Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum [1]seminatas, sicut Luciferiani, Cyrillus et aliqui Latinorum praesumptores affirmant, quasi naturae [2]consequentiam servantes. Sed dicimus creationem animae solum creatorem omnium nosse, et corpus tantum per coniugii copulam seminari, dei vero iudicio coagulari in vulva et compingi atque formari, ac formato iam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia. Cap. XIV.

Neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Iacobus et alii [1]Syrorum scribunt, unam animalem, qua animetur corpus et immixta sit sanguini, et alteram spiritalem, quae rationem ministret: sed dicimus unam esse eandemque animam in homine, quae et corpus sua societate vivificet, et semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii, ut [2]in suae substantiae eligat cogitatione quod vult. Cap. XV.

Solum hominem credimus habere animam substantivam, quae exuta corpore vivit, et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet. [1]Neque cum corpore moritur, sicut [2]Aratus asserit, neque post modicum intervallum, sicut Zenon dicit, quia substantialiter [3]vivit. Cap. XVI.

Animalium vero animae non sunt [1]substantivae, sed cum carne ipsa carnis [2]vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur et Cap. XVII.

3. Ideo et *ed. Elmenh.*

Cap. XII. — 1. *MSS. aliquot* corpore. (Bened.) 2. humana *om. ed. Elmenh.*

Cap. XIII. — 1. *Ita edit. Bened., et cod. Florent.* post ruinam necessaria *edit. Elmenh.*

Cap. XIV. — 1. *Vulgo* seminantur, *ante Elmenh. et Benedict.* 2. *MSS. sex* consequentia servientes: *alii tres* consequentia serviente. (Benedict.)

Cap. XV. — 1. Syrorum disputatores scribunt *edit. Elmenh., ex auctor. cod. Florent.* 2. *MSS. omnes* in sua substantia. (Bened.)

Cap. XVI. — 1. Non *edit. Elmenh.* 2. *MSS. omnes* Arabs. (Bened.) *Elmenh. ex cod. Florent. edidit* Aratus aut Epicurea vanitas asserit. 3. *Elmenh. ex cod. Florent. auctoritate edidit* vivit, et rationem suam tenet.

Cap. XVII. — 1. *MSS. aliquot* substantiae, *alii* substantes. (Bened.) 2. in nativitate *edit. Elmenh., ex cod. Florent.*

moriuntur: et ideo nec ratione [3]reguntur, sicut Plato et Alexander [4]putant, sed ad omnia naturae [5]incitamento ducuntur.

Cap. XVIII. Anima humana non cum carne moritur, [1]quia non cum carne, ut superius diximus, seminatur, sed formato in ventre matris corpore dei iudicio creatur et infunditur, ut vivat homo intus in utero, et sic procedat nativitate in mundum.

Cap. XIX. Duabus substantiis tantum constat homo, anima et [1]carne, anima cum ratione sua, et [2]carne cum sensibus [3]suis. Quos tamen sensus absque animae societate non movet [4]caro. Anima vero et sine [5]carne [6]rationale suum tenet.

Cap. XX. Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima, pro spiritali natura vel pro eo quod spiret in corpore spiritus [1]appellatus. Anima vero ex eo vocatur quod ad vivendum vel ad vivificandum animet corpus. [2]Tertium vero qui ab [3]apostolo cum anima et corpore inducitur, [4]spiritum gratiam [5]sancti spiritus esse intelligamus, quam orat apostolus ut integra perseveret in nobis, ne nostro vitio aut minuatur aut fugetur a nobis, quia [6]*Spiritus sanctus effugiet fictum.*

Cap. XXI. Libertati arbitrii sui commissus est homo statim in [1]prima conditione, ut [2]sola vigilantia mentis [3]adnitente [4]etiam in praecepti custodia perseveraret, si vellet in eo quod creatus fuerat permanere. Postquam vero seductione serpentis per Evam cecidit, naturae bonum perdidit, pariter et vigorem arbitrii, non tamen electionem, ne non esset suum quod [5]emendaret peccatum, nec merito indulgeretur quod non arbitrio diluisset. Manet itaque ad quaerendam salutem arbitrii libertas, id est rationalis [6]voluntas, sed ad-

3. reguntur, nec vivunt, sicut *edit. Elmenh., ex cod. Florent.* 4. disputant *cod. Florent.* 5. incitamenta *ed. Elmenh.*

Cap. XVIII. — 1. quia nec carnis, ut superius diximus, semen est, sed *cod. Florent.*

Cap. XIX. — 1. carne *edit. Bened. et cod. Florent.* corpore *edit. Elmenh.* 2. carne *edit. Bened. et cod. Florent* corpore *edit. Elmenh.* 3. suis, id est visu, auditu, gustu, odoratu, tactu *cod. Florent.* 4. caro *edit. Bened. et cod. Florent.* corpus *edit. Elmenh.* 5. carne *edit. Bened. et cod. Florent.* corpore *ed. Elmenh.* 6. rationem suam integram tenet *cod. Florent.*

Cap. XX. — 1. appellatur *edit. Elmenh.* 2. Tertium *edit. Bened. et cod. Florent.* Tertius *edit. Elmenh.* 3. I Thessal. V, 23. 4. spiritum gratiam *edit. Bened. et cod. Florent.* spiritus, gratiam *edit. Elmenh.* 5. spiritus sancti *edit. Elmenh.* 6. Sapient. I, 5.

Cap. XXI. — 1. prima mundi conditione *edit. Elmenh., de auctor. cod. Florent.* 2. sola *edit. Bened., et cod. Florent.* salva *edit. Elmenh., sed per errorem, puto, operarum.* 3. *Ita edit. Bened., Elmenh., et cod. Florent. Alii* admittente. 4. etiam praecepti custodia *:alii" apud Elmenh.* 5. emendaret *MSS. plures Benedictinorum, cod. Florent. et edit. Bened.* evitaret, *quae est vulgata scriptura, ed. Elmenh.* 6. *Nonnulli codices sic prosequuntur* non tamen ad obtinendam sine illo qui quaerentes facit invenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium deo miserante et inspirante habere nos credimus, ita arbitrium

monente prius deo et invitante ad salutem, ut vel eligat vel sequatur vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione dei. Ut autem consequatur quod eligit vel quod sequitur vel quod occasione agit, dei esse libere confitemur. Initium ergo salutis nostrae deo miserante habemus: ut acquiescamus salutiferae inspirationi, nostrae potestatis est: ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, divini est muneris: ut non labamur [7]ab adepto salutis munere, sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii: ut labamur, potestatis nostrae [8]et [9]ignaviae.

Firmissime credendum est in praevaricatione Adae omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, et neminem de profundo illius ruinae per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia dei miserantis erexerit. [1]Liberum enim arbitrium ille perpessus dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in praevaricationis profunda demersus est, et nihil quemadmodum exinde surgere posset invenit, suaque in aeternum libertate deceptus huius [2]ruinae latuisset oppressu, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus, qui per novae regenerationis purificationem omne [3]praeteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit. (Cap. XXII.)

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille [1]donet qui solus est bonus. (Cap. XXIII.)

Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium dei perseverantiam bonae conversationis acceperit. (Cap. XXIV.)

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data praedicat, [1]dicens: Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius utitur, in praevaricationem praesumptione incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinae libertatis Christi domini reformasset adventus. (Cap. XXV.)

naturae nostrae sequax esse divinae inspirationis libere confitemur. Igitur ut non labamur *cett. Id vero ab homine catholico insertum putant propter latentem illic Pelagianorum errorem.* (Bened.) 7. in adepto *edit. Elmenh.* 8. est et *edit. Elmenh.* 9. *Post* ignaviae *cod. Florent. addit* id est rationabilis voluntatis. *In edit. Elmenh. haec sequuntur:* non tamen ad obtinendam sine illo qui quaerentes facit invenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium salutis nostrae deo miserante et inspirante habere nos credimus: ita arbitrium nostrae naturae sequax esse divinae inspirationis libere confitemur. Igitur ut non labamur a bono vel naturae vel meriti, sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii: ut labamur, potestatis nostrae et ignaviae. *Elmenhorstius tantum extrema illa* Igitur ut non labamur — — ignaviae *abundare censuit, et delenda ut spuria.*

(Cap. XXII.) — *V. Caelestini papae epist. ad Galliarum episcopos (Augustini Opp. ed. Bened. tom. X, Append. p. 88 sqq.) cap. 4.* 1. *Cf. Innocentii papae epist. 181. ap. Augustin. num. 7.* (Bened.) 2. *Sic MSS. et edit. a. 1524. Aliae quaedam editiones* ruina iacuisset oppressus. (Bened.) 3. *MSS.* praeteriti. (Bened.)

(Cap. XXIII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episcopos cap. 5.* 1. donaverit *ed. Elmenh.*

(Cap. XXIV.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 5.*

(Cap. XXV.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 6.* 1. *Cf. Innocentius epist. 182. inter Augustin. num. 3.*

(Cap. XXVI.) Quod omnia studia et omnia opera ac merita sanctorum ad dei gloriam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placeat nisi ex eo quod ipse donaverit: in quam nos sententiam dirigit beatae recordationis [1] papae Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait, Nos autem instinctu dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt unde nascuntur) ad fratrum et coëpiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. Hunc autem sermonem [2] sincerissima veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eundem virum scriberent: Illud vero quod in litteris, quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti dicens, Nos tamen instinctu dei etc. sic accipimus dictum, ut illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostrae humilitatis conscientiam retulisti, et tamen instinctu dei factam esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti? Ideo utique, quia praeparatur voluntas a domino, et ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse [3] tangit corda [4] filiorum. [5] *Quicunque enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt*: ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque voluntatis humanae singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

(Cap. XXVII.) Ita deus [1] ex cordibus hominum atque in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium omnisque motus bonae voluntatis ex deo sit: quia per illum aliquid boni possumus sine quo nihil possumus.

(Cap. XXVIII.) Quicunque dixerit gratiam dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quae iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium [1] gratiae ut non committantur, anathema sit.

(Cap. XXIX.) Quisquis dixerit gratiam dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quia per [1] ipsum nobis revelatur et aperitur intelligentia [2] mandatorum, ut sciamus quid appetere et quid vitare debeamus, non autem per illam nobis praestari, ut quod faciendum cognovimus etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit.

(Cap. XXX.) Obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quae ab apostolis tradita in toto mundo atque in omni catholica ecclesia uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium praesules mandata sibimet legatione fungantur apud divinam clementiam, humani generis agunt causam, et tota secum ecclesia congemiscente postulant et precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatrae ab impietatis suae liberentur erroribus, ut Iudaeis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut haeretici catholicae fidei [1] perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivae caritatis accipiant, ut lapsis paenitentiae remedia conferantur, ut denique cate-

(Cap. XXVI.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 4.* 1. *Zosimi papae epistola non magis hodie extat quam Afrorum episcoporum.* 2. sincerissimae *ed. Elmenh.* 3. tangat *ed. Elmenh.* 4. *Editi* fidelium. *Aptius MSS.* filiorum. (Bened.) *Etiam edit. Elmenh. habet* filiorum. 5. Rom. VIII, 14.

(Cap. XXVII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episcop. cap. 9.* 1. in cordibus *extat in epist. Caelestini.*

(Cap. XXVIII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 10.* 1. gratiae *non habet epist. Caelestini ap. Benedictinos.*

(Cap. XXIX.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 10.* 1. ipsam *legitur in Carthag. Concil., ex quo haec et superiora petita sunt.* 2. mandatorum dei *habet epist. Caelestini.*

(Cap. XXX.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 11.* 1. *MSS.* perfectione. (Bened.)

chumenis ad regenerationis sacramenta perductis caelestis misericordiae aula reseretur. Haec autem non perfunctorie neque inaniter a domino peti rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suae, et ex vasis irae faciat vasa misericordiae. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut haec [2] efficienti deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referantur.

(Cap. XXXI.) Illud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit non otioso [1] contemplamur intuitu, cum sive parvuli, sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeant quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat [2] quomodo princeps mundi huius mittatur foras, et quomodo prius alligetur fortis, et deinceps vasa eius diripiantur, in possessionem translata victoris, *qui captivam ducit captivitatem, et dat dona* [3] *hominibus.*

(Cap. XXXII.) Omnium bonorum affectuum atque operum, et omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum profitemur auctorem, et non dubitamus ab ipsius gratia omnia hominis merita praeveniri, per quem fit ut aliquid boni et velle incipiamus et facere. Quo utique auxilio et munere dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas dei, ut nostra velit esse merita quae sunt ipsius dona, et pro his quae largitus est aeterna praemia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult et velimus et agamus: nec otiosa esse in nobis patitur quae exercenda non negligenda donavit, [1] ut et nos cooperatores simus gratiae dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicite recurramus, [2] *qui sanat omnes languores nostros, et redimit de interitu vitam nostram*, et cui quotidie dicimus, *Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.*

(Cap. XXXIII.) Quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut, sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in [1] corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit.

(Cap. XXXIV.) Quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod lavacro regenerationis expietur, unde [1] fit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait [2] apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*, nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim [3] regulam fidei etiam parvuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo

2. efficiente *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXI.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 12.* 1. contemplemur *habet Caelestini epist. apud Benedictinos.* 2. quando *edit. Elmenh.* 3. Iohann. XII, 31. Matth. XII, 29. Marc. III, 27. Psalm. LXVII, 19. Ephes. IV, 8.

(Cap. XXXII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 12.* 1. et ut *legitur in epist. Caelestini apud Benedictinos.* 2. Psalm. CII, 3. Matth. VI, 13.

(Cap. XXXIII.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. (in Augustini Opp. edit. Benedict. tom. X, Append. p. 71 sq.) cap. 1.* 1. corpore hoc, id est *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXIV.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 2.* 1. sit *ed. Elmenh.* 2. Rom. V, 12. 3. fidei regulam *edit. Elmenh.*

[4]in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

(Cap. XXXV.) Quod ait sanctus [1]Iohannes apostolus, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est:* quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia [2]vere ita est, anathema sit. Sequitur enim apostolus et adiungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et iustus, qui remittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate.* Ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere, Si dixerimus [3]quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, et humilitas in nobis non est. Sed cum ait, *Nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est*, satis ostendit eum, qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

(Cap. XXXVI.) Quicunque dixerit in oratione dominica ideo dicere sanctos, *Dimitte nobis debita nostra*, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed, Dimitte nobis [1]debita nostra, ut hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et iustus erat apostolus Iacobus, cum dicebat, [2]*In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est Omnes, nisi ut ista sententia conveniret [3]et psalmo, ubi legitur: *Ne intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Et in oratione sapientissimi [4]Salomonis: *Non est homo qui non peccet.* Et in libro sancti [5]Iob: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Unde etiam Daniel sanctus et iustus, cum in oratione pluraliter diceret: [6]*Peccavimus, iniquitatem fecimus*, et cetera, quae ibi [7]veraciter et humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui dixisse peccatis, postea dixit, [8]*Cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei domino deo meo:* noluit dicere Peccata nostra, sed populi sui dixit et sua, [9]quia futuros istos, qui tam male [10]intelligunt, tanquam propheta praevidit.

(Cap. XXXVII.) Quicunque ipsa verba dominicae orationis ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, [1]et non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, et corde dicit quae sibi dimittentur debita non habere?

(Cap. XXXVIII.) Si quis per offensam praevaricationis Adae non totum, id est secundum corpus et animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animae libertate illaesa durante corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversatur scripturae dicenti, [1]*Anima quae peccaverit, ipsa morietur:*

4. in peccatorum remissionem *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXV.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 7.* 1. I Ioh. I, 1. 2. veritas est *edit. Elmenh.* 3. quia *non habet edit. Elmenh.*

(Cap. XXXVI.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 8.* 1. peccata *edit. Elmenh.* 2. Iacob. III, 2. 3. et *om. edit. Elmenh.* — Psalm. CXLII, 2. 4. Eccles. VII, 21. 5. Iob. XXXVII, 7. 6. Daniel IX, 5. 7. vivaciter *edit. Elmenh.* 8. Daniel IX, 20. 9. quoniam *edit. Elmenh.* 10. intelligerent *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXVII.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 9.* 1. et *om. ed. Elmenh.*

(Cap. XXXVIII.) *V. Concil. Arausicum II. de Gratia et Libero Arbitrio (in Augustini Opp. ed. Benedict. tom. X, Append. p. 106.) cap. 1.* 1. Ezech. XVIII, 20. Rom. VI, 16.

et, *Nescitis quoniam [2]cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis eius cui obeditis,* et, *A quo quis superatur, eius [3]et servus [4]addicitur.*

(Cap. XXXIX.) Si quis soli Adae praevaricationem suam, non etiam eius propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, quae poena peccati est, non autem et peccatum, quod mors est animae, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam deo dabit, contradicens apostolo dicenti: [1]*Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines [2]mors pertransiit, in quo [3]omnes peccaverunt.*

(Cap. XL.) Si quis invocatione humana gratiam dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Esaiae prophetae, vel apostolo idem [1]dicenti: *Inventus sum a non quaerentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant.*

(Cap. XLI.) Si quis ut a peccato purgemur voluntatem nostram deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per sancti spiritus infusionem et operationem in nobis fieri confitetur, resistit ipsi spiritui sancto, per Salomonem [1]dicenti: *Praeparatur voluntas a domino*, et apostolo salubriter [2]praedicanti: *Deus est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate.*

(Cap. XLII.) Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui iustificat impium, et ad regenerationem sacri baptismatis pervenimus, non [1]per gratiae donum, id est per inspirationem spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, [2]beato Paulo dicente, *Confidimus quia qui coepit in vobis bonum opus perficiet usque in diem [3]domini nostri Christi Iesu:* et illud, *Vobis datum est pro Christo, non solum, ut in eum credatis, [4]sed etiam ut pro illo patiamini*, et, [5]*Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, dei enim donum est.* Qui enim fidem, qua in deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.

(Cap. XLIII.) Si quis sine gratia dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, [1]laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus, nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel haec omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionem et inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur, et aut humilitati aut obedientiae humanae subiungit gratiae adiutorium, nec ut obedientes et humiles simus ipsius gratiae donum esse consentit, resistit apostolo [2]dicenti: *Quid enim habes quod non accepisti?* et, *Gratia dei sum id quod sum.*

(Cap. XLIV.) Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione

2. *Verba* cui exhibetis — — — estis eius *desiderantur in edit. Elmenh.* 3. et *om. edit. Elmenh.* 4. adiicitur *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXIX.) *V. Concil. Araus. II. cap. 2.* 1. Rom. V, 12. 2. mors *om. edit. Elmenh.* 3. omnes homines *edit. Elmenh.*

(Cap. XL.) *V. Concil. Araus. II. cap. 3.* 1. Esai. LXV, 1. Rom. X, 20.

(Cap. XLI.) *V. Concil. Araus. II, cap. 4.* 1. Proverb. VIII, 35, *secundum LXX.* 2. Philipp. II, 13.

(Cap. XLII.) *V. Concil. Araus. II. c. 5.* 1. per *om. ed. Elmenh.* 2. beato apostolo Paulo *edit. Elmenh.* — Philipp. I, 6. 29. 3. domini nostri *om. edit. Elmenh.* 4. verum *edit. Elmenh.* 5. Ephes. II, 8.

(Cap. XLIII.) *V. Concil. Araus. II. cap. 6.* 1. laborantibus, vigilantibus *om. edit. Elmenh.* 2. I Corinth. IV, 7. XV, 10.

spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo [1] et credendo veritati, haeretico fallitur spiritu, non intelligens vocem dei in evangelio [2] dicentis: *Sine me nihil potestis facere*; et illud [3] apostoli: *Non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.*

(Cap. XLV.) Si quis alios [1] misericordia, alios vero per liberum arbitrium (quod in omnibus qui de praevaricatione primi hominis nati sunt constat esse vitiatum) ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. [2] Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum; aut certe ita laesum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione dei [3] mysterium salutis aeternae per semetipsos [4] conquirere. Quod quam sit contrarium ipse [5] dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem pater attraxerit. Sicut et Petro [6] dicit: *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelis est*: et [7] apostolus: *Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.*

(Cap. XLVI.) Arbitrium [1] voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum nisi a quo potuit dari non potest reddi. Unde [2] ipsa veritas dicit: *Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.*

(Cap. XLVII.) Natura humana, etiam si in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuvante servaret. Unde cum sine dei gratia salutem non [1] possit custodire quam accepit, quomodo sine [2] gratia dei poterit reparare [3] quam perdidit?

(Cap. XLVIII.) Sicut eis, qui volentes in lege iustificari a gratia exciderunt, verissime dicit [1] apostolus, *Si in lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est:* sic [2] et his, qui gratiam quam commendat et percipit fides Christi putant esse naturam, verissime dicitur: Si [3] ex natura iustitia est, ergo gratis Christus mortuus est. Iam hic enim erat lex, et non iustificabat: iam hic erat et natura, et non iustificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut et lex per illum impleretur qui [4] dixit, *Non veni solvere legem, sed* [5] *adimplere*, et natura per Adam perdita per illum repararetur qui [6] dixit *venisse se quaerere et salvare quod perierat.*

(Cap. XLIX.) Secundum supra dictas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc deo propitiante et praedicare debemus et credere, quod per peccatum primi hominis [1] ita inclinatum et attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere deum sicut oportuit, aut credere in deum, aut operari propter deum quod bonum est, possit, [2] nisi gratia eum et misericordia divina praevenerit. Unde [3] Abel iusto et Noë et Abrahae et Isaac et Iacob, omnique antiquorum sanctorum multitudini, illam praeclaram fidem, quam in ip-

(Cap. XLIV.) *V. Concil. Araus. II. cap.* 7. 1. et in credendo veritatem *edit. Elmenh.* 2. Ioh. XV, 6. 3. II Corinth. III, 5.

(Cap. XLV.) *V. Concil. Araus. II. cap.* 8. 1. per misericordiam *edit. Elmenh.* 2. Ille *edit. Elmenh.* 3. ministerium *edit. Elmenh.* 4. posse conquirere *edit. Elmenh.* 5. Ioh. VI, 44. 6. Matth. XVI, 17. 7. I Corinth. XII, 3.

(Cap. XLVI.) *V. Concil. Araus. II. cap.* 13. 1. *Nonnulli MSS.* libertatis. (Bened.) 2. ipsa *om. edit. Elmenh.* — Ioh. VIII, 36.

(Cap. XLVII.) *V. Concil. Araus. II. c.* 19. 1. posset *ed. Elmenh.* 2. dei gratia *edit. Elmenh.* 3. quod *edit. Elmenh.*

(Cap. XLVIII.) *V. Concil. Araus. II. cap.* 21. 1. Galat. II, 21. 2. eis *edit. Elmenh.* 3. per naturam *edit. Elmenh.* 4. Matth. V, 17. 5. implere *edit. Elmenh.* 6. Luc. XIX, 10.

(Cap. XLIX.) *V. Concil. Araus II. cap.* 25. 1. ita genus humanum sit inclinatum, ut nullus postea *edit. Elmenh.* 2. nisi eum gratia misericordiae divinae *edit. Elmenh.* 3. et Abel *edit. Elmenh.*

sorum laude praedicat apostolus [4] Paulus, non per bonum naturae, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam dei credimus fuisse collatam. Quam gratiam etiam post adventum domini omnibus qui baptizari desiderant non in libero arbitrio haberi, sed Christi novimus simul et credimus largitate conferri, secundum illud, quod iam [5] supra dictum est, et praedicat [6] apostolus Paulus: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro* [7] *illo patiamini*: et illud: [8] *Deus, qui coepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem domini nostri* [9] *Iesu Christi*: et illud: [10] *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, dei enim donum est*: et quod de seipso ait [11] apostolus: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*: non [12] dixit Quia eram, sed Ut essem: et [13] illud: *Quid habes quod non accepisti?* et [14] illud: *Omne datum bonum, et omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum*: et [15] illud: *Nemo habet quidquam boni nisi illi datum fuerit de super.*

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod [1] accepta per baptismum gratia omnes baptizati Christo auxiliante et cooperante, quae ad [2] salutem pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate praedestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. (Cap. L.)

In omni opere bono non nos incipimus, et postea per dei misericordiam adiuvamur, sed ipse nobis, nullis praecedentibus bonis meritis, et fidem et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum cum ipsius adiutorio ea quae sibi sunt placita implere possimus. Unde manifestissime credendum est quod et illius latronis, quem dominus ad paradisi patriam revocavit, et Cornelii centurionis, ad quem angelus domini missus est, [1] et Zachaei, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed [2] divinae largitatis donum. (Cap. LI.)

Baptisma unum est, sed in ecclesia, ubi una fides est, ubi in nomine patris et filii et spiritus sancti datur. Et ideo si qui apud illos haereticos baptizati sunt, qui in sanctae trinitatis confessione baptizant, et veniunt ad nos, recipiantur quidem [1] quasi baptizati, ne sanctae trinitatis invocatio vel confessio annulletur, sed doceantur [2] ante et instruantur quo sensu sanctae trinitatis mysterium in ecclesia teneatur: et si consentiunt credere, vel acquiescunt confiteri, purgati iam fidei integritate confirmentur manus impositione. Si vero parvuli sunt vel hebetes, qui doctrinam non capiant, re- Cap. XXII. (Cap. LII.)

4. Hebr. XI, 4. 7. 8. 5. saepe *edit. Elmenh.* 6. Paulus apostolus *edit. Elmenh.* — Philipp. I, 29. 7. eo *edit. Elmenh.* 8. Philipp. I, 6. 9. Iesu Christi *om. edit. Elmenh.* 10. Ephes. II, 8. 11. I Corinth. VII, 25. 12. dixit *ediderunt Bened.* 13. I Corinth. IV, 7. 14. Iacob. I, 17. 15. Ioh. III, 23. 16. boni *om. edit. Elmenh.*

(Cap. L.) *V. Concil. Araus. II. cap.* 25. 1. post acceptam baptismi gratiam *cod. ms. Lugdunensis, et edit. Elmenh.* 2. salutem animae pertinent *edit. Elmenh.*

(Cap. LI.) *V. Concil. Araus. II. cap.* 25. 1. Zachaeique *edit. Elmenh.* Luc. XXIII, 43. XIX, 2. 2. sed divinae largitatis donum *edit. Bened.* sed gratiae largitate donata *cod. ms. Lugdun.* sed divinae gratiae largitate donata *edit. Elmenh.* sed de divinae largitatis dono *codd. mss. Remensis et Bellovacensis.*

Cap. XXII. — 1. ut *edit. Elmenh.* 2. integre et *edit. Elmenh.*

spondeant pro illis qui eos offerunt iuxta [3]morem baptizandi, et sic manus impositione et chrismate communiti eucharistiae mysteriis admittantur. Illos autem qui non [4]in sanctae trinitatis invocatione apud haereticos baptizati sunt, et veniunt ad nos, baptizari debere pronuntiamus, non rebaptizari. Neque enim credendum est eos fuisse baptizatos qui non in nomine patris et filii et spiritus sancti iuxta regulam a domino positam tincti sunt: ut sunt [5]Paulianistae, Procliani, Borboritae, [6]Siphori, qui nunc vocantur Bonosiani, Photiniani, [7]Montanitae, Manichaei, [8]varia impietatis germina, vel ceterae istorum originis sive ordinis pestes, quae duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon et Marcion, vel contraria, ut Manichaeus, vel [9]tria et barbara, ut Sethianus et [10]Theodosius, vel [11]multa, ut Valentinus, vel Christum hominem fuisse absque deo, ut Cerinthus, Hebion, Artemon et Photinus. Ex istis, inquam, si qui ad nos venerint, non requirendum ab eis utrum baptizati sint, an non, sed hoc tantum, si credant [12]in ecclesiae fidem, et baptizentur [13]ecclesiastico baptismate.

Cap. XXIII. (Cap. LIII.) Quotidie [1]eucharistiae communionem percipere nec laudo nec [2]vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo et hortor, si tamen mens [3]in affectu peccandi non sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis dico eucharistiae perceptione quam [4]purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetero voluntatem, et communicaturus satisfaciat lacrimis et orationibus, et confidens de domini miseratione, qui peccata piae confessioni donare consuevit, accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia [5]et mortalia peccata non gravant: nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica paenitentia satisfacere, et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium et condemnationem

3. nomen „*alii*" *apud Elmenh.* 4. in *om. ed. Elmenh.* 5. *Sic MSS. At editi* Paulini (Bened.) Paulini *habet etiam edit. Elmenh., nulla notata cod. Florent. variante scriptura.* 6. Siphori qui nunc *edit. Bened. et Elmenh.* Siphori, Photiniani, qui nunc *cod. ms. I. Bapt. Cotelerii, qui inde emendandum suadet* Saccophori, Photiniani, qui nunc *in Eccl. Gr. Monum. tom. I, p. 776 sq. In cod. Florent. teste Elmenhorstio totus hic locus ita se habet* Simphori (*sic*), Fortuniani, Montanitae, qui et Priscilliani vel Maximiani atque Manichaei. 7. Montanitae qui et Priscilliani et Manichaei *edit. Elmenh.* 8. variaque *edit. Elmenh.* 9. tetra ut Baida *cod. Florent.* 10. *MSS.* Thodotus *vel* Theudotus (Bened.) Theodotus *cod. Florent.* 11. hiulca *cod. Florent.* 12. in *om. edit. Elmenh.* 13. ecclesiastico id est catholico baptismate *cod. Florent.*

Cap. XXIII. — 1. eucharistiam percipere „*alii*" *ap. Elmenh.* 2. reprehendo „*alii*" *ap. Elmenh.* 3. *Sic MSS. At editi* [*et Elmenh.*] sine affectu peccandi sit. (Bened.) non affectu peccandi insit *cod. Florent.* 4. purgari *cod. Florent.* 5. et mortalia *om. cod. Florent.*

sui eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus, [6]sed mutato prius seculari habitu, et confesso religionis studio per vitae correctionem, et iugi, [7]immo perpetuo luctu miserante [8]deo; ita dumtaxat, ut contraria pro [9]iis quae paenitet agat, et eucharistiam omnibus dominicis diebus supplex et submissus usque ad mortem percipiat.

Paenitentia vera est paenitenda non admittere et admissa deflere. Satisfactio paenitentiae est, causas peccatorum [1]excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Cap. XXIV. (Cap. LIV.)

In divinis [1]repromissionibus nihil terrenum vel transitorium expectemus, sicut [2]Meletiani sperant, non nuptiarum copulam, sicut Cerinthus et Marcion [3]delirant, non quod ad cibum vel ad potum pertinet, sicut [4]Papia auctore Irenaeus et Tertullianus et Lactantius acquiescunt. Neque [5]per mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum et sanctos cum illo in deliciis regnaturos speremus, sicut Nepos docuit [6]primam iustorum resurrectionem et secundam [7]impiorum, et inter has duas mortuorum resurrectiones gentes ignorantes deum in angulis terrarum in carne [8]reservandas, quae post mille annos regni in terra iustorum instigante diabolo movendae [9]sint ad pugnam contra iustos [10]regnantes, et domino pro iustis pugnante imbre igneo compescendas, atque ita mortuas cum ceteris in impietate [11]ante mortuis ad aeterna supplicia in incorruptibili carne [12]resuscitandas. Cap. XXV. (Cap. LV.)

Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire, nullum invitatum salutem suam nisi deo auxiliante operari, nullum nisi orantem auxilium promereri, nullum dei voluntate perire, sed [1]permissu, pro electione arbitrii, ne [2]ingenuitas potestatis semel homini attributa ad servilem cogatur necessitatem. Cap. XXVI. (Cap. LVI.)

Malum vel [1]malitiam non esse a deo creatam sed a diabolo inventam, qui et ipse bonus a deo creatus est. Sed quia libero arbi- Cap. XXVII. (Cap. LVII.)

6. scilicet *cod. Florent.* 7. ieiunio *cod. Florent.* 8. deo veniam consequatur, ita *edidit Elmenhorst. de auctoritate cod. Florent.* 9. iis *cod. Florent., et edit. Bened.* his *edit Elmenh.*

Cap. XXIV. — 1. eradere *cod. Florent.*

Cap. XXV. — 1. promissionibus *edit. Elmenh.* 2. Melitani *edit. Elmenh.* 3. delectantur *habent libri mss. testt. Benedictinis.* 4. *Cf. Hieron. de Scriptt. Eccles. cap. 18. — Cod. Florent. pro* Papia *habet* Papias. „*Alii*" Papiae *ap. Elmenh.* 5. post *edit. Elmenh.* 6. qui primam *edit. Elmenh.* 7. impiorum confinxit. Et *edit. Elmenh.* 8. servandas *edit. Elmenh.* 9. sunt *edit. Elmenh.* 10. repugnantes *cod. Florent.* 11. ante *om. cod. Florent.* 12. *Addit cod. Florent.* et istam superstitionem valde devitamus.

Cap. XXVI. — 1. per se ipsum *edit. Elmenh.* 2. ingenuitatis libertas atque potestas *edit. Elmenh.*

Cap. XXVII. — 1. malitia non est a deo creata, sed a diabolo inventa, quia et *edit. Elmenh.*

trio, utpote rationalis creatura, [2]commissus est, et cogitandi acceperat facultatem, scientiam boni vertit ad malum, et multa cogitando factus est inventor mali et quod in se perdiderat, invidit in aliis, nec contentus solus perire suasit aliis, ut qui esset suae malitiae inventor, fieret et aliorum auctor, et ex eo malum vel malitia percurrit in ceteras rationales creaturas.

Cap. XXVIII. (Cap. LVIII.) Unde cognoscimus nihil esse natura immutabile nisi solum deum [1]patrem et filium et spiritum sanctum, qui mutari non potest a bono, quia natura possidet bonum, nec potest aliud quid esse quam bonum.

Cap. XXIX. (Cap. LIX.) Angeli vero, qui in illa qua creati sunt beatitudine perseverant, non natura possident bonum, ut non mutarentur cum ceteris, sed [1]arbitrii servantes bonam voluntatem et bonum conditionis et fidem suo domino [2]servaverunt. Unde et merito ab ipso domino sancti angeli vocantur, quod [3]tenuerint arbitrii sanctitatem, nec sociorum exemplo [4]deviaverint a bono.

(Cap. LX.) Fides vera, quae est catholica, omnium creaturarum sive spiritalium sive corporalium bonam confitetur substantiam, et mali nullam esse naturam: quia deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Unde et diabolus bonus esset, si in eo [1]quod factus est permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est et in veritate non stetit, non in contrariam substantiam transiit, sed a summo bono, cui debuit adhaerere, discessit.

(Cap. LXI.) Virtutes angelicae quae in divino amore fixae [1]perstiterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc munere retributionis acceperunt, ut nulla iam rubigine subripientis culpae mordeantur, ut et in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, et in hoc sic conditae aeterna stabilitate subsistant.

(Cap. LXII.) Tales creati sunt angeli, ut, si vellent, in beatitudinis luce persisterent, si autem vellent, etiam labi potuissent. Unde et Satan cum sequentibus legionibus cecidit. Sed post eius lapsum ita confirmati sunt angeli qui perstiterunt, ut cadere omnino non possent, quia ne omnino iam caderent, virtutem incommutabilitatis acceperunt.

Cap. XXX. (Cap. LXIII.) Bonae sunt nuptiae, sed causa filiorum et [1]compescendae fornicationis obtentu.

Cap. XXXI. (Cap. LXIV.) Melior est continentia, sed non [1]sibi sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore pudicitiae [2]retentetur, sed si [3]et hoc cum affectu

2. a deo commissus est *edit. Elmenh.*

Cap. XXVIII. — 1. esse perennem et filium *cod. Florent.*

Cap. XXIX. — 1. arbitrio *edit. Elmenh.* 2. rependendo. Propter quod et merito *edit. Elmenh.* 3. tenuerunt *edit. Elmenh.* 4. deviaverunt *edit. Elmenh.*

(Cap. LX.) *In ante editis tria ista capitula* [*LX., LXI., LXII.*] *quae a MSS. absunt, adiecta fuerunt.* (Bened.) 1. quo *habet edit. Bened.*

(Cap. LXI.) 1. praestiterunt *edit. Elmenh.*

Cap. XXX. — 1. non concupiscentiae et fornicationis obtentu *quidam MS.* (Bened.)

Cap. XXXI. 1. sibi sola sufficit *edidit Elmenh., de auctorit. cod. Florent.* 2. recenseatur *edit. Elmenh.* retinetur *„alii" ap. Elmenh.* 3. et cum tali effectu *edit. Elmenh. Etiam in cod. Flor. est* affectu.

causa vacandi domino eligatur; alioquin divortium magis coniugii videbitur esse quam [4]castitas.

Virginitas utroque bono praecelsior est, quia et naturam vincit et pugnam, naturam corporis integritate, pugnam pace [1]castimoniae. Cap. XXXII. (Cap. LXV.)

Bonum est [1]in cibum cum gratiarum actione sumere [2]quidquid deus edendum praecepit. Abstinere autem ab aliquibus, non quasi malis, sed quasi non necessariis, non est malum. Moderari vero [3]eorum usum pro necessitate et tempore proprie Christianorum est. Cap. XXXIII. (Cap. LXVI.)

[1]Malas dicere nuptias, vel fornicationi comparandas aut stupro, cibos [2]vero credere malos vel [3]mali causam percipientibus, non est Christianorum, sed proprie [4]Encratitarum et Manichaeorum. Cap. XXXIV. (Cap. LXVII.)

Sacratae [1]deo virginitati nuptias coaequare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus a vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere, [2]nec hoc Christiani, sed Ioviniani est. Cap. XXXV. (Cap. LXVIII.)

Integra fide credendum est beatam Mariam dei Christi matrem et virginem concepisse, et virginem genuisse, et post partum virginem permansisse. Nec est blasphemiae Helvidii acquiescendum, qui dixit: [1]Virgo ante partum, non virgo post partum. Cap. XXXVI. (Cap. LXIX.)

Elementa, id est caelum et terram non [1]credimus abolenda per ignem, sed in melius commutanda: figuram quoque mundi, id est imaginem, non substantiam, transituram. Cap. XXXVII. (Cap. LXX.)

Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendi dominum [1]semel donare, et absolutum sollicitudine cum Christo egere. Cap. XXXVIII. (Cap. LXXI.)

Maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum: neque eum qui unam quidem, [1]sed concubinam, non matronam, habuit: nec illum qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem in matrimonio sumpsit: neque eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua vel iusto iniustove Cap. XXXIX. (Cap. LXXII.)

4. *Ita Benedictini, et cod. Florent. Elmenh. edidit* appetitio castitatis.

Cap. XXXII. — 1. castimoniae, quae pro solo amore pudicitiae in pace est *edit. Elmenh.*

Cap. XXXIII. — 1. in *om. edit. Elmenh.* 2. et quidquid deus praecepit, edendum est *edit. Elmenh.* 3. *MSS.* carnium usum. (Bened.)

Cap. XXXIV. — 1. Malas vero dicere *edit. Elmenh.* 2. quoque *edit. Elmenh.* 3. mali causas creare percipientibus *cod. Florent.* malitias causare percipientibus *edit. Elmenh.* 4. *Ita de librorum suorum auctoritate recte ediderunt Benedictini pro vulgata* Hierachitarum, *cui Elmenhorstius quoque acquievit.* Encratitarum *in suo cod. ms. invenit etiam F. Bapt. Cotelerius, sponsore ipso Eccl. Gr. Monum. tom. I, pag. 780.*

Cap. XXXV. — 1. vero *„alii" ap. Elmenh.* 2. non *edit. Elmenh.*

Cap. XXXVI. — 1. fuit virgo *edit. Elmenh.*

Cap. XXXVII. — 1. credamus *edit. Elmenh.*

Cap. XXXVIII. — 1. semel *cod. Florent., et edit. Bened.* insimul *edit. Elmenh., cum ceteris.*

Cap. XXXIX. — 1. non *cod. Florent.*

[2]timore superatus truncaverit: neque illum qui usuras accepisse convincitur, aut in scena lusisse [3]dinoscitur: neque eum qui publica paenitentia mortalia crimina deflet: neque illum qui aliquando in furiam versus insanivit, vel afflictione diaboli vexatus est: nec eum qui per ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam offert.

Cap. XL. (Cap. LXXIII.) Sanctorum corpora, et praecipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra sincerissime honoranda, et basilicas eorum nominibus appellatas, velut [1]loca divino cultui mancipata, affectu piissimo et devotione fidelissima adeundas [2]credimus. Si quis contra hanc sententiam [3]venit, non Christianus, sed Eunomianus et Vigilantianus [4]creditur.

Cap. XLI. (Cap. LXXIV.) Baptizatis tantum iter esse salutis credimus. Nullum catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam aeternam habere credimus, excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet: hoc et martyr coram persecutore facit, qui et confitetur fidem suam, et interrogatus respondet. Ille post confessionem vel adspergitur aqua, vel intinguitur: [1]et hic vel adspergitur sanguine, vel [2]intinguitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum: hic [3]locutorium efficitur spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed spiritus [4]patris, qui loquitur in illo. Ille communicat eucharistiae in commemoratione mortis domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiaturum: hic ipsi renuntiat vitae. Illi peccata omnia dimittuntur: in isto extinguuntur.

Cap. XLII. (Cap. LXXV.) In eucharistia non debet pura aqua offeri, ut quidam sobrietatis falluntur imagine, sed vinum cum aqua mixtum: quia et vinum fuit in redemptionis nostrae mysterio, cum dixit: [1]*Non bibam a modo de hoc genimine vitis*: et aqua mixtum, [2]quod post caenam dabatur. Sed et de latere eius, quod lancea perfossum est, aqua cum sanguine egressa vinum de vera eius carnis vite cum aqua expressum ostenditur.

Cap. XLIII. (Cap. LXXVI.) Bona est caro nostra, et valde bona, utpote a bono solo deo

2. iudicio *cod. Colbertinus, ap. Benedictinos.* 3. probatur *cod. Florent.*

Cap. XL. — 1. loca sancta divino *edit. Elmenh.* 2. credimus *abest a MSS.* (Bened.) 3. venerit *edit. Elmenh.* 4. habeatur *cod. Florent.*

Cap. XLI. — 1. martyr vero vel *edidit Elmenh. ex cod. Florent.* 2. intinguitur *legitur in MSS., testibus Benedictinis, qui tamen vulgatam retinuerunt* contingitur. 3. locutorium *restituerunt Benedictini de auctoritate scriptorum librorum.* locatorium *cod. Florent.* habitaculum *edit. Elmenh., ceterique ante Benedictinos editi.* 4. sanctus *cod. Florent.*

Cap. XLII. — 1. Matth. XXVI, 29. 2. non quod post coenam dabatur, sed quod de latere eius lancea perfosso aqua *edit. Elmenh.*

condita, et non est mala, ut volunt [1]Sethianus et [2]Ophianus et Patricianus; nec mali causa, ut docuit [3]Florinus, nec ex malo et bono compacta, ut Manichaeus blasphemat. Sed cum sit creatione bona, arbitrio [4]animae efficitur nobis vel bona vel mala, non [5]mutatione substantiae, sed [6]executionis mercede. Ipsa enim est quae stabit ante tribunal Christi, [7]in qua referat anima propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum.

Cap. XLIV. (Cap. LXXVII.) In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, et femina in forma feminae, [1]carens sexus tamen huius vitae tantum conditione, non specie naturali, ne non sit vera resurrectio, si non id resurget quod cadit.

Cap. XLV. (Cap. LXXVIII.) Ante [1]passionem domini, omnes animae sanctorum in inferno sub debito praevaricationis Adae tenebantur, donec auctoritate domini per indebitam eius mortem [2]de servili conditione liberarentur.

Cap. XLVI. (Cap. LXXIX.) Post ascensionem domini ad caelos omnium sanctorum animae cum Christo sunt, et exeuntes de corpore ad Christum [1]vadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integram et [2]perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur; sicut et peccatorum animae in inferno sub timore positae expectant resurrectionem sui corporis, ut cum [3]ipso ad poenam [4]detrudantur aeternam.

Cap. XLVII. (Cap. LXXX.) Paenitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vitae spiritu admissorum paeniteat, et publica lamentatione peccata prodantur; quia propositum [1]dei, quo decrevit salvare quod perierat, stat immobile: et ideo quia voluntas eius non mutatur, sive emendatione vitae, si tempus conceditur, sive [2]supplici confessione, si continuo vita exceditur, venia peccatorum fideliter praesumatur ab illo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione paenitendo, et salvatus miseratione [3]domini vivat. Si quis aliter de iustissima dei pietate sentit, non Christianus sed Novatianus est.

Cap. XLVIII. (Cap. LXXXI.) Internas animae cogitationes diabolum non videre certi sumus,

Cap. XLIII. — 1. Timotheani et Prisciani *cod. Florent.* 2. *MSS.* Ophinianus (Benedict.) 3. *Sic MSS. At editi* Florianus (Bened.) Florianus *habet Elmenh. quoque editio.* 4. animi *cod. Florent.* 5. immutatione *edit. Elmenh.* 6. *Aliquot MSS.* excusatione commercii. *Quidam* exsecutione commercii. (Ben.) 7. in qua perferat *edit. Elmenh.*

Cap. XLIV. — 1. carens tamen sexuum in hac vita conditione *edit. Elmenh*

Cap. XLV. — 1. passionem et resurrectionem domini *cod. Florent. et edit. Elmenh.* 2. a servili *edit. Elmenh.*

Cap. XLVI. — 1. *Auget MS. Florent.* vadunt, sicut scriptum est, Iustorum animae in manu dei sunt. (Elmenh.) 2. *Quidam MSS.* perfectam. (Bened.) 3. ipso diabolo *edidit Elmenh. ex cod. Florent.* 4. convertantur *MSS. Benedictinorum et cod. Florent.*

Cap. XLVII. — 1. Luc. XIX, 7. 2. *Aliquot MSS. Benedictinorum et cod. Florent.* publica confessione. 3. Ezech. XIX, 23. XXXIII, 11.

sed motibus eas corporis ab illo et affectionum indiciis colligi experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille novit ad quem dicitur. [1] *Tu solus nosti corda filiorum hominum.*

Cap. XLIX. (Cap. LXXXII.) Non omnes malae cogitationes nostrae semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt. Bonae autem cogitationes semper a deo sunt.

Cap. L. (Cap. LXXXIII.) Daemones per [1] energiam non credimus substantialiter illabi animae, sed [2] applicatione et oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creavit, qui natura subsistens incorporeus capabilis est suae facturae.

Cap. LI. (Cap. LXXXIV.) Signa et prodigia et sanitates etiam peccatores in nomine domini facere ab ipso deo didicimus: [1] et cum alios hac praesumptione iuvent, sibi per ambitionem humanae gloriae nocent, quia gloriantur in dato falso. [2] id est non meritis debito.

Cap. LII. (Cap. LXXXV.) Signis et prodigiis clarum posse fieri Christianum, non tamen sanctum, si intemperatis et asperis [1] moribus agat, temperatis autem et placidis moribus etiam absque signorum efficacia et sanctum et perfectum et dei hominem fieri recte credimus.

Cap. LIII. (Cap. LXXXVI.) Nullus sanctus et iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus [1] et sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim [2] naturae viribus, sed propositi adiumento per dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo veraciter se omnes sancti pronuntiant peccatores, quia in veritate habent quod plangant, et si non reprehensione conscientiae, certe mobilitate [3] praevaricatricis naturae.

Cap. LIV. (Cap. LXXXVII.) Pascha, id est dominicae resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernalis aequinoctii et [1] quartaedecimae lunae perfectionem non potest celebrari, [2] eodem tamen mense natae.

Cap. LV. (Cap. LXXXVIII.) Propter novellos legislatores, qui ideo animam tantum ad imaginem dei creatam dicunt, ut quia deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima esse credatur, libere confitemur imaginem in aeternitate, similitudinem in moribus [1] inveniri.

Cap. XLVIII. — 1. III Reg. VIII. 40.

Cap. L. — 1. energiam *MSS. Benedictinorum.* ἐνέργειαν *edidit Elmenh. de auctorit. cod. Florent.* energicam operationem *vulgatam scripturam receperunt Benedictini.* 2. applicatione *induxit cod. Florent.*

Cap. LI. — 1. *Scribendum puto* sed. 2. id est *om. edit. Elmenh.*

Cap. LII. — 1. motibus *ediderunt Benedictini utroque loco.*

Cap. LIII. — 1. vel *edit. Elmenh.* 2. naturae humanae viribus *edit. Elmenh.* 3. mobilitate et mutabilitate *edit. Elmenh.*

Cap. LIV. — 1. *MSS.* quintaedecimae lunae initium. (Bened.) sextaedecimae lunae initium *cod. Florent.* 2. in eodem mense natae *edit. Elmenh.*

Cap. LV. — 1. *Veteres codices non omnes ad caput nostrum 55. desinunt, adduntur que alia et alia in diversis codicibus capitula.* (Bened.) *Ita in cod. ms. saec.*

VIII. vel IX. olim Bobiensi, hodie Vindobonensi n. CCCXXII. (cf. Endlicheri Catal. Codd. Philol. Latin. Bibl. Palat. Vindob. p. 217 sq.), haec addita leguntur: iuxta divinae scripturae relationem integrum hominem, qui ex anima constat et carne, ad imaginem dei factum, illa imagine, qua postea homo factus est deus, dicente Apostolo: et regnavit mors ab adam usque moysem, etiam in eos, qui non peccaverunt, in similitudinem prevaricationis adae, qui est forma futuri, id est χ̄ρ̄ novissimi adam, qui in forma qua erat quandoque hominem adsumpturus, praeformavit primum adam, confirmante hoc ipsum apostolo, ubi dicit: vir quidem non debet velare caput suum, quia gloria et imago dei est, mulier in gloria viri est. In anima sexus diversitas non est. Si una masculo et feminae anima est, sicut vera est, quomodo viri dicitur imago esse dei, femina imago viri, nisi quod χρς deus creator hominis viri formam adsumpturus postea erat, impsum *(sic)* ad imaginem suam prefiguravit, femina vero ex viro sumptam viri imaginem expressit, ambo tamen imago dei, quia unus ex altero, dicente scriptura: creavit deus hominem, ad imaginem dei creavit eum, masculum et feminam creavit eos. „Explicit expositio fidei catholicae."

GEVERHARTI ELMENHORSTI

NOTAE

AD

GENNADIUM.

Gennadius] Ita rectissime libelli huius autorem indigetant Walafridus Strabo, Algerus, Petrus Lombardus, Thomas de Aquino, Platina et MS. codex Florentinus, uti huius rei oculatus testis, Fridericus Lindenbrogius, vir doctissimus, nobis indicium fecit.

De ecclesiasticis dogmatibus] I. e. *de ecclesiasticis placitis*. Augustin. Tom. IV. lib. 1. quaest. Evangel. quaest. XI. *Dogmata sunt placita sectarum.* Diog. Laertius lib. III. in Platone, p. 217. Δόγμα δὲ ἑκατέρως καλεῖται, τό τε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή. τούτων δὲ τὸ μὲν δοξαζόμενον πρότασίς ἐστιν, ἡ δὲ δόξα ὑπόληψις. Scripserunt autem et ante Gennadium de dogmatib. ecclesiast. Musanus et Didymus Alexandrinus, quorum lucubratiuncŭlae cum ipsis perierunt. Hieronym. *de viris illustribus*.

Cap. I. — Credimus unum esse deum patrem, et filium, et spiritum sanctum] Exorditur a communi regula fidei, quam velut fundamentum omnibus haeresibus opponit. Nazianz. de Fide orat. XLIX. Socrates Histor. ecclesiast. lib. II. c. XXV. Tertullian. de virgin. velandis cap. I. Guitmundus de Trinitate tom. 4. biblioth. patrum. Augustinus Hipponensis eccles. episcopus tom. 3. de fide et symbolo c. 1. de Tempore serm. CXCV. et CXXV. Iohannes Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. 8. Gregorius PP. in decretis part. I. tit. I. Athanasius in exposit. fidei fol. 304. et sequent. Concilium Constantinopol. II. cap. 7. Concil. Toletanum I. cap. XXI. Concil. Toletan. IV. cap. I. Concil. Lateranense cap. I. Isidorus Hispalensis de officiis ecclesiasticis lib. II. cap. XXIII. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. I. apud Augustin. tom. 3. Victor in exposit. fidei tom. V. biblioth. patrum fol. 457. Fulgentius ad Trasimundum regem lib. 3. fol. 54. Ferrandus Diaconus paraenet. ad Reginum fol. 1893. in appendic. biblioth. patrum. Edictum Iustiniani Imp. de fide tom. I. Iuris Graeco-romani fol. 521. Concil. Arelatense III. cap. I. Concil. Wormatiense cap. I. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. II. cap. LVII. Gregor. Turonensis histor. Francor. lib. I. cap. I.

Unum esse deum] *Unum esse deum* dicit ideo, ne quis cum *Tritheitis* tres, vel cum paganis multicolis plures deos recipiat. Fulgentius episcop. Ruspensis in respons. ad Arrianos fol. 30. et 33. ad Donatum fol. 91. Deuteron. cap. VI. vers. 4. Esaiae XLII. vers. 10. XLIV. vers. 8. 1 Corinth. VIII. vers. 6. ad Ephes. IV. vers. 5. ad Timoth. I. cap. 2. vers. 5. Ignatius ad Philadelphens. epist. V. p. 23. Iustinus Martyr in exposit. fidei fol. 292. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. c. V. Cyrillus in exposit. symboli Niceni fol. 204. Petrus Chrysolog. in symbol. apostol. sermon. LX. *Unum deum in trinitate credit Christiana fides: scit patrem, scit filium, scit spiritum sanctum, deos nescit. Divinitas in personis trina est, sed una in trinitate est divinitas; personis trinitas distincta est, non est divisa substantiis. Deus unus est, sed trinitate; deus solus est, sed non solitarius: divinitas nec trinitate dividitur, nec confunditur unitate.* Augustinus de tempore serm. 3. *Deus unus est pater, deus unus est filius, deus unus est spiritus sanctus: non tres dii, sed unus est deus, trinus in vocabulis, unus in deitate substantiae.*

Patrem eo quod filium habeat] Contra Mahumetistas qui deum filio carere dicunt. Alcoran azoara XI. fol. 37. azoara XX. fol. 70. azoara XXVIII. fol. 94. azoara XXXI. fol. 140. azoara XXXIII. fol. 111. azoara XXXV. fol. 114. azoara XLVII. fol. 104. azoara XLIX. fol. 143. azoara CXXII. fol. 788. Iohan. Cantacuzenus Imp. Constantinopol. orat. 3. in Mahumetem. Saracenica Commelini p. 2. D. Clemens epistola I. ad Iacob. fratrem domini tom. I. Concil. fol. 30. *Patrem cum audis, agnosce quod habeat filium veraciter genitum, sicut possessor dicitur, qui possidet aliquid.* Cyrillus Hierosolym. Catechesi VII. illuminat. fol. 85. Augustin. de tempore serm. XXXVIII. Athanasius orat. 2. contra Arrianos fol. 158. Chrysostomus tom. III. de SS. Trinitate. Ruffinus in exposit. symboli apud Hieronym. tom. 9. fol. 74. Nazianzenus in laudem Heronis philosophi orat. 23. Hilarius lib. 3. de Trinitate. Phaebadius contra Arrianos. Ambrosius in exposit. symboli apostolorum cap. V. fol. 91. Chrysologus serm. LVII. LVIII. LIX. LX. Tertull. adversus Praxeam cap. X. Baeticus de fide.

Filium eo quod patrem habeat] Beda in exposit. epist. Pauli ad Hebraeos c. 1. fol. 1056. *Filius dei secundum hoc dicitur, quod ei pater est, quod habet de quo sit: non secundum hoc quod prior esset pater, et postea filius.* Cyrillus Hierosolymit. catechesi XI. illuminat. fol. 79. Gregorius Baeticus de fide. Fulgentius contra obiectiones Arrianorum fol. XXVII. Nazianzenus orat. IV. de Theologia. Hieronym. in Psalm. XVII.

Spiritum sanctum, quod sit ex patre et filio procedens] Sancti spiritus missionem a patre esse et filio, cum ecclesia Romana recte approbat atque credit, contra communem Graecorum errorem, qui spiritum sanctum a patre solum procedere affirmant. Psellus in cap. Theolog. p. 157. cap. X. ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία τὸν πατέρα μὲν δογματίζει ἀγέννητον, τὸν υἱὸν δὲ γεννητὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. et Cyrill. de S. Trinitate c. X. Ius Graeco-roman. tom. I. fol. 440. Concil. Nicaenum. Concil. Constantinop. I. c. VII. Epiphan. in fine *Ancorati*. Anastasius de dogmatib. fidei fol. 674. Nazianzen. *in S. Lumina*. orat. XXXIX. Damascen. de fide orthodoxa lib. I. c. IX. Theophylact. Bulgar. archiepiscop. in Iohan. cap. 3. Vide Concilium Florentinum tom. 3. concil. session. XVIII. et seq. Petrum Lombardum sentent. lib. 1. cap. XI. Durandum lib. 1. distinct. XI. quaest. I. Thomam Aquin. part. I. sum. quaest. 36. articulo I. Bonavent. in sent. Petri Lombardi lib. I. distinct. XI. quaest. 1. Marcialis episcopus in epist. ad Burdigal. c. X. *Spiritus domini non genitus, non factus, non creatus, sed procedens est a patre et verbo.* Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. XI. *Firmissime tene, et nullatenus dubites spiritum sanctum, qui patris et filii unus est spiritus, de patre et filio procedere. Dicit enim filius, cum venerit spiritus veritatis, qui a patre procedit. Ubi suum spiritum esse docuit, quia ipse est veritas. De filio quoque procedere spiritum sanctum prophetica atque apostolica nobis doctrina commendat. Esaias enim dicit de filio, percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. De quo et apostolus ait: quem interficiet dominus Iesus spiritu oris sui. Quem etiam ipse unicus dei filius spiritum oris sui esse significans post resurrectionem insufflans in discipulos ait: accipite spiritum sanctum.* Isidorus Hispalensis epistol. ad Claudium fol. 694. Cyprianus de *Spiritu sancto*. fol. 437. Hilarius lib. VIII. de Trinitate. Gregorius Magnus tom. 2. in Evangelia homil. XXVI. Beda homil. aestival. de tempore fol. 46. De Elementis Philosoph. lib. I. fol. 313. Hieronym. in Esaiam lib. XVI. c. 57. et tom. 3. ad Haedibiam quaest. IX. Concilium Toletanum I. c. 21. Concil. Toletanum IV. cap. 1. Corpus Canonicum part. 3. distinct. V. de consecratione. Concil. Lateranense c. 1. Rabanus Maurus de institut. Clericorum lib. 2. c. 57. Autor de Spiritu et Anima c. 54. Autor de Speculo c. 18. apud Augustin. tom. IX. Augustin. de Trinitate lib. XV. cap. XXVI. et sequent. Tom. VI. contra sermonem Arrianorum c. XIX. de fide et symbolo cap. I. Autor de Trinitate et unitate dei c. I. apud Augustin. tom. IV. fol. 673.

Pater principium deitatis] Rabanus Maurus archiepiscop. Mogunt. in Ecclesiast. lib. VI. cap. 2. *Pater origo est divinitatis.* Autor de Spiritu et Anima apud Augustinum tom. 3. fol. 635. *Pater a nullo est, filius a solo patre est, spiritus sanctus simul a patre et filio est.* Iohan. Theophilus in exposit. symboli Nicaeni

tom. I. concil. fol. 544. Damascenus contra Manichaeos p. 239. de fide orthodoxa lib. I. c. IX. Caesarius Dialog. I. Nazianz. orat. XXXIX. Clemens Epist. 1. ad Iacob. fratrem domini. Procopius Sophista in Esaiam fol. 501. Hilarius lib. VI. de Trinitate. Gelasius de Actis concil. Nicaeni p. 117. Ambrosius in symbolum apostolorum c. 3. Paulinus adversus Felicem Urgelitanum fol. 438. Cyrillus Alexandrinus in Thesauro lib. I. cap. VI.

Pater principium deitatis] Graeci et Latini theologi veteres patrem statuunt principium filii et fontem τοῦ τῆς δικαιοσύνης ποταμοῦ, κατὰ τὸ αἴτιον, non quod pater sit prior filio aut tempore, aut natura. Est enim filius patri coaeternus et coessentialis, lumen de lumine, deus verus de deo vero, ποιητὴς χρόνων, οὐχ ὑπὸ χρόνον. εἰ δὲ λέγομεν τὸν πατέρα ἀρχὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ καὶ μείζονα, οὐ προτερεύειν αὐτὸν τοῦ υἱοῦ χρόνῳ ἢ φύσει ὑποφαίνομεν (δι' αὐτοῦ γὰρ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν), οὐδὲ κατὰ ἕτερόν τι, εἰ μὴ κατὰ τὸ αἴτιον, τουτέστιν, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅτι ὁ πατὴρ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ φυσικῶς, ὥσπερ οὐκ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ πῦρ φαμὲν προέρχεσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ πυρὸς τὸ φῶς. ὅτε οὖν ἀκούσομεν ἀρχὴν καὶ μείζονα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, τὸ αἴτιον νοήσομεν. καὶ ὥσπερ οὐ λέγομεν ἑτέρας οὐσίας τὸ πῦρ, καὶ ἑτέρας τὸ φῶς, οὕτως οὐχ οἷόν τε εἶναι ἑτέρας οὐσίας τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἑτέρας, ἀλλὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς. Quoniam vero filius ex patre per generationem est, non tribuuntur illi hae proprietates, quod sit ἄναρχος, ἀναίτιος vel ἀγέννητος. Cyrill. Hierosolym. catechesi XI. p. 237. Theodoret. Cyri episcop. dialog. 2. p. 107. et 111. Hilarius lib. IX. de S. trinitate. Cyrillus Alexandr. de S. trinitat. cap. VIII. p. 37. et sequent. Basilius Magnus lib. I. contra Eunomium. Iohannes Damascenus de fide orthodox. lib. I. cap. IX.

Ita nunquam non fuit pater] Testimonium evidentissimum contra Arrii blasphemias, qui asserere arrepta impietate praesumpsit *patrem non semper patrem fuisse.* Arrii verba sunt, οὐκ ἀεὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε θεὸς μόνος ἦν, καὶ οὔπω πατὴρ ἦν, ὕστερον δὲ ἐπιγέγονε πατήρ. Athanasius disput. 2. contra Arrianos fol. 137. Athanasius tom. 1. orat. 2. contra Arrian. fol. 144. et sequent. tom. 2. fol. 33. Damascenus contra Manichaeos p. 239. de fide orthodoxa lib. I. c. VIII. Epiphanius contra Sabellianos haeres. LXII. in *Ancorato* fol. 326. Nazianz. orat. IV. de *Theologia.* Nicephorus Callistus eccles. Histor. lib. VIII. c. VIII. Socrates Scholasticus lib. I. c. 3. Historia Tripartita lib. I. c. 13. Gennadius in *Syagrio.*

A quo filius natus] Caesarius Dialogo I. Nazianz. de fide Nicaena. in S. lumina. orat. XXXIX. Augustin. in quaest. de Trinitate tom. III. fol. 739. Damascenus de fide Orthodoxa lib. I. c. IX. lib. IV. c. VII.

Spiritus sanctus non natus] Ambrosius in exposit. symboli apostolorum c. 3. fol. 89. *Quod neque natum neque factum est, pater est, non enim ab aliquo est. Quod natum et factum non est: filius est, qui a patre genitus est. Quod vero neque natum neque factum est, spiritus sanctus est, qui a patre et filio procedit.* Alcuin. de doctrina fidei in appendice bibliothec. patrum fol. 1924. Quaest. *Quare spiritus sanctus ingenitus vel genitus dici non debet.* Respons. *Quia si ingenitus diceretur sicut pater, duo patres, si genitus, duo filii aestimari possent.* Nazianzenus de fide Nicaena. Autor de Trinitate et unitate c. I. apud Augustinum tom. IV. Gennadius de viris illustribus in *Isaac.* Petrus Lombardus lib. I. sententiar. distinct. XIII. Durandus lib. I. distinct. XIII. quaest. 3. Augustin. in respons. ad Orosium tom. IV. fol. 481. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. c. XVIII. lib. IV. cap. VII.

Filius patri coaeternus] Fulgentius contra obiectiones Arrianorum fol. 27. *Quod pater est, hoc est et filius, quia de deo deus, de perfecto perfectus, de immenso immensus, de omnipotente omnipotens, de aeterno patre natus est filius coaeternus.* Vid. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. c. V. Augustin. tom. VI. contra serm. Arrianorum fol. 454. Autor de V. haeres. fol. 30. Autor de Trinitate et unitate cap. V.

Pater ingenitus] Graeci et Latini patres passim deum patrem appellant ἀναίτιον, ἄναρχον, ἀγέννητον, *causae et principii expertem, innascibilem, ingenitum.* Iustinus Martyr in exposit. fidei fol. 292. Basilius Magnus in lib. contra Eunomium. Theodoretus Cyri episcop. dialog. 2. pag. 106. 111. Cyrillus Hierosolym. catechesi XI. fol. 237. Cyrillus Alexandrinus in quaestion. et respons. p. 122. de S. Trinitate cap. IX. Damascenus de fide orthodox. lib. I. cap. IX. et in quaestion. p. 138. Psellus in cap. theolog. c. I. et X. quae voces tamen in S. scriptura non reperiuntur, sed ex ea colliguntur, ut ait Gregor. Nazianzenus orat. V. de Theologia. Nicetas in Nazianz. tom. 2. fol. 927. Augustinus ad Pascentium epistola CLXXIV. Epiphanius contra Aëtium haeres. LXXVI. Athanasius in disputat. contra Arrium tom. II. fol. 374. scribit: cum Sabelliana haeresis genitum ex virgine patrem voluisset asserere, ἀγέννητον contra hanc confitendo ecclesia tradidit patrem. In lib. dialog. de S. trinitate 2. fol. 160. 161. 162. et 164. cum Epiphanio contra Semiarrianos haeres. LXXIII. et Ambros. de incarnat. Dominicae sacram. cap. VIII. et IX. verbum ἀγέννητον (ex quo Aëtius et Arrius probare nitebantur, alterius substantiae esse patrem, alterius filium, quod ille ingenitus, ille genitus diceretur) plane reiicit, et patrem non ingenitum, sed patrem cum sacra scriptura dicendum, affirmat.

Spiritus sanctus patri et filio coaeternus] Augustinus de fide et symbolo tom. III. fol. 102. cap. IX. *Spiritus sanctus non de minore natura quam pater et filius est, sed ut ita dicam, consubstantialis et coaeternus, quia ista trinitas unus est deus.* Vide Iohan. Damascenum de fide orthodoxa lib. I. c. X. et XVIII.

Non confusa in una persona trinitas, sicut Sabellius dicit] Honorius de haeres. *Sabelliani unam personam patris et filii et spiritus sancti adstruunt.* Vincent. Lirinens. contra haeret. c. XXXIV. Didymus Alexandrinus in epistolam Ioh. I. c. V. Victor de fide catholica. Cassianus de incarnat. Christi lib. I. Vigilius Martyr contra Eutychen lib. I. Epiphanius haeres. LXII. LXIX. Leontius de sectis p. 437. Caesarius frater Nazianz. dialog. I. Harmenopulus de sectis p. 589. Isidorus Hispalensis orig. lib. VIII. c. V. Philastrius haeres. LIV. Iohan. Monachus in canone contra omnes haereses tom. IV. biblioth. patrum. Theodoretus lib. 2. fabul. haeret. Fulgentius de fide orthodoxa ad Donatum fol. 94. Faustinus de fide contra Arrianos fol. 770. Baeticus in lib. de fide. Nicephorus Callistus lib. VI. c. XXV. Leo PP. serm. IV. de Nativitate domini pag. 37. Ambrosius in symbol. apostolorum c. 2.

Neque separata aut divisa in natura divinitas, ut Arrius blasphemat] Proculus de fide ad Armenios fol. 413. *Fugiamus Arrii vaesaniam, qui trinitatem inseparabilem substantiis dividit.* Cyrillus in Iohan. lib. VII. cap. X. Athanasius tom. 1. fol. 444. de Incarnat. Christi fol. 490. orat. V. contra Arrianos fol. 323. Honorius in catalogo de haeres. Caesarius dialog. I. Isidorus origin. lib. VIII. cap. V. Legatio Manuelis Imp. ad Armenios pag. 57. et 89. Epiphanius haeres. LXIX. Augustin. haeres. 49.

Alter in persona filius] Contra haereticos qui dicuntur κατὰ Aeschinem. Tertullianus praescription. adversus haeret. cap. LII. *Privatam blasphemiam illi, qui sunt κατὰ Aeschinem hanc habent, ut dicant, Christum ipsum esse filium et patrem.* Vid. Augustin. de fide et symbolo cap. IX.

Sed alter in persona pater, alter in persona filius] Lombardus lib. I. distinct. II. *Teneamus patrem, et filium, et spiritum sanctum, unum esse naturaliter deum. Neque tamen ipsum patrem esse, qui filius est: nec filium ipsum esse, qui pater est, nec spiritum sanctum ipsum esse, qui pater aut filius est. Una est enim patris, et filii, et spiritus sancti essentia, quam Graeci ὁμοούσιον appellant, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: quamvis sit personaliter alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.* Augustin. ad Maxim. Medicum epist. 66. de Tempore serm. XXXVIII. Anastasius de dogmatibus fidei fol. 676. Tertull. adversus Praxeam cap. 2. Hilarius lib. 1. de S. Trinitate. Vincentius Lirinensis de haeres. cap. XIX.

alter in persona spiritus sanctus] Contra Urbicum Potentinum, qui dicebat spiritum sanctum aut esse patrem aut filium, aut certe creaturam. Athanasius Alexandrin. episcop. tom. 2. fol. 417.

Unus natura in sancta trinitate deus pater] Autor de fide ad Petrum Diaconum apud Augustin. tom. III. cap. I. fol. 149. *Principaliter atque indubitanter toto corde retine, patrem deum, filium deum, et spiritum sanctum deum, id est sanctam atque ineffabilem trinitatem unum esse naturaliter deum etc.* Athanasius in rescripto ad Liberium PP. fol. 398. Hieronym. *de illis, quae deo in S. scripturis tribuuntur.* Tom. IX. fol. 67. Nazianz. in laudem Heronis orat. XXIII. de fide orat. XLIX. Caesarius dialog. I. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. XI. Cerealis episcopus contra Maximinum Arrianum cap. II. Psellus in cap. Theolog. cap. I. Augustinus de Tempore sermon. 38.

Cap. II. — Non pater carnem assumpsit] Contra *Patripassianos* et delirium *Praxeae*, qui dicebat patrem descendisse in virginem, ipsum ex ea natum, ipsum

passum. Tertullianus adversus Praxeam cap. I. de praescriptione adversus haeretic. cap. LIII. Ruffinus in exposit. symboli apud Hieronym. tom. IX. fol. 75. Rabanus Maurus de Trinitate cap. IV. Prudent. apotheosi p. 270. et sequent. Autor de fide ad Petrum cap. II. fol. 150. apud Augustin. tom. III. Marius Victorinus adversus Arrium lib. 1. fol. 305. Hilarius de Trinitate lib. 1. Iohannes Damascenus de *duabus Christi voluntatibus* fol. 488. de fide orthodoxa lib. IV. c. IV. Gregor. Turonens. histor. Francor. lib. V. cap. XLV. Petrus Lombardus episcopus Parisiensis sentent. lib. 3. distinct. 1. Vigilius Martyr lib. I. contra Eutychen: *Susceptae carnis dispensatio nec ad patrem nec ad spiritum sanctum, sed ad solum pertinet filium: proprie enim filius, non pater de virgine natus est.*

Ipse fieret in homine, hominis filius] Ferrandus Diaconus paraenet. ad Reginum Comitem: *Ex homine non est natus secundum carnem pater, qui filius nunquam fuit; nec spiritus sanctus, qui nec pater aliquando fuit, nec filius: sed natus est filius, ut ipse fieret filius virginis matris, qui est filius dei patris.*

Dei filius factus est hominis filius] Vid. Iohan. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. cap. IV.

Non adoptione, non appellatione] Contra Felicem Urgelitanum et Elipandum Toletanum Episcopp. qui asserebant *Christum dei filium, quod ad humanitatem spectat, dicendum esse adoptivum non proprium ac naturalem.* Caesar Baronius tom. IX. annal. ad ann. Christi DCCLXXXIII. fol. 357. Adelmus Benedictin. Franc. reg. annal. ad annum domini DCCXCII. fol. 399. Hilarius Pictaviensis episcop. de Trinitate lib. V. *Non est dei filius deus falsus, nec deus adoptivus, nec deus nuncupativus, sed deus verus.* Vid. Paulinus Aquil. Episcop. adversus Felicem Urgelitanum fol. 435. tom. V. bibliothec. patrum. Fulgentius ad Monimum lib. III. fol. 26. ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 54. Cyrillus Hierosolymit. cateches. XI. fol. 80.

Non ergo duos Christos neque duos filios] Impugnat errorem nefandum Nestorii et Pauli Samosateni, qui duos Christos et filios, *unum servum, alterum dominum, unum patibilem, alterum impatibilem* dicunt. Theodotus Ancyrae episc. sermone contra Nestorium in Actis concilii Ephesini fol. 260. Vigilius Martyr lib. II. contra Eutychen. Legatio Imp. Manuelis ad Armenios pag. 39. 45. 51. 59. 163. 179. Harmenopulus de sectis pag. 165. Cyrillus Alexandrinus in argument. contra Nestorianos p. 2. de recta fide ad Theodosium Imp. in Actis concil. Ephesini fol. 14. in epistola ad Succesum episcop. fol. 262. 270. et tom. IV. ad Acacium episcop. Epistola XXIX. ad Iohannem Antiochenum in Actis concilii Ephesini tom. V. cap. 9. Theodorus presbyter de Incarnat. domini pag. 233. Vincent. Lirinensis contra haeres. cap. XVII. et XVIII. Elias Cretensis in Nazianzenum fol. 1011. Nazianzenus oratione XXXI. et Epistola 1. ad Cledonium fol. 739. εἴ τις εἰσάγει δύο υἱούς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρός, ἀλλ᾽ οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτόν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. Φύσεις μὲν γὰρ δύο θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα. υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε, id est, *Si quis duos filios, alterum ex deo et patre, alterum ex matre, non autem unum atque eundem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat. quae credentibus promissa est. Quanquam enim deus et homo duae naturae sunt, quemadmodum et anima, et corpus, non tamen duo filii nec dii, quemadmodum ne hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam et externam hominis partem appellaverit.* Vigilius Martyr. lib. I. contra Eutychen: *Nos unum deum, eundemque dei filium et hominis filium, non duos profitemur: et ita verbum intra virginei uteri secreta carnis sibi initia consecrasse, ut tamen verbi natura non mutaretur in carnem. Item carnis naturam ita per suscipientis mixtionem in verbi transisse personam, ut non tamen fuerit in verbo consumpta; manet enim utraque, id est verbi carnisque natura, et ex his duabus hodieque manentibus unus est Christus, unaque persona.* Vide Cyrillum Alexandrinum de recta fide ad Theodos. Imp. in Actis concilii Ephesini fol. 17. et *Quod Iesus Christus unus sit dei filius et dominus.* fol. 59. de recta fide ad Reginas fol. 70. Augustin. de verbis apostoli tom. XI. fol. 219. serm. XIV.

Unigenitum dicimus] Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. IX. λέγεται μονογενής, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μόνως ἐγεννήθη. οὐδὲ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γεννήσει. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλος υἱὸς τοῦ θεοῦ. Lib. IV.

cap. VIII. Chrysostomus de *incomprehensibili dei natura* tom. V. fol. 988. Theodoretus divinorum decret. epitome fol. 393. Augustinus de fide et symbolo tom. III. fol. 166. de Tempore sermon. XXXVIII. Theophylactus in Matthaeum cap. I. Damasus PP. epistola ad Paulinum Antiochen. tom. I. concil. fol. 381. Hilarius de S. Trinitate lib. III. et IV. Gregorius Baeticus de fide. Fulgentius in respons. contra Arrianos fol. 30. ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 54. Rabanus Maurus de sermon. proprietat. lib. IV. cap. X.

Non confusis naturis] Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 58. *In uno eodemque Christo vera divinitatis, veraque humanitatis natura permansit, dum deus non confusus homini, sed unitus, sic in una persona utriusque naturae permanentis indicia demonstravit, ut verus deus, et plenus veris divinisque virtutibus in homine clareret assumpto, et veritas infirmitatis humanae verum plenumque hominem monstraret in deo. — Dum nostri redemptionis commercium gereretur, pleno veroque homini, plenum verumque deum decebat uniri, sic tamen ut in unitate personae, nec in homine deus, nec homo posset in deo confundi.* Iohannes Damascenus in oratione contra Acephalos fol. 573. Γέγονεν ἐκ τελείας θεότητος, καὶ τελείας ἀνθρωπότητος, εἷς Χριστός, εἷς υἱός, ὁ αὐτὸς θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου εἷς κύριος, ὁ αὐτὸς θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος. Ὅλος θεὸς καὶ ὅλος ἄνθρωπος ἀσυγχύτως ἑνωθεισῶν τῶν φύσεων, ἀλλήλαις καὶ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιαιρέτως. Ἀσυγχύτως μέν, φυλάττει γὰρ ἑκάστη φύσις τῆς ἑαυτῆς διαφοράν, τὸ ἄκτιστον ἡ θεότης, τὸ κτιστὸν ἡ ἀνθρωπότης, τὸ ἀπαθές, ἡ θεότης, τὸ παθητὸν ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀτρέπτως δέ, ὅτι μεμένηκεν ἑκάστη φύσις ἀναλλοιώτως. οὐ τραπεῖσα εἰς τὴν ἑτέραν, οὐδὲ μία σύνθετος χρηματίσασα φύσις, ἀλλὰ δύο ὑπάρχουσαι καὶ διαιωνίζουσαι. ἀδιαιρέτως δέ, ὅτι ἥνωνται ἀλλήλαις καθ᾽ ὑπόστασιν, μίαν ἔχουσαι ὑπόστασιν, τὴν προαιώνιον μέν, ἀσώματον καὶ ἁπλῆν, ἐπ᾽ ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων ἐκ τῆς ἁγίας, ἀεὶ παρθένου σωματωθεῖσαν ἀμεταβλήτως. *Ex perfecta deitate et perfecta humanitate factus est unus Christus, unus filius dei et hominis, idem ipse deus perfectus, et homo perfectus, totus deus, totus homo, naturis inter se unitis inconfuse, inconvertibiliter ac inseparabiliter. Inconfuse quidem quia quaeque natura suam propriam differentiam retinet; divinitas, increatum, impassibile esse; humanitas creatum, passibile esse, et quae sunt huiusmodi. Inconvertibiliter vero, quia quaeque natura inalterabilis permansit, non conversa in alteram, neque una composita natura inde conflata, sed duae verae sunt, perpetuoque manebunt naturae. Inseparabiliter vero denique quia hypostatice sibi invicem sunt unitae, unam habentes hypostasin, quae cum fuerit aeterna, incorporea et simplex, novissimis temporibus ex sancta et semper virgine immutabiliter incarnata est:* et de fide orthodoxa lib. III. cap. III. lib. IV. cap. IX. Petrus Diaconus de incarnat. domini cap. 2.

Timotheani] Danaeus ad Augustinum de haeres. cap. 90. ex exemplari Gemblensi: *Timotheani dicunt filium dei verum quidem hominem ex virgine Maria natum, sed non ita unam reddidisse personam, ut non in unam sit redactus naturam, conflatorium quoddam volentes fuisse interiora virginis, per quod duae naturae, id est deus et homo, in unam resolutae et compactae massam, unam dei et hominis exhibuerint formam; immutatam videlicet naturarum proprietatem, efficientiarum coitione. Et ad confirmandam huiusmodi impietatem, quae deum asserit a sua versum natura cogunt evangelistae testimonium dicentis: et verbum caro factum est, quod ita interpretantur, divina natura in humanam conversa est. O abolitionem illi inviolabili impingentem substantiae. Huius impietatis initium Timotheus apud Byzam Bithyniae modo exulans civitatem, continentis et religiosae vitae imagine multis illudit.* Huius furori opposuit se olim Samuel Edessenae ecclesiae presbyter, ostendens verbum carnem factum, manente verbo in sua substantia, et homine in sua natura, societate non immixtione, unam filii dei reddidisse personam. Gennadius Massiliens. in catalog. viror. illustr. in Samuele.

Deus hominem assumpsit] Id est, ut Augustinus ait de Fide ad Petrum, c. 2. *Deus verbum accepit naturam hominis non personam.* Nam contrarium dicere (scil. quod persona manens in sua personabilitate fuerit assumpta) est error Nestorii qui posuit in Christo duas personas, vel duo supposita, quo qui adhaeret deo unus spiritus est: qui error condemnatus est in synodo Calcedonensi. Vid. Durandus sentent. lib. 3. distinct. V. quaest. I. Petrus Lombardus lib. 3. sentent. distinct. V. Damascenus de fide orthodoxa lib. III. cap. I. Fulgentius ad Trasimundum regem lib. III. Isidorus Hispalensis sentent. lib. I. cap. XIV. Augustinus

ad Maximum Medicum epist. LXVI. Sophronius de assumptione S. Mariae apud Hieronym. tom. IX. fol. 42. Petrus Diaconus de incarnat. domini cap. V. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. II. cap. XXXI. Thomas Aquinas part. 3. quaestion. IV. articulo 2. et seq.

Homo in deum transivit] Dura locutio, ut et illa Augustini ad Volusianum tom. 2. epist. 3. fol. 7. *Deus homini permixtus est*, et Tertulliani advers. Marcionem lib. II. cap. XXVII. *Filius [illegible] patris et [illegible], miscens in semetipso hominem et deum.*

Non naturae versibilitate sicut Apollinaristae dicunt] Apollinaristae dicebant λόγον verbum per transmutationem in carnem conversum. Theodorus presbyter de incarnat. domini. Vigilius Martyr. lib. I. et 2. contra Eutychen. Epiphanius ancorat. fol. 586. Damascenus de fide orthodox. lib. 3. cap. 3. Athanasius tom. I. fol. 473. et 242. Cyrillus Alexandrinus tom. IV. epist. ad Nestorium fol. 29. Nicephorus Callistus ecclesiast. histor. lib. 12. cap. 4.

Ut nec deus mutaretur in humanam substantiam] Fulgentius ad Trasimundum regem Wandal. lib. 3. fol. 58. *Ab ipso conceptionis virginalis exordio sic in Christo personalis unitas exstat, et sic utriusque naturae inconfusa veritas perduravit, ut nec homo a deo divelli, nec deus a suscepto homine possit separari, nec tamen deus hominem consumeret, nec homo deum in aliquo permutaret.* Et paulo post: *Sic verus deus verum suscepit hominem, ut in veritate humanae susceptionis veritatem non amitteret deitatis. Et sic dignatus est fieri quod ante non erat, ut non desisteret esse quod semper erat. Sic etiam voluit unam cum homine personam deus habere; et licet non alius esset Christus deus, et alius Christus homo; verus tamen deus permaneret in homine, et verus homo permaneret in deo: atque ita in uno Christo divinae humanaeque naturae esset inconfusa pariter et indivisa perfectio.* Vid. Augustin. de Tempore serm. XXVIII. Hormisda PP. in decretis cap. 3.

Non ex viri coitu, ut Ebion dicit] *Ebionitae* Christum solum hominem putabant, et communi etiam nativitate ex viro et femina procreatum. Eusebius eccl. histor. lib. III. cap. 27. Theodoret. lib. II. fabular. haeret. in epitome divinorum decret. fol. 402. Philastrius haeres. 37. Epiphanius haeres. XXX. S. Ignatius epist. IX. Origenes in Lucam cap. XI. homil. XVII.

Carnem ex corpore virginis trahens] Vid. Beda in Ioh. cap. 26.

Carnem non de caelo secum afferens, sicut Marcion, Origenes et Eutyches affirmant] Marcion, Eutyches, Origenes, Apollinaris et Valentinus, in eum impietatis prolapsi sunt errorem, ut non solum verbi et carnis unam crederent esse naturam, verum etiam Christi carnem non de sanctae virginis Mariae corpore assumptam, sed de caelo in virginem descendisse impio ore assererent. Vigilius Martyr lib. 3. contra Eutychen. Theophilus Alexandrinus in epist. Paschali tom. I. bibliothec. patrum fol. 371. Athanasius de haeres. fol. 852. Theodorus presbyter de incarnat. Domini pag. 235. Theophylact. Bulgar. in Iohan. cap. 3. Suidas in Εὐτυχής. Sedulius in epist. Pauli ad Romanos cap. I. Gennadius Massil. presbyter in *Leone* episcopo Romano. Tertullian. praescription. adversus haeret. cap. XLIX. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ'. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις. p. 77. πίστευε ὅτι οὗτος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐξ οὐρανῶν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν ὁμοιοπαθῆ ταύτην ἡμῖν ἀναλαβὼν ἀνθρωπότητα, καὶ γεννηθεὶς ἐξ ἁγίας παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ δοκήσει καὶ φαντασίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως γενομένης, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, οὐδ' ὥσπερ διὰ σωλῆνος διελθὼν τῆς παρθένου, ἀλλὰ σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς ἀληθῶς, φαγὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ πιὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς. εἰ γὰρ φάντασμα ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. *Crede quod hic unigenitus filius dei propter peccata nostra de caelo descendit in terram, et earundem affectionum cum nobis assumpsit humanitatem, et natus est ex Maria virgine et spiritu sancto. Non opinione, non phantasia humanitatem assumpsit, non tanquam per canalem transiens per virginem, sed vere incarnatus ex ipsa: lacte nutritus vere, vereque comedens sicut et nos. Si enim phantasma erat illa incarnatio, phantasma et salus.* Docte Ignatius epist. 2. ad Trallianos. et epist. V. ad Philippenses.

Neque in phantasia sicut Valentinus asserit] Valentinus, Eutyches, Saturninus, Marcion, Basilides, Cerdo et Manichaeus phantasiae praedicatores, aiunt filium dei deum, et personam hominis non substantive extitisse, sed actu putativo quodam et conversatione simulasse. Vincent. Lirinensis contra haeres. c. XX. Vigilius Martyr lib. I. contra Eutychen. Gennadius Massil. presbyter de viris illust. in *Sabbathio* episcopo. Tertullianus de anima cap. XVII. Praescription. adversus

haeret. cap. XLIX. adversus Marcionem lib. 3. cap. VIII. Epiphanius haer. XXX. Arethas Caesariens. Cappadoc. episcop. in apocalypsin cap. VIII. Nicephor. Callist. eccles. histor. lib. VI. cap. 31. Socrates lib. I. cap. 17. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. I. Theodor. Cyri episc. dialog. 2. Contra fabul. haeret. lib. IV. fine. Manuelis Imp. Legat. ad Armenios pag. 181. Optatus Milevitanus adversus Parmen. lib. IV. Damascen. de haeres. fol. 584. Beda in Lucam lib. VI. c. XXIII. Basilius Magnus ad Sozopolitan. epist. LXV.

Anima non absque sensu et ratione, ut Apollinaristae] Honorius de haeres. *Apollinaristae dicunt Christum corpus tantum sine anima suscepisse, et deitatem pro anima habuisse.* Theodoret. lib. IV. fabul. haeret. in epitome divinor. decretor. fol. 402. Vincent. Lirinensis contra haeres. cap. XVII. et XXII. Nicephorus Callist. lib. XII. cap. IV. Socrates lib. II. cap. XXXVI. Augustinus de LXXXIII. quaestion. tom. IV. quaestione 80. de agone Christiano cap. XIX. Theodoret. dialog. 2. Ruffinus eccles. histor. lib. XI. cap. XX. Cyrillus lib. VI. in Iohan. c. VII. Cassian. lib. 1. de incarnat. Domini. Leontius de sectis pag. 447. Harmenopulus p. 559. Paulinus epist. XXV. Nazianzen. epist. ad Clenodium. Athanasius de incarnat. Domini tom. I. Suidas in voce *Apollinaris*. Thomas Aquinas sum. 3. quaest. V. art. 3. Manuelis Imp. Legat. ad Armenios p. 179. et 183. Theodorus presbyter de incarnat. Domini p. 231. Theophylact. in Iohan. c. I. in Matthaeum cap. 2.

Caro absque anima ut Eunomius] Eunomius carnem in deitatem versam praedicabat. Honorius Augustodun. episcop. de haeres.

Veros in passione et ante passionem suae carnis dolores sustinuit] Contra Mahumetistas, Simonianos, Basilidianos, Marcitas, Cerdonianos, Marcionitas, Apellitas, Docetas et Manichaeos, qui ficte et putative tantum, non autem vere passum Christum affirmant. Philastrius haeres. XXXII. XLII. XLIV. XLV. LXI. Augustin. de haeres. cap. I. IV. XIV. XX. XXIII. XLVI. Sarracenica quae Commelinus edidit ann. MDXCV. Alcoran azoara XI. fol. 37. Iohan. Cantacuzenus apolog. 2. contra Mohumetistas. Cyrillus Alexandr. anathemat. XII. Εἴτις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, ἀνάθεμα ἔστω. Interpretatur anathem. illum in libello ad Euoptium tom. IV. fol. 219. *Frustra dubitat et formidat quisquam, ne passibilem filii naturam sacramenti sermo declaret, quando dicitur carne pati. Propriae enim fiunt proprii corporis passiones. Hoc sentire visus est et sanctus Petrus dicens: Christo igitur passo pro nobis in carne. Aliud autem est dicere pati in carne, et aliud simpliciter dicere pati divinitatis naturam. Quia enim idem deus simul est ac homo, impassibilis quidem quantum ad divinitatis attinet naturam, passibilis vero secundum humanitatem. Quid hic absurdi, si dicitur pati in eo quod pati potest, qui mansit impassibilis in eo quod pati non potest?* In Actis Concilii Ephesini tom. I. cap. V. fol. 57. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. ὡς γὰρ ὑπάρχοντος θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, σοφῶς καὶ ἐμφρόνως ὁ μαθητὴς σαρκὶ πεπονθέναι φησὶν αὐτόν. ὑπεξάγων τοῦ παθεῖν τὴν ἀπόρρητον φύσιν, ἧς ἀλλότριον τὸ παθεῖν. ἴδια τοίνυν πέπονθε σαρκί. καίτοι τοῦ παθεῖν ἀμοιρεῖν εἰθισμένος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος. θεὸς οὖν ἄρα Χριστός· θεϊκῶς μὲν ἀπαθής, παθητὸς δὲ κατὰ τὴν σάρκα. Christo igitur passo pro nobis in carne. *Cum Christus sit verus deus, recte sapienterque discipulus carne illum passum affirmat. Hac enim oratione naturam illam immensam, in quam nulla perpessio cadit, ab omni perpessione exemit. Sua igitur carne passus est. Nam dei verbum secundum se nullius perpessionis capax est. Christus proinde deus est, qui quidem secundum divinam naturam pati minime potest, secundum humanam autem potest.* Epist. X. ad Nestorium fol. XXX. *Confitemur quod idem ipse qui ex deo patre genitus filius est ac deus unigenitus, tametsi secundum propriam naturam sit impassibilis, carne tamen passus sit pro nobis secundum scripturas, ut propriae carnis passiones in corpore crucifixo impassibilis sibi appropriaverit, et gratia dei pro omnibus gustaverit mortem proprio illi dato corpore, licet secundum naturam suam ipse vita sit et resurrectio.* In exposit. symbol. Nicaen. fol. 229. tom. IV. *Impassibile citra omnem controversiam, quantum ad suam naturam attinet, est verbum dei: et nullus tam attonitus est, qui putare possit, naturam quae super omnia, passionum capacem. Quia autem factus est homo, propriam carnem fecit, quae ex sancta virgine. Hoc igitur modo dispensationis verba sequentes in carne propria passum esse humano more eum qui extra omnem passionem est utpote deum affirmamus.* In Actis Concil. Ephesini tom. I. cap. XII.

Christum dicimus passum esse et resurrexisse, non quod deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera: (Deus namque incorporalis extra passionem est) sed quod corpus illud quod ipsius proprium factum est: ideo haec omnia pro nobis dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur deus, qui pati non poterat. Simili modo et mortem eius intelligimus. Immortale enim et incorruptibile est naturaliter et vita et vivificans deus verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustavit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis, non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet. Insania enim est, hoc vel sentire vel dicere. De incarnatione unigeniti cap. XXVI. *Christus patitur et non patitur, secundum aliud et aliud. Patitur autem humana carne eo quod homo sit: impassibilis autem divine manet ut deus.* Haec loca Cyrilli adscripsi ad confusionem illorum hominum, qui ipsum deitati passionem attribuisse improbe garriunt: a quo errore alienissimus fuit. Nam unicum illud dictum, quod ex lib. de incarnatione domin. cap. XXVII. fol. 261. ad doctrinam suam novam stabiliendam adferunt, tam commode ab ipso Cyrillo explicatur, ut nihil eos iuvet, et ipsum non esse dogmatis, cuius accusatur, clare demonstret. Iniuriam igitur faciunt innocentissimo viro, dum illum onerant haeresi, a qua palam se ipse defendit, et quae omnino illius non fuit, sed propria plane *Apollinaristarum, Theopaschitarum, Arrianorum, Armeniorum, Eutychis, Dioscuri, et Severi*, uti apparet ex Athanasio ad Epictetum contra omnes haeres. fol. 454. Nicephoro Callisto eccles. histor. lib. XVI. cap. XXXIII. lib. XVIII. cap. LII. Nazianzen. epistola I. ad Cledonium fol. 740. Iohan. Cantacuzeno apolog. 2. contra Mahumetistas. S. Nicone *de pessima religione Armeniorum* tom. I. biblioth. patrum fol. 456. Vigilius Martyr quoque passionem, quae propria carnis Christi fuit, male refert ad naturae verbi proprietatem. Inquit enim contra Eutychem lib. 2. fol. 555. 556. 558. Tom. V. bibliotec. patrum: *Passionis iniurias etiam divinitas pertulit, — contra divinitas clavis, sed ipsa penetrari non potuit — apparet deum verbum impassibiliter passum, — divinitas passionis pulsata iniuriis est.* Sed salubriter hunc errorem postmodum videtur emendasse Vigilius dum ait lib. IV. *Ipse unus idemque dei filius mortuus est secundum formam servi, et non est mortuus secundum formam dei*, et lib. 2. *In servili forma universas passionis iniurias pertulit. Et verbum immortale est, et passio secundum carnem est. Unde et Petrus apostolus ait: Christo itaque passo carne; passio igitur proprie ad carnem pertinet secundum naturam: ad verbum autem secundum personam, quia et verbi et carnis una eademque persona.* Orientales et occidentales episcopi in suis scriptis acerrime divinae naturae ἀπάθειαν propugnant, passiones specialiter ad carnem referentes. Iunilius de partibus divinae legis lib. I. cap. XVI. Atticus episcop. Constant. in actis Concil. Ephesini tom. 2. cap. 28. Acatius episcop. Melitensis in actis Concil. Ephesini tom. VI. cap. XI. Nicephorus Constantinopol. episc. in actis Concil. Ephesini tom. V. cap. XXII. Theodoretus lib. 3. dialog. fuse. Tertullianus adversus Praxeam c. XXIX. Proculus de fide ad Armenios fol. 412. Eusebius praeparat. Eccles. lib. IV. c. XIII. Isidorus Pelusiota epist. lib. IV. epist. 166. et 179. Leo PP. ad Flavianum epist. X. Fulgentius ad Trasimundum lib. 3. fol. 54. 56. 58. 59. 60. Damascenus de fide orthodoxa lib. III. cap. IV. VI. XIV. XVIII. XXVI. Theophylact. Bulgar. archiepiscop. in Iohan. cap. III. et VIII. Augustin. de Tempore sermon. CXCI. Nazianzen. epist. ad Cledonium. de fide orat. XLIX. Philastrius haeres. XCI. Paulinus Aquileiensis adversus Felicem Urgelitanum fol. 439. Iohan. episcop. Roman. de duabus naturis adversus Eutychen. Concil. Hispalense II. cap. XIII. Fulbertus episcop. Carnotensis in epistola ad Deo-datum tom. I. biblioth. patrum. Iohan. Cantacuzenus orat. 3. in Mahumet. Gelasius PP. adversus Nestorium fol. 475. tom. V. bibliothec. patrum. Paulus Emisenus episcop. de incarnat. Christi apud Cyrillum tom. IV. homil. VII. fol. 104. et 105. Epiphanius contra Ariomanitas haeres. LXIX. contra Aëtium haeres. LXXVI. contra Dimaeritas haeres. 77. Gregorius Magnus in Evangel. homil. XXV. Autor de fide ad Petrum cap. 2. Paulus Emisenus homil. 2. in nativitate salvatoris in Actis Concil. Ephesini fol. 278. Ἔτεκεν οὖν ἡ ἁγία Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ. κατὰ μὲν τὴν θεότητα, ἀπαθῆ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητόν. εἰ γὰρ καὶ οἰκειοῦται τοῦ ἰδίου σώματος τὰ πάθη ὁ θεὸς λόγος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει, ἀλλά γε αὐτὸς μεμένηκεν ἐν τοῖς τῆς ἀπαθείας ὅροις. κἂν ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος, δέδωκα τὸν νῶτόν μου εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· μηδὲν αὐτὸν

πεπονθέναι εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπολάβῃς. οἰκειώσασθαι δὲ μᾶλλον τοῦ ἰδίου σώματος τὰς μάστιγας. Ὁ γὰρ θεὸς λόγος μεμένηκεν ἀπαθής. Ambrosius in Lucam lib. VI. cap. VII. fol. 103. *A morte sequestrata divinitas corporalium non subiit consortium passionum.* Lib. X. cap. XXIII. fol. 220. *Christus ascensurus crucem regalia vestimenta deposuit, ut scias quasi hominem passum esse, non quasi deum; etsi utrumque Christus, quasi hominem tamen, non quasi deum cruci esse suffixum*, et de fide ad Gratianum Imp. lib. II. cap. III. et IV. fol. 136. *Christus ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur. Sic enim et apostolus Paulus dixit, quia Christi carnem crucifixerunt. Et Petrus: Christo passo secundum carnem. Caro igitur est passa, divinitas mortis libera: passioni corpus humanae naturae lege concessit. Unde illud quod lectum est: Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus, sed quia idem deus et homo, per divinitatem deus, per susceptionem carnis homo Iesus Christus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturae, id est humanae atque divinae, in terra hominis subiit passionem, ut indiscrete et dominus maiestatis dicatur esse, qui passus est, et filius hominis, sicut scriptum est, qui descendit de caelo.* Eranistes apud Theodoret. dialog. 3. p. 273. αὐτὸν δὲ θεὸν λόγον ἀπαθῶς πεπονθέναι φάμεν. Orthodoxus καὶ τίς σωφρονῶν τῶν καταγελάστων τούτων ἀνάσχοιτ' ἂν γρίφων; ἀπαθὲς γὰρ πάθος οὐδεὶς ἀκήκοέ ποτε, οὐδὲ ἀθάνατον θάνατον. τὸ γὰρ ἀπαθὲς οὐ πέπονθε, καὶ τὸ πεπονθὸς οὐκ ἀπαθὲς μείνοι ἄν. *Ipsum deum verbum impatibiliter passum dicimus.* Orthod. *Quis sana mente praeditus ferat has deridendas verborum praestigias? Nemo enim audivit unquam aut impatibilem passionem aut mortem immortalem. Nam impatibile non patitur, et patibile non manet passionis expers et vacuum:* et pag. 287. ὥσπερ τοίνυν καταβεβηκέναι μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν τὴν θείαν φύσιν ἔφησθα, υἱὸν δέ γε ἀνθρώπου κληθῆναι αὐτὴν διὰ τὴν ἕνωσιν εἴρηκας, οὕτω προσηλωθῆναι μὲν τῷ ξύλῳ τὴν σάρκα προσήκει λέγειν, ἀχώριστον δὲ ταύτης εἶναι τὴν θείαν φύσιν ὁμολογεῖν, κἂν τῷ σταυρῷ, κἂν τῷ τάφῳ πάθος ἐκεῖθεν οὐ δεχομένην, ἐπειδὴ πάσχειν οὐ πέφυκεν, οὐδέ γε θνήσκειν, ἀλλὰ ἀθάνατον ἔχει καὶ ἀπαθῆ τὴν οὐσίαν, ταύτητοι, καὶ κύριον δόξης τὸν ἐσταυρωμένον ὠνόμασε, τὸ τῆς ἀπαθοῦς φύσεως ὄνομα, τῇ παθητῇ προσνείμας. ἐπειδήπερ αὐτῆς ἐχρημάτισε σῶμα. προσεξετάσωμεν δὲ καὶ τοῦτο, ὁ θεῖος εἶπεν ἀπόστολος· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. ἐσταύρωσαν τοίνυν ἣν ἔγνωσαν φύσιν, οὐχ ἣν πάμπαν ἠγνόησαν. εἰ δὲ ἔγνωσαν ἣν ἠγνόησαν, οὐκ ἂν ἐσταύρωσαν ἥνπερ ἔγνωσαν. ἐπειδὴ δὲ τὴν θείαν ἠγνόησαν, τὴν ἀνθρωπείαν ἐσταύρωσαν, ἢ οὐκ ἀκήκοας αὐτῶν λεγόντων· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς ἑαυτὸν θεόν. διὰ δὲ τούτων δηλοῦσιν, ὡς ἣν μὲν ἑώρων ἐπεγίνωσκον φύσιν, τὴν δέ γε ἀόρατον, παντάπασιν ἠγνόουν. εἰ δὲ κἀκεῖνον ἐπέγνωσαν οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. *Sicut descendisse e caelis divinam naturam, filium vero hominis vocari ipsam propter unionem, dixisti, sic convenit dicere, ligno quidem affixam esse carnem, confiteri autem non separatam esse ab hac divinam naturam, tam in cruce, quam in sepulchro, nec tamen passionis capacem fuisse, quia nec pati nec mori potest, sed immortalem et impatibilem habet essentiam. Sic et dominum gloriae crucifixum nominavit, impatibilis naturae nomen patibili attribuens, quoniam ipsius corpus erat. Utamur etiam hac ratiocinatione. Divus dixit apostolus: si cognovissent dominum gloriae, non crucifixissent. Crucifixerunt igitur naturam quam cognoverunt, non eam quam omnino ignoraverunt. Si enim cognovissent quam ignorarunt, non crucifixissent quam noverunt. Sed quia divinam ignorabant, humanam cruci affixerunt. An non audis ipsos dicentes: propter nullum bonum opus lapidamus te, sed propter blasphemiam, quia tu homo cum sis, facis teipsum deum: et his verbis significantes, quod naturam incurrentem in oculos agnoverint, invisibilem vero omnino ignorarint. Si vero hanc agnovissent, dominum gloriae non crucifixissent.* Irenaeus apud Theodoret. dialog. 3. p. 293. ὥσπερ γὰρ ἦν ἄνθρωπος ἵνα πειρασθῇ, οὕτω καὶ λόγος ἵνα δοξασθῇ, ἡσυχάζοντος μὲν τοῦ λόγου ἐν τῷ πειράζεσθαι, καὶ σταυροῦσθαι, καὶ ἀποθνήσκειν, συγγινομένῳ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ νικᾶν καὶ ὑπομένειν, καὶ χρηστεύεσθαι, καὶ ἀνίστασθαι, καὶ ἀναλαμβάνεσθαι. *Sicut homo erat, ut tentaretur, sic et verbum erat ut glorificaretur, requiescente quidem verbo, ut posset tentari, crucifigi, et mori, et tamen humanitati unito, ut posset vincere, et perferre, et benefacere, et resuscitare, et recreare.* Damasus PP. apud Theodoret. lib. 3. dialog. p. 307. εἴ τις εἴποι, ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ πόνον ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεός, καὶ οὐχὶ ἡ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς ἣν ἐνεδύσατο ἡ τοῦ δούλου μορφή, ἣν ἑαυτῷ ἔλαβε καθὼς εἴρηκεν ἡ γραφή, ἀνάθεμα ἔστω.

Dolores in passione veros sustinuit] Hinc erroris revincitur Hilarius qui nihil

doloris in passione Christum sensisse affirmat. Hilarius de S. Trinitate lib. X. p. 150. *Homo Iesus Christus unigenitus deus per carnem et verbum, ut hominis filius, ita et dei filius, hominem verum secundum similitudinem nostri hominis non deficiens a se deo, sumpsit: in quo quamvis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio elevaret, afferrent quidem haec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent: ut telum aliquod aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aëra vulnerans. Omnes quidem has passiones naturae suae infert, ut perforet, ut compungat, et vulneret, sed naturam suam in haec passio illata non retinet: dum in natura non est vel aquam forari, vel pungi ignem, vel aëra vulnerari, quamvis natura teli sit vulnerare et compungere, et forare. Passus quidem dominus Iesus Christus dum caeditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur, sed in corpus irruens passio, nec non fuit passio: nec tamen naturam passionis exercuit, dum et poenali ministerio illa desaevit, et virtus corporis sine sensu poenae vim poenae in se desaevientis excepit.* Claudianus Mamert. episcop. de statu animae lib. II. cap. X. Petrus Lombardus episcop. Parisiensis sentent. lib. III. distinct. XVII. Cyprianus quoque in lib. de idolorum vanitate fol. 264. de morte Christi incommode loquitur, et caute legendus est: *Prophetarum* [inquit] *omnium testimonium sic ante praecesserat, oportere Christum pati, non ut sentiret mortem sed ut vinceret.* Magis rectius Fulgent. ad Trasimundum Regem lib. 3. fol. 54. *Impassibilis deus, verum passionem in vera carne sensit*, et fol. 61. *Passiones et infirmitates voluntarias quidem sed veras Christus habuit: quia veram humanae naturam non in phantasia, sed in veritate suscepit.*

Cap. III. — Ut divinitatis initium homo nascendo acceperit] Autor de fide ad Petrum cap. 2. apud Augustin. tom. 3.

Artemon] Purum hominem, id est absque deo salvatorem fuisse confirmat. Eusebius eccles. histor. lib V. cap. XXVIII. in apolog. pro Origine fol. 486. Nicephor. Callist. lib. IV. cap. XXI. Theodoret. Cyri episcop. fabul. haeret. lib. 2. Manuelis Imp. Legatio ad Armenios p. 181. Augustinus de haeres. cap. XLIV. Et haec est etiam doctrina Carpocratis. Tertullian. praescript. adversus haeret. cap. XLVIII.

Berillus] Peregrina quaedam et aliena a veritate docere coepit, asserens dominum et salvatorem nostrum, neque extitisse ante carnis nativitatem, neque propriam habere deitatis substantiam, sed hoc solum, quod paterna deitas in eo habitaret. Nicephorus Callistus lib. V. cap. XXII. Eusebius eccles. histor. lib. VI. cap. XXIV.

Marcellus] Purum tantum hominem praesumpsit dicere dominum Christum. Historia Tripartita lib. III. cap. IX. Nicephorus lib. V. cap. XXII. Marius Victorinus adversus Arrium lib. I. fol. 294. Socrates eccles. histor. lib. I. cap. XXIV. Sozomenus lib. II. cap. XXXI. Basilius Magnus ad Eustathium epist. LXXVIII.

Et deus et homo ex virgine natus] Augustin. tom. X. serm. 1. de assumpt. Mariae fol. 880. *Christus ex sacratissimo corpore Mariae carnem assumpsit, et divinam naturam humanae univit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat: ut verbum caro, hoc est deus homo peret.*

Cap. IV. — Nihil creatum et serviens in trinitate credendum] Nicetas in Nazianz. de S. baptismo fol. 881. *Nihil in trinitate servum est aut creatum, aut adventicium: utpote prius nequaquam existens, deinde autem adveniens. Neque igitur aut filius patri defuit unquam aut filio spiritus sanctus, verum immutabilis semper atque alternationis expers est sancta trinitas.* Cyrillus tom. 2. lib. *Quod spiritus sanctus deus sit, et non creatura.* Gregorius Neocaesariens. episcop. apud Euseb. lib. VII. eccles. histor. cap. XXV. Harmenopul. de sectis pag. 559. Athanasius tom. 1. ad Serapionem. Augustin. ad Bonifacium epist. L. de haeres. c. LII. Nicephor. Callist. lib. XI. cap. XLII. Rabanus Maurus de sermon. propriet. lib. 4. c. X.

Dionysius fons Arrii] Hunc Dionysium falso Arrianismi insimulatum, longa oratione demonstrat Athanasius tom. I. fol. 428. et sequent. Ruffinus de adult. libror. Origenis apud Hieronym. tom. IX. fol. 153. Vid. Caesar Baronius Annal. eccles. tom. 2. ad ann. Christi CCLXIII. fol. 600.

Nihil inaequale gratiae ut Aëtius] Opinabatur itidem ut Arrius, conditum, et ex non existentibus, atque inaequalem patri filium esse. Nicephorus Callistus eccles. histor. cap. XXXVI. lib. XI. cap. XI. Basilius Magnus contra apologet. Eunomii lib. I.

Nihil inaequale ut vult Eunomius] Dissimilem per omnia patri asserens filium, et filio spiritum sanctum. Augustin. de haeres. cap. LIV. Nicephorus Callistus lib. XI. cap. XI. Ruffin. eccles. histor. lib. X. cap. XXV. Basilius Magnus contra apologeticum Eunomii.

Nihil anterius posteriusve aut minus, ut Arrius] Athanas. tom. II. fol. 14. et de synodis *Arimini et Seleuciae* tom. I. fol. 681. Caesarius Dialog. I. *Non quidquam vel maius vel minus natum, non quidquam prius existens, adventiciumve divina in trinitate vel ante secula fuit, vel est hodie, vel deinceps erit. Nimirum pater et filius et spiritus sanctus trinitas est, et intelligitur, et adoratur ab iis, qui vere, non dicis causa vel blaspheme adorant ut Arrius, qui dei naturam distrahit, ac maius ac minus in divina trinitate imaginatur.*

Nihil extraneum, ut Macedonius] Macedoniani sanctum spiritum a substantia patris, filiique plane discernunt, tanquam ministrum meriti prorsus inferioris. Fulgent. ad Donatum fol. 94. Ruffinus eccles. histor. lib. X. cap. II. Nicephorus Callistus lib. IX. cap. XLVII. Gregorius Magnus epistol. lib. IV. epist. XXXII. fol. 793. Damascenus de duabus Christi naturis fol. 499. Augustin. de haeres. cap. LII. Socrates ecclesiast. histor. lib. II. cap. XXXV. Theodoretus lib. 2. cap. IV. Historia Tripart. lib. V. cap. XLI. S. Maximus in lib. *de duabus naturis Christi salvatoris.* Theophylact. Bulgariae archiepiscop. in Iohan. cap. III. XIV. et XVI.

Nihil pervasione aut surreptione insertum, ut Manichaeus] Vide Augustinum de haeres. cap. XLVI. Nicephorum Callistum eccles. histor. lib. VI. cap. XXXI. Epiphanium episcop. Constantiae Cypri haeres. LXVI.

Nihil corporeum, ut Tertullianus] Augustin. haeres. 86. *Tertullianus dicit deum corporeum esse.* Ad Optatum epist. CLVII. de Genesi ad literam lib. X. c. XXV. Thomas de Aquino in epist. Pauli 2 Corinth. cap. 4. lect. V. Tertullianus de paenitentia cap. III. de carne Christi cap. II. adversus Marcion. lib. 2. cap. 16. adversus Praxeam cap. VII.

Nihil corporaliter effigiatum, ut Antropomorphus] Honorius Augustodunens. eccles. presbyt. *Antropomorphitae deum humana membra et humanam formam habere autumant, cum deus sit spiritus et incorporeus.* Hieronym. in Psalm. 93. fol. 120. Origin. in epist. Pauli ad Roman. lib. I. cap. I. Cassian. collat. lib. X. cap. V. Isidor. origin. lib. VIII. cap. V. Augustin. de Genesi ad litteram lib. X. c. XXV. epist. III. ad Fortunatian. epist. 157. ad Optatum. Ruffinus invectiva I. in Hieronym. fol. 164.

Vadianus] Augustin. de haeres. cap. L. *Vadianos quos appellant (et Epiphanius schismaticos, non haereticos vult videri) alii vocant Anthropomorphitas, quoniam deum sibi fingunt cogitatione carnali in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, quod rusticitati eorum tribuit Epiphanius, parcens eis, ne dicantur haeretici.*

Nihil sibi invisibile a creaturis ut Origines] Origines docebat deum patrem per naturam invisibilem, etiam a filio non videri. Vide illum περὶ ἀρχῶν lib. 2. cap. IV. Hieronymum adversus errores Hierosolymit. Iohan. epistola LXI. c. 3. ad Avitum epist. LIX. fol. 204. Epiphanium haeresi LIV. et in epist. ad Iohan. Hierosolym. et Ancorato fol. 381. Papiam in voce *Origeniani*. Honorium de haeres. Isidorum Hispalens. orig. lib. VIII. cap. V. Athanasius de blasphemiis Arrii tom. I. fol. 681. et Histor. Tripart. lib. I. cap. XIII. Arrio hanc opinionem adscribunt. Aetate Servus-Dei etiam exorti haeretici, qui dicerent Christum in hac vita degentem non vidisse carneis oculis suis patrem, sed post resurrectionem ex mortuis et ascensionem in caelis cum translatus est in gloriam dei patris, profectum scilicet ei dantis in remunerationem martyrii: in quos praedictus episcopus acerrime stylum strinxit, sana disputatione, et libello documentis scripturarum sufficienter facto demonstrans, *quod homo deus factus, semper patrem carneis suis oculis viderit, et spiritum sanctum, per specialem et unitam dei et hominis societatem.* Gennadius de viris illustribus in *Servus-dei.*

Nihil moribus et voluntate diversum ut Marcion] Vid. Epiphanius haeres. XLIV. Nicephorus Callistus eccles. hist. lib. 6. cap. 28.

Nihil ex trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum ut Plato] Vid. Plato in Timaeo. Beda de elementis philosophiae lib. I. fol. 313. Augustinus de Genesi ad Litteram tom. III. cap. I. fol. 341. *Creatura omnis intellectualis sive corporalis non de dei natura, sed a deo est facta de nihilo, nihilque in ea est, quod ad trinitatem pertinet, nisi quod trinitas condidit, ista condita est.*

Et Tertullianus] Tertullian. advers. Marcion. lib. IV. cap. XXXVIII. *Hominem reddi iubet creatori in cuius imagine, et similitudine, et nomine, et materia expressus est.*

Nihil officio singulare] Vide Epiphan. in Ancorato. Photii Bibliothec. fol. 5.

Non tamen solitarium sicut Praxeas] Praxeas et Sylvanus sic unum credebant deum, ut illi neque filium, neque spiritum sanctum adnumerare vellent. Tertullian. adversus Praxeam cap. XXI. Gregorius Nazianz. de fide Nicena. *Non sic deum unum confitemur ut solitarium, nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse et filius.* Concil. Bracarense I. cap. I. *Si quis patrem et filium et spiritum sanctum non confitetur tres personas unius substantiae et virtutis ac potestatis, sicut catholica et apostolica ecclesia docet, sed unam tantum ac solitariam dicit esse personam, ita ut ipse sit pater qui filius, ipse etiam sit paracletus spiritus, sicut Sabellius et Priscillianus dixerunt, anathema sit.*

Cap. V. — Ὁμοούσιος patri filius] Contra Arrii blasphemias asserentis οὗτος ὁ λόγος ξένος μὲν καὶ ἀλλότριος ἐστι τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, κατὰ ἐπίνοιαν δὲ μόνον λέγεται λόγος, καὶ οὐκ ἔστι μὲν κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινὸς τοῦ θεοῦ υἱός. Κατὰ θέσιν δὲ λέγεται καὶ οὗτος υἱός, ὡς κτίσμα. Athanas. tom. I. *de sententia Dionysii contra Arrianos* fol. 441. Definit Athanasius ὁμοούσιον de S. Trinitate lib. I. fol. 149. *quod eandem essentiae rationem recipit, ut homo ab homine nihil differt, quatenus homo est, et angelus ab angelo, ita et deus a deo nihil differt quatenus deus est.* De hac voce autem apud seculum prius inter Arrianos et Catholicos acerrime decertatum. Arriani dicebant novum verbum esse ὁμοούσιον, nec reperiri in sacris litteris, cum fuisset antiquis omnino ignotum, in synodo Nicena a Catholicis nunc nuper introductum; quos etiam etiam eapropter cum Macedonianis ὁμοουσιαστὰς appellabant. Catholici contra affirmabant verbum id perantiquum esse, e sacra scriptura depromptum, a multisque viris sanctis ante synodum Nicaenam usurpatum. Athanas. de decretis synodi Nicaenae contra haeres. Arrianam fol. 400. et 415. et sequent. de synodis Arimini et Seleuciae fol. 429. 695. et sequent. de S. Trinitate dialog. I. fol. 146. 155. 158. dialog. III. fol. 191. de fide Nicena fol. 49. et sequent. Hilarius de synodis adversus Arrianos fol. 241. Gelasius de Actis concil. Niceni p. 241. Phaebadius contra Arrianos fol. 264. Marius Victorinus adversus Arrium lib. I. fol. 293. et sequent. et de homousio recipiendo fol. 361. Psellus in c. theolog. c. II. et V. Cyrillus Alexandrinus de Trinitate lib. I. Fulgent. in respons. ad Arrianos fol. 33. Histor. tripart. lib. II. cap. VII. Epiphan. contra *Ariomanitas*. haeres. LXIX. Ambros. de fide ad Gratian. Imp. lib. III. c. 7. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. IX. c. XXXI.

Non homo factus praeter deum sicut blasphemat Nestorius] Ἐκεῖνος γὰρ εἶπεν ὅτι οὐχ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου οἰκήσας ἐσαρκώθη, ἀλλ' ἄνθρωπος ψιλὸς ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς ὕστερον ἔσχε τὸν θεὸν παρεπόμενον αὐτῷ. Theophylact. Bulgariae archiepiscop. in Lucam c. II. fol. 213. in Iohan. c. I. fol. 388. Socrates eccles. histor. lib. VII. cap. XXXII. Nicephorus Callist. lib. XVIII. c. XLIX. Ius Graeco-roman. tom. I. fol. 439.

Filius sicut pater et spiritus sanctus adoratur ab angelis et omni creatura] Testimonium insigne adversus illos fanaticos, qui cultum *latriae* Christo derogant. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ'. φωτιζομένων ἐν ἱεροσολύμοις p. 12. Χριστὸς σταυρωθεὶς ὑπὸ πάσης προσκυνεῖται τῆς οἰκουμένης. Theophylact. in Lucam cap. XXIV. fol. 337. *Salvator in caelum ipsum praecursor omnium ascendit, ut ostendat conspectui patris sanctam carnem, et consideat in coelis patri.* Καὶ νῦν προσκυνεῖται ἡ φύσις ἡμῶν ἐν Χριστῷ ὑπὸ πάσης ἀγγελικῆς δυνάμεως. Iohan. Cantacuzenus Imp. Constantinop. apolog. 2. contra Mahumetistas fol. 26. Ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ πρὸ τῶν αἰώνων θεὸς ὢν προσεκυνεῖτο σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ θεῷ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. Καὶ νῦν γεγονὼς ἄνθρωπος, πάλιν προσκυνεῖται ὑπὸ αὐτῶν τῶν ἀγγέλων, καὶ μετὰ τοῦ σώματος. Συμπροσκυνεῖται γοῦν καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἀνελάβετο ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ μετὰ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καθὼς προσεκυνεῖτο καὶ ἐν ἀρχῇ παρὰ τῶν ἀγγέλων. Theodoret. episcop. Cyri dial. 2. Δεσποτικὸν σῶμα ἄφθαρτον ἀνέστη, καὶ ἀπαθές, καὶ ἀθάνατον, καὶ τῇ θείᾳ δόξῃ δεδοξασμένον, καὶ παρὰ τῶν ἐπουρανίων προσκυνεῖται δυνάμεων. *Dominicum corpus incorruptibile resurrexit et impatibile, et immortale, et divina gloria glorificatum, et a caelestibus adoratur potestatibus.* Fulgent. in respons. ad Arrianos fol. 34. *Filium etiam in forma servi positum, et propter passionem mortis paulo minus ab angelis minoratum, in caelis omnes virtutes et angeli semper adorant.* Cyrillus Alexandrinus tom. IV. in epistola ad

Nestorium fol. 30. *Christus Iesus filius unigenitus una adoratione propria cum carne adoratur.* Damascenus de duabus Christi voluntatibus fol. 474. *Una cum patre et spiritu sancto Christum incarnatum dei filium et veneror et adoro.* Et de fide orthodoxa lib. IV. c. 3. et 2. *Christus adoratur una adoratione cum sua carne ab omni creatura.* Gregorius Magnus tom. 2. homilia in Evangelia VIII. fol. 343. *Angeli naturam nostram, quam prius despexerant, postquam super se assumptam conspiciunt, in caelesti rege venerantur, et adorant hominem deum.* Vid. Cyrillus in Actis Concilii Ephesini fol. 24.

Erit resurrectio mortuorum omnium] Gennadius in Tichonio: *Tichonius Afer dicit non duas in carne resurrectiones futuras, unam et semel omnium, in qua resurgent etiam abortivi deformati.* De abortivorum resurrectione adstipulantur Tichonio Augustinus, Philippus Presbyter et Beda. Augustin. enchirid. ad Laurentium cap. LXXXV. *Occurrit de abortivis foetibus quaestio, qui iam quidem nati sunt in uteris matrum, sed nondum ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt, tolerari potest utcunque quod dicitur. Informes vero abortus quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina quae concepta non fuerint? Sed quis negare audeat, et si affirmare non audeat, id futuram resurrectionem, ut quidquid formae defuit, impleatur? atque ita non desit perfectio quae accessura erat tempore: quemadmodum non erunt vitia, quae accesserunt tempore, ut neque in eo quod aptum et congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur, neque in eo quod adversum atque contrarium attulerant, natura turpetur, sed integretur quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur, quod fuerat vitiatum.* Et de civitat. dei lib. XXII. cap. XIII. *Abortivos foetus, qui cum iam vixissent in utero, ibi sunt mortui, resurrecturos, ut affirmare ita negare non audeo: quamvis non videam, quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorum.* Philippus Presbyter in Iob. lib. I. cap. 3. et Beda exposit. in Iob. lib. I. cap. III. fol. 614. *Iob dicit: quare non in vulva mortuus sum? Nunc enim dormiens silerem et somno meo requiescerem, cum regibus et consulibus. Forte exemplum contra eos est, qui dicunt non resurrecturos, nisi qui iuxta naturae ordinem nati fuerint. Si enim conceptus moriuntur in utero, necesse est quia vivunt: aut quidquid moritur, haud dubium quia resurget: et ita quod in membris fuit et vixit, vel natura minus dederit, hoc in resurrectione in integrum reparabitur. Sic enim humani generis in melius instauratio totum reddet, quod natura fraudaverat.* Adversantur scholastici theologi dicentes: *abortivi foetus non resurgent, quoniam non vixerunt.* Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XLIX.

Non prima iustorum et secunda peccatorum] Excludit errorem dicentium resurrectionem non esse futuram omnium simul, sed primam iustorum resurrectionem, secundam fore peccatorum: quae etiam opinio Lactantii fuit, et Stephani Gobari. Thomas Aquinas in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XVI. lect. VIII. Lactant. lib. VII. cap. XX. et XXVI. In epitome cap. VIII. Photius bibliothec. fol. 471.

Non secundum Originem immutatio corporum erit] Origines putabat corporales substantias in resurrectione penitus delapsuras: et futura hoc esse corpora, quod nunc est aether, et caelum, et si quod aliud corpus sincerius et purius intelligi possit. Hieronym. ad Avitum epist. LIX. fol. 205. adversus error. Iohan. Hierosolym. ad Pammachium cap. IX. fol. 219. in Esaiam lib. VIII. cap. XIV. in Ezechiel. lib. XII. c. XL. in Amos c. V. Epiphan. ancorato fol. 390. Iulianus episcop. Toletan. prognost. lib. 3. cap. XVII. In quo errore etiam Eutychius fuit. Ado Viennensis episcop. in Chron. ad ann. Christi CCCCLXXV. Beda in Lucam lib. VI. cap. XXIII. fol. 510. *Eutychius Constantinopolitanae urbis episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis aëreque subtilius.* Ruffinus praefat. ad Macarium in Apolog. Eusebii pro Origene. et Eusebius apolog. pro Origene fol. 489. dicunt invisores Origenis hunc errorem falso viro optimo adfinxisse. Et ipse Origenes tom. I. in Matthaeum cap. XXV. homil. IX. fol. 291. videtur illorum sententiam reprobare, qui aërium corpus et paulatim in auras tenues dissolvendum, post resurrectionem introducunt. Gregorius Magnus exposit. moral. in Iob. lib. XIV. cap. XXX. *Fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram et eandem et diversam: eandem per naturam, diversam per gloriam: eandem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque spiritualis, quia incorruptibilis; erit palpabilis, quia non amittet essentiam veracis naturae.*

Cap. VII. — Omnium hominum erit resurrectio] Cyrillus Hieros. in IV. Catech. illuminat. p. 97. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀναστῆναι πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐχ ὅμοια δὲ πᾶσιν ἡ ἀνάστασις. Πάντες μὲν γὰρ αἰώνια λαμβάνομεν τὰ σώματα, ἀλλὰ οὐχ ὅμοια ἅπαντες. Οἱ δίκαιοι μὲν γὰρ ἵνα διαιωνίζοντες ἀγγέλοις συγχορεύσωσιν. Οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ἵνα εἰς αἰῶνας τῶν ἁμαρτημάτων ὑπομείνωσι τὸν βάσανον. Vid. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. cap. XXVIII.

Non dabis sanctum tuum videre corruptionem] Isidor. Hispalens. de resurrect. domini cap. LIII. Chrysostom. in Psalm. XXXVII. Athanasius Alexandrinus tractat. de definition. fol. 58. tom. 2. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. 3. fol. 63. Damascenus de fide orthodoxa lib. 3. cap. XXVIII.

Immutandos ad incorruptionem eos, qui in adventu domini vivi inveniendi sunt] Vide Hieronym. ad Minerium et Alexandrum epist. CLII. Oecumenium in epistol. Pauli ad Corinth. I. cap. XV. Thomam Aquinat. in epist. ad Thess. I. cap. IV. lect. 2. Petrum Lombard. sentent. lib. IV. distinct. XLIII. Cyrillum Hierosolym. Catechesi XIV. illuminat. fol. 138. Augustin. de civitate dei. lib. XX. cap. XIX. Sixtum Senens. biblioth. sanctae lib. VI. annotat. CCLXV. Iohannem de Gerson de articulis fidei part. 2. fol. 25.

Cap. VIII. — Diodorus] Diodorus Tarsensis putavit incorruptionem in futuro iudicio communem omnium futuram, immutationem autem proprie iustorum. Hieronym. epist. CLII. ad Minerium et Alexandrum. Autor lib. de fide ad Petrum Diaconum apud Augustin. tom. 3. fol. 153.

Vivos eos, qui in carne inveniendi sunt, credimus] Augustin. de fide et symbolo tom. III. cap. VIII. in enchiridio ad Laurentium cap. LV. de VIII. Dulcitii quaest. tom. IV. quaestion. 3. Chrysostom. tom. V. in expos. symboli: *Vivi agnoscuntur qui in corpore erunt in adventu domini, mortui qui ex hac luce migraverunt.*

Cap. IX. — Non credamus restitutionem futuram quam Origenes delirat] Beda exposit. in Salom. Prover. lib. I. c. 2. fol. 881. *Origeniani haereticis, meretricibus, cunctisque flagitiosorum turbis, et insuper ipsi diabolo atque angelis eius, post innumera licet expleti universalis iudicii tempora, remissionem scelerum, vitamque ac regnum promittunt in caelis: male intelligentes illud Esaiae: et claudentur ibi in carcere, et post dies multos visitabuntur. Quasi post multa tempora terminati iudicii salvandos ac salvandos dixerit impios, cum ille e contrario, nullam eis salutem tribuat: sed et eos, qui hoc tempore mortui prae enormitate flagitiorum, claudi merentur in carcere poenarum, tempore resurrectionis ad modicum visitandos significet tantum, ut receptis corporibus in iudicio gravius damnentur, et continuo post iudicium atrocioribus perpetuo recludantur in poenis.* Sic sacerrimus Mahumet φησὶ καὶ τοὺς δαίμονας δύνασθαι σωθῆναι διὰ τοῦ ἀλκοράνου. Richardus Monachus Florent. in confut. legis Saracen. cap. I. fol. 88. cap. IX. fol. 124. Iohan. Cantacuzenus orat. IV. in Mahumetem fol. 106. Alcoran azoar. LXI. Augustin. retract. lib. I. c. VII. in enchiridio ad Laurent. c. CXII. de civitate dei lib. XXI. c. XVII. contra Originist. ad Orosium c. IV. Gregor. Magnus expsit. in lib. Regum 2. c. 3. Leontius de Sectis p. 549. Athanas. de communi essentia patris filii, et spiritus sancti fol. 391. in quaestion. ad Antiochum quaestion. CI. Iohan. Monachus in canon. contra omnes haereticos. Caesarius dialog. 3. Ruffinus invectiva I. in Hieronym. apud Hieronym. tom. IX. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. 2. c. LVII. Thomas Aquinas in epistol. ad Ephesios c. I. lect. 3. Theophylact. in Marcum c. VIII. in Lucam. c. XVI. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. V. c. 33. lib. XVII. c. 27. Epiphan. in epist. ad Iohann. Hierosolymit. Hieronym. adversus error. Iohan. Hierosol. epist. LXI. c. 3. In Esaiam lib. VIII. c. XXV. et XXVII. in Daniel. lib. I. c. IV. Damascenus de fide orthodoxa lib. 2. c. 3. Inonis Carnotensis Chronicon fol. 44. Equidem si vera, non fictitia epistola illa, quam Ruffinus de adult. lib. Origenis fol. 494. dicit ipsum Origenem adversus illos *qui adhuc illo vivente liberos eius adulteraverunt* edidisse, nunquam sensisse nec scripsisse credendus est ea, quae hoc loco Gennadius et alii ecclesiae doctores ipsi adtribuere voluerunt. Inter alia enim dum caros suos Alexandrinos affatur ita inquit: *Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos suos, adscribunt nobis et doctrinae nostrae crimen blasphemiae, quod a nobis nunquam audierunt: de quo ipsi viderint, nolentes observare mandatum illud quod dicit, quia maledici regnum dei non possidebunt, dicentes patrem malitiae ac perditionis et eorum qui de regno dei eiciuntur, id est diabolum, me dicere esse salvandum, quod ne aliquis*

quidem mente motus et manifeste insaniens dicere potest. In Iob. lib. I. fol. 237. *Diabolus qui est totius iniquitatis autor, et omnis sceleris pater atque inventor, ad caelestem aulam ex qua sponte cecidit, nunquam iterum ascendet, nunquam denuo revertetur.* Et in Matthaeum c. XXV. homil. IX. fol. 291. *Diaboli et impiorum credimus aeterna tormenta.* Erubescant igitur qui et hoc de viro doctiss. non dubitaverunt concinnare figmentum.

Ut daemones vel impii homines post tormenta] Trithemius in Chron. monast. Hirsaugiens. circa ann. domini MCCCXV. notat. in civitate Cremensi exortos haereticos qui Luciferum cum daemonibus suis caelo iniuria pulsum, tandem cum omnibus suis beatitudini restituendum assererent.

Cap. X. — In principio creavit deus caelum et terram ex nihilo] Contra Seleucianos, Hermogenem, caeterosque *materiarios* haereticos, qui deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta, praesumunt. Tertull. adversus Hermogenem cap. II. et XXV. Theodoretus divinorum decretorum epitome fol. 391. et sq. Anastasius Synaita in hexaem. fol. 1372. Iunilius Africanus in Genesin tom. VI. biblioth. patrum. Augustinus de haeresibus cap. LIX. Detestanda blasphemia Mahumetis, qui homines ex umbra, diabolum ex ignis flamma conditum ait. Alcoran azoara LXV. fol. 165.

Facti sunt angeli] Angelos factos ante mundum sensilem putat Chrysostomus de provident. orat. I. Clemens constitut. Apostol. lib. VIII. cap. XII. Isidorus Hispalens. sentent. lib. I. c. X. Nazianzenus in Christi nativitat. orat. XXXVIII. in S. pascha orat. 2. Novatus de trinitate cap. I. Damascenus de fide orthodoxa lib. 2. cap. 3. lib. IV. cap. XIV. Aeneas Gazaeus in Theophrast. Anastasius Synaita lib. I. in hexaem. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 2. cap. VIII. in Genesin homil. I. in Matthaeum cap. XX. tract. X. Ambros. hexaem. lib. I. cap. V. in praefatione psalmorum fol. 649. Beda tom. VIII. quaest. IX. fol. 398. Photius biblioth. fol. 473. Iunilius de partibus divinae legis lib. 2. cap. 2. Augustinus lib. uno de Genes. ad litteram cap. III. et IV. lib. 2. cap. 8. in quaestionibus ad Orosium tom. IV. quaestione XXI. Sed de his tamen nihil evidenter in ecclesiastica praedicatione profertur. Origenes in prooemio libri περὶ ἀρχῶν fol. 421. *Est enim illud in ecclesiastica praedicatione, esse angelos dei quosdam, et virtutes bonas, qui ei ministrent ad salutem hominum consummandam, sed quando isti creati sunt, et quomodo sunt, non satis in manifesto distinguitur.* Eusebius in apologia pro Origine tom. IX. apud Hieronym. fol. 137. Theodoretus in Genes. quaest. 3. Epiphanius contra Paulum Samosatensem haeresi LXV. Athanas. ad Antiochum quaest. III. Autor de Incarnat. verbi apud Augustin. tom. IV. cap. IV. Petrus Lombardus sent. lib. 2. distinct. 2. Unde Iulianus Imp. vilis apostata in tribus quos contra sancta evangelia nomenque Christianum evomuit libris, Moysen maximum et vetustissimum prophetarum inscientiae arguit, quod non nativitatis angelorum, neque facturae. neque quomodo producti sint, meminerit. Cyrillus Alexand. contra Iulianum lib. 2. fol. 32. lib. 3. fol. 64.

Ut non esset otiosa dei bonitas] Iohan. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. cap. XIV. Ὁ ἀγαθὸς καὶ παντάγαθος καὶ ὑπεράγαθος θεὸς, ὁ ὅλος ὢν ἀγαθότης, διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος οὐκ ἠνέσχετο μόνον εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἤτοι τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὑπὸ μηδενὸς μετεχόμενον, ἀλλὰ καὶ τούτου χάριν ἐποίησε, πρῶτον μὲν τὰς νοερὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, εἶτα τὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν κόσμον, εἶτα ἐκ νοεροῦ, καὶ αἰσθητοῦ τὸν ἄνθρωπον. Πάντα μὲν οὖν τὰ ὑπὸ αὐτοῦ γενόμενα κοινωνοῦσι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος κατὰ τὸ εἶναι. Αὐτὸς γάρ ἐστι τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ εἰσὶ τὰ ὄντα. Οὐ μόνον ὅτι αὐτὸς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ παρήγαγεν. ἀλλ' ὅτι ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια τὰ ὑπὸ αὐτοῦ γενόμενα συντηρεῖ καὶ συνέχει. *Bonus et omnibonus et superbonus deus, totus existens bonitas, propter superabundantes divitias bonitatis suae non passus est, solum esse bonum (id est suam ipsius naturam) a nullo participatum. Huius gratia fecit primum quidem intellectuales et et caelestes virtutes, deinde visibilem et sensibilem mundum, mox ex intellectuali et sensibili natura hominem. Cuncta igitur quae ab ipso facta sunt, participant eius bonitatem secundum esse, quia ab ipso et in ipso sunt omnia: non modo quia ipse ex nihilo illa ad esse deduxit, sed quia ipsius actio, quae ab ipso facta sunt, conservat et continet.* Vide Dionysium Aeropagitam περὶ τῆς οὐρανίου ἱεραρχίας cap. IV. Origenem περὶ ἀρχῶν lib. 2. cap. IX. Iohan. Cantacuzenum apolog. 2. contra sectam Musulmannorum.

Cap. XI. — Nihil incorporeum credendum nisi solum deum] Damascen. de

fide orthodoxa lib. I. cap. XVII. Cyrillus lib. X. contra Iulianum et de S. trinitate cap. III. Nazianzen. orat. II. de Theologia. Aeneas Gazeus in Theophrasto fol. 91. Ambrosius in symbolum apostolorum. Anastasius de incircumscript. dei essent. lib. 2. tom. VIII. biblioth. patrum. Autor de Spiritu et Anima apud Augustin. tom. 3. fol. 614. cap. XVIII. *Nihil invisibile et incorporeum natura credendum est, praeter solum deum, id est, patrem, et filium, et spiritum sanctum. Qui ex eo incorporeus et invisibilis dicitur, quia infinitus et incircumscriptus, et simplex, et sibi omnibus modis sufficiens, seipse et idipsum.*

Cap. XII. — Angeli et omnes caelestes virtutes corporeae] Tribuit hic angelis corpora ut et Iustinus Martyr quaestion. Graecar. confut. fol. 157. Caesarius dialog. I. fol. 1467. Origenes περὶ ἀρχῶν in prologo fol. 421. et lib. II. cap. II. Tertullian. de carne Christi cap. VI. et adversus Marcionem lib. 3. cap. IX. S. Macarius Eremita homil. IV. pag. 45. Elias Cretensis in apolog. Nazianzeni fol. 43. Augustin. de divinat. daemonum cap. III. et V. de Genesi ad litteram lib. III. cap. X. in enchiridio ad Laurent. cap. LIX. De LXXXIII. quaestion. tom. IV. quaestion. XLV. lib. 2. retract. cap. XXVI. ad Fortunat. epist. CXI. ad Nebridium epist. CXV. Claudianus de statu animae lib. 3. fol. 718. 719. Beda de element. philosophiae lib. I. fol. 314. *De daemonibus quaeritur, utrum corpora habeant an non, cum sint animalia, et omne animal corpus dicatur, an sint spiritus, ut ait propheta: qui facit angelos suos spiritus. Inde dicunt quidam quod corpora sunt, tamen ita subtilia, quae sensu percipi non possunt. Unde respectu nostrorum corporum quae spissa sunt et grossa, spiritus dicuntur. Quemadmodum aër quamvis corpus sit, tamen propter subtilitatem sui spiritus vocatur. Quod confirmat beatus Gregorius, qui in moralibus lib. 2. cap. 2. de angelis loquens ait, comparatione nostrorum corporum spiritus sunt, sed comparatione illius summi et incircumscripti spiritus, corpora sunt decrvida. Hoc iterum probant autoritate B. Augustini, qui enchiridio quoddam ponit capitulum, qualia corpora angeli habeant. Nos autem plus illorum sententiae concedimus, qui dicunt illos esse spiritus.* Quod omnino verum volunt Dionysius Areopagita περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας cap. II. περὶ θείων ὀνομάτων cap. IV. Nazianz. Orat. II. de Theolog. et orat. XXXVIII. de natali Christi. Chrysostomus orat. I. de providentia et tom. I. homil. de *Adam et Eva* fol. 446. et in V. cap. Genes. Homil. XXII. Cyrillus in Iohan. lib. IV. cap. X. fol. 195. Gregorius Nyssenus de vita Moysis fol. 125. de pauperibus amandis orat. I. fol. 260. Iohan. Cantacuzenus apolog. I. contra Musulmannos orat. 2. et 3. in Mahumetem. Thomas Aquinas parte I. sum. quaest. LI. articulo I. De natura angelorum cap. XVIII. Basilius Seleuciensis orat. VI. in Noëmum. Sedulius in epistolam Pauli ad Philippenses cap. 2. Durandus sentent. lib. 2. distinct. VIII. quaest. I. Bernhardus de considerat. lib. V. cap. IV. Gregorius Magnus exposit. moralis in Iob. lib. IV. cap. IX. Theodoret. in Genesin quaestione XXXVI. Orat. III. contra Graecos fol. 52. et in epitom. divinor. decret. fol. 395. in Zachar. cap. I. Damascenus de fide orthodoxa lib. II. cap. III. XII. et XVII. de dormitione Mariae orat. II. fol. 454. Philo de plantatione Noae et de confusione linguarum fol. 234. Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὸν ἀέρα ψυχῶν ἀσωμάτων ἱερώτατος χόρος, ὀπαδὸς τῶν οὐρανίων. Ἀγγέλους γὰρ τὰς ψυχὰς ταύτας εἴωθε καλεῖν ὁ θεσπιῳδὸς λόγος. Suidas in voce Ἄγγελοι non solum incorporeos sed et incircumscriptos angelos facit. Id falsum esse hoc loco docet Gennadius, et Didymus lib. I. de spiritu sancto fol. 219. Gregorius Magnus in Evangelia homil. XXXIV. Athanas. ad Antioch. quaest. XXVI. et ad Serapion. *Spiritum sanctum non esse creaturam* fol. 365. Durandus sentent. lib. I. distinct. XXXVII. quaest. 5. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. XVII. lib. 2. cap. II. Ἄγγελοι περιγραπτοί, ὅτε γὰρ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ γῇ. Καὶ εἰς τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀποστελλόμενοι, οὐκ ἐναπομένουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ.

Creatura omnis corporea est] Hoc et praecedens caput integrum a nostro mutuatus est Autor libri de Spiritu et Anima apud Augustin. tom. III. fol. 614. cap. XVIII. et Rabanus Maurus de sermon. proprietate lib. IV. cap. X.

Cap. XIII. — Immortales esse credimus intellectuales naturas] Vide Cyrillum Alexandrinum in thesauro lib. VIII. cap. II. Ambrosium de fide lib. 3. cap. 2. Dionysium Areopagitam περὶ θείων ὀνομάτων cap. VI. Haymonem Halberstat. Episcop. in epistol. Pauli ad Timoth. 2. cap. VI. Autorem de spiritu et anima cap. 43.

Cap. XIV. — Animas hominum non esse ab initio inter caeteras intellectua-

les creaturas, sicut Origenes fingit] Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 3. fol. 461. dicit *animas rationales antequam in corpore nascerentur, aliquid contraxisse culpae in sensibus vel motibus suis, pro qua a prima statim nativitate, imo et ante nativitatem, per divinam providentiam vel boni aliquid vel mali perpeti dispensentur.* Similia deliramenta loquitur Plato in Phaedone, cui etiam super talibus assensum, fidemque accommodant Pythagoraei, Philolaus, Basilides et Priscillianistae. Vide Clementem Alexandrin. lib. 3. Stromat. et lib. IV. fol. 217. Theodoretum Cyri episcop. in epitome divinor. decretor. fol. 400. contra Graecos orat. V. fol. 71. Nicephor. Callistum ecclesiast. histor. lib. V. c. XXXIII. lib. XVIII. c. XXVII. Augustin. de peccato origenali contra Pelagium lib. 2. cap. XXXI. de peccator. meritis et remissione lib. I. cap. XXII. Ruffinum invectiva I. in Hieronymum fol. 16. Leonem PP. I. epistola ad Turbium Asturiens. episcop. tom. I. concil. cap. X. Adnotata ad Arnobii lib. I. fol. 16. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις p. 16. Μάνθανε ὅτι πρὶν παραγένηται εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἡ ψυχὴ, οὐδὲν ἥμαρτεν, ἀλλ' ἐλθόντες ἀναμάρτητοι, νῦν ἐκ προαιρέσεως ἁμαρτάνομεν. *Disce quod priusquam in hoc mundo adesset anima nihil peccarit: sed venientes sine peccato, nunc ex nostro arbitrio peccamus.* Concil Bracarense I. c. VI. *Si quis animas humanas dicit prius in caelesti habitatione peccasse, et pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.*

Neque cum corporibus per coitum seminantur] Autor de spiritu et anima c. XLVIII. *Animae non per coitum cum corporibus seminantur, sicut Luciferiani, et Cyrillus, et aliqui Latinorum praesumptores affirmant.* Vide Eusebium Pamphil. apologia pro Origene fol. 491. apud Origenem tom. I.

Luciferiani] Augustinus de haeresibus cap. LXXXI. *Luciferiani cum teneant in omnibus catholicam veritatem, in hoc errore stultissimo prolabuntur, ut animam dicant ex transfusione generari eandemque dicant et de carne, et carnis esse substantiam.*

Aliqui Latinorum praesumptores] Tertullianum designat, qui animam ex traduce esse asserit lib. de anima cap. IX. XIX. XXII. XXVII. XXXVI. Ruffinus in epistola ad Anastasium apud Hieronym. tom. IX. fol. 158. tom. II. apolog. 2. fol. 242. et Autor dialogi *de anima* apud Hieronym. tom. IX. fol. 244. etiam Lactantium iis adnumerant, qui pariter cum corpore per humani seminis traducem animam diffundi putant. Ambo apertissimi falsiloqui, ut apparet ex Lactantio de opificio dei cap. XIX.

Dicimus creationem animae solum creatorem nosse] Autor de incarnat. verbi apud Augustin. tom. 4. cap. II. fol. 660. *De anima vero utrum ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis corporalibus habeatur: an vero aliud habeat initium, et hoc ipsum initium si est genitum, aut non genitum: vel certe si extrinsecus corpori inditur, necne, non satis manifesta praedicatione distinguitur.* Vide Lactantium de opificio dei cap. XIX. Chrysost. in Genes. cap. II. homil. XIII. Raban. Maurum de anima cap. II. Autorem dialogi de anima apud Hieronym. tom. IX. fol. 244. et seq. Bonavent. lib. 2. distinct. XVIII. quaest. 3. adnotata ad Arnobium lib. 2. fol. 49.

Cap. XV. — Neque duas esse animas in uno homine] Hoc caput habes apud autorem lib. de spiritu et anima c. XLVIII. et Thomam Aquinatem part. I. sum. quaest. LXXVI. articul. 3.

Sicut Iacobus et alii Syrorum] Iacobi Syri haeresiarchae meminit Nicephorus Callistus ecclesiast. hist. lib. XVIII. cap. LII. Timotheus presbyter tom. V. biblioth. patrum fol. 931. Damascenus de haeresib. fol. 584.

Cap. XVI. — Anima non cum corpore moritur sicut Aratus asserit] Autor de spiritu et anima cap. XLVIII. *Solum hominem credimus habere animam substantivam, quae exuta corpore vivit, et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet, neque cum corpore moritur ut Arabs asserit.* Non male pro Aratus *Arabs* legit. Arabici enim et *Thnetospsychitae* dicunt animam cum corpore mori. Isidorus Hispalens. origin. lib. VIII. cap. V. Augustin. de haeresibus cap. LXXXIII. Damascenus de haeresibus fol. 585. Nicephorus Callistus lib. V. c. XXIII.

Epicurea vanitas] Epicurus apud Diogenem Laertium lib. X. p. 787. Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Ἐπειδήπερ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν. Ὅταν δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. Οὔτε οὖν πρὸς τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὔτε πρὸς τοὺς τετελευτηκότας. Ἐπειδήπερ περὶ οὓς μὲν, οὐκ ἔστιν. Οἱ δ' οὐκέτι εἰσίν. *Quod acerbissimum malorum est et horrendum ma-*

xime, mors nihil ad nos: quoniam cum nos sumus, mors non adest; quum vero mors adest, nos iam non sumus. Neque igitur ad viventes neque ad mortuos pertinet. Nam iis qui sunt, illa non est, quibus vero adest, iam illi non sunt. Isidorus Hispalens. Orig. lib. VIII. cap. VI. Ambrosius epist. XXV. fol. 240. Hieronym. in ecclesiast. cap. 8. fol. 23. Tertull. praescript adversus haeret. cap. VII. de anima cap. XLII. et L.

Neque post modicum intervallum substantialiter vivit sicut Zenon dicit] Laertius lib. VII. in Zenone: Δοκεῖ τὴν ψυχὴν αἰσθητικήν. Ταύτην δὲ εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα. Διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν. Φθαρτὴν δὲ εἶναι. *Opinatur animam sensibilem, eamque esse nobis insitum ingenitumque spiritum, ideo et corpus esse, ac durare post mortem; esse tamen obnoxium corruptioni.*

Cap. XVII. — Animalium animae cum carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur] Theophylact. Alexand. episcop. apud Theodoretum lib. 3. dialog. p. 316. Τῶν ἀλόγων οὐκ αἴρονται καὶ τίθενται πάλιν αἱ ψυχαὶ, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων συνδιαφθείρονται καὶ εἰς χοῦν ἀναλύονται. Aeneas Gazaeus in Theophrast. fol. 98. Basilius Magnus homil. VIII. in hexaemeron. Athanas. tom. 2. tract. de definit. fol. 57.

Nec ratione reguntur ut Plato et Alexander putant] Autor de spiritu et anima c. XLVIII. *Animalium animae non sunt substantivae, sed cum ipsa carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur: et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia incitamenta natura ducuntur.*

Nec ratione reguntur] Quoniam in ipsis non est electio, neque ratiocinationis discretio, qua perpendant agendorum delectum; sed simul imperat natura ad agendum impelluntur. Basilius Seleuciens. episcop. orat. 3. in Adam. Damascenus de duabus Christi voluntatibus fol. 483. Augustin. de quantitate animae cap. XXVII. XXVIII. Autor de fide ad Petrum cap. XXIV.

Cap. XVIII. — Anima humana non cum carne moritur] Athanas. ad Antioch. quaest. 17. Πόθεν [δὲ] δῆλον ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου οὐ συναποθνήσκει μετὰ τοῦ σώματος ἡ ψυχή; τινὲς γὰρ οὕτω νομίζουσιν. ΑΠΟΚ. Ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς καὶ λόγος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς προφανῶς ἡμᾶς διδάσκει τὸ θνητὸν τοῦ σώματος, καὶ τὸ ἀθάνατον τῆς ἡμετέρας ψυχῆς λέγων· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὰ σώματα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Πρόδηλον ὡς ἀθάνατος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχει. Id est: *Unde potest declarari quod tempore mortis non una cum corpore moriatur anima quoque? sic enim quidam opinantur.* Respons. *Verbum Christi et dei nostri clarissime nos docet, quod corpus nostrum mortale, et quod immortalis sit anima nostra. Inquit enim Christus: ne metuatis ab istis qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere. Unde constat quod anima hominis immortalis sit et adeo existat.* Lactant. lib. VII. cap. XII. *Interire prorsus anima non potest, quoniam ex dei spiritu, qui aeternus est, originem coepit.*

Cap. XIX. — Duabus substantiis tantum constat homo] Thomas Aquinas in epist. Pauli ad Thessalon. I. cap. V. lect. 2. *Dixerunt quidam quod in homine aliud est spiritus, aliud anima, ponentes duas in homine animas, unam quae animat, aliam quae ratiocinatur. Sed haec sunt reprobata in ecclesiasticis dogmatibus.* Origenes περὶ ἀρχῶν lib. III. cap. IV. Autor de spiritu et anima c. III. et XLIX. Gennadius in *Theodoro* fol. 210. apud Hieronym. tom. IX. Paulinus Aquileiens. episcop. adversus Felicem Urgelitanum fol. 445. Hieronymus in Danielem c. III.

Duabus substantiis tantum constat homo] Contra Apollinarium, qui animarum ponit διαφορὰν καὶ ἐκ τριῶν συγκεῖσθαι λέγει τὸν ἄνθρωπον, ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς τῆς ζωτικῆς, καὶ αὖ πάλιν, ἐκ τῆς λογικῆς, ἣν νοῦν προσαγορεύει, ἡ δὲ θεία γραφὴ μίαν οἶδεν, οὐ δύο ψυχάς. Theodoret. dialog. 2. pag. 86.

Cap. XX. — Non est tertius in substantia hominis spiritus] Autor de spiritu et anima c. XLIX. *Non est tertius in hominis substantia spiritus, ut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore spiritus appellatur.*

Sicut Didymus contendit] Vide Didymum de spiritu sancto lib. 3.

Sed spiritus ipsa est anima] Hieronym. lib. IV. in Matth. c. XXVII. *Spiritum pro anima intelligimus, sive quod spirituale et vitale corpus faciat, seu quod animae ipsius substantia spiritus sit.* Innocentius Papa III. serm. II. post pascha fol. 65. Gregorius Magnus lib. XI. Moral. c. III. Isidorus Hispal. orig. lib. XI. c. I.

Anima vero ex eo vocatur] Autor de spiritu et anima c. XLIX. *Anima ex eo*

vocatur quod ad vivendum vel vivificandum animet corpus. Tertullianus de anima cap. VI.

Tertius qui ab apostolo inducitur spiritus] Hieronymus ad Hedibiam quaest. XII. epist. CL. fol. 423. *Alii triplicem in homine volunt affirmare substantiam. Spiritus quo sentimus, animae qua vivimus, corporis quo incedimus: sunt qui ex anima tantum et corpore subsistere hominem disserentes, spiritum in eo tertium non substantiam velint intelligi, sed efficientiam, per quam et mens in nobis et sensus, et cogitatio, et animus appellantur: et utique non sunt tot substantiae, quot nomina. Cumque illud eis oppositum fuerit: benedicite spiritus et animae iustorum domino: scripturam non recipiunt, dicentes eam in hebraico non haberi. Nos autem in praesenti loco, ut supra diximus, spiritum qui cum anima et corpore integer conservatur, non substantiam spiritus sancti, quae non potest interire, sed gratias eius donationesque accipimus: quae nostra vel virtute vel vitio et accenduntur, et extinguuntur in nobis.*

Cap. XXI. — Libertati arbitrii] Hoc caput integrum exscripsit Rabanus Maurus de serm. propriet. lib. IV. c. X. et Bernhardus de interiori domo c. 69. fol. 1093. Autor de spiritu et anima c. XLVIII. *Libertati arbitrii sui commissus est homo: postquam vero deceptione serpentis per Evam cecidit, naturae bonum perdidit, pariter et vigorem arbitrii: non tamen electionem, ne non esset suum, quod emendaret peccatum. Manet itaque ad quaerendam salutem arbitrii libertas, id est, rationis voluntas, sed admonente prius deo et inspirante ad salutem. Ut ergo acquiescamus salutari inspirationi, nostrae potestatis est: ut adipiscamur, quod adipisci desideramus, divini est muneris; ut non labamur adepto salutis munere, nostrae sollicitudinis est et caelestis adiutorii: ut labamur potestatis nostrae est et ignaviae.* Athanasius in orat. ad Gentes. Hieronym. adversus haereses Iovinian. lib. I. cap. II. Iustinus in dialog. cum Tryphone Iudaeo. fol. 247. et 257. in quaestion. et respons. ad orthodox. quaest. VIII. fol. 310. Tertullianus advers. Marcionem lib. 2. cap. V. et VI. Epiphanius contra Pharisaeos haeres. XVI. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. I. in proloquio. Gaudentius tract. XII. de verbis Evangel. nunc iudicium est huius mundi etc. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. XXXIX. Philo in lib. Quod deus immutabilis sit. Autor de incarnat. verbi apud Augustinum tom. IV. cap. II. fol. 660.

Perdidit vigorem arbitrii, non tamen electionem] Vid. Chrysostomus in epist. Pauli ad Hebraeos cap. VIII. homil. XVI. Faustus de libero arbit. lib. I. cap. IX. Aeneas Gazaeus in Theophrasto fol. 78.

Initium ergo salutis nostrae] Docte Gregorius Nazianzen. orat. XXXI. fol. 715.

Quae sequuntur capita usque ad c. LII. in MS. non extant. Sunt autem desumpta ad verbum ex decretali epistola Coelestini PP. I. ad Galliae episcop. et ex Concil. Milevitano, Africano, et Arausicano II. ut suis locis notavimus.

Cap. XXII. — Firmissime credendum] Coelestinus PP. I. epistola ad Galliae episcop. tom. I. Concil. c. IV. fol. 523.

Cap. XXIII. — Neminem esse per semetipsum bonum] Coelestinus PP. in decretis c. V.

Cap. XXIV. — Neminem etiam baptismatis gratia renovatum] Coelestinus PP. in decretis c. VI.

Cap. XXV. — Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio] Coelestinus PP. in decretis c. VII.

Idem magister in epistola ad Milevitanum concilium] Extat huius Innocentii PP. I. epist. ad Milevitan. concil. tom. I. concil. fol. 474.

Cap. XXVI. — Quod omnia studia, opera ac merita] Coelestinus PP. in decretis c. VIII. Petrus Diaconus de incarnat. et gratia domini c. VIII.

Papae Zosimi regularis autoritas] Haec epistola Zosimi Papae edita nondum est: Augustinus epistol. CLVII. ad Optatum etiam illius meminit.

Cap. XXVII. — Ita deus in cordibus hominum] Coelestinus PP. in decretis c. IX. Petrus Diaconus de incarnat. domini c. VIII.

Cap. XXVIII. — Quicunque dixerit gratiam dei] Concil. Milevitanum c. III. *Placuit, ut quicunque dixerit gratiam dei, in qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quae iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit.* Caelestin. PP. in decret. cap. X. Corpus Canon. part. III. cap. CLIV. distinct. IV. de consecrat. Burchardus Wormaciensis episcopus decret. lib. II. cap. XVIII.

Cap. XXIX. — Quisquis dixerit gratiam dei per Iesum Christum] Concil. Milevitanum c. IV. Burchardus Wormaciens. decret. lib. XX. c. XVIII. Epitome S. Canonum fol. 65.

Cap. XXX. — Obsecrationum quoque sacerdotalium] Coelestinus PP. epist. I. ad Galliae Episcopos tom. I. Concil. c. XI. fol. 525. Petrus Diaconus de incarnatione domini cap. VIII.

Cap. XXXI. — Illud etiam quod circa baptizandos] Coelestinus PP. in decretis c. XII.

Non prius fontem vitae adeant quam exorcismis et exsufflationibus] Ritus exorcismi et exsufflationis in baptismo antiquissimus est, uti apparet ex Cyrillo Hierosolym. in praefat. cateches. illuminat. fol. 3. et 5. et κατηχήσ. μυσταγωγικῇ β p. 196. Gregor. Nazianz. de baptismo orat. XL. fol. 657. Autore lib. hypognost. fol. 958. 959. apud Augustin. tom. VII. Optato Milevitano contra Parmenianum lib. IV. fol. 348. Augustino de fide et operibus tom. IV. c. VI. de peccator. meritis et remiss. lib. I. c. XXXIV. de nuptiis et concupisc. ad Valerium lib. I. c. XX. fol. 557. lib. 2. c. XXIX. fol. 580. de symbolo ad catechumenos tom. IX. fol. 752. 776. de peccato originali contra Pelagium lib. 2. c. XL. fol. 547. contra Iulianum Pelagian. lib. I. c. 2. fol. 641. 643. lib. 3. c. 3. fol. 675. 676. lib. VI. c. 2. fol. 751. Leone PP. I. in decretis c. XIII. Concilio Bracarensi II. c. I. et IX. Beda in Marcum lib. IV. c. XVI. homil. aestival. de tempore tom. VIII. fol. 43. Rabano Mauro de institut. clericorum lib. 1. c. XXVI. Alcuino de divinis officiis fol. 1069. Bonaventura lib. IV. distinct. VI. Durando sentent. lib. IV. distinct. VI. quaest. IV. Severo Alexandrino de ritibus baptismi fol. 153. nullum tamen de eo in SS. scriptura extat mandatum, neque in descriptione baptismatis Iustinus Martyr et Tertullianus illius meminerunt. Centur. Magdeburgens. Cent. I. lib. 2. c. VI. fol. 497. Centur 2. c. VI. fol. 110. Iustinus Martyr apolog. 2. pro Christian. fol. 73. 74. Tertullian. de baptismo tom. 3. fol. 459.

Cap. XXXII. — Omnium bonorum affectuum] Coelestinus PP. in decret. c. XII. Petrus Diacon. de incarnat. domini c. VII.

Cap. XXXIII. — Quicunque dicit Adam primum hominem] Concil. Milevitanum c. I. Concil. Africanum c. LXXVI. Autor hypognost. apud August. tom. 7. articulo I. fol. 927. Corpus Canon. distinct. IV. Epitome S. Canonum fol. 65. ex Concil. Carthaginensi: τῷ τὸν Ἀδὰμ δογματίζοντι καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας τεθνήξεσθαι μέλλοντα, ἀνάθεμα.

Cap. XXXIV. — Quicunque parvulos recentes] Concil. Milevitanum c. II. Concil. Africanum c. LXXVII. Corpus Canon. part. 3. c. CLIII. distinct. IV. Iohannes Maxentius in confessione fidei fol. 492. Faustus de libero arbitrio lib. I. c. II. Beda in quaest. tom. 8. fol. 409. Epitome S. Canon. fol. 65. Τῷ λέγοντι, τὰ μικρὰ καὶ νεογνὰ βαπτιζόμενα μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι, μηδὲ ἕλκειν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ταῦτα προγονικῆς ἁμαρτίας τὸ ὀφεῖλον καθαρθῆναι, ἀνάθεμα.

Cap. XXXV. — Si dixerimus quia peccatum non habemus] Concil. Milevitanum c. VI. Concil. Africanum c. LXXXI. Cyprianus de testimon. ad Quirin. lib. 3. Augustin. contra duas epistolas Pelagianorum lib. IV. c. III. Epitome S. Canon. fol. 65. Τῷ λέγοντι, τὸ παρὰ τοῦ Ἰωάννη τοῦ θεολόγου ῥηθὲν ἐν ἐπιστολῇ, ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, διὰ ταπεινοφροσύνην, καὶ οὐχὶ κατ' ἀλήθειαν εἴρηται, ἀνάθεμα.

Cap. XXXVI. — Quicunque dixerit in oratione dominica] Concil. Milevitanum c. VII. Concil. Africanum c. LXXXII. Autor de fide ad Petrum Diacon. c. IV. Augustin. contra Iulianum Pelagianum lib. 3. fol. 673. Epitome S. Canon. fol. 65. Τῷ λέγοντι, τοὺς ἁγίους τό, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγειν, ὡς ὄντων ἀναμαρτήτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ἀνάθεμα.

Cap. XXXVII. — Quicunque ipsa verba dominicae orationis] Concil. Milevitanum c. VIII. Concil. Africanum c. LXXXIII.

Cap. XXXVIII. — Si quis per offensam praevaricationis Adae] Concilium Arausicanum II. c. I.

Cap. XXXIX. — Si quis soli Adae praevaricationem suam] Concil. Africanum c. II. Chrysostom. tom. I. homil. de Adam et Eva fol. 445. Augustin. in quaestion. sacrae scripturae quaestion. XXXVI. Petrus Diacon. de incarnat. et gratia domini c. VI. Petrus Lombardus lib. II. sentent. distinct. XXX.

Cap. XL. — Si quis invocatione humana] Concilium Arausicanum II. c. III.

Cap. XLI. — Si quis ut a peccato purgemur] Arausicanum Concil. II. c. IV.

Cap. XLII. — Si quis sicut augmentum ita etiam initium fidei] Concilium Arausicanum II. c. V. Faustus de libero arbitrio lib. I. c. VII.

Cap. XLIII. — Si quis sine gratia dei credentibus] Concil. Arausicanum II. cap. VI.

Cap. XLIV. — Si quis per naturae vigorem bonum aliquod] Concilium Arausicanum II. c. VII. Faustus de libero arbitrio lib. I. c. X. Augustinus de correptione et gratia tom. VII. c. I.

Cap. XLV. — Arbitrium voluntatis in primo homine] Concilium Arausicanum II. c. VIII.

Cap. XLVI. — Si quis alios per misericordiam] Concilium Arausicanum II. c. XIII. Augustinus epist. XC.

Cap. XLVII. — Natura humana] Concilium Arausicanum II. c. XIX.

Cap. XLVIII. — Sicut eis qui volentes in lege] Concilium Arausicanum II. cap. XXI.

Cap. XLIX. — Secundum supra dictas sanctorum] Concil. Arausicanum II. c. XXV. Fulgentius ad Monimum lib. I.

Cap. L. — Hoc etiam secundum fidem catholicam] Concil. Arausicanum II. cap. XXV.

Cap. LI. — In omni bono opere non nos] Concil. Arausicanum II. c. XXV.

Cap. LII. — Baptisma unum est] Contra Valentinianos, qui duo baptismata dicunt. Hieronym. in epist. Pauli ad Ephes. lib. 2. c. IV. fol. 178. Sedulius Scotus in collectan. epist. Pauli ad Ephes. c. IV. fol. 80. Cyprianus ad Quintum epist. LXXI. ad Iubaianum epist. LXXIII. *Unum baptisma est, idque in ecclesia catholica.* Tertullianus de baptismo c. XV. Augustin. contra Donatistas lib. I. c. III. Epiphan. contra Catharos haeres. LIX. Rabanus Maurus de sermon. proprietate lib. IV. c. X. Optatus Milevitanus contra Parmenianum lib. V. Ambros. de poenitent. lib. 2. c. II. Cyrillus Hierosolym. I. Cateches. Basilius Magnus de Spiritu sancto c. XIV.

Ubi in nomine patris, et filii, et spiritus sancti datur] Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. 2. fol. 57. *In hoc vel maxime fidei catholicae veritas cognoscitur, quod recte in nomine patris, et filii, et spiritus sancti baptizare consuerit, quoniam omnem trinitatem ubique pariter adesse credit.* et lib. 3. fol. 66. Gregor. Magnus lib. I. epistol. XXIV. Alcuinus de divinis officiis fol. 1969. Cyrill. Hierosolym. catechesi mystagog. 2. p. 198. Bernhardus Abbas ad Balduinum epistola CCCXXXIX. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. c. X. Canones Apostolorum cap. XLIX. Vigilius PP. epistola ad Eleutherium cap. 3. Basilius Magnus de SS. c. XII. Cyprianus epist. XXIII. et LXXIII. Clemens constitut. apostolorum lib. VII. c. XXII. Isidorus de officiis ecclesiasticis lib. II. c. XXIV. Athanasius contra Arrianos orat. 3. fol. 118. et seq. Tertullian. de baptismo c. VI. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. III. Concil. Toletanum IV. c. V. Conspuatur furor Menandri Samaritani, negantis habere posse quenquam salutem, nisi baptisma eius induerit. Tertullian. praescription. adversus haereticos c. LXVI. de anima c. L.

Ubi in nomine patris et filii et spiritus sancti datur] Damnat errorem Eunomii, qui contra traditionem apostolorum instituere voluit, ut divinus baptismus mersione una perageretur. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. XI. c. XI. Sozomenus lib. VI. c. XXVI.

Si qui apud haereticos baptizati sunt in sancta trinitatis confessione, recipiuntur] Concil. Carthaginens. I. c. I. Nicolaus PP. I. ad consulta Bulgarorum c. XV. Capitular. Karoli Magni et Ludovici Impp. lib. VII. c. CCCXIX. Corpus Canon. part. 3. distinct. IV. Concil. Africanum c. XV. Ursinus Monachus apud Gennadium in catalog. viror. illustrium. Augustinus contra Donatistas lib. VI. fuse. Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. c. XXVI. *Celebratur unum baptisma verum, non nisi in nomine summae trinitatis, quod et dominus ipse ostendit, et canones apostolorum docent. Unde quicunque vel ab haereticis in trinitate baptizantibus, vel ab alio quolibet homine, sub appellatione legitima eiusdem sanctae trinitatis fuerit baptizatus, rebaptizari non debet, ne invocatio summae divinitatis adnullari videatur; sed et chrismate et manus impositione, quod imperfectum erat, perfici debet.* Beda tom. XII. in homil. aestival. de sanctis fol. 128. et in Iohan. cap. III. fol. 554. *Sive haereticus, sive schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione sanctae trinitatis baptizet, non valet ille, qui ita baptizatus est, a bonis*

catholicis rebaptizari: ne confessio et invocatio tanti nominis videatur annullari. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. III. *Sive in catholica fide; sive in haeresi quacunque vel in schismate quisquam in nomine patris et filii et spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit.* Erravit igitur, imo insanivit Agrippinus (Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. VI. c. VII. perperam huius erroris primum autorem facit Cyprianum) Carthaginensis episcopus, qui primus omnium mortalium, contra divinum canonem et universalis ecclesiae regulam, rebaptizandum esse censuit. Quae eius praesumptio non solum haereticis omnibus formam sacrilegii, sed etiam quibusdam catholicis occasionem praebuit erroris. Nam tempore Cornelii PP. visum est Cypriano cum ferme LXXX. episcopis suis Africanarum ecclesiarum, *omnem hominem, qui extra ecclesiae catholicae communionem baptizatus fuisset, oportere ad ecclesiam venientem denuo baptizari.* Vincentius Lirinensis contra haeres. cap. IX. Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. I. c. XVIII. lib. 3. c. XII. ad Vincentium epist. XLVIII. contra Crescon. Grammat. lib. 1. c. XXXII. lib. 2. c. XXXVIII. lib. 3. c. I. Hieronym. adversus Luciferian. c. 8. Cyprianus ad Quintum epist. LXXI. ad Iubaianum epist. 73. ad Magnum epist. LXXVII. Sed quod tanti meriti et tantae virtutis episcopus, de baptismo aliter senserit, quam erat inquisita diligentius veritas firmatura, caritatis ubertate compensatum, et passionis falce purgatum est, ut ait Augustin. loco praenotato, et Petr. Lombard. sentent. lib. 4. distinct. 6.

Confirmentur manus impositione] Eusebius PP. I. epistol. I. decretali ad Galliae episcop. tom. I. Concil. fol. 209. *Quod significastis quid de conversis haereticis fieri debuisset, scitote nos eos, qui in S. trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere.* Vid. Iustin. Martyr. in quaestion. ad orthodox. quaestion. 13. fol. 312.

Si parvuli sunt, respondeant pro illis qui eos offerunt] Augustin. de verbis apostoli sermon. XIV. de peccatorum meritis et remissione contra Pelagian. lib. I. c. XXXIV. ad Bonifacium epist. XXIII. ad Vitalem epist. CVII. Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. c. XXV. Rabanus Maurus de instit. clericor. lib. I. c. XXVI. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. VI. *Cuncti ad baptismum venientes fidem suam profiteri debent, et exponere quid petendum venerint ad ecclesiam. Quod si adultus est, pro se respondet, se credere in patrem, filium et spiritum sanctum. Si autem parvulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respondet.*

Manus impositione] Tertullian. de baptismo c. VIII. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. I. c. XXX.

Chrismate communiti] Cyprianus Carthaginens. episcop. LXX. *Ungi necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate esse unctus dei, et habere in se Christi gratiam possit.* Tertullian. de baptismo c. VII. Origen. in Ezechiel. c. XVI. homil. VI. Corpus Canon. distinct. IV. de consecrat. Damascenus de fide orthodox. lib. 4. c. X.

Eucharistiae mysteriis admittantur] Ecclesiastica enim consuetudo non renatis ex aqua et spiritu non tradit corpus Christi. Beda in Lucam lib. IV. c. XV. in quaestion. super librum Regum c. XVI. in Iohan. lib. 1. c. 2. Cyprianus epist. LXIII. Augustin. in Iohan. tract. 2. de baptismo contra Donatistas lib. II. c. XIV. contra Pelagian. lib. I. c. XV. Cyrillus Alexand. in Iohan. lib. XII. c. L. *Prohibemus a sacramentis catechumenos, quamvis veritatem iam cognoverint, et fidem magna voce confiteantur: quia nondum locupletati spiritu sancto sunt, qui habitat in iis, qui baptismate consummati. Unde quum baptismum receperint, quia spiritus sanctus habitare in illis creditur, a tactu et communione salutaris Christi corporis non prohibentur. Idcirco et accedentibus ad benedictionem mysticam ministri mysterii magna voce clamant, sancta sanctis: solis sanctificatis spiritu, tactum et sanctificationem corporis Christi congruere significantes.* Imo veteres tanti fecerunt hoc sacramentum ut ne ad inspectionem quidem eius admitterent nisi fideles et baptizatos. Unde et ante consecrationem exire iubebantur *catechumeni, energumeni* et *poenitentes*. Micrologus de observat. ecclesiast. cap. LI. tom. IV. bibliothec. patrum. Maximus Monachus in expositione Liturgiae c. XV. et XVI. Nicolaus Cabasila interp. in divinum sacrificium c. XXIII. Germanus archiepiscopus Constantinopol. rerum ecclesiast. theoria fol. 678. 679. Guilhelmus Durantus Minatens. ecclesiae episcop. in rationali divinor. officiorum lib. IV. fol. 37. lib. VI. fol. CXXIX. Albertus Magnus Ratisbon. episcop. de officio missae tractat. 3. c. XXIII. Albinus Alcuinus praeceptor Karoli Magni de divinis officiis fol. 1994. et fol. 2015. Thomas Aquinas sum. 3. quaest. LXXX. articulo IV. Dionysius Areopagita περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας p. 113. 221. et 141. Τοὺς δὲ κατηχουμένους, ἐνεργουμένους τε, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας, ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς ἐφίησι μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέου τῶν πανιέρων γραφῶν ἀναγνώσεως, εἰς δὲ τὰς ἑξῆς ἱερουργίας καὶ θεωρίας οὐ συγκαλεῖται τούτους, ἀλλὰ τοὺς τελείους τῶν τελεσιουργῶν ὀφθαλμούς. *Catechumenos et energumenos, quique in paenitentia sunt, sanctae hierarchiae mos patitur quidem audire sacram psalmorum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem: ad sacra autem opera, quae deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos oculos eorum, qui digni sunt.* Notandum autem hoc loco quod olim pueris recens baptizatis data eucharistia. Paulinus episcop. Nolae ad Severum epist. XII. Cyrill. Hierosolym. cateches. 3. illuminat. Hierosolym. fol. 23. Cyprianus de lapsis fol. 222. Augustinus tom. X. serm. VIII. de verbis apostoli fol. 197. ad Bonifac. epist. XXIII. ad Vitalem epist. CVI. Contra duas epistolas Pelagian. lib. I. cap. XXII. lib. IV. cap. IV. de peccatorum meritis ac remissione lib. I. cap. XX. Autor hypognost. apud Augustin. tom. VII. ad articul. V. fol. 956. *Quomodo vitam regni caelorum promittitis parvulis non renatis ex aqua et spiritu, non cibatis carne* (Bellarminus falso unam speciem saltem datam pueris scribit de eucharistia lib. IV. cap. XXIV.) *atque non potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum. Ecce non baptizatus, vitali etiam cibo, poculoque privatus, dividitur a regno caelorum, ubi fons viventium permanet Christus.* Et haec consuetudo perduravit usque ad Karoli Magni aevum. In capitulari enim eius lib. I. cap. CLXI. constitutio legitur, *ut presbyter semper eucharistiam habeat paratam, ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.* Et eius praeceptor Albinus Alcuinus de divinis officiis fol. 1971. *Praecavendum est* (inquit) *ut infantes recens baptizati, nullum cibum accipiant, neque lactentur, antequam communicent.* Idem sancitum in Ordine Romano, quem Melchior Hittorpius vulgavit; et observatur etiam nunc a Bohemis et Moravis, ut notat Ioachimus Vadianus de sacramento eucharistiae lib. I. fol. 14. lib. 2. fol. 40. Iacobus Pamelius in adnotat. ad Tertullian. de baptismo fol. 470. putat hunc morem tum sublatum, quando cessavit adultorum baptismus, et certa illa baptizandi tempora amplius observata non sunt, ob periculum irreverentiae. Utut sit, cum secundum monitum S. Pauli I Corinth. cap. XI. ad hoc mysterium requiratur *sui probatio*, et *mortis domini annunciatio*, non video quomodo institutio huius sacramenti pertineat ad parvulos, qui horum nihil praestare possunt, ratione quippe destituti. Recte igitur censet Iohannes de Gerson cancell. Parisiensis, tunc pueris eucharistiam dandam cum ad perfectum usum rationis, ac discretionis annos pervenerint. Sic enim de communion. laicor. sub utraque specie part. I. fol. 17. et in regulis moralib. part. 2. fol. 75. scribit: *Illi pueri sunt idonei suscipere eucharistiam, et ad hoc ligari videntur semel in anno, qui secundum leges censentur habiles ad nubendum.*

Illos autem qui non in sancta trinitatis invocatione] Quoniam nullus est baptismus, si in fide S. Trinitatis non datur. Hieronymus in Ioëlem cap. 2. fol. 86. Didymus de SS. lib. 2. fol. 224. Cyrillus Hierosolym. in I. Cateches. illuminat. Hierosolym. Firmilianus Caesar. Cappadociae episcop. apud Cyprian. epist. LXXV. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. cap. X. Fulgentius ad Donatum de fide orthodoxa fol. 94. *Mysterium redemptionis humanae nulla ratione perficitur, si in baptismo vel filii, vel spiritus sancti vocabulum subtrahitur.*

Pauliani] Concilium Nicaenum cap. XIX. *De Paulinianistis ad ecclesiam catholicam confugientibus, definitio prolata est, ut baptizentur omnimodis.* Epitome S. Canonum fol. 47. Concil. Carthaginense VI. cap. XIX. Concil. Arelatens. II. cap. XVI. Gelasius de actis concil. Niceni p. 168. Ius Graeco-Romanum tom. I. fol. 378. Isti autem a Paulo Samosateno appellati sunt, qui Christum deum dei filium substantivum, et personalem, et sempiternum, non semper fuisse cum patre dicit, sed eius initum, ex quo de Maria natus est, asseverat, nec eum amplius aliquid quam hominem putat. Augustin. de haeres. cap. XLIV. Damascenus de haeres. fol. 580. Philastrius haeres. LXIV.

Procliani] Docuerunt Christum non in carne venisse. Augustinus de haeres. cap. LX.

Borboritae] Id est, coenosi, propter turpitudinem quam exhibent in suis my-

steriis. Vid. Epiphanius haeres. XXVI. Augustin. haeres. VI. Philastrius haeres. LXXII. Oecumenius in epistolam Iudae cap. I. Cod. Theodos. de haereticis L. LXV. *Borborianos* eos vocat.

Bonosiani. Montanitae] Bonosianos et Montanitas non rebaptizari, sed post abiectionem pravi et confessionem recti dogmatis sola manus impositione purgari tradunt Syricius PP. I. epistola ad Victoricium episc. tom. I. Concil. fol. 456. et Concil. Arelatense II. cap. XVII. Timotheus presbyter vero, Ius Graeco-Rom. tom. I. fol. 378. et Thomas de Aquino part. 3. sum. quaest. LXVI. articul. IX. Bonosianos et Montanitas inter illos ponunt, qui rebaptizantur. Illorum sententiae accedit Gregorius Magnus epist. lib. IX. epist. LXI. ad Quirinum episc. fol. 1087. *Haeretici, qui in trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiani et Cataphrygae et alii tales, cum ad sanctam ecclesiam veniunt, baptizantur, quia baptismum non fuit, quod in errore positi, in sanctae trinitatis nomine minime perceperunt.*

Bonosiani] Hi Christum deum ex patris substantia ante secula negant, illum filium dei adoptivum, non proprium adserentes. Honorius haeresi. LXVIII. Innocentius PP. 1. epist. XX. ad Laurentium episcop. tom. I. concil. fol. 464. Gregorius Magnus epist. lib. IX. epist. LXI.

Montanitae] Dicunt spiritum sanctum, quem in evangelio Christus discipulis suis promisit, in Montano et Priscilla redditum. Nuptias prohibent, et de infantis anniculi sanguine eucharistiam funestam conficiunt. Augustin. de agone Christiano cap. XXVIII. de haeres. cap. XXVI. Harmenopulus de sectis. Epiphanius haeres. XLVIII.

Manichaei] Vid. Epiphanius haeres. LXVI. Philastrius haeres. LXI. Augustinus de haeres. cap. XLVI.

Manichaei et Marcion] Theodorus Studitus epist. ad Naucrationem filium tom. I. biblioth. patrum: *Baptizantur Marcionitae, Tascodrugitae, Manichaei, et quae sunt eiusdem ordinis.* Timotheus presbyter de differentia eorum, qui accedunt ad S. fidem fol. 931. Ius Graeco-Roman. tom. I. fol. 378.

Quae duo principia sibi ignota introducunt] Honorius de haeres. *Marcion et Cerdoniani duo principia contraria asserunt.* Theodoretus fabul. haeretic. lib. I. Epiphanius haeres. XLI. et XLII. Damascen. de haeres. fol. 578. Philastrius haeres. XLIV. et XLV. Isidorus Hispalens. orig. lib. 8. cap. V. Tertullian. praescript. adversus haeret. cap. LI. adversus Marcionem lib. 1. cap. 2.

Contraria principia, ut Manichaeus] Epiphan. haeres. LXVI. Philastrius haeres. LXI. Augustinus haeres. XLVI.

Tria et barbara, ut Sethianus et Theodosius] Theodoretus lib. I. fabul. haereticar.

Vel multa, ut Valentinus] Ubertim Tertullianus adversus Valentinianos. et lib. 1. adversus Marcion. cap. V. Praescription. advers. haeret. cap. 33 et 49. Epiphanius haeres. XXXI. Philastrius haeres. XXXVIII. Timotheus presbyter fol. 931. Augustinus haeres. cap. XI.

Cerinthus] Timotheus presbyter fol. 931. *Baptizantur Sabelliani, Cerinthiani, Menandriani, Ebionaei.* Cerinthus autem Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine divinitate contendens. Irenaeus lib. I. cap. XXV. Augustin. haeres. VIII. Epiphanius haeres. XXVIII. Tertullian. praescription. adversus haeret. cap. XLVIII.

Photinus] Is Christum tantummodo hominem solitarium adserit, cui principium adscribit ex Maria. Vincentius Lirinensis contra haeres. cap. XVI. Marius Victorinus Afer adversus Arrium lib. 1. fol. 288. 294. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. 1. fol. 37. Augustin. de haeres. cap. XLIV. Leo PP. 1. serm. IV. de Nativitat. Domini p. 37. Ruffin. in expositione symboli fol. 87. Vigilius Martyr lib. 1. contra Eutychen. Epiphanius haeres. LXXI. Nicephorus Callistus lib. IX. cap. XXXI. Sozomenus lib. IV. cap. V. Historia Tripart. lib. V. cap. V. Philastrius haeres. LXV. Theodotus Ancyrae episcop. in Actis Concil. Ephesini tom. VI. cap. X.

Cap. LIII. — Quotidie Eucharistiae communionem percipere] In primitiva ecclesia, cum magna adhuc vigebat fidei devotio, fideles quotidie communicasse, notum ex Actibus apostolorum, et epistola decretali Anacleti Papae tom. I. Concil. fol. 56. Mansit ea consuetudo usque ad aetatem Cypriani et Augustini in Africa, Mediolani, Romae, et in Hispania, usque ad Ambrosii et Hieronymi tem-

pora. Cyprianus de orat. Dominica fol. 244. Augustin. ad Bonifac. epist. XXIII. ad Ianuarium epist. CXVIII. Ambros. de sacramentis lib. V. cap. IV. Hieronymus ad Lucinium epist. XXVIII. fol. 38. ad Hedibiam epist. CL. quaest. 2. fol. 416. In apologia ad Pammachium pro lib. adversus Iovinian. cap. VI. fol. 184. Postmodum diminuto fidei ardore, et refrigescente charitate sensim mos ille obsolevit. Thomas Aquinas part. 3. sum. quaestion. LXXX. artic. X. Ideoque sancitum a Pontificibus Romanis, ut, si non frequentius, saltem ter *(in natali Domini, Pascha, et Pentecoste)* aut ad minus semel *(in Coena Domini)* in anno eucharistiae sacramentum seculares susciperent, nisi viventes omnino ab ingressu ecclesiae arceri, et mortui Christiana carere vellent sepultura. Concil. Lateranense c. XXI. Conc. Turonens. III. cap. L. Concil. Agathense cap. LXIII. Corpus Canon. distinct. 2. cap. XVI. Burchardus Wormaciensis episcopus lib. V. cap. XVIII. Ivo episcop. Carnotensis part. 2. cap. XXVII. Capitul. Karoli Magni lib. 2. cap. XLV. Bonaventura episcop. Albanensis super sententias Petri Lombardi lib. IV. distinct. XII. quaestion. 2. num. 82. et sequent. Ludovicus Imp. addition. 3. ad Capitulare Karoli Magni cap. XXXVIII. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XII. quaestion. V. Albertus Magnus de officio missae tract. 3. cap. XXI. Graeci in Orientalibus partibus non quotidie, sed solis diebus festis et dominicis communicarunt. Athanas. tom. I. apolog. 2. fol. 569. 570. Augustin. de verbis domini secundum Lucam tem. X. sermon. XXVIII. fol. 76. et de sermone domini in monte lib. 2. fol. 815. *Plurimi in Orientalibus partibus non quotidie coenae Dominicae communicant.* Ambrosius de sacramentis lib. V. cap. IV. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Graeci in Oriente facere consueverunt.* Ipsi quoque sancti patres non tam inculcant quotidianam et crebram communionem, quam dignam sacramentorum perceptionem. Walafridus Strabo de rebus eccles. c. XX. *Gennadius Massiliensis presbyter in dogmate ecclesiastico, quasi inter veteres et iuniores medius existens, cum adhuc alii Dominicis tantum, iam quoque nonnulli quotidianis communicarent diebus, huiusmodi libramine sententiam suam temperat, ut quotidianam eucharistiae perceptionem nec laudare, nec vituperare se dicat; omni vero dominica communicare, si capitalia peccata non prohibeant, et mens in delectatione peccandi posita non est, hortatur. Apud Graecos quoque illi, qui duas vel tres dominicas sine communione transierint, excommunicari dicuntur.* August. epist. CXVIII. ad Ianuarium fol. 360. *Dixerit aliquis non quotidie accipiendam eucharistiam. Quaeris quare? quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque vivit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducaverit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Alius contra, immo, inquit, si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario removeri ad agendam paenitentiam, et eadem autoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere paenitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, vel auferat se communioni vel reddat. Caeterum si peccata tanta non sunt, ut excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet ut praecipue in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus et sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri proposuit Zachaeus et ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit dominum, alter dixit: non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Ambo salvatorem honorificantes, diverso et quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat; sic in ore cuiusque Christiani sacramentum illud quomodo sumatur aestimandum. Nam et ille honorando non audet quotidie sumere, et ille honorando non audet ullo die praetermittere. Contemptum solum non vult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim et apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui non discernebant a caeteris cibis veneratione singulariter debita.* Chrysostomus in epistol. Pauli ad Hebraeos cap. IX. homil. XVII. et de non contemnenda dei ecclesia et mysteriis: Πολλοὶ τῶν μυστηρίων ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἕτεροι δὲ δίς, ἄλλοι δὲ πολλάκις. Τίνας οὖν τούτων ἀποδεξόμεθα; Τοὺς ἅπαξ, ἢ τοὺς πολλάκις, ἢ τοὺς ὀλιγάκις; Οὔτε τοὺς ἅπαξ, οὔτε τοὺς πολλάκις, οὔτε τοὺς ὀλιγάκις, ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος, τοὺς μετὰ

καθαρᾶς καρδίας, τοὺς μετὰ βίου ἀνεπιλήπτου. Οἱ τοιοῦτοι ἀεὶ προσιέτωσαν. Οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, μηδὲ ἅπαξ. Κρίμα γὰρ ἑαυτοῖς λαμβάνουσι καὶ κατάκριμα. Et de B. Philogonio tom. III. fol. 835. *Multi Christianorum in talem vaecordiam, tantumque venere contemptum, ut quum innumeris scateant malis, nullam tamen vitae suae curam habeant, sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam domini accedant, haud intelligentes quod communionis tempus non est festum neque celebritas, sed conscientia pura, vitaque a peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec paenitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque semel in anno accedere liberat nos a peccatis, si indigne accesserimus; quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod cum semel accedamus, ne tunc quidem pure accedamus.* Et homil. LXI. ad populum Antiochenum in epist. Pauli ad Corinthios I. cap. X. homil. XXIV. ad Ephesios cap. II. homil. III. in orat. de baptismo Christi. Anastasius quaest. 7. in SS. fol. 135. Isidorus de officiis eccles. lib. 1. cap. XVIII. Basilius Magnus de baptismate lib. 1. cap. III. lib. 2. quaestion. 3. Autor homil. de coena Domini apud Hieronym. tom. IX. Hieronym. ad Corintheos c. XI. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. 1. cap. XI. de sacramento eucharistiae cap. LVII. Origenes in Psalm. XXXVIII. homil. II. In Leviticum cap. XXIII. homil. XIII. Marcialis episcop. ad Burdegalenses cap. IV. Eligius Noviomensis episcop. de coena Domini homil. VIII. Augustinus tom. X. serm. CCLII. de tempore. Ambrosius in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XI. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. IX. num. 42. Algerus de sacramento eucharistiae lib. 1. cap. XXII.

Communicaturus satisfaciat lachrymis] Haec verba citat Thomas Aquinas in 1. epist. Pauli ad Corinth. cap. XI. lect. 7.

Quem mortalia peccata non gravant] Mortalia peccata vocat *adulterium, homicidium, sacrilegium, furtum, et periurium.* Hieronym. in Ezechielem lib. XI. cap. XXXIV. in Zachar. lib. 1. cap. V. Cyprian. de bono patientiae fol. 288. Autor de rectitudine catholicae conversation. apud Augustin. tom. IX. fol. 793. Tertullian. adversus Marcionem lib. IV. cap. IX.

Quem mortalia crimina post baptismum premunt] Walafridus Strabo de observat. eccles. cap. XVII. *Sacramenta a sanctificatione vel secreta virtute dicuntur. Unde etiam criminum foeditate capitalium a membris Christi deviantes ab ipsis sacramentis ecclesiastico suspenduntur officio. — Sciendum a S. patribus ob hoc vel maxime constitutum, ut mortaliter peccantes a sacramentis dominicis arceantur, ne ea indigne percipientes, vel maiori involvantur reatu, ut Iudas, quem post panem a magistro temere susceptum diabolus dicitur plenius invasisse, ut crimen quod prius scelerata praemeditatione conceperat, iam sceleratissimo consummaret affectu. Vel (quod apostolus de Corinthiis dicit) ne infirmitatem corporis et imbecillitatem, ipsamque mortem praesumptores incurrant.* Ambros. serm. VI. fol. 9. *Vestrum est vetare homicidam antequam paenitentiam agat eucharistiam accipere.* Concil. Turonicum I. cap. VII. *Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem paenitentiae ipsorum crimina diluantur.* Martialis episcop. in epistola ad Burdegalens. cap. IV. *Est indignus mensa Domini, qui hominem occiderit. Nam si praesumit eucharistiam, reus est mortis animae et corporis sui.* Sic Photius patriarcha Basilium Imp. Michaelis parricidam, ad sacram coenam admittere noluit. Zonaras tom. 3. annal. fol. 151. *Meretricibus* quoque *publicis, usurariis, mimis, et histrionibus* denegatur communio. Nicephorus Confessor tom. I. Iuris Graeco-Romani fol. 196. Iohannes Gerson de sacramento eucharistiae part. 2. fol. 27. Durandus de S. Portiano super sentent. Petri Lombardi lib. IV. distinct. IV. quaest. V. Gregorius PP. in decretis lib. V. tit. XIX. cap. III.

Hortor prius publica paenitentia] Publicae paenitentiae meminerunt Irenaeus adversus haeres. lib. I. cap. IX. Eusebius eccles. histor. lib. V. cap. XXVIII. Tertullian. de paenitent. cap. IX. Ambrosius de paenitent. lib. II. cap. X. Nicephorus Callistus lib. XII. cap. XXVIII. Histor. Tripart. lib. IV. cap. XXXV. Sozomenus lib. VII. cap. XVI. Hieronym. ad Oceanum epist. XXX. fol. 85. *Quis hoc crederet,* (loquitur de exomologesi Fabiolae) *ut post mortem secundi viri in semetipsam reversa, (quo tempore solent viduae negligentes, iugo servitutis excusso, agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretriceos) saccum indueret, et errorem publice fateretur; et tota urbe spectante Romana, ante diem Paschae in basilica Laterani, qui Caesariano truncatus est gladio, staret in ordine paenitentium, episcopo, presbyteris, et omni populo collachrimantibus; sparsum crinem, ora livida, squallidas manus, et sordida colla submitteret.* De ritu illius solemni fuse Gratianus distinct. L. Bonaventura lib. IV. distinct. XIV. numer. 39. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XIV. quaest. IV. Beatus Rhenanus ad Tertulliani lib. de paenitent. et in admonit. dogmat. Tertulliani fol. 557. Imposita autem est pro gravissimis et notoriis sceleribus, quae commoverunt totam urbem, vel totam viciniam; ut ita qui multorum destructione se perdiderit, cum multorum aedificatione se redimat. Ludovicus Imp. addition. 2. ad Capitular. Karoli Magni cap. XXIII. Durandus loco praeallegato. Autor de utilitate paenitentiae apud Augustin. tom. IX. fol. 706. cap. 3. Iohannes de Gerson. part. 2. de visitat. praelatorum fol. 43. de absolvendi potestate p. 33. Augustin. tom. IX. lib. I. de symbolo ad catechumenos cap. VI. de animabus defunctorum tom. X. serm. IV. fol. 894. Martinus Bracarensis episcop. in excerptis capit. Graecor. tom. 2. Concil. cap. XXIII. fol. 224. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XVII. numer. 79.

Secreta satisfactione] Albinus Alcuinus de divinis officiis, in appendice bibl. patrum fol. 1952. *Secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus; quotidiana vero leviaque peccata, sine quibus hominis vita non ducitur, dominica oratione purgantur.* Vidend. Martinus Chemnitius theologus eruditissimus examin. Concil. Trident. part. 2. pag. 381. et seq.

Quotidie eucharistiae communionem percipere] Rabanus Maurus de serm. proprietate lib. IV. cap. X. de instit. clericor. lib. I. cap. XXXI. Corpus Canon. de consecrat. distinct. 2. cap. XII. Innocentius PP. III. mysterior. missae lib. IV. cap. XLII. fol. 394. Walafridus Strabo de reb. eccles. cap. XX. Algerus de sacramento eucharistiae lib. 1. cap. XXII. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. dist. XII.

Cap. LIV. — Paenitentia vera est] Gregorius Magnus in evangelia homil. XXXIV. fol. 482. et epist. lib. IX. epist. XXXIX. fol. 1069. *Paenitentiam vere agere, est commissa flere, et iterum plangenda declinare.* Eligius Noviomensis episcop. homil. XVI. Ambros. serm. XXXIV. fol. 47. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XIV. Iohannes Gerson de sacramento paenitentiae part. 2. fol. 27.

Satisfactio paenitentiae] Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XV. *Satisfactio paenitentiae est, peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere.* Rabanus de serm. proprietat. lib. IV. cap. X. de institut. clericor. lib. 2. cap. XXXI. Bernhardus *de interiori domo* fol. 1063. Bachiarius de recipiendis lapsis. Bonaventura lib. III. distinct. XX. lib. IV. distinct. XV. quaest. III. Vid. Martinus Chemnitius part. 2. examin. Concil. Tridentin. p. 378 et sequent.

Cap. LV. — In divinis promissionibus nihil terrenum] Vide Augustinum in Iohan. tractatu XXXII. cap. VII.

Non nuptiarum copulam sicut Cerinthus] Cerinthi haeresis haec erat, ut affirmaret terrenum futurum Christi regnum, ac quia ventri, gulae ac libidini erat deditus, ea futura decernebat, quae sibi propria libido dictabat. Ventris et eorum, quae sub ventre sunt incitamenta, cibis, potibus, et nuptiis praedicabat explenda. Eusebius eccles. histor. lib. III. cap. XXVIII. lib. VII. cap. XXIII. Theodoret. lib. II. fabul. haeret. Isidor. Hispal. orig. lib. 8. c. V. Epiphanius haeres. XXVIII. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. III. cap. XIV. lib. VI. cap. XXII. Sic impuratus Mahumet ut mancipiis suis vilissimis, et maximis mulierum amatoribus Saracenis placeret, illis post fata paradisum deliciosum, inque eo speciosissimas mulieres, ac longas et securas subationes pollicitus est. Alcoran azoara II. LXV. LXVI. Iohan. Cantacuzenus orat. 2. in Mahumet. doctrina Mahumeti ad Sarracenos fol. 197. Anastasius bibliothecarius ad ann. Christi DCXXII.

Non quod ad cibum et potum pertinet, sicut Papia autore, Irenaeus, Tertullianus, et Lactantius acquiescunt] Hieronymus in catalogo script. ecclesiast. ad Dextrum fol. 123. *Papias Iohannis auditor dicitur mille annorum iudaicam edidisse* δευτέρωσιν, *quem secuti sunt Irenaeus, et Apollinarius, et caeteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, et Victorinus Pictaviensis, et Lactantius hac opinione ducuntur.* Et in praefat. in Esaiam lib. XVIII. fol. 213. in Ezechiel. lib. IX. cap. XXXVI. Eusebius eccles. histor. lib. III. cap. XXXIX. Nicephorus Callistus lib. III. cap. XX.

Irenaeus] Vide illum lib. V. cap. XXXII. et sequent. edition. Francisci Feuardentii.

Tertullianus] In fragmento libri de spe fidelium, de resurrectione carnis cap. XXV., adversus Marcionem lib. 1. cap. XXIX. lib. III. c. XXIV. lib. IV. c. XXIX.

Lactantius] Lib. VII. cap. XXIV. et XXVI. in Epitome cap. 8.

Sicut Nepos docuit] Nepos iudaico intellectu de futuris promissionibus sentiebat, easque corporaliter exhibendas docebat: et mille annis in deliciis corporalibus in hac terra sanctos regnaturos esse cum Christo. Eusebius eccles. histor. lib. VII. cap. XXII. Theodoretus fabul. haeret. lib. 3. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. VI. Hieronymus de viris illustrib. in Dionysio Alexandrinae urbis episcopo.

Cap. LVI. — Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire] Contra Pelagianos, qui docebant principium boni operis esse in nobis, sed consummationem ex deo. Augustin. ad Vitalem epist. CVII. ad Sixtum presbyt. epist. CV. contra duas epist. Pelagian. lib. II. cap. V. de Spiritu et Littera cap. XXXIV. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 3. cap. 1. Autor hypognost. apud Augustin. tom. VII. articul. 3. fol. 932. Fulgentius episcop. Ruspensis ad Gallam epist. II. ad Probam epist. IV. de praedestinat. ad Monimum lib. 1. Bernardus Abbas Claraevallensis epistola CCXXIV. de modo bene vivendi serm. 3. Thomas de Aquino in epist. Pauli ad Ephes. cap. I. lectione I. et in Quodlibet. I. articul. VII.

Nullum dei voluntate perire sed per seipsum] Eusebius in apolog. pro Origene apud Orig. tom. I. fol. 482. *Habendum est in ecclesiasticis observationibus, quod neque hominum quis a deo in perditionem traditus est, sed unusquisque pereuntium sua negligentia pereat et culpa, qui habens arbitrii libertatem eligere quod bonum est, et potuit, et debuit.* Origenes in epist. Pauli ad Roman. lib. 2. cap. II. fol. 309. *Observandum est, quod nusquam deus dicitur aliquem perdidisse, sed unusquisque ex se patitur hoc quod perit.* Concilium Arausicanum II. cap. XXV. *Aliquos ad malum divina potestate praedestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione anathema illis dicimus.* Augustin. de 3. articulo sibi falso imposito tom. VII. fol. 922. *Omnium hominum deus creator est, sed nemo ideo creatus est ut pereat, quia alia causa est nascendi, alia pereundi. Ut enim nascantur homines est beneficium, ut pereant, praevaricatoris est vitium.* De peccatorum meritis et remission. contra Pelagian. lib. 2. cap. XVII. In enchiridio ad Laurent. cap. CIII. Ambrosius de Isaac et anima c. VII. Chrysost. de compunction. cordis fol. 495. Faustus de libero arbitrio lib. 1. cap. XIX. lib. 2. cap. I. et sequent. Fulgentius de duplici praedestinat. ad Monimum lib. 1. fol. VII. VIII. XI. et sequent. Hieronym. in Ezechiel. lib. I. cap. III. Autor hypognost. articulo VI. fol. 959. et sequent. Damascenus de fide orthodoxa lib. II. cap. XXX. lib. IV. cap. XX. et XXII. Multimodis igitur detestanda haeresis, quae impia novitate praesumit asserere, *quod deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, ut illam perdat in aeternum.*

Cap. LVII. — Malum vel malitia non est a deo creata] Ambros. hexaemer. lib. 1. cap. VIII. fol. 12. *Malitia ex nobis orta, non a deo creatore condita, morum levitate generatur, non ullam creaturae habens praerogativam, nec autoritatem substantiae naturalis, sed mutabilitatis vitium, et errorem prolapsionis. Non enim vita mortem generat, nec lux tenebras.* Vide Iustinum Martyrem quaest. LXXIII. ad orthodox. Hieronym. adversus error. Iovinian. lib. 1. cap. XVII. Epiphan. contra *Basilidianos*, haeres. XXIV. Gregor. Nyssenum tract. 2. in Psal. LVI. In orat. catechet. cap. V. Faust. de libero arbitr. lib. 1. cap. I. Damascen. contra *Manichaeos* p. 751. Raban. Maurum de sermon. proprietat. lib. IV. cap. X. Augustin. contra Iulian. Pelagian. lib. I. cap. III. in quaestion. ad Orosium tom. IV. c. XVI. Petrum Lombardum sentent. lib. IV. cap. XXXV.

Diabolus bonus a deo conditus] Contra Priscillianistas, dicentes *quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura eius opificium dei sit, sed eum ex chao et tenebris emersisse, scilicet quia nullum sui habeat autorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia.* Leo PP. 1. epist. XCI. ad Turbium Asturicens. episcop. tom. I. Concil. cap. 13. Tertullian. adversus Marcionem lib. 2. cap. X. *Deus diabolum ex forma operum bonorum instituit bonum: et quidem retro invituperabilis a die conditionis suae, a deo in bonum conditus, ut a bono conditore invituperabilium conditionum, et excultus omni gloria angelica, et apud deum constitutus, qua bonus apud bonum; postea vero a semetipso translatus in malum.* Papias in voce *Malum.* Damascenus contra Manichaeos fol. 543. de fide orthodox. lib. II. cap. IV. et XXVII. Cyrillus Alexand. in Iohan. lib. VI. cap. VI. Didymus Alexand. in epist. S. Iudae cap. I. Ambros. in Lucam lib. IV. cap. IV. lib. VII. cap. XVII. Elias Cretensis in orat. Nazianz. 3. fol. 210. Theodoret. divinor. decret. epitome

fol. 599. Chrysostom. de paenitent. tom. V. fol. 563. Augustin. de Genesi ad literam lib. XI. cap. XXI. de civitate dei lib. V. cap. IX.

Cap. LVIII. — Nihil natura esse immutabile nisi solum deum patrem] Nazianzen. de fide orat. XLIX. *Nos credimus immutabilem et inconvertibilem, sicut patrem, ita et filium dei, et spiritum sanctum.* Theodoretus in Psalm. CL. Athan. de *divinitate Christi* fol. 339. de *incarnatione verbi* fol 480. Autor de fide ad Petrum cap. XVII. Didymus de spiritu sancto fol. 122. Hieronym. de his, quae deo in SS. tribuuntur tom. IX. fol. 67. Isidorus Hispalensis de summo bono lib. I. cap. X. sentent. lib. I. cap. I. Rabanus Maurus de sermon. propriet. lib. IV. cap. X. Durandus sentent. lib. I. distinct. VIII. quaestion. 3.

Et filium] Contra Arrii furorem, qui dicebat filium non esse inconvertibilem ut patrem, sed vertibilem creaturarum modo. Athanas. tom. 1. disputat. 2. contra Arrianos fol. 141. et in orat. contra Arrianos tom. 2. fol. 30. Socrates eccles. histor. lib. I. cap. III. Histor. Tripart. lib. 1. cap. XIII. Origenes in Numer. homil. 16. cap. XXIII. περὶ ἀρχῶν lib. I. cap. VIII. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 56. Theodoret. eccles. histor. lib. I. cap. IV. Sozomenus lib. I. cap. XIV. Ruffinus eccles. histor. lib. X. cap. V. *Illos, qui dicunt convertibilem aut mutabilem esse filium dei, anathematizat catholica et apostolica ecclesia.*

Cap. LIX. — Angeli non natura possident bonum] Angeli non naturaliter sancti sunt, sed ad sancti vocabulum fide et placita deo conversatione, atque ipsius spiritus sancti sanctificatione, venerunt. Faustinus de fide cap. VII. Cyrillus Alexand. in thesauro lib. IV. cap. I. Baeticus de fide. Didymus Alexand. in epist. Iohan. I. cap. III. de spiritu sancto lib. I. Origen. περὶ ἀρχῶν lib. I. c. V. et VIII. Basilius Magnus concion. VIII. in Psalm. XXXII. de s. sancto c. XIX. Athanas. dialog. I. Nazianzenus orat. XLIV.

Sancti angeli vocantur] Sancti angeli vocantur propter pulcherrimum, inculpabileque ministerium, quod deo exhibent. Philo de Gigantibus.

Cap. LX. — Omnium creaturarum bonam confitetur substantiam] Contra Manichaei furorem, qui duas naturas atque substantias, boni scilicet et mali, sequens alios antiquos haereticos, opinatus est. Augustin. de haeres. cap. XLV. de religione Christian. cap. IX. XIX. XXIII. de moribus Manichaeorum lib. II. cap. VIII. Soliloquior. lib. I. cap. I. contra Faustum Manichaeum lib. VI. cap. II. contra Iulian. lib. I. cap. III. Papias in voce *Manichaei.* Epiphanius haeres. XXIV. XXXVI. LXVI. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. XXI. Athanas. contra gentes fol. 2. Damascenus dialog. contra Manichaeos pag. 251. de fide orthodox. lib. IV. cap. XXI. Hieronymus in Hieremiam lib. I. cap. III. in Ezechielem lib. IV. cap. XXVIII. adversus Pelagianos c. IV. Basilius Magnus homil. 2. in Hexaemeron. et in concione *Quod deus non sit auctor malorum.* Gregorius Nazianzen. orat. XL. in s. baptisma fol. 671. Πίστευε μὴ οὐσίαν τινὰ τοῦ κακοῦ εἶναι, μήτε βασιλείαν ἢ ἄναρχον, ἢ παρ' ἑαυτῆς ὑποστᾶσαν, ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ γενομένην, ἀλλ' ἡμέτερον ἔργον εἶναι τοῦτο καὶ τοῦ πονηροῦ, ἐκ τῆς ἀπροσεξίας ἐπεισελθὸν ἡμῖν, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ κτίσαντος. Docte Hierotheus apud Dionysium Areopagitam περὶ θείων ὀνομάτων pag. 313. et sequent.

Cap. LXI. — Virtutes angelicae, quae in divino amore fixae perstiterunt] Augustin. enchiridio ad Laurentium cap. XXVIII. de correptione et gratia cap X. Autor de fide ad Petrum Diaconum c. XXIII. Isidorus Hispalens. sentent. lib. I. cap. X. Beda in Iob. cap. IV. Philippus presbyter in Iob. lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. XXV. Caesarius dialog. I. Nazianzenus orat. II. in s. pascha.

Cap. LXII. — Tales creati sunt angeli, ut si vellent, in beatitudinis luce persisterent] Damascenus de fide orthodoxa lib. 2. cap. 3. Εἰσὶ τοίνυν φύσις λογική, νοερά τε καὶ αὐτεξούσιος, τρεπτὴ κατὰ γνώμην, ἤτοι ἐθελότρεπτος. πᾶν γὰρ κτιστὸν καὶ τρεπτὸν, μόνον δὲ τὸ ἄκτιστον ἄτρεπτον, καὶ πᾶν λογικὸν αὐτεξούσιον. Ὡς μὲν οὖν λογική, καὶ νοερὰ αὐτεξούσιός ἐστιν. Ὡς δὲ κτιστή, τρεπτή, ἔχουσα ἐξουσίαν καὶ μένειν, καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τρέπεσθαι. *Est ergo natura angeli rationalis, et intellectualis, et libera potestate, arbitrioque fulta; vertibilis secundum propositum, sive voluntate mutabilis. Nam omne creatum vertibile, solum autem increatum invertibile: et omne rationale potestate liberum. Intellectualis ergo natura, ut rationalis potestate libera est: ut creata vero vertibilis, potestatem habens manendi et proficiendi in bono, et in deterius prolabendi.* Athanasius de trinitate lib. I. fol. 186. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. II. cap. VIII. Gregorius Magnus moralium lib. IV. cap. XXIX. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. III. Petrus

Lombardus lib. 2. distinct. V. Baeticus de fide. Cyrillus Alexandrinus de s. trinitate cap. II. Cyrillus Hierosolym. in 2. catechesi illuminat. fol. 12.

Post lapsum ita confirmati sunt angeli] Beda in quaestionibus super Genesin fol. 122. ex Gregorio: *Tales creati sunt angeli, ut si vellent in beatitudinis luce persisterent, si autem nollent, etiam labi potuissent. Unde et Satan cum sequacibus legionibus cecidit. Sed post eius lapsum ita confirmati sunt angeli qui perstiterunt, ut cadere omnino non possint.* Philippus presbyter in Iob. cap. IV. fol. 13.

Cap. LXIII. — Bonae sunt nuptiae] Ex traditione dei, qui illas in primordio creationis connexuit fidei vinculo, gratificavit benedictionis dono, multiplicavit propagationis augmento. Fulgentius ad Probam de virginitate epist. 3. fol. 77. Genes. I. Martial episcop. Lemovicensis in epist. ad Tolosanos cap. IX. Ambros. in Lucam lib. I. c. I. Arethas in apocalyps. c. XXXIX. Cyrillus Hierosolym. κατηχ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις pag. 22. Autor de fide ad Petrum c. III. apud Augustin. tom. III. Tertullianus adversus Marcionem lib. I. c. XXIX. Hieronymus ad Salvinam epist. IX. adversus Iovinianum lib. I. c. I. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. c. XXV. Isidorus de officiis ecclesiast. lib. II. c. XXIII. Maximus Taurinensis episc. homil. I. in epiphan. Domini. Iunilius episc. in Genesin. fol. 36. et 39. Theodoretus divinor. decret. epitome fol. 413. Augustinus de adulterinis coniugiis lib. II. cap. XII. ad Coelestinum de peccato origenali lib. II. c. XXIII. et sequent. Athanasius contra omnes haereses tom. I. fol. 853. Epiphanius haeres. LXII. et LXVII. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XXVI. *Quod res bona sit coniugium non modo ex eo probatur, quod dominus legitur instituisse coniugium inter primos parentes: sed etiam quod in Cana Galileae nuptiis interfuit Christus, easque miraculo commendavit, aqua in vinum conversa.* Et distinct. XXX. *Est finalis causa matrimonii contrahendi procreatio prolis, propter hoc enim constituit deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit: crescite et multiplicamini. Secunda est post peccatum Adae vitatio fornicationis, unde ait apostolus: propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam, et unaquaeque habeat virum suum.*

Cap. LXIV. — Melior est continentia] Bernhardus de modo bene vivendi serm. XXII. fol. 1268. *Bona est castitas coniugalis, sed melior est continentia vidualis, optima vero integritas virginalis.* Vid. Autor de continentia apud Augustin. tom. IV. fol. 703. et seq. Hieronymus in epist. Pauli ad Galatas lib. IV. cap. V. Beda tom. VII. homil. hiemal. de tempore fol. 285.

Cap. LXV. — Virginitas utroque bono praecelsior est] S. Paulus, et omnes patres unanimi consensu virginitatem praeferunt nuptiis. Paulus ad Corinth. I. cap. VII. Chrysostomus tom. I. de verbis Esaiae, *Vidi Dominum* etc. homil. III. fol. 1294. *Bonum est coniugium, sed melior est virginitas; nec quoniam melior virginitas, ideo malum est coniugium, sed illud quidem inferius, alioquin bonum et ipsum.* Et de virgin. tom. V. cap. XI. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. cap. XXV. Cyprianus de nativit. Christi fol. 405. Hieronymus adversus Iovinian. lib. I. cap. I. Tertullianus adversus Marcionem lib. V. cap. XV. Isidorus sentent. lib. II. cap. XVIII. et XL. Fulgentius de Virginitate ad Probam epist. 3. Gaudent. tractat. VIII. fol. 70. Nazianz. de laude virginit. et orat. XX. in laudem Basilii Magni. Athanas. ad Ammon. Monachum. tom. 2. fol. 43. Isidorus Pelusiota epistol. lib. 2. epist. CXXXIII. epist. CCCLIII. lib. 4. epist. CXV. Sulpitius Severus lib. 2. de vita Martini. Rescriptum episcoporum Telensium ad Syricium PP. tom. I. Concil. fol. 422. Ambrosius epist. VII. fol. 185. et sequent. Iunilius episcop. Africanus in Genesin fol. 39. Epiphanius contra Origenianos haeres. LXIII.

Cap. LXVI. — Bonum est cibum cum gratiarum actione sumere] De gratia post cibum deo agenda, homiliam scripsit Maximus Taurinensis episcopus, ut notat Gennadius de viris illustribus. Sed et ante cibum veteres Christianos nomen domini invocasse, et cibum potumque signo crucis signasse, Origenes tradit lib. 3. in Iob. fol. 270. *Si cum manducamus et bibimus fidei memores fuerimus, et terribile nomen domini invocaverimus, si nosmetipsos et cibum vel potum nostrum signo venerabilis crucis Christi signaverimus, si ad caelum oculos nostros levantes dicamus: qui das escam omni carni, da etiam nobis cum benedictione hunc cibum sumere* etc. Observo quoque apud Clementem baptisatos non manducasse cum illotis. Ita enim lib. I. recognit. fol. 10. inquit: *Cum haec dixisset, secessit ut cibum caperet cum suis; me autem seorsim vesci iussit. Et post cibum cum laudem*

dixisset deo, et gratias egisset, etiam huius ipsius facti mihi reddidit rationem, et addidit dicens: det tibi dominus exaequari nobiscum in omnibus ut percepto baptismate, possis ad eandem nobiscum convenire mensam. Et lib. VII. fol. 113. *Sed et illud observamus, mensam cum gentilibus non habere communem, nisi cum crediderint, et recepta veritate baptisati fuerint, ac trina quadam beati nominis invocatione consecrati; et tunc cum eis cibum sumimus. Alioquin etiamsi pater aut mater sint, aut uxor aut filii, aut fratres, non possumus cum eis mensam habere communem.*

Abstinere autem ab aliquibus, non quasi malis] Christiani abstinent se interdum carnibus et vino, non quod haec tanquam βδελύγματα oderint, ἀλλὰ τοῦ μὴ σφριγᾶν περὶ τὰ ἀφροδίσια τὴν σάρκα ut ait Clemens Alexandrinus στρωματέων lib. VII. fol. 315. Autor de fide ad Petrum cap. III. *Servi dei in eo quod a carnibus et a vino abstinent, non tanquam res immundas refugiunt, sed mundioris vitae instituta sectantur.* et cap. XLII. *Firmissime tene, servos dei, qui a carnibus et vino abstinent, non tanquam immunda, quae a deo facta sunt respuere, sed a fortiori cibo et potu, pro sola castigatione corporis abstinere.* Vide Cyrillum Alexandrinum contra Iulianum lib. VII. fol. 167. et sequent. Cyrillum Hierosolymitan. κατηχ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις pag. 23. Tertullian. adversus Marcionem lib. II. cap. XVIII. Bernhard. de modo bene vivendi serm. XXIV. Petrum Damianum epist. I. adnotata ad Minutium Felicem fol. LIV.

Cap. LXVII. — Malas dicere nuptias Hierachitarum et Manichaeorum est] Illi enim matrimonium ut malum, et impudicitiae negotium reprobant, vanissime asserentes, *omnem coitum spurcum esse, nec coniugatos posse regnum caelorum possidere.* Epiphanius haeres. LXVII. Athanasius contra omnes haeres. fol. 852. Hieronymus ad Caelantiam epist. XIV. cap. VIII. adversus Iovian. lib. I. cap. I. Irenaeus adversus haeres. lib. I. cap. XXX. et sequent. Iohan. Damascenus de haeres. fol. 581. Tertullian. contra Marcionem lib. I. cap. XXIX. Augustin. contra Secundin. Manichaeum cap. XXI. et de haeres. cap. XLVI. Vigilius PP. in decret. tom. 2. Conciliorum. Concil. Gangrense cap. I. Concil. Bracarense I. cap. XI. *Si quis coniugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichaeus et Priscillianus dixit, anathema sit.* Ignatius Antiochiae archiepiscopus epistola VI. ad Philadelphenses pag. 34. Ἐάν τις φθορὰν καὶ μολυσμὸν καλῇ τὴν νόμιμον μίξιν, καὶ τὴν τῶν παίδων γένεσιν, ἢ τινα τῶν βρωμάτων βδελυκτά, ὁ τοιοῦτος ἔνοικον ἔχει τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην.

Cibos quoque credere malos] Cibos, quos deus creavit ad utendum, aversantur et respuunt Tacianus, Encratitae, Iovinianus, Manichaeus et Priscillianus. Hieronymus adversus Iovinian. lib. I. cap. I. Epiphanius haeres. XLVII. et LVI. Theodoretus divinor. decret. epitome fol. 416. et haeret. fabular. lib. I. Augustin. haeres. XLVI. et contra Faustum Manichaeum lib. VI. cap. VI. Clemens constit. lib. VI. cap. X. et XXV. Nicolaus PP. ad consulta Bulgarorum c. XLIII. Bernhardus super Cantica serm. CXVI. fol. 761. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. XLI. Concilium Bracarense I. cap. XIV. *Si quis immundos putat cibos carnium, quos deus in usum hominum dedit; et non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus praegustet, sicut Manichaeus et Priscillianus docuerunt, anathema sit.*

Cap. LXVIII. — Sacratae virginitati nuptias coaequare] Iovinianus haereticus, Sarmatio et Barbatianus vaniloqui homines, asserebant *virgines, viduas, et maritatas, quae semel in Christo lotae essent, si non discreparent caeteris operibus, eiusdem esse meriti, nullamque esse distantiam inter abstinentes et simpliciter epulantes.* Hieronymus adversus Iovinian. lib. I. cap. II. Isidorus Hispalensis orig. lib. VIII. cap. V. Augustin. haeres. LXXXII. de peccatorum meritis et remissione lib. III. cap. VII. Contra duas epistolas Pelagian. tom. VII. cap. II. Ambrosius epist. XXV. fol. 238. Hieronym. ad Celantiam epist. XIV. cap. VIII. *Apostolicae doctrinae regula nec cum Ioviniano aequat continentiae opera nuptiarum, nec cum Manichaeo coniugia condemnat.* Vide Sulpitium Severum dialog. 2. de vita Martini.

Cap. LXIX. — Integra fide credendum est, beatam Mariam virginem concepisse, et post partum virginem mansisse] Expugnat argumentationes Antidicomaritarum, Claudinorum, et Helvidii haeretici, dicentis: *S. Mariam virginem post nativitatem salvatoris ex consortio Iosephi filios suscepisse, qui fratres domini appellati sunt.* Hieronym. tom. II. fol. 133. et seq. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XXX. num. 5. Gennadius de viris ill. in Helvidio. Epiphanius haer. LXXVIII.

Virginem genuisse, et post partum virginem permansisse] Origenes in Matthaeum cap. I. homil. I. *Virgo sancta genuit deum, sed intacta permansit, mater effecta est, sed virginitatem non amisit: virgo ergo genuit, et virgo permansit.* et in Levitic. homil. 8. cap. 12. Chrysostomus homil. de Iohan. Baptista tom. 3. fol. 359. Ildefonsus Toletanus de illibata virginitate Mariae tom. VIII. bibliothec. patrum. Augustinus contra Iulianum lib. 1. cap. 2. fol. 637. in Iohan. tract. CXX. Hieronymus de assumptione virginis Mariae part. 2. tract. IV. epist. LVI. Cyrillus Alexandrin. in actis Concilii Ephesini fol. 63.

Fuit virgo ante partum, non virgo post partum] Hanc nefandam Helvidii haeretici blasphemiam defendere ausi sunt haeretici civitatis Cremensis, dicentes: *Maria si virgo mansit post partum, non hominem sed angelum peperit; virgo igitur post partum non fuit.* Iohannes Trithemius in Chronic. Hirsaugiens. fol. 212. circa ann. Domini MCCCXV.

Cap. LXX. — Elementa non credamus abolenda per ignem, sed in melius commutanda] Vide Oecumenium in II. epist. D. Petri cap. IV. Damascen. de fide orthodox. lib. II. cap. VI. Bedam in Apocalypsin cap. XXI. Chrysostom. in epist. Pauli ad Roman. c. VIII. homil. XIV. Proculum apud Epiphanium haeres. LXIV. Philippum presbyt. in Iob. lib. 1. cap. XIV. Iulianum episcop. Toletan. prognost. lib. III. cap. XLIII. Hieronym. in Esaiam lib. XIV. cap. LI. Sixtum Senensem in bibliotheca sancta lib. VI. annotat. CCCXL. Thomam Aquinatem in addit. ad sum. 3. Quaestion. LXXIV. artic. V. et sequent.

Cap. LXXI. — Bonum est facultates pauperibus erogare] Thomas Aquinas in epist. Pauli ad Corinth. II. cap. IX. lectione I. Bernhardus in sententiis fol. 486. Ambrosius de Nabuthe c. VII. fol. 554. 555. Hieronymus ad Hedibiam epist. CL. quaest. I.

Cap. LXXII. — Maritum duarum matronarum clericum non ordinandum] Propter eminentiam celebrationis sacrorum, καὶ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης, non suscipit ecclesia ad sacerdotium, eum qui defuncta priore coniuge, ad secunda vota devolutus est. Epiphanius contra Phrygistas haeresi XLVIII. Contra Catharos haeres. LIX. fol. 215. Canon. apostolor. cap. XVI. Innocent. PP. I. in decret. cap. VI. Photius Nomocan. tit. I. cap. XXIII. Hieronym. lib. II. contra Iovinian. cap. III. De Monogamia ad Ageruch. epist. II. cap. II. Chrysost. in epist. Pauli ad Titum cap. 1. homil. II. Concil. Toletanum IV. cap. XVIII. Concil. Epaunense cap. II. Concil. Arausicanum I. cap. XXV. Iustinianus Imp. Novella VI. Origenes in Lucam cap. XI. homil. XVII. Ambrosius epistol. XXV. fol. 246. et 282. Gregorius Magnus lib. II. epist. XXV. Adnotata ad Minutium Felicem fol. 57.

Neque eum qui concubinam habuit] Concil. Aurelianense III. cap. IX. *De his, qui sibi concubinas publice crediderint sociandas, id observandum esse censuimus, ne ulterius ordinentur.* Canon apostol. cap. XVI. Hieronym. ad Oceanum de vita clericorum tom. IX. fol. 255.

Neque qui viduam, aut repudiatam, aut meretricem sumpsit] Canon apost. cap. XVII. ὁ χήραν λαβών, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Id est, *Qui viduam duxit, aut divortio separatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quae publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.* Epitome S. Canon. fol. 17. Concil. Telense cap. IV. Concil. Gerundiense cap. VIII. Isidorus de offic. ecclesiast. lib. II. cap. V. Concil. Romanum cap. II. Corpus Canon. part. 1. distinct. XXXIV. Martinus Bracarensis in excerptis synodorum Graecar. tom. 2. Concil. cap. XXVI. Gregorius Magnus epist. lib. 2. epist. XXV.

Neque qui semetipsum quolibet corporis sui membro truncaverit] Canon apostol. cap. XXI. ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός, αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός. Id est, *Qui sibi ipsi virilia amputavit, clericus non efficiatur; sui enim ipsius homicida est, et inimicus creationi dei.* Vid. Photius patriarch. Constantinop. Nomocan. tit. 1. cap. XIV. Martinus Bracarensis episcop. in excerpt. capitul. Graecor. cap. XXI. tom. II. Concilior. Gelasius PP. in decretis cap. XX. Gelasius de Actis concil. Nicaeni pag. 157. Corpus Canon. part. I. distinct. LV.

Neque qui usuras accepisse convincitur] Concil. Carthaginense IV. c. LXVII. *Usurarios clericos nunquam ordinandos.* Martinus Bracarensis in excerpt. cap.

Graec. tom. 2. Concil. cap. LXIII. fol. 226. Gelasius de Actis concil. Nicaeni pag. 167. Iustinianus Imp. Novella 123. Concil. Eliberitanum cap. XX. Basilius Magnus tamen tradit in epitome S. Canon. fol. 18. *eum, qui usuras accepit, si lucrum iniustum expenderit, et in posterum usuras accipere desierit, ad sacerdotium posse admitti.* Ὁ τόκους (inquit) λαμβάνων, εἰ τὸ ἄδικον κέρδος εἰς πτωχοὺς ἀναλώσει, καὶ τοῦ λοιποῦ παύσαιτο τόκους λαμβάνων, δεκτὸς εἰς ἱερωσύνην.

Neque qui in scena lusisse dignoscitur] Canon. apost. cap. XLI. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω. Id est, *Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui vel alea vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.* Vid. Photius Nomocan. titulo IX. cap. XXVII. Petrus Damianus epist. 2. fol. 358.

Neque eum qui publica paenitentia mortalia crimina deflet] Concil. Epaunense cap. IV. *Paenitentiam professi ad clericatum penitus non vocentur.* Stephanus PP. 1. epist. ad Hilarium tom. 1. Concil. fol. 156. Concil. Agathense cap. XLIII. Concil. Toletanum IV. cap. LIII. Concil. Arelatense III. cap. III. Concil. Arausican. 1. cap. XVI. Isidor. Hispalensis de offic. eccles. lib. 2. cap. V. Innocentius PP. 1. tom. 1. Concil. cap. VI. Corpus Canon. dist. L. Ludovicus Imp. addition. IV. ad Capitulare Caroli Magni c. IV. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XIV. quaest. V.

Neque eum qui aliquando insanivit] Canon. Concil. Niceni Arabici, quos Francisc. Turrianus vertit cap. 1. *Iubemus ut insanus non fiat clericus.* Stephanus PP. epist. ad Hilarium tom. 1. Concil. fol. 156.

Vel diaboli afflictione vexatus] Epitome S. Canon. fol. 31. Ὁ δαιμονιῶν μήτε κληρούσθω, μήτε πιστοῖς συνευχέσθω, καθαρισθεὶς δέ, εἰ ἄξιος, προσδεχθήτω. Id est, *Qui a daemone vexatur, neque clericus fiat, neque cum fidelibus precetur. Mundus autem, si dignus est, admittitor.* Gelasius PP. in decretis tom. 1. Concil. c. XXI. Photius Nomocan. tit. I. cap. XV. Concil. Arausican. 1. cap. XVI. Concil. Eliberitanum cap. XXIX.

Neque qui per ambitionem pecuniam offert] Canon. apost. cap. XXX. Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπὸ ἐμοῦ Πέτρου. Id est. *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiiciatur et ipse et ordinator eius, et a communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus a Petro.* Photius Nomocanon. tit. 1. cap. 24. Gregorius Magnus epist. lib. IX. epist. LV. Gennadius Constantinop. in epist. ad P. R. tom. biblioth. patrum. Tarasius patriarcha Constantinopolit. ad Hadrian. PP. in epist. de non faciendis pecunia ordinationibus. Concil. Chalcedon. act. XV. cap. II. Concil. Cabilonense c. XVI. Symmach. PP. in decret. tom. 1. Concil. cap. II. et V. Ludovicus Imp. ad Capitular. Caroli Magni cap. XIV. fol. 1200. Corpus Canon. part. 2. causa 1. quaest. 1. Ius Graeco-Roman. tom. 1. fol. 187. et sequent.

Cap. LXXIII. — Beatorum martyrum reliquias ac si Christi membra] Hieronym. epist. LIII. fol. 188. ad Riparium: *Nos martyrum reliquias non colimus, non adoramus, ne serviamus creaturae potius quam creatori. Honoramus servos, ut honor servorum redundet ad dominum, qui ait, qui vos suscipit, me suscipit.* Vid. Theodoretus Cyri episcop. περὶ τῆς τῶν μαρτύρων τιμῆς orat. VIII. contra Graecos. Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. LV. Isidorus Hispalensis de offic. ecclesiast. lib. 1. cap. XXXIV. Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum lib. VI. fol. 140. lib. X. fol. 234. Chrysost. ad populum Antiochen. homil. LXVI. Ambros. sermone de Petro et Paulo apostolis fol. 142. in festo Nazarii et Celsi martyr. fol. 246. Iohan. Damascen. de fide orthodox. lib. IV. cap. XVI.

Eunomianus et Vigilantianus creditur] Hi enim basilicas martyrum non frequentabant, nec reliquias sanctorum venerabantur: Christianos illos, qui mortuorum hominum ossa suspiciebant, appellantes cinerarios et idololatras. Hieronym. ad Riparium presbyt. epist. LIII. fol. 188. adversus Vigilant. lib. 1. cap. III. fol. 191. in Esaiam lib. XVIII. c. LXV. Damascenus de fide orthodox. lib IV. c. XVI.

Cap. LXXIV. — Baptisatis tantum esse iter salutis credimus] S. patres eos qui regenerationis sacramenta non sunt adepti, omnino a consortio beatorum excludunt, ex illa maxime pronunciatione Christi Iohan. 3. vers. 5. ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, quam etiam trahunt ad infantes non baptizatos. Augustinus de peccatorum meritis et remissione contra Pelagian. lib. 1. cap. XXIV. *Optime Punici*

Christiani baptismum ipsum nihil aliud quam salutem, sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant, sine quibus ad vitam aeternam nemo potest pervenire. Autor lib. de fide ad Petrum Diaconum cap. XXVII. apud Augustin. tom. 3. fol. 164. *Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive cum de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine patris et filii et spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos; quia etsi propriae actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem, carnali conceptione et nativitate traxerunt.* Clemens Recognit. lib. VI. fol. 102. Cyrill. Hierosolymitan. in 3. cateches. illuminat. Hierosolym. fol. 20. Cyprianus de testimon. ad Quirinum lib. III. fol. 312. ad Demetrianum fol. 258. de mortalitate fol. 272. Caesarius Arelatens. episcop. orat. V. de pascha fol. 137. Primasius Afer in epistolam Pauli ad Roman. cap. V. p. 48. Isidorus Hispalens. de officiis eccles. lib. 2. c. XXIV. in Genesin c. XIII. Sentent. lib. I. c. XXII. Augustinus epist. XXVIII. ad Hieronym. ad Valent. epist. XLIII. ad Evodium epist. CII. ad Sixtum presbyt. epist. CV. ad Bonifacium epist. CVI. ad Optatum epist. CLVII. de correptione et gratia cap. VIII. contra Iulianum Pelagianum lib. VI. fol. 750. et sequent. de baptismo contra Pelagianos tom. X. serm. XIV. de anima et eius origine ad Renatum lib. I. cap. IX. de nuptiis et concupiscentia lib. I. c. XX. de Genesi ad literam lib. X. cap. XV. de natura et gratia contra Pelagian. cap. VIII. Autor hypognost. apud Augustin. tom. VII. ad articul. V. fol. 553 et seq. Origenes in Lucam cap. II homil. XIV. Gregorius Nyssenus adversus eos qui differunt baptisma fol. 470. Ambrosius de vocation. gentium lib. II. cap. VIII. de Abraham lib. II. c. XI. Tertullian. de baptismo cap. I. XII. et XIII. Beda super Genesin fol. 129. in Iohan. lib. I. cap. 2. Alcuinus de divinis officiis fol. 1075. Scholastici theologi, et ipse Augustinus, Nazianzenus, Nicetas et Athanasius, mitissimam poenam fore parvulorum non renatorum dicunt; *minorem quod nullam materialis ignis, vel conscientiae vermis poenam sensuri sunt, nisi quod visione dei in perpetuum carebunt.* Petrus Lombardus sentent. lib. 2. distinct. XXXIII. numer. 43. et sequent. lib. IV. dist. IV. num. 45. Durandus lib. II. dist. XXXIII. quaest. III. Augustin. contra Iulian. lib. V. c. VIII. In enchiridio ad Laurentium c. XCIII. de peccatorum meritis ac remissione lib. I. c. XVI. Gregorius Nazianzen. orat. XL. in sanctum baptisma fol. 653. *Parvuli non baptizati* μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφραγίστους μέν, ἀπονήρους δέ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν, ἢ δράσαντας. οὐ γὰρ ὅστις οὐ κολάσεως ἄξιος, ἤδη καὶ τιμῆς, ὥσπερ οὐδὲ ὅστις οὐ τιμῆς, ἤδη καὶ κολάσεως. Nicetas Scholiastes graecus: *Tres gradus existunt: unus eorum qui supernis deliciis perfruuntur; alter eorum qui suppliciis aeternis excruciantur, medius eorum, qui nec caelestis regni voluptates sentiunt, nec poenis ullis torquentur, in quo et parvuli, qui baptismo perfusi non sunt, et qui cum baptismum expeterent, violento tamen aliquo casu impediti, suscipere non potuerant, constituentur.* Athanas. quaest. ad Antioch. 114. fol. 309. Ποῦ ὑπάγουσι τὰ τελευτῶντα νήπια; εἰς κόλασιν, ἢ εἰς βασιλείαν; καὶ ποῦ τὰ τῶν ἀπίστων νήπια; καὶ ποῦ τὰ τῶν πιστῶν ἀβάπτιστα ἀποθνήσκοντα τάττονται; μετὰ τῶν πιστῶν ἢ ἀπίστων; ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τοῦ κυρίου λέγοντος, ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν τοῦ ἀποστόλου φάσκοντος, νῦν δὲ τὰ τέκνα ὑμῶν ἅγιά ἐστι, πρόδηλον ὅτι ὡς ἄσπιλα καὶ πιστὰ εἰς τὴν βασιλείαν εἰσέρχονται τὰ τῶν πιστῶν βεβαπτισμένα νήπια. τὰ δὲ ἀβάπτιστα καὶ τὰ ἐθνικά, οὔτε εἰς βασιλείαν εἰσέρχονται, ἀλλ' οὔτε πάλιν εἰς κόλασιν, ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἔπραξαν. *Quo vadunt pueri morientes? Ad poenamne? an ad regnum. Et quo fidelium non baptizati, si decedant? recipiuntur cum fidelibusne, an cum infidelibus? Responsio: Cum dominus dicat, sinite pueros ad me venire, talium enim est regnum caelorum, item cum apostolus testetur, nunc filii vestri sancti sunt, constat incontaminatos et fideles in regnum ingredi fidelium baptizatos infantes. Ethnici vero et non baptizati neque in regnum ingrediuntur, neque etiam rursus in poenam, peccatum enim non designarunt.* Atquin hanc praedictorum patrum de non baptizatis infantibus opinionem sequuntur et approbant Pontificii, ut patet ex Gregorio de Valentia tom. IV. fol. 815. et Roberto Bellarmino de sacramentis baptismi lib. I. cap. IV. Nos vero parvulos fidelium absque tinctione sacra decedentes non damnari asserimus, quia necessitas baptismi non est absoluta, sed ordinata, nequaquam excludens extraordinariam dei actionem, salvationisque eius misericordiam, quam non ita legibus communibus traditionis Christianae et ipsis sacramentis alligavit, ut non absque

praeiudicio legis eiusdem, in causa necessitatis vel privationis, possit pueros nondum natos extra uterum intus sanctificare gratiae suae baptismo, vel virtute spiritus sancti, ut ait Iohannes de Gerson sermon. in nativit. Mariae virginis part. 3. considerat. 2. fol. 59. Vere igitur scribit Albertus Magnus Ratisbonens. episc. de sacramento eucharistiae distinct. VI. tract. 2. cap. 1. *Ille in quo baptismus non contemptu religionis, sed per articulum necessitatis excluditur, non amittit fructum baptismi, sed baptizatus baptismo fluminis in spiritu sancto reputatur. Tunc enim impletur invisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit.* Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. IV. Bernhardus Abbas Claraevall. epist. LXXVII. ad Hugonem de S. Victore. Durandus lib. IV. distinct. IV. quaest. I. Georgius Cassander de baptismo infantum, in consult. ad Ferdinandum Imp. articulo IX. p. 61. Iohan. Calvinus de baptismo lib. IV. institut. cap. XV. § 20. cap. XVI. § 28.

Nullum catechumenum vitam aeternam habere credimus] Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. 3. fol. 159. *Ex illo tempore, quo salvator noster dixit: Si quis regeneratus non fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei: absque sacramento baptismatis (praeter eos, qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt) nec regnum caelorum potest quisquam accipere, nec vitam aeternam.* Cyrillus Hierosolymitan. 3. catech. illuminat. Hierosolym. p. 61. εἴτις μὴ λάβῃ τὸ βάπτισμα, σωτηρίαν οὐκ ἔχει, πλὴν μόνον μαρτύρων, οἳ καὶ χωρὶς τοῦ ὕδατος λαμβάνουσι τὴν βασιλείαν. *Si quis non baptisatur, salutem non habet, praeter solos martyres, qui vel sine aqua regno caelesti potiuntur.* Bernhardi sententia benignior, magis enim inclinat ad humanitatem. *In maiori,* (inquit epistola LXXVII. ad Hugonem fol. 1485.) *aetate quisquis post vulgatum ubique baptismi remedium renuit iam baptizari, generali originalique maculae addit et ex proposito crimen superbiae duplicem secum portans iustissimae damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit. Tamen si ante exitum resipuerit, et voluerit, et petierit baptizari, sed mortis praeoccupatus articulo forte obtinere nequiverit, dum non desit fides recta, spes pia, charitas sincera, propitius sit mihi deus, quia ego huic ob solam aquam si defuerit, nequaquam omnino possum desperare salutem, nec vacuam credere fidem, nec confundere spem, nec excidere charitatem, tantum si aquam non contemptus, sed sola (ut dixi) prohibeat impossibilitas.* Accedit Ambrosius de obitu Valentiniani Imp. adhuc catechumeni tom. V. fol. 112. *Audio vos dolere quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud est in nobis nisi voluntas, nisi petitio. Atqui dudum hoc voti habuit ut initiaretur. Non habet ergo gratiam quam desideravit; non habet quam poposcit! certe quia poposcit, accepit. Unde est illud: iustus quacunque morte praeventus fuerit, anima eius in refrigerio est. Solve igitur pater sancte munus servo tuo, quod poposcit sanus, robustus, incolumis. Si affectus aegritudine distulisset, tamen non penitus a tua misericordia esset alienus, qui celeritate temporis, non voluntate esset fraudatus. Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam. Aut si quia solenniter non sunt celebrata mysteria, hoc movet: ergo et martyres, si catechumeni sunt, non coronentur. Non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sanguine, et hunc sua pietas abluit et voluntas.* Zwinglius non solum catechumenis, qui in bonis operibus mortui sunt, verum etiam gentilibus, qui omnino Christum ignorarunt, vitam aeternam pollicetur. Ita enim in exposit. fidei Christianae fol. 559. Regem Galliae alloquitur: *Videbis in aeterna societate omnes sanctos, pios, sapientes, fortes, et honestos homines, Adam, Enoch, Noah, Abraham, Petrum, Paulum, Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones et Scipiones.* Haec mira sunt, haec nova sunt, haec falsa sunt. Mira stupemus, nova cavemus, falsa repudiamus. Augustin. contra Iulianum Pelagianum lib. 3. cap. 3. fol. 676. Petrus apud Clementem (citante Origene in Matthaeum cap. XXVI. tract. XXXV. fol. 110.) *Opera bona quae fiunt ab infidelibus in hoc seculo illis prosunt, non et in illo ad consequendam vitam aeternam.* Vide Athanasium ad Antiochum quaest. C. fol. 303. tom. 2. Augustinum in Psalm. XXXI. et LXVII. Contra Iulianum Pelagianum lib. IV. cap. 3. de gratia Christi contra Pelagium et Caelestinum lib. I. cap. XXVI. Georgium Cassandrum in consultat. articul. V. p. 38 de operibus impiorum.

Excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur] Dogma de baptismo sanguinis vetus est, cuius etiam meminit Clemens Constitut. Apost. lib. V. cap. V. Tertullianus de baptismo cap. XVI. in Scorpiaco adversus Gnosticos

cap. VI. Primasius African. episcop. in epistol. Pauli ad Roman. cap. VI. Cyrillus Hierosolymitan. cateches. XIII. illuminat. Hierosolym. fol. 140. Cyprianus ad Fortunatum epist. LXXIII. de exhortat. martyrii fol. 399. de stella et Magis fol. 409. Athanas. in quaest. ss. scriptur. quaest. CIII. ad Antiochum Principem quaest. LXXII. Origenes in Iohannem tract. VIII. fol. 194. in Matthaeum tract. XII. cap. XX. Ambrosius in Psalm. CXVIII. fol. 891. Haymo episcop. Halberstatt. in epistolam Pauli ad Roman. cap. VI. Nicetas in orat. Nazianzeni de sanctis luminibus fol. 842. Augustin. ad Seleuciam epist. CVIII. Gennadius hoc loco cum Origene et Prospero baptismum sanguinis vero baptismo exaequat. Origenes in Iudicum cap. VI. homil. VII. fol. 218. *Baptisma sanguinis solum est, quod nos puriores reddit, quam aquae baptismus reddiderat.* Prosper Tyro epigr. LXXXVIII.

Si mundo moritur, diverso forte renascens,
Fitque novus vita, qui sepelitur aqua:
Fraudati non sunt sacro baptismate Christi,
Fons quibus ipse sui sanguinis unda fuit.
Et quidquid sacri fert mystica forma lavacri,
Id totum implevit gloria martyrii.

Sed hoc falsum est. martyrium enim non proprie et simpliciter. sed per attributionem dicitur, et est baptismus. ac proinde eius efficacia non attingit ad efficaciam veri baptismi. qui proprie et simpliciter unus est, virtutemque habet ex passione Christi, et fit in aqua cum determinata forma verborum, et est sacramentum de quo dicit apostolus Paulus ad Ephes. IV. vers. 5. Unus dominus, una fides, unum baptisma. Vide Christophorum Petargum theologum non vulgaris eruditionis in Iesuitismo novo de baptismo p. 90.

Baptizandus confitetur fidem suam] Apud antiquos gratiam baptismi suscepturi, publice fidelium populo audiente, symbolum reddebant. Ruffinus in expos. symboli apostolor. fol. 74. apud Hieronym. tom. IX. Ambrosius in Lucam lib. VIII. cap. XVIII. Tertullianus de baptismo cap. XX. Nazianzen. in s. baptisma. et de Cypriano orat. XVIII. Concil. Laodicenum cap. XLVI. Martinus Bracarensis episcop. in excerptis capit. Graecorum. tom. II. Concil. cap. XLIX. fol. 226. Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Imp. lib. VII. fol. 172. Severus Alexandrinus de ritibus baptismi fol. 54. Beda in Marcum lib. I. cap. I. Sic Victorinus rhetor ingressurus baptismum memoriter de loco eminentiore in conspectu sanctae multitudinis, Romae fidem profitetur suam. Augustin. confession. lib. VIII. cap. II. fol. 99.

Cap. LXXV. — In eucharistia non debet pura aqua offerri] In sacrificio eucharistiae sola aqua utebantur ὑδροπαραστάται, quos damnat Cyprianus ad Caecilium epist. LXIII. fol. 131 et seq. Epiphanius haeres. XLVI. et XLVII. Philastrius haeres. LXXVII. Epitome S. Canon. fol. 18. Rabanus Maurus archiepiscop. Moguntiensis de propriet. sermon. lib. IV. cap. X.

Sed vinum cum aqua mixtum] Temperamenti et mixti calicis meminerunt ex veteribus Iustinus Martyr apologia II. pro Christian. fol. 76. 77. Irenaeus Lugdunens. episcop. contra haeres. lib. IV. cap. LVII. lib. V. cap. I. Clemens Constitut. apostol. lib. VIII. cap. XII. Λειτουργία quam S. Iacobo adscribunt fol. 24. Autor homil. de corpore et sanguine domini, apud Hieronym. tom. IX. fol. 248. Ambrosius de sacrament. lib. V. cap. I. Autor Commentarii in Marcum cap. XIV. Iulius PP. I. in decret. tom. I. Concil. cap. VII. Martinus Bracarens. episcop. in excerptis capit. Graecor. tom. 2. Concil. c. LV. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. cap. XIV. Caesarius Arelatensis homil. V. de Pascha fol. 137. Patres Concil. Trullani canone XXXII. Concil. Africanum cap. IV. Concil. Carthaginiense III. cap. XXIV. Concil. Wormatiense cap. IV. Concil. Triburiense cap. XXIV. Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. cap. XVI. Paschasius de sacrament. eucharistiae cap. XI. Beda in Lucam lib. VI. cap. XXII. Micrologus de observat. ecclesiast. c. X. Algerus de sacramento eucharistiae lib. II. c. IV. Eugenius PP. IV. in decret. tom. III. Concil. fol. 508. Corpus Canon. distinct. 2. de consecratione. Thomas Aquinas 3. part. sum. quaest. LXXIV. articul. VI. Theophylactus in Ioh. cap. XIX. fol. 567. exsecratur Armenios, qui non admiscent in mysteriis aquam vino. Αἰσχυνέσθωσαν Ἀρμένιοι, εἰ μὴ παραμιγνύντες ὕδωρ τῷ οἴνῳ ἐν τοῖς μυστηρίοις. In epitome S. Canon. fol. 17. sacerdos qui non miscet vinum aqua, deponitur. Εἴ τις ὕδωρ μόνον, ὡς οἱ ὑδροπαραστάται, ἢ οἶνον, ὡς οἱ Ἀρμένιοι, ἀλλὰ μὴ οἴνῳ ὕδωρ μιγνὺς οὕτω τὴν ἄχραντον προσάγει θυσίαν, καθαιρείσθω. Et Pontificii etiam nunc

hanc admixtionem acriter urgent. Guilhelmus Durantus in rational. divin. officiorum lib. V. fol. 70. *Sicut aqua sine vino consecrari non potest: sic nec vinum sine aqua transsubstantiari valet. Illam itaque per oblivionem praetermittens, venialiter peccat, per negligentiam mortaliter, et est graviter puniendus.* Robertus Bellarminus de sacramento eucharist. lib. IV. cap. X. *Catholica ecclesia semper credidit ita necessarium esse aqua vinum misceri in calice, ut possit id non sine gravi peccato omitti.* Unde quoque patres Concilii Tridentini cap. VIII. Can. IX. omnes qui negant aquam miscendam vino in calice offerendo, anathematis gladio iugulant. Graeci hunc morem miscendi non observarunt. Nicephorus Callistus ecclesiast. histor. lib. XVIII. cap. LIII. Innocentius PP. III. myster. missae lib. IV. cap. XXXII. fol. 390. Guilhelmus Durantus Minatens. eccles. episcop. in rationali lib. IV. fol. 70. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XI. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XI. numer. 36. Durandus de S. Portiano super sententias Petri Lombardi lib. IV. distinct. XII. quaest. V. *Dicitur quod Graeci aquam non apponunt, et tamen vere conficiunt*, neque enim est de necessitate sacramenti. Thomas Aquinas 3. part. sum. quaest. LXXIV. articul. VII. Bernardus Abbas Claraeval. ad Guidonem epist. LXIX. quoniam non legitur. quod in natali calicis Christus vinum aqua mixtum discipulis tradiderit. Paschasius de sacram. eucharistiae cap. XI. Rabanus Maurus de eucharist. cap. XI. Potest ergo in solo vino hoc sacramentum rite confici propter institutionem Christi, qui omnium princeps in vino vitis hoc sacramentum celebravit. Bonaventura lib. IV. sentent. distinct. XI. numer. 58. Albertus Magnus Ratisbonensis eccles. episcop. de sacr. eucharistiae distinct. III. tract. 2. c. 1. Thomas Aquinas 3. parte summ. quaest. LXXIV. articul. VI. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XII. quaest. V. Iohannes Gerson de sacram. eucharistiae part. 2. fol. 26.

Cap. LXXVI. — Caro nostra non est mala, ut volunt Sethianus, Ophianus et Patricianus] Male hic confundit Gennadius Sethianos, Ophianos et Patricianos, quia unusquisque ex illis sua propria habet dogmata, et errores singulares. Sethiani filium Adami qui vocatur Seth honorant, et ipsum Christum esse opinantur. Ophiani colubrum nutriunt et venerantur, quod hic prior initium nobis scientiae boni et mali attulerit. Patriciani et Venustiani a lumbis usque ad pedes diabolum fecisse corpus hominis dicunt. Papias in Seth. Philastrius haeres. 1. et 3. Honorius haeres. XXXI. Epiphanius haeres. 37 et 39. Theodoret. fabul. haeret. lib. I. Isidorus Hispal. orig. lib. VIII. cap. V. Damascenus de haeres. fol. 578. Tertullianus praescription. adversus haeret. c. XLVII. Augustinus haeres. LXI. adversus Iulian. Pelagian. lib. V. cap. V.

Florianus] Papias: *Floriani haeretici a Floriano quodam dicti, qui docent dominum creasse mala, contra id quod scriptum est, Fecit dominus omnia bona.*

Arbitrio animae efficitur in nobis vel bona vel mala] Vidend. Ambrosius Mediolanensis episcop. lib. I. Hexaemer. cap. V. Theophylactus in Matthaeum c. VII. fol. 29. ἡ φύσις ἡμῶν, ἀγαθή ἐστιν, ὡς θεοῦ δημιούργημα, κατὰ δὲ προαίρεσιν πονηρευόμεθα. Augustinus in Iohan. tract. XLII. cap. VIII. fol. 214. *Bona est omnis natura, sed vitiata est hominis natura per voluntatem malam. Quod fecit deus non potest esse malum, si ipse homo non sit sibi malus.*

Cap. LXXVII. — In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur] Contra Origenem qui asserit in futuro seculo feminas redigendas in viros. Hieronym. adversus errores Iohannis Hierosolym. epist. LXI. cap. III. Iulianus episcop. Toletanus prognostic. lib. III. cap. XXIV. *Plerique hoc quod dicit apostolus: donec occurramus ei in virum perfectum, etc. omnes feminas in virili sexu resurgere credunt, pro eo quod vir ex limo, mulier vero ex latere viri facta sit. Nos autem magistrorum catholicorum sententiis eruditi, hoc credimus, hoc tenemus, quod omnipotens deus, qui utrumque sexum condidit, instituit ac redemit, utrumque in resurrectione restituet.* Iustinus Martyr in quaest. et responsion. ad orthodoxos quaest. LX. Augustin. de civitat. dei lib. XXII. cap. XVII. Athanasius in quaestion. ad Antiochum quaest. XXIV. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XLIV. articul. 2. Clemens constitut. apostol. lib. V. cap. VI. Isidorus Hispalensis de officiis ecclesiast. lib. II. cap. XXIII. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. III. Hieronym. in epitaph. Paulae matris ad Eustoch. epist. XXVII. fol. 79. Adversus Iovinianum lib. I. cap. XXI. fol. 156. Rabanus Maurus de sermon. propriet. lib. IV. cap. X. Thomas Aquinas in addition. part. 3. summ. quaest. LXXXI. articul. 3.

Cap. LXXVIII. — Ante passionem et resurrectionem domini, omnes animae sanctorum in inferno] Arbitratur Gennadius ex quo peccavit Adam, et clausus est illi paradisus, nullius sancti animam in caelum ascendisse, sed omnes in inferno (posteriores *limbum patrum* dixerunt) detentas, propter quas etiam Christus descendit ad inferos, ut eos liberaret, et compotes sui faceret. Et haec est communis opinio multorum patrum. Cyrilli Hierosolym. κατηχήσ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις pag. II. Tertulliani de anima cap. VII. et LV. Clementis Alexandrini lib. VI. Stromat. Damasceni de fide orthodox. lib. III. cap. XXIX. Augustini de tempore sermon. CLXXXI. Gregentii in disput. cum Herbano Iudaeo pag. 178. Hieronymi in Psalm. XXIII. fol. 28. in psalm. XV. fol. 15. psalm. CXVIII. fol. 159. in Danielem lib. I. cap. 3. Gregorii Magni moral. lib. IV. cap. XXVII. lib. XII. cap. VII. lib. XIII. cap. XVI. in S. Evangelia homil. XIX. fol. 391. homil. XXII. fol. 401. Fulgentii ad Trasimurdum Regem lib. III. fol. 54. Autoris commentar. in Matthaeum cap. III. homil. V. fol. 557. apud Chrysost. tom. II. Gaudentii in exod. tractat. X. tom. VII. biblioth. patrum. Nicephori Callisti lib. I. cap. XXXI. Philippi presbyteri in Iob. lib. III. cap. XXXVIII. Procopii Sophistae in Esaiam fol. 154. Athanasii de salutari adventu Iesu Christi fol. 506. de passione et cruce domini fol. 802. Hieronymi tom. III. epist. CXXIX. fol. 370. in epistolam Pauli ad Thessalon. cap. IV. in epistol. ad Ephes. lib. II. cap. IV. Iuliani Episcopi Toletani prognost. lib. II. cap. XII. Theodori Abucarae in disputat. cum Emeseno cap. VII. Remigii Altisiodor. episcop. in Psalm. LXXXV. in Zachariam cap. IX. Bedae in Iob. lib. I. cap. X. Theophili Alexandrini episcop. allegor. in Iohan. fol. 191. tom. IV. biblioth. patrum. Ambrosii in epist. Pauli ad Roman. cap. V. Epiphanii contra Tatianos haeresis XLVI. Sedulii in epist. Pauli ad Roman. cap. V. Dionysii Carthusiensis in epist. Petri I. cap. III. in Acta apostol. cap. II. Thomae Aquinatis 3. part. summ. quaest. LIII. articul. V. et sequent. Ad eius confirmationem promunt haec scripturae testimonia. Genes. XXXVII. vers. 35. *Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Ecclesiast. cap. XXIV. vers. 45. *Penetrabo omnes inferiores partes terrae, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in dominum.* Zachariae IX. vers. 11. *Tu quoque in sanguine tuo emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.* Iob. cap. XXXVIII. vers. 17. *Apertae sunt tibi portae mortis, et ostia tenebrosa vidisti.* 1 Pet. 3. vers. 19. *Et iis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit.* Bullingerus in Matthaeum cap. XXV. Iohan. Calvinus institut. lib. II. cap. XVI. § 9. Beza in acta Apostol. cap. II. in epistol. Petri I. cap. 3. et in epist. ad Ephes. cap. IV. aiunt praedicta loca male a veteribus detorta ad carcerem poenalem piarum animarum: cum illae etiam ante Christi adventum et passionem in tranquillitatis sinu immunes a poena fuerint, exspectandae nimirum resurrectionis solatia carpentes. Illorum assertioni non videtur contradicere Augustinus, dum fatetur, se adhuc nescire, quid boni Christi descensus ad inferos contulerit illis iustis, qui in sinu Abrahae erant, a quibus secundum beatificam praesentiam suae divinitatis nunquam recessit. Sed loca Augustini ipsa in medium protrahemus ex epist. XCIX. ad Evodium tom. II. fol. 284. *Quod primum hominem patrem generis humani ex inferno solverit Christus, ecclesia fere tota consentit: quod eum non inaniter credidisse credendum est, etiamsi canonicarum scripturarum hinc expressa non proferatur auctoritas. Addunt quidam hoc beneficium etiam antiquis sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noë, et domui eius, Abraham, Isaac et Iacob, aliisque patriarchis et prophetis, ut cum dominus in infernum venisset, illis doloribus solverentur. Sed quonam modo intelligatur, Abraham in cuius sinum etiam pius pauper susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video, explicent fortasse qui possunt. Solos autem duos, id est Abraham et Lazarum, in illo memorabilis quietis sinu fuisse antequam dominus in inferna descenderet, et de istis tantum duobus dictum fuisse illi diviti: inter vos et nos chaos magnum firmatum est etc. nescio utrum quisquam sit, cui non videatur absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere, non ibi fuisse patriarchas et prophetas, quibus in scriptura dei iustitiae pietatisque tam insigne testimonium perhibetur! Quid his ergo praestiterit, qui dolores solvit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intelligo: praesertim quia ne ipsos quidem inferos uspiam scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quod si nunquam in divinis auctoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, id est secretae cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credenda est, quanquam in his ipsis tanti verbis magistri, ibi ait dixisse Abraham, inter vos et nos chaos magnum firmatum est, satis ut opinor appareat non esse quandam partem et quasi membrum inferorum tantae illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum quid est nisi quidam hiatus, multum ea separans inter quae non solum est, verum etiam firmatus est? Quapropter si in illum sinum Abrahae Christum mortuum venisse sancta scriptura dixisset, non nominato inferno eiusque doloribus, miror si quisquam ad inferos eum descendisse, asserere auderet. Sed quia evidentia testimonia et infernum commemorant et dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur venisse salvator, nisi ut ab eius doloribus salvos faceret. Sed utrum omnes quos in eis invenit, an quosdam quos illo beneficio dignos iudicarit, adhuc requiro. Fuisse tamen eum apud inferos, et in eorum doloribus constitutis hoc beneficium praestitisse non dubito. Unde illis iustis, qui in sinu Abrahae erant, cum ille in inferna descenderet, nondum quid contulisset inveni, a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae divinitatis nunquam video recessisse.* Et de Genesi ad Litteram tom. III. fol. 498. lib. XII. cap. XXXIII. *Illud me nondum invenisse confiteor, inferos appellatos, ubi iustorum animae requiescant. Et Christi quidem animam usque ad ea loca venisse, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solveret a tormentis, quos esse solvendos occulta sua nobis iustitia indicabat, non immerito creditur. Quomodo enim aliter accipiendum sit, quod dictum est: quem deus suscitavit ex mortuis etc. non video nisi ut quorundam dolores apud inferos eum solvisse accipiamus, ea potestate qua dominus est, cui omne genu flectitur, caelestium, terrestrium, et inferorum, per quam potestatem etiam illis doloribus quos solvit, non potuit teneri. Neque enim Abraham vel ille pauper in sinu eius, hoc est, in secreto quietis eius, in doloribus erat, inter quorum requiem et alia inferni tormenta, legimus magnum chaos firmatum, sed nec apud inferos esse dicti sunt. Contigit enim, inquit, mori inopem illum et afferri ab angelis in sinum Abrahae: mortuus est autem et dives, et sepultus est, et cum apud inferos esset in tormentis, etc. Videmus itaque inferorum mentionem non esse factam in requie pauperis, sed in supplicio divitis. Proinde ut dixi, nondum inveni, et adhuc quaero, nec mihi occurrit, inferos alicubi in bono posuisse scripturam duntaxat canonicam. Non autem in bono accipiendum sinum Abrahae, et illam requiem, quo ab angelis pius pauper ablatus est, nescio utrum quisquam possit audire, et ideo quomodo eum apud inferos credamus esse, non video.* Hactenus Augustinus erudite quidem et vere. Illud autem notatu dignum, quod idem vir sanctus in psalmum LXXXV. tom. VIII. fol. 652. duo inferna statuit, *inferius et superius: quorum in uno quieverunt animae iustorum; in altero torquentur animae impiorum.* Sed haec protulisse videtur non affirmando sed opinando. Inquit enim, *fratres sive illud sive istud sit, hic me scrutatorem verbi dei, non temerarium affirmatorem teneatis.* Certe Origenes περὶ ἀρχῶν lib. IV. cap. II. et Ambrosius in cap. V. epistol. Pauli ad Roman. ante Augustinum hoc dogma proposuerunt in suis scriptis,* repertique qui illorum opinionem probarent. [Hos refutat Hieronymus in Psalm. LXXXV. fol. 108. *Eripuisti animam meam ex inferno inferiori, etc. Non quod duo inferna sint*, inquit, *sed iste superiorem infernum peccatum dixit, inferiorem vero qui est verus infernus, in quo peccatores damnantur. Laudat ergo ob hoc misericordiam domini, quod sit erutus a supplicio inferioris inferni.*] Scholasticis hoc commentum valde placuit. Non enim contenti illis, quae priores de inferno duplici delirarunt, alia adhuc duo inferna exsculpserunt, atque ita effecerunt infernum quadruplicem. I. *infernum damnatorum.* II. *limbum puerorum.* III. *purgatorium.* IV. *limbum patrum.* Bonaventura Albanensis episcop. lib. IV. distinct. XLV. num. 12. et 15. Durandus de S. Portiano sentent. lib. III. distint. XXII. quaest. IV. *Sciendum est quod quadruplex est infernus, secundum quadruplex poenarum genus. Quibusdam enim datur poena damni, hoc est, perpetua carentia visionis divinae, et perpetua poena sensus, ratione peccati actualis, mortalis, in quo decesserunt. Et ii dicuntur esse in inferno damnatorum. Aliis debetur perpetua poena damni absque poena sensus, scilicet decedentibus in solo peccato originali, qui dicuntur esse in limbo puerorum. Aliis debetur poena sensus et damni, non quidem perpetua, sed temporalis, illis scilicet, qui decesserunt in gratia, debitores alicuius poenae, eo quod in praesenti vita non satisfecerunt plene de culpis commissis. Et isti dicuntur esse in purgatorio. Aliis vero solum*

*) Gregor. Magnus in Iob. lib. 12. cap. 9. Beda in psalm. 85. Bernard. serm. 2. de assumpt. Mariae fol. 149.

dabatur sola poena damni: absque ulla poena sensus; et isti dicebantur esse in limbo patrum: qui prohibebantur ante passionem Christi a visione divina, eo quod non erat satisfactum pro peccato totius naturae, quamvis hi non essent obnoxii alicui poenae pro peccatis suis personalibus. Viderint Pontificii quemadmodum haec figmenta defendant. Nos (qui nihil probamus, nisi quod ecclesiasticum est, quodque conspiret germanae, et ipso aevo pronatae propheticae, apostolicaeque paraturae) malumus dubitare de occultis, quam litigare de incertis, melius ducentes in inscientiae finibus atque * ignorantiae permanere, simpliciterque imperitiam confiteri, quam inerudita temeritate, sine divinarum scripturam auctoritate, nugas aniles et fabulosa gentium dogmata sub nomine Christiano in ecclesiam dei introducere. Tertullianus de anima c. I. et II. Hieronymus ad Hedibiam epist. CL. quaest. X. fol. 420. Augustinus ad Optatum epist. CLVII. de Genesi ad literam lib. VIII. cap. V.

Cap. LXXIX. — Post ascensionem domini ad caelos omnium sanctorum animae ad Christum vadunt] Isidorus Hispalens. sentent. lib. I. cap. XIV. *Sancti ex tempore resurrectionis Christi statim ut de corpore exeunt, mox ad caelestem habitationem ascendunt, quod antiquis patribus non dabatur. Nam ante adventum salvatoris, quamvis sine poena supplicii, tamen non in caelo, sed in inferno sanctorum animae tenebantur, pro quibus absolvendis dominus in infernum descendit.* Gregorius Nazianz. orat. funebri in laudem Caesarii fratris fol. 173. Πείθομαι σοφῶν λόγοις ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλής, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη, ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ, τι καὶ λέγειν χρή, θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται, καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα, καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο. Καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα. Μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν οἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας, καὶ διαλύσας θεός, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης. Καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς, καὶ θεός, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος. Id est: *Sapientum verbis adducor ut credam, pulchram omnem animam et deo charam, posteaquam corporis vinculis soluta, hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet, persentientem et contemplantem, (utpote eo, quod tenebras offundebat, vel purgato, vel deposito, vel, quo verbo ea res appellanda sit nescio) mirabili quadam voluptate affici et exultare, atque hac vita, tanquam gravi quodam ergastulo liberatam, compedibusque illis, quibus mentis alae deprimebantur solutam, summa cum hilaritate ad dominum suum tendere, ac reconditam beatitudinem iam velut per imaginem et simulacrum percipere: post etiam aliquanto, cum cognatam carnem a terra quae et dederat, et in fidem acceperat, receperit, (quod quomodo fiet is novit, qui ea inter se coniunxit atque dissolvit) tum demum eam quoque ad gloriae caelestis haereditatem secum admissuram, et quemadmodum ob naturae coniunctionem aerumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam iucunditates suas cum ipsa communicaturam, totum videlicet corpus in se ipsum absumentem, et cum eo unum effectam, et spiritum et mentem, et deum, absorpto nimirum a vita eo, quod mortale et caducum erat.* Valde frigidum et frivolum est, quod Gregorius Magnus dialog. lib. IV. c. XXV. et Beda tom. VIII. in lib. quaest. fol. 402. non omnibus iustis, sed *perfecte iustis* hoc beneficium tributum dicunt. Quis enim poterit perfecte iustus esse in hac mortalitate, *ubi caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem.* Macarius homil. VIII. pag. 106. Augustin. de peccatorum meritis et remissione contra Pelagianos lib. II. c. XIII. Contra epistolam Parmeniani lib. II. cap. VII. Lactantius lib. VI. cap. XV. Hieronym. in Psalm. CXIV. fol. 150. *In praesenti seculo perfectus iustus nemo esse potest, neque David, neque apostoli, neque aliquis sanctorum.*

Peccatorum animae in inferno] Fabulam πυργαθαστηρίου quam sophistae cerebrosi acriter in suis scriptis urgent, hoc loco omnino evertit Gennadius, duas duntaxat habitationes (omni medio et tertio loco excluso) asserens, ad quas animae corporibus humanis exutae, migrant, caelum nimirum et infernum. Gennadio

*) Melius est enim nescire quam errare. Augustin. in Iohan. tract. 27.

manum porrigit Hieronymus in Amos cap. XIX. fol. 123. *Quando anima vinculis laxata corporeis, volandi quo velit, sive quo ire compellitur, habuerit libertatem, aut ad inferna ducetur, aut ad caelestia sublevabitur.* Et Augustin. de peccator. meritis et remissione cap. XXVIII. *Non est ullus ulli locus medius, ut possit esse, nisi cum diabolo, qui non est cum Christo.* Autor hypognostici articul. V. apud Augustin. tom. VII. fol. 957. *Primum locum fides catholicorum divina auctoritate regnum credit esse caelorum: secundum gehennam; tertium penitus ignoramus, imo nec esse in scripturis sacris invenimus.* Autor de rectitud. catholic. conversat. apud Augustin. tom. 9. fol. 797. *Scitote quod anima cum a corpore avellitur, statim in paradiso pro bonis operibus, aut certe pro malis in inferno praecipitatur continuo.* Et his longe antiquior Iustinus Martyr in quaest. et respons. ad orthodox. quaestion. LXXV. fol. 339. Ἐνταῦθα μὲν τὰ τῆς ἑνώσεως πάντα κοινὰ ὑπάρχει δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ οὐδεμία ἐστὶν ἐν αὐτοῖς διαφορὰ κατὰ τοῦτο. Οἷον τὸ γενέσθαι καὶ τὸ ἀποθνήσκειν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ τὸ νοσεῖν, καὶ τὸ πλουτεῖν, καὶ τὸ πένεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια. Μετὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον εὐθὺς γίνεται τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων ἡ διαστολή. Ἄγονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς ἀξίους αὐτῶν τόπους. Αἱ μὲν τῶν δικαίων ψυχαὶ εἰς τὸν παράδεισον, ἔνθα συντυχία τε καὶ θέα ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων, κατ' ὀπτασίαν δὲ καὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ κατὰ τὸ εἰρημένον. Ἐκδημοῦντες ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημοῦντες πρὸς τὸν κύριον. Αἱ δὲ τῶν ἀδίκων ψυχαὶ, εἰς τοὺς ἐν τῷ ᾅδῃ τόπους, κατὰ τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. Ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη συναντήσας σοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ εἰσὶν ἐν τοῖς ἀξίοις αὐτῶν τόποις φυλαττόμεναι ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἀναστάσεως καὶ ἀνταποδόσεως. Id est, *In hac vita quae in unione corporis et animae obtingunt communia sunt iustorum et iniustorum omnia: et nulla est eis, quantum ad hoc pertinet differentia: sicuti gigni et mori, valere et aegrotare, ditescere et egere, et alia hisce similia. Post exitum vero animarum e corpore illico iusti ab iniustis segregantur. Abducuntur enim ab angelis ad condigna sibi loca. Ac iustorum quidem animae in paradisum, ubi consuetudine et aspectu fruuntur angelorum et archangelorum; per visionem autem et ipsius servatoris Christi pro eo atque dictum est: peregre absumus a corpore, et praesentes adsumus apud dominum. Iniustorum autem animae in ipsius Orci loca; pro eo atque dictum est de Nabuchodonosore rege Babylonis: infernus subter exacerbatus est in occursum adventus tui, etc. Et asservantur quaeque in locis se dignis, usque ad resurrectionis et compensationis diem.*

Cap. LXXX. — Poenitentia aboleri peccata] Ἐπειδήπερ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἀσυγχώρητος παρὰ τῷ θεῷ, ἐν τοῖς γνησίως καὶ κατ' ἀξίαν μετανοοῦσιν. Athanasius *de communi essentia patris, et filii, et spiritus sancti* tom. I. fol. 392. Alcuinus de divinis officiis fol. 1922. *Oportet ad paenitentiam accedere cum omni fiducia, et ex fide credere indubitanter, paenitentia aboleri posse peccata, etiamsi in ultimo vitae spiritu commissa paeniteat.* Chrysost. tom. V. serm. de poenit. et in Matth. cap. VI. homil XX. Theodoret divinor. decret. epitom. fol. 415. Lactant. lib. VI. cap. XXIV. Autor de fide ad Petr. Diacon. cap. III. Bachiarius de recipiendis lapsis fol. 419. tom. I. biblioth. patrum. Epiphan. haeresi LIX. Augustin. de agone Christiano cap. XXX. et XXXI.

Novatianus est] Is docebat. *quod post baptismum paenitere non liceat: et quod mortale peccatum ecclesia donare non possit; imo perire ecclesiam recipiendo peccatores.* Pacianus ad Sympronianum epist. III. fol. 310. tom. I. biblioth. patrum. Remigius Altisiodorensis episcop. in Ioëlem cap. II. fol. 268. Athanasius contra omnes haereses tom. I. fol. 853. Nicephorus Callistus ecclesiast. histor. lib. VI. cap. III. Augustin. tom. IV. in quaestion. vet. et novi Testamenti quaestion. CII. de haeresibus cap. XXXVIII. Eusebius ecclesiast. histor. lib. IV. cap XXXIV.

Cap. LXXXI. — Internas animi cogitationes diabolum non videre] Extat hoc caput apud Rabanum Maurum de sermon. proprietat. lib. IV. cap. X. Chrysost. in Iohan. cap. III. homil. XXIII. *Humanorum cordium cognitio solius dei est, qui ea formavit. Tu enim, inquit, cognoscis corda solus.* Athanasius ad Antioch. quaest. XCIX. fol. 303. Προγνώστης καὶ καρδιογνώστης μόνος ὁ θεὸς ὑπάρχει. Ἐπεὶ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι τὰ ἐν καρδίᾳ ἢ τὰ μέλλοντα ἐπίστανται. Origenes in Iob. lib. I. fol. 237. Theophylact. in Marcum c. II. Durandus sentent. lib. II. distinct. VIII. quaest. IV. Thomas Aquinas Quodlib. XII. articul. VI.

Sed motibus eas corporis] Hieronym. in Psalm. XVI. fol. 16. *Diabolus in anima intrinsecus nescit quid cogitat homo, nisi per exteriores motus intelligat.*

Cassian. collat. lib. VII. cap. XV. fol. 1057. *Nulli dubium est, quod possint spiritus immundi cogitationum nostrarum attingere qualitates, sed indiciis eas sensibilibus forinsecus colligentes, id est, ex nostris dispositionibus, aut verbis, et studiis, in quae propensius conspexerint nos inclinari. Caeterum illas, quae necdum de interioribus animae processerint, adire omnino non possunt. Ipsas quoque cogitationes, quas inferunt, utrum suscipiantur, vel quemadmodum susceptae sint, non per ipsius animae naturam, id est per illum interiorem motum in medullis saepius latitantem, sed ex motibus atque indiciis exterioris hominis deprehendunt.* Augustinus retractat. lib. II. cap. XXX. Thomas Aquinas part. I. summ. quaest. LVII. articul. IV.

Cap. LXXXII. — Non omnes malae cogitationes semper diaboli instinctu] Hunc locum imitatus est Beda in Marcum lib. II. cap. VII. tom. VII. in homil. quadrages. fol. 558. in lib. quaestion. tom. VIII. fol. 405. *Omnes cogitationes malae non semper instinctu diaboli excitantur, sed aliquando ex nostri arbitrii motu emergunt. Bonae autem cogitationes semper a deo sunt.* Hieronymus in Matth. lib. II. cap. XV. fol. 31. *Arguendi, qui cogitationes a diabolo immitti putant, et non ex propria nasci voluntate. Diabolus adiutor et incensor malarum cogitationum potest esse, auctor esse non potest. Si autem semper in insidiis positus levem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammaverit, non debemus opinari, eum occulta quoque cordis rimari, sed ex corporis habitu et gestibus aestimare quid versemus intrinsecus: verbi gratia, si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit cor nostrum amoris iaculo vulneratum.*

Aliquotiens ex nostri arbitrii] Cogitationes tum bonas, tum malas gignit ex sese cor. Bonas quidem ex suggestione boni spiritus, malas ex amarulentia daemonum. Basilius Magnus in constitut. exercitator. cap. XVII. Ambrosius in Psalmum CXVIII. fol. 966. tom. II. Gregorius Nyssenus homil. IX. in cantica canticor. Iohan. Gerson. 3. part. operum pag. 71. Diadochus de perfect. spirituali cap. LXXXIII. S. Antiochus ad Eustoch. de cogitation. pag. 151. S. Macarius Eremita homil. XVI. Theodoretus enarrat. in Oseam prophet. fol. 607. Athanasius ad Antiochum quaest. XV. Origenes in Lucam cap. II. homil. XII. *Si bonae cogitationes in corde nostro versentur, et in animo nostro pullularint, haud dubium, quin nobis loquatur angelus domini. Si vero mala versetur in corde nostro versuta, loquitur nobis angelus diaboli.* Bernhardus in meditat cap. XV. *Cor meum de loco est, et ideo latentes cogitationes ab illo habeo. Vanas et curiosas a mundo, a diabolo malas et malitiosas.*

Bonae cogitationes semper a deo sunt] Hieronym. in Ezechiel. lib. V. c. XVI. *Cogitationes bonae a deo homini semper inseruntur.* Bernhardus super cantica serm. XXXII. fol. 606. *Cum mala in corde versamus, nostra cogitatio est, si bona, dei sermo est.* Vide illum in lib. de interiori domo cap. XXXIX. et XL.

Cap. LXXXIII. — Daemones per ἐνέργειαν non credimus substantialiter] Didymus de spiritu sancto lib. III. *Animam vel mentem hominis nulla creatura iuxta substantiam potest implere, nisi sola trinitas. Nec autem participatione naturae implet quempiam diabolus, aut eius habitator efficitur, sed per fraudulentiam, et deceptionem, et malitiam habitare in eo creditur, quem impleverit.* Vide Clementem Alexandrin. Stromat. lib. II. fol. 177. Cassianum collat. lib. VII. cap. XII. et XIII. Paschasium Diaconum Roman. de spiritu sancto lib. II. cap. I. Bedam in Acta apostol. cap. V. fol. 878. Autorem de spiritu et anima apud Augustin. tom. 3. fol. 618. c. XXVII. Thomam Aquinat. Quodlibet. 3. articul. VIII. Bonaventuram lib. II. sentent. distinct. VIII. numer. 48. Petrum Lombardum sentent. lib. II. distinct. VIII. ubi integram hoc caput sub nomine Gennadii citat.

Cap. LXXXIV. — Signa et prodigia peccatores facere] Autor. Commentar. in Matth. c. VII. homil. XXV. c. XXI. homil. XXIX. c. XXIV. homil. XLIX. Beda in Apocal. cap. XIII. Hieronym. in epist. Pauli ad Galat. cap. III. fol. 131. Iustin. Martyr. in quaest. ad orthodox. quaest. V. fol. 309. Athanasius ad Antioch. quaest. CX. Anastasius episcop. Nicenus quaest. XXIII. in ss. scripturas.

Signa et prodigia etiam peccatores facere] Fit hoc propter reprobos ob condemnationem eorum qui faciunt, vel ob utilitatem eorum, qui vident et audiunt, ut licet homines despiciant signa facientes, tamen deum honorent, ad cuius invocationem tanta fiant miracula. Beda in Acta apostol. cap. XIX. fol. 907. Oecumenius in Acta apost. cap. XIX.

Cum alios hac praesumptione iuvent, sibi per ambitionem nocent] Ut Scevae

illi Iudaei principis sacerdotum filii, in quos (dum nescio qua vana gloria ducti, non credentes in Iesum, daemonia expellere volunt) daemoniacus insiliit, et misere eos afflixit. Acta apost. cap. XIX. vers. 16. et inibi Oecumenius et Beda. Petri Siculi historia pag. 57.

Cap. LXXXV. — Signis et prodigiis clarum fieri Christianum non sanctum] Cyprianus de unit. eccles. fol. 232. *Prophetare et daemonia excludere, et virtutes magnas in terris facere, sublimis utique et admirabilis res est, non tamen regnum caeleste consequitur, quisque in his omnibus invenitur, nisi recti et iusti itineris observatione gradiatur.* Chrysostom. tom. V. de *compunct. cordis* fol. 495. Athanas. ad Antioch. quaest. LXXXVIII. Augustin. de sermon. domini in monte fol. 832. Ambrosius in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XIII.

Cap. LXXXVI. — Nullus sanctus et iustus caret peccato] Ἐπειδὴ τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου φύσεως, ut ait Nazianz. de baptismo fol. 640. Foede igitur errant Pelagianistae, qui asserunt homines, si velint, sine peccato esse posse. Iohan. Cassianus de incarnat. Christi lib. I. Hieronymus adversus Pelagium ad Ctesiphontem tom. I. fol. 266. et sequent. Clemens Alexandrinus παιδαγωγ. lib. I. cap. II. Athanas. ad Antioch. quaest. CXXXVI. fol. 339. de incarnat. domini fol. 462. Theodoret. de select. s. scriptur. quaestion. quaest. IX. Augustinus de peccator. meritis et remiss. lib. II. c. VII. in enchiridio ad Laurent. cap. LXIII. Bernhardus de nativit. domini serm. I. Sozomenus ecclesiast. histor. lib. VII. cap. XVI. Nicephorus Callistus lib. XII. cap. XXIV. Tertullianus de anima cap. XLI.

Ideo veraciter omnes sancti se pronunciant peccatores] S. Iohannes epist. Catholic I. c. I. Iob. c. XIV. Ecclesiast. c. VII. Cyprianus de orat. dominica fol. 245. Augustinus de spiritu et litera ad Marcellin. cap. II. tom. X. de verbis apostoli sermon. XXIX. Cassianus collat. XXII. cap. XIII. Hieronym. contra Pelagian. lib. III. cap. V. Lactant. lib. VI. cap. XIII. Isidor. Synonym. lib. I. fol. 312.

Cap. LXXXVII. — Pascha ante transgressum vernalis aequinoctii] Quo mense ac die celebritas s. paschae agi deberet, varie apud veteres disceptatum fuit. Sancti apostoli, Anatolius et Occidentales usque ad Oceanum, post aequinoctium vernale: Galli die VIII. Kal. April. Polycrates Ephesiorum episcopus, Syri, Cilices, Mesopotamii et Asiani cum Iudaeis XIV. luna quacunque die septimanae, omnimodo observandum Pascha dicebant. Cum igitur hae tales observationes per singulas provincias tenerentur, non leviter contristati sunt sacerdotes, eo quod a quibus una fides profiteretur, eorum dissentirent ieiunia. Pius igitur primus et Victor Romanae urbis episcopi, huic malo publico mederi cupientes, ordinationem fecerunt, ut die dominico a XIV. luna primi mensis, usque ad XXI. eiusdem mensis diem, paschalis celebraretur festivitas. Postmodum in plenaria synodo Nicaena orbi universo Christiano persuasum est, ut pascha recto iure, uno eodemque die et tempore a cunctis catholicis perageretur ecclesiis. Canon Apostol. cap. VIII. Eusebius ecclesiast. hist. lib. V. cap. XXIII. et XXIV. de vita Constantini Imp. lib. 3. cap. V. et XVII. lib. VIII. cap. XIX. XXV. lib. IV. cap. XXXVI. et sequent. Socrates ecclesiast. histor. lib. I. cap. VI. lib. V. c. XXI. Hieronymus catalog. viror. illustr. in Polycrate. Histor. Tripart. lib. IX. cap. XXXVIII. Nicephorus Callistus lib. XII. cap. XXXIII. Theodoretus ecclesiast. histor. lib. I. cap. X. Sozomenus lib. XII. cap. XVIII. et XIX. Pius PP. I. in univers. Christi fideles tom. I. Concil. fol. 85. Victor PP. ad Theophilium Alexandriae episcop. tom. I. Concil. fol. 93. Ambrosius de paschali celebritate tom. IV. fol. 304. et seq. Gregorius Nyssenus orat. in resurrect. domini. Iunilius in Genesin fol. 33. Corpus Canon. part. III. distinct. 3. de consecrat. cap. XXI. et sequent. Augustin. in nov. et vet. Testament. quaest. tom. IV. quaest. LXXXIII. fol. 839. et ad Ianuarium epistol. CXIX. Beda de argumentis lunae fol. 198. et sequent. de aequinoct. vernali. tom. II. fol. 346. de ratione tempor. cap. LVII. et seq. Epiphanius contra Audianos haeres. LXX. Rabanus Maurus de institut. clericor. lib. II. cap. XXXIX. Isidor. Hispalens. origin. lib. VI. cap. I. de officiis ecclesiast. cap. XXXI. Clemens constitut. lib. V. cap. XVI. Gaudent de paschae observat. fol. 50. Autor epistolae de celebrat. paschae apud Hieronym. tom. IX. fol. 98. Athanas. de synodis Arimini et Seleuciae fol. 672. in epistola ad Africanos episcopos fol. 718.

Cap. LXXXVIII. — Imaginem in aeternitate] Caesarius Arelatens. episcop. homil. XII. *In anima et mente ad imaginem dei facti sumus, secundum carnem vero de limo terrae formati sumus.* Eucherius in Genesin lib. I. cap. VIII. *In interiore homine est conditoris sui imago, imago in aeternitate, similitudo in moribus.* Bernhardus serm. I. de annunciat. B. Mariae fol. 125. Durandus sentent. lib. I. distinct. 3. quaestion. I. Claudianus Mamerti episcop. de statu animae lib. III. fol. 726. Damascen. de fide orthodox. lib. II. cap. XII. Theodoret. in Genesin quaest. XX. Athanas. de communi essent. patris, filii et spiritus sancti fol. 393. Augustin. de Genes. contra Manichaeos lib. I. cap. XVII. Faustus de libero arbitrio lib. II. cap. VII. Ambrosius de dignitate conditionis humanae cap. II.

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE

QUI CITANTUR

IN

PHILASTRO.

Genes. I, 1 .... cap. 94
„ I, 2 .... 95. 109
„ I, 3 10
„ I, 8 94
„ I, 11 95
„ I, 21 138
„ I, 26 .... 31. 66. 109. 137
„ I, 27 97
„ I, 28 .... 57. 120
„ I, 29 .... 84. 100
„ I, 31 79
„ II, 2 97
„ II, 7 .... 97. 98. 152
„ III, 6. 7 116
„ III, 16 120
„ III, 22 114
„ IV, 4 132
„ IV, 7 131
„ IV, 15 .... 131. 132
„ VI, 2 108
„ VI, 3 101
„ IX, 27 121
„ X, 2 seq. 6 seq. 121
„ X, 8 108
„ X, 22 seq. 120
„ XI, 1 104
„ XIV, 18 .... 144. 148
„ XVII, 14 118
„ XIX, 24 .... 109. 110
„ XXV, 23 120
„ XLI, 38 109
Exod. III, 5 81
„ IV, 21 128
„ IV, 24. 25. 26 118
„ V, seq. 149
„ VII, 3 128
„ VIII, 3 11
„ VIII, 8 128
„ IX, 16 128
„ XII, seq. XIX, seq. 149

Exod. XXII, 20 .... cap. 109
„ XXII, 28 147
„ XXIII, 24 27
„ XXIV, 12 119
„ XXIV, 13 143
„ XXXII, 6 111
„ XXXII, 20 147
„ XXXIV, 28 .... 119. 149
Levitic. XX, 6. 27 128
„ XXIII 191
„ XXVI, 1 21
Numer. XII, 6 138
„ XIV, 30 149
„ XVIII, 11 141
„ XXI, 29 17
„ XXIV, 3 25
„ XXVIII 141
„ XXXI, 8 25
Deuteron. V, 5 116
„ VIII, 11—19 136
„ XVI, 3 141
„ XVI, 22 21
„ XVIII, 15. 18. 19 119
„ XXVII, 26 156
Iosuae I, seq. 149
„ V, 5. 7 118
Iudic. VI, 28 147
„ XIII, 5. 7 120
„ XVI, 17 120
1 Samuel. II, 30 147
„ IV 12
„ VI, 4 12
„ XVI, 14 98
„ XVII 130
„ XVII, 7 108
„ XXVIII 26
2 Samuel. XVIII 130
„ XXI, 20 108
3 Reg. XI, 5. 33 17
„ XIII, 9 86

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE

QUI CITANTUR

IN

AUGUSTINO, PRAEDESTINATO, PSEUDO-TERTULLIANO, PSEUDO-HIERONYMO, ISIDORO, PAULO, HONORIO, GENNADIO.

INDEX RERUM.

A.

B.

C.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

X.

Z.

INDEX VOCABULORUM.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

Z.

Berolini, typis Gustavi Langei.

VOLUME 2,
PART 1

CORPORIS

HAERESEOLOGICI

TOMI SECUNDI

PARS PRIOR.

CORPORIS

HAERESEOLOGICI

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS

S. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIENSIS

PANARIORUM

LIBRUM PRIMUM ET SECUNDUM.

EDIDIT

FRANCISCUS OEHLER.

BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLIX.

S. EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIENSIS

PANARIA

EORUMQUE ANACEPHALAEOSIS.

AD VETERES LIBROS RECENSUIT ET CUM LATINA DION. PETAVII INTERPRETATIONE ET INTEGRIS EIUS ANIMADVERSIONIBUS

EDIDIT

FRANCISCUS OEHLER.

TOMI PRIORIS

PARS PRIOR.

BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLIX.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
Π Α Ν Α Ρ Ι Α.

SANCTI PATRIS NOSTRI
EPIPHANII CONSTANTIAE EPISCOPI
P A N A R I A.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

γραφεῖσα ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ δευτερῷ ἔτει [1] τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ἔτους δωδεκάτου, καὶ Γρατιανοῦ ἔτους ὀγδόου, πρὸς Ἐπιφάνιον Παλαιστινὸν Ἐλευθεροπολίτην, γενόμενον πατέρα μοναστηρίου ἐν τῇ τῆς αὐτῆς Ἐλευθεροπόλεως [2] περιοικίᾳ, ἐπίσκοπον ὄντα [3] νυνὶ πόλεως Κωνσταντείας, ἐπαρχίας Κύπρου, παρὰ Ἀκακίου καὶ Παύλου πρεσβυτέρων [4] ἀρχιμανδριτῶν, [5] τουτέστι πατέρων μοναστηρίων μερῶν [6] Χαλκίδος καὶ [7] Βεροίας τῆς Κοίλης Συρίας, περὶ τοῦ κατὰ αἱρέσεων πασῶν γράψαι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πολλῶν προτρεψαμένων καί, ὡς εἰπεῖν, ἀναγκασάντων αὐτὸν εἰς τοῦτο ἥκειν.

Τῷ κυρίῳ [8] ἡμῶν καὶ τιμιωτάτῳ κατὰ πάντα εὐλαβεστάτῳ πατρὶ Ἐπιφανίῳ, ἐπισκόπῳ, Ἀκάκιος πρεσβύτερος καὶ Παῦλος πρεσβύτερος, ἀρχιμανδρῖται, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἤρκει μὲν ἡ θέα τῆς σῆς θεοσεβείας, πάτερ, ἐμπλήσασα πνευματικῶν ῥημάτων, καὶ ἐμφυτεύσασα τὸν τοσοῦτον πρὸς ἡμᾶς πόθον, γεγονότα τῆς σῆς αὐτοψίας μεταλαβοῦσιν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρόδρομος φήμη μαθητοῦ τοῦ σωτῆρος κηρύττει τὴν τῆς εὐωδίας τῶν ῥημάτων καὶ πράξεων ὁρμήν, [9] ἄγχει καὶ λέξεων καὶ νοῦ κορεσθῆναι. Ἔδει μὲν αὐτοψίᾳ ἐλθόντας μεταλαβεῖν τῆς ἐκ θεοῦ [10] δοθείσης σοι χάριτος ὡς τοῖς ἀποστόλοις· ἀλλ' [11] ἐπεὶ ἡ ὁδὸς ἐπεσχέθη ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας τῆς σωματικῆς καὶ [12] ταλαιπωρίας, οὐκ ἰσχύσαμεν αὐτοὶ γενόμενοι πρὸς τοὺς [13] πόδας σου προκαλινδούμενοι ἀκοῦσαί τε καὶ μαθεῖν τὰ ἐκπορευόμενα πνευματικὰ ἅγια ῥήματα ἐκ τοῦ [14] σοῦ στόματος. Πι-

1. τῆς *omittit cod. Venetus.*
2. παροικίᾳ *volebat Ios. Scaliger.*
3. νῦν *cod. Venet.*
4. καὶ ἀρχιμανδριτῶν *cod. Rhedig. et edd.*
5. τοῦτ' ἔστιν *cod. Venet.*
6. Χαλκίδος *cod. Venet.* Καρχηδόνος *cod. Rhedigeranus, ed. princ. et ed. Petav.*
7. Βεροίας *cod. Venet.* Βεῤῥοίας *cod. Rhedig. et edd. libri.*

EPISTOLA

anno Diocletiani XCII., Valentiniani et Valentis XII., Gratiani VIII., ad Epiphanium Palaestinum Eleutheropolitanum scripta, qui cum olim monasterii quod in Eleutheropolitano agro situm est pater fuisset, hoc tempore Constantiae, quae urbs est provinciae Cypri, episcopus est, ab Acacio et Paulo presbyteris et archimandritis, hoc est monasteriorum praepositis, in regione Carchedonis et Beroeae Coeles Syriae, qua postulant ut adversus haereses scriberet, cum iam a multis insuper rogatus ut hoc susciperet, atque, ut ita dicam, coactus fuisset.

Domino meo honoratissimo atque in omnibus religiosissimo patri Epiphanio, episcopo, Acacius et Paulus presbyteri, archimandritae, in domino salutem.

Pietatis quidem tuae, pater, aspectus ipse satis esse poterat, qui nos spiritalibus sermonibus implevit, ac tam vehemens nobis tui desiderium indidit, postquam tuo semel frui conspectu licuit. Verum quoniam praevia discipuli Christi fama verborum eius factorumque fragrantiam ubique praedicat, angit nos et sollicitat ut illius nos sermonibus ac sensis explere studeamus. Coram igitur adeuntes par erat eius quae in te perinde atque in apostolis est gratiae communione perfundi. Sed cum iter illud nobis corporis aegritudo et languor intercluserit, minime ipsi potuimus ad pedes tuos provoluti spiritales sanctosque sermones ex ore tuo manantes audire ac discere.

8. ἡμῶν *cod. Venet.* μοῦ *cod. Rhedig. et edd.*
9. ἄχρι *Ios. Scaliger. In seqq. vulgo distinguunt* κορεσθῆναι, ἔδει *cett.*
10. σοι δοθείσης *cod. Venet.*
11. ἐπειδὴ *cod. Venet.*
12. τῆς ταλαιπωρίας *cod. Venet.*
13. σοὺς πόδας *cod. Venet.*
14. στόματος σοῦ *cod. Venet.*

στεύομεν γὰρ ὅτι, εἰ ἦμεν ἄξιοι, ἀνελθόντες τε καὶ ἀκούσαντες, ἐστηριζόμεθα τὴν πολιτείαν, ἣν προβεβλήμεθα, εἴ ἐσμεν ἄξιοι τὸ τέρμα ταύτης καταλαβεῖν. Τῆς οὖν ἀῤῥωστίας καταλαβούσης, δεόμεθα τῆς τοσαύτης σου θεοσεβείας, μὴ φθονήσῃς μεταδοῦναι [15] ἀπὸ τῶν δεδωρημένων σοι ἀληθῶς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος. Ὁμολογοῦμεν γὰρ οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἀκούοντες, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γενεᾷ νέον σε ἀπόστολον ἤγειρεν ἡμῖν καὶ κήρυκα ὁ [16] Χριστὸς, Ἰωάννην νέον, καὶ κηρύσσειν τὰ ὀφειλόμενα [17] φυλάσσεσθαι ὑπὸ τῶν τὸν δρόμον τοῦτον προβαλλομένων. Τοῦ οὖν κοινοῦ ἀδελφοῦ Μαρκέλλου ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ φήμῃ ἀγχομένου καὶ ἑλκομένου τῇ ποθήσει τῆς σῆς θεοσεβείας, ὄντος τε καὶ τῆς ἡμετέρας μάνδρας, αὐτόν τε ὑπηρέτην ἐσχηκότες τῆς τοσαύτης ὁδοῦ, καὶ νεοκατηχήτου ὄντος, ἐπετρέψαμεν τὴν τοσαύτην ἡμῶν τόλμαν τῶν ἁμαρτωλῶν πρὸς τὸν μαθητήν σε τοῦ σωτῆρος. Ὃ δὲ ἀξιοῦμεν, τῶν ῥηθέντων σοι πρός τινας ἀδελφοὺς εἰς παιδείαν δωρήσασθαι, ὅπερ σοὶ μὲν τῷ δικαίῳ ἀβαρὲς, ἡμῖν δὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς μεταλαβοῦσιν εὐφρανθῆναι ἐν κυρίῳ. Ἐμπλησθέντες γάρ σου τῶν πνευματικῶν ῥημάτων ἐπικουφιζόμεθα τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν. Ἠκούσαμεν δὲ ἐπικληθέντα ὀνόματα ὑπὸ τῆς σῆς τιμιότητος ταῖς αἱρέσεσιν, ὧν ἑκάστης θρησκείας ἀξιοῦμεν τὴν σὴν θεοσέβειαν διαῤῥήδην ἡμῖν δηλῶσαι τὴν αἵρεσιν· ἴση γὰρ ἁπάντων ἡ δωρεά. Καί σε ἀξιοῦμεν εὐχὴν ποιήσασθαι, σὲ τὸν δίκαιον τῷ κυρίῳ, ὑπὲρ πάντων τῶν [18] σε ποθούντων καὶ ἐκδεχομένων τὴν παρὰ σοῦ δωρεάν. Ἐν νηστείᾳ καὶ εὐχῇ ἐσμεν τὸν κοινὸν ἡμῶν ἀδελφὸν δεχθέντα ὑπὸ τῆς σῆς τιμιότητος ἀσμένως καὶ κομίσαι τὴν ὑπὸ σοῦ δεδωρημένην δωρεὰν καὶ οὕτως ἀναπέμψαι τὰς ἐξ ἔθους [19] εὐχὰς πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. Πάντες ἐλπίζουσιν οἱ ἀδελφοὶ τῇ ὑπὸ σοῦ εὐχῇ ὑπὲρ αὐτῶν γιγνομένῃ στηριχθῆναι. Παρακαλοῦμεν μὴ ὀκνῆσαι μεταδοῦναι χάριν θεϊκὴν ἐσχηκότα ἀποστόλων. Πάντες οἱ μικροὶ ἐν ταῖς μάνδραις ὄντες εὐχὴν τῷ κρείττονι ἀναπέμπουσι, μεταλαβεῖν ἀπὸ τῆς σῆς θεοσεβείας πνευματικὴν δωρεάν. Ἐῤῥωμένος ἐν κυρίῳ καὶ εὔθυμος ἐν Χριστῷ διατελοίης καὶ ἐν ἁγίῳ πνεύματι τὸν [20] δοθέντα σοι θρόνον καὶ τὴν θεϊκὴν δωρεὰν, μέχρι τοῦ σε ἐκδεχομένου στεφάνου.

15. ἡμῖν ἀπὸ *cod. Venet.*
16. σωτὴρ *cod. Venet.*
17. φυλάττεσθαι *cod. Venet.*
18. σε *non habet Venet. liber.*
19. „et sic consuetas preces patri et filio et spiritui sancto transmittat" *vertit Cornarius.*
20. *Ita libri omnes. Aliquid excidisse suspicabatur Petavius, retractans nempe ne accusativos* τὸν δοθέντα θρόνον *ab ipso verbo* διατελεῖν *aptos haberet.*

Hoc enim persuasum habemus, si quidem essemus digni, venientes ad te et audientes nos in eo sanctioris vitae genere quod arripuimus confirmatum iri, dummodo extremum illius ac summum mereamur assequi. Quandoquidem igitur adversa valetudine premimur, pietatem tuam vehementer oramus, ut eorum nobis communionem ne invideas quae in te revera sunt a salvatore collata. Etenim non nos ipsi solum, sed et universi, qui audierunt, novum te apostolum praeconemque confitentur a Christo nobis hac aetate productum, velut alterum quendam Ioannem, ut ea praeciperes quae ab iis servanda sunt qui sese in illud curriculum commiserint. Quamobrem cum Marcellus communis nostrum omnium frater tantae famae magnitudine stimulatus ad te pietatis tuae desiderio traheretur, idemque monasterio nostro esset adscriptus, hominem nacti qui longinquitate tanta itineris nostra vice fungeretur, rudem adhuc et tironem, huic ipsi peccatorum, omnium videlicet nostrum, postulationem ad te Christi discipulum perferendam, paulo eam quidem audaciorem, mandavimus. Petitionis porro nostrae summa haec est, ut quae nonnullis fratribus dixisti, ea ad nostram institutionem impertiri non graveris. Quod ut tibi homini iusto molestum non erit, ita nobis peccatoribus, si impetrare potuerimus, ingentem in domino laetitiam ac voluptatem adferet. Cum enim spiritalibus tuis sermonibus satiamur, iniquitatum nostrarum onere sublevamur. Ac nomina quidem ipsa, quae a te sunt haeresibus imposita, iam audivimus. Nunc uniuscuiusque sectae dogma perspicue declarari a tua pietate cupimus. Hoc enim commune ex aequo donum est omnibus futurum. Tum illud enixe rogamus, ut pro universis, qui tui desiderio tenentur, quique illud a te munus expectant, tu, qui iustus es, dominum preceris. Interim nos in ieiunio et oratione ad illud obtinendum persistimus ut frater ille noster benigne a te susceptus acceptum illud munus ad nos reportet, atque ita deo, patri, filio ac spiritui sancto solitas preces offeramus. Omnes nostri fratres valde confidunt fusis a te pro ipsis precibus sese magnopere confirmatum iri. Oramus te ut qui divinam apostolorum gratiam consecutus es, quod petimus ne tribuere cuncteris. Pusilli omnes, qui in monasteriis degunt, deum precantur, ut a te spiritale donum illud obtineant. Valere te in domino ac laetum assidue degere optamus plurimum, et commissum tibi thronum in spiritu sancto, divinumque tueri munus, donec eam quae te manet coronam in coelo consequaris.

Η ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΙΣΑ

πρὸς τοὺς περὶ Ἀκάκιον καὶ Παῦλον πρεσβυτέρους ὑπὸ αὐτοῦ Ἐπιφανίου, πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν αὐτῷ γραφέντα, περὶ τοῦ κατὰ αἱρέσεων γράψαι αὐτόν.

Κυρίοις τιμιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συμπρεσβυτέροις Ἀκακίῳ καὶ Παύλῳ Ἐπιφάνιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Προοίμιον, εἴτ' οὖν λαλιάν, [1]ἐπιγραφὴν ὥςπερ διαγράφοντες παλαιοὶ συγγραφεῖς διὰ τοῦ αἰνίγματος ὑπόφασιν ἐδείκνυον πάσης ὑποκειμένης πραγματείας. Ὅθεν καὶ αὐτοὶ τῷ αὐτῷ κεχρημένοι χαρακτῆρι προοιμιαζόμεθα ὑμῖν, ἀγαπητοί, [2]τὰ τῆς κατὰ αἱρέσεων αἰτήσεως ὑμῶν, ἐν ὀλίγῳ τὴν δύναμιν ἀνακεφαλαιούμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλομεν ὑμῖν τά τε ὀνόματα τῶν αἱρέσεων δηλοῦν, τάς τε παρ' αὐτοῖς ἀθεμίτους πράξεις ἀνακαλύπτειν, ὥςπερ ἰοὺς καὶ δηλητήρια ὄντα, σὺν αὐτοῖς δὲ ἅμα καὶ ἀντιδότους ἐφαρμοσάμενοι, ἀλεξητήρια τῶν δεδηγμένων καὶ προκαταληπτικὰ τῶν μελλόντων εἰς τοῦτο ἐμπίπτειν, τοῖς φιλοκάλοις διαγράφομεν αὐτὸ τοῦτο τὸ [3]προοίμιον, Πανάριον, εἴτ' οὖν κιβώτιον ἰατρικὸν καὶ θηριοδηκτικόν, ἑρμηνεύοντες, ὅπερ ἐστὶ διὰ βιβλίων τριῶν αἱρέσεις ὀγδοήκοντα, αἵτινές εἰσι θηρίων, εἴτ' οὖν ἑρπετῶν, [4]αἰνίγματα. Μία δὲ μετὰ τὰς ὀγδοήκοντα ἡ τῆς ἀληθείας βάσις ἅμα καὶ διδασκαλία, καὶ σωτήριος πραγματεία, καὶ Χριστοῦ νύμφη ἁγία ἐκκλησία, οὖσα μὲν ἀπ' αἰῶνος, διὰ δὲ τῆς ἐνσάρκου Χριστοῦ παρουσίας κατὰ τὴν διαδοχὴν τοῦ χρόνου μέσον τῶν προειρημένων ἀποκαλυφθεῖσα, καὶ ὑφ' ἡμῶν ἐν ὑπομνήσει διὰ τοῦ κηρύγματος Χριστοῦ ταχθεῖσα, καὶ πάλιν μετὰ πάσας τὰς τῶν αἱρέσεων τούτων μοχθηρίας εἰς ἀναψυχὴν τῶν τὸν κάματον τῶν αἱρέσεων διὰ τῆς ἀναγνώσεως διελθόντων ὑφ' ἡμῶν μετ' ἐπιτομῆς τοῦ λόγου, κατὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαν, σαφῶς ἀπαγγελθεῖσα.

Κεφ. α'. Παρακλήθητε δὲ πάντες οἱ φιλοκάλως ἐντυγχάνοντες τῷ τε προοιμίῳ καὶ ταῖς μετέπειτα αἱρέσεσι, καὶ τῇ περὶ ἀληθείας ἀπολογίᾳ τε καὶ διδασκαλίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ πίστει τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκ-

1. *In editis distinctum est ita:* Προοίμιον, εἴτ' οὖν λαλιὰν ἐπιγραφήν, ὥσπερ διαγράφοντες *cett. Cornarius convertit:* „Prooemium sive praefationem veteres scriptores, velut inscriptionem ac titulum describentes, per aenigma totius subiectae tractationis indicium praebuerunt: unde" *cett.*

2. *Cornarius:* „— praefamur ad vos, carissimi, ea quae ad petitionem vestram contra haereses scripsimus, omnem rem in brevem summam colligentes. Quandoquidem enim declaraturi sumus vobis et nomina sectarum, et nefarias apud ipsos actiones revelaturi, quae velut venena ac toxica existunt: cum ipsis sane etiam antidotos adaptantes, auxiliaria commorsorum medicamenta et praeoccupativa eorum qui forte illapsuri sint, bonarum rerum studiosis describimus, hoc ipsum prooemium Panarium, sive Capsulam medicam, et adversus bestiarum morsus Arculam appellantes; hoc est per libros tres" *cett.*

3. *Voc.* προοίμιον *uncinis notavit Petavius.*

4. *Ita libri omnes;* αἴνιγμα *est figura, similitudo, ut plerumque apud sacros scriptores. Quare non erat cur Petavius* δήγματα *reponendum esse censeret.*

EPIPHANII EPISCOPI EPISTOLA

quam ad Acacium et Paulum presbyteros ad ea rescripsit quae illi de lucubratione illa contra haereses significaverant.

Dominis venerabilibus ac fratribus et collegis Acacio et Paulo Epiphanius in Christo salutem.

Quemadmodum antiqui scriptores consueverant in praefationibus ac proloquiis et inscriptionibus totius operis propositi speciem adumbratione quadam informatam ostendere, ita et nos eodem orationis usi genere prooemium hoc instituimus, ut, quae postulatio vestra fuit, eorum quae adversus haereses disputanda sunt summa paucis complectamur. Quoniam enim haereseon omnium nomina declaranda vobis hoc in libro suscepimus, nec non execranda ac nefaria illarum flagitia sic tanquam praesentissima quaedam venena patefacere volumus, atque his velut antidota quaedam opponentes, quae vel iis qui morsu petiti sunt remedio esse possint, vel eos quibus ne incidant periculum est praemuniant ac conservent, honestarum rerum studiosis conscribere, Panarium, sive Arculam Medicam, ad eorum qui a serpentibus icti sunt remedium iure opus illud ac librum interpretabimur, qui in tres partes divisus haereses octoginta complectitur, quae serpentum ac reptilium similes sunt. Secundum quas veritatis firmamentum et salutaris doctrina fideique formula subiecta est, ac Christi sponsa, sancta videlicet ecclesia declarata. Quae cum iam tum ab orbe condito esse coeperit, postea tamen per Christi domini incarnationem temporum successione ante commemoratas omnes haereses vulgata atque patefacta, eademque a nobis in commentarios ex Christi praedicatione relata, ac rursum post explicatam omnem istarum haereseon improbitatem ex apostolorum disciplina accurate ac perspicue brevi quodam est compendio subiecta, uti ea re illorum recreentur ac reficiantur animi qui hunc haereseon percurrendarum laborem susceperint.

Porro vos omnes, honestarum rerum studiosi lectores, rogatos Cap. I. volumus, ut et prooemium ipsum et insequentium haereseon expositionem ac veritatis professionem et doctrinam ac sanctae et catholi-

κλησίας, συγγνῶναι ἡμῖν ἀνθρώποις οὖσι, καὶ μετὰ πόνου καὶ ζήλου θεϊκοῦ φιλοτιμουμένοις ὑπὲρ θεοσεβείας ἀπολογεῖσθαι [1]Ἰησοῦ, εἴ τι ὑπέρογκον εἰς αὐτὸ τὸ πανάγιον καὶ πανσεβάσμιον ὄνομα θελήσομεν κατὰ τὴν [2]ἰδίαν δύναμιν ὑπεραπολογεῖσθαι, τοῦ θεοῦ συγχωροῦντος τὰ ὑπὲρ δύναμιν ἡμῖν ἐκζητοῦσιν. Ἐπειδὴ δι' ἀλήθειαν ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δι' εὐσέβειαν ἡ πραγματεία. Καὶ ἔτι παρακλήθητε [3]ἐᾶν εἴ που εὕροιτε, καίτοι γε μὴ ἐν ἔθει ὄντας ἐπισκήπτειν τινὰς ἢ ἐπισκωμματίζειν, διὰ δὲ τὸν πρὸς τὰς αἱρέσεις ζῆλον, καὶ εἰς ἀποτροπὴν τῶν ἐντυγχανόντων, εἴ που παροξυνόμενοι λέξομεν, ἢ ἀπατεῶνάς τινας καλοῦντες, ἢ ἀγύρτας, ἢ ἀθλίους. Αὐτὴ γὰρ ἡ ἀνάγκη ἡ πρὸς τοὺς λόγους τοῦ ἀγῶνος παρασκευάζει ἡμῖν τὸν τοιοῦτον ἱδρῶτα, δι' ἀποτροπὴν τῶν ἐντυγχανόντων, καὶ ὅπως δείξομεν παντελῶς ἀπηγορευμένας τοῦ ἡμετέρου φρονήματος τὰς ἐκείνων ἐργασίας καὶ μυστήρια καὶ διδασκαλίας, ἵν' ἀπὸ τῶν λόγων καὶ τῆς [4]ὀξύτητος τῆς ἀντιλογίας καὶ τὸ ἡμέτερον ἐλευθέριον ἀποδείξωμεν, καί τινας ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐκκλίνωμεν καὶ διὰ τῶν δοκούντων βαρυτέρων λόγων.

Κεφ. β΄. Καὶ ἔστιν ἐν τῇ πάσῃ πραγματείᾳ διὰ τῶν προειρημένων τριῶν βιβλίων, πρώτου καὶ δευτέρου καὶ τρίτου, ἅτινα τρία βιβλία εἰς ἑπτὰ τόμους διείλομεν. Ἐν δὲ ἑκάστῳ τόμῳ ἀριθμός τις αἱρέσεων καὶ σχισμάτων ἔγκειται· ὁμοῦ δὲ αἱ πᾶσαί εἰσιν ὀγδοήκοντα, ὧν αἱ ὀνομασίαι καὶ αἱ προφάσεις αὗται. Πρώτη Βαρβαρισμὸς, δευτέρα Σκυθισμὸς, τρίτη Ἑλληνισμὸς, τετάρτη Ἰουδαϊσμὸς, πέμπτη Σαμαρειτισμός. Ἐκ τούτων αἱ καθεξῆς. Πρὸ Χριστοῦ μὲν μετὰ Βαρβαρισμὸν καὶ τὴν Σκυθικὴν δεισιδαιμονίαν αἱ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ [1]φύσασαι αὗται· [2]ἕκτη Πυθαγόρειοι, εἴτ' οὖν Περιπατητικοὶ, διὰ τῶν περὶ Ἀριστοτέλην διαιρεθεῖσα, ἑβδόμη Πλατωνικοὶ, ὀγδόη Στωϊκοὶ, ἐνάτη Ἐπικούρειοι. Εἶτα Σαμαρειτικὴ αἵρεσις, οὖσα ἐκ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, καὶ ταύτης τέσσαρα ἔθνη, δεκάτη [3]Γοροθηνοὶ, ἑνδεκάτη Σεβουαῖοι, δωδεκάτη Ἐσσηνοὶ, τρισκαιδεκάτη Δοσίθεοι. Εἶτα ὁ αὐτὸς προειρημένος Ἰουδαϊσμὸς, ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ τὸν χαρακτῆρα εἰληφὼς καὶ διὰ τοῦ δοθέντος νόμου τῷ Μωϋσῇ πλατυνθεὶς, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα υἱοῦ Ἰακὼβ, τοῦ καὶ Ἰσραὴλ διὰ Δαβὶδ, τοῦ καὶ βασιλεύσαντος ἐκ τῆς τούτου φυλῆς τὸ ἐπώνυμον τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ κληρωθείς. Καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ ἑπτὰ αἱρέσεις αὗται· τεσσαρεσκαιδεκάτη Γραμματέων, πεντεκαιδεκάτη Φαρισαίων, ἑξκαιδεκάτη Σαδδουκαίων,

Cap. I. — 1. *Reposui* Ἰησοῦ *pro* εἰς ὅ, *quod Petavius delendum indicavit cum uncinis includeret.*

2. ἰδίαν *cod. Ven. Vulgo* ἁγίαν.

3. *Rescripsi mei ingenii periculo* ἐᾶν εἴ που. *Libri habent* ἵν' εἴ που. *At istud* ἵνα *quocum struatur verbo caret.*

cae ecclesiae fidem a nobis expressam percurrentes condonare velitis, utpote hominibus, et ita potissimum affectis, ut cum labore ac divino zelo pietatis partes propugnare conemur, illud, inquam, ignoscatis, si quid paulo amplius ac praestantius ad sanctissimi et omni veneratione dignissimi patrocinium nominis usurpare divinis freti viribus ausi fuerimus, id ipsum concedente deo, quandoquidem ea quae facultatem nostram superant inquirimus. Nam et pro veritate oratio ista, et pro pietate lucubratio suscipitur. Ad haec vehementer a vobis postulo, ut si quid forte reperiatis — quamquam non illud adeo moris est nobis, vellicare quempiam, aut in eum dicta iacere; — verum si pro ardentissimo nostro adversus haereses studio, et ut lectores ab iis deterreamus, concitatius aliquid dixerimus, utputa si impostores, circulatores, aut miseros appellemus, id velitis ignoscere. Nam et ipsa certaminis ac disputationis necessitas eiusmodi laborem nobis imposuit, quo ab illis lectores avocarentur, utique illorum functiones mysteria ac dogmata ab instituto nostro aliena esse atque interdicta constaret, atque ut ex oratione ipsa et acumine disputationis libertatis ingenuae specimen ederemus, tum ut denique maiori illa verborum asperitate aliquos saltem ab illorum contagione revocare possemus.

Quae quidem omnia hoc in opere comprehensa tribus libris explicantur, primo, secundo ac tertio. Iidem porro libri septem in tomos distributi sunt, quorum singuli certum haereseon ac schismatum numerum continent, quae simul collecta LXXX conficiunt. Quorum appellationes hae sunt ac dogmata: I. Barbarismus, II. Scythismus, III. Hellenismus, IV. Iudaismus, V. Samaritismus. Ab iis deinceps reliquae sectae profluxerunt. Nam ante Christi salvatoris adventum post barbaram et Scythicam superstitionem e Graeca istae prodierunt: VI. Pythagoreorum, qui et Peripatetici, auctore divisionis Aristotele, VII. Platonicorum, VIII. Stoicorum, IX. Epicureorum. Tum Samaritana secta, quae ex Iudaica pullulavit. Ea porro quatuor in factiones abiit, X. Gorthenorum, XI. Sebuaeorum, XII. Essenorum, XIII. Dositheorum. Sequitur Iudaismus, de quo dictum est, qui propriam ab Abraamo figuram ac notam accepit. Deinde per Moysis legem collatatus ab Iuda Iacobi filio, qui Israel appellatus est, per Davidem populi istius ex eadem illa tribu regem Iudaismi appellationem obtinuit. Ab hoc septem hae prodierunt haereses: XIV. Scribarum, XV. Pharisaeorum, XVI. Saddu- Cap. II.

4. per vehementiam *rectius vertit Cornarius.*

Cap. II. — 1. *Cogitabam* φῦσαι. *Sed* φύσασαι *intransitive usurpatum invenio etiam Ancorat. cap. 12. in loco gemello.*

2. *Vulgo* ἕξ.

3. *Vulgo* Γορθηνοί.

ἑπτακαιδεκάτη Ἡμεροβαπτιστῶν, ὀκτωκαιδεκάτη Ὀσσαίων, ἐννεακαιδεκάτη [4] Νασαραίων, εἰκοστὴ Ἡρωδιανῶν.

Ἐκ τούτων τῶν αἱρέσεων, καὶ μετέπειτα κατὰ διαδοχὴν τῶν χρόνων, ἐπεφάνη ἡ σωτήριος Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἔνσαρκος παρουσία, καὶ εὐαγγελικὴ διδασκαλία τε καὶ κήρυγμα βασιλείας, ἥτις μόνη ἐστὶ πηγὴ σωτηρίας καὶ πίστις ἀληθείας τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου ἐκκλησίας. Ἐκ δὲ ταύτης [5] περιεκλάσθησάν τε καὶ ἐσχίσθησαν ὄνομα μόνον Χριστοῦ ἔχουσαι, ἀλλὰ οὐχὶ τὴν πίστιν, αἱρέσεις αὗται· πρώτη Σιμωνιανοὶ, δευτέρα Μενανδριανοὶ, τρίτη Σατορνιλιανοὶ, τετάρτη [6] Βασιλιδιανοὶ, πέμπτη Νικολαῗται, ἕκτη Γνωστικοὶ, οἱ καὶ Στρατιωτικοὶ, οἱ αὐτοὶ [7] Φιβιωνῖται, παρὰ δέ τισι Σεκουνδιανοὶ, παρὰ ἄλλοις δὲ Σωκρατῖται, παρ' ἑτέροις δὲ Ζακχαῖοι, παρὰ δέ τισι Κοδδιανοὶ καλούμενοι, καὶ Βορβορῖται, καὶ Βαρβηλῖται· ἑβδόμη Καρποκρατῖται, ὀγδόη Κηρινθιανοὶ, οἱ καὶ Μηρινθιανοὶ, ἐνάτη Ναζωραῖοι, δεκάτη Ἐβιωναῖοι, ἑνδεκάτη [8] Οὐαλεντινιανοὶ, δωδεκάτη Σεκουνδιανοὶ, οἷς συνάπτεται Ἐπιφανὴς καὶ Ἰσίδωρος· τρισκαιδεκάτη [9] Πτολεμαῖοι, τεσσαρεσκαιδεκάτη [10] Μαρκώσιοι, πεντεκαιδεκάτη Κολορβάσιοι, ἑξκαιδεκάτη Ἡρακλεωνῖται, ἑπτακαιδεκάτη Ὀφῖται, ὀκτωκαιδεκάτη [11] Καϊανοὶ, ἐννεακαιδεκάτη Σηθιανοὶ, εἰκοστὴ Ἀρχοντικοὶ, εἰκοστὴ πρώτη Κερδωνιανοὶ, εἰκοστὴ δευτέρα [12] Μαρκιωνισταὶ, εἰκοστὴ τρίτη Λουκιανισταὶ, εἰκοστὴ τετάρτη [13] Ἀπελληϊανοὶ, εἰκοστὴ πέμπτη Σευηριανοὶ, εἰκοστὴ ἕκτη Τατιανοὶ, εἰκοστὴ ἑβδόμη [14] Ἐγκρατῖται, εἰκοστὴ ὀγδόη [15] κατὰ Φρύγας τῶν καὶ Μοντανιστῶν καὶ [16] Τασκοδρουγιτῶν· οὗτοι δὲ πάλιν οἱ Τασκοδρουγῖται διῃρέθησαν εἰς ἑαυτούς· εἰκοστὴ ἐννάτη Πεπουζιανοὶ, οἱ καὶ Πρισκιλλιανοὶ καὶ Κυϊντιλλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται· τριακοστὴ Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, οἱ τὸ Πάσχα μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους ποιοῦντες, τριακοστὴ πρώτη Ἄλογοι, οἱ τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου μὴ δεχόμενοι, τριακοστὴ δευτέρα Ἀδαμιανοὶ, τριακοστὴ τρίτη Σαμψαῖοι, οἱ καὶ Ἑλκεσαῖοι, τριακοστὴ τετάρτη Θεοδοτιανοὶ, τριακοστὴ πέμπτη Μελχισεδεκιανοὶ, τριακοστὴ ἕκτη Βαρδησιανισταὶ, τριακοστὴ ἑβδόμη Νοητιανοὶ, τριακοστὴ ὀγδόη Οὐαλήσιοι, τριακοστὴ ἐννάτη Καθαροὶ, οἱ καὶ [17] Ναυατιανοὶ, τεσσαρακοστὴ Ἀγγελικοὶ, τεσσαρακοστὴ πρώτη Ἀποστολικοὶ, οἱ καὶ Ἀποτακτικοὶ, τεσσαρακοστὴ δευτέρα Σαβελλιανοὶ, τεσσαρακοστὴ τρίτη Ὠριγένειοι, οἱ αἰσχροποιοὶ, τεσσαρακοστὴ τετάρτη

caeorum, XVII. Hemerobaptistarum, XVIII. Ossaeorum, XIX. Nasaraeorum, XX. Herodianorum.

Secundum has sectas successione temporum domini nostri Iesu Christi incarnatio toti orbi salutaris illuxit, et cum hac evangelii doctrina coelestisque regni praedicatio. Qui quidem unicus est fons salutis et catholicae apostolicaeque ecclesiae vera fides. A qua insequentes omnes sectae, quae solum Christi nomen, non fidem praeferunt, amputatae sunt et avulsae: I. Simoniani, II. Menandriani, III. Saturniliani, IV. Basilidiani, V. Nicolaitae, VI. Gnostici, qui et Stratiotici, et Phibionitae, a quibusdam Secundiani, ab aliis Socratitae, vel Zacchaei, ab aliis vero Coddiani appellantur, ac Borboriani, vel Barbelitae, VII. Carpocratitae, VIII. Cerinthiani, qui et Merinthiani, IX. Nazoraei, X. Ebionaei, XI. Valentini, XII. Secundiani. Quibus accedit Epiphanes et Isidorus. XIII. Ptolemaei, XIV. Marcosii, XV. Colorbasii, XVI. Heracleonitae, XVII. Ophitae, XVIII. Caiani, XIX. Sethiani, XX. Archontici, XXI. Cerdoniani, XXII. Marciones, XXIII. Lucinianistae, XXIV. Appelleiani, XXV. Severiani, XXVI. Tatiani, XXVII. Encratitae, XXVIII. Cataphryges, qui et Montanistae et Tascodrugitae, qui et ipsi divisi sunt, XXIX. Pepuziani, qui et Priscilliani, ac Quintiliani. Quibus adiiciuntur Artotyritae, XXX. Tessarescaedecatitae, qui Paschatis celebritati unam quotannis diem praefiniunt, XXXI. Alogi, qui evangelium et Apocalypsin Ioannis reiiciunt, XXXII. Adamiani, XXXIII. Sampsaei, qui et Helcesaei, XXXIV. Theodotiani, XXXV. Melchisedeciani, XXXVI. Bardesianistae, XXXVII. Noëtiani, XXXVIII. Valesii, XXXIX. Cathari, qui et Novatiani, XL. Angelici, XLI. Apostolici, qui et Apotactici, XLII. Sabelliani, XLIII. Origenistae, foeditatis aucto-

4. ναζαραίων *cod. Rhedig. In Ancorato cap.* 12. *et Anaceph. p.* 127. *vulgo extat* Νασσαραίων.

5. *Cogitabam* περιεβλάστησαν. *Sed* περιεκλάσθησαν *legitur etiam Anaceph. l. l.*

6. *Sic cod. Venet. Neque aliter extat in Anaceph. et in Ancorato. Vulgo* Βασιλειδιανοὶ, *ut etiam infra.*

7. *Recepi scripturam quae reperitur infra haer.* 26, 3. *et in Ancor. et in Anaceph. et in Indic. lib. I, tom. II,* 6. *Vulgo* Φιβιονῖται.

8. *Sic cod. Venet. Vulgo* Οὐαλεντῖνοι, *qui error haud rarus in his libris.*

9. Πτολεμαιονῖται *reperitur in Ancorato,* Πτολεμαῖται *infra in inscriptione haer.* 33. *Ceteris in locis appellantur ubique* Πτολεμαῖοι.

10. *Ita scriptum fere ubique hoc nomen in Epiphanii libris. At passim etiam* Μαρκόσιοι, *uti extat in Ancorati cap.* 13. *tam in editis quam in codd. mss. Ienensi et Rhedig.*

11. *Ita omnes libri.*

12. *Edidi* Μαρκιωνισταὶ *ex haer.* 42. *et ex Ancorato. Vulgo extat* Μαρκίωνες, *quod vitium repetitum est infra et in Anacephalaeosi.*

13. Ἀπελληϊανοὶ *cod. Ven., et sic infra quoque haer.* 44., *et Ancor. l. l. Vulgo hic, ut alibi,* Ἀπελληανοί.

14. Ἐγκρατῖται, *quod libri omnes retinent, pro* Ἐγκρατηταί. *Etiam alibi plerumque invenitur* Ἐγκρατῖται. *Genuinam contra formam vocabuli deprehendi etiam in cod. ms. Baluziano (reg.* 1234.), *qui continet Nicetae Thesaurum Orthodoxae Fidei.*

15. *Libri habent* κατὰ Φρυγαστῶν καὶ Μοντανιστῶν. *Quod vitium paene ubique irrepsit. Vera scriptura reperitur Anacephal. p.* 144. *et pag.* 123., *atque Ancorat. cap.* 13. *Firmatur ea etiam codicis Baluziani, Parisini, auctoritate, in quo cap.* 20. *libri IV. Thesauri Orthod. Fidei Nicetae Choniatae inscriptum legitur* Περὶ τῶν κατὰ Φρύγας, τῶν καὶ μοντανιστῶν καλουμένων καὶ τασκοδρουγιτῶν.

16. Τασκοδουργιτῶν *cod. Rhedig.* Τασκοδρουγιστῶν *cod. Venet.*

17. *Vulgo* Ναυᾶτοι. — *In seqq. pro* Ὠριγένειοι *cod. Venet. habet* Ὠριγένιοι.

Ὠριγένειοι, τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου, τεσσαρακοστὴ πέμπτη Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, τεσσαρακοστὴ ἕκτη Μανιχαῖοι, οἳ καὶ Ἀκουανῖται, τεσσαρακοστὴ ἑβδόμη Ἱερακῖται, τεσσαρακοστὴ ὀγδόη [18]Μελητιανοὶ, οἱ κατ' Αἴγυπτον σχίσμα ὄντες, τεσσαρακοστὴ ἐννάτη Ἀρειανοὶ, οἱ καὶ Ἀρειομανῖται, πεντηκοστὴ Αὐδιανῶν τὸ σχίσμα, πεντηκοστὴ πρώτη [19]Φωτεινιανοὶ, πεντηκοστὴ δευτέρα [20]Μαρκελλιανοὶ, πεντηκοστὴ τρίτη Ἡμιάρειοι, πεντηκοστὴ τετάρτη Πνευματομάχοι, οἱ καὶ Μακεδονιανοὶ, καὶ [21]Ἐλευσίου μαθηταὶ, οἱ τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ πνεῦμα βλασφημοῦντες, πεντηκοστὴ πέμπτη [22]Ἀεριανοὶ, πεντηκοστὴ ἕκτη Ἀετιανοὶ, οἱ καὶ [23]Ἀνόμοιοι, οἷς συνάπτεται Εὐνόμιος, μᾶλλον δὲ ὁ [24]Ἄνομος· πεντηκοστὴ ἑβδόμη Διμοιρῖται, οἱ μὴ τελείαν [25]Χριστοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁμολογοῦντες, οἱ καὶ [26]Ἀπολλιναρῖται, πεντηκοστὴ ὀγδόη καὶ οἱ τὴν ἁγίαν Μαρίαν [27]τὴν ἀεὶ παρθένον λέγοντες μετὰ τὸ τὸν σωτῆρα γεγεννηκέναι τῷ Ἰωσὴφ συνῆφθαι, οὕςτινας ἐκαλέσαμεν Ἀντιδικομαριανίτας, πεντηκοστὴ ἐννάτη [28]καὶ οἱ εἰς ὄνομα τῆς αὐτῆς Μαρίας κολλυρίδα προσφέροντες, οἳ καλοῦνται [29]Κολλυριδιανοὶ, ἑξηκοστὴ Μασσαλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Μαρτυριανοὶ, οἱ ἀπὸ Ἑλλήνων καὶ Εὐφημῖται καὶ Σατανιανοί.

Ἐπανιὼν δὲ αὖθις καὶ διελὼν ταύτας κατὰ [30]βίβλον ὑποδείξω ἐν ταύτῃ μου τῇ ἀνακεφαλαιώσει πόσαι τούτων τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, καὶ καθεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ, ἕως [31]τοῦ τρίτου· ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἑπτὰ τόμων, τῶν ἐν τοῖς τρισὶ βιβλίοις συντεταγμένων, πόσαι εἰσὶν αἱ ἐν αὐτῷ χωρηθεῖσαι αἱρέσεις. Καὶ ἔστιν οὕτως· ἐν μὲν [32]τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τόμοι τρεῖς, αἱρέσεις δὲ τεσσαρακονταὲξ, σὺν ταῖς ὀνομασίαις τούτων, φημὶ δὲ Βαρβαρισμοῦ, καὶ Σκυθισμοῦ, καὶ Ἑλληνισμοῦ, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Σαμαρειτισμοῦ· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τόμοι δύο, αἱρέσεις εἰκοσιτρεῖς· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τόμοι δύο, αἱρέσεις ἕνδεκα. Ἐν τῷ οὖν πρώτῳ βιβλίῳ πρώτου τόμου αἱρέσεις εἴκοσι, αἵ εἰσιν αἵδε· Βαρβαρισμὸς, Σκυθισμὸς, Ἑλληνισμὸς, Ἰουδαϊσμός· Ἑλλήνων διαφοραὶ, [33]Πυθαγόρειοι, εἴτ' οὖν Περιπατητικοὶ, Πλατωνικοὶ, Στωϊκοὶ, [34]Ἐπικούρειοι. Σαμαρειτικὴ, οὖσα ἐκ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ. Σαμαρειτῶν ἔθνη τέσσαρα οὕτως· [35]Γοροθηνοὶ, Σεβουαῖοι, Ἐσσηνοὶ, [36]Δοσίθεοι. Ἰουδαίων αἱρέσεις ἑπτὰ οὕτως· Γραμματεῖς, Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, Ἡμεροβαπτισταὶ, [37]Ὀσσαῖοι, Νασαραῖοι, Ἡρωδιανοί. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ πρώτου βιβλίου ὡςαύτως αἱρέσεις δεκατρεῖς οὕτως· Σι-

18. Μελιτιανοὶ cod. Rhedig., fere ubique.
19. In Ancorato extat Φωτινιανοί.
20. Μαρκελλησιανοί cod. Venet.
21. De hoc cf. Nicetae Choniatae Thes. Orthod. Fid. lib. V, cap. 16.
22. Post voc. Ἀεριανοὶ in libris vulgo repetitum est καὶ Ἐλευσίου μαθηταὶ, quae verba, iam a Petavio uncinis inclusa et pro spuriis iudicata, eieci de auctoritate cod. Veneti.

res, XLIV. Origenistae, ab Origene, qui etiam Adamantius appellatur. XLV. Pauli Samosatensis, XLVI. Manichaei, qui et Acuanitae, XLVII. Hieracitae, XLVIII. Meletiani, qui in Aegypto schisma conflarunt, XLIX. Ariani, qui et Ariomanitae, L. Audianorum secta, LI. Photiniani, LII. Marcelliani, LIII. Semiariani, LIV. Pneumatomachi sive Macedoniani, et Eleusii discipuli, qui in sanctum dei spiritum contumeliosi sunt, LV. Aëriani, LVI. Aëtiani, qui et Anomoei, quibus adiungitur Eunomius, LVII. Dimoeritae, qui perfectam Christi incarnationem minime confitentur, qui et Apollinaristae nominantur, LVIII. eorum qui Mariam semper virginem, postquam Salvatorem genuit, cum Iosepho consuevisse dicunt, quos Antidicomarianitas appellamus, LIX. eorum qui in nomen eiusdem Mariae collyridem offerunt, et Collyridiani vocantur, LX. Massaliani, ad quos adiunguntur Martyriani, e gentilium secta, et Euphemitae, ac Satanici.

Nunc repetita narratione et in singulos libros distributis haeresibus hoc in brevi compendio declarabo quotnam ex illis haeresibus in priore libro, quot in secundo ac tertio contineantur. Tum in reliquis omnibus caeterorum librorum tomis quot unicuique haereses attributae sunt. Harum itaque omnium series est eiusmodi. In primo libro tomi tres sunt, haereses XLVI suis nominibus conceptae, Barbarismus videlicet, ac Scythismus, Hellenismus, Iudaismus, ac Samaritismus. In secundo libro tomi duo sunt, haereses XXIII. In tertio libro tomi duo, haereses XI. In prioris itaque libri tomo primo haereses XX sunt, Barbarismus, Scythismus, Graecismus, Iudaismus. Graecorum porro discrimina ista sunt: Pythagorei, sive Peripatetici, Stoici, Epicurei. Samaritica haeresis, quae a Iudaismo manavit. Samaritani quatuor in partes tribuuntur, Gorthenos, Sebuaeos, Essenos, Dositheos. Iudaeorum haereses septem: Scribae, Pharisaei, Sadducaei, Hemerobaptistae, Ossaei, Nassaraei, Herodiani. In secundo tomo libri primi haereses XIII

23. Vulgo Ἄνομοι. Cod. Venet. Ἀνόμιοι.
24. Ita etiam Ancor. cap. 13.
25. τὴν ἐνανθρώπησιν Χριστοῦ cod. Venet.
26. Ἀπολιναρῖται cod. Rhedig., pro more. Et sic infra.
27. Auget cod. Venet. τὴν θεοτόκον καὶ ἀεὶ παρθένον.
28. οἱ καὶ cod. Ven.
29. Κολλουριδιανοὶ cod. Venet.
30. βιβλίον cod. Venet.
31. τοῦ om. cod. Venet.
32. τῷ om. cod. Venet.
33. Πυθαγόριοι cod. Venet.
34. Ἐπικούριοι cod. Ven.
35. Γοροθηνοὶ scripturam, non Γορθηνοὶ, uti vulgo editum est, cod. Venet. fere ubique tuetur, cum quo conspirant passim et caeteri codd. mss. Γοροθηνοὶ appellantur etiam in cod. Baluz. Parisino qui Nicetae Choniatae Thesaurum continet.
36. Δωσίθεοι cod. Venet. fere ubique.
37. ὀσσαῖοι cod. Rhedig.

μωνιανοὶ, Μενανδριανοὶ, [38]Σατορνιλιανοὶ, Βασιλειδιανοὶ, Νικολαῗται, Γνωστικοὶ, οἵ καὶ Στρατιωτικοὶ καὶ Φιβιωνῖται, [39]οἵ αὐτοὶ δὲ παρά τισι Σεκουνδιανοὶ, παρὰ δὲ ἄλλοις [40]Σωκρατῖται, παρὰ δὲ ἑτέροις Ζακχαῖοι, οἵ καλούμενοι καὶ Κοδδιανοὶ καὶ Βορβορῖται καὶ Βαρβηλῖται, [41]Καρποκρατῖται, Κηρινθιανοὶ, [42]οἵ καὶ Μηρινθιανοὶ, Ναζωραῖοι, Ἐβιωναῖοι, [43]Οὐαλεντινιανοὶ, Σεκουνδιανοὶ, οἷς συνάπτονται [44]Ἐπιφανὴς καὶ Ἰσίδωρος, Πτολεμαῖοι. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ πρώτου βιβλίου αἱρέσεις δεκατρεῖς οὕτως· Μαρκώσιοι, Κολορβάσιοι, Ἡρακλεωνῖται, Ὀφῖται, Καϊανοὶ, Σηθιανοὶ, Ἀρχοντικοὶ, Κερδωνιανοὶ, [45]Μαρκιωνισταὶ, Λουκιανισταὶ, [46]Ἀπελληϊανοὶ, Σευηριανοὶ, Τατιανοί. Αὕτη ἡ ἀνακεφαλαίωσις τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν τριῶν τόμων. Τοῦ δὲ δευτέρου βιβλίου τόμοι δύο. Ἐν πρώτῳ μὲν τόμῳ τοῦ δευτέρου βιβλίου, τετάρτῳ δὲ ὄντι κατὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀκολουθίαν τοῦ ἀριθμοῦ, αἱρέσεις δεκαοκτὼ οὕτως· Ἐγκρατῖται, κατὰ [47]Φρύγας τῶν καὶ Μοντανιστῶν καὶ Τασκοδρουγιτῶν· οἵ δὲ Τασκοδρουγῖται διῃρέθησαν ἀπὸ τῶν προειρημένων· Πεπουζιανοὶ, καὶ [48]Κυϊντιλλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται· Τεσσαρεςκαιδεκατῖται, οἵ τὸ Πάσχα μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους ποιοῦντες· Ἄλογοι, οἵ τὸ εὐαγγέλιον Ἰωάννου καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν μὴ δεχόμενοι· Ἀδαμιανοὶ, Σαμψαῖοι, οἵ καὶ Ἑλκεσαῖοι, Θεοδοτιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Βαρδησιανισταὶ, Νοητιανοὶ, Οὐαλήσιοι, Καθαροὶ, Ἀγγελικοὶ, Ἀποστολικοὶ, οἵ καὶ Ἀποτακτικοὶ, οἷς συνάπτονται οἵ καλούμενοι Σακκοφόροι· Σαβελλιανοὶ, Ὠριγενιανοὶ, οἵ αἰσχροποιοὶ, Ὠριγενιανοὶ, οἵ τοῦ Ἀδαμαντίου. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ δευτέρου βιβλίου, πέμπτῳ τε ὄντι [49]κατὰ τὸν ἀριθμὸν τὸν προειρημένον, αἱρέσεις πέντε οὕτως· [50]Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μανιχαῖοι, οἵ καὶ Ἀκουανῖται, Ἱερακῖται, Μελητιανοὶ, [51]τῶν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σχίσμα, Ἀρειανοί. Αὕτη καὶ ἡ τοῦ δευτέρου βιβλίου τῶν τόμων ἀνακεφαλαίωσις. Ὁμοίως καὶ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ εἰσὶ τόμοι δύο· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τόμῳ τοῦ τρίτου βιβλίου, ἕκτου δὲ τόμου καθ' ὃν ἀριθμὸν [52]προείπομεν, αἱρέσεις ἑπτὰ [53]οὕτως· Αὐδιανοὶ, σχίσμα ὄντες, Φωτεινιανοὶ, Μαρκελλιανοὶ, Ἡμιάρειοι, Πνευματομάχοι, οἵ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ ἅγιον βλασφημοῦντες, Ἀεριανοὶ, [54]Ἀετιανοὶ, ἀπὸ Ἀετίου τοῦ Ἀνομοίου, ᾧ συνήφθη Εὐνόμιος, ὁ καὶ Ἀνόμοιος. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ τρίτου βιβλίου, ἑβδόμῳ δὲ τόμῳ ὄντι, καθ' ἣν εἴπομεν τῶν τόμων τοῦ ἀριθμοῦ διαίρεσιν, ὅς ἐστι τόμος ἕβδομος καὶ τέλος τῆς πραγματείας, αἱρέσεις τέσσαρες [55]οὕτω· Διμοιρῖται, οἵ μὴ τελείαν τὴν

38. Σατορνιλιανοὶ cod. *Rhedig.* *Et ita etiam supra.*

39. *Sic cod. Venet. Vulgo extat* οἱ αὐτοὶ, παρὰ δέ τισι.

40. *Verba* Σωκρατῖται (*cod.* Σωκρατεῖται), παρὰ δὲ ἑτέροις, *quae vulgo absunt, reposui ex auctoritate cod. Veneti.*

41. καὶ Καρποκρατῖται *cod. Ven.*

μετ' ἀλλήλων πύργον καὶ πόλιν οἰκοδομῆσαι. Ἀπὸ δὲ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ἀσίαν κεκλικότες ἐπωνομάσθησαν πάντες κατὰ τὴν [13] τοῦ χρόνου ἐπίκλησιν Σκύθαι. Κτίζουσι δὲ τὴν πυργοποιΐαν καὶ οἰκοδομοῦσι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ὁ θεὸς ἐπὶ τῷ ἔργῳ τῆς αὐτῶν ἀνοίας. Διεσκέδασε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομηκονταδύο διένειμε κατὰ [14] τὸν τῶν τότε ἀνδρῶν pag. 7. ἀριθμὸν εὑρεθέντα· ὅθεν καὶ Μέροπες οὗτοι κέκληνται, διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. Καὶ τὸν πύργον ἀνέμων βολὴ κατέστρεψεν. Ἐμερίσθησαν γοῦν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν δεξιά τε καὶ εὐώνυμα, οἱ μὲν παλίνορσοι ὅθεν ἐκβεβήκασιν, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὰ πρόσω τῆς ἀνατολῆς κεχωρηκότες, ἕτεροι δὲ τὴν Λιβύην κατειλήφασιν, ὡς καὶ περὶ τούτων τὴν ἀκρίβειαν εἴ τις ἐθέλοι καταλαβέσθαι, [15] εὕροι ἂν ἕκαστον τῶν προςκεχωρηκότων καθ' ἑκάστην τινὰ πατρίδα πῶς εἴληχε τὸν κλῆρον, ὡς ὁ [16] Μιστρὲμ μὲν διαδέχεται τὸν τῆς Αἰγύπτου κλῆρον, Χοὺς δὲ τὴν [17] Αἰθιοπίδα, [18] Ψοὺς τὰ [19] Αὐξωμιτικὰ μέρη, [20] Ῥεγμὰ καὶ [21] Σαβακαθὰ καὶ [22] Θωυδὰν [23] καὶ Λοὺδ τὰ πρὸς τῇ Γαραμῶν χώρᾳ.

Κεφ. ϛ'. Καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ πλάτος ποιήσωμαι τὴν ἐνταῦθα σύνταξιν τοῦ προοιμίου, ἐλεύσομαι πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ κατὰ τὴν διαδοχὴν αὖθις ἐπιλήψομαι τῆς ἀκολουθίας. Μεταξὺ γοῦν τοῦ Ἕβερ καὶ τοῦ Φαλὲκ καὶ τῆς πυργοποιΐας καὶ [1] τῆς πρώτης πόλεως μετὰ τὸν κατακλυσμὸν κτισθείσης ἐπ' αὐτῇ τῇ οἰκοδομῇ ἀρχὴ λοιπὸν συμβουλίας ἀθροισμοῦ καὶ τυραννίδος γίνεται [2] Νεβρώθ. [3] Νεβρὼθ γὰρ βασιλεύει υἱὸς τοῦ [4] Χοὺς τοῦ Αἰθίοπος, ἐξ οὗ [5] Ἀσσοὺρ γεγέννηται. Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρὲχ γεγέννηται, καὶ ἐν [6] Ἀρφὰλ καὶ [7] Χαλάννῃ. Κτίζει δὲ καὶ τὴν [8] Θειρὰς καὶ τὴν Θόβελ καὶ Λόβον ἐν τῇ Ἀσσυρίων χώρᾳ. Τοῦτόν φασι παῖδες Ἑλλήνων εἶναι τὸν Ζωροάστρην, ὃς πρόσω χωρήσας ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκιστὴς γίνεται Βάκτρων. Ἐντεῦθεν [9] τὰ κατὰ τὴν γῆν παράνομα διανενέμηται. Ἐφευρέτης γὰρ οὗτος γεγέννηται κακῆς [10] διδαχῆς ἀστρολογίας καὶ μαγείας, ὥς τινές φασι περὶ τούτου τοῦ Ζωροάστρου· πλὴν ὡς ἡ ἀκρίβεια περιέχει, τοῦ Νεβρὼθ τοῦ γίγαντος οὗτος ἦν ὁ [11] χρόνος. Οὐ πολὺ δὲ ἀλλήλων τῷ χρόνῳ διεστήκασιν ἄμφω, ὅ τε Νεβρὼθ καὶ ὁ Ζωροάστρης. Φαλὲκ δὲ γεννᾷ τὸν [12] Ῥαγὰμ, Ῥαγὰμ τὸν Σεροὺχ τὸν ἑρμηνευόμενον Ἐρεθισμόν. Καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους [13] ἡ

13. τοῦ χρόνου *cod. Ven.* χρόνου *reliqui libri.*
14. τὸν τῶν *cod. Ven. Vulgo* τῶν.
15. εὕροι ἂν *cod. Ven. Vulgo* εὕροι δ' ἄν.
16. Μιστρὸμ *cod. Venet.*
17. Αἰθιοπίδα *cod. Ven.* Αἰθίοπα *reliqui libri. Petavius suspicabatur* Αἰθιοπίαν, *ut legitur Ancorat. cap.* 57.
18. *Libri habent* Ψοῦς.
19. Αὐξωμαιτικὰ *cod. Ven.* Ἀξιωματικὰ *cod. Rhedig. et editi libri. Cf. de varia huius nominis apud Epiphanium scriptura haer.* 66, 83., *et Ancor. cap.* 57. *et cap.* 114.
20. *Vulgo* Ῥεγμᾶ.
21. *Libri omnes* Σαβᾶ καθᾶ.

eo loco consilium babuissent, de turri urbeque illic extruenda inter se statuunt. Qui omnes quod ab Europae propinquo tractu in Asiae interiora penetrassent, insequenti tempore Scytharum cognomen adepti sunt. Ergo illi turrim et Babylonem aedificant. Sed divino numini de insana illa molitione displicuit. Ideoque dissipatis illorum linguis septuaginta duas ex una fecit, pro hominum numero qui illo tempore repertus est. Unde et Meropes a vocis divisione nuncupati. Turris ipsa denique ventorum impetu disiecta. Secundum haec illi per universum orbem dextra ac sinistra dispersi, alii eo rediere unde discesserant, alii longius ad orientem progressi sunt. In Africam nonnulli pervenerunt. Quod si quis ista diligentius indagare voluerit, quo illorum quisque sit profectus, quamve sortito ex omnibus regionem occuparit, facile deprehendet. Ita Mistrem in Aegypti possessionem invadit, Chus Aethiopiam obtinet, Psus Axumiticum Gen. 10. tractum, Rhegma, Sabacatha, Thoüdim et Elud Garamorum in regione constiterunt.

Verum ne diutius quam necesse sit in huius operis praefa- Cap. VI. tione commoremur, nostrum nos ad institutum referemus, atque inchoatam originum successionem denuo pertexemus. Igitur inter Heberis ac Phaleci tempora, cum et aedificata turris et prima omnium urbs post diluvium esset excitata, in ipsa operis extructione prima hominum coitio ac tyrannicus dominatus auctore Nembroth constitutus est. Primus iste regnum obtinuit, Chusi Aethiopis filius, ex quo natus Assur, qui Orechi, Arphale et Chalanne regnum exercuit. Quin et Thiras urbem condidit, et Thobelem, et Lobum in Gen. 10, 2. Assyria. Graeci Zoroastrem hunc fuisse memorant. Qui orientis interiora penetrans Bactrorum oppidum erexit. Indeque omnia, quae in orbem invecta sunt scelera, propagata dicuntur. Siquidem malae artes, astrologia videlicet ac magia auctore illo repertae sunt. Id quod Zoroastri a nonnullis tribuitur, revera ad Nembroth gigantis tempora pertinere putandum est. Quanquam inter utrumque non multum temporis interiectum est. Sed iis omissis Phalec Rhagam genuit, huius filius Seruch fuit, quod nomen provocationem significat. Hoc vero tempore idololatriae inter homines ac gentilium su-

22. Θωυδὰν *cod. Rhedig.* Θωϋὰν *cod. Ven.* Θωϋδὴν *editi libri.*
23. καὶ Λοὺδ *cod. Ven. Vulgo* καὶ Ἐλούδ.
Cap. VI. — 1. τῆς *om. cod. Ven.*
2. Νεβρώθ *om. cod. Ven.*
3. Νεβρὼδ *cod. Ven.*
4. *Vulgo* Χοῦς.
5. Ἀσοῦρ *cod. Ven.*
6. *Ita omnes libri.*
7. Χαλλάνῃ *cod. Ven.*
8. Θήρας *cod. Ven.*
9. τὰ *om. cod. Ven.*
10. διαδοχῆς *cod. Venet.*
11. χρόνος. πολὺ δὲ Ἑλλήνων τῷ χρόνῳ *cod. Ven.*
12. *In cod. Ven., ubi hoc nomen semel tantum extat, suspicor scriptum esse* Ῥαγαοῦ.
13. ἡ *om. cod. Ven.*

[14] εἰδωλολατρία τε καὶ [15] ὁ Ἑλληνισμὸς, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. Οὔπω δὲ ἐν ξοάνοις καὶ ἐν τορείαις λίθων ἢ ξύλων ἢ ἀργυροτεύκτων ἢ χρυσοῦ [16] ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης πεποιημένης, μόνον
pag. 8. δὲ διὰ χρωμάτων καὶ εἰκόνων ἡ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια [17] ἑαυτῇ ἐφηύρατο τὴν κακίαν, καὶ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου καὶ λογιότητος καὶ νοῦ ἀντὶ τῆς ἀγαθότητος τὸ παράνομον ἐφηύρατο. Γίγνεται δὲ τῷ Σεροὺχ παῖς ὁ Ναχὼρ, Ναχὼρ δὲ γεννᾷ τὸν Θάρρα. Ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλασία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης, [18] διὰ τῆς τοῦ Θάρρα τούτου τέχνης. Περιέστη δὲ ὁ [19] αἰὼν εἰς εἰκοστὴν γενεὰν ἕως τούτου, ἐτῶν τρισχιλίων τριακοσίων τριακονταδύο. Καὶ οὐδεὶς πώποτε τῶν προτέρων ἀνθρώπων πρὸ πατρὸς υἱὸς ἐτελεύτα, ἀλλὰ πατέρες πρὸ παίδων τελευτῶντες τοὺς υἱοὺς διαδόχους κατελίμπανον. Καὶ μή τις λεγέτω περὶ τοῦ Ἄβελ· οὐ γὰρ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν. Ἐξότε Θάρρα ἀντίζηλον τῷ θεῷ προεστήσατο, διὰ τῆς ἰδίας πηλουργίας τεχνησάμενος, τὰ ὅμοια οἷς ἔπραξεν ἀπὸ τῆς δίκης ἀπείληφε, καὶ αὐτὸς παραζηλωθεὶς διὰ τοῦ ἰδίου τέκνου. Ὅθεν θαυμάσασα ἡ θεία γραφὴ ἐπεσημήνατο, λέγουσα, Καὶ ἀπέθανεν Ἀρρὰν ἐνώπιον [20] Θάρρα τοῦ [21] πατρὸς ἐν τῇ γῇ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ.

Κεφ. ζ. Ἕως τούτου [1] ἔμενε Σκυθική τις διαδοχὴ καὶ ἐπίκλησις. Οὔπω [2] δὲ ἦν τις αἵρεσις, οὔπω μηχανή τις ἑτέρα, ἢ μόνον πορνεία, [3] ἐπίνοια εἰδώλων. Καὶ μετέπειτα ἐθεοποιήσαντο ἢ κακοδαίμονας τυράννους ἢ γόητας φαντάσαντας τὴν οἰκουμένην, τιμήσαντες τὰ τούτων μνήματα, καὶ μετέπειτα [4] πολλῷ τῷ χρόνῳ τοὺς περὶ Κρόνον καὶ Δία, Ῥέαν τε καὶ Ἥραν, καὶ τοὺς ἀμφ᾽ αὐτοὺς, ἔπειτα δὲ Ἀκινάκην σέβοντες [5] οἵ τε τῶν Σκυθῶν Σαυρομάται Ὀδρυσόν τε τῶν Θρᾳκῶν προπάτορα, ἐξ οὗ τὸ γένος κατάγεται Φρυγῶν· ὅθεν καὶ Θρᾷκες ἀπὸ τοῦ Θήρας [6] ἐπίκλην τοῦ ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ γεγεννημένου καλοῦνται. Περιέστη δὲ πᾶς ὁ χρόνος, ἐντεῦθεν λαβούσης τῆς πλάνης ἀρχὴν εἰς τὸν προδηλούμενον καιρὸν, [7] φύρων λοιπὸν τὰς ὁδούς. [8] Συγγραφεῖς τε ἐντεῦθεν καὶ ἱστοριογράφοι ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἐρανισάμενοι ἐθνομύθου πλάνης, ὅθεν [9] δὴ τὰ τῆς φαρμακείας καὶ μαγείας ηὑρέθη. Μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς ἡλικίας

14. εἰδωλολατρία codd. *Ven. Rhedig.* et *edit. princ.* εἰδωλολατρεία *ed. Petav.*
15. ὁ *om. cod. Venet.*
16. ἢ ἄλλης τινος ὕλης πεποιημένης *cod. Venet.* ἢ ἐξ ἄλλης τινος ὕλης πεποιημένων *reliqui libri.*
17. ἑαυτῇ ἐφηύρατο *cod. Ven. Vulgo* ἐφ᾽ ἑαυτῇ ηὕρισκε.
18. ἐκ *cod. Venet.*
19. αἰὼν *cod. Ven. Vulgo* ἀγών.
20. *Ita cod. Ven. Vulgo* Θάῤῥαν.
21. πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ τῆς γεννήσεως *cod. Venet.*

Cap. VII. — 1. ἔμεινε Σκυθία ἡ τῆς διαδοχῆς *cod. Venet.*
2. δὲ ἦν *om. cod. Ven.*
3. ἐπίνοια *pro glossemate habeo vocis* πορνεία.
4. ἔνθεν πολλῷ *cod. Venet.*

perstitionis initium est factum, quemadmodum a maioribus accepimus. Tametsi nondum ad simulacra caelatosque lapides, aut ligna, aut argenteas aureasque statuas alteriusve materiae superstitiosus ille cultus adhaeserat, nec aliud praeter colores atque effigies erat, in quo hominum mentes novum per sese nequitiae genus excogitarent, ac sponte sua proprioque animi ac rationis impetu pro honestate sibi sceleris turpitudinem adsciscerent. Sed ut ad institutum redeam, Serucho natus est Nachor; ab eo Tharra genitus est. Ex quo tempore simulacra primum ex argilla figlinoque opere reperta sunt, artifice Tharra, ad quem ter mille circiter et trecentorum ac triginta duorum annorum spatio ad usque vicesimam aetatem humani generis tempora propagata sunt. Nec in tanto hominum numero ullus adhuc filius ante parentem obierat, sed superstitibus relictis liberis patres ex hac vita migrabant. Nam quod Abelem obiicere quispiam posset, nequaquam procedit, cum is violenta morte praereptus fuerit. Posteaquam vero Tharra figlina arte deum velut aemulo quodam opposito provocare coepit, dignam factis suis mercedem reportavit, cum et ipse filii sui iactura vicissim quodammodo provocatus est. Quod quidem dei consilium admirans scriptura nominatim his verbis expressit: *Et mortuus est Arran coram Tharra patre in* Gen. 11, 28
terra nativitatis suae.

Hucusque Scythica quaedam successio appellatioque mansit. Cap. VII.
Nulla vero adhuc haeresis erat, nec ullum aliud commentum praeter idololatriam irrepserat. Postea vero infelices tyrannos aut praestigiatores, qui incantationibus suis ac fallaciis totum orbem deceperant, divinis honoribus consecrarunt, eorumque monumenta venerati sunt. Inde longo post tempore Saturnum et Iovem, Opem ac Iunonem, caeterosque horum asseclas, tum Acinacem Sarmatae Scythici generis pro deo colere coeperunt, ut et Odrysum, a quo Thraces oriundi, indidemque et Phrygum genus originem accepit; ex quo etiam accidit ut a Thera, qui in illa turris aedificatione natus est, Thracum appellatio deducta sit. Deinceps errore in humanum genus introducto, ad illum usque quem attigimus terminum, depravatiora in dies sunt revoluta tempora. Hinc omnis illa scriptorum atque historicorum nata copia, qui ab Aegyptiorum fabulosis superstitionibus universa mutuati sunt. Unde et maleficia magicaeque artes exortae. Ea porro omnia tum a Cecropis aetate translata sunt

5. *An recte haec verba intellexit et interpretatus est Petavius? Verto:* deinde vero Acinacem pro Scytharum, et Odrysum pro Thracum propatore et gentis auctore Sauromatae colere coeperunt.
6. ἐπικέκληνται τοῦ ἐν τ. π. γεγενημένου. περιέστη *cod. Venet.*
7. φρύγων *cod. Venet.*
8. συγγραφῆς ἔνθεν καὶ *cod. Venet.*
9. δὲ *cod. Venet.*

[10] τοῦ Κέκροπος. Καὶ ἦν μὲν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν [11] Νῖνος ἐν Ἀσσυρίοις καὶ Σεμίραμις, σύγχρονοι ὄντες τῷ Ἀβραὰμ, Αἰγυπτίων
pag. 9. τε ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία. Οἱ ἐν [12] Σικυῶνι δὲ τότε μόνοι ἐβασιλεύοντο, ἧς βασιλείας ἀρχὴ γέγονεν Εὔρωψ.

Κεφ. η'. Καὶ ὁ θεὸς ἐπιλέγεται τὸν Ἀβραὰμ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι τῆς ἁγίας καθολικῆς [1] καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστὸν καὶ ἐν εὐσεβείᾳ τελειότατον, ἐν γνώσει [2] προφήτην, ἐν βίῳ εὐαγγελικὴν κεκτημένον ἀναστροφήν. Οἴκοι γὰρ γέγονε πατέρα τιμῶν, καλούμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ τῶν οἰκείων ἀποτασσόμενος, πειθόμενος δὲ τῷ καλοῦντι, ὥςπερ οἱ περὶ Πέτρον καὶ [3] Ἀνδρέαν καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. Καὶ ἵνα μὴ πάλιν μηκύνω τὸν λόγον, συνελὼν ἐρῶ. Εἰς ἔτη γὰρ ἐλάσας οὗτος ὁ πατριάρχης ἐννενηκονταεννέα, ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρηματίζεται [4] εἰς περιτομήν. Καὶ ἄρχεται [5] ἐνθένδε ὁ χαρακτὴρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ μετὰ τὸν Ἑλληνισμόν· καὶ ἦν τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς εἰκοστὴ πρώτη γενεὰ, ἔτη δὲ τριςχίλια τετρακόσια [6] τριακονταέν. Καὶ ὁ Ἰουδαϊσμὸς ἀρχὴν ἐλάμβανεν. Σκυθισμὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄχρι τοῦ πύργου καὶ τοῦ Σεροὺχ, ἀπὸ δὲ τοῦ Σεροὺχ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ [7] καὶ δεῦρο Ἑλληνισμὸς, ἀπὸ δὲ Ἀβραὰμ οὔπω ἐπώνυμον ἦν αἱρέσεως, ἀλλ' ἢ μόνον [8] οἱ τῆς αὐτῆς θεοσεβείας [9] τοὔνομα ἔχοντες Ἀβραμιαῖοι ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐκαλοῦντο. Παῖδες γὰρ [10] τούτῳ ὑπῆρξαν ὀκτώ. Ἰσαὰκ δὲ [11] κληρονόμος μόνος ἦν, διότι καὶ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἐβίου, θεοσεβείᾳ προσανέχων, καὶ κατ' ἐπαγγελίαν θεοῦ τῷ πατρὶ ἐδεδώρητο. Ἔσχε δὲ πρὸ τούτου τὸν Ἰσμαὴλ [12] ἀπὸ παιδίσκης τῆς Ἄγαρ. [13] Χεττούρα δὲ τούτῳ τίκτει παῖδας ἕξ. Διεμερίσθησαν δὲ οὗτοι ἐπὶ τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν [14] καλουμένην, Ζεμβρὰν καὶ [15] Ἰέξαν καὶ [16] Ἰεσβὸκ καὶ Σωῦε καὶ Ἐμμαδὲμ καὶ Μαδιὰμ, καὶ ὁ τῆς παιδίσκης. Ἰσμαὴλ δὲ, ὡς ἔφην, τούτῳ ἦν ὄνομα. Καταλαμβάνει δὲ οὗτος καὶ κτίζει τὴν [17] Φαρὰν καλουμένην ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τούτῳ παῖδες γίνονται δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν αἱ φυλαὶ [18] τῶν Ἀγαρηνῶν, τῶν καὶ Ἰσμαηλιτῶν, Σαρακηνῶν δὲ τὰ νῦν καλουμένων. Γεννᾷ δὲ Ἰσαὰκ δύο παῖδας, Ἠσαῦ τε καὶ Ἰακώβ. Καὶ ἐκαλεῖτο τότε τὸ γένος τῶν θεοσεβῶν [19] Ἀβραμιαῖοί τε καὶ Ἰσαάκιοι. Διορισθέντος δὲ τοῦ Ἠσαῦ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ τῆς Χαναὰν κειμένης χώρας καὶ ἀνατολικῆς,

10. τοῦ om. cod. Venet.
11. Νῖνος omnes libri, tam scripti quam editi.
12. Libri habent Συκυῶνι.
Cap. VIII. — 1. καὶ ἀποστολικῆς om. cod. Venet.
2. προφήτην cod. Venet. Vulgo προφητῶν.
3. Ita cod. Ven. Vulgo Ἀνδρείαν.
4. εἰς om. cod. Venet.
5. ἔνθεν cod. Venet.
6. τριάκοντα ἓν Ἰουδαϊσμός. Σκύθαι γὰρ cod. Venet.
7. καὶ δεῦρο - - Ἀβραὰμ om. cod. Venet.
8. οἱ om. cod. Ven.
9. τοὔνομα Ἀβράμιοι. τοίνυν οἱ ἀπὸ Ἀβραὰμ. Παῖδες γὰρ cett. cod. Venet.
10. ὑπῆρξαν τούτῳ cod. Ven.
11. ὁ κληρονόμος cod. Ven.

in Graeciam. Per illud tempus Ninus ac Semiramis Assyriis imperabant. Quorum aequalis Abraam fuit. Apud Aegyptios vero decima octava dynastia praeerat. Solique tum ex omnibus populis Sicyonii regio dominatu continebantur; cuius initium ab Europe profectum est.

Post haec eadem qua catholicam et apostolicam ecclesiam Cap. VIII.
figura, notaque Abraamum eligit deus, virum in praeputio fidelem ac religione pietateque perfectissimum, atque ut scientia prophetis parem, sic ad evangelicam disciplinam vitae instituto provectum. Erat tum domi patrem observans, cum dei oraculo vocatus domesticis renunciavit, et eum a quo vocatus erat secutus est, quemadmodum Petrus, Andreas, Iacobus et Ioannes postea fecerunt. Ac ne Gen. 17.
denuo sim longior, paucis omnia complectar. Cum igitur ad nonagesimum nonum aetatis annum patriarcha ille pervenisset, de circumcisione a deo responsum accepit. Inde Iudaismi nota post gentilem superstitionem originem habuit. Agebatur tum annus mundi unus et tricesimus supra ter millesimum ac quadringentesimum, aetate ab orbe condito altera et vicesima, cum Iudaismus effloruit. Nam a diluvio ad turris aedificationem ac Seruchum Scythicum vivendi institutum tenuit. A Serucho ad Abraamum, et in hanc usque diem, gentilis superstitio. Porro nulla adhuc ab Abraamo secta cognomen adepta fuerat. Sed ii duntaxat, qui eiusdem religionis appellatione continebantur, Abraamitae ab eodem patriarcha dicebantur. Hic enim octo liberos habuit, ex quibus unus Isaac heres institutus est, quod et pietati deditus vitam suam ex patris sententia moderaretur, et singulari dei promissione eidem fuisset parenti concessus. Ante quem Ismaëlem ex Agar ancilla susceperat. Sed et Chetura sex illi Gen. 25.
postea peperit. Qui omnes per felicem Arabiam dispersi sunt. Zembran scilicet, Iezan, Iesboe, Sove, Emmaden, et Madian, una cum ancillae filio, quem Ismaëlem vocatum esse paulo ante diximus. Sed hic postremus delecto in solitudine ad habitandum loco Phares condidit, liberosque numero duodecim suscepit, a quibus Agarenorum, Deuter. 1, 1.
sive Ismaëlitarum, qui hodie Saraceni dicuntur, tribus propagatae sunt. At Isaaco duo nati sunt filii, Esau et Iacob. Quo tempore verae pietatis religionisque cultoribus Abraamitarum et Isacidarum nomen attributum est. Post haec Esau in Idumaeam discedens (est haec regio Chananaeorum tractui ad meridiem et orientem obversa) Gen. 4.

12. ἀπὸ cod. Venet. ὑπὸ reliqui libri.
13. Χεττοῦρα habent libri omnes.
14. λεγουμένην (sic) cod. Venet.
15. ἴεξαν cod. Rhedig.
16. Ἰεσβὸκ cod. Rhedig. ἰέσβοχ cod. Venet. Ἰεσβοὴ editi libri.
17. Φαρὰν cod. Venet. Φαρὲς cod. Rhedig. et editi libri.
18. τῶν om. cod. Ven.
19. Ἀβράμιοι cod. Venet., uti supra.

pag. 10. οἰκιστὴς γίνεται τοῦ Σηεὶρ ὄρους, καὶ [20] πόλιν κτίζει τὴν [21] Ἐδὼμ καλουμένην. Γίνονται δὲ τούτῳ παῖδες, καὶ ἡγεμονεύουσιν ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ ἕκαστος κατὰ διαδοχήν, οἳ καὶ ἐκαλοῦντο ἡγεμόνες Ἐδώμ. Ἐξ οὗπερ πέμπτος κατὰ διαδοχὴν ὁ Ἰὼβ, [22] ὑπεξαιρουμένου τοῦ Ἀβραὰμ [23] ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ ἀριθμουμένου. Ἰσαὰκ γὰρ γεννᾷ τὸν Ἡσαῦ, Ἡσαῦ τὸν Ῥαγουὴλ, Ῥαγουὴλ τὸν Ζαρᾶ, Ζαρᾶ τὸν Ἰὼβ, πρὶν μὲν καλούμενον [24] Ἰωκὰβ, [25] ὕστερον δὲ κληθέντα Ἰὼβ, [26] ὀλίγῳ πρόσθεν πρὸ τοῦ γενομένου αὐτῷ πειρασμοῦ. Ἦν δὲ περιτομὴ πολιτευομένη. Ἰακὼβ δὲ ἀποδιδράσκει [27] ἀπὸ Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ διὰ μῆνιν κατὰ συμβουλίαν πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν [28] Φαδᾶν, ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας Σουσωβά· ὃς ἄγεται ἐκεῖθεν τῆς ἰδίας συγγενείας γαμετὰς τέσσαρας τὸν ἀριθμὸν, καὶ κυίσκουσιν αὐτῷ παῖδας δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν, τοὺς καὶ πατριάρχας ἐπικληθέντας. [29] Παλινδρομοῦντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν Χαναανῖτιν γῆν πρὸς τὸν ἴδιον [30] αὐτοῦ πατέρα Ἰσαὰκ καὶ μητέρα Ῥεβέκκαν γίνεταί τις αὐτῷ ὀπτασία ἐκ θεοῦ παρὰ τὰς τοῦ Ἰορδάνου διεκβολάς. Ἰαβὸκ δὲ τὸν χειμάρρουν καλοῦσιν ἔνθα που ἐθεάσατο παρεμβολὰς ἀγγέλων. Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ἄνθρωπος ἀφ' ἑσπέρας, καὶ συνεπάλαιεν αὐτῷ ἄχρι τὴν ἕω, ὃν ἄγγελον ἐπεσημήνατο ἡ γραφή· ὃς κατ' εὐλογίαν δίδωσι τῷ Ἰακὼβ ἀξιώματος ὄνομα [31] τὸ Ἰσραήλ. Διαναστὰς δὲ ἐκεῖθεν ὁ Ἰακὼβ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Εἶδος θεοῦ. Ἐπειδὴ ὁ πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς εὐλογίας φήσας [32] ὅτι, Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, [33] ἀλλὰ Ἰσραὴλ κληθήσεται, [34] διέστειλε λέγων, Ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου Ἰσραηλῖται καλοῦνται.

Κεφ. Ϛ'. Καὶ ὁ Ἰσραὴλ μετὰ τὴν τοῦ Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον κάθοδον κάτεισι καὶ αὐτὸς σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, υἱῶν τε καὶ ἐκγόνων, γυναικῶν τε τῶν προειρημένων, καὶ ἄλλων, ἐν ἑβδομήκοντα [1] ψυχῶν τὸν ἀριθμόν. Διατρίβει δὲ τὸ γένος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων [2] χώρᾳ γενεὰς πέντε. Ἰακὼβ γὰρ γεννᾷ τὸν Λευὶ καὶ τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἄλλους δέκα πατριάρχας. Λευὶς δὲ γεννᾷ τὸν Καὰθ, Ἰούδας δὲ γεννᾷ τὸν Φαρές. Καὰθ γεννᾷ τὸν Ἀμβρὰμ, Ἀμβρὰμ [3] γεννᾷ τὸν [4] Μωϋσέα. Φαρὲς γεννᾷ τὸν Ἐσρὼμ, Ἐσρὼμ γεννᾷ τὸν Ἀρὰμ,
pag. 11. Ἀρὰμ γεννᾷ τὸν Ἀμιναδὰβ, Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσὼν ἐν χρόνοις Μωϋσέως. Καὶ Ναασσὼν πέμπτῃ γενεᾷ κατὰ τὸν Λευί. Ἔξεισιν Ἰσραὴλ ἐκ [5] γῆς Αἰγύπτου διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς Θαλάσσης ἐν θεοση-

20. πάλιν cod. Ven.
21. Ἐδὸμ, τὴν Ῥοκὸμ καὶ Πέτραν καλουμένην cod. Venet.
22. ὑφεξαιρουμένου cod. Ven.
23. ἐκ om. cod. Ven.
24. Ἰωβὰδ cod. Venet.
25. ὕστερον codd. Venet. et Rhedig. ἕτερον libri editi.
26. ὀλίγον ἔμπροσθεν cod. Venet.
27. ἀπὸ προσώπου τοῦ ἀδελφοῦ cod. Venet.

in Seire monte domicilium collocat, ibique oppidum Edom constituit. Cuius liberi perpetua successione in Idumaea dominati sunt, indeque principes Edom appellabantur. Ex qua stirpe si Abraamum e serie sustuleris, et ab Isaaco coeperis, quintus ordine Iob numerandus venit. Etenim Isaacus Esau filium habuit, ab hoc Raguel, a Raguele Zara genitus est. Hic vero Iobi pater extitit, qui cum antea Iacob diceretur paulo ante calamitatem illam Iobus alio nomine vocatus est. Per illud vero tempus circumcisionis ritus obtinebat. Caeterum Iacob Esau fratris iram metuens de parentum consilio in Mesopotamiam Phadan profugus concessit, ultra Mesopotamiae partem alteram, quae Susoba nominatur. Unde quatuor e cognata familia coniuges duxit, e quibus duodecim liberos patriarchas suscepit. Cumque in Chananaeam ad parentes suos Isaac et Rebeccam postliminio rediret, visum ei quoddam haud procul Iordanis vadis divinitus oblatum est, ad torrentem Iaboc, ubi angelorum castra conspexit. *Et ecce*, inquit, *vir quidam cum eo luctabatur a vespera ad* Gen. 32.
auroram usque; quem angelum fuisse scriptura significat, qui Iacobo benedicens eidem dignitatis nomine Israelis appellationem indidit. Postea digrediens Iacobus ei loco visionis dei nomen imposuit, propterea quod qui sibi inter benedicendum dixerat: *Nequaquam amplius vocaberis Iacob, sed Israel tibi nomen erit*, idem hoc diserte subiecerat: *Quoniam cum deo contendens praepotens fuisti, etiam contra homines viribus valebis*. Ab illo deinceps tempore Israelitae nuncupati sunt.

Postquam vero in Aegyptum Iosephus profectus est, ad eum Cap. IX.
Israel cum universa familia perrexit, cum filiis, inquam, ac nepo- Gen. 46.
tibus, atque horum omnium uxoribus reliquaque domo, ut in totum LXX capita numerata sint. Mansit porro Israelitarum in Aegypto genus aetatum quinque spatio. Siquidem Iacobus Levi atque Iudam genuit, caeterosque patriarchas decem. Levi Caath filium, Iuda Phares suscepit. Caath Amram genuit, Amram Moysen. At Phares Esrom, Esrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naasson Mosis tempore. Sic aetate perinde quinta Naasson ortus est. At Israelitae per Mare Rubrum ex Aegypto inter stupenda prodigia di-

28. *Sic libri omnes tam scripti quam editi.*
29. πάλιν δὲ δρομοῦντι αὐτῷ *cod. Venet.*
30. αὐτοῦ *ed. Petav.*
31. τὸ *cod. Venet.* τῷ *cod. Rhedig. et editi libri.*
32. ὅτι *om. cod. Venet.*
33. ἀλλὰ *cod. Ven.* ἀλλ' ἢ *reliqui libri.*
34. καὶ διέστειλε *cod. Venet.*
Cap. IX. — 1. ψυχαῖς *cod. Venet.*
2. χώρᾳ *om. cod. Venet.*
3. δὲ γεννᾷ *cod. Venet.*
4. *Verba* Μωϋσέα. Φαρὲς γεννᾷ τὸν *om. cod. Venet.*
5. τῆς *cod. Venet.*

μείοις, καὶ στρατοπεδεύει ἐν τῇ ἐρήμῳ Σινᾶ. Καὶ χρησμῶν δοθέντων ἐκ θεοῦ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωϋσεῖ ἀριθμήσασθαι ἀπὸ εἴκοσι ἐτῶν καὶ ἕως πεντήκοντα ἄνδρας δυναμένους σπάσασθαι ῥομφαίαν καὶ λαμβάνειν ὅπλα πολεμικὰ εἰς ἑξηκονταδύο μυριάδας καὶ ὀκτακισχιλίους πεντακοσίους εὗρεν.

Ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἴναχος παρ' Ἕλλησι γνωριζόμενος, οὗ θυγάτηρ Ἰὼ, ἡ καὶ Ἀτθὶς καλουμένη, δι' ἣν καὶ [6] ἡ Ἀττική. Ἐξ ἧς καὶ ὁ Βόσπορος, οὗ ἐπώνυμος πόλις Βόσπορος ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ καλουμένη. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν Αἰγύπτιοι Ἶσιν, ἣν καὶ ὡς θεὰν προσκυνοῦσιν. Ὁμώνυμος δὲ τούτῳ καὶ ποταμός ἐστιν Ἴναχος οὕτω καλούμενος. Ἐκεῖθεν δὲ ἀρχὴν ἔσχε τὰ παρ' Ἕλλησι μυστήριά τε καὶ τελεταὶ, πρότερον παρ' Αἰγυπτίοις καὶ παρὰ [7] Φρυξὶ καὶ Φοίνιξι καὶ Βαβυλωνίοις κακῶς ἐπινενοημένα, μετενεχθέντα τε εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας ὑπὸ Κάδμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰνάχου, Ἄπιδος πρότερον κληθέντος καὶ οἰκοδομήσαντος τὴν Μέμφιν, ἀλλὰ καὶ παρ' Ὀρφέως καὶ ἄλλων τινῶν τὴν ἀρχὴν λαβόντα, καὶ εἰς αἱρέσεις συσταθέντα ὕστερον ἐν Ἐπικούρῳ, καὶ Ζήνωνι τῷ [8] Στωϊκῷ, καὶ Πυθαγόρᾳ, καὶ Πλάτωνι· ἐξ οὗπερ ἤρξαντο χρόνου [9] κρατυνθῆναι ἕως τῶν Μακεδονικῶν χρόνων καὶ Ξέρξου τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῶν Ἱεροσολύμων τὸ πρῶτον, καὶ Ναβουχοδονόσωρ αἰχμαλωσίας καὶ Δαρείου, καὶ τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα χρόνων. Πλάτων γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐγνωρίζετο, καὶ [10] οἱ πρὸ αὐτοῦ, Πυθαγόρας τε καὶ Ἐπίκουρος ὁ μετέπειτα· ὅθεν δὴ, ὡς προεῖπον, τὴν πρόφασιν εἴληφε καὶ εἰς κατάστασιν ἦλθε τὰ παρ' Ἕλλησι συγγράμματα, καὶ αἱ μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον [11] βοώμεναι αἱρέσεις τῶν φιλοσόφων πρὸς ἀλλήλας τῇ μὲν πλάνῃ συνᾴδουσαι καὶ [12] ὁμόστιχον γνῶσιν συνυφαίνουσαι εἰδωλολατρείας τε καὶ ἀσεβείας καὶ ἀθεΐας, τῇ δὲ αὐτῇ πλάνῃ εἰς ἑαυτὰς συγκλώμεναι διαφέρονται ἑτέρα πρὸς τὴν ἑτέραν.

---

pag. 12.

Σ Τ Ω Ι Κ Ο Ι,

τρίτη ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, πέμπτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Καὶ Στωϊκοὶ μὲν φρονοῦσι περὶ θεότητος τοῦτο, φάσκοντες εἶναι νοῦν τὸν θεὸν, [1] ἢ παντὸς τοῦ ὁρωμένου κύτους, οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἐν σώματι ψυχήν. Μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα καὶ τὰ ἄλλα, μεταγγισμούς

6. ἡ νῦν Ἀττικὴ *cod. Venet.*
7. Φρίγαις *cod. Venet.*
8. στοϊκῷ *libri, de more.*
9. κρατυνθεῖσαι *cod. Venet.*

gressi in deserto Sinaitico castra metati sunt. Tum Moysi dei servo divinum oraculum recensere populum iubet, eorumque numerum inire, qui militarem aetatem adepti tractare arma possent, a vicesimo aetatis anno ad quinquagesimum. Quam in descriptionem sexcenta viginti et octo millia ac quingenta capita relata sunt.

Atque idem illud tempus fuit quo apud Graecos Inachus florebat, cuius Io filia Atthis alias dicta Atticae regioni de suo nomen imposuit. Ex eadem natus et Bosporus, cui cognominis urbs in Euxino mari posita. Sed Aegyptii Isin illam nuncupant, ac pro dea venerantur. Inachi porro nomen etiam fluvius quidam sortitus est. Caeterum illinc Graecorum mysteria religionesque derivatae sunt, quae apud Aegyptios, Phryges, Phoenices et Babylonios male antehac excogitata per Cadmum et Inachum, qui prius Apis dictus Memphin urbem condidit, ex Aegypto translata sunt in Graeciam. Quinetiam ab Orpheo aliisque nonnullis invecta varias in sectas coaluere postmodum, quarum Epicurus, Zeno Stoicus, Pythagoras ac Plato duces atque inventores fuerunt. Igitur ab illo tempore corroborata deinceps illa superstitio ad imperium usque Macedonicum et Xerxem Persarum principem, post primum Hierosolymorum excidium. Itemque ad Nabuchodonosoris usque captivitatem, adeoque Darii et Alexandri Macedonis tempora. Tum enim Plato florebat, ac qui Platonem aetate praecessit Pythagoras, et qui post eum vixit Epicurus. Ex illa, uti dixi, occasione Graecorum monumenta propagata sunt. Tum quae secundum illud tempus celebratae fuerunt philosophorum sectae, eae tametsi secum invicem in eo consentiant, quod errorem propugnant, paremque et eandem idololatriae atque impietatis doctrinam contexant, in illa tamen erroris libidine semetipsas collidunt ac mutuo repugnant.

DE STOICIS,

quae tertia est Gentilium haeresis, ordine vero V.

Quod ad Stoicos pertinet, haec est de divinitate illorum opinio. Deum esse mentem asserunt, quae totius aspectabilis molis, coeli nimirum ac terrae caeterarumque rerum velut corporis anima sit. Rursus divinitatem unam in plures ac particulares naturas distribuunt; solem videlicet, lunam ac stellas, animam, aërem, Cap. I.

10. *Sic omnes libri. — Pro* πρὸ *fortasse corrigendum* ἀπὸ.
11. αἱ βοώμεναι *cod. Venet.*
12. ὁμόστοιχον *cod. Venet.*
Cap. I. — 1. ἢ — — ψυχήν. *ego. Libri habent* ἡ (ἢ *ed. Petav.*) — — ψυχή.

τε ψυχῶν καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα, καθαιρομένας σωμάτων, [2] ἢ δ' αὖ πάλιν εἰςδυούσας, καὶ ἀνάπαλιν γεννωμένας. Διὰ πολλῆς αὐτῶν πλάνης ταύτην τὴν ἀσέβειαν παρυφαίνουσι. Μέρος δὲ θεοῦ καὶ ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἡγοῦνται. Ἔσχον δὲ Ζήνωνα ἀρχηγὸν τῆς Στοᾶς, περὶ οὗ πολὺς [3] θρυλεῖται λόγος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν Κλεάνθου τινὸς τοῦ ἀπὸ Τύρου ὁρμωμένου, ἄλλοι δὲ φάσκουσιν αὐτὸν Κιτιέα τῆς Κύπρου νησιώτην, ἐν Ῥώμῃ δὲ βεβιωκέναι χρόνον, ὕστερον δὲ ἐν Ἀθήναις προστησάμενον τουτὶ τὸ δόγμα ἐν τῇ Στοᾷ οὕτω καλουμένῃ· τινὲς δέ φασι δύο Ζήνωνας εἶναι, τόν τε Ἐλεάτην καὶ τὸν προειρημένον. Ὅμως οἱ ἀμφότεροι οὕτως ἐδογμάτισαν, εἰ καὶ δύο εἶεν. Φάσκει οὖν καὶ οὗτος, τὴν ὕλην σύγχρονον [4] καλῶν τῷ θεῷ, ἴσα ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν, εἱμαρμένην τε εἶναι καὶ γένεσιν, ἐξ ἧς τὰ πάντα διοικεῖται καὶ πάσχει. Πρὸς ἃ τοίνυν ἰσχύει ἡ σύντομος ἡμῶν αὕτη σύνταξις, πρὸς τὴν τούτου φαυλότητα ἀλεξητήριον φάρμακον διεξιέναι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἰς ὄγκον πολὺν [5] ἐλάσω τῆς πραγματείας τὸ ἐχέγγυον, ἀκροθιγῶς δὲ, ἵνα μὴ ἐν παραδρομῇ γένωμαι, πρὸς τοῦτον ἐρῶ.

Κεφ. β'. Πόθεν εἴληφας, ὦ οὗτος, τὴν τῆς διδασκαλίας ὑφήγησιν; ἢ ποῖον πνεῦμα ἅγιον οὐρανόθεν λελάληκέ σοι περὶ τῆς σαυτοῦ πλάνης; Δύο μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύγχρονα, ὕλην καὶ θεὸν, βεβιασμένως λέγεις. Πεσεῖται γάρ σου ὁ λόγος, καὶ ἀσύστατος ἔσται. Ὁμολογεῖς μὲν γάρ τινα εἶναι δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα φὴς, pag. 13. τοῦτον δὲ μερίζεις εἰς πολυθεΐαν. Τίνος δ' ἂν εἴη δημιουργὸς, [1] εἰ σύγχρονος εἴη ἡ ὕλη; Ἔσται γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἑαυτῆς δεσπόζουσα, ἢ μὴ ἀπὸ αἰτίου τινὸς λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν, καὶ οὐχ ὑποτασσομένη. Εἰ δὲ ὁ δημιουργὸς παρὰ ταύτης λαμβάνει προβολὴν ταύτην εὑράμενος, ἀδράνειά τις ἂν εἴη καὶ ἔρανος δι' ἀπορίαν τῷ προςπορισαμένῳ οὐκ ἀπὸ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐξ ὑποκειμένων ἀλλοτρίων, ὅπως τὸ ἴδιον ὑποστήσεται δημιούργημα. Καὶ περὶ τοῦ τῶν ψυχῶν μεταγγισμοῦ πολλή τις ἡ φαυλότης τῆς παραπεποιημένης σου διανοίας, ἐθελόσοφε, καὶ γνῶσιν ἀνθρώποις ἐπαγγελλόμενε. Εἰ γὰρ μέρος θεοῦ ὑπάρχει καὶ ἀθάνατος, σώματα δὲ οἰκτρὰ, οὐ μόνον εἴποιμι θηρῶν τε καὶ ἑρπε-

2. *Libri omnes, quos vidi,* ἡ δ' αὖ πάλιν, *vitiose. Formula* ἢ δὲ αὖ πάλιν *occurrit iterum infra haer.* 45, 1. *f. Pro* καθαιρομένας *videtur reponendum* καὶ καθαιρομένας.

3. *Ita libri scripti et ed. princ.* θρυλλεῖται *edit. Petav.*

4. *Libri habent* καλεῖν, *quod mutavi in* καλῶν. *Cornarius retinuit* καλεῖν *vertens:* Asserit igitur etiam hic materiam contemporaneam deo appellandam esse.

5. *Vulgo* ἐλάσσω. *Mendose. Cornarius vertens,* Quomodo igitur compendiaria haec nostra tractatio adversus huius vitia auxiliare medicamentum recensere poterit? ita ut non multo minor magnitudine rei fiat defensio? *Verum cett. non magis haec verba intellexit quam Petavius. Nam verba* πρὸς τὴν τούτου — — διεξιέναι *sunt per epexegesin sumenda. Interpretor igitur:* Ad quae igitur sufficit compendiaria haec tractatio, hoc est ad enarrandum, auxiliare contra hujus nequitiam medicamentum, ad haec, inquam, tantum abest ut in immensam molem patiar excrescere quod illud spondet opus, ut summatim, ne omnino praetermisisse videar, adversus hunc disputem. *De formula* καὶ οὐχὶ μᾶλλον — — δὲ *cf. infra haeres.* 66, 46: καὶ μᾶλλον οὐχ ἐναντίον τὸ ὕδωρ τοῖς ἄρχουσιν τῆς πονηρίας, ὡς σὺ λέγεις, ἀλλὰ συνεργητικὸν μᾶλλον τὸ ὕδωρ *cett.*

resque caeteras. Ad haec animarum ex aliis in alia corpora transfusiones ac transitus admittunt. Eas quippe de corpore decedere ac rursus ingredi, iterumque gigni statuunt, et consceleratum illud dogma quadam erroris abundantia contexunt. Caeterum particulam quandam dei, eandemque immortalem animam esse praedicant. Porticus princeps, sive Stoicae sectae, Zeno fuit, de quo varius est sermo. Nam alii Cleanthis cuiusdam Tyrii filium fuisse putant, alii Cittiensem faciunt ex insula Cypro; quem et Romae aliquamdiu vixisse narrant, indeque Athenas profectum in Stoa, hoc est porticu, dogmata illa publice proposuisse. Non desunt qui duos Zenones distinguant, Eleaten, et eum de quo proxime dictum est. Utcumque sit, eadem ab utriusque decreta profluxerunt. Proindeque materiam aequalem deo facit alter ille, quemadmodum et haereses reliquae. Tum vero fati atque originis necessitatem adstruit, cuius legibus temperentur et afficiantur universa. Igitur quaecumque operis instituti brevitas contra illius nequitiam disputari patitur, ac velut auxiliare medicamentum parari, sed ita nequaquam ut in immensam molem illud ipsum opus excrescat, haec, inquam, summatim, ne praetermisisse videar, adversus illum obiiciam, itaque conveniam.

Heus tu! inquam. Potin' eloqui a quo doctrinam hanc acceperis? aut quis demum spiritus sanctus tecum de hoc tuo errore sit locutus? Duo quippe simul aequalia tempore, materiam scilicet ac deum violenter obtrudis. Excidit igitur tua illa ratio, minimeque cohaeret ipsa secum, cum tu et opificem quendam omnium rerum esse fateare, quem etiam omnipotentem asseris, et in eo tamen ipso divinitatum divortia constituas. Cuiusnam vero artifex erit ille, si aequalis tempore materia ponitur? Erit enim per sese suimet ipsa iuris, utpote quae a nullo sit originis principio deducta, adeoque subiecta nemini. Quod si ab ea, producere ut posset, opifex qui eam nactus est acceperit, nonnulla haec esse debet illius imbecillitas, ac velut egenti facta contributio, nimirum qui non privatis ex copiis, sed ex aliena materia suum opus praestiterit. Iam illud de animarum in aliena corpora transitu, quantam in te levitatem depravatae mentis arguit, qui et sapientiae gloriam affectas, et rerum apud homines scientiam profiteris? Nam si pars est illa dei, et quidem immortalis, tu vero ad infelicissima nescio quae corpora non Cap. II.

Cap. II. — 1. *Libri habent* ἢ *pro* εἰ.

τῶν [2] καὶ κνωδάλων δυςγενῶν, τῇ πλάσει αὐτῆς συνάπτεις, τῇ ἀπὸ θεοῦ κατὰ σὲ τὴν οὐσίαν κεκτημένῃ, καὶ τί ἂν γένοιτο τούτου μοχθηρότερον;

Κεφ. γ'. [1] Εἱμαρμένην δὲ παρεισάγεις, ὡς ἐξ αὐτῆς γίνεσθαι τὰ τῷ ἀνθρώπῳ συμβαίνοντα καὶ ἄλλοις. Ἐξ ἑνὸς δὲ ῥητοῦ δι' ἐπιτομῆς τοῦ λόγου ἀνατραπήσεται ἡ σὴ μυθοποιΐα. Εἰ γὰρ εἱμαρμένης τὸ σοφίζεσθαι, τὸ συνετίζεσθαι, τὸ λογικὸν γεννᾶσθαι καὶ ἄλογον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, παυσάσθωσαν νόμοι. Ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ εἱμαρμένη μοιχῶν τε καὶ ἄλλων. Δίκην δὲ μᾶλλον τίσουσιν οἱ ἀνάγκην ἐπιτιθέντες ἀστέρες ἤπερ ὁ ἀναγκαζόμενος δρᾶσαι τὸ ἐπιχείρημα. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἔτι περὶ τούτων ἐρῶ. Ἀργείτωσαν αἱ διατριβαὶ, παυσάσθωσαν σοφισταί τε καὶ ῥήτορες καὶ γραμματικοὶ, ἰατροί τε καὶ ἄλλαι ἐπιστῆμαι, βαναύσων τε τεχνῶν ἀμυθήτων πλῆθος, καὶ μηκέτι μηδεὶς παιδευέτω, εἴπερ ἐξ εἱμαρμένης τυγχάνει τῶν ἐπιστημῶν, καὶ μὴ ἐκ γραμμάτων, μαθήσεως ὁ πορισμὸς τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει. Εἰ γὰρ εἱμαρμένη τὸν πεπαιδευμένον καὶ λογιώτατον παρεσκεύασε, μὴ μανθανέτω τις παρὰ τοῦ διδάσκοντος, ἀλλὰ τῇ φύσει λαμβανέτωσαν τὴν εἴδησιν αἱ τοὺς μίτους κλώθουσαι Μοῖραι, κατὰ τὸ φθέγμα τῆς κομπώδους σου [2] διὰ λόγων πλάνης.

ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΙ,

τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, ἕκτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Ἀλλὰ ταῦτα πρὸς Ζήνωνα, καὶ τοὺς Στωϊκούς μοι λελέχθω. Πλάτων δὲ ἅμα καὶ αὐτὸς κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμενος τῇ μετενσωματώσει καὶ μεταγγισμῷ τῶν ψυχῶν καὶ πολυθεΐαις καὶ ταῖς ἄλλαις εἰδωλολατρείαις καὶ δεισιδαιμονίαις οὐ τῇ ὕλῃ πάντῃ ἴσως κατὰ Ζήνωνα καὶ τοὺς Στωϊκοὺς ἐφρόνησεν. Οἶδε γὰρ αὐτὸς θεὸν, τὰ δὲ γενόμενα πάντα ἐκ τοῦ ὄντος θεοῦ [1] γεγενῆσθαι, εἶναι δὲ πρῶτον αἴτιον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον· καὶ τὸ μὲν πρῶτον αἴτιον θεὸν, τὸ δὲ δεύτερον αἴτιον ἐκ θεοῦ γεγενῆσθαί τινας δυνάμεις, δι' αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν δυνάμεων γεγενῆσθαι τὴν ὕλην. Φάσκει γὰρ οὕτως· Οὐρανὸς ἅμα χρόνῳ γεγένηται, ὁμοῦ γὰρ καὶ λυθήσεται· τὰ πρότερα ἑαυτοῦ τὰ περὶ ὕλης ἀνασκευάσας. Εἶπε γάρ ποτε καὶ σύγχρονον εἶναι τῷ θεῷ τὴν ὕλην.

2. *Fortasse* ἀλλὰ καί.
Cap. III. — 1. Εἱμαρμένην *libri editi. Ubique.*
2. διαλόγων *cod. Rhedig.*

Cap. I. — 1. *Libri habent* γεγενῆσθαί (γεγεννῆσθαί) τινας δυνάμεις εἶναι. *Sed illa verba* τινας δυνάμεις *per errorem, uti apparet, sunt repetita de linea inferiore.*

ferarum modo, sed et serpentum ac vilissimorum animantium conditionem illius dimittis, quae naturam, te quidem auctore, haustam a deo et expressam obtinuit, potest quicquam ea re esse perversius?

At etiam fatum nobis obiicis, a quo omnia proficiscantur, quae tam homini quam caeteris rebus accidunt. Verum uno eoque brevissimo dicto tuum illud commentum evanescet. Si enim istud ipsum, sapientem ac prudentem fieri, rationis participem expertemque nasci, reliquaque huius generis fati necessitas affert, sileant decreta legum omnia, quippe cum in adulteros sceleratosque caeteros fati vis illa dominetur. Sane quidem iustius ab stellis, quae necessitatem pariunt, poenae repetantur quam ab eo qui quod agit omnino coactus aggreditur. Atque ut id alia ratione disputem, si ita uti volunt se res habet, agedum scholae conticescant, desinant sophistae, rhetores, grammatici, medici, caeteraeque doctrinae omnes, illiberalium artium innumera multitudo. Nec doceat deinceps quispiam; si quidem fati beneficio, non literarum disciplina, generi humano scientia suppeditat. Nam si doctos atque eruditos efficere fati necessitas potest, nemo praeceptori navet operam, sed illae stamina trahentes Parcae ingenia hominum disciplinis imbuant, quemadmodum inani falsoque illo dogmate profiteris. Cap. III.

DE PLATONICIS,

quae est haeresis Gentilium IV., ordine VI.

Haec contra Zenonem et Stoicos dicta sunto. Quod ad Platonem attinet, in eodem is luto versatur. Nam de animarum ex aliis in alia corpora traiectione ac vicissitudine, deque multitudine deorum ac reliquis idololatriae superstitionisque generibus eadem est illius sententia. Sed de materia fortasse non omnino cum Zenone Stoicisque sentit. Etenim deum ille cognovit, ab eoque cuncta producta, tum mentes quasdam agendi facultate praeditas a vero deo propagatas asseruit. Praeterea primum esse principium, ac secundum, et tertium. Quorum primum deum esse pronunciat, alterum procreatas a deo mentes, ab utrisque demum materiam productam. Sic enim definit: coelum cum tempore factum esse, unaque cum eo dissolutum iri. Quibus verbis priorem suam de materia sententiam evertit. Alias enim materiam deo aequalem esse tempore statuerat. Cap. I.

ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΙ,

πέμπτη αἵρεσις ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, ἑβδόμη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Πρὸ δὲ τούτου Πυθαγόρας καὶ οἱ [1] Περιπατητικὴν ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηριάζουσιν ἕνα θεόν, φιλοσοφίαις δὲ ἄλλαις καὶ τοῖς φιλοσοφουμένοις προσανέχουσι. Τὰ ἴσα μὲν τούτοις πάλιν τὰ τῆς ἀθεμίτου γνώμης καὶ ἀσεβεστάτης, τῶν ψυχῶν ἀπαθανατισμούς τε καὶ μετενσωματώσεις, καὶ σωμάτων [2] φθοράς, αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀγορεύουσιν. Οὗτος δὲ [3] τέλος ἐν τῇ [4] Μηδίᾳ τὸν βίον καταστρέφει. Σῶμα δὲ λέγει εἶναι τὸν θεόν, τουτέστιν οὐρανόν, ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα ὥςπερ ἐν ἀνθρώπῳ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν [5] στοιχεῖα.

*ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΙ,

ἕκτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, ὀγδόη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Ἐπίκουρος δὲ καθεξῆς ἀπρονοησίαν τῷ κόσμῳ εἰςηγήσατο, ἐξ ἀτόμων δὲ συνεστάναι τὰ πάντα, [1] ἢ δ' αὖ πάλιν εἰς ἄτομα χωρεῖν· pag. 15. καὶ ἐξ αὐτοματισμοῦ εἶναι τὰ ὅλα, καὶ τὸν κόσμον ὑφεστάναι ἀεὶ γεννώσης τῆς φύσεως, [2] ἢ δ' αὖ πάλιν δαπανωμένης, καὶ ἐξ αὐτῆς πάλιν δαπανωμένης, καὶ ἐξ αὐτῆς πάλιν ἐπιγινομένης, μηδέποτε δὲ ληγούσης ἀφ' ἑαυτῆς φυομένης καὶ εἰς ἑαυτὴν συντριβομένης. Εἶναι δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ᾠοῦ δίκην τὸ σύμπαν, τὸ δὲ πνεῦμα δρακοντοειδῶς περὶ τὸ ᾠὸν ὡς στέφανον, ἢ ὡς ζώνην, περισφίγγειν τότε τὴν φύσιν· θελῆσαν δὲ βιασμῷ τινι καιρῷ περισσοτέρως σφίγξαι τὴν πᾶσαν ὕλην, εἴτ' οὖν φύσιν τῶν πάντων, οὕτω διχάσαι μὲν τὰ ὄντα εἰς τὰ δύο ἡμισφαίρια, καὶ λοιπὸν ἐκ τούτου τὰ ἄτομα διακεκρίσθαι. Τὰ μὲν γὰρ κοῦφα καὶ λεπτότερα τῆς φύσεως πάσης ἐπιπολάσαι ἄνω, τουτέστι φῶς καὶ αἰθέρα καὶ τὸ λεπτότατον τοῦ πνεύματος· τὰ δὲ βαρύτατα καὶ σκυβαλώδη κάτω νενευκέναι, τουτέστι γῆν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ξηρὸν καὶ ἡ ὑγρὰ τῶν ὑδάτων οὐσία. Τὰ δὲ ὅλα ἀφ' ἑαυτῶν κινεῖσθαι καὶ δι' ἑαυτῶν ἐν τῇ περιδινήσει τοῦ πόλου καὶ τῶν ἄστρων, ὡς ἀπὸ τοῦ δρακοντοειδοῦς ἔτι τὰ πάντα ἐλαύνεσθαι πνεύματος. Καὶ ἀπὸ μέρους μὲν περὶ τούτων ἔφημεν.

Cap. I. — 1. Περιπατητικὴν ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηριάζουσιν cod. Venet. Reliqui libri Περιπατητικοί, ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηρίζειν. De verbo χαρακτηριάζειν cf. etiam haer. 33, 7. et haer. 31, 6.
2. φθοραὶ cod. Venet.
3. τέλος cod. Venet. τέλειος cod. Rhedig. et editi libri. Cornarius et Petavius coniecerunt τελέως.
4. Ita libri tam scripti quam editi. Monachius ap. Menag. in Diog. Laert. V. Pythag. 39. pag. 333. volebat τελέως τῇ ἐνδείᾳ τὸν βίον καταστρέφει. Sic ἔνδεια saepius usurpatur, ut infra haer. 13, 1. An aliqui magistellus, a quo videlicet haec mutuatus Epiphanius, postquam deprehendit apud scriptorem Latinum nescio quem Pythagoram inedia se interfecisse, Latini sermonis minus gnarus et eruditionis parum felicis, ex voce inedia sibi effecerit Mediam? Sed haec res in medio relinquenda.
5. Male vertisse Petavium στοιχεῖα elementa, monuit Salmas. de Ann. Climacter. p. 576. Sunt enim μορφώσεις τοῦ ζωδιακοῦ.

CONTRA PYTHAGOREOS,

quae est Gentilium haeresis V., ordine VII.

Sed ante hunc Pythagoras ac Peripatetici cum se deum unum definire profiterentur in aliud philosophiae genus, aliaque dogmata sunt prolapsi. Et tum ille, tum eius sectatores eadem cum Platonicis sentiunt, quod ad nefandam impiamque sententiam spectat de mutatione corporum animarumque transitione, ac de eorumdem corruptione corporum. Ac Pythagoras quidem postremo vitam in Media finiit. Qui insuper deum esse corporeum asserit, videlicet coelum. Cuius oculos caeterasque tanquam in homine partes solem et lunam constituit, ac reliquas stellas elementaque coelestia. Cap. I.

DE EPICUREIS,

quae est VI. Gentilium haeresis, ordine VIII.

Ut a prioribus discedam, Epicurus providentiam e mundo sustulit. Idem ex atomis universa constare, atque in atomos resolvi credidit. Ad haec fortuito fieri omnia, mundumque consistere, generante natura pereunteque perpetuo, dum rursus ex semetipsa renascitur, ac nullum propagandi sui occidendique finem facit. Fuisse praeterea ovi instar universitatem omnem, circa quod ovum sinuosis flexibus implicatum serpentis more spiritum, velut coronam ac cingulum, ipsam adstrinxisse naturam. Sed dum confertam in unum materiam universique naturam vehementius arctare nititur, subinde molem omnem in hemisphaeria duo separasse, indidemque indivisibilium corpusculorum excretionem esse factam, adeo ut leviora subtilioraque sursum evolarent, nimirum lux, aether, et quod erat spiritus tenuissimum, quae vero graviora, ac veluti purgamenta forent, pessum subsiderent, cuiusmodi terram, sive siccum ipsum, et aquarum humidam naturam fuisse. Addit per sese universa moveri ac polorum siderumque vertigine raptim velut flexuosi illius spiritus agitatione corripi. Haec nos de istorum dogmatibus obiter duntaxat attigimus. Cap. I.

* Inscriptionem om. cod. Rhedig. Pro Ἐπικούρειοι edit. princ. pro more habet Ἐπικούριοι. Ita supra etiam cod. Rhedig. una cum edit. princ. Πυθαγόριοι.
Cap. I. — 1. ἤδ' αὖ πάλιν ed. princ. ἠδ' αὖ πάλιν ed. Petav.
2. ἤδ' αὖ πάλιν ed. princ. ἠδ' αὖ πάλιν ed. Petav.

Κεφ. α'. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ τὰς τέσσαρας ταύτας αἱρέσεις ἀνατρεπτέον διὰ τὴν συντομίαν τῆς ἀναγνώσεως. Ἐντεῦθεν καὶ ἀνωτέρω λοιπὸν, ὡς ἔφην, ποιηταὶ, ἱστοριογράφοι, [1] λογογράφοι, ἀστρονόμοι τε καὶ οἱ τὰ ἄλλα τῆς πλάνης εἰςηγησάμενοι, οἱ παρασκευάσαντες τὸν νοῦν ἐπὶ μυρίας κακὰς αἰτίας καὶ ἀναγωγὰς, ἐσκότωσαν καὶ ἐθόλωσαν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ὑπόληψιν. Καὶ γέγονεν αὕτη πρώτη πλάνη, ἐπίνοια εἰδώλων καὶ κακοδαιμονία διδασκαλίας. Ἦν δὲ τὰ πάντα μεμερισμένα, Ἑλληνισμός τε καὶ Ἰουδαϊσμός. Ἰουδαϊσμὸς οὔπω πρότερον καλούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ἐπώνυμον τῆς θεοσεβοῦς θρησκείας ἐπικεκλημένος, ἕως ὅτε διαδοχαὶ γεγέννηνται. Ὁ γὰρ Ναασσὼν ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ γεγονὼς φύλαρχος τῆς φυλῆς Ἰούδα γεννᾷ τὸν Σαλμὼν, Σαλμὼν γεννᾷ τὸν Βοὺς, Βοὸς γεννᾷ τὸν Ὠβὴδ, Ὠβὴδ γεννᾷ τὸν Ἰεσσαὶ, [2] ἐπὶ τῶν θεοσεβῶν Ἰσραηλιτῶν καλουμένων. Ἰεσσαὶ γεννᾷ τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα, ὃς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐκ φυλῆς Ἰούδα· ἐξ οὗ λοιπὸν οἱ κατὰ διαδοχὴν βασιλεῖς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, υἱὸς διαδεχόμενος πατέρα, καθεξῆς συνεστήκασιν. Ἦν δὲ πρὸ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ ὁ φύσει πρῶτος βασιλεύσας ἐν Ἰσραὴλ Σαοὺλ, υἱὸς Κεὶς, ἐκ
pag. 16. φυλῆς Βενιαμίν. Καὶ οὐκέτι αὐτὸν διεδέξατο υἱὸς, ἀλλὰ μετέστη τὸ βασίλειον διὰ Δαβὶδ πρώτου εἰς τὴν φυλὴν Ἰούδα. Πρῶτος γὰρ αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παῖς γίνεται Ῥουβὶμ, δεύτερος Συμεὼν, τρίτος Λευῒς, τέταρτος Ἰούδας· ἐξ οὗ καλοῦνται Ἰουδαῖοι, διὰ τὴν φυλὴν Ἰούδα τοῦ ἐκ τοῦ γένους τῶν θεοσεβῶν, οἱ εἰς τὸ ὄνομα τοῦτο μεταπεσόντες. Ἐκαλοῦντο γοῦν πρώην Ἰσραηλῖται οἱ καὶ Ἰουδαῖοι.

Κεφ. β'. Ἕως τούτου τοῦ χρόνου συνήφθησαν αἱ τέσσαρες γενεαὶ τῆς γῆς τῶν τεσσάρων τμημάτων, τούτων διαιρεθέντων κατὰ τοὺς χρόνους ἕως τοῦ καιροῦ τούτου τοῦ ἐνταῦθά μοι δεδηλωμένου καὶ ἐπέκεινα, τουτέστιν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Νῶε Βαρβαρισμός, ἀπὸ τοῦ Νῶε ἕως τοῦ πύργου καὶ Σεροὺχ μετὰ δύο [1] γενεὰς τοῦ πύργου ἡ Σκυθικὴ δεισιδαιμονία, καὶ μετέπειτα ἀπὸ τοῦ πύργου καὶ Σεροὺχ καὶ Ἀρὰμ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Ἑλληνισμὸς, ἀπὸ τούτου καὶ τῶν μετέπειτα θεοσέβεια συναπτομένη τῷ αὐτῷ Ἀβραὰμ, ἀπὸ τοῦ κατὰ διαδοχὴν σπέρματος αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ Ἰούδα, ἀφ' οὗπερ Ἰουδαϊσμός· ὡς ἔτι μαρτυρεῖ μοι ὁ πνευματοφόρος καὶ ἅγιος τοῦ θεοῦ ἀπόστολος Παῦλος, ὧδέ πως λέγων, ὅτι, Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐχ Ἕλλην, οὐκ Ἰουδαῖος, ἀλλὰ καινὴ κτίσις, ἐπειδὴ ἐξ ὑπαρχῆς, ὅτε ἔκτιστο ἡ κτίσις, καινὴ οὖσα οὐδέν τι διαφορώτερον ἔσχεν ὄνομα.

Cap. I. — 1. λογογράφαι *editi libri.* 2. *Non defuerunt qui suspicarentur* ἔτι. Cap. II. — 1. *Vulgo* γενεᾶς.

Refutatio superiorum quatuor haeresium.

Nunc ut lectoribus brevitate consulamus, quatuor simul hae Cap. I.
sectae oratione nostra refellendae sunt. Ab his enim primordiis, vel ante haec etiam, ut initio diximus, poëtae, historici, reliquique scriptores, astronomi, caeteri denique erroris artifices ac magistri, qui ad sexcenta rerum statuenda principia pessimasque caussas impulere mortalium animos, communibus generis humani sensibus densissimas tenebras offuderunt. Atque hic demum primus error extitit, idolorum excogitata superstitio, infelixque illa disciplina. Erant tum duas in factiones universa distributa, gentilium ac Iudaeorum. Verum Iudaica secta nequaquam initio vocabatur, sed Israel divinae huic religioni cognomentum erat, donec generum est propagata successio. Etenim Naasson, qui tribus Iudae princeps in deserto constitutus est, Salmon genuit, Salmon Boos, Boos Obed, Obed Iesse, cum qui religiose deum colerent adhuc Israelitae dicerentur. Deinde Iesse Davidem genuit, qui primus e tribu Iudae regnum obtinuit. Cuius ab stirpe deinceps perpetua successione reges imperio potiti sunt. Sed ante Davidem primus Israeliticum regnum Saulus tenuerat e Beniamini tribu, Ceiso patre genitus. Nec ei tamen filius successit sed ad tribum Iudae per Davidem imperium translatum est. Igitur Iacobus liberorum primum omnium Rubenum suscipit, deinde Simeonem, tertium Levi, quartum Iudam, a quo Iudaei cognominati sunt, ob Iudae tribum, qui ex religiosorum hominum genere prodierat, ad eam appellationem traducti. Siquidem Israëlitae principio vocati sunt qui Iudaei modo dicuntur.

Ad hoc usque tempus quatuor in terris hominum genera per- Cap. II.
ducta sunt, quorum unumquodque suo tempore separatim coaluit, ad eam aetatem et ultra quam proxime significavimus. Nam ab Adamo ad Noemum Barbarismus obtinuit. A Noemo ad turris aedificationem et Seruchi tempora, qui tertia post illam aetate vixit, Scythica superstitio. A turris extructione et Serucho, nec non et Aramo, ad Abraamum, gentilis secta viguit. Ab Abraamo denique et eius posteris sincera religio prodiit, quae ab ipsomet Abraamo coepta per eius stirpem est transmissa, Iudaeque cumprimis tribum, unde Iudaismus nomen accepit. Quod quidem a me vere esse dictum divini sanctissimique apostoli Pauli testimonio constat, cum ita
disputat: *In Christo Iesu neque barbarus, neque Scytha, neque Grae-* Coloss. 3, 11.
cus, neque Iudaeus est, sed nova creatura. Quandoquidem etiam initio, cum primum creatura condita est, nova adhuc existens nullum peculiare ac distinctum nomen habuit. His consentanea sunt

Συνῳδὰ δὲ τούτοις πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως, Ὀφειλέτης εἰμὶ Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις· σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, ἵνα δείξῃ σοφοὺς μὲν τοὺς Ἰουδαίους, ἀνοήτους δὲ τοὺς Σκύθας, καὶ, φησὶν, ὀφειλέτης εἰμί. Ἐντεῦθεν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραὴλ Ἰουδαῖοι ἐκαλοῦντο, ἀπὸ χρόνου τοῦ Δαβὶδ, καὶ διήρκεσεν ἐπωνύμως [2] καλούμενον Ἰσραηλιτῶν τε καὶ Ἰουδαίων ἔχον τὴν ἐπίκλησιν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Δαβὶδ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σολομῶντος, καὶ τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος, φημὶ δὲ τοῦ Ῥοβοὰμ τοῦ μετὰ τὸν Σολομῶντα βασιλεύσαντος ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἵνα δὲ μὴ ἐν παρεξόδῳ γένωμαι, παρερχόμενος τὰ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων θρησκείαν, καὶ μὴ ὑποσημαινόμενος τῆς κατ' αὐτοὺς δόξης τὴν ὑπόθεσιν, ὀλίγα ἀπὸ τῶν πολλῶν παραθήσομαι. Πᾶσι γὰρ ὡς εἰπεῖν φανερώτατα ὑπάρχει τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους. Διὸ οὐ πάνυ κάματον ἀναδέξομαι περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸ λεπτότατον διηγήσασθαι, ἀλλ' ὧν ἦν ἀναγκαῖον ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν ἐνταῦθα παραθέσθαι.

Κεφ. γ'. pag. 17. Ἰουδαῖοι τοίνυν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν ὑπάρχοντες, καὶ τὴν αὐτοῦ θεοσέβειαν διαδεξάμενοι, περιτομὴν μὲν τοῦ Ἀβραὰμ ἔχουσιν, ἣν κατὰ πρόσταξιν θεοῦ εἴληφεν ἐνενηκοστὸν ἔνατον ἔτος κατάγων, δι' αἰτίαν ἣν ἄνω προεῖπον, εἰς τὸ τούτου σπέρμα πάροικον γενόμενον ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ μὴ ἀποστραφῆναι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, ἐπὶ σώματος δὲ [1] σφραγίδα φέρειν, ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου, εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῶν θεοσεβείᾳ. Ὁ δὲ παῖς τούτου Ἰσαὰκ ὀκταήμερος περιτέμνεται, ὡς τὸ τοῦ θεοῦ εἶχε θέσπισμα. Καὶ ὡμολόγηται μὲν ὅτι ἐκ προστάγματος θεοῦ ἡ περιτομὴ τότε ὑπῆρχε. Τύπῳ δὲ ἦν αὕτη διατεταγμένη τότε, ὡς κατὰ ἀκολουθίαν προβαίνοντες ὕστερον περὶ τούτου δείξομεν. Διήρκεσαν τοίνυν περιτεμνόμενοι καὶ θεοσεβείᾳ προσανέχοντες οἱ αὐτοὶ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν παῖδες, ἀπ' αὐτοῦ, φημὶ, καὶ καθεξῆς, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, καὶ οἱ τούτου παῖδες, ἔν τε τῇ Χαναανίτιδι γῇ, Ἰουδαίᾳ καὶ Φιλιστιαίᾳ οὕτω κληθείσῃ τότε, τὰ νῦν δὲ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Ἰακὼβ γὰρ ὁ καὶ Ἰσραὴλ κάτεισιν ἅμα τοῖς ἕνδεκα αὐτοῦ παισὶν εἰς Αἴγυπτον, ἔτος κατάγων ἑκατοστὸν τριακοστὸν τῆς αὐτοῦ ζωῆς. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἕτερος αὐτοῦ υἱὸς ἤδη ἐν Αἰγύπτῳ προϋπῆρχε βασιλεύων, πραθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ διὰ φθόνον. Ἡ δὲ τοῦ θεοῦ οἰκονομία τὰ ἀγαθὰ συνεργοῦσα τῷ δικαίῳ εἰς θαυμασμὸν μετήγαγε τὴν [2] κατὰ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπιβουλήν. Κάτεισι τοίνυν, ὡς προεῖπον, ὁ Ἰακὼβ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ υἱοὶ, καὶ γυναῖκες καὶ ἔκγονοι, ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς ἀριθμηθέντες, εἰς Αἴγυπτον, ὡς περιέχει ἡ πρώτη βίβλος τῆς κατὰ Μωϋσέα Πεντατεύχου, σαφῶς δηλοῦσα περὶ τούτων

2. *Vulgo* καλούμενος.
Cap. III. — 1. *Ita omnes libri, non* σφραγῖδα.
2. *Ita correxi. Vulgo* κατ' αὐτοῦ.

quae in alio loco eodem ab apostolo dicuntur: *Debitor sum Graecis et barbaris, sapientibus et insipientibus.* Rom. I. 14. Ut et Iudaeos sapientes et insipientes esse Scythas ostenderet. Quibus omnibus, ait, ego sum debitor. Igitur ab illo deinceps tempore in Israelitarum genus Iudaeorum nomen iam tum a Davide transfusum est, et utroque cognomento tam Israëlitarum quam Iudaeorum omnis illa gens eo insignita perpetuo est, a Davidis, inquam, eiusque filii Salomonis temporibus et huius insuper filii Roboami, qui post Salomonem Hierosolymis regnavit. Verum ne omnino quae ad Iudaeorum religionem attineat praetermittam, nullaque ex parte illorum opiniones attingam, pauca de multis complectar. Neque enim cuiquam fere Iudaeorum religiones ignotae sunt. Ideoque in eo argumento tractando non admodum exquisite versabimur, sed e multis pauca libabimus, quae necessario perstringenda videntur.

Hinc illa falso appellata Gnosticorum secta ad profundam huius sectae nequitiam plurimum adiecit, quae a Simone initium occasionemque nacta longe maiores nugas accumulavit, quemadmodum postea in eius refutatione docebimus. At Saturnilus unum ex iis quos constituit Angelis fuisse Iudaeorum deum existimat, ac tam hunc quam illum a sua virtute descivisse. Salvatorem vero de communi Virtutum sententia a Patre missum, ut et Iudaeorum deum in ordinem redigeret, et iis qui sibi crederent salutem afferret. Eiusmodi esse sectae illius homines, qui coelestis illius parentis scintillam habeant. Duos quippe homines principio esse factos, bonum unum, alterum malum, a quibus duplex item genus hominum, bonum scilicet ac malum, in mundo proseminatum est. Et quoniam daemones malis opitulabantur, ideo postremis, ut ante dixi, temporibus ad bonos homines ope sua sublevandos malosque cum daemonibus profligandos salvator advenit. Iam uxores ducere liberosque gignere ab Satana esse circulator idem pronunciat. Quamobrem plerique ex horum disciplina animatis omnibus abstinent, ut affectato illo sanctioris vitae genere nonnullos suum in errorem pelliciant. De prophetarum oraculis ita veneficus ille disputat, ea partim a mundi opificibus Angelis, partim a Satana profecta, et hunc ipsum Satanam putat Angelum esse, qui mundi conditoribus Angelis, praecipueque Iudaeorum deo, resistat. Cap. II.

Quae cum ab illa pecude hunc in modum disseruntur, vel invitus convincitur unum confiteri deum, atque ad unicum singularemque dominatum universa referre. Etenim si mundus ab Angelis factus est, cum ipsimet ante a coelesti virtute principium atque originem habuerint, non illi fingendi hominis auctores sunt, sed suprema virtus illa potius, quae Angelos condidit, a quibus homo postea formatus est. Nam nec artis instrumentum eorum caussa est, quae ab ipso fiunt, sed ille potius qui cum instrumento eam actionem Cap. III.

3. φησὶ *cod. Vatic.* ὡς προεῖπον *cod. Rhedig. et editi libri.*

4. προσποιητικῆς *cod. Vatic. Vulgo* προσποιητῆς. *Sed cod. Rhedig. manus emendatricis indicium prae se fert.*

5. προπεφητεῦσθαι *cod. Vatic. Vulgo* πεπροφητεῦσθαι, *ut est etiam in cod. Rhedig. Cf. haer. 42, 4.*

6. ἀγγέλοις *cod. Vatic., et inde ed. Petav.* ἀνθρώποις (ἀμοῖς *cod. Rhedig.*) *reliqui libri.*

Cap. III. — 1. δειχθήσεται *cod. Vatic. et edit. Petav.* σωθήσεται *cod. Rhedig. et edit. princ.*

2. *Vulgo* ἆρα.

3. ἀλλὰ *cod. Venet.*

4. *Libri habent* πλᾶσις.

5. γινομένων *cod. Venet.*

τὸ ἐνέργημα διὰ τοῦ [6] ἐργαλείου δι' οὗ τὸ ἔργον γίνεται, ὡς καὶ γέγραπται, Μὴ δοξασθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω δὲ ὁρῶμεν ὅτι οὔτε μάχαιρα αἰτία [7] φόνου, ἀλλ' ὁ τῇ μαχαίρᾳ τὸν φόνον ἐπιχειρήσας. Καὶ οὐ τὸ κηροπλαστεῖον δύναται δι' ἑαυτοῦ ποιεῖν τὰ πλασσόμενα, ἀλλ' ὁ τὸ κηροπλαστεῖον καὶ τὸ πλάσμα ἐργασάμενος. Οὐκοῦν οὔτε οἱ ἄγγελοι αἴτιοι, ἀλλ' ὁ τοὺς ἀγγέλους ποιήσας, εἰ καὶ ἦν παραγγείλας αὐτοῖς τοῦ μὴ ποιῆσαι ἄνθρωπον. [8] Ἦ γὰρ καταψηφίζεται τῆς ἄνω δυνάμεως ἄγνοιαν καὶ ἀγνωσίαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι παρὰ τὸ αὐτῆς θέλημα ἐπιτελουμένων, [9] ἢ εὐδοκίᾳ τῇ ἑαυτῆς τοὺς ἀγγέλους πεποιηκέναι πρὸς τὸ χρήσιμον τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἤθελε κατασκευάζειν, ποιήσασα τοὺς ἀγγέλους καὶ μὴ ἐντειλαμένη τοῦ μὴ ἐπιτελέσαι τὸ ἐπιχείρημα, τουτέστι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλαστεῖον, ὡς ἡ αὐτῶν μυθώδης τεχνουργία περιέχει.

Κεφ. δ'. [1] Ἦ οὐκοῦν πάλιν τὸν μυθολόγον ἐρωτητέον, Ἤιδει ἡ ἄνω δύναμις ὅτι μέλλουσι πράττειν; Ναὶ, φησίν. Ἆρα γοῦν εἰ ᾔδει, αὐτὴ πεποίηκε, καὶ οὐκ αὐτοί· εἰ δὲ ᾔδει μὲν, οὐκ ἤθελε δὲ, παρὰ δὲ τὴν αὐτῆς γνώμην ἐπεχείρησαν τὸ ἐπιχείρημα αὐτοὶ, τίνι τῷ λόγῳ οὐ κεκώλυκεν; Εἰ δὲ ἀδυνάτως ἔσχε τοῦ κωλῦσαι, πρώτη φαυλότης, ὅτι καθ' αὐτῆς τοὺς ὑπ' αὐτῆς γεγονότας ἀγγέλους εἰς ἀντίθεσιν ἑαυτῆς καὶ παρ-
pag. 65. οξυσμὸν κατεσκεύασε· δεύτερον δὲ, ὅτι δυναμένη οὐ κεκώλυκεν, ἀλλὰ συνήργησεν εἰς τὸ πονηρὸν ἔργον τὸ [2] ὑπὸ τῶν ἀγγέλων γεγενημένον. Εἰ δὲ οὐ συνήργησε, καὶ βουληθεῖσα οὐκ ἠδυνήθη κωλῦσαι, πολλή τις ἀσθένεια ἐν τῇ θελησάσῃ καὶ μὴ δυνηθείσῃ. Καὶ μᾶλλον ἰσχυρότερον εἴη τὸ ὑπ' αὐτῆς γενόμενον τῶν ἀγγέλων στίφος ἢ ἡ αὐτὴ, αἰτία οὖσα τῶν ὑπ' αὐτῆς γεγονότων ἀγγέλων. Ἐξάπαντος τοίνυν ἁλίσκεται ἡ τῆς αἱρέσεως ὑπόθεσις, ἀσυστασίᾳ μᾶλλον περιπίπτουσα, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Εἰ δὲ ἐγίνωσκε μὲν, ἀνάγκῃ δὲ ἐποίει τούτους, ὃ μὴ θέμις ἐστὶ πράττειν παρὰ τὸ αὐτῆς βούλημα, ἐλαττώσει ἑτέρᾳ περιπεσεῖται πάλιν, καὶ οὐδὲ ἓν πλήρωμα εὑρεθήσεται ἐν τῇ ἄνω δυνάμει κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον. Ἔτι δὲ προσθείημεν αὐτὸν ἐρωτῶντες, Λέγε ἡμῖν, ὦ οὗτος, ὁ διὰ θυρίδων παρακύψας, ἵν' οὕτω χλευάσω τὴν σὴν ληρῳδίαν, καὶ ἐν τῷ παρακύπτειν σκοπήσας ὡς ἐκτίσθησαν οἱ ἄγγελοι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν περὶ τὸ ἀνθρώπινον πλάσμα τεχνουργίαν, τότε [3] κατοπτεύσας καὶ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως ἐξιχνιάσας τὴν μηχανοποιΐαν, ᾔδεισαν οὗτοι τί πλάσσουσιν, ἢ ἠγνόουν; ἀγνοοῦντες δὲ, ὑπὸ τίνος ἠναγκάζοντο τὸ ἐν

6. ἐργασίου cod. *Venet.*
7. τοῦ φόνου cod. *Venet.*
8. *Libri vulgo* εἰ γὰρ.
9. *Vulgo* ἡ εὐδοκία τῇ (τῆς cod. *Venet.*) ἑαυτῆς.

Cap. IV. — 1. Ἦ *hoc plane delendum censuit Petavius. Sed libri tuentur.*
2. ὑπὸ cod. *Vatic. et ed. Petav.* ἀπὸ cod. *Rhedig. et edit. princ.*

exprimit per quam opus ipsum efficitur; quemadmodum scriptum est, *Num gloriabitur serra sine trahente ipsam?* etc. Atque hoc caeteris Esai. 10, 15.
in rebus ita sese habere cernimus. Neque enim gladius caussa caedis est, sed is qui gladio ad perpetrandam caedem utitur. Neque cerearum imaginum typus quae finguntur per se moliri potest, sed is omnino qui et typum ipsum et expressam imaginem fecit. Quare non Angeli ipsi, sed qui Angelos produxit, hominis caussa censetur, tametsi ne hominem conderent illis interdixerit. Nam vel coelesti Virtuti inscitiam ac futurarum rerum quae praeter voluntatem suam perficiendae sunt ignorantiam adscribit, aut eam propria animi inductione putat Angelos procreasse, quod hoc ipsum ad producendum hominem utile foret quem formare cuperet, cum et Angelos condidisset, nec eos prohibuisset opus eiusmodi, nimirum hominis molitionem, aggredi, id quod fabulosum illorum artificium continet.

Quamobrem rursum de fabularum inventore quaerendum est, Cap. IV.
Ecquid coelestis illa Virtus noverat quid essent Angeli facturi? Noverat, inquit. Igitur non Angeli ipsi, sed illa utique fecit. Quod si noverat quidem, sed fieri tamen nolebat, ac praeter illius sententiam attingere opus istud aggressi sunt, cur non prohibuit? Sin obstare minime potuit, primum hoc vitium est, quod contra semetipsam conditos a se Angelos, sibi ut resisterent ac se irritarent moliri voluerit: alterum, quod cum posset minime prohibuerit, imo etiam ad pessimum illud Angelorum opificium exequendum adiutricem sese praebuerit. Quod si nec illos adiuvit, et prohibere cum vellet non potuit, magnopere imbecillam eam oportet esse, quae quod voluerit efficere non potuit, eritque adeo condita illa ab ea Angelorum caterva fortior quam ipsamet quae Angelorum caussa est ac principium. Igitur haeresis ista minime cohaerere ipsa secum atque a veritate recedere omni ex parte convincitur. Iam vero si coelestem Virtutem minime illa quidem latebant, sed eos ipsos tamen, qui quod nefas esset praeter voluntatem suam erant facturi, necessario condidit, alia rursus in re deficiet, nec ullum in coelesti virtute complementum ex illius sententia residebit. Atque ut illum denuo interrogemus, Heus tu, inquam, qui per fenestras intro prospexeris, ut eo ludibrio deliria tua prosequar, ibique quemadmodum Angeli creati sint pervideris, eorumque in homine fingendo artificium cognoris ac coelestis Virtutis solertiam perscrutatus fueris, unum oro te dic nobis: Num illi quid molirentur noverant, an ignorabant potius? Si enim ignorabant, quae vis illos cogebat ut quod

3. κατοπτεύσας — ἐξιχνιάσας *rescripsi ex emendatione Petavii. Libri vulgo* κατώπτευσας — ἐξιχνίασας.

ἀγνωσίᾳ ἐπιτελεῖν; Οὐχὶ, φησὶν, οὐκ ἠγνόουν· ᾔδεισαν γὰρ ὃ ἔμελλον πράττειν. Ἡ τοίνυν ἄνωθεν δύναμις ᾔδει τούτους τοῦτο μέλλοντας ἐπιχειρεῖν, ἢ ἠγνόει; Οὐκ ἠγνόει. Ἐποίησεν οὖν αὐτοὺς, ἵνα τοῦτο πράξωσιν, ἢ μή; Οὐχὶ, φησίν. Ἐποίησε γὰρ αὐτοὺς μόνον· οὗτοι δὲ παρὰ τὴν ἄνω δύναμιν ἐπεχείρησαν πρὸς τὸ ποιῆσαι πλάσμα. Οὐκοῦν οὗτοι μὲν ᾔδεισαν, ἐκείνη δὲ ἡ ἄνωθεν δύναμις ἠγνόει κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀβέλτερε. Καὶ ἔσται μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων [4] κατασκευῆς σύστασις, καὶ οἱ αἴτιοι ταύτης ἄγγελοι ἐν γνώσει, ἡ δὲ τοὺς ἀγγέλους ποιήσασα δύναμις ἐν ἀγνωσίᾳ. Ληρῶδες δ' ἂν εἴη τοῦτο καὶ ἠλίθιον, ὅτι μᾶλλον ἐντελέστερον τὸ ἔργον τοῦ τεχνίτου, καὶ ὁ τεχνίτης ἀδρανέστερος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἀγγέλων, αἰτίων ὄντων τῆς ἀνθρωπείας συστάσεως· ὥστε οὖν ἐξάπαντος [5] ἀνάγκῃ ὁμολογήσειας ἂν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ποιητὴν τὸν ἕνα, καὶ ἐπὶ τὴν μίαν μοναρχίαν τὸ πᾶν ἄγειν.

Κεφ. ε'. Καὶ γὰρ ὁ θεὸς ὁ πατὴρ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον καὶ πάντα κατὰ
pag. 66. τὴν ἰδίαν εὐδοκίαν, καὶ οὐχ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων συμβουλίαν [1] τι γέγονε. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν θεὸν, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν εἶπε, καὶ οὐ Κατ' εἰκόνα [2] μόνον. Συνεκάλει γὰρ εἰς τὴν ἑαυτοῦ δημιουργίαν τὸν [3] αὐτοῦ λόγον καὶ μονογενῆ, ὡς ἔχει καὶ ἡ ἐξ ἀληθείας ὁρμωμένη πιστῶν ἔννοια, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ἀληθείας ἀκρίβασμα, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσι σαφῶς περὶ τούτου καὶ διὰ μήκους ἐποιησάμεθα τὴν ὁμολογίαν, ὡς ὁ πατὴρ συγκαλεῖται τὸν υἱὸν συνδημιουργεῖν τὸν ἄνθρωπον, δι' οὗ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐποίησεν. Οὐ μόνον δὲ συγκαλεῖν εἴποιμι τὸν υἱὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Εἴτε δὲ βουληθείη, εἴτε καὶ μὴ βουληθείη, φημὶ δὲ ὁ Σατορνῖλος ὁ τῆς αἱρέσεως ταύτης ἀρχηγὸς, ἀναγκασθήσεται ἐξάπαντος τὸν ἕνα θεὸν ὁμολογεῖν, θεὸν καὶ κύριον τοῦ σύμπαντος ὄντα κτίστην τε καὶ δημιουργὸν, ἅμα τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου. Αἰσχυνθήσεται δὲ κατὰ πάντα τρόπον ὡς συκοφάντης, καὶ εἰς τὸν περὶ προφητῶν λόγον, καὶ εἰς τὴν κατὰ τοῦ σεμνοῦ γάμου φαύλην κατηγορίαν. Αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διαρρήδην ἐκφωνεῖ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ λέγει συνῳδὰ τῷ προφήτῃ, Ὅτι ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ, πάρειμι· καὶ πάλιν ὅτι, Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. Ἵνα δὲ δείξῃ τί ἐργάζεται αὐτοῦ ὁ πατὴρ καὶ αὐτὸς, ἀπεφήνατο λέγων τοῖς ἐρωτήσασιν αὐτὸν εἰ χρὴ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν· Πῶς γέγραπται; ὅτι ἐποίη-

4. κατασκευῆς *rescripsi ego. Vulgo* κατασκευή. *Petavio vox* σύστασις *inducenda videbatur, et retinenda solum* κατασκευή.

5. *Vulgo* ἀνάγκη.

CAP. V. — 1. τι γέγονε, *quod desideratur in edit. princ. et cod. Rhedig., Petavius reposuit ex cod. Vaticano.*

ignotum sibi esset efficerent? Minime, inquit, ignorabant, imo quid acturi essent intellexerant. Aut igitur ad illud facinus aggressuros istos coelestis Virtus sciebat, aut nondum sciebat. Scivisse respondet. Quaero itaque num illos eo consilio nec ne ut hoc facerent produxerit. Negat eo consilio productos. Nihil enim nisi ipsos condidit. At hi inconsulta coelesti Virtute se ad opificium istud accinxerunt. Ergo quod Angeli cognoscebant, coelestis Virtus illa nesciebat? O mortalium longe omnium stolidissime! Et hominis structura consistet, auctoresque illius Angeli eius rei notitiam habebunt, atque interim virtus illa quae Angelos produxit in ignoratione versabitur? Sane perquam hoc stultum est ac ridiculum; cum et opus artifice suo perfectius, et Angelorum auctorem Angelis ipsis qui hominem conflarunt imbecilliorem constituat. Quamobrem hoc unum necessario superest, ut te ad unum omnia eundemque conditorem atque ad singularem principatum referre fateare.

Etenim deus pater hominem cum caeteris omnibus suopte nutu Cap. V.
ac voluntate procreavit, non Angeli, neque ex Angelorum consilio. Nam cum deus ita locutus est: *Faciamus hominem, Ad imaginem nostram*, dixit, non *Ad imaginem* duntaxat. Quippe ad huius opificii communionem verbum suum eundemque filium unicum adhibebat, estque communis iste fidelium omnium sensus a veritate profectus, quacum accuratissime convenit; id quod aliis compluribus locis manifeste ac prolixe sumus professi: nimirum filium a patre ad communiter procreandum hominem vocari, per quem filium reliqua omnia produxerit. Sed neque filium duntaxat advocari dixerim, imo vero sanctum etiam spiritum: *Verbo enim domini coeli firmati sunt,* Psalm. 33, 6.
et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Caeterum sive sponte, sive nolens hoc Saturnilus haeresis auctor admittere cogetur, unum omnino deum ac dominum esse conditorem universorum et artificem, adeoque vel hominis ipsius. Pudebit insuper illum velut calumniatorem eorum quae adversus prophetas, nec non ad honestas nuptias nequissime damnandas effutiit. Quippe dominus noster Iesus Christus in evangelio perspicue prophetae consentanea dicit ac pronunciat, *Quonian qui per prophetas loquebar ecce adsum:* ac rursum, *Pater* Esai 52, 6.
meus usque modo operatur, et ego operor. Ut autem quid ageret tam Ioann. 5, 17.
pater eius quam ipse declararet, hoc ipsum explicavit iis a quibus interrogatus fuerat oporteretne uxorem quacumque ex caussa dimittere: *Quomodo scriptum est? Quoniam deus hominem fecit, mascu-* Matth. 19, 4.

2. μόνον *desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ. Petavius primum adiecit ex cod. Vaticano.*

3. αὐτοῦ *cod. Rhedig. Libri vulgo* αὐτόν.

σεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα ὅτι, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ εὐθὺς προσέθηκε λέγων, Οὓς ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· ὡς ἐξάπαντος τὸν σωτῆρα διδάσκειν τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων θεὸν εἶναι τῶν πάντων, αὐτοῦ δὲ πατέρα. Καὶ ὅτι ὁ γάμος οὐκ ἐκ τοῦ Σατανᾶ, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ τυγχάνει, πρῶτον μὲν ὁ κύριος λέγει· Οὓς ὁ θεὸς, φησὶ, συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Καὶ πάλιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη
pag. 67. ἀμίαντος. Ταῖς δὲ φύσει χηρευσάσαις ὡσαύτως παραγγέλλει, λέγων διὰ Τιμοθέου, Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι [4]τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσι. Καὶ μεθ' ἕτερα, Γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν· [5]ὑπὲρ τοῦ γάμου τὸν νόμον τιθέμενος ἐκ θεοῦ ὄντα, καὶ κατὰ σεμνότητα ἀνθρώποις κεχαρισμένον.

Κεφ. ϛʹ. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς θεοῦ προφητείας ὑπ' αὐτοῦ σεσυκοφαντημένων ὑπονοιῶν, ὡς μὴ εἶναι [1]αὐτὰς ἐκ θεοῦ, μυρία ἔστιν εἰπεῖν. Ὡς αὐτὸς λέγει ὁ μονογενὴς, ἐξ ὧν [2]τὸν κόσμον ἑαυτοῦ εὐαγγελιζόμενος λέγει, πρῶτον μὲν ὅτι, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ [3]εἶδε, καὶ ἐχάρη. Καὶ πάλιν φησὶν, Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. Τίς δὲ τῶν εὐφρονούντων καὶ σύνεσιν ἐκ θεοῦ κεκτημένων οὐκ ἐλέγξειε τὸν ἀπατεῶνα Σατορνῖλον, γινώσκων ἐν δόξῃ ἀποκαλυφθέντα τὸν σωτῆρα εἰς παράστασιν ἀληθείας, ἄλλως τὴν ἑαυτοῦ δόξαν μὴ ὑποδείξαντα, ἀλλ' [4]ἢ ἀναμέσον Ἠλία καὶ Μωϋσέως τῶν καὶ αὐτῶν ἐν δόξῃ ἰδίᾳ μετ' αὐτοῦ ὀφθέντων. Ἄλλα δὲ ὅσα τοιαῦτά ἐστιν ἃ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν πάσῃ τῇ καινῇ διαθήκῃ, λεγόμενα τὴν σύστασιν ποιεῖται νόμου τε καὶ προφητῶν καὶ πάσης παλαιᾶς διαθήκης πρὸς τὴν καινὴν διαθήκην, ὅτι ἑνὸς θεοῦ εἰσιν ἀμφότεραι, ὡς λέγει, Ἐλεύσονται ἐν κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἀναπαύσονται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν δὲ τὸ ἐκ προσώπου Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ προφητευόμενον, τὸ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Καὶ πάλιν παρ' αὐτοῦ λεγόμενον τοῖς Φαρισαίοις, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες; Καὶ ὡς ὁ Λουκᾶς διαβεβαιοῦται αὐτὸν τὸν σωτῆρα μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν ὦφθαι κατὰ τὴν ὁδὸν τοῖς περὶ τὸν Ναθαναὴλ καὶ τὸν Κλεόπαν, καὶ τούτους νενουθετηκέναι ἀπὸ [5]τῶν προφητῶν, ὅτι οὕτως ἔδει τὸν Χριστὸν παθεῖν, καὶ

4. τοῦ *recepit Petav. ex Vaticano. Desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ.*
5. ὑπὲρ τοῦ γάμου τὸν νόμον *cod. Vatic.* ἀνυπέρβατον νόμον *cod. Rhedig. et edit. princ.* ἀνυπέρβατον ὑπὲρ τοῦ γάμου νόμον *edit. Petav.*
Cap. VI. — 1. αὐτὰς *cod. Vatic.* αὐτοὺς *cod. Rhedig. et edit. uterque.*

lum et feminam fecit eos. Tum quibusdam interiectis: *Propterea relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam.* Quibus continuo subiecit: *Quos deus coniunxit, homo non separet.* Quibus verbis omnino salvator docuit creatorem hominum universorum esse deum, eundemque patrem suum. Nuptias porro non ab Satana, sed a deo derivatas esse primum dominus ipse testatur: *Quos deus,* inquit, *coniunxit, homo non separet.*
Tum sanctus apostolus: *Honorabiles,* ait, *nuptiae, et torus immacu-* Hebr. 13, 4.
latus. Deinde viduis eodem modo praecipit, per Timotheum ita lo-
quens: *Adolescentulas viduas devita: cum enim luxuriatae fuerint in* 1. Tim. 5, 11. 14.
Christo, nubere volunt. Tum quibusdam interiectis: *Nubant, filios procreent, matres familias sint,* etc. In quo legem eiusmodi sancit quam praetergredi nemini liceat, quae et a deo profecta sit, et hominibus honestatis caussa constituta.

Quod vero ad opiniones illas attinet, quas de divinis propheta- Cap. VI.
rum oraculis calumniose commentus est, cum ad deum pertinere illos negavit, infinita quaedam in medium afferre licet, cuiusmodi sunt quae unicus ipse dei filius loquitur, cum decora sua ornamen-
taque proponens his verbis utitur: Primum, *Abraam pater vester* Ioann. 8, 56.
desideravit videre diem meum, et vidit, et gavisus est: ac rursum, *Si*
crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit. Ioann. 5, 46.
Ecquis vero prudens et accepta divinitus sapientia praeditus impostorem Saturnilum non facile convincat, cum salvatorem videat veritatis comprobandae gratia semetipsum cum ingenti gloria retegentem non eam aliter quam in medio Eliae ac Mosis exhibere voluisse, qui et ipsi sua quisque instructi gloria cum illo conspecti sunt? Possunt et alia id genus afferri, quaecumque ipso domini ore totoque testamento novo pronunciata id aperte confirmant legem ac prophetas vetusque instrumentum omne cum novo convenire, utrumque ab
uno eodemque deo manasse. Quemadmodum cum dicit, *Venient in* Matth. 8, 11.
sinum Abrahae, Isaac et Iacob in regno coelorum, et requiescent ab occidente, etc. Item illud, quod in persona Davidis de se praedi-
ctum fuerat: *Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis.* Tum Psalm. 110, 1.
quod Pharisaeis dixit: *Nunquamne legistis, Lapidem quem reproba-* Matth. 21, 42.
runt aedificantes? Eodem etiam pertinet quod Lucas asserit salvatorem a mortuis excitatum Nathanaëli ac Cleophae in via apparuisse,
atque ex prophetarum testimoniis admonuisse, *quoniam sic oportebat* Luc. 24, 46.
Christum pati, et a mortuis tertia die resurgere. Postremo nihil in

2. τὸν *non habent cod. Rhedig. et edit. princ. Petavius reposuit ex cod. Vatic.*
3. *Vulgo libri omnes* ἴδε *pro* εἶδε.
4. ἢ *non habet cod. Vatic.*
5. τῶν ψαλμῶν καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν *cod. Vatic.*

ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ οὐδὲν ἔστιν ὅλως διαφωνοῦν τῆς τοῦ κυρίου ἐνσάρκου παρουσίας πρὸς τὰς τῶν προφητῶν προφητείας.

Κεφ. ζ. pag. 68. Ἀλλ᾽ ἕως τούτου περὶ τῆς Σατορνίλου αἱρέσεως εἰρήσθω, ἵνα μὴ ἀναλίσκω χρόνους περὶ τὰς μωρὰς αὐτοῦ ζητήσεις καὶ τὰς τούτου ἀνατροπὰς ἐνειλούμενος. Ἐκ ταύτης δὲ παρελθὼν ἑξῆς τὴν Βασιλείδου τοῦ συσχολαστοῦ τούτου καὶ συνηπατημένου δηλώσω. Μετέχουσι γὰρ οὗτοι, ὡς ἀπ᾽ ἀλλήλων τὸν ἰὸν δανεισάμενοι, κατὰ τὴν ἐναργῆ παροιμίαν, ὡς ἀσπὶς παρ᾽ ἐχίδνης ἰὸν δανειζομένη. Ὁμοῦ γάρ εἰσι τῆς σχολῆς καὶ συνεδρίου ἀλλήλων, καθ᾽ ἑαυτὸν δὲ ἕστηκεν [1] ἑκάτερος τὴν αἵρεσιν προστησάμενος· καὶ τὴν μὲν κακίαν παρ᾽ ἀλλήλων ἠρανίσαντο, τὴν δὲ διαφωνίαν ἐν αὐτοῖς ἐνεστήσαντο. Εἴτε οὖν οὗτος δίκην ἐχίδνης παρὰ τῶν ἀνωτάτω μετασχὼν τῷ Βασιλείδῃ μεταδέδωκεν, ἢ ἐκεῖνος τούτῳ, ὅμως ὀλέθριος ὢν ὁ τούτων ἰὸς, καὶ ἀπὸ τοιούτων ἑρπετῶν ὁρμώμενος, διὰ τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας ἀντιδότου δίκην ἀμαυρωθείς τε καὶ ἀφανισθεὶς ὑφ᾽ ἡμῶν καταλελείφθω. Ἡμεῖς δὲ θεὸν ἐπικαλούμενοι ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

ΚΑΤΑ ΒΑΣΙΛΕΙΔΙΑΝΩΝ,
δ'. ἢ καὶ κδ'.

Κεφ. α'. Βασιλείδης μὲν οὖν, καθὰ ἄνω προδεδήλωται, ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ στειλάμενος τὴν πορείαν, ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, εἶτα ἔρχεται εἰς τὰ μέρη τοῦ Προσωπίτου καὶ Ἀθριβίτου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Σαΐτην καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ [1] Ἀλεξανδρειοπολίτην χῶρον, ἤτοι [2] νομόν. Νομὸν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον. Εὕροις δ᾽ ἂν, ὦ φιλολόγε, καὶ τοῦτο εἰς [3] σαυτοῦ ὠφέλειαν, πρὸς φιλομάθειαν καὶ σαφήνειαν, εἰς εὐσεβῆ σύστασιν καὶ φρᾶσιν τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων, τῶν εἰς ἀπορίας τινὰς ἐμβαλλόντων δι᾽ ἀπειρίαν. Ὅπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεως [4] Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ [5] τῆς Βουβάστου, Αἰγυπτιακῶς τὴν [6] περίχωρον τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει. Καὶ τοῦτο φιλομαθείας ἕνεκα ἑρμηνευέσθω. Ἦν γοῦν ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ὁ προειρημένος ἀγύρτης τὴν διαβίωσιν ἔχων ἐξ ὧν φαίνεται ἡ καὶ εἰς δεῦρο ἀκμάζουσα αὐτοῦ αἵρεσις, ἐκ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας λαβοῦσα τὴν πρό-

Cap. VII. — 1. *Libri* ἑκάτερον *vulgo.*

Cap. I. — 1. Ἀλεξανδριοπολίτην *habent libri. Ut etiam* Ἀλεξάνδριαν *est in ed. princ. pro* Ἀλεξάνδρειαν, *quod ex cod. Vatic. recepit Petavius.*

2. νομόν. Νομὸν *cod. Vatic. et edit. Petav. Cod. Rhedig. et edit. princ. habent* νόμον. νόμον.

tota Christi vita administrationeque cernitur quod a prophetarum vaticiniis abhorreat.

Ac de Saturniliana haeresi hactenus, ne in stolidis eius quaestionibus earumque refutatione tempus conteram. Hac igitur omissa deinceps ad Basilidae condiscipuli illius et erroris socii haeresin explicandam me conferam. Ambo quippe eorumdem dogmatum participes, velut a se invicem venena mutuati sunt, uti notissimum omnibus proverbium habet: Tanquam aspis a vipera mutuo virus accipiens. Eiusdem enim scholae inter se sunt ac consessus, tametsi sua quisque fundata haeresi separatim constiterit. Quare nequitiam ipsam a se mutuo corrogarunt, dissensionem vero apud se privatim instituerunt. Sed sive prior iste viperae instar quod ab antecessoribus hauserat id in Basiliden transfudit, sive hic in illum potius, cum et letale sit venenum et ab istiusmodi serpentibus profectum, Christi domini doctrina velut antidoto enervatum a nobis et extinctum relinquemus. Tum implorato dei auxilio ad reliquas, o carissimi, haereses orationem promovebimus. Cap. VII.

CONTRA BASILIDIANOS,
quae est haeresis IV., sive XXIV.

Basilides igitur, ut antea diximus, in Aegyptum profectus ibidem commoratus est. Inde in Prosopiticam, et Athribiticam praefecturam secessit, atque etiam in Saitica et Alexandriae versatus est, in Alexandrinoque agro, sive nomo. Sic enim Aegyptii cuiusque civitatis agrum ac circumiacentem regionem nominant. Atque hoc quisquis es doctrinae cupidus ad usum tuum habebis, quod et ad eruditionem, et ad quorumdam locorum perspicuitatem faciat, quo nonnulla quae in sacris literis scripta sunt, et quibusdam propter inscitiam dubitationem iniiciunt, religiose confirmari explicarique possint. Ubicumque enim apud Isaiam prophetam de civitatis alicuius nomis, puta Taneos, Memphis, vel Bubastico, scriptum aliquid reperies, idipsum ex Aegyptiorum more circumiacentem cuiuscumque civitatis agrum significat; quod eruditionis caussa declarare voluimus. Eiusmodi igitur in locis is, quem diximus, circulator degebat, e quibus quantum apparet, haec ipsa quae in hanc diem viget illius haeresis profluxit, quae ab eius disciplina occasionem at- Cap. I.

3. σαυτοῦ *cod. Vatic. Vulgo* ἑαυτοῦ.

4. Αἰγυπτιακῶν, *quod desideratur in edit. princ. et cod. Rhedig., ex cod. Vaticano recepit Petavius.*

5. τις *edit. princ.*

6. περίμετρον *cod. Vatic.*

φασιν Καὶ ἄρχεται μὲν κηρύττειν ὑπερβολὴν ὑπὲρ τὸν [7] συσχολαστὴν
pag. 69. αὐτοῦ γόητα, τὸν καταλειφθέντα ἐπὶ τῆς Συρίας, ἵνα δῆθεν τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνον διηγούμενος δόξῃ φαντασιάζειν πλέον τοὺς ἀκούοντας, ἀρέσκεσθαί τε καὶ συναγείρειν πλήθη ὑπὲρ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ Σατορνῖλον. Καί τινας λοιπὸν φαντασιώδεις μυθοποιΐας ὑπερβαλλόμενος ἄρχεται μὲν οὕτως, τὰ ἀληθῆ δὲ εἰπεῖν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐννοίας ἐναρξάμενος [8] ἡμῖν τὰ δεινά τε καὶ ὀλετήρια, ἀλλὰ προφάσεις λαβὼν ἐκ τοῦ Σατορνίλου καὶ Σίμωνος τοῦ προελεγμένου· βούλεται δὲ ἑτέρως αὐτὰ μεταχειρίζειν, καὶ εἰς ὄγκον μείζονα διηγεῖσθαι τὰ μυθολογήματα, ὅτι φησὶν, Ἦν ἓν τὸ ἀγέννητον, ὃ μόνος ἐστὶ πάντων Πατήρ. Ἐκ τούτου προβέβληται, φησὶ, Νοῦς, ἐκ δὲ τοῦ Νοῦ Λόγος, ἐκ δὲ τοῦ Λόγου Φρόνησις, ἐκ δὲ τῆς Φρονήσεως Δύναμις καὶ Σοφία, ἐκ δὲ τῆς Δυνάμεώς τε καὶ Σοφίας Ἀρχαὶ, Ἐξουσίαι, Ἄγγελοι, ἐκ δὲ τούτων τῶν Δυνάμεών τε καὶ Ἀγγέλων γεγονέναι ἀνώτερον πρῶτον Οὐρανὸν καὶ Ἀγγέλους ἑτέρους ἐξ αὐτῶν γεγονέναι· τοὺς δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν γεγονότας Ἀγγέλους πεποιηκέναι αὖθις δεύτερον Οὐρανὸν, καὶ αὐτοὺς δὲ πάλιν πεποιηκέναι Ἀγγέλους. Καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι τρίτον αὖθις πεποιήκασιν Οὐρανὸν, καὶ οὕτως οἱ καθ᾽ ἕνα Οὐρανὸν εἰς αὖθις ἕτερον καὶ ἑτέρους [9] κατασκευάζοντες ἄχρι τριακοσίων ἑξηκονταπέντε Οὐρανῶν [10] ἐληλάκασι τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου ἕως τούτου τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς Οὐρανοῦ.

Κεφ. β΄. Ἀφραινόντων δ᾽ ἂν εἴη [1] τὸ πιστεύειν τῇ μανιώδει αὐτοῦ φλυαρίᾳ, συνετοῖς δὲ εὐθυέλεγκτος καὶ ληρώδης ὁ τούτου λόγος καὶ ἡ γνώμη, πῶς εἰς ὑπερβάλλουσαν καὶ ἄπειρον κακοτροπίαν ἐξετόπισε τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Ὁρίζει γὰρ, ὡς κατὰ ποιητικόν τινα ἐνθουσιασμὸν, ἐμβροντηθὲν τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον ὀνόματα ἑκάστῳ ἄρχοντι τῶν οὐρανῶν ἐκτιθέμενον, πρὸς τὸ διὰ τῶν ὀνομάτων, ὧν ποιητεύεται, παρὰ τῶν μὴ τὸν νοῦν ἐρρωμένων ἐχόντων πιστεύεσθαι, εἰς ὄλεθρον τῆς τῶν ἠπατημένων ψυχῆς, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μαγγανικαῖς μηχανίαις προσανέχων οὐκ ἐπαύσατο καὶ περιεργίαις ὁ ἀπατεών. Ὕστερον δέ φησιν [2] ὑπὸ τῶν ἐν τούτῳ τῷ καθ᾽ ἡμᾶς Οὐρανῷ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ Δυνάμεως τὴν κτίσιν ταύτην γεγενῆσθαι· ἐξ ὧν Ἀγγέλων ἕνα λέγει τὸν
pag. 70. θεὸν, ὃν διελὼν τῶν Ἰουδαίων μόνον εἶναι ἔφη ἕνα, καὶ τοῦτον [3] συναρίθμιον Ἀγγέλοις τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ κατὰ μιμολογίαν ὀνοματοποιουμένοις [4] τάττων, καὶ [5] ὑπ᾽ αὐτοῦ [6] πεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τού-

7. συσχολαστὴν correxerunt Cornarius et Petavius. Libri tam scripti quam editi vulgo σχολαστὴν. Cf. haer. 23, 7.

8. ἡμῖν desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ. Recepit ex cod. Vatic. Petavius.

9. In libris vulgo est mendose κατασκευάζοντας.

10. Vulgo extat in libris ἐληλύκασι.

Cap. II. — 1. τὸ πιστεύειν cod. Vatic. τοῦτο ἐπαγωγὸν πιστεύειν cod. Rhedig. et edit. princ. τοῦτο ἐπαγωγὸν τὸ πιστεύειν edit. Petav.

2. ὑπὸ cod. Vatic. ἀπὸ editi libri et cod. Rhedig.

3. συναρίθμιον ed. Petav. de auctoritate cod. Vatic. Vulgo συναριθμῶν.

4. τάττων, quod desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ., Petavius reposuit ex cod. Vatic.

5. ὑπ᾽ αὐτοῦ cod. Vatic. ἐξ αὐτοῦ editi libri et cod. Rhedig.

6. πεπλᾶσθαι ubique fere scriptum est in cod. Rhedig. et ed. princ.

que originem accepit. Qui quidem praestigiatore illo suo condiscipulo, quem in Syria reliquerat, maiora multo praedicare coepit, ut sublimioribus quam ille tractandis dogmatibus maiorem auditoribus suis fucum faceret, iisdemque impensius arrideret, ac plures sodali suo Saturnilo sectatores colligeret. Itaque fabulosis quibusdam adiectis somniis hunc in modum exorsus est. Sed ut quod res est dicam, non ille per sese ac suopte ingenio dira illa ac pestifera dogmata primus excogitavit, sed a Saturnilo ac Simone Mago, quem supra refutavimus, erroris argumenta mutuatus est, quae alia ratione tractare et maiore cum pompa enarrare instituit. Erat, inquit, ingenitum unum principium, qui solus est omnium Parens, ab hoc procreata Mens, a Mente Verbum, ab hoc Prudentia, a qua Virtus et Sapientia prodiit. Ab utraque porro Principatus, Potestates et Angeli. Deinde Virtutes Angelique isti primum ac supremum coelum moliti Angelos rursum alios propagarunt. Qui et ipsi secundum coelum fabricati sunt, et alios insuper Angelos produxerunt. Hi tertium adiecere coelum: atque ita singillatim uno post aliud coelo indentidem constituto ad CCCLXV perficiunt, quos a primo supremoque ad id quod nobis citimum est enumerant.

Sed haec figmenta nonnisi insipientes allicere possunt, ut insanis illorum nugis fidem accommodent. Sapientes vero facilem ad revincendum ineptam huius cum orationem, tum sententiam iudicabunt, illudque nullo negotio detegent, quantam quamque immensam in pravitatem mentem suam atque animum ablegarit. Etenim velut poetico quodam furore perculsus infelix humuncio, unicuique coelorum principi certa nomina praescribit, quibus a se confictis nominibus a levibus et imbecillis ingeniis assensum exprimat, ac fraude sua circumventos in exitium animae interitumque pertrahat. Praeterea magicis artibus idem impostor ac praestigiis perpetuo fuit addictus. Qui ab Angelis citimo huic coelo proximoque nobis attributis ac Virtute quae istic residet creata postmodum inferiora censet haec omnia. Horum ex Angelorum numero unum constituit deum quem, ut ab aliis distinguat, Iudaeis duntaxat praeponit, atque eundem ipsum in eorum Angelorum ordinem refert quibus histrionico more certas appellationes indidit. Ab illo vero formatum hominem docet, Cap. II.

τους ἅμα αὐτῷ μεμερικέναι τὸν κόσμον κατὰ διαίρεσιν κλήρῳ τῷ πλήθει τῶν Ἀγγέλων, τούτῳ δὲ λελογχέναι τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων, βλασφημῶν δὲ αὐτὸν τὸν παντοκράτορα κύριον, τὸν ὄντως ὄντα θεὸν μόνον, καὶ οὐχ ἕτερον. Πατέρα γὰρ τὸν αὐτὸν εἶναι ὁμολογοῦμεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τοῦτον ἐκεῖνος ἀρνούμενος ἕνα βούλεται αὐτὸν παριστᾶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων Ἀγγέλων, καθά μοι προδεδήλωται, ἐληλυθέναι δὲ τοὺς Ἰουδαίους εἰς κλῆρον αὐτοῦ. Καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὲρ [7] Ἄγγελον αὐθαδέστερον, [8] ἐξαγαγεῖν δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου αὐθαδείᾳ βραχίονος τοῦ ἰδίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἰταμώτερον τῶν ἄλλων καὶ αὐθαδέστερον. Ὅθεν διὰ τὴν αὐθάδειάν φησιν αὐτοῦ, ὡς βλασφημεῖ ὁ γόης, βεβουλεῦσθαι τὸν αὐτὸν αὐτῶν θεὸν καθυποτάξαι τῷ γένει τοῦ Ἰσραὴλ πάντα τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ διὰ τοῦτο παρεσκευακέναι πολέμους. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ ἁγίου θεοῦ χαλάσας τὴν γλῶτταν καὶ ἐπάρας τὸ στόμα οὐκ ἐντρέπεται λαλῶν ὁ ἐλεεινότατος. Διὰ τοῦτο γάρ, φησὶ, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη [9] ἐπολέμησε τοῦτο τὸ ἔθνος, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτῷ [10] ἐνεδείξατο, διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἀγγέλων παραζήλωσιν, ἐπειδήπερ παροτρυνθέντες, ὡς καταφρονούμενοι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ αὐτοὶ τὰ ἴδια ἔθνη ἐπὶ τὸ ἔθνος τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ὑπ' αὐτῶν ἐπέσεισαν, [11] καὶ τούτου οὖν ἕνεκα πόλεμοι πάντοτε καὶ ἀκαταστασίαι κατ' αὐτῶν ἐπανέστησαν.

Κεφ. γ'. Αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ ἀπατεῶνος πιθανολογία. Καὶ αὐτὸς δὲ περὶ Χριστοῦ, ὡς δοκήσει πεφηνότος, ὁμοίως δοξάζει. Εἶναι δέ φησιν αὐτὸν φαντασίαν ἐν τῷ φαίνεσθαι, μὴ εἶναι δὲ ἄνθρωπον, μηδὲ σάρκα εἰληφέναι. Δραματουργεῖ δὲ ἡμῖν ἄλλην δραματουργίαν ὁ δεύτερος μιμολόγος, ἐν τῷ περὶ σταυροῦ λόγῳ Χριστοῦ, οὐχὶ Ἰησοῦν φάσκων πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον, ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ ἀπὸ Ἱεροσολύμων τὸν κύριον ἐκβάλλεσθαι, ὡς ἔχει ἡ ἀκολουθία τοῦ εὐαγγελίου, ἠγγάρευσάν τινα Σίμωνα Κυρηναῖον βαστάσαι τὸν σταυρόν. Ἔνθεν εὑρίσκει τῆς αὐτοῦ κυβείας ποιήσασθαι τὴν τραγῳδίαν καί φησιν
pag. 71. ἐκεῖνον ἐν τῷ βαστάζειν τὸν σταυρὸν [1] μεταμεμορφωκέναι εἰς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος, καὶ ἑαυτὸν εἰς τὸν Σίμωνα, καὶ ἀντὶ ἑαυτοῦ [2] παραδεδωκέναι Σίμωνα εἰς τὸ σταυρωθῆναι. Ἐκείνου δὲ σταυρουμένου ἑστήκει κατάντικρυς ἀοράτως ὁ Ἰησοῦς, καταγελῶν τῶν τὸν Σίμωνα σταυρούντων· αὐτὸς δὲ ἀνέστη εἰς τὰ ἐπουράνια, παραδοὺς τὸν Σίμωνα ἀνασκολοπισθῆναι, καὶ ἀπαθῶς ἀνεχώρησεν εἰς τὸν οὐρανόν· ὁ δὲ Σίμων αὐτὸς ἐσταυρώθη, καὶ οὐχ ὁ Χριστός. Ἰησοῦς γάρ, φησὶν, ἀναπετασθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν διῆλθε πάσας τὰς Δυνάμεις, ἕως οὗ ἀποκα-

7. ἄγγελον rescripsi pro ἀγγέλων, quod librorum est omnium.

8. ἐξαγεῖν edit. princ.

9. ἐπολέμησε ed. Petav. et cod. Rhedig. ἐπολέμισε cod. Vatic. ἐπολέμιζε edit. princ.

10. ἐνεδείξατο cod. Vatic. Reliqui libri omnes ἐνεδείξαντο.

11. καὶ τούτου οὖν ἕνεκα cod. Vatic. τούτου ἕνεκα cod. Rhedig. et editi libri.

quo cum caeteri universam in Angelorum multitudinem sortito mundum distribuerunt; ex quo factum est ut illi Iudaeorum genus obveniret. Sic omnipotentem ille dominum verum ac solum deum nec alium contumeliose appetens (nos enim eundem domini nostri Iesu Christi patrem confitemur) hunc inquam abnegans unum ex iis quos appellat Angelis constituit, ut est a nobis ostensum. Ergo Iudaeos sortito illi contigisse tradit, quem et longe reliquis Angelis praefractiorem esse, ac virium suarum audacia fretum Israëlitas ex Aegypto liberasse, quod caeteris ad audendum paratior pervicaciorque foret. Atque ex eadem arrogantia factum est uti per summam in deum maledicentiam praestigiator ille narrat, idem ut Iudaeorum deus reliquas nationes suis ipsis Israëlitis vellet subiicere, eamque ob caussam bella concitaret. Sunt et alia plura quae laxata contra deum lingua elatoque ore miserrimus homuncio iactare non est veritus. Veluti cum addit propterea nationes reliquas cum Iudaeorum gente bella gessisse, eamque plurimis affecisse malis, ob aliorum Angelorum videlicet invidiam, qui quod ab illo contemni se viderent commoti suam quisque gentem contra Israëlitas impulerunt. Indeque factum est ut perpetua in hos bella tumultusque concitati fuerint.

Eiusmodi est apta illa ad persuadendum impostoris oratio. Qui Cap. III. etiam de Christo perinde sentit, specie tenus duntaxat mortalibus apparuisse. Quippe quod in eo cernebatur, nihil praeter imaginem fuisse; neque vero aut hominem extitisse aut carnem induisse. Subiicit et aliam velut in scena fabulam secundus histrio, cum de Christi cruce disputat. Negat enim Iesum esse passum, sed vicarium ei Simonem Cyrenaeum substituit. Quo enim tempore Hierosolymis dominus eiectus est, ut in evangelio scriptum est, angariave- Marc. 15, 21.
runt Simonem quendam Cyrenaeum ut ferret crucem. Ex quo cavillandi concinnandique fabulam suam occasionem arripuit, nimirum Christum Simonem, cum is crucem portaret, in suam commutasse, eiusque vicissim induisse formam itaque Simonem ad crucis supplicium suo loco tradidisse. Qui dum in cruce suffigitur, Iesum a nemine conspectum, eosque qui Simonem suffigerent deridentem, ex adverso constitisse. Tum ad superos esse subvectum, cum pro se figendum Simonem substituisset, nihilque adeo perpessum in coelum evolasse. Interea Simon, non Christus in crucem sublatus est. Iesus enim, ait, in coelum evectus Virtutes omnes penetravit, donec

Cap. III. — 1. μεταμεμορφωκέναι cod. Vatic. et inde ed. Petav. μεταμόρφωσεν reliqui libri.

2. παραδεδωκέναι cod. Vatic. et edit. Petavii. παρέδωκε. cod. Rhedig.

τέστη πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα. Οὗτος γάρ ἐστι, φησὶν, ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς ὁ προειρημένος, ὁ ἀποσταλεὶς ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, δι᾽ ἣν εἶδεν ὁ πατὴρ ἀκαταστασίαν ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τοῖς ἀγγέλοις· καὶ οὗτός ἐστι, φησὶν, ἡ σωτηρία ἡμῶν, ὁ ἐλθὼν καὶ ἡμῖν μόνοις ἀποκαλύψας ταύτην τὴν ἀλήθειαν. Τοιαῦται μὲν αἱ ῥαψῳδίαι τῆς τοῦ ἀγύρτου μυθοποιΐας. Ἀλλὰ καὶ ἀπεντεῦθεν προκοπτούσης τῆς ἀκαθαρσίας τῆς ἀπὸ τοῦ Σίμωνος ἐναρξαμένης πᾶσαν ἐπιτήδευσιν κακομηχανίας καὶ ἀσελγείας ἐπιτρέπει τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους ἐπιτελεῖν, [3] ἄνδρας μετὰ γυναικῶν πολυμιξίαν τινὰ κακῆς ὑποθέσεως τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἐκδιδάσκει. Ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἐπὶ τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῶν ἀποκαλύπτεσθαι ὀργὴν θεοῦ, καὶ δικαιοκρισίαν ἐπὶ τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντας. Διὰ ταύτην γὰρ [4] τὴν αἰτίαν τῆς ἡδυπαθείας πολλοὶ εἰς τὴν αἵρεσιν ἐμπίπτουσιν, ἀδεῶς εὑρίσκοντες ἐπιτελεῖν τὴν ἡδονὴν ἑαυτῶν ἐν ταῖς αἰσχρουργίαις.

Κεφ. δ΄. Διδάσκει δὲ πάλιν καὶ ἀνατρέπει φάσκων μὴ δεῖν μαρτυρεῖν. Ὁ γὰρ μαρτυρῶν ἄμισθος εὑρεθήσεται, μαρτυρῶν ὑπὲρ τοῦ πεποιηκότος τὸν ἄνθρωπον· μαρτυρεῖ γὰρ ὑπὲρ [1] τοῦ ἐσταυρωμένου Σίμωνος. Πόθεν δὲ τούτῳ μισθὸς εἴη, ὁπότε ἀποθνήσκει μὲν ὑπὲρ Σίμωνος τοῦ ἐσταυρωμένου, ὑπὲρ Χριστοῦ δὲ τοῦτο ποιεῖν ὁμολογεῖ ὃ ἀγνοεῖ, ἀποθνήσκων ὑπὲρ οὗ οὐ γινώσκει; Δεῖ τοίνυν ἀρκεῖσθαι, καὶ μὴ προαλόντα ἀποθνήσκειν.

Κεφ. ε΄. Φωραθήσεται δὲ οὗτος διαβολικὴν δύναμιν εἰσηγούμενος κατὰ τῶν ψυχῶν, ἀπαρνησιθεῖαν αὐτὰς ἐκδιδάσκων, ὁπότε αὐτὸς ὁ κύριός φησι, Τὸν ἀρνούμενόν με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων ἀρνήσομαι κἀγὼ
pag. 72. αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. [1] Ἀλλά φησιν ὁ ἀγύρτης, Ἡμεῖς, φησὶν, ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὕες καὶ κύνες· καὶ διὰ τοῦτο εἶπε, Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μηδὲ δότε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί. Κρύπτει γὰρ ἑαυτοῦ τὴν ἀδικίαν ἀπὸ τῶν νοῦν ἐχόντων, ἀποκαλύπτει δὲ [2] τῇ ἑαυτοῦ σχολῇ καὶ τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἠπατημένοις. Ἐπειδὴ γὰρ ἀληθῶς τὰ παρ᾽ αὐτοῖς λεγόμενα καὶ γινόμενα αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, λέγει ὅτι ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων δεῖ ὁμολογεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, οἱ δὲ ἄλλοι ὕες καὶ κύνες ὡς προεῖπον. Φάσκει δὲ μόνον περὶ πατρὸς καὶ τοῦ ἑαυτοῦ μυστηρίου μηδενὶ ἀποκαλύπτειν, ἀλλὰ σιγῇ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς, ἑνὶ δὲ ἀπὸ χιλίων ἀποκαλύπτειν, καὶ δυσὶν ἀπὸ

3. *Excidit* καὶ, *ni fallor.*

4. τὴν *non est in edit. princ. Habet praeter Vatic., unde reposuit Petavius, Rhedig. quoque liber.*

Cap. IV. — 1. τοῦ, *quod desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ., de cod. Vatic. auctoritate reposuit Petavius.*

Cap. V. — 1. *Fortasse* Ἀλλά φησὶν ὁ ἀγ.

2. τῇ ἑαυτοῦ *cod. Vatic.* τῇ αὐτοῦ *edit. Petav.* ἡ αὐτοῦ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

ad patrem suum reversus est. Hic enim est patris ille commemoratus ante filius, qui ad opem humano generi ferendam submissus est, propter eam quam inter homines perinde atque angelos perturbationem coelestis pater animadverterat. Atque idem, inquit, salus est nostra, qui in mundum venit, solisque nobis hanc rei veritatem aperuit. Tales sunt a nebulone isto consarcinatae fabulae. Deinceps vero progressum illa impuritate capiente, cuius auctor Simon fuit, nullum non pravitatis libidinisque genus obeundum discipulis permittit, virorumque ac mulierum promiscuos concubitus et sceleratorum dogmatum congeriem sectatoribus suis proponit. Quod et ab apostolo notatum est, cum ait, *In his et horum similibus iram* Rom. 1. 18.
dei revelari ac iustum iudicium in eos qui veritatem in iustitia detinent. Nam ob eas voluptates plerique ad haeresin desciscunt, ubi foedissimis flagitiis impune libidinem suam explere possint.

Quinetiam alio documento suo sectatorum animos corrumpit. Cap. IV.
Ait enim martyrium obire nequaquam oportere. Qui enim id faciat mercede cariturum, cum in eius qui hominem condidit gratiam istud suscipiat, et tamen ad Simonem qui suspensus in cruce sit martyrium referatur. Etenim undenam ei praemium expectandum qui pro Simone crucifixo mortem oppetens id ipsum se Christi caussa facere profitetur, et quidem imprudens? Nam pro eo quem ignorat morti sese committit. Sufficere ergo nobis istud debet, neque si detenti fuerimus mortis poena subeunda.

Enimvero diabolicam quandam vim ad animarum illum inve- Cap. V.
xisse perniciem facile deprehendemus, ut qui deum eiurare illos edoceat, quandoquidem dominus ipse dicit: *Qui negaverit me coram* Matth. 10. 33.
hominibus, negabo et ego eum coram patre meo qui in coelis est. Atenim veterator loquitur. Nos, inquit, homines sumus, caeteri omnes nihil aliud quam sues et canes. Ideoque scriptum est: *Nolite iacere* Matth. 7, 6.
margaritas ante porcos, neque dare sanctum canibus. Siquidem de sua improbitate celat eos qui sapientiae nonnihil habent, ac suae duntaxat scholae et circumventis a se hominibus exponit. Quoniam revera quae ab illis dicuntur et fiunt, turpe est etiam eloqui. Igi- Eph. 5, 12.
tur coram hominibus profitendam esse veritatem docet. Nos enim homines sumus, caeteri suum canumque numero, uti diximus. Et illud admonet, ut de patre duntaxat arcanoque suo nemini significent, sed tacitum apud se retineant, aut uni saltem e millibus ac

μυρίων. Καὶ ὑποτίθεται τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς λέγων ὅτι, Ὑμεῖς πάντα γινώσκετε, ὑμᾶς δὲ μηδεὶς γινωσκέτω. Αὐτὸς δὲ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἐρωτώμενοι Ἰουδαίους μὲν ἑαυτοὺς μηκέτι εἶναι φάσκουσι, Χριστιανοὺς δὲ μηκέτι γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἀρνεῖσθαι πάντοτε, ἔχειν δὲ ἐν ἑαυτῷ σιγῇ τὴν πίστιν, καὶ μηδενὶ ὑποδεικνύναι, τὴν αἰσχύνην ἑαυτοῦ ὑφορώμενος, διὰ τὸ ἀπαρρησίαστον τῆς αἰσχρουργίας καὶ κακῆς αὐτοῦ διδασκαλίας.

Κεφ. ϛʹ. Ἔσχε δὲ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς τῆς κακῆς προφάσεως τὴν αἰτίαν ἀπὸ τοῦ ζητεῖν καὶ λέγειν πόθεν τὸ κακόν. Πᾶς δὲ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ πραγματείας δειχθήσεται ὁποῖός ἐστιν. [1] Ἔμποροι γοῦν οὗτοι κακῶν [2] ἐρασταὶ, καὶ οὐχὶ ἀγαθῶν, ὡς καὶ ἡ γραφὴ εἶπεν ὅτι, Ζητοῦντας κακὰ, καταλήψεται κακά. Οὔτε γάρ ποτε κακὸν ἦν, οὔτε ῥίζα γέγονε κακίας, οὔτε ἐνυπόστατον τὸ κακόν ἐστιν. Οὐκ ἦν γάρ ποτε τὸ κακόν· ἐπείσακτον δὲ διὰ προφάσεως ἑκάστῳ τῶν ποιούντων τὸ κακὸν ἔνεστιν. Ἐν τῷ μὴ ποιεῖν οὐκ ἔνεστι, καθάπερ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις προδεδήλωται. Λέγει γὰρ ὁ κύριος μετὰ τὸ πάντα πεποιηκέναι, Ἰδοὺ, πάντα καλὰ λίαν, δεικνὺς ὅτι τὸ κακὸν οὐκ ἀρχαΐζει, οὐδὲ ἐξ ὑπαρχῆς ὑπῆρχε πρὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἐνάρξασθαι. Δι' ἡμῶν γὰρ γίνεται, καὶ δι' ἡμῶν οὐ γίνεται. Ἆρ' οὖν ἐν τῷ πάντα ἄνθρωπον δύνασθαι μὴ ποιεῖν τὸ κακὸν, καὶ δύνασθαι ποιεῖν τὸ κακὸν, ὅταν μέν τοι ποιῇ,
pag. 73. ἔστι τὸ κακὸν, ὅταν δὲ μὴ ποιῇ, οὐκ ἔστι τὸ κακόν. Ποῦ τοίνυν τοῦ κακοῦ ἡ ῥίζα, [3] ἡ ὑπόστασις τῆς πονηρίας;

Κεφ. ζʹ. Εἰς δὲ πολλὴν οὗτος ἐλήλακε μωρίαν, φάσκων ὅτι ἡ δύναμις τὸν νοῦν προεβάλετο, ὁ δὲ νοῦς τὸν λόγον, ὁ δὲ λόγος τὴν φρόνησιν, ἡ δὲ φρόνησις δύναμιν καὶ σοφίαν, ἐκ δὲ δυνάμεως καὶ σοφίας ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις καὶ ἄγγελοι. Λέγει δὲ τὴν ὑπεράνω τούτων δύναμιν εἶναι καὶ ἀρχὴν Ἀβρασὰξ, διὰ τὸ τὴν ψῆφον τοῦ Ἀβρασὰξ ἔχειν τριακοσιοστὸν ἑξηκοστὸν πέμπτον ἀριθμόν, ὡς ἐκ τούτου τὴν μαρτυρίαν τῆς αὐτοῦ μυθοποιΐας τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε οὐρανῶν συνιστᾶν πειρᾶσθαι. Οἷς οὐρανοῖς καὶ τοποθεσίας [1] ἴσα τοῖς μαθήμασι διαιρῶν καὶ συνιστᾶν ἐπιτηδεύων οὐ παρέργως μηχανᾶται. Τὰ γὰρ ἐκείνων μάταια θεωρήματα λαβὼν εἰς ἴδιον χαρακτῆρα αὐτός τε καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν εἰς αἰτίαν τῆς ἰδίας εἰδωλοποιοῦ καὶ πεπλανημένης ἐπιπλάστου διδασκαλίας μετήνεγκαν, καὶ βούλονται τὴν σύστασιν τούτων

Cap. VI. — 1. Ἔμποροι γοῦν οὗτοι cod. Vatic. Vulgo Ἔμπορος γοῦν οὗτος.
2. ἐρασταὶ cod. Vatic. Vulgo ὁ τοῦ κακοῦ ἐργάτης.
3. *Corrigendum videtur* ἢ *cum Cornario, qui aut vertit.*
Cap. VII. — 1. ἴσα τοῖς μαθήμασι διαιρῶν cod. Vatic, *et inde ed. Petav.*

duobus ex decem millibus aperiant. Quin et suis discipulis ita praecipit: Date, inquit, operam ut omnia cognoscatis, nemo vero vos cognoscat. Caeterum tam ipse quam qui eius sectam amplexi sunt quoties interrogantur Iudaeos quidem se esse negant, Christianos vero nondum fuisse. Sic abnegare perpetuo fidem, eamque tacite apud se custodire, nec ulli patefacere suos instituit; quod nimirum suspectam habeat ipse turpitudinem suam, cum tam immanis foeditas atque impura disciplina audacter evulgari non audeat.

Huius vero pessimae sectae occasionem initiumque dedit illa Cap. VI.
quaestio ac disputatio, undenam malum originem habuerit. Verum unusquisque cuiusmodi sit, administratione ac negotiatione sua declarabit. Proindeque malorum negotiator non bonorum est ille mali artifex, quemadmodum scriptura testatur: *Qui quaerunt mala, mala* Eccles. 7, 1.
eos apprehendent. Nam neque malum aliquando extitit, neque radix ulla nequitiae fuit, neque omnino malum solidum quiddam est ac consistens. Quippe malum quandoque nullum fuit, sed ex occasione introductum et adscitum in unoquoque inest qui illud committit. Quod si minime committatur non inest, id quod supra demonstravimus. Etenim dominus cum universa creasset, *Ecce,* inquit, *valde* Gen. 1.
bona sunt omnia; quo istud ipsum ostenderet, non esse vetus admodum malum, neque initio, priusquam ab homine inciperet, extitisse. Per nos enim fit aut non fit. Ex eo ergo scilicet quod quivis hominum malum facere possit, aut minime facere, si faciat, malum existet, si non faciat, nullum erit omnino. Ubi igitur radix illa mali pravitatisque natura subsistens?

Admodum vero stolidus est, cum a virtute productam Mentem Cap. VII.
asserit, a Mente Verbum, ac hoc Prudentiam, hanc Virtutem Sapientiamque peperisse, a quibus Potestates et Virtutes Angelique prodierint. Sed his omnibus superiorem quandam Vim statuit ac Principium, quod Abrasax appellat, ideo quod eius vocis literae CCCLXV numerum efficiunt, atque ex eo confictam illam suam de CCCLXV coelis fabulam comprobare nititur. Quibus coelis totidem ex mathematicis rationibus situs ac locorum descriptiones accommodare omni ope ac studio contendit. Nam illorum vanissima theoremata cum ipse, tum qui ex eius disciplina sunt, sic arripuerunt, ut in usum conformata suum ad idolorum propugnatricis falsaeque et adulterinae doctrinae caussam atque originem transferrent. Quae quidem similium supputationum comparatis exemplis cor-

Reliqui libri ἴσας τοῖς ποθητικοῖς (ποιητικοῖς *emendavit Cornarius*) διαιρέσεσι. *Cornarius vertit:* Quibus coelis etiam locorum digestiones poeticis divisionibus pares constituere studens *cett.*

ἀπὸ τῶν ὁμοίων ψήφων ποιεῖσθαι, ὡς προεῖπον, τοῦ Ἀβρασὰξ τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε τὸν ἀριθμὸν ἔχοντος δῆθεν, δεικνύντες δι' αὐτοῦ τὸ ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν ἀριθμὸν κατὰ περίοδον. Πέπτωκε δὲ αὐτοῦ ὁ ληρώδης λόγος. Εὑρίσκεται γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν καὶ ὡρῶν τριῶν. Εἶτα Ἐντεῦθεν, φησὶ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἔχει τριακόσια ἑξηκονταπέντε μέλη, ὡς ἑκάστῃ τῶν δυνάμεων ἀπονέμεσθαι ἓν μέλος. Ὅθεν καὶ ἐν τούτῳ πέπτωκεν αὐτοῦ ἡ ἐπινενοημένη καὶ νόθος διδασκαλία· [2] ἐν γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ ἔστι τξδ΄ μέλη.

Κεφ. η΄. [1] Θαυμαστῶς δὲ ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ τῶν ἀποστόλων διάδοχος περὶ τούτου λεπτολογῶν διήλεγξε τούτου τὴν ἀβελτηρίαν καὶ ἀδράνειαν. Ἀνατραπήσεται δὲ καὶ νῦν ἡ φλυαρία τοῦ ἄνωθεν καταβεβηκότος Βασιλείδου, καὶ τὰ ἄνω σαφῶς κατοπτεύσαντος, μᾶλλον δὲ ἄνωθεν πεπτωκότος ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ, ὅτι, εἰ οὗτος ὁ οὐρανὸς ὑπὸ τῶν κατ' αὐτὸν ἀγγέλων γεγένηται, αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν ἀνωτέρω, καὶ οἱ ἀνωτέρω ὑπὸ τῶν ἔτι ἀνωτέρω, ἆρ' οὖν ἡ ἄνω δύναμις, ἡ καὶ Ἀβρασὰξ καλουμένη, εὑρεθήσεται ἡ τὰ πάντα πεποιηκυῖα καὶ ἡ αἰτία τῶν ὄντων πάντων, καὶ οὐδὲν δίχα αὐτῆς τι γεγενῆσθαι εὑρε-
pag. 74. θήσεται, ὁπότε αὐτὴ τὸ αἴτιον καὶ τὸ πρῶτον ἀρχέτυπον παρ' αὐτῶν καταγγέλλεται, καὶ τὸ λεγόμενον παρ' αὐτοῖς τοῦ κόσμου τούτου ὑστέρημα ὑπό τινος ἑτέρου μὴ γεγενῆσθαι, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς καὶ αἰτίας τῶν μετέπειτα γεγονότων. Ἐρωτητέον δὲ τὸν αὐτὸν, Τίνι λόγῳ ἐπὶ τοσαύτην πληθὺν ἡμᾶς φέρεις, ὦ οὗτος, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, τουτέστιν ἐπὶ τὸν ἕνα θεὸν, τὸν παντοκράτορα; ὁπότε ἐξάπαντος, ἤτοι οὕτω λέγων, ἢ οὕτω, δεῖ τὸν ἕνα αἴτιον πάντων ὁμολογεῖν δεσπότην. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑποθέσεως [2] ἀποκρῖναι, ὦ πλαστουργὲ τῆς μυθοποιοῦ ταύτης πραγματείας. Εἰ Σίμων ἐσταυρώθη ὁ Κυρηναῖος, ἄρα οὐ διὰ Ἰησοῦ ἡ σωτηρία ἡμῶν γεγένηται, ἀλλὰ διὰ Σίμωνος, καὶ οὐκέτι ὁ κόσμος ἐλπίσειε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ σώζεσθαι τοῦ μὴ παθόντος. Οὔτε γὰρ Σίμων δύναται σώζειν, ἄνθρωπος ὢν ψιλὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον. Ἅμα δὲ καὶ συκοφαντίας καταψηφίζει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, εἰ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ παραδέδωκεν ὁ ἀγαθὸς κύριος, βιασάμενος εἰς [3] θάνατον. Καὶ ἔσται λοιπὸν ὄναρ, μᾶλλον δὲ κακοηθείας καὶ κυβείας ἔργον [4] τὸ τοιοῦτον, ὅτι ὁ κύριος κυβείᾳ τινὶ ἑαυτὸν κρύψας ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ παραδέδωκε· καὶ ἔσται ἡ παρὰ σοῦ μωρολογία συκοφαντοῦσα μὲν τὴν ἀλή-

2. ἐν cod. Rhedig. εἰ editi libri.
Cap. VIII. — 1. θαυμαστὸς cod. Rhedig. — Ceterum cf. Iren. c. Haer. I, 23.
2. ἀπόκριναι ed. Petav. ἀπόκρινε edit. princ. et cod. Rhedig.
3. θάνατον cod. Vatic. φόνον reliqui libri.
4. τὸ τοιοῦτον, quod Petav. recepit ex cod. Vatic., desideratur in cod. Rhedig. et edit. princ.

roborare conantur. Nam Abrasax, ut ante dixi, CCCLXV numerum continet. Hinc igitur isti totidem diebus confici anni circuitum asserunt. Sed inanis haec oratio per seipsam concidat necesse est. Siquidem annus praeter CCCLXV dies tribus insuper horis constare cernitur. Eadem vero, inquit, haec caussa est cur in homine CCCLXV membra sint, ut quaelibet illarum Virtutum suum sibi vindicare possit. In quo quidem confictum illud adulterinumque dogma non minus corruit. Quippe non plura CCCLXIV membris in homine numerantur.

Ac beatus ille apostolorum successor Irenaeus subtilius ea de Cap. VIII.
re disputans hominis stultitiam cum pari imbecillitate coniunctam sane admirabiliter convicit. Nec minus in praesentia futiles eiusdem Basilidae nugae refellentur qui e coelo delapsus et coelestia manifeste contemplatus est, vel e coelo potius, hoc est scopo veritatis, excidit. Nam si coelum istud ab Angelis quos ille constituit est productum, et ii rursus a superioribus, superiores a supremis procreati sunt, eo res nimirum recidet, ut summa illa Virtus, quae Abrasax dicitur, universa condiderit, sitque omnium quaecumque sunt caussa, nec absque illa quicquam extiterit, cum haec ipsa principium ac primum rerum omnium exemplar ab illis esse dicatur; adeoque sequitur mundi huius quem vocant defectum non ad aliud esse quam ad primum illud principium caussamque eorum quae sunt postea facta referendum. Illud vero de eodem percontari oportet. Quid tu tandem, mi homo, nos in tantam multitudinem compellis? ac non potius ad principium ipsum, hoc est unum deum et omnipotentem, deducis? quandoquidem sive hoc sive alio modo statuas, unum omnino rerum omnium principium ac dominum fateri necesse sit. Quin hoc velim mihi fabulosi huius commenti architecte de Christo respondeas. Si in crucem Simon ille Cyrenaeus est sublatus, non igitur per Christum parta nobis est salus, sed per Simonem, nec iam per Christum mundus salvum fore se sperare debeat, utpote qui minime sit passus. Neque enim salutis esse caussa Simon potest, purus utique ac putus homo, neque quicquam amplius. Ad haec unigenitum dei filium calumniae condemnas, si alterum bonus dominus violenter ad necem suo loco tradiderit. Nec aliud tota res praeter somnium erit, imo malignitatis praestigiarumque specimen, cum semetipsum dominus fraudulentis artibus subducens sui vicarium alterum substituat. Sicque tua illa stultissima cavillatio veritati quidem calumniam struet, nec quod volet tamen assequi poterit, sed de

θειαν, μὴ δυναμένη δὲ, ἀλλ' ἐλεγχομένη ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ἀσυστάτως τὸ ποίημα τοῦτο εἰςηγουμένη.

Κεφ. Ϛ'. Πάντη γὰρ ἐλέγχει τοῦτον τὸν αἱρεσιάρχην ἡ ἀλήθεια ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ. Παντὶ γάρ [1] τῳ δῆλον ὅτι Χριστὸς ἑκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἦλθε, καὶ θελήματι ἰδίῳ καὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔλαβε τὴν σάρκα, ἐνανθρωπήσας ἐν ἡμῖν, ἐν τελειότητι θεὸς ὢν, ἀπ' ἀρχῆς ἐκ πατρὸς γεγεννημένος, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐν μήτρᾳ παρθένου γενέσθαι καταξιώσας, εἰς ἑαυτόν τε σῶμα ἀναπλασάμενος, καὶ γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνανθρωπήσας ἐν βεβαιώσει, ἵνα ἐν αὐτῇ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῇ σαρκὶ, καὶ τὴν ψυχὴν δῷ ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων. Ὡς ἐλέγχει τούτους λέγων, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται, καὶ ἀποκτανθήσεται, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ
eiusdem sectae peregrinus advenerit, signum quoddam viri a femi-
nis, feminae a viris accipiunt. Haec autem eiusmodi est: Cum
salutandi ac complectendi caussa manum porrigunt, eam infra pal-
mam contrectando ac defricando leniter titillant, eoque signo eius-
dem religionis hospitem esse demonstrant. Inde posteaquam mutuo
se agnoverint ad convivium accinguntur. Quod ipsum, tametsi pau-
peres sint, ingenti epularum apparatu vinoque et carnibus instru-
ctissimum praebent. Finito convivio cum satietate venas distende-
rint, ad libidinem proritantur. Tum vir ab uxore discedens sic
eam alloquitur: *Surge, et fratri caritatem exhibe.* Ita ad concubitum
venitur. Pudet me bona fide quae apud illos turpissime perpetran-
tur exponere, quemadmodum ait apostolus: *Quae apud ipsos fiunt,* Eph. 5, 12.
turpe est et dicere. Verum quae illos facere nihil pudet, neque me

νονται, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον φρίξιν ἐργάσωμαι τοῖς ἀκούουσι τὰ παρ᾽ αὐτῶν γενόμενα αἰσχρουργήματα· μετὰ γὰρ τὸ μιγῆναι πάθει πορνείας προςεπιτούτοις ἀνατείνοντες τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν εἰς οὐρανὸν δέχεται μὲν τὸ γύναιον καὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ῥύσιν τὴν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος εἰς ἰδίας αὐτῶν χεῖρας, καὶ ἵστανται εἰς οὐρανὸν ἀνανεύσαντες, ἐπὶ χεῖρας δὲ ἔχοντες τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ εὔχονται δῆθεν, οἱ μὲν Στρατιωτικοὶ καλούμενοι καὶ Γνωστικοὶ τῷ Πατρί φασι τῶν ὅλων, προςφέροντες αὐτὸ τὸ ἐπὶ ταῖς χερσὶ, καὶ λέγουσιν, Ἀναφέρομέν σοι τοῦτο δῶρον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως αὐτὸ ἐσθίουσι, μεταλαμβάνοντες τὴν ἑαυτῶν ἀκαθαρσίαν, καί φασι, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ Πάσχα, διὸ πάσχει τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ ἀναγκάζεται ὁμολογεῖν τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ. Ὡςαύτως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὅταν γένηται αὐτὴν γενέσθαι ἐν ῥύσει τοῦ αἵματος, τὸ καταμήνιον συναχθὲν αὐτῇ αἷμα τῆς ἀκαθαρσίας ὡςαύτως λαβόντες κοινῇ ἐσθίουσι, καὶ, Τοῦτο, φασὶν, ἐστὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ.

Κεφ. ε΄. *Διὸ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες ὅτι, Εἶδον δένδρον φέρον δώδεκα καρποὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ εἶπέ μοι, Τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γινομένην γυναικείαν* pag. 87. *ῥύσιν. Μισγόμενοι δὲ μετ᾽ ἀλλήλων τεκνοποιΐαν ἀπαγορεύουσιν. Οὐ γὰρ εἰς τὸ τεκνοποιῆσαι παρ᾽ αὐτοῖς ἡ φθορὰ ἐσπούδασται, ἀλλ᾽ ἡδονῆς χάριν, τοῦ διαβόλου ἐμπαίζοντος τοῖς τοιούτοις, καὶ καταχλευάζοντος τὸ ἐκ θεοῦ πλάσμα πεπλανημένον. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἡδονὴν ἐπιτελοῦσιν, εἰς ἑαυτοὺς δὲ ἀπολαμβάνουσι τὰ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν σπέρματα, μὴ εἰς τεκνογονίαν καταβαλλόμενοι, ἀλλὰ αὐτοὶ τὸ τῆς αἰσχρότητος ἐσθίοντες. Ἐὰν δὲ καὶ προληφθῇ τις αὐτῶν ἐγκατασπεῖραι τὴν καταβολὴν τῆς κατὰ φύσιν αὐτῶν ἀπορροίας, καὶ ἐγκυμονήσῃ ἡ γυνὴ, τί δεινότερον τολμῶσιν οἱ τοιοῦτοι ἄκουε. Κατασπάσαντες γὰρ τὸ ἔμβρυον, καιρῷ οἵῳ δ᾽ ἂν ἐπιχειρήσωσι, λαμβάνουσιν ἐκτρωθὲν τοῦτο τὸ βρέφος, ἐν* [1] *ὅλμῳ τινὶ κόπτουσιν ὑπέρῳ, καὶ ἐγκαταμίξαντες μέλι καὶ πέπερι καὶ ἄλλα τινὰ ἀρώματα καὶ μῦρα, πρὸς τὸ μὴ ναυτιᾶν αὐτοὺς, οὕτως συναχθέντες πάντες* [2] *οἱ τελετῆς τῶν χοίρων τούτων καὶ κυνῶν θιασῶται μεταλαμβάνουσιν ἕκαστος τῷ δακτύλῳ ἀπὸ τοῦ κατακοπέντος παιδίου. Καὶ οὕτως τὴν ἀνθρωποβορίαν ἀπεργασάμενοι εὔχονται λοιπὸν τῷ θεῷ, ὅτι, Οὐκ ἐνεπαίχθημεν, φασὶν, ἀπὸ τοῦ Ἄρχοντος τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ συνελέξαμεν τὸ παράπτωμα τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ δῆθεν τοῦτο τὸ τέλειον Πάσχα ἡγοῦνται. Ἄλλα δὲ ὅσα δεινὰ αὐτοῖς τετόλμηται. Ὅταν γὰρ πάλιν ἐμμανεῖς ἐν ἑαυτοῖς γένωνται, φύραντες ἑαυτῶν τὰς χεῖρας τῆς ἑαυτῶν αἰσχρότητος τῇ ἀπορροίᾳ ἐγείρονται, καὶ τὰς ἑαυτῶν μεμολυσμένας χεῖρας ἔχοντες εὔχονται γυμνοὶ ὅλῳ τῷ σώματι,*

Cap. V. — 1. ὀλμῷ *cod. Rhedig. et edit. princ.* 2. οἱ τελετῆς τῶν *mea est emendatio. Libri habent* οἱ τῆς τῶν. *Petavius illud* τῆς *uncinis notavit. Quod etiam Cornarius neglegendum putasse videtur, qui vertit* „sic congregati omnes porcorum ac canum horum sodales" *cett.*

pudebit eloqui, ut qui foedissima illorum flagitia audierint, horrore quodam afficiantur. Etenim peracto stupro subinde contumeliosis coelum vocibus appetentes, utrique maris profluvium cavis manibus excipiunt, ac sublatis rursum oculis foedum illud et abominabile manibus praeferentes consistunt, ac preces concipiunt. Militares quidem et Gnostici ad universorum, ut aiunt, parentem, cui et quod manibus gestant offerunt, cum hoc solenni carmine: *Hoc tibi munus, nimirum Christi corpus, offerimus.* Atque ita tum eo vescuntur, et impurissimas suas sordes degustant, itaque dicunt: *Hoc est corpus Christi, et hoc est Pascha: idcirco corpora nostra patiuntur et Christi supplicia confiteri coguntur.* Eodem modo quoties mulier menstruos fluxus patitur, foedissimum illum sanguinem collectum una omnes absorbent. Atque hic est, inquiunt, sanguis Christi.

Propterea in Apocryphis legunt: *Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, et dixit mihi, Hoc est lignum vitae.* Idipsum de Cap. V. menstruis mulierum profluviis interpretantur. Caeterum cum inter sese Venerem exerceant, liberos tamen suscipere prohibent. Non enim prolis studio, sed ut libidini suae serviant, ei corruptelae vacant. Ita miseris hominibus diabolus illudit, et opus dei fraudibus suis implicatum per ludibrium traducit. Proinde sic libidini satisfaciunt suae, ut impurissimum semen in seipsos recipiant, neque illud ad propagandam sobolem emittant, sed sua ipsi turpitudine pascantur. Quod si forte quispiam excreti seminis immissionem anteverterit, et ex eo gravida facta sit mulier, audi quid demum flagitiosius aggrediantur. Nam informem adhuc fetum ex utero detractum, quocumque iis tempore visum est, infantem, inquam, abortione proiectum in mortario pistillo tundunt. Cui ad vitandam nauseam mel ac piper cum aliis aromatibus et unguentis admiscent. Tum in unum collecto porcorum ac canum sodalitio unusquisque e comminuto infantuli corpusculo digito delibat. Sic humanis carnibus pasti ad orandum deum sese convertunt, et, *Cupiditatis*, inquiunt, *princeps nequaquam nobis illusit; sed quod exciderat fratri nostro collegimus.* Atque id perfectum esse pascha demum existimant. Praeter haec alia insuper dira atque execranda committunt. Cum enim rursus in se mutuo bacchari ac furere coeperint, respersis spurcissimi humoris profusione manibus consurgunt, atque ita foedatas gerentes

ὡς διὰ τῆς τοιαύτης ἐργασίας εὑρίσκειν πρὸς θεὸν τὴν παρρησίαν. Τὰ σώματα δὲ αὐτῶν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τημελοῦσι γυναικάρια καὶ ἀνθρωπάρια, μυριζόμενοι, λουόμενοι, θοιναζόμενοι, κοίταις τε καὶ μέθαις σχολάζοντες. Καὶ καταρῶνται τὸν νηστεύοντα, λέγοντες οὐ δεῖ νηστεύειν· Τοῦ γὰρ Ἄρχοντος τούτου τοῦ ποιήσαντος τὸν αἰῶνά ἐστιν ἡ νηστεία, δεῖ δὲ τρέφεσθαι εἰς τὸ τὰ σώματα εἶναι ἰσχυρὰ, εἰς τὸ δύνασθαι τὸν καρπὸν ἀποδιδόναι κατὰ καιρὸν αὐτοῦ.

Κεφ. ϛ'. Χρῶνται δὲ καὶ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ. Ἀπαγορεύουσι δὲ τὸν λαλήσαντα ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ. Καὶ ὅταν μὲν ῥῆμα εὕρωσί τι κατ' αὐτῶν δυνάμενον ἔχειν τὸν νοῦν, φασὶν ὅτι τοῦτο ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ κοσμικοῦ λελάληται. Ἐὰν δέ τις εἰς ὁμοίωσιν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας δυνηθείη σχηματίζεσθαι λόγος, οὐχ ὥς ἐστι τὸ ῥῆμα, ἀλλ' ὡς ἔχει ὁ αὐτῶν νοῦς ὁ ἠπατημένος, τοῦτον μετασκευάζοντες εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν φάσκουσιν ἐκ τοῦ πνεύματος τῆς ἀληθείας λελαλῆσθαι. Καὶ, Τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὃ εἶπεν ὁ κύριος περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; ὅτι οὐκ ἦν, φασὶ, τέλειος ὁ Ἰωάννης· ἐνεπνέετο γὰρ ὑπὸ πολλῶν πνευμάτων κατὰ κάλαμον τὸν ἐπὶ ἑκάστῳ ἀνέμῳ κινούμενον, καὶ ὅτε μὲν ἤρχετο τὸ πνεῦμα τοῦ Ἄρχοντος, Ἰουδαϊσμὸν ἐκήρυττεν, ὅτε δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ Χριστοῦ ἐλάλει· καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὅτι, Ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, περὶ ἡμῶν, φασὶν, εἶπεν, ὅτι ὁ ἐν ἡμῖν μικρότερος μείζων αὐτοῦ ὑπάρχει.

Κεφ. ζ'. Καὶ εὐθὺς ἐπιστομίζονται οἱ τοιοῦτοι ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Ἐκ γὰρ τῶν συνεζευγμένων ἑκάστῃ λέξει ἀναφανδὸν ἡ ἀλήθεια δειχθήσεται, καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς φράσεως ἀποδοθήσεται. Εἰ μὲν γὰρ ὁ Ἰωάννης μαλακὰ ἠμφίεστο, καὶ ἐν οἴκοις βασιλέων ὑπῆρχεν, ὀρθὴ ἂν πρὸς αὐτὸν ἡ λέξις καὶ εὐθεῖα πρὸς ἔλεγχον τοῦ αὐτοῦ ὑπῆρχεν. Εἰ δὲ, Τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; καὶ οὐχ οὕτως εἶχεν, οὐκέτι τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸν οὐ μαλακὰ φοροῦντα Ἰωάννην τοῦ λόγου ἐπενεκτέον, ἀλλὰ ἐπὶ τοὺς οὕτως εὑρήσειν τὸν Ἰωάννην νομίσαντας, καὶ ὑπὸ τῶν ἔνδον ἐν οἴκοις βασιλέων πολλάκις κατὰ ὑπόκρισιν κολακευομένους. Ἐνόμιζον γὰρ οὗτοι ἐξερχόμενοι καὶ παρὰ Ἰωάννου ἐπαίνους εὑρίσκειν, καὶ μακαρισμοὺς ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένοις παραπτώμασιν. Ὡς δὲ οὐχ ηὗρον, ἀνατρεπτικῶς παρὰ τοῦ σωτῆρος πρὸς αὐτοὺς εἴρηται ὅτι, Τί ἐνομίζετε εὑρίσκειν; συμπεριφερόμενον τοῖς ὑμῶν πάθεσιν ἄνθρωπον, ὡς

toto corpore nudi comprecantur, ut ea re maiorem sibi apud deum fiduciam acquirant. Caeterum in curando corpore dies noctesque pariter mulierculae et homunciones occupantur, ac se et unguento perfundunt, et lavant, et convivia celebrant, et ebrietati ac Veneri indulgent, eosque qui ieiunant execrantur. Negant enim esse ieiunandum, quod ad huius saeculi conditorem principem ieiunium pertineat. Imo alimento potius opus esse dictitant, quo robustiora sint corpora, ut idoneo tempore possint fructui reddendo sufficere.

Porro tam veteri quam novo utuntur testamento; licet eum qui in vetere locutus est abdicent. Et quidem quoties vocem aliquam reperiunt quae dogmati suo contrariam habere sententiam videtur, ab huius mundi principe profectam illam esse praedicant. Sin aliquis ad illorum libidinem accommodari locus, et utcumque configurari possit non ipsa quidem potestate verborum, sed pro depravati illorum ingenii captu, eo vero ad id quod cupiunt traducto ab veritatis spiritu pronunciatum esse dictitant. Atque istud ipsum est, inquiunt, quod de Ioanne dominus usurpavit: *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?* Quod, ut asserunt, nondum esset perfectus Ioannes. Nam a pluribus ventis perflabatur; arundinis more, quae ad unumquemque ventum agitatur. Itaque cum in eum Principis spiritus incumberet, Iudaicum cultum praedicabat; cum vero Spiritus sanctus adveniret, de Christo sermonem instituebat. Quo quidem haec verba pertinere putant. *Qui minor est in regno coelorum maior est illo.* Quippe ad nos ista referuntur, aiunt, ut qui inter nos minor est, is Ioanne sit praestantior. Cap. VI. Matth. 11, 7. Matth. 11, 11.

Verum os illis subinde a veritate ipsa praecluditur. Nam ex iis quae cum unaquaque dictione connexa sunt, perspicue veritas apparebit, ac quid loquendi rationi consentaneum sit certissima fide monstrabitur. Etenim si Ioannes mollioribus vestibus uteretur, atque in principum palatiis degeret, recta ipsum vox illa peteret, et in eius reprehensionem esset sine ulla ambage collata. Cum vero ita locutus fuerit: *Quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum?* istud porro ab Ioanne procul abfuerit, nihil est cur huius loci criminationem referri ad Ioannem arbitremur, qui delicatum illum cultum minime omnium adhibuit, sed ad eos potius, qui eiusmodi se Ioannem reperturos putabant, quibusque saepius adulari solent ii qui principum aulas ac palatia frequentant. Exeuntes enim illi collaudandos se ab Ioanne, et ob ea quae in dies patrabant scelera felices praedicandos existimabant. Qua spe cum essent frustrati, ad eos refellendos ita salvator locutus est: *Quid vos nacturos esse credebatis?* Hominemne qui se pravis animi vestri affectionibus ac- Cap. VII.

κατὰ τοὺς μαλακὰ φοροῦντας; οὐχ οὕτως· οὐ γάρ ἐστιν Ἰωάννης κάλαμος σαλευόμενος γνώμαις ἀνθρώπων, ὡς δονούμενος κάλαμος ὑπὸ ἑκάστης [1] ἀνθρώπων ὑποκρίσεως καὶ ἀπάτης. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἔστι μείζων Ἰωάννου, ἵνα μή τινες νομίσωσι
pag. 89. καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μείζονα εἶναι τὸν Ἰωάννην, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ὑπὸ γυναικὸς ἐγεννήθη, τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, διὰ πνεύματος ἁγίου, ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ἔφη ὅτι, Ὁ μικρότερος [2] αὐτοῦ, τουτέστι τῷ χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, μείζων αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ἐπειδὴ γὰρ μετὰ ἑξάμηνον ἐγεννήθη ὁ σωτὴρ τῆς Ἰωάννου γεννήσεως, δηλονότι μείζων αὐτοῦ ὤν. Ἦν γὰρ ἀεὶ, καὶ ἔστι. Τίνι δὲ τοῦτο οὐ δῆλόν ἐστιν; [3] Ἆρα γοῦν ματαίως τὰ πάντα παρ' αὐτοῖς πεποιήτευται, ἀπὸ ἀγαθῶν εἰς φαῦλα μεταβεβλημένα.

Κεφ. η'. Καὶ τὰ μὲν βιβλία αὐτῶν πολλά. Ἐρωτήσεις γάρ τινας Μαρίας ἐκτίθενται, ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ· εἰς ὄνομα δὲ τοῦ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται. Ἀποκαλύψεις δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν, εὐαγγέλια δὲ ἕτερα εἰς ὄνομα τῶν μαθητῶν συγγράψασθαι τετολμήκασιν, αὐτόν τε τὸν σωτῆρα ἡμῶν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν οὐκ αἰσχύνονται λέγειν, ὅτι αὐτὸς ἀπεκάλυψε τὴν αἰσχουργίαν ταύτην. Ἐν γὰρ ταῖς Ἐρωτήσεσι Μαρίας καλουμέναις Μεγάλαις (εἰσὶ γὰρ καὶ μικραὶ αὐτοῖς πεπλασμέναι) ὑποτίθενται αὐτὸν αὐτῇ ἀποκαλύπτειν, παραλαβόντα αὐτὴν εἰς τὸ ὄρος, καὶ εὐξάμενον, καὶ ἐκβαλόντα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ ἀρξάμενον αὐτῇ ἐγκαταμίγνυσθαι, καὶ οὕτως δῆθεν τὴν ἀπόρροιαν αὐτοῦ μεταλαβόντα δεῖξαι ὅτι δεῖ οὕτως ποιεῖν ἵνα ζήσωμεν, καὶ ὡς τῆς Μαρίας ταραχθείσης καὶ πεσούσης χαμαὶ, αὐτὸν πάλιν αὐτὴν ἐγείραντα εἰπεῖν αὐτῇ, Ἵνα τί ἐδίστασας ὀλιγόπιστε; Καί φασιν ὅτι καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτι, Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε, τὰ ἐπουράνια πῶς [1] πιστεύσετε; καὶ τὸ, Ὅταν ἴδητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀνερχόμενον ὅπου ἦν τὸ πρότερον, τουτέστι τὴν ἀπόρροιαν μεταλαμβανομένην ὅθεν καὶ ἐξῆλθε· καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, καὶ πίητέ μου τὸ αἷμα, καὶ τῶν μαθητῶν ταρασσομένων καὶ λεγόντων, Τίς δύναται τοῦτο ἀκοῦσαι; φασὶν ὡς περὶ τῆς αἰσχρότητος ἦν ὁ λόγος, διὸ καὶ ἐταράχθησαν, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. Οὔπω γὰρ ἦσαν, φασὶ, ἐν πληρώματι ἐστερεωμένοι. Καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν Δαβὶδ, Ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ

Cap. VII. — 1. ἀνθρώπων ἀξίας ὑποκρίσεως cod. Vatic.
2. αὐτοῦ, τουτέστι τῷ χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, μείζων αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ed. Petav., ex cod. Vaticano. Cod. Rhedig. et edit. princ. habent ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι, τουτέστι τῷ χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας.
3. ἄρα cod. Rhedig.
Cap. VIII. — 1. πιστεύσετε cod. Vatic. et ed. Petav. πιστεύσητε cod. Rhedig. et edit. princ.

commodaret, quod ii faciunt qui mollioribus vestibus induuntur? Minime vero. Non enim Ioannes arundo quaedam est hominum opinionibus agitata, vel qualibet eorum fraude ac simulatione concussa. Sed quoniam illud adiecerat, *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista*, ne quis Ioannem sibi persuaderet etiam ipso salvatore esse maiorem, quod is a muliere, nimirum beata semperque virgine Maria per spiritum sanctum esset genitus, ut nos contra hunc errorem instrueret, subiecit, *Qui minor est in regno coelorum, maior est illo.* Quod videlicet ratione temporis est ab eo dictum quo in hunc mundum humana carne praeditus advenit, quoniam sexto a Ioannis nativitate mense Christus est in lucem editus. Qui haud dubie maior erat illo, cum et sit semper et fuerit. Quis hoc vero potest ignorare? Frustra igitur ab illis excogitata sunt omnia, et ex bonis in mala conversa.

Caeterum libri penes illos quamplurimi sunt. Nam Interroga- Cap. VIII.
tiones quasdam Mariae venditant. Alii de eo quem diximus Ialdabaoth sub Sethi nomine complures libros suppositiios obtrudunt. Sed et Adami Revelationes alias, et alia item Evangelia falsa discipulorum nomine conscribere sunt ausi. Nec eos dicere pudet salvatorem nostrum ac dominum Iesum Christum eiusmodi per sese turpitudinem monstrasse. Etenim in Mariae interrogationibus quas Maiores vocant (sunt enim aliae Minores perinde commentitiae) huic illum patefecisse fingunt, cum eam in montem eduxisset, essetque precatus, ac producta de latere suo muliere cum ea rem habere coepisset, tum seminis sui profusione degustata monstrasset, ita, ut vivere possimus, esse faciendum. Addunt et perturbatam fuisse Mariam, atque humi cecidisse, eamque a Christo cum his verbis erectam: *Quare dubitasti modicae fidei?* Atque hoc ipsum esse volunt
quod in evangelio dicitur: *Si terrena dixi vobis, et non credidistis,* Ioann. 3, 12.
coelestia quomodo credetis? Item illud: *Cum videritis filium hominis eo ascendentem ubi erat prius*, hoc est, inquiunt, profluens semen eo unde exierat revertatur. Tum quod alibi scri-
ptum est: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis meum san-* Ioann. 6, 53.
guinem. Ad quae perturbatis discipulis, ac dicentibus, *Quis hoc potest audire?* de turpitudine sermonem eum institutum ferunt, ideoque turbatos retro pedem retulisse. Nondum enim perfecte corroborati erant ac stabiliti. Quo etiam Davidis illud dictum referunt:

τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐ-
pag. 90. τοῦ, περὶ τῆς αἰσχρότητος τοῦ ἀνδρὸς, [2] φασὶ, λέγει, Ἐπὶ τὴν ἔξοδον τῶν ὑδάτων, καὶ, Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει, τὴν τῆς ἡδονῆς ἐπίῤῥοιαν, [3] φασὶ, λέγει, καὶ, Τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, ὅτι οὐκ ἐῶμεν αὐτὸ χαμαὶ πεσεῖν, ἀλλὰ αὐτοὶ αὐτὸ ἐσθίομεν.

Κεφ. Θ'. Καὶ ἵνα μὴ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἐν μέσῳ ἄγων βλάψω μᾶλλον ἤπερ ὠφελήσω, τούτου χάριν τὰ πολλὰ ὑπερβήσομαι, [1] ἐπεὶ ἂν τὰ πάντα παρ᾽ αὐτοῖς [2] λεγόμενα κακῶς ἐνταῦθα παρατιθέμενος διηγόρευον. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, [3] φασὶ, τεθεικέναι τὴν Ῥαὰβ κόκκινον ἐν τῇ θυρίδι, οὐκ ἦν, [4] φασὶ, κόκκινον, ἀλλὰ τὰ μόρια τῆς γυναικείας φύσεως, καὶ τὸ κόκκινον αἷμα τῶν καταμηνίων λέγει. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, περὶ τούτου λέγει. Φασὶ δὲ εἶναι τὴν σάρκα ἀπολλυμένην, καὶ μὴ ἐγειρομένην· εἶναι δὲ ταύτην τοῦ Ἄρχοντος. Τὴν δὲ δύναμιν τὴν ἐν τοῖς καταμηνίοις καὶ ἐν ταῖς γοναῖς ψυχὴν εἶναί φασιν, ἣν συλλέγοντες ἐσθίομεν· καὶ ἅπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν κρέα, ἢ λάχανα, ἢ ἄρτον, ἤ τι ἕτερον, χάριν ποιοῦμεν ταῖς κτίσεσι, συλλέγοντες ἀπὸ πάντων τὴν ψυχὴν καὶ μεταφέροντες μεθ᾽ ἑαυτῶν εἰς τὰ ἐπουράνια. Διόπερ καὶ πάντων μεταλαμβάνουσι κρεῶν, λέγοντες, ἵνα ἐλεήσωμεν τὸ γένος ἡμῶν. Φάσκουσι δὲ τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶναι ἔν τε τοῖς ζώοις καὶ ἐν κνωδάλοις καὶ ἰχθύσι καὶ ὄφεσι καὶ ἀνθρώποις ἐγκατεσπάρθαι, καὶ ἐν λαχάνοις καὶ ἐν δένδρεσι καὶ ἐν γεννήμασι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν Φιβιωνῖται καλούμενοι ἀναφέρουσι τὰς αἰσχρὰς αὐτῶν θυσίας [5] τῆς πορνείας, τὰς ὑφ᾽ ἡμῶν ἐνταῦθα προειρημένας, ὀνόμασι τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, οἷς αὐτοὶ ἔπλασαν Ἀρχόντων δῆθεν, ἐμπαίζοντες τοῖς γυναικαρίοις καὶ λέγοντες, Μίγηθι μετ᾽ ἐμοῦ, ἵνα σε ἀνενέγκω πρὸς τὸν Ἄρχοντα. Καθ᾽ ἑκάστην δὲ μίξιν ὀνομάζουσιν ἑνὸς ὄνομά τινος βάρβαρον τῶν παρ᾽ αὐτοῖς [6] πεπλασμένων, καὶ δῆθεν εὔχονται λέγοντες, Προσφέρομέν σοι τῷ δεῖνι, ἵνα προσενέγκῃς τῷ δεῖνι. Τῇ δὲ ἄλλῃ πάλιν μίξει ἄλλῳ ὑποτίθενται ὡσαύτως προσφέρειν, ἵνα καὶ αὐτὸς τῷ ἄλλῳ. Καὶ ἕως ἂν ἔλθῃ, μᾶλλον δὲ κατέλθῃ τριακοσίας ἑξηκονταπέντε πτώσεις τῆς λαγνείας, καθ᾽ ἑκάστην ὄνομά τι ἐπικαλεῖται τὸ τοιοῦτο ἐργαζόμενος, καὶ ἄρχεται πάλιν κατιέναι διὰ τῶν αὐτῶν, τὰ αὐτὰ αἰσχρὰ ἐπιτελῶν καὶ ἐμπαίζων ταῖς ἠπατημέναις.
pag. 91. Ὅταν οὖν εἰς τοσοῦτον ἀριθμοῦ ὄγκον ἐλάσῃ ἑπτακοσίων τριάκοντα πτώσεων, λέγω δὴ μίξεων αἰσχρῶν, καὶ ὀνομάτων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς

2. φησὶ cod. Vatic.
3. φησὶ cod. Vatic.
Cap. IX. — 1. ἐπεὶ πῶς ἂν placuit Petavio.
2. λεγόμενα κακῶς ἐνταῦθα cod. Vatic., recte. κακῶς λεγόμενα ἐνταῦθα edit. Petav. λεγόμενα ἐνταῦθα cod. Rhedig. et edit. princ.

Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Psalm 1, 3. Atque in eo quod scriptum est, *Secus decursus aquarum,* indicari viri foeditatem asseruit: istud vero, *Quod fructum suum dabit in tempore suo,* voluptatis demonstrare proluviem. Nam quod additum est, *Et folium eius non defluet,* tum a nobis, inquiunt, perficitur, cum in terram decidere non patimur, sed ipsimet illud absumimus.

Ac ne prolatis illorum testimoniis plus detrimenti quam utilitatis Cap. IX. adferam, idcirco pleraque silentio praetermittam. Alioquin omnia quae ab illis dicuntur hoc loco explicando commemorarem. Nam quod in scriptura legimus Rhaab coccinum in fenestra posuisse, non Iosua 2. coccinum erat, inquiunt, sed muliebre pudendum, in quo coccineus color menstruum sanguinem significat. Quin etiam eodem illud spectat: *Bibe aquam de tuis vasis.* Prov. 5, 15. Siquidem interire carnem, nec excitari denuo praedicant, eamque ad Principem pertinere. Vim autem illam, quae in menstruis est ac semine, animam esse, quam collectam comedimus. Unde cum carnibus aut oleribus, aut pane, aut alio quopiam vescimur, bene de creatis rebus meremur, dum ex his omnibus animam corrogamus ac nobiscum in coelum evehimus. Ideoque genere omni carnium utuntur, ut generis, aiunt, nostri misereamur. Caeterum eandem inesse putant animalibus et bestiis et piscibus ac serpentibus animam, quae hominibus insit, nec non et oleribus et arboribus ac germinibus infusam. Iam vero qui ex iis Phibionitae vocantur execranda illa libidinis sacra, quae a nobis explicata sunt, CCCLXV nominibus adscribunt, quae Principum esse propria commenti sunt. Ita mulierculis illudentes, *Congredere mecum,* inquiunt, *ut te ad Principem perducam.* Tum ad singulos coitus barbarum aliquod unius ex illis nomen temere ab iis excogitatum pronunciant, ac nimirum hac formula precantur: *Tibi N. offerimus, ut N. vicissim offeras.* Inde alio rursus in congressu alteri se offerre praedicant, ut et is alteri repraesentet. Ita donec per CCCLXV libidinis ac lasciviae gradus ascenderint, vel descenderint potius, quoties Venerem repetunt, eiusmodi aliquod nomen appellant. Inde per eadem illa turpitudinis vestigia relabuntur, ac circumventis a se mulierculis illudunt. Postquam autem iterando saepius concubitu, ac fictis illis nominibus repetendis DCCXXX numerum implerunt, deinceps qui id egerit, palam de se praedi-

3. φησὶ codd. Vatic. et Rhedig.
4. φησὶ codd. Vatic. et Rhedig.
5. τὰ (repone τὰς) τῆς cod. Vatic.
6. πεπλασμένων cod. Vatic. Reliqui libri πεπλανημένων.

πεπλασμένων, τότε λοιπὸν τολμᾷ ὁ τοιοῦτος καὶ λέγει, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· ἐπειδὴ ἄνωθεν καταβέβηκα διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν τξε΄ Ἀρχόντων.

Κεφ. Ι. Τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ᾽ αὐτοὺς Ἀρχόντων ὀνόματα ταῦτα εἶναι [1] λέγουσι. Πολλοὺς λέγοντες, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν ἄρχοντα τῆς πορνείας, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν Σὴθ ἄρχοντα, ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ εἶναί φασι τὸν Δάδην· τέταρτον γὰρ ὑποτίθενται οὐρανὸν, καὶ τρίτον· πέμπτον δὲ ἄλλον οὐρανὸν, ἐν ᾧ φασιν εἶναι τὸν Ἐλωαῖον, τὸν καὶ Ἀδωναῖον. Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ φασὶν εἶναι οἱ μὲν τὸν Ἰαλδαβαὼθ, οἱ δὲ τὸν Ἠλιλαῖον. Ἄλλον δὲ ἕβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ· ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὐχὶ, ἀλλ᾽ ὁ Ἰαλδαβαώθ ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ· ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐρανῷ τὴν Βαρβηλὼ καλουμένην, καὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων, καὶ κύριον τὸν αὐτὸν αὐτοπάτορα, καὶ Χριστὸν ἄλλον αὐτολόχευτον· καὶ Χριστὸν τοῦτον τὸν κατελθόντα καὶ δείξαντα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην τὴν Γνῶσιν· ὃν καὶ Ἰησοῦν φασι, μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον, σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ᾽ ἢ μόνον δόκησιν εἶναι. Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Διόπερ ἐνετείλατο, φασὶ, τοῖς Ἰουδαίοις, χοῖρον μὴ ἐσθίειν· εἶναι δὲ αὐτὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν οὐρανῶν καὶ ἀγγέλων τῶν ἑαυτοῦ. Τὴν δὲ ψυχὴν ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι ἐντεῦθεν διαβαίνειν διὰ τῶν Ἀρχόντων τούτων, μὴ δύνασθαι δὲ διαπεράσαι, εἰ μή τι ἂν [2] τῆς Γνώσεως ἐν πληρώματι γένηται, μᾶλλον δὲ ταύτης τῆς καταγνώσεως, καὶ ἐμφορηθεῖσα διαδράσειε τῶν Ἀρχόντων καὶ τῶν Ἐξουσιῶν τὰς χεῖρας. Εἶναι δὲ δρακοντοειδῆ τὸν Ἄρχοντα τὸν κατέχοντα τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ καταπίνοντα μὲν τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐν γνώσει ὑπαρχούσας, καὶ διὰ τῆς κέρκου πάλιν ἐπιστρέφοντα εἰς τὸν κόσμον, [3] κἀντεῦθεν εἰς χοίρους καὶ εἰς ἄλλα ζῶα, καὶ πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἀναφερομένας. Εἰ δέ τις, [4] φασὶν, ἐν τῇ Γνώσει γένηται ταύτῃ, καὶ συλλέξει ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου διὰ τῶν ἐμμηνίων καὶ διὰ τῶν ῥύσεων
Pag. 92. τούτων τῆς ἐπιθυμίας, μηκέτι ἐνταῦθα κατέχεσθαι αὐτὸν, ἀλλὰ ὑπερβαίνειν τοὺς προειρημένους Ἄρχοντας, ἔρχεσθαι δὲ, [5] φασὶ, παρὰ τὸν Σαβαὼθ, καὶ πατεῖν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἀθυρογλώττως βλασφημοῦντες, καὶ οὕτως ὑπερβαίνειν εἰς τὸ ἄνω μέρος, ὅπου ἡ μήτηρ τῶν ζώντων ἡ Βαρβηρὼ, ἤτοι Βαρβηλὼ, καὶ οὕτω τὴν ψυχὴν σώζεσθαι. Ἔχειν δὲ καὶ τρίχας ὡς γυναικὸς τὸν αὐτὸν λέγουσιν οἱ τάλανες, νο-

Cap. X. — 1. *Vulgata distinctio est in editis* λέγουσι, πολλοὺς λέγοντες. ἐν μὲν *cett.*

2. τῆς γνώσεως ταύτης, μᾶλλον δὲ τῆς καταγνώσεως ἐν πληρώματος (*sic*) γένηται, καὶ ἐμφορηθεὶς (*sic*) διαδράσειε *cett. cod. Vatic.*

care non dubitat: Ego sum Christus; nam per CCCLXV nomina Principum ex alto descendi.

Maiorum porro Principum nomina haec esse memorat. In supremo, inquiunt, orbe residet Iao, in secundo Saclan, is qui stupris ac libidinibus praeest; in tertio Sethus, in quarto Daden statuunt: quippe quartum esse coelum asseverant, et tertium; ac rursus quintum, in quo Eloaeum collocant, qui idem et Adonaeus dicitur. At sextum occupare volunt alii Ialdabaoth, Elilaeum alii. Sed et septimum esse nonnulli definiunt, cui Sabaoth insideat. Quod ab aliis negatur, qui Ialdabaoth septimam illam stationem attribuunt. In octavo Barbeloni domicilium esse fingunt, nec non et universorum Parenti illi qui idem dominus sit, et suimetipsius pater, quemadmodum et alteri cuidam Christo, qui per sese sit in lucem editus. Tum vero Christum ibidem ipsum collocant, qui de coelo descendit, et eiusmodi Cognitionem humano generi contulit, quem etiam appellatum fuisse Iesum praedicant. Verum eundem negant de Maria natum, sed per Mariam ostensum asserunt; neque carnem aliter quam specie ipsa suscepisse. Quod ad Sabaoth pertinet, hunc asini quidam, alii porci figura constare censent. Ob idque Iudaeis, aiunt, suillis carnibus interdixerat. Hunc esse coelo terraeque conditorem, tum eorum qui consequuntur coelestium orbium, angelorumque suorum. Porro digredientem hinc animam per illos transire Principes, neque tamen penetrare posse, nisi Cognitione illa plenissime perfusa fuerit, vel condemnatione potius; qua quidem cumulata Principum istorum ac Potestatum manus effugiat. Addunt et huius mundi Praesidem draconis effigiem habere, ab eoque animas absorberi Cognitione illa destitutas, rursumque per caudam in hunc mundum refundi. Ex quo deinceps in porcorum aliorumque animantium corpora transfusae per eadem denuo vestigia sursum efferantur. Quod si quis, aiunt, ea fuerit Cognitione praeditus, seseque per menstrua illa ac libidinis profusionem ex hoc mundo collegerit, eum nihil hic detineri amplius, sed eos quos diximus praetergredi Principes, et ad Sabaoth usque pervenire, atque illius proculcare caput (ita enim sacrilege atque impudenter effutiunt), indeque ad supremum illud domicilium evadere, ubi viventium mater est Barbero, quae et ab illis Barbelo dicitur. Hanc esse animae rationem adipiscendae salutis. Illud vero praeterea infelices illi ad fabulam ad- Cap. X.

3. ἐνταῦθα *cod. Vatic.*

4. φησὶν *codd. Vatic. Rhedig.*

5. φησὶ *codd. Rhedig. Vatic.*

μίξοντες τὸ ὄνομα τὸ Σαβαὼθ ἄρχοντά τινα εἶναι, οὐκ εἰδότες ὅτι ὅπου λέγει, Τάδε λέγει κύριος Σαβαὼθ, οὐκ ὄνομά τινος εἶπεν, ἀλλ' ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος. Σαβαὼθ γὰρ ἑρμηνεύεται ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου Κύριος τῶν δυνάμεων. Ὅπου γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τὸ Σαβαὼθ ὄνομά ἐστι γεγραμμένον, δύναμιν ὑποφαίνει, ὅθεν ὁ Ἀκύλας πανταχοῦ τὸ Ἀδωναΐ Σαβαὼθ ἑρμηνεύει λέγων, Κύριος στρατιῶν. Οὗτοι δὲ κατὰ πάντα τρόπον ἐμμανέντες κατὰ τοῦ αὐτῶν δεσπότου τὸν μὴ ὄντα ζητοῦσι, καὶ τὸν ὄντα ἀπολωλέκασι, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς ἀπώλεσαν.

Κεφ. ια'. Ἄλλα δὲ ὅσα [1] φλυαροῦσιν ἐν οἷς περικακεῖν ἐστι τὰ τῆς αὐτῶν μανίας λέγειν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν γυναιξὶ μὴ πλησιάζοντες ταῖς ἰδίαις χερσὶ αὐτῶν ἑαυτοὺς φθείρουσι, τὴν δὲ αὐτῶν φθορὰν λαμβάνουσιν εἰς τὰς χεῖρας, καὶ οὕτως ἐσθίουσι, χρώμενοι σεσυκοφαντημένῃ μαρτυρίᾳ, [2] τῷ, Αἱ χεῖρες αὗται ἐπήρκεσαν οὐ μόνον ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ, καὶ [3] τῷ πάλιν, [4] Ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἵνα [5] δύνησθε καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι μεταδοῦναι. Ὡς καὶ περὶ τούτων, οἶμαι, ἐκινήθη τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῷ ἀποστόλῳ Ἰούδᾳ, λέγω δὴ ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ γραφείσῃ καθολικῇ ἐπιστολῇ. Ἰούδας δέ ἐστιν οὗτος ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου καὶ κυρίου λεγόμενος. Ὑπέδειξε γὰρ αὐτοὺς τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τῆς φωνῆς τοῦ Ἰούδα κατὰ τὰ κτήνη φθειρομένους καὶ φθείροντας, ὡς λέγει ὅτι, Ὅσα μὲν οὐκ οἴδασιν, ἀγνοοῦντες ἁλίσκονται, ὅσα δὲ οἴδασιν, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα φθείρονται. Κυνῶν γὰρ δίκην καὶ χοίρων τὴν ἀπ' αὐτῶν φθορὰν ἐπιτελοῦσιν. Οἱ κύνες γὰρ καὶ οἱ χοῖροι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα ζῶα, οὕτως φθείρονται, καὶ τὴν ἀπόρρυ-
pag. 93. σιν τὴν ἀπὸ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐσθίουσι. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι· Μιχαὴλ δὲ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος οὐκ ἤνεγκε λόγον βλασφημίας, ἀλλὰ εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι ὁ κύριος· οὗτοι δὲ ὅσα οὐκ οἴδασι, φυσικῶς βλασφημοῦσιν, ὅτι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τὰ μετὰ ἁγιασμοῦ ἡμῖν παραδοθέντα βλασφημοῦσιν, εἰς αἰσχρότητα αὐτοὶ μεταβαλλόμενοι. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἅτινα κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐτόλμησαν λέγειν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν, Ὡς τέ τινας τολμᾶν ἡμᾶς λέγειν, Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἀγαθὰ, ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι. Πόσας δὲ ἄλλας ἀγάγοιμι μαρτυρίας κατὰ τῶν βλασφήμων; Οὗτοι γὰρ οἱ ταῖς ἰδίαις

Cap. XI. — 1. φλυαροῦσιν *non habet cod. Vatic.*
2. *Libri vulgo* τὸ.
3. *Libri vulgo* τὸ.
4. ἐργαζόμενος *codd. Vatic. Rhedig.*
5. δύνηται *cod. Vatic.*

iunxerunt, eidem Sabaoth capillos esse muliebres; quod scilicet vocem illam Sabaoth Principis alicuius esse nomen arbitrentur, neque illud intelligant, ubicumque ita dicitur, *Haec dicit dominus Sabaoth*, non cuiuspiam id esse proprium nomen, sed praedicando potius numini velut quoddam laudationis vocabulum adhiberi. Quippe dominus Sabaoth idem Hebraice quod exercituum significat. Et quidem ubicumque vox illa Sabaoth in vetere testamento legitur, exercitum sonat. Itaque pro eo quod Hebraice scriptum est, *Adonai Sabaoth*, Aquila perpetuo, *Dominus exercituum* reddit. Sed isti furore atque amentia perciti ad domini sui iniuriam eum qui nusquam est inquirunt, et eum qui est reipsa, vel semetipsos potius, perdiderunt.

Sunt et aliae eorumdem innumerabiles nugae, nec sine taedio Cap. XI.
potest omnis istorum insania commemorari. Sed illud praetermitti non potest, quosdam ex horum esse numero, qui ita mulierum consuetudine abstinent, ut seipsos manibus suis conspurcent, iisque foedissimum libidinis virus excipiant atque eo vescantur, ad quod testimonium illud per summam calumniam detorquent: *Manus istae* Act. 20, 31.
suppeditarunt non mihi solum, sed et iis qui mecum sunt. Item istud: *Operantes manibus propriis, ut possitis iis qui non habent communi-* Eph. 4, 28.
care. De quibus adeo mihi commotus videtur in apostolo Iuda spiritus sanctus, hoc est in catholica illius epistola (Iudas ille porro est qui Iacobi, atque etiam domini frater appellatus est). In qua per apostoli vocem spiritus, inquam, sanctus, corruptos illos corruptores esse demonstrat, ut ibidem loquitur: *Quae enim nesciunt* Ep. Iud. v. 10.
ignorantes in illis capiuntur: quae vero norunt, in iis tanquam muta animalia corrumpuntur. Siquidem canum instar ac porcorum sua se corruptela turpitudinis inquinant. Hoc enim modo tam canes ac porci quam caetera se animantia corrumpunt, et profluentem e corporibus suis libidinis humorem delingunt. Atque illi revera carnem suam erumpente velut per somnium fluxione commaculant. *Dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant: at Michael* Ep. Iud. v. 8.
archangelus cum diabolo disputans de Moysi corpore blasphemiae sermonem non tulit, sed dixit, Increpet te dominus: hi autem quaecumque ignorant naturaliter blasphemant; dum sacrosanctis illis mysteriis quae cum sanctissimis religionibus nobiscum communicantur contumeliose illudunt, et ad spurcissimam flagitiosissimamque libidinem convertunt. Haec sunt quae adversus apostolos effutire sunt ausi, quemadmodum beatus apostolus scribit: *Adeo ut quidam haec a no-* Rom. 3, 8.
bis dici iactare audeant, Faciamus mala, ut eveniant bona; quorum iustum est iudicium. Quam vero multa testimonia suppetunt quae contra blasphemos illos in medium afferre possimus! Sed illi qui

χερσὶ φθειρόμενοι, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ οἱ ταῖς γυναιξὶ πλησιάζοντες, λοιπὸν κόρον μὴ λαβόντες τῆς μετὰ τῶν γυναικῶν πολυμιξίας, εἰς ἀλλήλους ἐκκαίονται, Ἄνδρες ἐν ἀνδράσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὴν ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Ἐξώλεις γὰρ οἱ αὐτοὶ γενόμενοι μακαρίζουσιν ἀλλήλους, [6] ὡς τὸ προκριτέον πρᾶγμα ἀναδεξάμενοι. Ἀλλὰ καὶ ἀπατῶντες τὸ αὐτοῖς πειθόμενον γυναικεῖον γένος, τὸ σεσωρευμένον ἁμαρτήμασι καὶ ἠγμένον ποικίλαις ἐπιθυμίαις, φάσκουσι ταῖς ἠπατημέναις ὑπ᾽ αὐτῶν ὅτι, Ἡ δεῖνα παρθένος, ἡ τοσαῦτα ἔτη ἐφθαρμένη, καὶ φθειρομένη καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν. Κόρον γὰρ οὐκ ἔχει παρ᾽ αὐτοῖς ἡ λαγνεία, ἀλλ᾽ ὅσον τις παρ᾽ αὐτοῖς αἰσχρουργὸς ἄνθρωπος, τοσοῦτον παρ᾽ αὐτοῖς ἐπαινετός. Ἐκείνας δέ φασιν εἶναι παρθένους, τὰς μηδέποτε ἐν κοσμικῇ μίξει γάμου κατὰ φύσιν τῆς συνηθείας γενομένας, ἕως καταβολῆς σπέρματος, ἀλλὰ μιγνυμένας μὲν ἀεὶ καὶ πορνευούσας, πρὸ δὲ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὴν ἡδονὴν ἀφιστώσας τὸν πονηροποιὸν αὐτῶν τῆς κοινωνίας φθορέα, καὶ λαμβανούσας τὴν προειρημένην αἰσχρότητα εἰς ἐδωδὴν, ὡς κατὰ τὸ ὅμοιον τοῦ Σηλὼμ πρὸς τὴν Θάμαρ κακοτροπίας, ἀλλὰ ἀπὸ παρθενίας τὴν τέχνην ταύτην [7] ἐπανῃρημένας, τοῦ φθείρεσθαι μὲν, μὴ ὑποδέχεσθαι δὲ τῆς φθορᾶς τὴν μίξιν καὶ τὴν ἀπόρροιαν. Βλασφημοῦσι δὲ οὐ μόνον τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ἠλίαν, καὶ πάντα
pag. 94. [8] τὸν χορὸν τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν θεὸν τὸν ἐκλεξάμενον αὐτούς.

Κεφ. ιβ'. Ἄλλα δὲ μυρία παρ᾽ αὐτοῖς πεπλασμένα γραφεῖα τετόλμηται. Γένναν μὲν γὰρ Μαρίας βιβλίον τί φασιν εἶναι, ἐν ᾧ δεινά τε καὶ ὀλέθρια ὑποβάλλοντές τινα ἐκεῖσε λέγουσιν. Ἐκ τούτου γάρ φασι τὸν Ζαχαρίαν ἀπεκτάνθαι ἐν τῷ ναῷ, ἐπειδὴ, [1] φασὶ, ὀπτασίαν ἑώρακε, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου θέλων εἰπεῖν τὴν ὀπτασίαν ἀπεφράγη τὸ στόμα. Εἶδε γὰρ, [2] φασὶν, ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς θυμιάματός τινα, ὡς ἐθυμία, ἄνθρωπον ἑστῶτα [3] ὄνου μορφὴν ἔχοντα. Καὶ ἐξελθόντος, [4] φασὶ, καὶ θέλοντος εἰπεῖν, Οὐαὶ ὑμῖν, τίνι προςκυνεῖτε; ἀπέφραξεν αὐτοῦ τὸ στόμα ὁ ὀφθεὶς αὐτῷ ἔνδον ἐν τῷ ναῷ, ἵνα μὴ δύνηται λαλῆσαι. Ὅτε δὲ ἠνοίγη τὸ στόμα αὐτοῦ, ἵνα λαλήσῃ, τότε ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν, καὶ οὕτως, [5] φασὶν, ἀπέθανε Ζαχαρίας. Διὰ τοῦτο γὰρ [6] ὁ ἱερεὺς προςετάγη ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασὶν, ἔχειν

6. *Suspicor* ὥς τι.
7. ἐπανῃρημένας *ego rescripsi pro* ἐπανειρημένας, *quod in libris vulgo extat.*
8. τὸν *cum Petavio adieci ex cod. Vatic. Non extat in ed. princ. et cod. Rhedig.*

Cap. XII. — 1. φησὶ *codd. Vatic. Rhedig.*
2. φησὶν *codd. Vatic. Rhedig.*
3. *Hinc illa fabula de Onocoete Christianorum deo, de qua Tertull. Apolog. cap.* 16.

suis ipsi manibus abominandam libidinem exercent, qui cum mulieribus se commiscent, assiduo illarum usu nequaquam exsatiati in semetipsos exardescunt, *Viri*, inquam *in viros*, sicut scriptum est, Rom. 1, 27.
mercedem erroris sui in semetipsis recipientes. Etenim perditi profligatique homines beatos se invicem praedicant, tanquam praecipuum quiddam facinus ac singulare susceperint. Quinetiam mulierculis quas sibi morigeras habent, illudentes, *Mulierculis*, inquam, *onu-* 2. Tim. 3, 6.
stis peccatis, ac multiplicibus cupiditatibus abductis, identidem narrant, hanc, quam videlicet nominant, esse virginem, cum ante multos iam annos vitiata fuerit, ac quotidie constupretur. Apud illos quippe satietas libidinis nulla; et quo foediora quisque perpetraverit, eo maiori omnium laude ac praedicatione celebratur. Virgines porro illas appellant quae nunquam legitimo nuptiarum usu ac naturali illa consuetudine ita perfunctae sunt, ut infusum semen exciperent, sed quae licet assiduis se stupris flagitiisque contaminent, tamen antequam libido omnis impleatur perditissimum suum illum admissarium excutiunt, illasque quas diximus turpissimas sordes ad vescendum excipiunt. In quo immane illud horrendumque Sellomi Gen. 38.
cum Thamare facinus imitantur, utpote quae servandae virginitatis artificium illud susceperint, ut cum assidue corrumpantur, nullam tamen ex ea corruptela infusionem seminis admittant. Neque vero aut Abraamum, duntaxat, aut Moysen atque Eliam, adeoque prophetas omnes sed et deum ipsum a quo sunt electi contumeliose traducunt.

Infinita porro penes illos sunt supposititia atque impudenter con- Cap. XII.
ficta monumenta. Cuiusmodi est qui De Progenie Mariae liber inscribitur, in quo horribilia quaedam ac detestanda illorum dicta continentur. Velut inter alia, eam Zachariae necis in templo caussam extitisse, quod cum visum quoddam illi esset oblatum, idque prae metu significare vellet, os ei primo praeclusum sit. Viderat autem, inquiunt, cum incensi hora suffiret, asini figura stantem hominem, ac cum egredi vellet, itaque proloqui, Vae vobis, quem enim tandem adoratis? ab eo qui in templo intus apparuit oris illi, ne efferre posset, usus interclusus est; post autem ubi vox eidem est restituta, atque hoc in Iudaeos arcanum evulgavit ab illis interfectus est. Haec, inquiunt, Zachariae mortis occasio fuit. Addunt eandem illam ob caussam iussum a legislatore pontificem tintinnabula gestasse, ut quoties ad functionem suam obeundam ingrederetur, cre-

4. φησὶ *cod. Vatic.*
5. φησὶν *cod. Vatic.*
6. ὁ ἱερεὺς προςετάγη ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασὶν *codd. Vatic. Rhedig.* ὁ ἱερεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος προςετάγη, φασὶν *ed. Petav. In edit. princ. desideratur vox* προςετάγη.

κώδωνας, ἵν' ὅταν εἰςέρχηται ἱερατεῦσαι, τὸν [7] κτύπον ἀκούων τῶν κωδώνων κρύπτηται ὁ προςκυνούμενος, ἵνα μὴ φωραθῇ τὸ [8] ἰνδαλματικὸν τῆς μορφῆς αὐτοῦ πρόςωπον. Ἔστι δὲ τὸ πᾶν τῆς εὐηθείας αὐτῶν ἐπιτήδευμα εὐθυέλεγκτον καὶ χλεύης ἔμπλεον. Εἰ γὰρ ἦν ὅλως ὁρατὸς ὁ ἱερουργούμενος, οὐδὲ κρυβῆναι ἠδύνατο· εἰ δὲ ὅλως κρυβῆναι ἠδύνατο, οὐκέτι ἦν ὁρατός. Καὶ ἑτέρως πάλιν πρὸς αὐτοὺς ῥητέον ὅτι εἰ ὁρατὸς ἦν, σῶμα ἄρα ἦν, καὶ οὐκ ἦν πνεῦμα, εἰ δὲ πνεῦμα ἦν, οὐκέτι ἐν ὁρατοῖς ἐξετάζεται. Πῶς οὖν τὸ οὐκ ἐν ὁρατοῖς ἐξεταζόμενον ἀπὸ τοῦ κτύπου τῶν κωδώνων τῆς ἑαυτοῦ συστολῆς προενοεῖτο; Ἔχον γὰρ τὸ ἀόρατον κατὰ φύσιν οὐκ ἂν ὠπτάνετο, εἰ μὴ ἤθελεν. [9] Εἰ καὶ ὤφθη δὲ, οὐκέτι κατὰ ἀνάγκην ἐφαίνετο, τῆς φύσεως αὐτὸν ἀγούσης εἰς τὸ φαίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ χάριν, οὐ φόβῳ καὶ προλήψει, παρὰ προςδοκίαν [10] ἄνευ κτύπου εἰς τὸ δῆλον καθιστῶντος τὴν αὐτοῦ ὀπτασίαν. Καὶ οὕτως κατὰ πάντα τρόπον διέπεσεν ὁ αὐτῶν ψευδὴς καὶ παραπεποιημένος λόγος. Καὶ πολλά ἐστιν ἄλλα ἃ λέγουσι ληρώδη· καί τοί γε τοῦ Ζαχαρίου μὴ ἀποκτανθέντος εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ ἐπιμείναντος ἡμέρας μετὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου γέννη-
pag. 95. σιν, καὶ προφητεύσαντος περὶ τοῦ Ἰωάννου καὶ περὶ τῆς παρουσίας κυρίου καὶ ἐνσάρκου γεννήσεως ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας διὰ πνεύματος ἁγίου, ὡς λέγει, Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προςώπου κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει, καὶ τὰ ἑξῆς. Πόσα δὲ ἄλλα ἔστιν εἰπεῖν περὶ τῆς αὐτῶν ψευδηγορίας καὶ τοῦ αὐτῶν μιασμοῦ;

Κεφ. ιγ'. Οἱ δὲ Λευῖται παρ' αὐτοῖς καλούμενοι οὐ μίσγονται γυναιξὶν, ἀλλὰ ἀλλήλοις μίσγονται. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ προκριτέοι παρ' αὐτοῖς δῆθεν καὶ ἐπαινετοί. Καταγελῶσι δὲ λοιπὸν τῶν τὴν πολιτείαν ἀσκούντων, καὶ ἁγνείαν, καὶ παρθενίαν, ὡς εἰς μάτην τὸν κάματον ἀναδεδεγμένων. Προςφέρουσι δὲ εἰς ὄνομα Φιλίππου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ εὐαγγέλιον πεπλασμένον, ὅτι φησὶν, Ἀπεκάλυψέ μοι ὁ κύριος τί τὴν ψυχὴν δεῖ λέγειν ἐν τῷ ἀνιέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ πῶς ἑκάστῃ τῶν ἄνω Δυνάμεων ἀποκρίνεσθαι· ὅτι ἐπέγνων ἐμαυτήν, φησὶ, καὶ συνέλεξα ἐμαυτὴν πανταχόθεν, καὶ οὐκ ἔσπειρα τέκνα τῷ Ἄρχοντι, ἀλλὰ ἐξερρίζωσα τὰς ῥίζας αὐτοῦ, καὶ συνέλεξα τὰ μέλη τὰ διεσκορπισμένα, καὶ οἶδά σε τίς εἶ· ἐγὼ γὰρ, φησὶ, τῶν ἄνωθέν εἰμι. Καὶ οὕτως, φησὶν, ἀπολύεται. Ἐὰν δὲ, φησὶν, εὑρεθῇ γεννήσασα υἱὸν, κατέχε-

7. κτύπον codd. Vatic. Rhedig. τύπον ed. princ.
8. ἰνδαλτικὸν cod. Vatic.
9. εἰ καὶ ὤφθη δὲ cod. Vatic. εἰ δὲ καὶ ὤφθη δὲ cod. Rhedig., et editorum uterque.

pitaculorum strepitu is qui adorabatur admonitus sese e medio subtraheret, ne cum larva illa ac turpi effigie deprehenderetur. Enimvero stolidum illud stultissimorum hominum commentum cum ad convincendum perfacile est, tum risu ac ludibrio dignum. Etenim sive is erat omnino, cui haec sacra faciebant, aspectabilis, occultari minime poterat: sive occultari penitus poterat, non iam erat aspectabilis. Quod item alio modo contra eosdem urgeri potest. Si enim videri poterat, corpus utique erat, non spiritus: sin fuisse spiritum dixerint, non inter ea censendus erit quae discerni oculis possunt. Quid igitur attinebat eum qui oculorum sensu percipi nequiret illo tintinnabulorum sonitu fugae suae latebraeque consulere? Cum enim id natura insitum haberet ut videri non posset, profecto nisi vellet a nemine videretur. Quod vero esset ab aliquo conspectus, non illud necessitate contingeret, quasi cum in lucem et apertum natura produxisset, sed indulgentia quadam potius, neque ita ut subito metu atque ex improviso praeterque expectationem, suppresso illo sonitu, palam se videndum praeberet. Ita omni ex parte falsa illorum atque ementita ratio concidit. Sed alia quaedam plurima sunt quae nugatorie atque inaniter iactare solent. Atqui neque illico est interfectus Zacharias et post ortum Ioannis adhuc vixit, deque eo ac de Christi adventu et eiusdem secundum carnem per spiritum sanctum e beata virgine Maria generatione vaticinatus est his verbis: *Et tu* Luc. 1, 76.
puer propheta altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem domini parare vias eius, ad convertenda corda patrum in filios et inobsequentes ad prudentiam etc. Quanta vero ad eorum mendacia convincenda, contraque abominandam illam libidinem a nobis afferri possunt!

Atque ut de illorum Levitis, sic enim appellant, nonnihil dica- Cap. XIII.
mus, isti non cum mulieribus, sed secum invicem miscentur, ac scilicet praecipua inter illos dignitate ac laude commendantur. Tum vero eos omnes derident qui monasticum vitae genus amplexi sunt, aut castitatem virginitatemque profitentur, quod frustra id sibi molestiae ac laboris imponant. Praeterea Evangelium quoddam sub Philippi sanctissimi Christi discipuli nomine circumferunt, in quo ista narrantur: *Mihi*, inquit, *dominus aperuit, quibus anima verbis uti cum in coelum ascendit, ac quemadmodum unicuique coelestium Virtutum respondere debeat: nimirum, Ego meipsam agnovi, atque undiquaque collegi: neque Principi filios genui, sed eius radices extirpavi, ac dissipata membra in unum coegi, teque adeo qui sis novi: Sum enim e coelestium numero.* Atque hoc modo, inquiunt, illa dimittitur. Sin

10. *Male vertit Petavius „suppresso illo sonitu", praveque distinxit, non post* προλήψει, *sed post* κτύπου.

ται κάτω, ἕως ἂν τὰ ἴδια τέκνα δυνηθῇ ἀναλαβεῖν καὶ ἀνελκύσαι εἰς ἑαυτήν. Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ ληρώδη αὐτῶν καὶ μυθώδη. Ὡς καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἠλία τολμῶσι βλασφημεῖν καὶ λέγειν, ὅτι φησὶν, Ὅτε ἀνελήφθη, κατεβλήθη πάλιν εἰς τὸν κόσμον. Ἦλθε γὰρ, φησὶ, μία δαίμων, καὶ ἐκράτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι, Ποῦ πορεύῃ; ἔχω γὰρ τέκνα ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐ δύνασαι ἀνελθεῖν καὶ ὧδε ἀφεῖναι τὰ τέκνα σου. Καὶ, φησὶ, λέγει, Πόθεν ἔχεις τέκνα ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐγὼ ἤμην ἐν ἁγνείᾳ; Λέγει, φησὶ, Ναὶ, ὅτε ἐνυπνίοις ἐνυπνιαζόμενος πολλάκις ἐν τῇ ἀποῤῥοίᾳ τῶν [1] σπερμάτων ἐκενώθης, ἐγὼ ἤμην ἡ μεταλαβοῦσα ἀπὸ σοῦ τὰ σπέρματα καὶ γεννῶσά σοι υἱούς. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. Πῶς γὰρ δύναται δαίμων πνεῦμα ὂν ἀκάθαρτον καὶ ἀσώματον [2] σωμάτων μεταλαμβάνειν; Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σωμάτων μεταλαμβάνει καὶ κυίσκει, οὐκέτι ἐστὶ πνεῦμα, ἀλλὰ σῶμα·
pag. 96. σῶμα δὲ ὂν, πῶς ἐστιν ἀόρατον καὶ πνεῦμα; Καὶ πολλὴ ἀτοπία τῆς αὐτῶν μωρολογίας. Βούλονται γὰρ τὴν κατ' αὐτῶν μαρτυρίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Ἰούδα μᾶλλον εἰς ἑαυτοὺς δῆθεν ἐπάγεσθαι, ἐν τῷ λέγειν, Καὶ οἱ μὲν ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ [3] βλασφημοῦσι. Οὐκ εἶπε δὲ ὁ μακάριος Ἰούδας ἀδελφὸς τοῦ κυρίου περὶ ἐνυπνιαζομένων ἐν σώμασιν. Εὐθὺς γὰρ ἐπιφέρει καὶ δεικνύει ὅτι περὶ τῶν ἐνυπνιαζομένων λέγει τῶν λαλούντων ὡς δι' ὀνειράτων τὰ αὐτῶν ῥήματα, καὶ οὐκ ἀνανήψει γρηγορήσεως λογισμῶν. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ διδασκάλων λέγει Ἡσαΐας, Πάντες κύνες [4] ἐννεοὶ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὧδε δὲ ἐν τῇ τοῦ Ἰούδα ἐπιστολῇ δείκνυσι λέγων, Ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, ἃ οὐκ οἴδασι λέγοντες· καὶ ἔδειξεν ὅτι οὐ περὶ τῆς ἐνυπνιάσεως λέγει τοῦ ὕπνου, ἀλλὰ περὶ τῆς μυθώδους αὐτῶν τραγῳδίας καὶ ληρολογίας, ὡς διὰ ὕπνου λεγομένης, καὶ οὐκ ἀπὸ ἐῤῥωμένης διανοίας.

Κεφ. ιδ'. Περικακῶ δὲ ὡς ἀληθῶς τὰ πάντα ἐξειπεῖν. Θεοῦ γάρ ἐστι μόνου ἀποκλεῖσαι τὸν βυθὸν τῆς δυσοδμίας ταύτης. Καὶ παρελεύσομαι ἐκ τοῦ τύπου, εὐξάμενος τῷ παμβασιλεῖ θεῷ, μηδένα εἰς τὸν βόρβορον ἐγκαταπαγῆναι, μηδὲ ἐμαυτοῦ τὴν ἔννοιαν μεταλαβεῖν τῆς δυσώδους ἀκαθαρσίας. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐκκόπτει αὐτῶν πᾶσαν ῥίζαν τῆς κακίας, περὶ χηρῶν νεωτέρων παραγγέλλων, Χήρας, φησὶν, νεωτέρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιᾶσαι τοῦ Χριστοῦ

Cap. XIII. — 1. σπερμάτων *reposui pro* σωμάτων, *quod omnes libri retinent.* 2. *Pro* σωμάτων *fortasse est* σπέρματα *rescribendum.* 3. βλασφημοῦσιν *cod. Vatic.* βλασφημοῦσι *edit. Petav.* ἀθετοῦσιν *cod. Rhedig. et edit. princ. Cf. supra cap.* 11. 4. ἐννεοὶ *cod. Rhedig. et edit. princ.* ἐνεοὶ *edit. Petav.*

autem sobolem propagasse reperitur, tamdiu infra detinetur, donec filios suos recipere potuerit et ad semetipsam attrahere. Hae sunt nugae illorum ac somnia. Velut etiam illa sunt quae in sanctum Eliam execrandae cuiusdam plena contumeliae praedicare non verentur: eum cum in coelum evectus esset rursus in hunc mundum fuisse deiectum. Venit enim, inquiunt, e numero feminarum daemonum una quae illum superavit. Et quo tu tandem dixit? Ego enim a te liberos habeo, neque sursum evolare potes atque hic tuos relinquere. Ad haec respondente Elia, Et undenam de me filios illos habuisti, cum ego castimoniam perpetuo servaverim? Sane, inquit illa: cum enim in somnis effusione seminis saepe corpus exhaurires, ego abs te illud excepi, tibique filios peperi. Quam vero ab illis inepte ista dicuntur! Quomodo enim daemon impurus expersque corporis spiritus de corporibus participare quidpiam potest? Nam si a corporibus ei communicatur aliquid ut pariat, corpus erit, non spiritus. Si corpus est, quomodo fugere oculorum conspectum aut spiritus esse poterit? Sed et illorum absurda cumprimis stoliditas est, cum illud ex epistola Iudae testimonium, quo eorum error convincitur, ad huius ipsius patrocinium accommodant: *In somnis,* Ep.Iud. v.8.
inquit, *carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.* Verum beatus Iudas domini frater non de iis loquitur qui per insomnium fluxione venerea contaminantur. Statim quippe subiungit ostenditque de eiusmodi se somniantibus loqui qui sermones suos velut in somnis, non experrecti ac vigilantes, instituunt. Siquidem et de Hierosolymitanis doctoribus Esaias ita loquitur: *Omnes canes muti non valentes latrare, somniantes in cubili,* et Esai. 56, 11.
caetera. Quod idem in hac Iudae epistola declaratur his verbis, *Somniantes cubile, quae nesciunt dicentes.* Ubi de dormientium insomniis minime se loqui velle demonstrat, sed de falsis illorum tragoediis ac nugis, quas sic tanquam in somnis, nec firmo et constanti animo pronunciant.

Enimvero pudet me omnia illorum arcana detegere? Solius enim Cap. XIV.
est dei profundissimam hanc tanti foetoris voraginem obstruere. Quamobrem ab eo loco digrediar, hoc unum ab omnium moderatore deo postulans, ne quis in illud coenum demergatur, neve animum meum foedissima haec impuritatis labes inficiat. Primum enim apostolus Paulus omnes istiusmodi nequitiae radices excidit, cum de iunioribus viduis ista praescribit. *Viduas*, inquit, *adolescentiores de-* 1. Tim. 5, 11.
vita: cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes

γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν· ἀλλὰ γαμείτωσαν, τεκνοποιείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν. Εἰ δὲ ὁ ἀπόστολος λέγει τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, οὗτοι δὲ παραιτοῦνται τὴν τεκνογονίαν, ὄφεώς ἐστι καὶ κακῆς διδασκαλίας τὸ ἐπιχείρημα. Ἡττώμενοι γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς πορνείας ἐπινοοῦσιν ἑαυτοῖς ἀκαθαρσίας προφάσεις, ὅπως δόξωσι πληροφορεῖν τὴν ἑαυτῶν ἀσέλγειαν. Καὶ ἔδει μὲν ἀληθῶς ταῦτα μήτε λέγεσθαι, μήτε ἐν συντάγμασι καταξιοῦσθαι γράφεσθαι, θάπτεσθαι δὲ ὥςπερ νεκρόν τινα ὀδωδότα καὶ λοιμώδη ἀποφορὰν πνέοντα, ἵνα μὴ καὶ δι' ἀκοῆς λυμήνηται τοὺς ἀνθρώπους.
pag. 97. *Καὶ εἰ μὲν παρεληλύθει ἡ τοιαύτη αἵρεσις, καὶ οὐκέτι ἦν ἐν τῷ βίῳ, ἀγαθὸν ἦν ταύτην θάψαι, καὶ μήτε ὅλως περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἔστι καὶ πράττεται, προετράπημεν δὲ ὑπὸ τῆς ὑμῶν τιμιότητος περὶ πάντων εἰπεῖν, μέρη αὐτῆς διηγησάμην ἀναγκασθεὶς, ἵνα τὸ φιλάληθες μὴ παρασιωπήσω, ἀλλὰ ὑφηγήσομαι, εἰς ἀποτροπὴν μὲν τῶν ἀκουόντων, εἰς αἰσχύνην δὲ τῶν πραττόντων. Πόθεν γὰρ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι τοὺς παρ' αὐτοῖς φόνους καὶ τερατώδη ἔργα καὶ τελετὰς διαβόλου ἐξ ἐπινοίας τοῦ αὐτοῦ διαβόλου τοῖς ἐμβεβροντημένοις δοθείσας;*

Κεφ. ιε'. *Καὶ εὐθὺς μὲν οὖν ἐλέγχονται εἰς ὃ φαντασιοῦνται καὶ προφασίζονται περὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ πρώτῳ Ψαλμῷ εἰρημένου ὅτι, Δώσει τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται. Ἀνωτέρω γὰρ κεῖται ὅτι, Ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Νόμον δὲ οὗτοι καὶ προφήτας ἀρνοῦνται. Εἰ δὲ νόμον κυρίου ἀρνοῦνται, σὺν τῷ νόμῳ καὶ τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ συκοφαντοῦσι. Πλανῶνται δὲ καθ' ὑπόνοιαν καὶ ἐκπεπτώκασι τῆς ἀληθείας, κρίσιν τε οὐχ ἡγοῦνται, οὔτε ἀνάστασιν ὁμολογοῦσιν. Ὅσα δὲ πράττουσιν ἐν τῷ σώματι ἡδονῆς ἔμπλεοι γινόμενοι, ταῦτα ἀποκαρποῦνται ἐκβακχευόμενοι ταῖς τοῦ διαβόλου ἡδοναῖς τε καὶ ἐπιθυμίαις, ὡς πάντη καὶ πανταχοῦ ἐλέγχονται ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου. Ἰωάννης γὰρ λέγει, Εἴ τις ἔρχεται, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ φέρει τὴν διδαχὴν ταύτην — καὶ ποίαν; φησίν· ἣ οὐχ ὁμολογεῖ Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα — Ἀντίχριστός ἐστι. Καὶ νῦν Ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὡς μὴ τῶν ὁμολογούντων τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα Ἀντιχρίστων ὑπαρχόντων. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγει, Οἱ καταξιωθέντες τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' ἰσάγγελοί εἰσιν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἵνα δείξῃ τὴν σαφῆ ἁγνείαν καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγιάζειν ἁγιαστείαν, φάσκει τῇ Μαρίᾳ,*

damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: nubant igitur, et filios procreent, matres familias sunto. Cum ergo procreare liberos ac familiae praeesse iubeat apostolus, isti vero a susceptione liberorum abhorreant, plane hoc a venenato serpente pessimaque disciplina facinus profectum est. Dum enim libidinum suarum voluptati succumbunt, certas sibi perpetrandorum flagitiorum occasiones arcessunt, quo effrenatae suae cupiditati ac luxuriae satisfaciant. Sane illa omnia ne commemorari quidem oportebat, neque ullam eorum in scriptis extare memoriam, sed tanquam mortui cadaver foetidi ac pestiferi cuiusdam afflatus in sepulcrum abiici, ne vel auditu ipso mortalium generi perniciem afferret. Et quidem si ea penitus praeterisset haeresis, neque in mundo superesset amplius, sepeliri operae pretium erat, neque ullam eius mentionem fieri. Nunc cum et revera hodie sit, et factis ipsis exprimatur, meque vos ut de omnibus dicerem hortati fueritis, aliqua illam ex parte coactus a vobis attigi, ne susceptum veritatis studium praetermittam, sed id omne partim ad eos qui audierint deterrendos, partim ad eos qui ista perpetrant pudore afficiendos exponam. Quae enim probandi ratio est, qua non id efficere possimus parricidia illa immaniaque quae ab iis committuntur scelera, malique daemonis ritus ac ceremonias, eiusdem instinctu daemonis furiosis illis ac vecordibus constituta fuisse?

Atqui primum illud statim quod sibi fingunt, atque e priore Psal- Cap. XV.
mo de arbore commemoratum proferunt, nullo negotio refellitur: *Quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet.* Psalm. 1, 3.
Paulo enim ante scriptum est, *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* At isti legem pariter ac prophetas repudiant. Quam quidem legem si respuunt, cum hac illum quoque calumniantur, qui in lege locutus est. Verum et hac opinione sua falluntur, et a veritate longius aberrant. Neque ullum vero iudicium fore, neque mortuos ad vitam excitandos esse pronunciant. Quae porro in voluptatem ac luxuriem effusi suamet in corpora committunt, eorum fructum percipiunt, dum a daemone libidinum illecebris ac cupiditatum stimulis agitantur; quemadmodum ipsa veritatis oratione perpetuo atque ubique redarguuntur. Sic enim inter alios Iohannes loquitur: *Si quis* 2. Ioann. 7.
venit ad vos, et non affert hanc doctrinam. Quamnam? inquit. *Quae* 1. Ioann. 2, 22. 18.
scilicet Christum cum carne venisse non confitetur: Antichristus est: et nunc Antichristi multi prodierunt. Quasi qui Christum cum carne venisse negent sint Antichristi. Quinetiam hoc ab ipso salvatore
dictum est: *Qui in regnum coelorum admissi sunt, neque ducunt uxo-* Matth. 22, 30.
res neque nubunt, sed angelis aequales sunt. Neque illud tantum; sed ut insuper manifestam absolutamque castimoniam ac sanctitudinem, qua et caeteros sanctos efficiebat, ostenderet, sic Mariam alloqui-

Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα· ἵνα δείξῃ τὴν ἁγνείαν ἀμέτοχον σωμάτων καὶ ἀμιγῆ. Ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει [1] προθεσπίζον τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διὰ τοὺς πρώην καὶ μετέπειτα, pag. 98. *Μακαρία στεῖρα ἡ ἀμίαντος, ἥτις οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι, καὶ εὐνοῦχος, ὃς οὐκ εἰργάσατο χερσὶν ἀνόμημα·* ἵνα παρακόψῃ καὶ τὰ διὰ τοῦ μύθου αὐτῶν ἐν χερσὶν αἰσχρουργήματα.

Κεφ. ιϛ'. Πόσα δὲ ἄλλα ἔστιν εἰπεῖν, ὡς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, *Ἡ μὲν ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ.* Τοῦτο δέ φησι δεῖξαι τὴν ἁγνείαν ἐν ἀληθείᾳ ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιτρεπόμενος οὐ παρέργως. Ἔπειτα δὲ περὶ τῶν τὸν γάμον ἐχόντων τὸν σεμνὸν λέγει, *Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός.* Ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν ἐκβοᾷ, γράφων Ῥωμαίοις τὰ αἰσχρὰ ἀποκαλύπτων, τῶν τὰς κακοπραγίας ἐργαζομένων, λέγων, *Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν·* καὶ περὶ τῶν ἀρρένων ὅτι, *Ἄρρενες ἐν ἄρρεσι τὴν αἰσχημοσύνην κατεργαζόμενοι.* Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ περὶ τούτων λέγει ὅτι, *Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Καὶ πάλιν, Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, κεκαυτηριασμένων τὴν συνείδησιν·* ὅτι τὸ μὲν γαμεῖν μετὰ σωφροσύνης καὶ τεκνογονεῖν κωλύουσι, καιόμενοι δέ εἰσι τῇ συνειδήσει λαγνεύοντες μὲν καὶ φθειρόμενοι, κωλύοντες δὲ τεκνογονεῖν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη θυσία βορβορώδης τις οὖσα ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν διὰ τοῦ προφήτου ὑποδείκνυται ὄφεως οὖσα σάρξ, καὶ οὐχὶ τοῦ κυρίου, μὴ γένοιτο, λέγοντος οὕτως ὅτι, *Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, καὶ ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι.* Βρῶμα γὰρ ὡς ἀληθῶς ὄφεως ἡ τούτων μυσαρὰ θρησκεία, καὶ Αἰθίοπες μεμελανωμένοι τῇ ἁμαρτίᾳ οἱ ταύτην τὴν [1] τελετὴν τοῦ νῦν μὲν δαίμονος Διὸς, πάλαι δὲ γόητος, τοῦ παρά τισι θεοῦ μάτην νενομισμένου, τελοῦντες. Ἐκ γὰρ Ἑλληνικῶν μύθων πᾶσαι αἱ αἱρέσεις συνάξασαι ἑαυταῖς τὴν πλάνην κατέβαλον, μεταποιήσασαι εἰς ἄλλην διάνοιαν χείρονα. Παρεισφέρουσι γὰρ οἱ ποιηταὶ τὸν Δία τὴν Μῆτιν θυγατέρα ἑαυτοῦ καταπιόντα. Βρέφος δὲ οὐκ ἂν καταπίοι, ὡς καὶ ὁ pag. 99. ἅγιος Κλήμης καταγελῶν τῆς τῶν θεῶν τῶν Ἑλλήνων αἰσχρουργίας εἶπεν, ὅτι τὴν Μῆτιν καταπιὼν οὐχὶ βρέφος ἠδύνατο καταπιεῖν, ἀλλὰ τὴν γονὴν τὴν ἰδίαν.

Cap. XV. — 1. *Vulgo* προθεσπίζων. Cap. XVI. — 1. *Cod. Rhedig. cum edit. princ.* τελευτήν.

tur: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum;* ut expertem corporum castitatem nullaque contagione pollutam exprimeret. (Ioann. 20, 17.) Ad haec alio in loco spiritus sanctus tam ob priores illos quam posteriores hoc modo vaticinatus est: *Beata sterilis incoinquinata, quae nescivit torum in delicto, et spado qui non operatus est manibus suis iniquitatem;* (Sap. 3, 13.) ut vel ea voce illam quam fabulis suis commendare ac manibus exercere solent foeditatem praecideret.

Cap. XVI. Quam multa proponi alia possunt! ut cum apostolus ita loquitur: *Mulier innupta, et virgo sollicita est de iis quae sunt domini, quomodo placeat domino.* (1. Cor. 7, 34.) Hoc autem idcirco dicit, quod non perfunctorie commendandae castitatis potestas esset a spiritu sancto commissa. Tum vero de iis qui honestis nuptiis illigati sunt ita disputat: *Honorabile connubium et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros iudicabit dominus.* (Hebr. 13, 4.) Praeterea contra eosdem exclamat ad Romanos scribens, et eorum qui in eiusmodi flagitiis volutantur turpitudinem detegit his verbis: *Nam et feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam.* (Rom. 1, 26.) Tum de maribus subiicit: *Masculi in masculos turpitudinem operantes.* Praeterea in epistola ad Timotheum de iisdem ita loquitur: *Quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: et erunt homines voluptatum magis amatores quam dei.* (2. Tim. 3, 1.) Et rursum: *Prohibentium nubere, abstinere a cibis, cauteriatam habentium suam conscientiam.* (1. Tim. 4, 2.) Ex eo videlicet quod caste matrimonio coniungi ac prolem suscipere prohibent, ardente interim illorum conscientia, dum assiduis in scortationibus corruptelisque versantur, ac procreatione sobolis interdicunt. Nam quod ad illud attinet quod isti sacrificium vocant, lutulentum quiddam et impurum, iam tum olim a propheta demonstratum est serpentis esse carnem, non domini. Absit. Sic enim loquitur: *Contrivisti capita draconis, et dedisti eum escam populis Aethiopum.* (Psalm. 73, 14.) Sane enim serpentinae cuiusdam escae genus est illorum abominanda superstitio, iidemque Aethiopes illi sunt scelerum suorum nigrore deformati, qui eiusmodi ritus nunc daemonis Iovis, olim praestigiatoris, qui et frustra a nonnullis habetur deus, religioso cultu celebrant. Siquidem haereses universae de Graecorum fabulis ea collegerunt ex quibus novam sibi erroris sectam condiderunt, cum ea deteriorem alium ad sensum transtulissent. Nam et a poetis Metin (quam Prudentiam appellare possis) filiam suam absorbens introductus est Iupiter. Nemo porro infantem absorbeat, quemadmodum sanctus Clemens ait, cum deorum qui a Graecis coluntur turpitudinem deridet. Quod enim devorasse Metin dicitur, non de infante ullo, sed de proprio semine par est intelligi.

Κεφ. ιζ. Τί δὲ ἕτερον εἴποιμι; ἢ πῶς ἀποσείσομαι τὸν πηλώδη τοῦτον πόνον; βουλόμενος μὲν εἰπεῖν, καὶ μὴ βουλόμενος, ἀναγκαζόμενος δὲ, ἵνα μὴ δόξω τι τῶν ὄντων παρακρύπτειν, καὶ φοβούμενος, ἵνα μὴ ἀποκαλύπτων τὰ δεινὰ αὐτῶν ἢ χράνω ἢ πλήξω εἰς τὸ περιεργάσασθαι περὶ τούτου τοὺς ἀπαγομένους ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις [1] ἐποτρύνων. Ὅμως ἐγὼ μὲν ἀθῶος εἴην, καὶ πᾶσα ἡ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐλπὶς, καὶ πάντες οἱ τούτῳ τῷ γράμματι ἐντυγχάνοντες, ἀπὸ τῆς τοιαύτης τοῦ διαβόλου ὑποσπορᾶς καὶ κακομηχανίας. Ἐὰν γὰρ θελήσω λέγειν τὰ ἄλλα τὰ παρ' αὐτοῖς λεγόμενα καὶ γινόμενα ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα, καὶ τούτων ἔτι μείζονα καὶ ἐλάττω, θελήσω δὲ καὶ ὡς φάρμακον ἰάσεως ἀλεξητήριον ἀντιδότων δίκην πρὸς ἑκάστην λέξιν ἀντιθεῖναι, εἰς πολὺν ὄγκον ἐλάσω τῆς συντάξεως τὴν πραγματείαν. Ταύτῃ γὰρ τῇ αἱρέσει, ἐπιπόθητοι, καὶ αὐτὸς περιέτυχον. Ἐκ στόματος δὲ τῶν ταύτῃ ἐπιχειρούντων φύσει αὐτὰ αὐτοπροσώπως ἐνηχήθην. Γυναῖκες δὲ οὕτω ἠπατημέναι οὐ μόνον τὴν λαλιὰν ταύτην ἡμῖν προέτειναν, καὶ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ἀπεκάλυψαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχιμαγείρου τὴν ὀλετήριον καὶ μοχθηρὰν καὶ αὗται ἀθυρογλώττῳ τόλμῃ κατασπάσαι ἡμᾶς ἐν τῇ νέᾳ ἡμῶν ἡλικίᾳ ὀρεχθεῖσαι ἐπεχείρουν. Ἀλλὰ ὁ τότε συμπαραστὰς τῷ ἁγίῳ Ἰωσὴφ καὶ ἡμῖν παρέστη, καὶ τὸν ἐκεῖνον ἐκεῖ ῥυσάμενον ἐπικεκλημένοι, οἱ ἀνάξιοι καὶ ἀνίκανοι, ἐλεηθέντες καὶ ἀποδράντες τὰς ὀλετηρίους αὐτῶν χεῖρας, θεῷ τῷ [2] παναγίῳ ὕμνον ᾄσαντες, ἠδυνήθημεν καὶ αὐτοὶ λέγειν, τὸ, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. Οὐ γὰρ ὁμοίᾳ δυνάμει τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης, ἀλλὰ στεναγμῷ τῷ πρὸς [3] τῷ θεῷ ἐλεηθέντες ἐσώθημεν. Ὀνειδιζόμενος γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ὀλετηρίων γυναικῶν κατεγελώμην ἐγὼ, ὡς ὑπέφαινον αἱ τοιαῦται ἀλλήλαις ἐπι-
pag. 100. σκώπτουσαι δῆθεν ὅτι, Οὐκ ἠδυνήθημεν σῶσαι τὸν νεανίσκον, ἀλλὰ ἀφήκαμεν αὐτὸν ἐν χερσὶ τοῦ Ἄρχοντος ἀπόλλυσθαι. Ἐπειδήπερ ἥτις αὐτῶν εὐμορφοτέρα εἴη, δέλεαρ ὥσπερ ἑαυτὴν προτίθησιν, ὥστε δι' αὐτῆς τοὺς [4] ἠπατημένους ἀντὶ τοῦ ἀπολλύειν σώζειν ἐπιφημίζειν. Καὶ ὄνειδος λοιπὸν τῶν ἀμόρφων γίνεται παρὰ τῶν εὐμορφοτέρων, ὅτι, Ἐγὼ, φησὶ, σκεῦός εἰμι ἐκλογῆς, δυναμένη σώζειν τοὺς ἀπατωμένους, σὺ δὲ οὐκ ἴσχυσας. Ἦσαν μὲν οὖν αἱ τὸν ἀγώγιμον μῦθον τοῦτον ὑφηγούμεναι τῇ μορφῇ τῆς αὐτῶν πτώσεως εὐπροσωπόταται, τῷ δὲ νῷ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας τὴν πᾶσαν τοῦ διαβόλου ἀμορφίαν κεκτημέναι. Ἀλλὰ ὁ ἐλεήμων θεὸς τῆς μοχθηρίας αὐτῶν ἡμᾶς ἐρρύσατο,

Cap. XVII. — 1. *Rescripsi* ἐποτρύνων *pro* ἐποτρύνω, *quod vulgo extat.* 2. παναγίῳ *codd. Vatic. Rhedig. et ed. Petav.* πανέργῳ *ed. princ.* 3. τὸν θεὸν *suspicatus est Petavius.* 4. ἀπατωμένους *cod. Rhedig. Et sic legit etiam in cod. Vaticano A. Schottus.*

Quid iam aliud deinceps eloquar? aut quomodo coenosam hanc disputationem abiiciam? cum et velim et nolim una dicere, ac quadam dicendi necessitate constringar, ne quid eorum quae insunt revera dissimulasse videar, et illud verear tamen, ne illorum detestandis flagitiis patefactis quemquam aut inficiam aut extimulem, et ad illa curiosius indaganda faces iis subiiciam qui voluptatum ac cupiditatum illecebris abducuntur. Sed nihilominus ab eiusmodi daemonis satu et improbitate tam ego quam sanctae atque catholicae ecclesiae spes omnis, ac quisquis in hoc nostrum opus inciderit, integer inviolatusque servetur. Quod si caetera quae ab illis dicuntur aut fiunt quanta sunt, atque eiusmodi qualia iam commemoravimus, aut iis etiam maiora vel minora complecti voluero, et ad singulas voces salubre quoddam medicamentum velut depellendi mali caussa comparatum remedium adhibuero, in immensam molem susceptum opus excurret. Nam et nos, carissimi, in illam haeresin incurrimus, et ex ipsomet eorum, qui hanc proprie et ex instituto tractant, ore ac magisterio didicimus. Ad id vero comparatae deceptaeque mulieres non solum istiusmodi nobis sermones iniecerunt, sed insuper Aegyptiae illius perditae ac nequissimae mulieris instar, quae (Gen. 39.) coquorum principis uxor erat, petulanti nos conatu detrahere tum, cum florenti adhuc aetate essemus, aggressae sunt. Verum is qui sanctissimo Iosepho tum adstitit, nobis quoque adfuit, et hunc ipsum, qui illum eo periculo liberavit implorantes, licet indigni ac tanto beneficio impares essemus, eiusdem benignitate ac misericordia perniciosas illarum manus effugimus, ac sanctissimo deo gratulatorium carmen cecinimus, ut id usurpare merito possemus: *Cantemus domino; gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem deiecit in mare.* (Exod. 15, 1.) Neque enim similiter ut ille patriarcha vi quadam virtutis ac iustitiae nostrae, sed fuso ad deum gemitu eius sumus miseratione servati. Cum etiam mihi pestes illae per ludibrium exprobrarent, ac secum invicem illudentes ita loquerentur: Hunc iuvenem servare non potuimus, sed in manibus Principis perire sivimus. Nam quae forma inter illas liberaliore est, semetipsam velut escam atque illecebram obiicit, ut quos in fraudem ipsa pellexerit, non eos profligare ac perdere, sed eripere dicatur. Unde et deformibus elegantiores identidem exprobrare solent: Ego sum, inquiunt, vas electum, quae errore circumventos extrahere possum, quod tu facere nequivisti. Et erant sane quae tum his verborum blandimentis ac lenociniis utebantur corporis quo ad peccandum abutebantur venusta cumprimis specie, sed animo quem consceleratum gerebant omni daemonis turpitudine deformatae. Sed misericors deus ab illarum im-

ὥςτε μετὰ τὸ ἀναγνῶναι ἡμᾶς αὐτῶν τὰς βίβλους καὶ ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μὴ συναπαχθῆναι, ἀποδράσαι τε καὶ μὴ δελεασθῆναι, τὸ τηνικαῦτα ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ αὐτοὺς ὑποδεῖξαι, καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κεκρυμμένα φωράσαι, καὶ τοὺς αὐτοὺς [5] ἀπελαθῆναι τῆς πόλεως, ὀνόματα περί που ὀγδοήκοντα, καὶ τὴν πόλιν τῆς αὐτῶν ζιζανιώδους ὕλης καὶ ἀκανθώδους καθαρθῆναι.

Κεφ. ιη'. Μνημονεύσας δέ τις τῆς ἄνω ἡμῶν ὑποσχέσεως τάχα καὶ ἐπαινέσειεν, ὡς ἡμῶν προαγγειλάντων ὅτι τισὶν αὐτῶν παρετύχομεν, τινὰ δὲ διὰ συγγραμμάτων ἐγνώκαμεν, τινὰ δὲ δι' ἐνηχήσεών τε καὶ μαρτυρίων ἀξιοπίστων ἀνδρῶν, δυναμένων ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν ὑποδεικνύναι. Ὡς καὶ ἐνταῦθα φιλαλήθως οὐχ ὑπερβεβήκαμεν τὸν τόπον, ἀλλὰ ἐδείξαμεν ὡς μία ἐστὶν αὕτη τῶν ἡμῖν περιτυχουσῶν αἱρέσεων. Καὶ σαφῶς περὶ ταύτης ἠδυνήθημεν λέγειν [1] ἐξ ὧν, μὴ γένοιτο, οὐ πράξαντες, ἀλλὰ μεμαθηκότες ἀκριβῶς παρὰ τῶν ἡμᾶς εἰς τοῦτο πειθόντων, καὶ μὴ κατισχυσάντων, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα τῆς εἰς ἡμᾶς ἀπωλείας ἀπολεσάντων καὶ μὴ ἐπιτυχόντων τοῦ σκοποῦ τῆς εἰς τὴν τάλαιναν ἡμῶν ψυχὴν ἐπιχειρουμένης ὑπ' αὐτῶν τε καὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς διαβόλου συσκευῆς· ὡς καὶ συνῳδὰ ἡμᾶς λέγειν τῷ ἁγιωτάτῳ Δαβὶδ ὅτι, Βέλη νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ὅτι,
pag. 101. Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐπὶ κορυφὴν αὐτῶν καταβήσεται. Ὡς οὖν περιτυχόντες καὶ ἀποδράντες, καὶ ἀναγνόντες καὶ γνόντες καὶ καταγνόντες, σωθέντες δὲ ὑπερβεβήκαμεν, οὕτω καί σε τὸν ἀναγινώσκοντα παρακαλοῦμεν ἀναγνόντα καὶ καταγνόντα [2] τοῦτο ὑπερβῆναι, εἰς τὸ μὴ ἐμπεσεῖν ἐν τῷ ἰῷ τῆς τῶν ἑρπετῶν τούτων μοχθηρίας. Ἀλλ' εἰ καί ποτε περιτύχοις τισὶ τῶν ἀπὸ τῆς ὀφιώδους ταύτης σχολῆς, εὐθὺς τὸ ξύλον ἀναλαβὼν τὸ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῖν ἑτοιμασθὲν, ἐν ᾧ ὁ κύριος ἡμῶν προσεπάγη Χριστὸς, κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ ὄφεως εὐθὺς λαβὼν εἴποις ὅτι, Χριστὸς ἐσταύρωται ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπογραμμὸν ἡμῖν ὑπολιμπάνων σωτηρίας, ὅτι οὐκ ἂν ἐσταυροῦτο, εἰ μὴ σάρκα εἶχε· σάρκα δὲ ἔχων, καὶ σταυρωθεὶς, ἐσταύρωσεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας. Πίστει ἔχομαι τῆς ἀληθείας, καὶ οὐχ ὑπάγομαι [3] πλανητῇ νωθείᾳ τοῦ ὄφεως, καὶ παραψιθυρισμῷ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας.

Κεφ. ιθ'. Λοιπὸν ταύτην παρελθὼν, ἀγαπητοὶ, ἐφεξῆς βαδιοῦμαι ἐπὶ τὰς

5. ἀπελθῆναι ed. princ. mendose.

Cap. XVIII. — 1. Solve ταῦτα ἐξ ὧν ἠδυνήθημεν λέγειν οὐ πράξαντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ cell.

2. τοῦτο ego rescripsi. Libri habent τοῦ. Petavio placuit τούτων.

probitate nos eripuit; adeo ut postquam istorum libros perlegimus, et ad veritatis cognitionem animum adiecimus, nec abducti, vel eorum illecebris capti sumus, sed effugimus tandem, mox ad episcopos, qui in illo loco erant, deferre studuerimus, et eorum hactenus ignota nomina in ecclesia detegere. Ex quo factum est ut LXXX fere capita exulare iussa ab lolio spinisque suis repurgatam urbem reliquerint.

Quamobrem si quis quod initio polliciti sumus memoria repetat, Cap. XVIII.
fortasse institutum nostrum approbabit, quod ita praefati sumus, quae ad illas sectas attinent nos partim usu ac consuetudine didicisse, partim ex monumentis accepisse, partim fide dignorum hominum, qui rei veritatem indicare possent, narratione ac testimonio fuisse perdoctos. Itaque pro eo quod prae nobis ferimus veritatis studio praetermittere hunc locum noluimus, sed ostendimus unam illam ex iis haeresibus esse quarum usum habuimus, de qua certi exploratique aliquid afferre possemus; non ex eo quod gesserimus ipsi — avertat hoc a nobis deus, — sed ex eo quod ab iis accurate didicimus, qui illam nobis persuadere frustra voluerunt, et conceptam de nostro exitio spem penitus abiecerunt, cum insidiae omnes ac fraudes, quas ad infelicis animae nostrae perniciem tam ipsi quam qui in illis inest diabolus machinati fuerant, irritae atque inanes extitissent, ut hoc a Davide dictum accommodatissime usurpare possimus: *Sagittae par-* Ps. 63, 8.
vulorum factae sunt plagae eorum etc. Tum illud: *Convertetur labor* Ps. 7, 17.
eorum in caput ipsorum, et iniquitas eorum in verticem ipsorum descendet. Igitur quemadmodum sic nos in illorum errorem incurrimus, ut illius noxam effugeremus, eumque simulatque legimus ac cognovimus damnantes salvi atque incolumes praetergressi sumus, ita te quisquis es qui ista legis hortamur ut lecta pariter ac damnata transilias, ne in serpentum eiusmodi velut improbitatis quoddam virus incidas. Ac si quando forsitan ex hac serpentum schola quempiam offenderis, subito lignum illud quod nobis a domino comparatum est, et in quo Christus affixus est, contra serpentis caput arripiens, ita loquere: Christus nostra est in cruce caussa suspensus, et formam nostrae salutis expressam ac delineatam reliquit. Quod nisi carnem habuisset, nunquam esset suffixus. Eo vero quod carne praeditus et affixus est cruci, nostra simul peccata defixit. Equidem veritati per fidem inhaereo, nec tardissimi serpentis errore vel eius doctrinae sibilis abduci me patior.

Sed nunc haeresi illa praetermissa deinceps, carissimi, ad prae- Cap. XIX.

3. Correxi πλανητῇ. Libri habent vulgo πλάνη τῇ. — Petavio rescribendum videbatur νοθείᾳ pro νωθείᾳ.

ἄλλας τραχείας τρίβους, οὐχ ἵνα βαδίσω, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ μήκοθεν ὑποδείξω τοῖς βουλομένοις τὰ τραχύτερα μὲν ἐπιγινώσκειν, φεύγειν δὲ διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τῆς φερούσης εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ καταλιμπάνειν τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον καὶ ἀκανθώδη καὶ προςκομμάτων ἔμπλεων ὁδὸν βορβορώδη, καὶ ἀσελγείας καὶ πορνείας ἐμπεπλησμένην, ἧς πορνείας καὶ ἀσελγείας τὸ ὅμοιον ἔστιν ἰδεῖν ἐν τῷ ἑρπετῷ τῷ δεινοτάτῳ ᾧ ἐπέθεντο τὸ ὄνομα ἀπειρώδινον ἔχιδναν οἱ παλαιοί. Ἔστι γὰρ τῆς τοιαύτης ἐχίδνης ἡ φύσις ὁμοία τῆς τούτων μοχθηρίας. Διὰ γὰρ τῆς ἀνδρείας φύσεως ἢ γυναικείας τὴν αἰσχρότητα ἐπιτελοῦντες ταύτην ἀπαγορεύουσι τὴν τῶν σπερμάτων καταβολὴν, ἀφανίζοντες τὴν ἐκ θεοῦ τοῖς κτίσμασι γενομένην τεκνογονίαν, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολός φησι, Τὴν γὰρ ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω γάρ φασι τὴν Ἀπειρώδινον ἔχιδναν θελχθεῖσαν τῷ πάθει τῆς ἐπιθυμίας τήν τε θήλειαν πρὸς τὸν ἄρρενα καὶ τὸν ἄρρενα πρὸς τὴν θήλειαν περιπλακείσας μὲν ὁμοῦ διὰ τοῦ στόματος χαινούσης τῆς θηλείας τὸν ἄρρενα τὴν κεφα-
pag. 102. λὴν εἰςβάλλειν, ἐκείνης δὲ πάθει συσχεθείσης ἀποτέμνειν τὴν τούτου κεφαλὴν, καὶ οὕτως τὸν ἀπὸ τοῦ στόματος σταλάξαντα ἰὸν καταπιοῦσαν ἐν ἑαυτῇ ἐγκυμονεῖν μὲν τοιοῦτο ζεῦγος ἀρρενόθηλυ, ὅπερ ζεῦγος [1] ἁδρυνθὲν ἐν τῇ κοιλίᾳ, καὶ μὴ ἔχον πόθεν γεννηθῆναι, τὴν πλευρὰν τῆς μητρὸς τιτρώσκειν, καὶ οὕτως γεννᾶσθαι, ὥςτε ἀπολέσθαι τόν τε τούτων πατέρα καὶ τὴν μητέρα. Διόπερ Ἀπειρώδινον αὐτῇ ἐπέθεντο ὄνομα, ὅτι ὠδίνων οὐ πειρᾶται. Δεινὴ δὲ καὶ φοβερὰ παρὰ πάντα τὰ ἑρπετὰ τυγχάνει, ἐν ἑαυτῇ τὸν [2] ἀφανισμὸν ἐξεργαζομένη, καὶ διὰ στόματος τὴν αἰσχρότητα ἀπολαμβάνουσα. Ἧι ἔοικεν αὕτη ἡ [3] φρενοβλαβὴς αἵρεσις, ἧς τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γεγεννημένα ἐνταῦθα συντρίψαντες τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς τὰς ἑτέρας διασκοπεῖν [4] προέλθωμεν, θεὸν [5] ἀρωγὸν ἐπικαλούμενοι, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος εἰς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

ΚΑΤΑ ΚΑΡΠΟΚΡΑΣΙΩΝ,
ἑβδόμη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α΄. Καρποκρᾶς τις ἕτερος γίνεται, συστήσας ἑαυτῷ ἀθέμιτον διδασκαλίαν τῆς ψευδωνύμου αὐτοῦ γνώμης, χειρόνας πάντων οὗτος τοὺς τρόπους κεκτημένος. Ἐκ πάντων γὰρ τούτων Σίμωνός τε καὶ Μενάνδρου, Σατορνίλου τε καὶ Βασιλείδου καὶ Νικολάου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Καρποκρᾶ, ἔτι δὲ ἐκ προφάσεως Οὐαλεντίνου, ἡ τῆς ψευδωνύμου

Cap. XIX. — 1. Libri habent ἀνδρυνθὲν, tam scripti quam editi. Cf. haer. 30, 7. 25, 1. 55, 4.
2. ἀφισμὸν cod. Rhedig. et cod. Paris. Petavius suspicabatur ἀφρισμὸν vel ἀφροδισιασμόν.
3. Vulgo φρονοβλαβής.
4. προέλθωμεν cod. Rhedig. προςεθῶμεν ed. princ., unde Petavius in sua edit. effinxit προςθῶμεν.
5. ἀρρωγὸν cod. Rhedig. et edit. princ., pro more.

ruptas alias vias ac salebrosas me conferam, non ut iter per illas faciam, sed ut eminus iis commonstrem qui asperitates illas cognoscere, et ad arctam illam angustamque viam, quae ad aeternam vitam perducit, confugere voluerint, latam vero ac spatiosam aliam relinquere, quae spinis intercepta et offendiculis impedita, coeno obsita et libidinibus ac flagitiis omnibus est referta. Cuius quidem impudicitiae ac libidinis similitudinem refert genus illud serpentis atrocissimum cui *partus expertis viperae* nomen vetustas indidit. Huius enim natura illorum nequitiae quam simillima est; qui cum masculis aut feminis turpitudinem patrantes semen infundere prohibent, insitamque creatis rebus a deo propagandorum vim fetuum extingunt. Unde et apostolus ita scripsit: *Mercedem quam oportuit erroris sui* Rom. 1, 27.
in seipsis recipientes etc. Sic enim ferunt: partus expertem illam viperam titillante libidinis voluptate marem simul ac feminam inter se commisceri, ac per os congredi; hiante siquidem femina marem caput inserere. Illam prae libidinis suavitate caput huius abscindere, exhaustoque quod ex ore destillat veneno fetum maris ac feminae par in utero gerere. Id ubi creverit, cum nullum quo in lucem erumpat exitum reperit, maternum latus pertundere, itaque cum utriusque parentis interitu nasci. Inde *partus expertem* cognominari. Est vero prae caeteris dira serpentibus ac formidabilis, quae intra sese marem enecat, atque ore ipso foeditatem excipit. Huic porro gemina insana illa haeresis est, cuius nos capite ac corpore, eiusque fetu omni vitae baculo contritis ad alias transeamus, implorata numinis ope, cui honor et imperium in saecula saeculorum, Amen.

CONTRA CARPOCRASIOS,
quae est haeresis VII., vel XXVII.

Secundum hos alius quidam Carpocras extitit, qui ex mendaci Cap. I.
ingenio suo propriam quandam ac nefariam sectam excogitavit, et omnibus morum fuit pravitate deterior. Haec enim haeresis ex omnium erroribus effloruit, Simonis, inquam, et Menandri, Saturnili ac Basilidae et Nicolai, adeoque Carpocratis ipsius, tum Valentini, a quo propagata illa perperam dicta cognitio, quae Gnostico-

Γνώσεως ἐφύη αἵρεσις, ἥτις Γνωστικοὺς τοὺς αὐτῆς ὀνόμασεν, ἀφ' ἧς οἱ Γνωστικοὶ ἤδη μοι δεδήλωνται, καταγνωστικοὶ ὄντες τὸν τρόπον.

Κεφ. β΄. Οὗτος δὲ πάλιν ἄνω μὲν μίαν Ἀρχὴν λέγει καὶ Πατέρα τῶν ὅλων, καὶ ἄγνωστον καὶ ἀκατονόμαστον, ἴσα τοῖς ἄλλοις εἰσάγειν βουλόμενος, τὸν δὲ κόσμον καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ὑπὸ Ἀγγέλων γεγενῆσθαι, τῶν πολύ τι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀγνώστου ὑποβεβηκότων. Τούτους γὰρ λέγει ἀποστάντας ἀπὸ τῆς ἄνω δυνάμεως οὕτω τὸν κόσμον πεποιηκέναι. Ἰησοῦν δὲ τὸν κύριον ἡμῶν ἀπὸ Ἰωσὴφ λέγει γεγεννῆσθαι, καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν· εἶναι δὲ αὐτὸν ὅμοιον τοῖς πᾶσι, βίῳ δὲ διενηνοχέναι, σωφροσύνῃ τε καὶ ἀρετῇ καὶ βίῳ δικαιοσύνης. Ἐπειδὴ δὲ, φησὶν,
pag. 103. εὔτονον ἔσχε ψυχὴν παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ ἐμνημόνευε τὰ ὁραθέντα ὑπ' αὐτῆς ἄνω, ὅτε ἦν ἐν τῇ περιφορᾷ τοῦ ἀγνώστου Πατρὸς, ἀπεστάλθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς, φησὶν, εἰς τὴν αὐτοῦ ψυχὴν δυνάμεις, ὅπως τὰ ὁραθέντα αὐτῇ ἀναμνημονεύσασα καὶ ἐνδυναμωθεῖσα φύγῃ τοὺς κοσμοποιοὺς Ἀγγέλους, ἐν τῷ διὰ πάντων χωρῆσαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πραγμάτων καὶ πράξεων τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γινομένων καὶ ἐν παραβύστῳ ἀτόπων ἔργων καὶ ἀθεμίτων, καὶ ὅπως διὰ πασῶν τῶν πράξεων ἐλευθερωθεῖσα ἡ αὐτὴ ψυχὴ, φησὶ, τοῦ Ἰησοῦ ἀνέλθῃ πρὸς τὸν αὐτὸν Πατέρα τὸν ἄγνωστον, τὸν δυνάμεις αὐτῇ ἀποστείλαντα ἄνωθεν ἵνα διὰ πασῶν τῶν πράξεων χωρήσασα καὶ ἐλευθερωθεῖσα διέλθοι πρὸς αὐτὸν ἄνω· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμοίας αὐτῇ ψυχὰς, τὰ ἴσα αὐτῇ ἀσπασαμένας, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐλευθερωθείσας ἄνω πτῆναι πρὸς τὸν ἄγνωστον Πατέρα, ἐν τῷ τὰς πάσας πράξεις πραξάσας ὁμοίως τῶν πάντων ἀπαλλαγείσας λοιπὸν ἐλευθερωθῆναι. Τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἔθεσιν ἀνατραφεῖσαν καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι δι' ὧν τὰ ἐπὶ κολάσεσι πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις δυνηθεὶς πρᾶξαι ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς ἴσχυσεν. Οὐ μόνον δὲ αὐτὴν τὴν ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ τοῦτο δεδυνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν δυναμένην διὰ τῶν πράξεων χωρήσασαν ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς αὐτοὺς Ἀγγέλους, καὶ αὐτὴ ἐὰν λάβῃ δυνάμεις, καὶ τὰ ὅμοια πράξῃ, καθάπερ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς προεῖπον. Ὅθεν εἰς τύφον οὗτοι ἐληλακότες μέγαν οἱ ὑπὸ τοῦ ἀπατεῶνος τούτου ἀπατηθέντες ἑαυτοὺς προκριτέους ἡγοῦνται καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν οὐκ Ἰησοῦ φασιν, ἀλλὰ Πέτρου καὶ Ἀνδρέου καὶ Παύλου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἑαυτοὺς ὑπερφερεστέρους εἶναι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς Γνώσεως καὶ τὸ περισσότερον τῆς διαπράξεως διαφόρων διεξόδων. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν φάσκουσι μηδὲν διενηνοχέναι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αἱ γὰρ ψυχαὶ

rum nomen suis omnibus affinxit, indidemque Gnostici illi, de quibus proxime disputavimus, Catagnostici potius, hoc est *Damnates* appellandi.

Sed ut ad Carpocratem redeam, is supremum quidem principum Cap. II.
unum asserit, eundemque parentem omnium, et incognitum, nec ullo nomine significatum perinde ut caeteri studet asserere. Mundum vero et quae mundo continentur ab angelis esse facta, qui incognito illo parente longe inferiorem dignitatis ordinem tenent. Eos vero statuit ab suprema virtute deficientes mundum istum fabricasse. Iesum porro dominum nostrum a Iosepho genitum, uti caeteri mortales ex viri mulierisque semine procreantur. Hunc qui nihil omnino reliquis ab hominibus differret, vitae solum genere, ac temperantia, et virtute, ac iustitia praestitisse. Sed cum firmiori vegetiorique quam alii homines esset anima praeditus, eorumque quae sursum in incogniti parentis comitatu viderat meminisset, immissas ab eodem parente in eius animam virtutes esse dicunt, ut eorum quae aspexerat recordata corroborataque conditores orbis angelos effugeret, hoc ipso quod per omnia rerum quae in mundo sunt, actionumque quae ab hominibus suscipiuntur, genera transiret, adeoque scelesta execrandaque clanculum facinora perpetraret, ut ita demum actionibus omnibus perfuncta, liberaque eadem Iesu anima incognitum ad parentem evolaret, a quo illae erant virtutes immissae quarum beneficio per omnia uti diximus actionum genera traducta exsolutaque sursum ad eum penetraret. Sic quae eius similes essent animae, iisdem addictas studiis, eodemque modo liberatas, ad incognitum parentem evolare sursum, dum functionibus omnibus obitis, et ab universis pariter expeditae deinceps in libertatem asseruntur. Verum quod anima Iesu in Iudaeorum ritibus enutrita angelos illos contempsisset, ob id virtutes accepisse, quibus cum constitutis ad poenas hominum perpessionibus defungi potuisset, mundi illos architectos transcenderit. Neque vero id unam Iesu animam perficere potuisse, sed et aliam quamlibet, quae per actiones eiusmodi progressione facta super conditores orbis angelos efferri potuerit; haec enim si vires acceperit paria cum Iesu eademque praestabit, ut paulo ante diximus. Ex quo miseri isti impostoris illius fraude decepti tam intolerabili arrogantia sunt, ut se vel ipsimet Iesu anteponendos existiment. Horum alii non quidem Iesu, sed Petro, Andreae, Paulo, ceteris apostolis praestare sese dicunt cum abundantia quadam scientiae, tum quod progressiones varias ac decursus longe iis cumulatius obierint. Nonnulli vero sunt qui inter se ac dominum nostrum Iesum Christum nihil interesse censeant. Quippe animae ex eadem

ἐκ τῆς αὐτῆς περιφορᾶς εἰσι, καὶ ὁμοίως κατὰ τὴν τοῦ Ἰησοῦ πάντων καταφρόνησιν ποιησάμεναι· καὶ αἱ πᾶσαι, φασὶ, ψυχαὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἠξιώθησαν ἧς καὶ τοῦ Ἰησοῦ ἠξίωται. Διὸ καὶ ταῦτά φασι χωρεῖν διὰ πάσης πράξεως, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ διελή-
pag. 104. λυθεν. Εἰ δὲ καί τις πάλιν δυνηθείη ὑπὲρ τὸν Ἰησοῦν καταφρονῆσαι, διαφορώτερος ἔσται αὐτοῦ.

Κεφ. γ'. Ἐπιχειροῦσι δὲ οἱ τῆς ἀθεμίτου ταύτης σχολῆς παντοίας ἐπιχειρήσεις δεινῶν ἔργων καὶ ὀλετηρίων. [1] Μαγεία γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐπινενόηται, ἐπῳδάς τε διαφόρους πρὸς πᾶσαν μηχανὴν ἐφηύραντο πρὸς φίλτρα καὶ [2] ἀγώγιμα. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ παρέδρους δαίμονας ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται, εἰς τὸ διὰ πολλῆς μαγγανείας ἐν ἐξουσίᾳ μεγάλῃ πάντων, [3] φασὶ, κυριεύειν ὧν τε ἂν ἐθέλοι ἕκαστος καὶ ᾗ πράξει ἐπιχειρεῖν τολμήσειε δῆθεν ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντες πρὸς πληροφορίαν τῆς τετυφλωμένης αὐτῶν διανοίας, ὅτι αἱ τοιαῦται ἐγχειρήσεις κατισχύσασαι διὰ τῶν τοσούτων πράξεων, καὶ καταφρονήσασαι τῶν κοσμοποιῶν Ἀγγέλων, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ὑπερβαίνουσι τὴν τῶν αὐτῶν μυθοποιῶν (οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι κοσμοποιῶν) ἐξουσίαν, ὅπως ἂν τὴν ἄνω ἐλευθερίαν ἀσπάσωνται, καὶ τὴν ἄνω πτῆσιν [4] κτήσαιντο. Εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ Σατανᾶ παρεσκευασμένοι καὶ προβεβλημένοι εἰς ὄνειδος καὶ σκάνδαλον τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς ἐπίκλην Χριστιανοὶ, πρὸς τὸ σκανδαλίζεσθαι τὰ ἔθνη δι' αὐτῶν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὠφέλειαν καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα διὰ τῆς ἐκείνων ἀθεμιτουργίας καὶ ἀνεικάστου κακοπραγίας, εἰς τὸ τὰ ἔθνη κατανοοῦντα αὐτῶν τὰ ἐπάλληλα ἔργα τῶν ἀθεμιτουργιῶν, νομίσαντα καὶ τοὺς τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, ἀποστρέφειν, ὡς καὶ προεῖπον, τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν διδασκαλίας, ἢ καὶ ὁρῶντάς τινας [5] πάντας ὁμοίως βλασφημεῖν. Καὶ τούτου ἕνεκα οἱ πλείους τῶν ἐθνῶν [6] ὅπου γ' ἂν ἴδωσι τοιούτους, οὔτε ἐπὶ κοινωνίᾳ ἡμῖν προσφέρονται ληψοδοσίας, ἢ γνώμης, ἢ ἀκοῆς λόγου θείου, οὔτε τὴν ἀκοὴν ἐντιθέασιν, ἐπτυρμένοι ἀπὸ τῆς τῶν ἀθεμίτων ἀνοσιουργίας.

Κεφ. δ'. Εἰσὶ δὲ ἐν ἀσωτίᾳ διατελοῦντες οὗτοι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐργαζόμενοι πρὸς εὐπάθειαν σωμάτων, ἡμῖν δὲ ὅλως οὐκ ἐγγίζοντες, εἰ μή τι ἄρα πρὸς τὸ δελεάσαι ψυχὰς ἀστηρίκτους ἐν τῇ αὐτῶν κακοδιδασκαλίᾳ. Εἰς οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ὁμοιοῦνται· ἢ μόνον ὀνόματι καλεῖσθαι σεμνύνονται, ὅπως διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐπιπλάστου τὰ τῆς ἑαυτῶν
pag. 105. κακίας ἐργάσωνται. Τὸ δὲ κρίμα τούτων κατὰ τὸ γεγραμμένον ἔνδι-

Cap. III. — 1. μείγαλη *ed. princ.*
2. *Cf. de hoc vocabulo Desid. Herald. ad Arnobium lib. I., p. 42.*
3. φησι *cod. Rhedig.*

omnes circuitione sunt, eundemque quem Iesus contemptum rerum omnium susceperunt. Universae porro, inquiunt, eadem qua Iesu anima vi sunt ac virtute praeditae. Ideoque perinde illas per actionum genera omnia traduci, quemadmodum Iesu anima progressa sit. Quod si reperiri aliqua possit, quae maiorem quam Iesus contemptum suscipiat, ea ipsi demum antecellet.

Caeterum detestandae disciplinae huius alumni horribilium ac te- Cap. III.
terrimorum facinorum varia genera moliuntur. Nam et maleficas artes exercent, et ad machinanda quaelibet, veneficia et cantiones excogitarunt, velut ad philtra et amoris illecebras; imo etiam familiares sibi quosdam daemones alliciunt, ut multiplicibus iis praestigiis summam sibi, ut aiunt, in omnia potestatem vindicent, ac quod cuique libuerit, et quodcumque agere in animum induxerit, id ipsum audeat suscipere. Hoc autem eo consilio faciunt quod, uti miserandum in modum decepti sunt, certo sibi persuadeant, per tot tamque diversa facinora mundi fabricatoribus angelis, omnibusque quae in mundo sunt prostratis ac contemptis, illorum se non mundi, sed fabularum potius artificum potestatem transgredi; quo coelestem libertatem obtineant, et sursum aspirare atque evolare possint. Quod hominum genus ad ecclesiae dei probrum et offendiculum adornasse ac submisisse Satanas videtur; quippe qui Christianorum sibi nomen indiderint, ut propter illos offensae nationes ab sanctae dei ecclesiae utilitate abhorreant, nuntiatamque veritatem ob immania illorum facinora, et incredibilem nequitiam repudient, ut, inquam, frequentibus illorum sceleribus animadversis, eos quoque qui e sancta dei ecclesia sunt tales esse sibi persuadeant, atque ita ab verissima dei, uti diximus, doctrina aures avertant, aut certe paucorum improbitate conspecta in universos eadem maledicta coniiciant. Atque ea demum caussa est cur plerique gentilium, ubicumque istius sectae homines deprehenderint, nullam nobiscum velint neque dati acceptique neque consilii neque audiendi divini verbi societatem coniungere, ac ne aures quidem praebere sustineant; usque adeo nefariis illorum flagitiis consternati ac deterriti sunt.

Porro isti in luxu atque deliciis assidue versantur, nihilque non Cap. IV.
ad corporum voluptatem ac iucunditatem suscipiunt; neque ad nos penitus accedunt, nisi forte ut imbecilles animos ad impia sua dogmata pelliciant. Neque enim alia re nobis similes sunt, quam quod solo Christiani nomine gloriantur, ut ementiti huius vocabuli specie improbitatem suam exerceant. Sed horum, uti scriptum est, *iudicium*

4. κτήσαντο *cod. Rhedig. et edit. princ.*
5. *Vulgo* πάντως.
6. ὅπου γ' ἂν *ego rescripsi pro* ὅπου δ' ἂν, *quod omnes libri habent.*

κόν ἐστιν, ὡς ὁ ἅγιος Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἔφη. Διὰ γὰρ τὰς κακὰς αὐτῶν πράξεις τὸ ἀνταπόδομα ἀποδοθήσεται αὐτοῖς. Ἀδεῶς γὰρ τὸν νοῦν αὐτῶν εἰς οἶστρον ἐκδεδωκότες πάθεσιν ἡδονῶν μυρίων ἑαυτοὺς παραδεδώκασι. Φασὶ γὰρ ὅτι ὅσα νομίζεται παρὰ ἀνθρώποις κακὰ εἶναι, οὐ κακὰ ὑπάρχει, ἀλλὰ φύσει καλά. Οὐδὲν γάρ ἐστι φύσει κακὸν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις νομίζεται εἶναι φαῦλα. Καὶ ταῦτα πάντα ἐάν τις πράξῃ ἐν τῇ μιᾷ ταύτῃ παρουσίᾳ, οὐκέτι μετενσωματοῦται αὐτοῦ ἡ ψυχὴ εἰς τὸ πάλιν ἀντικαταβληθῆναι, ἀλλὰ ὑπὸ ἓν ποιήσασα πᾶσαν πρᾶξιν ἀπαλλαγήσεται, ἐλευθερωθεῖσα καὶ μηκέτι χρεωστοῦσά τι τῶν πρὸς πρᾶξιν ἐν τῷ κόσμῳ. Ποίαν δὲ πρᾶξιν εἰπεῖν, δέδια πάλιν, μὴ βορβόρου δίκην κεκαλυμμένου ὀχετὸν ἀποκαλύψω καί τισι δόξω λοιμώδους δυςοδμίας ἐργάζεσθαι τὴν ἐμφόρησιν. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδήπερ ἐξ ἀληθείας συνεχόμεθα τὰ παρὰ τοῖς ἠπατημένοις ἀποκαλύψαι, σεμνότερον εἰπεῖν τε καὶ τῆς ἀληθείας μὴ ἔξω βαίνειν ἐμαυτὸν καταναγκάσω. Τί δὲ, ἄλλο τι πᾶσαν ἀρρητουργίαν καὶ ἀθέμιτον πρᾶξιν, ἣν οὐ θεμιτὸν ἐπὶ στόματος φέρειν, οὗτοι πράττουσι; καὶ πᾶν εἶδος ἀνδροβασιῶν καὶ λαγνιεστέρων ὁμιλιῶν πρὸς γυναῖκας ἐν ἑκάστῳ μέλει σώματος, μαγείας τε καὶ φαρμακείας καὶ [1] εἰδωλολατρείας ἐκτελοῦντες; Καὶ τοῦτο εἶναί φασιν ἐργασίαν ἀποδόσεως τῶν ἐν τῷ σώματι ὀφειλημάτων εἰς τὸ μηκέτι ἐγκαλεῖσθαι, ἢ μέλλειν τι πράξεως ἔργον ἀπαιτεῖσθαι· καὶ τούτου ἕνεκα μὴ ἀποστρέφεσθαι τὴν ψυχὴν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν καὶ πάλιν εἰς μετενσωμάτωσιν καὶ μεταγγισμὸν χωρεῖν.

Κεφ. ε'. Οὕτως γὰρ ἔχει τὰ αὐτῶν συντάγματα, ὡς ἀναγνόντα τὸν συνετὸν θαυμάζειν καὶ ἐκπλήττεσθαι καὶ ἀπιστεῖν εἰ ταῦτα οὕτως ὑπὸ ἀνθρώπων γενήσεται, οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς πόλιν κατοικούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ θηρῶν καὶ ὁμοίων θηρσὶ καὶ κτήνεσι, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν τὰ κυνῶν καὶ ὑῶν πράττειν τολμώντων. Φασὶ γὰρ, Δεῖ πάντως πᾶσαν χρῆσιν τούτων ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐξελθοῦσαι καὶ ὑστερή-
pag. 106. σασαί τινος ἔργου τούτου ἕνεκα καταστραφῶσιν εἰς σώματα πάλιν αἱ ψυχαὶ, εἰς τὸ πρᾶξαι αὖθις ἃ μὴ ἔπραξαν. Καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὅπερ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἶπε διὰ παραβολῆς ὅτι, Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἐν ᾧ ἧς ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, καὶ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μή πως ὁ ἀντίδικος παραδῷ σε τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτὴς τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ ὁ ὑπηρέτης βάλλῃ σε εἰς φυλακήν· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. Μῦθον δέ τινα πλάττουσιν οἱ αὐτοὶ πρὸς [1] ἐπίλυσιν τῆς

Cap. IV. — 1. εἰδωλολατρίας ed. princ.

legitimum est, id quod Paulus apostolus tradidit. Siquidem propter abominanda ipsorum facta, merces illis consentanea reddetur. Nam cum animum suum rapi libidinis impetu ac furore permiserint, in infinita sese voluptatum genera praecipites committunt. Ita enim disputant, quae ab hominibus mala iudicantur, ea minime mala esse, sed honesta natura. Nihil enim natura malum est, sed ab hominibus duntaxat prava censentur. Quae si quis omnia in hac una praesenti vita perfecerit, eius anima non amplius in alia corpora transfunditur, ut in hanc lucem denuo procreetur, sed omni actionum genere perfuncta libera atque immunis abscedet, cum nullius adhuc in hoc mundo debito actionis obligetur. Cuiusmodi vero actionem intelligant rursum explicare vereor, ne velut opertum coenum, ita graveolentem hanc cloacam aperiam, ac pestiferae cuiusdam exhalationis ac foetoris occasionem quibusdam videar praebuisse. Sed nihilominus, cum me veritas ipsa quodammodo cogat, ut hoc errore laborantium hominum arcana patefaciam, eam mihi necessitatem imponam, ut et honestioribus ea verbis enarrem, et a rei veritate nequaquam abhorream. Quid igitur isti aliud praeter execrandum illud ac detestabile flagitium committunt, quod ne sermone quidem exprimere licet, hoc est praeposteram marium consuetudinem, aut libidinosissimos cum feminis qualibet corporis parte concubitus, tum magicas insuper artes ac veneficia, idolorumque cultus. Atque hanc dissolvendorum corporis debitorum rationem esse confirmant, ne appellari amplius possint, aut ab iis ipsis opus aliquod repetatur, eoque modo illud obtineri, ut ne posteaquam hinc excesserit anima denuo revertatur, et ad illos aliena in corpora transitus ac migrationes sese referat.

Eiusmodi enim illorum monumenta sunt, ut si quis ea sapiens legerit, vehementer obstupescat, vixque ab hominibus fieri ista posse sibi persuadeat, non modo iis nostri generis hominibus, qui in republica versantur, sed etiam iis qui in medio ferarum earundem ac pecudum similes degunt, quique cum canibus ac suibus paria propemodum perpetrant. Siquidem experiri omnia oportere dicunt, ne egressae istinc animae, opere aliquo praetermisso, ob id rursus in corpora compingandum perficiant. Hoc vero ipsum esse, quod in evangelio Iesus hac parabola significat: *Esto*, inquit, *consentiens adversario tuo, dum adhuc es in via cum ipso, et da operam ut ab eo* Cap. V.
libereris, ne forte tradat te adversarius iudici, et iudex tradat te ministro, et minister in carcerem te mittat. Amen, amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. Cui quidem inter- Matth. 5, 25.

Cap. V. — 1. ἐπίλυσιν rescripsi Cornarii et Petavii emendationem secutus, quam firmare videtur cod. Rhedig., in quo legitur ἐπιλῦ. Vulgo extat ἐπίληψιν.

παραβολῆς ταύτης, καί φασιν εἶναι τὸν ἀντίδικον ἐκεῖνον τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων Ἀγγέλων ἕνα, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο κατεσκευάσθαι, εἰς τὸ ἀπάγειν τὰς ψυχὰς πρὸς τὸν κριτὴν, τὰς ἐντεῦθεν ἐξερχομένας ἐκ σωμάτων, ἐκεῖσε δὲ ἐλεγχομένας μὴ ποιησάσας πᾶσαν ἐργασίαν, παραδίδοσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος τῷ ὑπηρέτῃ. Ἄγγελον δὲ εἶναι τὸν ὑπηρέτην, ἐξυπηρετούμενον τῷ κριτῇ τῷ κοσμοποιῷ εἰς τὸ φέρειν τὰς ψυχὰς πάλιν καὶ εἰς σώματα καταγγίζειν διάφορα. Εἶναι δὲ τὸν ἀντίδικον τοῦτον ὃν ἔφημεν τὸν κύριον εἰρηκέναι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὃν αὐτοὶ Ἄγγελον ἕνα τῶν κοσμοποιῶν φασιν, ὄνομα ἔχοντα Ἄβολον. Φασὶ γὰρ εἶναι τὴν φυλακὴν τὸ σῶμα, τὸν δὲ ἔσχατον κοδράντην θέλουσιν εἶναι τὴν μετενσωμάτωσιν, [2] καθ' ἑκάστην παρουσίαν ἐπιτελεῖν σωμάτων ἐσχάτην πρᾶξιν, καὶ μηκέτι ὑπολείπεσθαι πρὸς τὸ ἀθέμιτόν τι πρᾶξαι. Δεῖ γὰρ, φασὶν, ὡς προείπομεν, [3] πάντῃ ἐλθοῦσαν, καὶ πράξασαν καθ' ἕκαστον, καὶ ἐλευθερωθεῖσαν, ἀνελθεῖν [4] πρὸς ἄνω ἄγνωστον, ὑπερβᾶσαν τοὺς κοσμοποιοὺς καὶ τὸν κοσμοποιόν. Φασὶ δὲ πάλιν ὅτι δεῖ κἄν τε ἐν μιᾷ παρουσίᾳ τῆς μετενσωματώσεως πραξάσας λοιπὸν ἄνω ἐλευθερωθείσας ἀπιέναι, εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ παρουσίᾳ πράξουσι, καθ' ἑκάστην παρουσίαν μετενσωματώσεως [5] κατὰ βραχὺ ποιησάσας ἑκάστου ἔργου ἀθεμίτου τὴν ἐργασίαν λοιπὸν ἐλευθερωθῆναι. Λέγουσι δὲ πάλιν ὅτι, Τοῖς ἀξίοις ταῦτα καταξιοῦμεν διηγεῖσθαι, ἵνα πράξωσι τὰ δοκοῦντα εἶναι κακὰ, οὐκ ὄντα δὲ φύσει κακὰ, ἵνα μαθόντες ἐλευθερωθῶσι. Σφραγῖδα δὲ ἐν καυτῆρι, ἢ δι' ἐπιτηδεύσεως ξυρίου ἢ ῥαφίδος ἐπιτιθέασιν οὗτοι οἱ ὑπὸ Καρποκρᾶ ἐπὶ τὸν δεξιὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις.

Κεφ. ϛ'. pag. 107. Ἦλθε μὲν εἰς ἡμᾶς ἤδη πως Μαρκελλίνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθεῖσα, καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο ἐν χρόνοις Ἀνικήτου ἐπισκόπου Ῥώμῃ, τοῦ κατὰ τὴν διαδοχὴν Πίου, καὶ τῶν ἀνωτέρω. Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης, σύγχρονος ὢν Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντος τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων. Εἴτ' οὖν ἔτι περιόντων αὐτῶν ὑπὸ Πέτρου λαμβάνει τὴν χειροθεσίαν τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παραιτησάμενος ἤργει (λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ, τισὶ τοῦτο συμβουλεύων· εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον), ἤτοι μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ὑπὸ Κλήτου τοῦ ἐπισκόπου οὗτος καθίσταται, οὐ πάνυ σαφῶς ἴσμεν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἠδύνατο ἔτι

2. „Deest nonnihil" *annotavit Petavius. Nihil desidero. Verba* καθ' ἑκάστην *et quae sequuntur per epexegesin subiuncta explicant* μετενσωμάτωσιν *quam novissimum esse quadrantem interpretati sint.*

pretandae parabolae fabulam quandam commenti sunt, et adversarium illum unum esse ex mundi fabricatoribus angelis putant, qui huius rei caussa sit constitutus ut exsolutas corporis vinculis, atque hinc migrantes animas ad iudicem deducat; ubi nondum omnia praestitisse convictae a principe ministro traduntur, qui ex angelorum grege unus opifici mundi huius iudici ad transferendas, et in varia corpora deportandas animas operam suam collocat. Esse porro adversarium illum quem a domino commemoratum in evangelio diximus, unum ex mundi artificibus angelis nomine Abolum. Nam et custodiam esse corpus interpretantur, et novissimum quadrantem migrationem animarum, quas accessionibus ad corpora singulis ultimas actiones obire necesse sit, nullum ut amplius scelus ac flagitium supersit. Oportet enim, ut antea dictum est, pervagatam omnia singulisque perfunctam animam, ac solutam, mundi effectoribus ac praecipuo huius auctore superatis, ad supremum illum ignotumque penetrare. Addunt insuper vel in prima migratione confectis omnibus sursum evolare liberas opus esse, vel nisi unico illo adventu universa perfecerint, tum vero unaquaque transitione paulatim omnibus facinoribus flagitiisque defunctas sese in libertatem asserere. Praeterea nos iis qui digni sunt, inquiunt, arcana ista committimus, ut quae esse videntur mala, natura autem minime sunt, exequantur, eaque re cognita liberentur. Solent vero Carpocratiani quos ad suam sectam fraudulenter pellexerint, iis candente ferro, vel novacula, vel acu notam quandam ad imam auriculam imprimere.

Ex horum factione Marcellina quaedam ad nos venit, quae Aniceti Romani episcopi tempore plerosque labefactavit, Aniceti inquam illius qui Pio aliisque pontificibus successit. Etenim Romae primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter atque episcopi fuerunt. Inde Linus, tum Cletus. Post hunc Clemens, Petri et Pauli temporum aequalis, de quo Paulus meminit ad Romanos scribens. Ne- Imo ad Philipp. 4, 3
que vero miretur aliquis quod ante ipsum in pontificiam dignitatem alii apostolis successerint, cum Petri ac Pauli esset aequalis, iisdem enim ille temporibus vixit. Utrum illis adhuc superstitibus impositis manibus episcopus a Petro consecratus, eaque detrectata provincia ab omni administratione vacaverit (ita enim in quadam epistola scripsit: *Recedo, exeo, instet populus dei*, nonnullis videlicet hoc modo consulens, nam in quibusdam commentariis ita scriptum reperimus), an potius secundum apostolos ab episcopo Cleto sit constitutus, liquido non constat. Quamquam vel hac quidem ratione poterant vi-

Cap. VI.

3. πάντῃ *cod. Rhedig. Vulgo* πάντα. *Petavio placuit* εἰς πάντα.

4. *Suspicor* πρὸς τὸν ἄνω ἄγνωστον.

5. *Vulgo* καταβραχὺ.

περιόντων τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ τῶν περὶ Πέτρον καὶ Παῦλον, ἐπισκόπους ἄλλους καθίστασθαι, διὰ τὸ τοὺς ἀποστόλους πολλάκις ἐπὶ τὰς ἄλλας πατρίδας τὴν πορείαν στέλλεσθαι, διὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ δύνασθαι δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν ἀφικνεῖται, Πέτρος δὲ πολλάκις Πόντον τε καὶ Βιθυνίαν ἐπεσκέψατο. Ἐνεχώρει δὲ μετὰ τὸ κατασταθῆναι Κλήμεντα καὶ παραιτήσασθαι (εἴ γε οὕτως ἐπράχθη, διανοοῦμαι γὰρ, οὐχ ὁρίζομαι) ὕστερον μετὰ τὸ τετελευτηκέναι Λῖνον καὶ Κλῆτον ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη ἕκαστον μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου καὶ Παύλου τελευτὴν τὴν ἐπὶ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Νέρωνος γενομένην, τοῦτον αὖθις ἀναγκασθῆναι τὴν ἐπισκοπὴν κατασχεῖν. Ὅμως ἡ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν· Πέτρος καὶ Παῦλος, Λῖνος καὶ Κλῆτος, Κλήμης, Εὐάρεστος, Ἀλέξανδρος, Ξύστος, Τελέσφορος, Εὐάρεστος, Ὑγῖνος, Πῖος, Ἀνίκητος, ὁ ἄνω ἐν τῷ καταλόγῳ προδεδηλωμένος. Καὶ μή τις θαυμάσῃ ὅτι ἕκαστα οὕτως ἀκριβῶς διήλθομεν. Διὰ γὰρ τούτων ἀεὶ τὸ σαφὲς δείκνυται. Ἐν χρόνοις τοίνυν, ὡς ἔφημεν, Ἀνικήτου ἡ προδεδηλωμένη Μαρκελ-
pag. 108. *λίνα ἐν Ῥώμῃ γενομένη, τὴν λύμην τῆς Καρποκρᾶ διδασκαλίας ἐξεμέσασα, πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε λυμηναμένη ἠφάνισε. Καὶ ἔνθεν γέγονεν ἡ ἀρχὴ Γνωστικῶν τῶν καλουμένων. Ἔχουσι δὲ εἰκόνας ἐνζωγράφους διὰ χρωμάτων, τινὲς δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λοιπῆς ὕλης, ἅτινα ἐκτυπώματά φασιν εἶναι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῦτα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου γεγενῆσθαι τὰ ἐκτυπώματα τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ, ὅτε ἐνεδήμει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Κρύβδην δὲ τὰς τοιαύτας ἔχουσιν εἰκόνας· ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων τινῶν, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ λοιπῶν, μεθ᾽ ὧν φιλοσόφων καὶ ἕτερα ἐκτυπώματα τοῦ Ἰησοῦ τιθέασιν, ἱδρύσαντές τε προσκυνοῦσι καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελοῦσι μυστήρια. Στήσαντες γὰρ ταύτας τὰς εἰκόνας τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθη λοιπὸν ποιοῦσι. Τίνα δέ ἐστιν ἐθνῶν ἔθη, ἀλλ᾽ ἢ θυσίαι καὶ τὰ ἄλλα; Ψυχῆς δὲ εἶναι μόνης σωτηρίαν φασὶ, καὶ οὐχὶ σωμάτων.*

Κεφ. ζ. *Δεῖ τοίνυν τούτους ἀνατρέπειν παντὶ σθένει· μηδεὶς γὰρ καταφρονείτω λόγου, καὶ μάλιστα παρὰ ἀπατεῶνος. Ἀλλ᾽ εἴποι τις ἂν, Οὐ γάρ ἐστι φωρατὰ καὶ μωρίας ἔμπλεα; Ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅπῃ καὶ τὰ μωρὰ πείθει τοὺς ἄφρονας καὶ τοὺς συνετοὺς παρεκτρέπει, ἐὰν μὴ παρῇ ὁ νοῦς ὁ ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἠσκημένος. Ἐμπεσόντος τοίνυν καὶ τούτου [1] τῇ Σίμωνος μαγείᾳ καὶ τῶν λοιπῶν, τοῖς αὐτοῖς καὶ τοῦτον ἀνατρέψομεν. Εἰ γὰρ ἡ ἄγνωστος καὶ ἀκατονόμαστος δύναμις αἰτία γέγονεν ἄλλων*

Cap. VII. — 1. τῇ *codd. Vatic. Rhedig. Vulgo* τοῦ. — *In seqq. pro* ἡ ἄγνωστος *edit. Petav. vitium habet* ὁ ἄγν.

ventibus adhuc apostolis, Petro scilicet ac Paulo episcopi alii surrogari, quod iidem illi praedicandi evangelii gratia in alias urbes regionesque profectionem susciperent, carere autem episcopo Roma non posset. Siquidem Paulus in Hispaniam pervenit, Petrus vero Pontum ac Bithyniam saepenumero peragravit. Ac fieri sane potuit, ut primum Clemente constituto, cum is defugeret (si ita tamen contigit, quod ego opinando potius quam asseverando dixerim) postea Lino, Cletoque mortuis, qui XII annorum spatio singulatim episcopatum obtinuerunt, post apostolorum Petri Paulique necem, quae in annum Neronis XII. incurrit, tum demum pontificatum capessere sit coactus. Sed utcumque sese res habuerit, Romanorum pontificum ista successio est: Petrus et Paulus, Linus ac Cletus, Clemens, Euaristus, Alexander, Xystus, Telesphorus, Euaristus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui est a me paulo ante in episcoporum ordine numeratus. Ac nemini sane mirum videatur cur singula tanta cum diligentia percurrerim. Per haec enim perpetuo certa accurrataque veritas ostenditur. Quamobrem Aniceti, ut dictum est tempore, Marcellina illa Romam veniens, et Carpocratianae doctrinae virus evomens, multos illic errore suo depravatos in exitium impulit; indidemque Gnosticorum sunt excitata primordia. Habent porro Carpocratiani depictas coloribus imagines, quidam etiam aureas aut argenteas, vel ex alia materia factas, quas esse Iesu effigies affirmant, easdemque a Pontio Pilato ad Christi similitudinem effictas, quo tempore inter homines degebat. Sed eiusmodi imagines occultas habent, nec non et philosophorum quorundam, ut Pythagorae, Platonis, Aristotelis, aliorumque, quibus eas quas dixi Christi effigies miscent, et erectas simul omnes adorant, ad easque gentilium ritus instituunt. Collocatis enim simulacris istis, quae a gentilibus fieri solent deinceps perficiunt. Quinam vero sunt gentiles ii ritus alii quam sacrificia, caeteraque generis eiusdem? Caeterum ita soli animae salutem attribuunt ut ab eius communione corpora segreganda putent.

Quamobrem omni illos ope profligare oportet atque evertere. Cap. VII.
Neque enim est quod eiusmodi dogmata praesertim a tali impostore profecta quispiam contemnat. Atenim dicat aliquis, Nonne ea sunt cognitu facilia stultitiaque plenissima? Sunt ea vero. Sed insipientibus stulta plerumque persuadentur, imo etiam prudentes a recta via deflectunt, nisi animi vis adsit veritatis exercitatione firmata. Quamobrem cum in iisdem quibus Simon magicis artibus caeteraque errorum faece Carpocras haereat, nos easdem quoque ad illum evertendum rationes adhibebimus. Si enim ignota illa nec ullo nomine

Ἀγγέλων, ἥ ἐστιν ἄγνοια παρὰ τῇ αὐτῇ, τουτέστι τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων, εἰ μὴ ᾔδει ἃ μέλλουσι πράττειν οἱ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευαζόμενοι Ἄγγελοι, ἀγνοήσας ὅτι ἀποστήσονται καὶ ποιήσουσιν ἃ μὴ [2]αὐτὸς ἐβούλετο· ἢ τούτους μὲν ἐποίησε γινώσκων ὅτι ποιήσουσιν ὃ αὐτὸς οὐ βούλεται, παρ' αὐτῶν δὲ γέγονε, καὶ ἔσται διὰ τῆς γνώσεως καὶ εὐδοκίας αὐτὸς ποιήσας ἃ ἐκεῖνοι τετολμήκασιν. Εἰ τοίνυν, ὡς προεῖπον, ἐγίνωσκε μὲν ἃ ποιήσουσιν, οὐκ ἠβούλετο δὲ ἵνα ποιήσωσι, τίνι τῷ λόγῳ τοὺς πεποιηκότας ἐποίει εἰς τὸ πράττειν ἃ μὴ αὐτὸς ἐβούλετο; Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν πεποίηκε τοὺς Ἀγγέλους ἵνα ποιήσωσι τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα, ἄρα
Κεφ. ε΄. *Εὕροις δ' ἂν, ὦ [1] φιλολόγε, καὶ τούτου τὴν ὑπόθεσιν ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Φίλωνος ὑπομνήμασιν, ἐν τῇ περὶ Ἰεσσαίων αὐτοῦ ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, ὃς τούτων τὴν πολιτείαν καὶ τὰ ἐγκώμια διεξιὼν, καὶ τὰ αὐτῶν μοναστήρια ἐν τῇ κατὰ τὴν Μαρίαν λίμνῃ ἱστορῶν περιοικίδι, οὐ περί τινων ἑτέρων ὁ ἀνὴρ ἱστόρησεν, ἀλλὰ περὶ Χριστιανῶν. Οὗτος γὰρ γενόμενος ἐν τῇ χώρᾳ (Μαρεώτην δὲ τὸν τόπον καλοῦσι), καὶ καταχθεὶς παρ' αὐτοῖς ἐν τοῖς κατὰ τὸν χῶρον τοῦτον μοναστηρίοις ὠφέληται. Ἐν ἡμέραις γὰρ τῶν [2] Πάσχων ἐκεῖ γενόμενος τάς τε αὐτῶν πολιτείας ἐθεάσατο, καὶ ὥς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν [3] Πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες, ἄλλοι δὲ καὶ καθ' ἑσπέραν. Ἦν δὲ τῷ ἀνδρὶ πάντα ταῦτα πεπραγματευμένα εἰς τὴν περὶ πίστεώς τε καὶ πολιτείας τῶν Χριστιανῶν ὑπόθεσιν. Ὡς οὖν τότε ἐκαλοῦντο Ἰεσσαῖοι, ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, καὶ Μάρκου τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ κηρύξαντος, κατὰ τοὺς χρόνους τούτους τινὲς ἐξεληλύθασι πάλιν, τῶν ἀποστόλων δῆθεν ἀκόλουθοι (λέγω δὲ οἱ ἐνταῦθά μοι δηλούμενοι Ναζωραῖοι), ὄντες μὲν κατὰ τὸ γένος Ἰουδαῖοι, καὶ τῷ νόμῳ δὲ προςανέχοντες καὶ περιτομὴν κεκτημένοι· ἀλλ' ὥςπερ ἀπὸ σκοποῦ τινες θεασάμενοι πῦρ, καὶ μὴ νοήσαντες δι' ἣν αἰτίαν οἱ τὴν πυρὰν ταύτην ἐξάψαντες, ἢ χρησι-
pag. 121. μότητα, τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ τὰ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ὀψώνια πρὸς ἐδωδὴν διὰ τῆς πυρᾶς κατασκευάζοντες, ἢ ἐπὶ ἀφανισμῷ τινων καυστικῶν ξύλων ἢ φρυγάνων τῶν ὑπὸ πυρὸς εἰωθότων ἀναλίσκεσθαι, οὕτω καὶ αὐτοὶ μιμησάμενοι, πῦρ ἀνάψαντες ἑαυτοὺς ἐνέπρησαν. Ἀκούσαντες γὰρ μόνον ὄνομα Ἰησοῦ, καὶ θεασάμενοι τὰ θεοσήμεια τὰ διὰ χειρῶν τῶν ἀποστόλων γινόμενα, καὶ αὐτοὶ εἰς Ἰησοῦν πιστεύουσι, γνόντες δὲ αὐτὸν ἐκ Ναζαρὲτ ἐν γαστρὶ [4] ἐγκυμονηθέντα, καὶ ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ ἀνατραφέντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον καλεῖσθαι, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἔν τε σημείοις καὶ τέρασι, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο τὸ ὄνομα ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, [5] τὸ καλεῖσθαι Ναζωραίους, [6] οὐχὶ δὲ Ναζιραίους, τὸ ἑρμηνευόμενον Ἡγιασμένους. Τοῦτο γὰρ τοῖς τὸ παλαιὸν πρωτοτόκοις καὶ θεῷ ἀφιερωθεῖσιν [7] ὑπῆρχεν τὸ ἀξίωμα, ὧν εἷς ὑπῆρχεν ὁ Σαμψὼν, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν, καὶ πρὸ αὐτοῦ πολλοί. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς τῶν αὐτῶν [8] ἀφηγιασμένων τῷ θεῷ καὶ αὐτὸς εἷς [9] ὑπῆρχε, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπινεν. [10] Ὥριστο γὰρ τοῖς τοιούτοις [11] αὕτη ἁρμόδιος τῷ ἀξιώματι [12] ἡ πολιτεία.*

Cap. V. — 1. *Sic cod. Vatic. Cod. Rhedig. et edit. princ. vitiose* φιλόλογε.

2. πασχῶν *cod. Rhedig. et edit. princ. Quod mutavit Petav. in* πάσχων, *ex auctoritate cod. Vatic.*

3. πάσχων *cod. Vatic. et ed. Petav.* πασχῶν *cod. Rhedig. et edit. princ.*

4. *Vocem* ἐγκυμονηθέντα *non agnoscit cod. Vatic.*

5. τοῦ καλεῖσθαι *cod. Venetus.*

6. *Verba* οὐχὶ δὲ Ναζιραίους *non habet cod. Venet.*

7. ὑπῆρχεν *codd. Venet. et Rhedig. Vulgo* ὑπῆρχε.

Quod quidem argumentum uberius pertractatum, quisquis es Cap. V.
studiosus in Philonis commentariis invenies, eoque libro quem de Iessaeis inscripsit; ubi illorum vitae disciplinam ac praeconia celebrans, eorumque monasteria, quae ad Marianam paludem circumquaque posita sunt describens non de aliis ullis, quam de Christianis ista narravit. Nam cum eam regionem lustrasset (Mareotes hic vulgo locus dicitur) atque ad ipsos, eorumque monasteria divertisset, magnam ab iis utilitatem accepit. Etenim cum ipsis paschalibus feriis illuc accessisset, omnem eorum vitae rationem diligenter inspexit, observavitque nonnullos totam illam sacrosanctam hebdomadem sine ullo cibo transigere, alios alternis illum diebus capere, quosdam vero sub vesperam. Quamobrem quaecumque toto illo opere a Philone tractata sunt, ea Christianorum ad fidem vivendique rationem omnino pertinent. Cum igitur Iessaei tunc temporis dicerentur, paulo post ascensum Christi domini, postquam Marcus in Aegypto divinum verbum praedicavit, nonnulli tunc prodierunt apostolorum asseclae, Nazaraei videlicet isti de quibus praesens institutus est sermo. Erant illi genere quidem Iudaei, atque ad legem et circumcisionem adhaeserant, sed quemadmodum qui e specula procul ignem aspiciunt, neque cuius rei gratia, quemve ad usum hoc incendium excitatum fuerit sciunt, utrumnam ad obsonia coquenda, cibosque victui praeparandos, an ut cremia aridaque virgulta, ut assolet, concremarent, sic illi istud ipsum imitati semetipsos incendio consumpserunt. Siquidem solo Iesu nomine audito, conspectisque quae ab apostolis fierent portentis ac miraculis, in illum et ipsi quoque crediderunt. Quem cum Nazareti scirent in virginis utero genitum, atque in Iosephi domo nutritum, et idcirco Iesum Nazarenum in evangelio nominari, quemadmodum apostoli loquuntur, *Iesum Nazarenum virum approbatum* Act. 2, 22.
signis ac prodigiis, ex eo nomen sibi istud imponunt, ut Nazaraei vocentur, non Naziraei, quae vox sanctificatum significat. Hic enim quondam primogenitis deoque consecratis dignitatis honor est habitus, quorum e numero Sampson, aliique post ipsum vel ante ipsum complures extiterunt. Imo et Ioannes baptista ex illo dedicatorum deo hominum genere fuit, qui vinum aut siceram non bibit. Fuit enim hominibus eiusmodi eorum dignitati consentanea vivendi ratio constituta.

8. ἀφηγιασμένων *emendatio est Ios. Scaligeri, quam firmat cod. Venet. praebens* ἀφηγιασμένον. *Cod. Rhedig. et editi libri habent* ἀφηγησαμένων. *Petavius suspicabatur* αὐτοὺς ἀφιερωσαμένων.

9. ὑπῆρχεν. οἶνον γὰρ καὶ *cod. Venet.*

10. ὡρίζετο *cod. Venet.*

11. αὕτι *cod. Venet.*

12. ἡ *om. cod. Venet.*

Κεφ. ς'. [1] Ἀλλὰ οὐδὲ Νασαραίους ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν· ἦν γὰρ ἡ αἵρεσις τῶν Νασαραίων πρὸ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸν οὐκ ᾔδει. Ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι τοὺς Χριστιανοὺς [2] Ναζωραίους ἐκάλουν, ὡς προεῖπον, ὥς λέγουσι κατηγοροῦντες Παύλου τοῦ ἀποστόλου, Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὕρομεν λοιμὸν, καὶ διαστρέφοντα τὸν λαὸν, πρωτοστάτην τε ὄντα τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως. Ὁ δὲ ἅγιος ἀπόστολος οὐκ ἀρνεῖται μὲν τὸ ὄνομα, οὐχὶ τὴν τούτων αἵρεσιν ὁμολογῶν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τὸ ἀπὸ τῆς τῶν ἀντιλεγόντων κακονοίας διὰ τὸν Χριστὸν ἐπενεχθὲν αὐτῷ ἀσμένως καταδεχόμενος. Φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ [3] βήματος, Οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ [4] εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασίν τινα ὄχλου ποιοῦντα, οὐδὲ ὧν μου κατηγοροῦσιν οὐδὲν [5] πεποίηκα. Ὁμολογῶ δέ σοι τοῦτο, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν αἵρεσιν οὗτοι φάσκουσιν, οὕτω λατρεύω, πιστεύων πᾶσι τοῖς ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις. Καὶ οὐ θαῦμα ὅτι ὁ ἀπόστολος [6] ὁμολογεῖ ἑαυτὸν Ναζωραῖον, πάντων καλούντων τοὺς Χριστιανοὺς τότε τούτῳ τῷ ὀνόματι, διὰ Ναζαρὲτ τὴν pag. 122. πόλιν, ἄλλης μὴ οὔσης χρήσεως τῷ ὀνόματι πρὸς τὸν καιρὸν, ὥςτε τοὺς ἀνθρώπους καλεῖν τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευκότας. Περὶ οὗ [7] καὶ γέγραπται ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Καὶ γὰρ καὶ νῦν ὁμωνύμως οἱ ἄνθρωποι πάσας τὰς αἱρέσεις, Μανιχαίους τέ φημι καὶ Μαρκιωνιστὰς, Γνωστικούς τε καὶ ἄλλους, Χριστιανοὺς τοὺς μὴ ὄντας Χριστιανοὺς καλοῦσι, καὶ ὅμως ἑκάστη αἵρεσις, καίπερ ἄλλως λεγομένη, καταδέχεται τοῦτο χαίρουσα, ὅτι διὰ τοῦ ὀνόματος κοσμεῖται. Δοκοῦσι γὰρ ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ σεμνύνεσθαι ὀνόματι, οὐ μὴν τῇ πίστει καὶ τοῖς ἔργοις. Οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τότε μαθητὰς Ἰησοῦ ἑαυτοὺς ἐκάλουν, ὥςπερ οὖν καὶ ἦσαν· ἀκούοντες δὲ παρὰ ἄλλων Ναζωραῖοι οὐκ ἠναίνοντο, τὸν σκοπὸν θεωροῦντες τῶν τοῦτο αὐτοὺς καλούντων, ὅτι διὰ Χριστὸν αὐτοὺς ἐκάλουν. Ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος Ἰησοῦς Ναζωραῖος ἐκαλεῖτο, ὥςπερ ἔχει τὰ εὐαγγέλια, καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων, διὰ τὸ ἐν τῇ πόλει Ναζαρὲτ αὐτὸν, κώμῃ δὲ τὰ νῦν οὔσῃ, ἀνατετράφθαι ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ, γεννηθέντα κατὰ σάρκα ἐν Βηθλεὲμ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, τῆς μεμνηστευμένης Ἰωσὴφ τῷ ἐν τῇ αὐτῇ Ναζαρὲτ μετῳκηκότι, μετὰ τὸ ἀπὸ Βηθλεὲμ αὐτὸν μεταναστάντα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κατοικισθῆναι.

Κεφ. ζ'. Οὗτοι δὲ οἱ προειρημένοι αἱρεσιῶται, περὶ ὧν ἐνταῦθα τὴν ἀφήγησιν ποιούμεθα, παρέντες τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ οὔτε Ἰεσσαίους ἑαυτοὺς κεκλήκασιν, οὔτε τῶν Ἰουδαίων ἔμειναν ἔχοντες τὸ ὄνομα, οὔτε Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν, ἀλλὰ Ναζωραίους, δῆθεν ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου τῆς Ναζαρὲτ ἐπωνυμίας. Τὰ πάντα δέ εἰσιν Ἰουδαῖοι, καὶ

Cap. VI. — 1. Ἀλλὰ οὐδὲ *codd. Venet. et Vatic.* Ἄλλοι δὲ *cod. Rhedig. et editi libri.* 2. ἐκάλουν Ναζωραίους *cod. Venet.* 3. ῥήματος *cod. Venet.*

Sed alii Nazaraeos seipsos appellant. Quippe Nazaraeorum Cap. VI. secta Christum antecessit, nec eum cognovit. Verum Christiani, ut initio monui, ab omnibus Nazaraei nuncupati sunt, quemadmodum illi dixerunt, qui Paulum apostolum accusarunt: *Hunc*, inquiunt, Act. 24, 5. *hominem invenimus pestiferum, et corrumpentem populum, et auctorem sectae Nazarenorum.* At sanctus apostolus neque nomen istud eiurat, tametsi ab illorum haeresi abhorreret, et quod sibi adversariorum improbitate propter Christum impositum erat vocabulum, libenter admisit. Ita enim ante tribunal dixit, *Neque in templo invenerunt* Ibid. 12. *me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbae, neque quicquam eorum quibus me accusant admisi. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haeresin, sic deservio, credens omnibus quae in lege et prophetis scripta sunt.* Neque vero mirum est apostolum semetipsum Nazarenum confiteri, cum universi tunc eo nomine Christianos vocarent, ab oppido Nazaret, nec ullus alterius esset vocis usus illis temporibus, qua eos qui Christo nomen dederant possent exprimere. De quo sane scriptum est, *quoniam* Matth. 2, 23. *Nazarenus vocabitur.* Nam et hodie haereses omnes, Manichaei scilicet, Marcionistae, Gnostici, caeterique qui Christiani non sunt, Christianorum tamen ab omnibus nomine comprehendi solent, et unaquaeque secta, licet alio nomine censeatur, id sibi nominis libenter asciscit, quod hoc esse sibi decori atque ornamento iudicat. Quippe solo Christi vocabulo non fide atque operibus gloriari videntur. Eodem modo sancti Christi discipuli sese tum id quod erant Iesu discipulos vocabant: neque tamen cum ab aliis Nazareni dicerentur nomen istud recusabant, cum ad eorum a quibus sic appellabantur finem scopumque respicerent, qui hoc sese nomine Christi caussa donabant; quandoquidem et Iesus ipse Nazarenus appellatus est, ut in evangeliis et apostolorum Actibus legitur, pro eo quod in oppido Nazareti, qui hodie pagus est, in aedibus Iosephi fuerit educatus, posteaquam Bethleemi de virgine Maria secundum carnem natus est, quae quidem Iosepho desponsa fuerat, qui Nazareti tunc habitabat, cum relicto Bethleemo in Galilaea domicilium collocasset.

Quod vero ad haereticos illos attinet, de quibus modo sermo- Cap. VII. nem instituimus, omisso Iesu nomine, neque Iessaeos seipsos vocant, neque Iudaeorum vocabulum retinent, neque se Christianos, sed Nazarenos de illa loci appellatione nuncupant, cum interim meri ipsi Iudaei, neque aliud praeterea sint. Porro non solum novo,

4. ηὗρον *cod. Venet.*
5. πεποιηκότα *cod. Venet.*
6. ὁμολόγει *cod. Venet.*
7. καὶ, *quod abest a libris vulgatis, inserui de auctoritate cod. Vatic.*

οὐδὲν ἕτερον. Χρῶνται δὲ οὗτοι οὐ μόνον νέᾳ διαθήκῃ, ἀλλὰ καὶ παλαιᾷ, καθάπερ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι. Οὐ γὰρ ἀπηγόρευται παρ' αὐτοῖς νομοθεσία καὶ προφῆται καὶ γραφεῖα τὰ παρὰ Ἰουδαίοις καλούμενα βιβλία, ὥσπερ παρὰ τοῖς προειρημένοις, οὐδέ τι ἕτερον οὗτοι φρονοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ κήρυγμα τοῦ νόμου, καὶ ὡς οἱ Ἰουδαῖοι πάντα καλῶς ὁμολογοῦσι, χωρὶς τοῦ εἰς Χριστὸν δῆθεν πεπιστευκέναι. Παρ' αὐτοῖς γὰρ καὶ νεκρῶν ἀνάστασις ὁμολογεῖται, καὶ ἐκ θεοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι. Ἕνα δὲ θεὸν καταγγέλλουσι, καὶ τὸν τούτου παῖδα Ἰησοῦν Χριστόν· Ἑβραϊκὴν δὲ διάλεκτον ἀκριβῶς εἰσιν ἠσκημένοι. Παρ' αὐτοῖς γὰρ πᾶς ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ Γραφεῖα λεγόμενα,
pag. 123. φημὶ δὲ τὰ στιχήρη, καὶ αἱ Βασιλεῖαι, καὶ Παραλειπόμενα, καὶ Αἰσθὴρ, καὶ τἄλλα πάντα Ἑβραϊκῶς ἀναγινώσκεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ παρὰ Ἰουδαίοις. Ἐν τούτῳ δὲ μόνον πρὸς Ἰουδαίους διαφέρονται καὶ Χριστιανοὺς, Ἰουδαίοις μὲν μὴ συμφωνοῦντες, διὰ τὸ εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, Χριστιανοῖς δὲ μὴ [1] ὁμογνωμονοῦντες, διὰ τὸ ἔτι νόμῳ πεπεδῆσθαι, περιτομῇ τε καὶ σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Περὶ Χριστοῦ δὲ οὐκ οἶδα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν προειρημένων περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον μοχθηρίᾳ ἀχθέντες ψιλὸν ἄνθρωπον νομίζουσιν, ἢ, καθὼς ἡ ἀλήθεια ἔχει, διὰ πνεύματος ἁγίου γεγεννῆσθαι ἐκ Μαρίας διαβεβαιοῦνται. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ αἵρεσις ἡ Ναζωραίων ἐν τῇ Βεροιαίων περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν, καὶ ἐν τῇ Δεκαπόλει περὶ τὰ τῆς Πέλλης μέρη, καὶ ἐν τῇ Βασανίτιδι τῇ λεγομένῃ Κωκάβῃ, Χωχάβῃ δὲ Ἑβραϊστὶ λεγομένῃ. Ἐκεῖθεν γὰρ ἡ ἀρχὴ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων μετάστασιν, πάντων τῶν μαθητῶν τῶν ἐν Πέλλῃ ᾠκηκότων, Χριστοῦ φήσαντος καταλεῖψαι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀναχωρῆσαι, ἐπειδὴ ἤμελλε πάσχειν πολιορκίαν. Καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τὴν Περαίαν οἰκήσαντες ἐκεῖσε, ὡς ἔφην, διέτριβον. Ἐντεῦθεν ἡ κατὰ τοὺς Ναζωραίους αἵρεσις ἔσχε τὴν ἀρχήν.

Κεφ. η΄. Πεπλάνηνται δὲ καὶ οὗτοι, περιτομὴν αὐχοῦντες, καὶ ἔτι οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, μὴ δυνάμενοι τὸν νόμον πληρῶσαι. Πῶς γὰρ δυνήσονται πληροῦν τὰ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένα, ὅτι τρὶς τοῦ ἔτους ὀφθήσῃ ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ σου, κατά τε τὰ Ἄζυμα καὶ Σκηνοπηγίαν καὶ τὴν Πεντηκοστὴν, ἐν τῷ τόπῳ Ἱεροσολύμων; Ἀποκλεισθέντος γὰρ τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ μὴ δυναμένων πληροῦσθαι, παντὶ τῷ νοῦν ἔχοντι σαφὲς ἂν εἴη ὅτι Χριστὸς ἦλθε πληρωτὴς τοῦ νόμου, οὐ τὸν νόμον καταλύσων, ἀλλὰ τὸν νόμον πληρώσων, καὶ ἀφελεῖν τὴν κατάραν τὴν κατὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ὁρισθεῖσαν. Μετὰ γὰρ τὸ ἐντείλασθαι τὸν Μωϋσέα πᾶσαν ἐντολὴν, ἦλθεν ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς βίβλου, καὶ συνέκλεισε τὸ πᾶν εἰς κατάραν, λέγων, Ἐπι-

Cap. VII. — 1. ὁμογνωμονοῦντες *edit. princ.* ὁμογνωμοῦντες *cod. Rhedig. et edit. Petav.*

sed et veteri testamento Iudaeorum instar utuntur. Neque enim apud illos legis libri, prophetae, aut hagiographa prohibentur, quae Iudaei Biblia nuncupant, ut et a Iudaeis approbantur; a quibus Nazaraei nulla in re dissentiunt, qui ad legis praescriptum ac Iudaeorum more omnia sua dogmata profitentur, nisi quod in Christum credunt. Nam et mortuos excitari putant, et a deo universa producta. Unum esse deum, eiusque filium Iesum Christum praedicant. Hebraicae vero linguae scientissimi sunt; ac cum universa lex apud illos, tum prophetae et hagiographa, hoc est libri illi qui versibus distincti sunt, et prophetae, Paralipomena, Esther, caeteraque id genus Hebraice ut et a Iudaeis leguntur. Hoc igitur uno tam a Iudaeis quam a Christianis differunt; ab illis quidem, quod in Christum credant, a Christianis vero, quod Iudaicis adhuc ritibus implicentur, velut circumcisione, sabbato, aliisque ceremoniis. De Christo vero certo illud affirmare nequeo, utrum Cerinthi vel Merinthi impietate illa decepti, simplicem illum hominem asseverent, an uti sese res habet, per spiritum sanctum de Maria virgine genitum esse fateantur. Caeterum haec Nazaraeorum secta in Beroeensi civitate potissimum viget, ac Coelen Syriam, atque etiam in Decapoli iuxta Pellam, et in Basanitide, in ea quae vulgo Cocabe, Hebraice Chochabe, dicitur. Hinc enim post illam ab Hierosolymis secessionem, illorum initia profecta sunt, cum Pellae discipuli omnes habitarent, a Christo de relinquenda Hierosolymorum urbe migrandoque praemoniti, quod eius immineret obsidio. Qua quidem occasione factum est, ut in Peraea iis quibus diximus locis degerent. Indeque Nazaraeorum haeresis sunt deducta primordia.

Verum et isti nihilominus aberrant, cum de circumcisione glo- Cap. VIII.
riantur; et execratione etiam nunc obstricti sunt, quod legem penitus observare nequeant. Quomodo enim legis observare mandatum istud poterunt: *Ter quotannis apparebis coram domino deo tuo per* Exod. 23, 17.
azymorum dies, et scenopegiam, et pentecosten, in Hierosolymitano loco? Cum enim lex interclusa sit, et quae ab ea praescribuntur perfici amplius non possint, cuilibet prudenti perspicuum est advenisse Christum, non ut legem everteret, sed ut eam ipsam impleret, et eam execrationem solveret, quae contra violatae legis crimen fuerat constituta. Posteaquam enim Moyses universam legem promulgavit, ad finem voluminis pervenit, ac sub maledicto cuncta conclusit: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta* Deut. 27, 26.

κατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς λόγοις τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, τοῦ ποιῆσαι αὐτούς. Ἦλθεν οὖν λύων μὲν τὰ πε-
pag. 124. πεδημένα δεσμοῖς τοῖς τῆς κατάρας, χαριζόμενος δὲ ἡμῖν ἀντὶ τῶν μικρῶν τῶν μὴ δυναμένων πληροῦσθαι τὰ μείζονα, καὶ οὐ μαχόμενα θάτερον θατέρῳ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πλήρωσιν, ὡς τὰ πρότερα. Οὕτως γὰρ κατὰ πᾶσαν αἵρεσιν φθάνοντες ἐν τῇ περὶ σαββατισμοῦ καὶ περιτομῆς καὶ τῶν ἄλλων πολλάκις ἐπειργασάμεθα, πῶς ὁ κύριος ἡμῖν τὰ ἐντελέστερα κεχάρισται. Πῶς οὖν οἱ τοιοῦτοι δυνήσονται ἀπολογίαν ἔχειν, μὴ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὑπακούσαντες, τῷ διὰ τῶν ἀποστόλων εἰρηκότι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσι, μὴ βάρος ἐπιτίθεσθαι, πλὴν τῶν ἐπάναγκες, ἀπέχεσθαι αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας καὶ εἰδωλοθύτου; πῶς δὲ οὐκ ἐκπεσοῦνται τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, λέγοντος Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ὅτι, Ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει, οἵτινες ἐν νόμῳ καυχᾶσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε;

Κεφ. θ'. Ἀρκέσει οὖν καὶ ἐν ταύτῃ τῇ αἱρέσει ἡ διὰ τῆς συντομίας παρ' ἡμῶν διάλεξις. Εὐθυέλεγκτοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ εὐάλωτοι, καὶ Ἰουδαῖοι μᾶλλον, καὶ οὐδὲν ἕτερον· πάνυ δὲ οὗτοι ἐχθροὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὑπάρχουσιν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες πρὸς τούτους κέκτηνται μῖσος, ἀλλὰ ἀνιστάμενοι [1] ἕωθεν, καὶ μέσης ἡμέρας, καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν, τρὶς τῆς ἡμέρας, ὅτε εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες ὅτι, Ἐπικαταράσαι ὁ θεὸς τοὺς Ναζωραίους. Καὶ γὰρ τούτοις περισσότερον ἐνέχουσι, διὰ τὸ ἀπὸ Ἰουδαίων αὐτοὺς ὄντας Ἰησοῦν κηρύσσειν εἶναι Χριστὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον πρὸς τοὺς ἔτι Ἰουδαίους, τοὺς Χριστὸν μὴ δεξαμένους. Ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον πληρέστατον Ἑβραϊστί. Παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο, καθὼς ἐξ ἀρχῆς ἐγράφη, Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἔτι σώζεται· οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὰς γενεαλογίας, τὰς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Χριστοῦ περιεῖλον. Ἀλλὰ καὶ ταύτην φωράσαντες ὡς βληχρὸν καὶ ὀδύνης ἐμποιητικὸν διὰ τοῦ ἰοῦ σφηκίον, καταθλάσαντές τε τοῖς τῆς ἀληθείας λόγοις, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, παρὰ θεοῦ αἰτοῦντες τὴν βοήθειαν.

pag. 125.

ΚΑΤΑ ΕΒΙΩΝΑΙΩΝ,

δεκάτη, ἡ καὶ τριακοστή.

Κεφ. α'. Ἐβίων, ἀφ' οὗπερ Ἐβιωναῖοι, καθεξῆς ἀκολουθῶν, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις φρονήσας, πολύμορφον τεράστιον, καὶ ὡς εἰπεῖν τῆς

Cap. IX. — 1. ἕωθεν *emendatio Cornarii est, qui vertit* mane. *Editi libri Graeci et cod. Rhedig. habent* ἔσωθεν.

sunt in libro hoc, ut faciat ea. Eo itaque Christus advenit, ut quae dirae cuiusdam vinculis imprecationis erant obstricta solveret. Qui quidem pro exiguis illis, quae perfici non poterant, nobis magna concessit, in quibus exequendis nihil, ut in prioribus illis, est quod cum altero repugnet. Atque hoc fere modo in omni confutanda haeresi, quae sabbati, vel circumcisionis, vel alterius huiusmodi ritus observationem praescriberet, istud ipsum demonstrare studuimus, dominum nobis quae essent perfectiora tribuisse. Ecquidnam igitur ad sui excusationem afferre illi poterunt, qui spiritui sancto parere detrectant, ei inquam spiritui qui per apostolos edixerit, *ne gentili-* Act. 15, 28
bus ad Christianam religionem traductis onus imponeretur aliud, quam haec necessaria, ut a sanguine, et suffocato, et fornicatione et idolis immolato sese continerent? An non divina eos excidere gratia necesse est, cum ita sanctus Paulus apostolus scripserit: *Si circum-* Galat. 5, 2.
cidamini, Christus nihil vobis proderit: quicumque in lege gloriamini a gratia excidistis?

Quamobrem contra hanc etiam haeresin brevis ista nostra dis- Cap. IX.
putatio sufficiet. Facile enim isti refelli convincique possunt, ac Iudaei potius quam cuiusvis alterius generis sunt, tametsi Iudaeis sint inimicissimi. Neque enim Iudaeorum posteri solum capitali illos odio persequuntur, sed et mane, ac meridie, et ad vesperam, ter de die, cum in synagogis suis ad orandum conveniunt diris illos devovent, ac solenni imprecatione proscribunt. Ac Nazaraeos, inquiunt, deus execretur. In hos enim offensiore et acerbiore animo sunt, quod cum e Iudaeorum numero sint, nihilominus Iesum esse Christum praedicent, quod iis qui Iudaeorum adhuc ceremonias colunt, imprimis est contrarium, qui Christum videlicet repudiant. Est vero penes illos evangelium secundum Matthaeum, Hebraice scriptum, et quidem absolutissimum. Hoc enim certissime, prout Hebraicis literis initio scriptum est, in hodiernum tempus usque conservant. Verum illud nescio, num genealogias illas amputarint quae ab Abraamo ad Christum usque perductae sunt. Postremo cum illam haeresin sic tanquam imbecillem quendam et venenatum crabronem deprehenderimus ac veritatis oratione obtriverimus, nos ad alias deinceps, o carissimi, divino freti praesidio conferamus.

ADVERSUS EBIONAEOS,

quae est haeresis X., vel XXX.

Nazaraeos Ebion, a quo Ebionitae dicti, proxime consequitur, Cap. I.
eademque cum illis dogmata profitetur. Quod horrendum monstrum

μυθευομένης πολυκεφάλου Ὕδρας ὀφιώδη μορφὴν ἐν ἑαυτῷ ἀνατυπωσάμενος, πάλιν ἐπανέστη τῷ βίῳ, ἐκ τῆς τούτων μὲν σχολῆς ὑπάρχων, ἕτερα δὲ παρὰ τούτους κηρύττων καὶ ὑφηγούμενος. Ὡς γὰρ εἴ τις συνάξειεν ἑαυτῷ ἐκ διαφόρων λίθων τιμίων κόσμον, καὶ ποικίλης ἐσθῆτος ἔνδυμα, καὶ διαφανῶς ἑαυτὸν κοσμήσει, οὕτω καὶ οὗτος τὸ ἀνάπαλιν πᾶν ὁτιοῦν δεινὸν καὶ ὀλετήριον καὶ βδελυκτὸν κήρυγμα, ἄμορφόν τε καὶ ἀπίθανον, ἀξιλίας ἔμπλεων, παρ' ἑκάστης αἱρέσεως λαβὼν ἑαυτὸν ἀνετύπωσεν εἰς ἁπάσας. Σαμαρειτῶν μὲν γὰρ ἔχει τὸ βδελυρὸν, Ἰουδαίων δὲ τὸ ὄνομα, Ὀσσαίων δὲ καὶ Ναζωραίων καὶ Νασαραίων τὴν γνώμην, Κηρινθιανῶν τὸ εἶδος, Καρποκρατιανῶν τὴν κακοτροπίαν, καὶ Χριστιανῶν βούλεται ἔχειν τὴν προσηγορίαν (οὐ γὰρ δήπουθεν τήν τε πρᾶξιν καὶ τὴν γνώμην καὶ τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν τῶν εὐαγγελίων καὶ ἀποστόλων περὶ πίστεως συγκατάθεσιν)· μέσος δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἁπάντων τυγχάνων οὐδὲν πέφυκεν, ἀλλὰ ἐπ' αὐτῷ πληροῦται τὸ γεγραμμένον, Παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ, μέσον ἐκκλησίας καὶ συναγωγῆς. Σαμαρείτης μὲν οὖν ὢν διὰ τῆς βδελυρίας τοὔνομα ἀρνεῖται, Ἰουδαῖον δὲ ἑαυτὸν ὁμολογῶν Ἰουδαίοις ἀντίκειται, καίτοι συμφωνῶν αὐτοῖς ἐν μέρει, ὡς ὕστερον ἐν ταῖς περὶ τούτου ἀποδείξεσι [1] καὶ τοῦ κατ' αὐτῶν ἐλέγχου παραστήσομεν, θεοῦ ἐπιβοηθοῦντος.

Κεφ. β'. Οὗτος γὰρ ὁ Ἐβίων σύγχρονος μὲν τούτων ὑπῆρχεν, ἀπ' αὐτῶν δὲ σὺν αὐτοῖς ὁρμᾶται. Τὰ πρῶτα δὲ ἐκ παρατριβῆς καὶ σπέρματος ἀνδρὸς, τουτέστι τοῦ Ἰωσὴφ, τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι ἔλεγεν, ὡς
pag. 126. καὶ ἤδη ἡμῖν προείρηται ὅτι τὰ ἴσα τοῖς ἄλλοις ἐν ἅπασι φρονῶν ἐν τούτῳ μόνῳ διεφέρετο, ἐν τῷ τῷ νόμῳ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ προσανέχειν κατὰ σαββατισμὸν καὶ κατὰ τὴν περιτομὴν, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσαπερ παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Σαμαρείταις ἐπιτελεῖται. Ἔτι δὲ πλείω οὗτος παρὰ τοὺς Ἰουδαίους ὁμοίως τοῖς Σαμαρείταις διαπράττεται. Προσέθετο γὰρ τὸ παρατηρεῖσθαι ἅπτεσθαί τινων τῶν ἀλλοεθνῶν, καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν, εἴ ποτε γυναικὶ συναφθείη, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἀναστῇ, βαπτίζεσθαι ἐν τοῖς ὕδασιν, εἴπου δὲ ἂν εὐποροίη, ἢ θαλάσσης, ἢ ἄλλων ὑδάτων. Ἀλλὰ καὶ εἰ συναντήσειέ τινι ἀνιὼν ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταδύσεως καὶ βαπτισμοῦ, ὡσαύτως πάλιν ἀνατρέχει βαπτίζεσθαι, πολλάκις καὶ σὺν τοῖς ἱματίοις. Τὰ νῦν δὲ ἀπηγόρευται παν-

ac multiplex, et, ut ita dicam, fabulosae illius ac multorum capitum Hydrae serpentinam in sese figuram exprimens, rursus ad exitium humani generis erupit. Ac licet ex illorum disciplina prodierit, nonnulla tamen praeterquam ab illis doceantur asseruit atque proposuit. Ut enim si quis variis ex lapillis ornatum sibi aliquem conficiat, aut variegatam coloribus vestem induat, atque exquisitam quandam elegantiam adhibeat, sic ille contra omnibus undique perniciosis ac pestiferis dogmatibus arcessitis, quicquid unaquaeque haeresis horrendum imprimis et exitiabile ac detestandum asserit, turpe inquam et absonum absurditatisque plenum et odiosum e singulis dogma concinnans omnium in se formas speciesque transtulit. Nam Samaritanorum impuram superstitionem affectavit. A Iudaeis porro nomen accepit, ab Ossaeis, Nazaraeis et Nasaraeis dogmata, Cerinthianorum deinde formam, Carpocratianorum nequitiam, Christianorum denique appellationem usurpare contendit. Neque enim ab his postremis cum nomine facta ipsa pariter, ac mentem cognitionemque, et evangeliorum atque apostolorum de fide consensionem expressit. Qui cum medius sit, ut ita dicam, inter omnes, proprie nullus est, in eoque quod scriptum est impletur, *Paulo minus versatus sum in omni* Prov. 5, 14.
malo, in medio ecclesiae, et synagogae. Igitur cum revera Samaritanus ob execrandam nequitiam sit, istiusmodi tamen appellationem reiicit, et cum se idem Iudaeum faciat Iudaeis refragatur, quamquam cum his aliqua ex parte consentit, uti postea, cum ad eius rei probationem, et haereticorum eiusmodi confutationem perventum fuerit, deo adiuvante monstrabimus.

Siquidem Ebion iste priorum illorum aequalis fuit, et eandem Cap. II.
cum ipsis originem accepit. Ac primum e virili concubitu ac semine, puta Iosephi, natum esse Christum asseruit, ut ante significavimus, cum ita diximus, hunc ceteris in rebus eadem cum aliis sentientem, hac una re discrepare quod Iudaeorum ritus ac ceremonias amplexus sit, veluti sabbatum ac circumcisionem, aliaque id genus perinde atque a Iudaeis ac Samaritanis observantur. Quinetiam plura iste quam Iudaei Samaritanorum imitatione complectitur. Nam et hoc adiecit, ut ab externorum hominum tactu sese contineret, utque diebus singulis quoties mulierem attigisset, ab eiusque complexu surgeret, aqua sese prolueret, sicubi eius esset copia, marinae videlicet aut alterius generis. Quod si ab illa lotione ac mersione rediens in quempiam incurrat, denuo ad abluendum sese, saepe etiam cum ipsis vestimentis regreditur. Hodie vero virginitas apud illos

Cap. I. — 1. Sic cod. Rhedig. et editus liber uterque. Reponendum videtur aut κἀκ τοῦ κατ' αὐτῶν ἐλέγχου aut κἂν τῷ κατ' αὐτῶν ἐλέγχῳ. Cornarius vertit: in demonstrationibus de hoc et in ipsius confutatione deo opitulante declarabimus.

τάπασι παρ' αὐτοῖς παρθενία τε καὶ ἐγκράτεια, ὡς καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις ὁμοίαις ταύτῃ αἱρέσεσι. Ποτὲ γὰρ παρθενίαν ἐσεμνύνοντο, δῆθεν διὰ τὸν Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὰ αὐτῶν συγγράμματα πρεσβυτέροις καὶ παρθένοις γράφουσι. Γέγονε δὲ ἡ ἀρχὴ τούτου μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν. Ἐπειδὴ γὰρ πάντες οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες τὴν Περαίαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κατῴκησαν τὸ πλέον, ἐν Πέλλῃ τινὶ πόλει καλουμένῃ τῆς Δεκαπόλεως τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γεγραμμένης, πλησίον τῆς Βαταναίας καὶ Βασανίτιδος χώρας, τὸ τηνικαῦτα ἐκεῖ μεταναστάντων, καὶ ἐκεῖσε διατριβόντων αὐτῶν, γέγονεν ἐκ τούτου πρόφασις τῷ Ἐβίωνι. Καὶ ἄρχεται μὲν τὴν κατοίκησιν ἔχειν ἐν Κωκάβῃ τινὶ κώμῃ ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Καρναΐμ, Ἀρνὲμ καὶ Ἀσταρὼθ, ἐν τῇ Βασανίτιδι χώρᾳ, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. Ἔνθεν ἄρχεται τῆς κακῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ὅθεν δῆθεν καὶ οἱ Ναζαρηνοὶ οἱ ἄνομοι προδεδήλωνται. Συναφθεὶς γὰρ οὗτος ἐκείνοις, καὶ ἐκεῖνοι τούτῳ, ἑκάτερος ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας τῷ ἑτέρῳ μετέδωκε. Καὶ διαφέρονται μὲν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον κατά τι, ἐν δὲ τῇ κακονοίᾳ ἀλλήλους ἀπεμάξαντο. Ἤδη δέ μοι καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις καὶ κατὰ τὰς ἄλλας αἱρέσεις περὶ τῆς τοποθεσίας Κωκάβων καὶ τῆς Ἀραβίας διὰ πλάτους εἴρηται.

Κεφ γ'. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον [1]οὗτος ὁ Ἐβίων, ὡς ἔφην, Χριστὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς, τουτέστι τοῦ Ἰωσὴφ, ὡρίζετο. Ἐκ χρόνου δέ τινος καὶ δεῦρο οἱ αὐτοῦ ὡς εἰς ἀσύστατον καὶ ἀμήχανον τρέψαντες τὸν ἴδιον
pag. 127. νοῦν ἄλλοι ἄλλως παρ' αὐτοῖς [2]περὶ Χριστοῦ διηγοῦνται. Τάχα δὲ οἶμαι ἀπὸ τοῦ συναφθῆναι αὐτοῖς Ἠλξαῖον τὸν ψευδοπροφήτην, τὸν παρὰ τοῖς [3]Σαμψηνοῖς καὶ Ὀσσηνοῖς καὶ Ἐλκεσσαίοις καλουμένοις, ὡς ἐκεῖνος φαντασίαν τινὰ περὶ Χριστοῦ διηγεῖται, καὶ περὶ πνεύματος ἁγίου. Τινὲς γὰρ ἐξ αὐτῶν καὶ Ἀδὰμ τὸν Χριστὸν εἶναι λέγουσι, τὸν πρῶτον πλασθέντα τε καὶ ἐμφυσηθέντα ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιπνοίας. Ἄλλοι δὲ ἐν αὐτοῖς λέγουσιν ἄνωθεν μὲν ὄντα, πρὸ πάντων δὲ κτισθέντα πνεῦμα ὄντα, καὶ ὑπὲρ ἀγγέλους ὄντα, πάντων τε κυριεύοντα, καὶ Χριστὸν λέγεσθαι, τὸν ἐκεῖσε δὲ αἰῶνα κεκληρῶσθαι· ἔρχεσθαι δὲ ἐνταῦθα ὅτε βούλεται, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἦλθε καὶ τοῖς πατριάρχαις ἐφαίνετο ἐνδυόμενος τὸ σῶμα. Πρὸς Ἀβραάμ τε ἐλθὼν καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ὁ αὐτὸς ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἦλθε, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐνεδύσατο, καὶ ὤφθη ἄνθρωπος, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνῆλθεν. Πάλιν δὲ ὅτε βούλονται λέγουσιν, οὐχὶ, ἀλλὰ

Cap. III. — 1. *Pronomen* οὗτος *adieci ex cod. Vatic.*
2. περὶ *desideratur in edit. Petaviana, certe Lipsiensi.*
3. *Sic cod. Vatic. In cod. Rhedig. et in ed. pr. legitur* ἀμψηνοῖς. *Illud restituendum iam vidit Cornarius, qui convertit:* Fortasse autem ab eo quod coniunctus fuit ipsis Elxaeus pseudopropheta, apud Sampsenos et Ossenos ac

et castitas omnino prohibetur, id quod et ceterae omnes eiusmodi haereses usurpant. Nam olim de virginitate gloriari solebant, nimirum ob Iacobum fratrem domini, adeoque libros suos ad seniores et virgines inscribunt. Sed huius factionis exordium post Hierosolymitanae urbis excidium coepit. Quo tempore Christiani omnes cum in Peraea degerent, atque in urbe Pella potissimum, quae in Decapolitana provincia est, cuius extat in evangelio mentio, prope Batanaeam ac Basanitidem: cum illic, inquam, domicilium collocassent, Matth. 4, 25.
hinc Ebioni data est propagandi erroris occasio. Qui in pago quo- Marc. 5, 20. et 7, 31.
dam Cocabe in regione Carnaimorum, Arnemi et Astarotharum, et Basanitidis tractu habitare coepit, quemadmodum vetus ad nos usque fama pertulit. Inde igitur pessimi praedicandi dogmatis initium sumpsit, unde et impios Nazarenos coepisse docuimus. Ambo enim collatis inter se capitibus suam alter cum altero improbitatem ac nequitiam communicavit. Atque etsi quadamtenus a se mutuo dissideant, in excogitando tamen pravissimo dogmate sese invicem expresserunt. Ceterum memini me aliis in locis, cum adversus alias haereses contenderem, de Cocaborum situ atque Arabia disputasse.

Principio igitur Ebion, ut dixi, Christum e viri semine, nimi- Cap. III.
rum Iosephi, genitum affirmabat. Verum aliquanto abhinc tempore in hodiernum usque diem qui eius errorem secuti sunt, animis eorum in absurda ac perplexa quaedam abreptis, alii aliter de Christo pronuntiant. Ac suspicari sane licet ab eo tempore quo se illis Elxaeus adiunxit falsus quidam propheta, qui apud Sampsenos et Ossenos atque Elcessaeos extitit, ab eodem edoctos confictum de Christo ac spiritu sancto nescio quid effutire coepisse. Nonnulli enim ex iis Adamum fuisse Christum praedicant, illum inquam Adamum, qui primus a deo formatus eiusdem est animatus afflatu. Alii e coelo Christum esse confitentur, sed ante omnia creatum, ac spiritum esse quendam, angelisque praestare, atque omnium rerum dominatum tenere, appellari porro Christum. Qui cum perpetuam illic habitationem sortitus sit, quoties libuerit in haec infima delabitur, quemadmodum in Adamo descendit, et patriarchis corpore circumfusus apparuit, velut cum ab Abrahamum, Isaacum, et Iacobum adiit. Idem denique postremis temporibus venit, Adami corpore contectus, et homo visus est, in crucem sublatus resurrexit, et ascendit in coelum. Rursus ubi libuerit ita sese rem habere ne-

Helcessaeos appellatos, velut ille imaginationem quandam de Christo et de sancto Spiritu recensent. *Verterim ego:* „cum ille figmentum quoddam ac nugas nescio quas de Christo et de sancto spiritu narret.“

εἰς αὐτὸν ἦλθε τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐνεδύσατο αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν καλούμενον. Καὶ πολλὴ παρ᾽ αὐτοῖς σκότωσις, ἄλλοθι ἄλλως καὶ ἄλλως αὐτὸν ὑποτιθεμένοις. Καὶ δέχονται μὲν καὶ αὐτοὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον. Τούτῳ γὰρ καὶ αὐτοὶ, ὡς καὶ οἱ κατὰ Κήρινθον χρῶνται μόνῳ· καλοῦσι δὲ αὐτὸ κατὰ Ἑβραίους, ὡς τὰ ἀληθῆ ἐστιν εἰπεῖν ὅτι Ματθαῖος μόνος Ἑβραϊστὶ καὶ Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ἐποιήσατο τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἔκθεσίν τε καὶ κήρυγμα. Ἤδη δέ που καί τινες πάλιν ἔφασαν καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην μεταληφθὲν εἰς Ἑβραΐδα ἐμφέρεσθαι ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων γαζοφυλακίοις, φημὶ δὲ τοῖς ἐν Τιβεριάδι, καὶ ἐναποκεῖσθαι ἐν ἀποκρύφοις, ὥς τινες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων πεπιστευκότων ὑφηγήσαντο ἡμῖν κατὰ λεπτότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν Πράξεων τῶν Ἀποστόλων τὴν βίβλον ὡσαύτως ἀπὸ Ἑλλάδος γλώσσης εἰς Ἑβραΐδα μεταβληθεῖσαν λόγος ἔχει, καὶ ἐκεῖσε κεῖσθαι ἐν τοῖς γαζοφυλακίοις, ὡς καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς ἀναγνόντας Ἰουδαίους τοὺς ἡμῖν ὑφηγησαμένους εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι.

Κεφ. δ΄. Ἦν δέ τις αὐτῶν Ἰώσηπος, οὐχ ὁ συγγραφεὺς καὶ ἱστοριογράφος
pag. 128. καὶ παλαιὸς ἐκεῖνος, ἀλλ᾽ ὁ ἀπὸ Τιβεριάδος, ὁ ἐν χρόνοις τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλεύσαντος, τοῦ γέροντος, ὃς καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀξιώματος [1] κομήτων ἔτυχε, καὶ ἐξουσίαν εἴληφεν ἐν τῇ αὐτῇ Τιβεριάδι ἐκκλησίαν Χριστῷ ἱδρῦσαι, καὶ ἐν Διοκαισαρείᾳ, καὶ ἐν Καπερναοὺμ, καὶ ταῖς ἄλλαις, ὃς καὶ πολλὰ πέπονθεν ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων, πρὶν ἢ τῷ βασιλεῖ ἐμφανισθῆναι. Οὗτος γὰρ ὁ Ἰώσηπος τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἀξιωματικῶν ἀνδρῶν ἐναρίθμιος ἦν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν πατριάρχην ἀπόστολοι καλούμενοι, προσεδρεύουσι δὲ τῷ πατριάρχῃ, καὶ σὺν αὐτῷ πολλάκις καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ συνεχῶς διάγουσι, διὰ τὸ συμβουλεύειν καὶ ἀναφέρειν αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν νόμον. Ὁ δὲ πατριάρχης κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ Ἑλλὴλ τοὔνομα ἦν (νομίζω γὰρ ὅτι οὕτως τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰώσηπος ἔλεγεν, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ χρόνου σφάλλομαι), ἐκ γένους δὲ Γαμαλιὴλ ἐτύγχανε, τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς γενομένου πατριάρχου. Ἔστι δὲ διανοηθῆναι, ὡς καὶ ἄλλοι οὕτως ὑπέθεντο, τοῦτον εἶναι γένος ἐκείνου τοῦ πρώτου Γαμαλιὴλ, τοῦ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος, τοῦ κατὰ θεὸν συμβουλεύσαντος ἀποσχέσθαι τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπιβουλῆς. Τελευτῶν δὲ ὁ Ἑλλὴλ ἠξίωσε τὸν κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἐπίσκοπον πλησιόχωρον τῆς Τιβερίων ὄντα, καὶ ἐκομίσατο παρ᾽ αὐτοῦ τὸ ἅγιον λουτρὸν ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, διὰ προφάσεως τῆς ἰατρικῆς ὑποθέσεως. Μεταστειλάμενος γὰρ αὐτὸν διὰ τοῦ προειρημένου Ἰωσήπου, ὡς ἰατρὸν ὄντα, καὶ ποιήσας πάντας ἔξω γενέσθαι, παρεκάλεσε τὸν ἐπίσκοπον, λέγων, *Δώρησαί μοι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα.* Ὁ δὲ μετακαλεσάμενος τοὺς ἐξυπηρετουμένους προσέταξεν ὕδωρ

Cap. IV. — 1. *Libri editi et cod. Rhedig.* κομίτων. *Cf. infra cap.* 5.

gant, in eumque duntaxat sese sanctum infudisse spiritum qui est ipse Christus, eumque qui Iesus vocatus est induisse. Quamobrem densissima quaedam illis est offusa caligo, dum alias aliter de Christo opinione sua statuunt. Atque evangelium illi quidem secundum Matthaeum admittunt, quo solo Cerinthianorum vel Merinthianorum instar utuntur, idque ipsum secundum Hebraeos appellant. Etenim vere illud affirmare possumus, unum ex omnibus novi testamenti scriptoribus Matthaeum Hebraice, ac literis Hebraicis evangelicam historiam texuisse. Nec defuere qui de Ioannis evangelio confirmarent, illud Hebraice translatum Tiberiade in Iudaeorum gazophylaciis asservari, et in secretioribus quibusdam penetralibus recondi; id quod nonnulli mihi, qui se ad Christi fidem e Iudaismo transtulerant, accuratissime declararunt. Imo et Apostolorum Actus in Hebraicum sermonem perinde conversos e Graeco iisdem in thesauris haberi multorum sermone percrebuit, qui nobis ista narrabant indidem Christianae amplectendae fidei occasionem acceperunt.

Fuit ex illorum numero Iosephus quidam, non historiae ille Cap. IV.
scriptor antiquus, sed Tiberiadensis alter, qui beatae memoriae Constantini senioris imperatoris aetate vixit; a quo etiam comitivam accepit, cum ea potestate, ut cum in urbe ipsa Tiberiadis, tum Diocaesareae, Capharnaumi, ac vicinis aliis in oppidis ecclesias in Christi honorem extrueret. Qui quidem priusquam ad imperatoris notitiam pervenisset, quamplurima ab ipsis Iudaeis est passus. Etenim hic ipse Iosephus ex illorum erat ordine qui apud Iudaeos principem locum dignitatis obtinent, quos quidem secundum patriarcham apostolos nominant. Assident hi patriarchae, et cum eo saepius diu noctuque versantur, quod eidem a consiliis sint, ac de iis referant quae ad legem pertinere videntur. Erat tum patriarchae nomen Ellel. Ita enim et a Iosepho nominari solitum arbitror, nisi me ob temporis longinquitatem fallit memoria. Is e stirpe Gamalielis originem traxerat, qui patriarchatum apud illos tenuit. Quem etiam suspicari merito possumus, ut a plerisque proditum est, e primi illius Gamalielis genere esse prognatum qui sub Christi domini passionem auctor eius consilii Iudaeis fuit, ut a persequendis apostolis abstinerent. Moriens Ellel vicinum episcopum Tiberiensem arcessit, ab eoque lotione sacra sub vitae exitum per medicinae speciem expiatur. Cum enim episcopum per Iosephum velut medicum evocasset, facessere iussis omnibus, supplex illum interpellat his verbis: *Quaeso te*, inquit, *mihi ut Christi signum impertias.* Tum ac-

ἑτοιμασθῆναι, ὡς τῆς νόσου ἕνεκα βοήθημά τι προσφέρειν μέλλων δι' ὑδάτων νοσοῦντι βαρέως τῷ πατριάρχῃ. Οἱ δὲ ἐποίησαν τὰ ἐπιτεταγμένα. Οὐ γὰρ ἐγνώκεισαν. Αἰδοῦς δὲ χάριν προφασισάμενος τοὺς πάντας ἔξω ποιήσας ὁ πατριάρχης τοῦ λουτροῦ καταξιοῦται, καὶ μυστηρίων ἁγίων.

Κεφ. ε΄. Ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐμοὶ αὐτῷ διηλέχθη. Ἐκ στόματος γὰρ αὐτοῦ ἀκήκοα πάντα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀπὸ ἄλλου τινὸς, ἐν τῇ γηραλέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ, ὡς περί που ἐτῶν ἑβδομήκοντα γεγονότος αὐτοῦ, ἢ καὶ πλειόνων. Παρ' αὐτῷ γὰρ κατήχθην ἐν Σκυθοπόλει. Μεταστὰς γὰρ τῆς Τιβεριάδος [1] κτίσεις ἐκεῖ ἐν Σκυθοπόλει διαφανεῖς ἐκτήσατο. Ἐν γὰρ
pag. 129. τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ [2] ὁ μακαρίτης Εὐσέβιος ὁ τῆς Ἰταλίας ἐπίσκοπος [3] Βριγέλλας πόλεως, ἐξορισθεὶς ὑπὸ Κωνσταντίου, διὰ τὴν πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας ἐξενίζετο. Καὶ ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τούτου ἐγώ τε καὶ οἱ ἄλλοι ἀδελφοὶ ἐκεῖσε γενόμενοι καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτῷ κατήχθημεν. Συντυχόντες δὲ τῷ Ἰωσήπῳ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ οἰκίας, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐρωτῶντες, καὶ γνόντες ὅτι τῶν ἐμφανῶν ὑπῆρχε παρὰ Ἰουδαίοις, ἀνετάζοντες καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ὑπόθεσιν, καὶ [4] πῶς εἰς τὸν Χριστιανισμὸν μετῆλθεν, ἀκηκόαμεν ταῦτα πάντα σαφῶς, καὶ οὐκ ἀπὸ ἐνηχήσεως ἑτέρου τινός. Ὅθεν καὶ ἀξιομνημόνευτα εἰς οἰκοδομὴν πιστῶν νομίσαντες τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα πραγματευθέντα, διὰ τὴν αἰτίαν τῶν ἐν τοῖς γαζοφυλακίοις εἰς Ἑβραΐδα μετατεθέντων, οὐ παρέργως τὴν πᾶσαν αἰτίαν τοῦ προειρημένου Ἰωσήπου παρεθέμεθα. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὐ μόνον Χριστιανὸς, πιστὸς καταξιωθεὶς γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ Ἀρειανοὺς σφόδρα στηλιτεύων. Ἐν γὰρ τῇ πόλει ἐκείνῃ, Σκυθοπόλει φημὶ, μόνον οὗτος ὀρθόδοξος ὑπῆρχε, πάντες δὲ Ἀρειανοί. Καὶ εἰ μὴ ὅτι κόμης ἦν, καὶ τὸ τοῦ κόμητος ἀξίωμα ἐκώλυεν ἀπ' αὐτοῦ τὸν τῶν Ἀρειανῶν διωγμὸν, οὐκ ἂν ὑπέστη κἂν ἐν τῇ πόλει διατρίβειν ὁ ἀνὴρ, μάλιστα ἐπὶ Πατροφίλου τοῦ Ἀρειανοῦ ἐπισκόπου, τοῦ πολλὰ ἰσχύσαντος πλούτῳ τε καὶ αὐστηρίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον γνώσει τε καὶ παρρησίᾳ. Ἦν δὲ καὶ ἄλλος τις νεώτερος ἐν τῇ πόλει ἀπὸ Ἑβραίων ὀρθῶς πιστεύων, ὃς οὐκ ἐτόλμα κατὰ τὸ φανερὸν, [5] ἀλλὰ καὶ κρυφαίως ἡμᾶς ἐπεσκέπτετο. Πιθανὸν δέ τι ὁ Ἰώσηπος καὶ γελοιῶδες ὑφηγεῖτο, οἶμαι δὲ ταῦτα ὅτι καὶ ἠλήθευεν. Ἔφασκε γὰρ ὅτι τελευτησάσης τῆς αὐτοῦ συμβίου, δεδιὼς μή πη ἄρα ἁρπάζωσιν αὐτὸν οἱ Ἀρειανοὶ καὶ καταστήσωσι κληρικὸν — πολλάκις γὰρ κολακεύσαντες αὐτὸν πεισθῆναι τῇ αἱρέσει ὑπισχνοῦντο μείζονας προκοπὰς, εἰ δέον καὶ

Cap. V. — 1. *Sic editus liber uterque et cod. Rhedig. At Cornarius latine interpretatus est* possessiones, *ut* κτήσεις *corrigendum censuisse videatur, quod etiam mihi probatum est. Nihilominus retinui vulgatam, praesertim cum etiam supra, haer.* 26, 9., κτίσεις *sic positum vidissem.*

2. ὁ *articulum adieci ex codd. Vatic. et Rhedig.*

citis ministris aquam inferri iubet, tanquam aegrotanti patriarchae morbi quoddam ex aqua remedium parare vellet. Illi quid strueret ignari imperata faciunt. Inde verecundiam simulans, et universos abire iubens patriarcha sacro baptismate ac divinis mysteriis initiatus est.

Mihi vero haec uti dixi omnia Iosephus ipse narrabat. Haec Cap. V.
inquam non aliunde quam ex ipsomet illius ore didici, cum affecta iam aetate foret, ac LXX plus minus annum ageret. Ad hunc Scythopoli diverteram, quo se Tiberiade ille contulerat, ibique splendida quaedam aedificia sibi comparaverat. Tum enim Eusebius Vercellensis in Italia episcopus, a Constantio ob fidei integritatem exulare iussus, ab illo hospitio erat exceptus. Cuius invisendi gratia cum ego et fratres quidam alii venissemus, iisdem nos aedibus recepti fuimus. Ubi cum Iosepho familiariter versati, deque eo sciscitati quid ipsi demum accidisset, quod cum apud Iudaeos illustrem fuisse sciremus, quive gestae rei esset ordo, ac quemadmodum ad Christianos transisset, haec ab illo omnia auditione certa, non aliena fide explorata didicimus. Quae cum ad fidelium utilitatem memoria digna cumprimis arbitremur, propter eos libros qui in Iudaeorum thesauris servantur Hebraico sermone translati, quae ad Iosephum illum pertinerent accuratius exequi voluimus. Nam is non modo Christianus erat, eamque fidem susceperat, sed et Arianos summa infamia traducebat. Quippe unus ipse rectam ac sinceram fidem Scythopoli retinebat, cum reliqui essent Ariani. Quod nisi comitis dignitate fuisset praeditus, ut hic eum honor ab Arianorum violentia tueretur, ne in ipsa quidem urbe vir ille constitisset, praesertim sub Patrophilo Ariano episcopo, qui et opibus et crudelitate et apud imperatorem Constantium familiaritate atque audacia plurimum poterat. In eadem etiam urbe quidam erat aetate iunior, qui e Iudaeo traductus ad Christum sinceram fidem retinebat, isque quod minime palam auderet, clanculum ad nos veniebat. Sed Iosephus lepidum quiddam nobis ac ridiculum narrabat, nec dubito quin sit verissimum. Aiebat enim mortua coniuge veritum se ne ab Arianis violenter abreptus clericus fieret, — saepe enim blande illum adeuntes, ut ad suam factionem transiret hortabantur, ac maioris spe processus alliciebant, ut vel si necesse foret episcopatum ostenderent, —

3. Fregellae *convertit Cornarius. Petavio placuit* Βερκέλλας.

4. *In Petavii editione, certe in Lipsiensi, mendosissime exaratum invenio* πῶς τὸν εἰς Χρ.

5. *Repono* ἀλλά γε κρυφαίως. *Olim placuit* ἀλλὰ κατακρυφαίως. *In cod. Rhedig. extat* ἀλλὰ καικρυφαίως.

ἐπισκοπῆς αὐτὸν καταξιοῦν, — ὁ δὲ ἔφασκε τούτου χάριν συνῆφθαι καὶ ἑτέρᾳ γυναικὶ, ὅπως διαδράσοι τὰς αὐτῶν χειροτονίας.

Κεφ. ς'. Ἀλλὰ ἐπάνειμι τὴν ὑφήγησιν τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην ὑποθέσεως καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰωσήπου εἰς τοὐμφανὲς κατὰ λεπτότητα τοῖς βουλομένοις ἐντυγχάνειν διὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου λόγων ἐμοὶ εἰρημένων ποιησόμενος. Καὶ ἤδη μὲν, ὡς ἐκεῖνος ὑφηγεῖτο, τοῦ πατριάρχου λουτροῦ κα-
pag. 130. ταξιουμένου, διὰ τῶν ἐν ταῖς θύραις ἁρμογῶν εἴσω παρακύπτων, φησὶ, κατενόουν τὰ ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τῷ πατριάρχῃ γινόμενα, εἰς νοῦν τε ἔλαβον, καὶ παρ' ἐμαυτῷ ἐταμιευόμην. Καὶ χρυσίου ὁλκήν τινα ἱκανωτάτην ἔχων παρὰ χεῖρα ὁ αὐτὸς πατριάρχης, ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ, φάσκων ὅτι, Πρόσφερε ὑπὲρ ἐμοῦ. Γέγραπται γὰρ, διὰ τῶν ἱερέων τοῦ θεοῦ δεσμεύεσθαι καὶ λύεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἔσται ταῦτα λελυμένα καὶ δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. Ὡς οὖν ταῦτα ἐπράχθη, φησὶ, καὶ ἠνοίγησαν αἱ θύραι, ἠρωτᾶτο ὑπὸ τῶν ἐπισκεπτομένων ὁ πατριάρχης πῶς ἔχοι διὰ τοῦ βοηθήματος; καὶ ὡμολόγει καλλίστως ἔχειν· καὶ γὰρ ᾔδει ὃ ἔλεγεν. Ἔπειτα δὲ ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς τὸν ἀριθμὸν, πολλάκις τοῦ ἐπισκόπου ἐπισκεπτομένου αὐτὸν ἐν ἰατροῦ προφάσει, ἐκοιμήθη ὁ πατριάρχης μετὰ καλῆς ἀποθέσεως, παραδοὺς τὸν ἴδιον υἱὸν κομιδῇ νέον ὄντα Ἰωσήπῳ τε καὶ ἄλλῳ τινὶ ἐπιεικεστάτῳ. Τὰ πάντα τοίνυν ἐπράττετο διὰ τῶν δύο τούτων, διὰ τὸ ἔτι τὸν πατριάρχην παῖδα ὄντα νηπιάζειν, καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν ἀνατρέφεσθαι. Ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τῆς διανοίας τοῦ Ἰωσήπου ἐνοχλουμένης πολλάκις διὰ τῶν γενομένων μυστικῶν ἐν τῇ κατὰ τὸ λουτρὸν ὑποθέσει ἐσκέπτετο τί ἂν πράξειε. Καὶ ἦν ἐκεῖσε γαζοφυλακίου τις οἶκος ἐσφραγισμένος (Γάζα δὲ ἑρμηνεύεται κατὰ τὴν Ἑβραΐδα Θησαυρός). Πολλῶν δὲ πολλὰ διανοουμένων περὶ τοῦ γαζοφυλακίου τούτου διὰ τὴν σφραγῖδα ὁ Ἰώσηπος λεληθότως τολμήσας ἤνοιξε, καὶ εὗρεν οὐδὲν χρημάτων πλὴν βίβλους τὰς ὑπὲρ χρήματα. Ἀναγινώσκων δὲ ἐν ταύταις, ὡς ἤδη ἔφην, τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἑλλάδος εἰς Ἑβραΐδα φωνὴν μεταληφθὲν ηὕρετο, καὶ τὰς τῶν Ἀποστόλων Πράξεις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἑβραϊκὸν [1] φυτὸν ἐκ τούτων ἀναγνοὺς πάλιν τὴν διάνοιαν ἐτρύχετο, ἀσχάλλων μέν πως περὶ τῆς πίστεως τοῦ Χριστοῦ, ἤδη δὲ ἐκ δύο ὑποθέσεων ὑπονυττόμενος, τῆς τῶν βιβλίων ἀναγνώσεως καὶ τῆς τοῦ πατριάρχου μυσταγωγίας, ὅμως τῇ καρδίᾳ ἐσκληρύνετο οἷα γίνεται.

Κεφ. ζ'. [1] Ὡς δὲ ἐν τούτοις κατετρίβετο, ἁδρύνεται ὁ παῖς ὁ καταλειφθεὶς ὑπὸ Ἐλλὴλ εἰς πατριαρχίαν τρεφόμενος· οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἁρπάζει τὰς ἀρχὰς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ υἱὸς πατέρα διαδέχεται. Ὡς οὖν ἐπὶ
pag. 131. τὸ ἀκμαῖον τῆς ἡλικίας ὁ νέος ἤρχετο, προσεφθείροντο αὐτῷ τινες ἥλικες ἀργοὶ καὶ ἐθάδες κακῶν· τάχα δὲ οἶμαι Ἰούδας οὗτος ἐκαλεῖτο, οὐ

Cap. VI. — 1. Sic libri. *Fortasse reponendum* τύπον.

horum igitur metu alterum se matrimonium iniisse dicebat, quo se ab illa manuum impositione liberaret.

Sed ad patriarchae historiam, et ipsius adeo Iosephi redeamus: Cap. VI.
quam in lectorum gratiam iisdem quibus ille referebat verbis accurata fide repraesentabimus. Cum itaque patriarcha baptismo hunc in modum initiaretur, ego, inquiebat, per ianuae commissuram furtim introspectans omnia quae ab episcopo patriarchae fierent observabam, ac diligenter animo retinebam. Ubi inter cetera patriarcha vim quandam auri non mediocrem tenens hanc episcopo porrexit, et, *Pro me*, inquit, *offerto. Scriptum est enim, a sacerdotibus dei alligari solvique in terris omnia, et eadem in coelo soluta fore vel alligata.* Post haec apertis foribus sciscitantibusque de patriarcha qui aderant, quemadmodum ex eo remedio valeret, percommode se habere respondit; quid enim diceret praeclare noverat. Biduo dehinc vel triduo, adeunte saepius per medici speciem episcopo, felici ex hac vita exitu patriarcha decessit, cum prius Iosepho et alteri cuidam honestissimo viro tenerrimae adhuc aetatis filium commisisset. Quocirca omnia ab illis ambobus administrabantur, quod esset patriarcha adhuc aetate puer ac propemodum infans, et inter illorum manus educaretur. Per idem tempus Iosephi animum sollicitum habebat eorum recordatio, quae in baptismo fieri mystica arcanaque viderat, et quidnam ageret anxie cogitabat. Commodum illic gazophylacii cella quaedam erat obsignata (gaza porro Hebraice thesaurum significat); cuius sigilli gratia plerisque varia de eo gazophylacio suspicantibus, Iosephus clam ausus aperire nihil pecuniarum reperit, sed libros duntaxat pecuniis omnibus praestantiores. Quos dum evolvit, forte in illud incidit de quo dictum est, Ioannis evangelium e Graeco in Hebraicum translatum, una cum Apostolorum Actibus. Ad haec Matthaei quoque Hebraicam genealogiam invenit. Quibus perlectis rursus eius animus cruciari coepit, et Christianam quidem fidem capessere molestum ei videbatur, sed haec duo nihilominus, et librorum lectio et patriarchae initiatio vehementer hominem angebant. Qui obdurato tamen, ut assolet, animo permansit.

Inter haec adolescente iam Ellelis filio pupillo, qui ad spem Cap. VII.
patriarchatus educabatur (neque enim magistratus apud Iudaeos ullus praeripit, sed parentibus filii succedunt), mox ut aetatis florem ac vigorem attigit, ad eius familiaritatem aequales quidam perniciose obrepunt otiosi adolescentes ac moribus corrupti (Iudas, opinor,

Cap. VII. — 1. *Cornarius:* Cum autem in his attereretur (*sc. Iosephus*).

πάνυ δὲ σαφῶς ἐπίσταμαι διὰ τὸν χρόνον. Μετέφερον οὖν αὐτὸν οἱ συνηλικιῶται νεώτεροι εἰς πολλὰς κακῶν ἐπιτηδεύσεις, φθοράς τε γυναικῶν, καὶ λαγνείας ἀνοσίους, μαγγανείαις τισὶ μαγικαῖς ἐπιχειροῦντες αὐτῷ συνεργεῖν εἰς τὰ τῆς ἀκολασίας, ἀγώγιμά τινα ἐπιτελοῦντες, καὶ διὰ ἐπαοιδῶν βιαζόμενοι γυναῖκας ἐλευθέρας πρὸς τὴν τούτου φθορὰν ἐξ ἀνάγκης ἄγεσθαι. Ὁ δὲ Ἰώσηπος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ πρεσβύτης ἀνάγκην ἔχοντες τῷ παιδὶ συνέπεσθαι βαρέως μὲν ἔφερον, πολλάκις δὲ καὶ ἐγκλήματα προσέφερον διὰ λόγων καὶ παρῄνουν. Ὁ δὲ μᾶλλον τοῖς νέοις ἐπείθετο, κρύπτων τὰ αἰσχρὰ, καὶ ἀρνούμενος. Οὔτε γὰρ ἐτόλμων οἱ περὶ Ἰώσηπον ἐξειπεῖν τὰ κατ' ἐκείνου φανερῷ τῷ λόγῳ, ἀλλ' [2] ὡς δι' ἐπιστήμην παρῄνουν. Παραγίνονται γοῦν εἰς Γάδαρα, εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα. Πανήγυρις δὲ ἐκεῖ κατ' ἔτος ἄγεται· ἀπέρχονται γὰρ πανταχόθεν οἱ βουλόμενοι λούσασθαι ἡμέρας τινὰς, νοσημάτων δῆθεν ἀποβολῆς ἕνεκεν, ὅπερ ἐστὶ διαβολικὸν στρατήγημα. Ἔνθα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ θαύματα γεγένηται, προὔλαβεν ὁ δι' ἐναντίας θεῖναι αὐτοῦ τὰ ὀλετήρια δίκτυα. Ἀνδρόγυνα γὰρ ἐκεῖσε λούονται. Κατὰ [3] συγκυρίαν δὲ γυνή τις ἐλευθέρα ἔτυχεν ἐν τῷ λουτρῷ, κάλλει διαπρέπουσα εὐμορφίας. Καὶ ὁ νεώτερος, θελχθεὶς τῷ ἔθει τῆς αὐτοῦ ἀκολασίας, [4] διϊὼν ἐν τῷ ἀέρι παρενέτριψεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν τῇ πλευρᾷ τοῦ γυναίου. Ἡ δὲ ἑαυτὴν ἐσφραγίσατο εἰς ὄνομα Χριστοῦ, οἷα δὴ Χριστιανὴ οὖσα, ᾗ οὔτε ἀνάγκη ἦν παρανομεῖν, καὶ ἀνδρογύνως λούεσθαι. Συμβαίνει δὲ ταῦτα τοῖς ἀφελέσι καὶ ἰδιώταις ἀνθρώποις, παρὰ τὴν τῶν διδασκάλων ῥαθυμίαν μὴ ἀσφαλιζομένων διὰ τῆς διδασκαλίας. Ὅμως ἵνα δείξῃ ὁ θεὸς τὰ αὐτοῦ θαυμάσια, τοῦ ἐπιχειρήματος τὸ μειράκιον ἀπέτυχε, φημὶ δὲ ὁ πατριάρχης. Διεπέμψατο γὰρ πρὸς αὐτὴν καὶ δῶρα ἐτάξατο, ἡ δὲ τοὺς διαπεμφθέντας ἐξυβρίσασα οὐκ ἐκάμφθη τῇ τοῦ ἀκολάστου ματαιοεργίᾳ.

Κεφ. η'. Ἐντεῦθεν οἱ συνεργοῦντες αὐτῷ, γνόντες τὴν τοῦ παιδὸς ὀδύνην, ἣν εἰς τὸ γύναιον ἀπημπόλησεν, ἐπιχειροῦσιν αὐτῷ τινα μείζονα μαγγα-
pag. 132. νείαν κατασκευάσαι, ὡς αὐτὸς Ἰώσηπός μοι κατὰ λεπτότητα ὑφηγήσατο. Ἀπάγουσι γὰρ τὸν ἄθλιον παῖδα μετὰ δύσιν ἡλίου ἐν τοῖς πλησιαίτερον τύμβοις. Πολυάνδρια δέ ἐστιν οὕτως ἐν τῇ πατρίδι καλούμενα σπήλαια ἐν πέτραις ὀρυκτὰ [1] κατεσκευασμένα. Ἐκεῖ παραλαβόντες τὸν προειρημένον οἱ ἅμα αὐτῷ γόητες ἐπῳδάς τινας καὶ ἐφορκισμοὺς καὶ ἐπιτηδεύματα ἀσεβείας ἔμπλεα εἰς αὐτὸν ἐποιοῦντο, καὶ εἰς ὄνομα τῆς προειρημένης γυναικός. Ἐκ θεοῦ δὲ βουλήσεως εἰς νοῦν ταῦτα ἦλθε τοῦ ἄλλου πρεσβυτέρου τοῦ σὺν Ἰωσήπῳ τυγχάνοντος· ὁ δὲ αἰσθόμενος

2. ὡς *desidero in edit. Petav. Cornarius vertit:* sed velut per scientiam exhortabantur.

3. συγκυρίαν *cod. Vatic., et inde edit. Petav. In reliquis libris extat* συκυρίαν. *Illud reposuit etiam Casaubonus tom. I. Exercitt. pag.* 301., *vertens* „Forte fortuna erat mulier in balneo." *Recte.*

patriarchae nomen erat, neque tamen tanto intervallo probe commemini): hi varia illum ad corruptelae flagitiorumque genera pertrahebant, mulierum stupra, nefandas libidines, magicas praestigias, quibus ad cupiditates explendas illum adiuvabant, et amatoriis illecebris, atque carminibus ad eius complexum matronas ingenuas vi quadam adigebant. At Iosephus et alter pupilli curator senex puerum sequi coacti sane id permoleste ferre, et obiurgare nonnunquam verbis, et hortari. Ille aequalibus suis multo magis obsequi, flagitia partim dissimulando, partim inficiando tegere. Neque enim tutores criminari ac vulgare scelera palam audebant, sed quasi erudiendi gratia opportuna monita suggerebant. Forte Gadara ad thermas proficiscuntur. Frequens illic mercatus quotannis celebratur, ad quem undique lavandi caussa dies aliquot confluunt, variorum ad morborum remedium, idque callidissimo daemonis consilio geritur. Nam quaecumque loca divinis sunt celebrata prodigiis, in iis ex adverso exitiosas suas plagas tendere conatus est. Atque illic viri cum mulieribus promiscue lavare solent. Ac tum forte erat in balneis ingenua mulier eximia corporis venustate ac specie, quam adolescens inveteratae libidinis aculeo percitus adamavit, ac per balnearum solium ambulans latus suum ad mulieris latus affricuit. Illa in nomine Christi semet obsignat; nam Christiana erat, quo minus peccare eam, aut lavare cum viris attinebat. Sed haec plane imperitis atque idiotis ob ignaviam doctorum accidere solent, qui eiusmodi homines nullis documentis praemuniunt. Verum ut sua deus miracula demonstraret, omnibus suis conatibus patriarcha ille adolescens excidit, cum et ad eam misisset, et muneribus sollicitasset, illa vero et internuntios contumeliose a se dimisisset, nec impudici amatoris artibus cessisset.

Igitur socii comperto iuvenis moerore, quem ex vehementi mulieris amore ceperat, potentiores quasdam praestigias adornant, ut mihi ipse Iosephus accuratissime narrabat. Nam post solis occasum vicinos ad tumulos infelicem puerum adducunt. Ibi enim sepulcra sunt, quae polyandria vocantur, cavernae nimirum rupibus incisae. Quo cum illum adduxissent, magica quaedam carmina et execrationes atque impietatis plenissimas artes adolescentis caussa concepto etiam nomine mulieris expediunt. Interim divino nutu factum est ut haec seni alteri qui cum Iosepho erat in animum venerint. Qui Cap. VIII.

4. *Cf. Fr. Francus (Cl. Salmasius) in Confutat. Animadvv. Ant. Cercoetii pag.* 77 *sq., ubi castigat Petavii interpretationem.*

Cap. VIII. — 1. *Fortasse* καὶ κατεσκευασμένα *reponendum. Etiam Cornarius convertit* in petris effossae ac constructae.

τῶν γινομένων τῷ Ἰωσήπῳ ἀνακοινοῦται. Καὶ πρῶτον μὲν ταλανίσας ἑαυτὸν ἔφη, Τάλανες, φησὶν, ἡμεῖς, ἀδελφὲ, καὶ ἀπωλείας σκεύη, τίνι προςεδρεύομεν; Ὁ δὲ Ἰώσηπος τὴν αἰτίαν ἐρωτήσας οὐ πρότερον ἤκουσε παρ' αὐτοῦ διὰ λόγων, πρὶν αὐτοῦ λαβόμενος τῆς χειρὸς ὁ πρεσβύτης ἀπήγαγε τὸν Ἰώσηπον ἔνθα τὸ ἄθροισμα οἱ φθοριμαῖοι μετὰ τοῦ νεωτέρου ἐν τοῖς μνήμασι μαγγανείας ἕνεκα ἐποιοῦντο. Καὶ ἔξω μὲν τῆς θύρας στάντες τὰ παρ' ἐκείνων γινόμενα κατηκροάσαντο. Ἐκείνων δὲ ἐξιόντων ὑπεχώρησαν· οὔπω γὰρ πολλὴ ἑσπέρα ἦν, ἀλλὰ ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν ἡλίου δύσιν, ἔτι δυναμένου ὀφθαλμοῦ ἀμαυρῶς ἰδεῖν. Μετὰ οὖν τὴν τῶν ἀσεβεστάτων ἔξοδον ἀπὸ τοῦ μνημείου οἱ περὶ Ἰώσηπον εἰςῆλθον, καὶ καταλαμβάνουσι καὶ ἄλλα τινὰ ἐπιτηδεύματα περιεργίας χαμαὶ ἐρριμμένα, οἷς προςκενώσαντες οὖρα καὶ αἷμα, μίξαντες κόνιν, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, ἐξῆλθον. Ἔγνωσαν δὲ τὴν ἐπιβουλὴν, διὰ ποίαν γυναῖκα αὐτοῖς ἐκακουργήθη ταῦτα, καὶ παρετηροῦντο εἰ κατισχύσουσιν. Ὡς οὖν οὐ κατίσχυσαν οἱ γόητες (διὰ γὰρ τῆς σφραγῖδος τοῦ Χριστοῦ καὶ πίστεως ἐβοηθήθη ἡ γυνὴ) ἔγνωσαν τὸν νεώτερον ἐν τρισὶ νυξὶ διὰ τὴν τοῦ γυναίου ἄφιξιν προςκαρτερήσαντα, εἰς ὕστερον δὲ μαχεσάμενον τοῖς τὴν περιεργίαν ποιησαμένοις, ὅτι οὐκ ἐπέτυχε. Τοῦτο τρίτον τῷ Ἰωσήπῳ κατηχήσεως ἔργον ἐγίνετο, ὅτι οὐκ ἴσχυσεν, ἔνθα ὄνομα Χριστοῦ καὶ σφραγὶς σταυροῦ, φαρμακείας δύναμις. Οὐ μὴν δὲ ἐπείσθη Χριστιανὸς γενέσθαι.

Κεφ. θ'. Ἔπειτα φαίνεται αὐτῷ ἐν ὕπνοις ὁ κύριος, φάσκων ὅτι, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν οἱ σοὶ γονεῖς ἐσταύρωσαν, ἀλλὰ πίστευε εἰς ἐμέ. Ὁ
pag. 133. δὲ οὐδ' οὕτω πεισθεὶς ὑπέπεσε νόσῳ μεγάλῃ, καὶ ἀπηγορεύθη. Ὁ δὲ κύριος πάλιν ὀπτάνεται αὐτῷ, φήσας αὐτῷ πιστεύειν καὶ ἰαθήσεσθαι. Ὁ δὲ ἐπαγγειλάμενος ἀνέσφηλε, καὶ πάλιν [1] ἐνέμενε τῇ [2] σκληραυχενίᾳ. Εἰς δευτέραν δὲ πάλιν ὑποπίπτει νόσον, καὶ ὡςαύτως ἀπηγορεύθη. [3] Ὑποληφθεὶς δὲ τελευτᾶν ὑπὸ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ Ἰουδαίων τὸ παρ' αὐτῶν ἀεὶ μυστηριωδῶς γινόμενον παρὰ τούτων ἤκουσε. Τῶν γὰρ νομομαθῶν ἀνήρ τις πρεσβύτερος ἐλθὼν εἰς τὸ οὖς αὐτοῦ ἀπήγγειλε λέγων ὅτι, Πίστευε Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμόνος υἱὸν θεοῦ ὄντα, καὶ ἐκ Μαρίας ὕστερον γεγενημένον, Χριστὸν δὲ ὄντα θεοῦ, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα, καὶ ὅτι αὐτὸς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ταῦτα ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος ἐν τῇ ὑφηγήσει σαφῶς μοι ἀνήγγειλεν, ὡς φιλαληθῶς ἐστιν εἰπεῖν. Ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου τινὸς τὸ τοιοῦτον ἤκουσα ἔτι ὄντος Ἰουδαίου, διὰ τὸν τῶν Ἰουδαίων φόβον, ἀναμέσον δὲ Χριστιανῶν πολλάκις διατρίβοντος, καὶ Χριστιανοὺς τιμῶντός τε καὶ ἀγαπῶντος, συνοδεύσαντός μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Βαι-

Cap. IX. — 1. ἐνέμενε cod. Vatic., indeque edit. Petav. ἀνέμενε cod. Rhedig. et ed. princ.

2. σκληραυχενίᾳ cod. Vatic. σκληραυχίᾳ cod. Rhedig. et edit. princ. σκληραυχείᾳ edit. Petav.

re cognita omnia cum Iosepho communicat. Ac primum calamitatem suam deplorans, *O nos, frater, miseros*, inquit, *ac vasa perdita! cuinam appositi custodes sumus?* Quid rei esset sciscitatus Iosephus, nihil ante verbis ab eo didicit quam manu prehensum senex in eum locum eduxit, ubi cum adolescente nefaria illa manus inter mortuorum busta maleficii caussa convenerat. Ergo illi foris ad ingressum stantes omnia quae ab iis fierent exaudiunt, iisdemque abeuntibus se subducunt. Neque enim admodum advesperascebat, sed, utpote sub occasum solis, dubia luce discerni adhuc oculis aliquid poterat. Mox sceleratis illis a sepulcro digressis cum collega Iosephus ingreditur. Ibi maleficiorum instrumenta reperiunt in humum abiecta, quae, ut aiebat, humano potu ac sanguine aspersa, immisto pulvere discedentes reliquerant. Tum vero compertae illorum insidiae, cognitumque cuius haec mulieris caussa molirentur, itaque quantum artes illae possent expectabant. Cum nihil venefici isti promovissent, ac se mulier et Christi signo et fidei praesidio defenderet, cognitum est, adolescentem tres integras noctes illius alliciendae gratia substitisse, ac demum spe sua frustratum cum impostoribus iurgio contendisse. Tertium hoc Iosephus documentum Christianae religionis habuit, quo nihil adversus Christi nomen crucisque signum valere maleficia competit, neque propterea Christianus ut esset in animum induxit.

Secundum haec Christus ei se in somnis obiicit: Et, *Ego*, in- Cap. IX.
quit, *sum Iesus, quem maiores tui in crucem egerunt: proinde in me credito.* At Iosephus ne ita quidem perpulsus vehementem in morbum ac desperatum incidit. Tum dominus ei rursus apparens ut in se crederet hortatur, ita valetudinis compotem futurum. Hoc ubi facturum recepit ac repente convaluit, in eadem animi obstinatione perstitit. Quare secundo in morbum delapsus, ac perinde desperatus, cum iam instare tempus extremum Iudaei illius cognati crederent, quod ab iis secreto fieri solet mysterium aeger audiit. Etenim ex legisperitis quidam natu grandis accedens illius haec auribus insusurrabat: *Crede*, inquit, *Iesum sub Pontio Pilato cruci affixum dei filium, et ex Maria postea genitum, Christum esse dei, et a mortuis excitatum, et ad mortuos vivosque iudicandos esse venturum.* Omni ego asseveratione confirmo haec mihi Iosephum ipsum in rei gestae exponenda serie narrasse. Quod insuper ab alio quopiam accepi, qui Iudaeus adhuc ob illorum metum erat, atque inter Christianos persaepe degebat, eosque et observabat plurimum et amabat, qui per Bethelis

3. *Sic Petav. ex auctoritate cod. Regii. In edit. princ. enim extat* ὑπολειφθεὶς, *vitio satis vulgari.*

θὴλ καὶ Ἐφραῒμ ἐπὶ τὴν ὀρεινὴν ἀνερχομένῳ ἀπὸ τῆς Ἱεριχοῦς, καὶ ἀντιβάλλοντι πρὸς αὐτὸν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ αὐτοῦ μὴ ἀντιλέγοντος. Θαυμάζοντι δέ μοι, καὶ ἐρωτῶντι αὐτὸν τὴν αἰτίαν (ἦν γὰρ καὶ νομομαθὴς καὶ δυνάμενος ἀντιλέγειν) τίνος χάριν οὐκ ἀντιλέγει, ἀλλὰ πείθεται περὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἀκούων τὰ τοσαῦτα, ἀπεκάλυψέ μοι καὶ οὗτος ὡς μέλλων τελευτᾶν ἤκουσε παρ' αὐτῶν εἰς ἀκοὴν ὠτίου ἐν ψιθυρισμῷ ὅτι, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σταυρωθεὶς υἱὸς τοῦ θεοῦ μέλλει σε κρίνειν. Ἀλλὰ ταῦτά μοι περὶ τούτων καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐνταῦθα μοι ἐξ ἀληθινῆς ἀκοῆς παρακείσθω.

Κεφ. ι΄. Ἔτι δὲ ὁ Ἰώσηπος ἐν νόσῳ ἦν, καὶ ἀκούσας παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου, ὡς προεῖπον, μετὰ τῶν ἄλλων ὅτι, Ἰησοῦς Χριστός σε κρινεῖ, ἔτι ἐσκληρύνετο. Ὁ δὲ κύριος πάλιν πρὸς αὐτὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν δι' ὁράματος ἐνυπνίου, Ἰδοὺ, φησὶν, ἰῶμαί σε, ἀλλὰ ἀναστὰς πίστευε. Ἀναστὰς δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς νόσου οὐκ ἐπίστευσεν. Ὑγιαίνοντι δὲ αὐτῷ φαίνεται ὁ κύριος πάλιν κατ' ὄναρ, ἐγκαλῶν αὐτῷ δι' ἣν αἰτίαν
pag. 131. οὐκ ἐπίστευσεν. Ἐπαγγέλλεται δὲ αὐτῷ λέγων ὁ κύριος ὅτι, Εἰς πληροφορίαν πίστεως εἴ τι βούλει ἐν ὀνόματί μου θεοσήμειον ἐργάσασθαι ἐπικάλεσαι, κἀγὼ ποιήσω. Μαινόμενος δέ τις ἦν ἐν τῇ πόλει, ὃς γυμνὸς τὴν πόλιν περιῄει, φημὶ δὲ ἐν Τιβεριάδι, καὶ πολλάκις ἐνδιδυσκόμενος τὴν ἐσθῆτα διερρήγνυεν, ὡς ἔθος τοῖς τοιούτοις. Ὁ οὖν Ἰώσηπος βουλόμενος ἐν πείρᾳ γενέσθαι τοῦ ὁράματος, διστάζων δὲ ἔτι, αἰδοῖ κατείχετο. Παραλαμβάνει γοῦν τοῦτον ἔνδον, καὶ ἀποκλείσας τὴν θύραν, ὕδωρ τε λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα, καὶ σφραγίσας [1] αὐτὸ, ἐρράντισεν ἐπὶ τὸν ἐμμανῆ ἄνθρωπον, φήσας, Ἐν ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ Ναζωραίου τοῦ σταυρωθέντος ἔξελθε τὸ δαιμόνιον ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ὑγιὴς γένηται. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἀνακράξας μέγα καὶ χαμαὶ πεσὼν, ἀφρίσας πολλὰ καὶ σπαραχθεὶς, ἔμεινε πολλὴν ὥραν ἀκίνητος. Ἰώσηπος δὲ ὑπενόησε τὸν ἄνθρωπον τεθνάναι· ὁ δὲ μετὰ ὥραν διατριψάμενος τὸ πρόσωπον ἀνέστη, [2] καὶ θεώμενος τὴν ἰδίαν γύμνωσιν ἑαυτὸν [3] ἔκρυπτε, καὶ τὰς χεῖρας ἐπὶ τῇ αἰσχύνῃ ἐπετίθει, μηκέτι φέρων ἰδεῖν τὴν ἰδίαν γύμνωσιν. Ἱμάτιον δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἰωσήπου, ἐξ ὧν εἶχεν, ἐνδυθεὶς, εἰς κατάστασιν συνέσεως καὶ σωφρονισμοῦ ἐλθὼν, τῷ τε ἀνδρὶ πολλὰ εὐχαριστήσας καὶ θεῷ, γνοὺς ὅτι δι' αὐτοῦ ἔτυχε τῆς σωτηρίας, ἐν τῇ πόλει διεφήμιζε τὸν ἄνδρα, καὶ γνωστὸν ἐγένετο τοῖς ἐκεῖσε Ἰουδαίοις τοῦτο τὸ σημεῖον. Θρύλλος δὲ πολὺς ἠκολούθησεν ἐν τῇ πόλει, λεγόντων ὅτι, Ἰώσηπος τὰ γαζοφυλάκια ἀνοίξας, καὶ εὑρὼν γεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναγνοὺς, σημεῖα μεγάλα ἐργάζεται. Ἦν δὲ ἀληθὲς τὸ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον, οὐχ ὡς δὲ αὐτοὶ ὑπενόουν.

Cap. X. — 1. αὐτὸ cod. Rhedig. et editi libri. τὸ ὕδωρ habet cod. Vatic. 2. καὶ ἀναστὰς καὶ θεασάμενος cod. Vatic.

Ephraimique solitudinem ab urbe Hierichuntis ad montium iuga tendenti mihi comitem se itineris adiunxit. Huic ego cum de Christi domini adventu nonnulla proponerem, nulla in re contradicebat. Qua re plurimum admiratus, quid caussae tandem esset hominem interrogavi (et erat alioqui legis suae peritus, ac disputandi sane non expers), cur inquam mihi nihil responderet, ac de Christo Iesu domino nostro mihi consentiret. Ad quae illi subiecit, moribundum se quandoque a Iudaeis insusurrari sibi in aurem leviter audisse, *Iesus Christus crucifixus dei filius de te iudicabit.* Sed haec hactenus, quod ad rem praesentem attinet, revera ut accepimus dicta sunto.

Redeo iam ad Iosephum. Is cum in morbo adhuc esset, et a seniore inter alia haec quae diximus inaudisset, *Iesus Christus de te iudicabit*, animum nihilominus obfirmabat. Igitur dominus pro ingenti sua erga homines misericordia iterum ei se in somnis obiicit, *Teque*, ait, *sanitati restituo: surge modo et nunc demum credito.* Verum ubi convaluit, ne tum quidem credidit. Iterum ergo recuperata iam sanitate per visum ei dominus offertur, et quod nondum credidisset accusat. Inde amplissima quaedam promittens sic alloquitur: *Ut tibi*, inquit, *de religionis meae fide constet, si quod in nomine meo prodigium efficere volueris, meipsum invoca, ego tibi praestabo.* Erat in urbe Tiberiade furiosus quidam, nudo corpore circumcursans, qui cum saepius indueretur, ut eiusmodi hominum mos est, vestes suas lacerabat. In eo Iosephus quae per visum acceperat experiri gestiens dubitare tamen nonnihil, ac pudore retardari. Confirmato tandem animo intra aedes adducit, et occlusis foribus aquam manibus hauriens, et amentem illum cruce consignatum aspergens, *In nomine*, inquit, *Iesu Nazareni crucifixi exi, daemon, ab hoc homine, isque sanus esto.* Ad haec ille vociferans et humi procumbens, atque ex ore spumas agens seseque dilanians diu permansit immobilis, ut mortuum iam esse Iosephus crederet, donec interiecto horae spatio vultum perfricans surrexit. Tum se nudum animadvertens occultare ac manibus pudenda protegere, eo se habitu corporis esse permoleste ferre. Denique veste ab Iosepho ex iis quarum copia erat iniecta, sibi restitutus animoque compositus magnas illi secundum *deum* gratias egit, cuius se beneficio liberatum agnosceret, eundemque tota urbe pervulgavit. Ita Iudaeorum omnium qui istic erant aures miraculi illius fama pervasit. Ex quo rumor ingens percrebruit, ita illis iactantibus: Iosephus aperto gazophylacio scriptum dei nomen invenit, eoque lecto mirifica portenta ac prodigia facit. Neque falso ista differebantur, etsi non eo quo illi suspicabantur modo contigerant. Inter-

Cap. X.

Act. 4, 10.

3. ἔκρυπτε cod. Vatic. ἔκρυψε cod. Rhedig. et editi libri.

Ἔτι δὲ ἐπέμενεν Ἰώσηπος σκληρυνόμενος τῇ καρδίᾳ. Ἀλλὰ ὁ φιλάνθρωπος θεὸς, προφάσεις ἀεὶ διδοὺς σωτηρίας τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἀγαθὰς, ταύτας παρέχει τοῖς εἰς ζωὴν καταξιουμένοις ἀνθρώποις.

Κεφ. ιά. Συμβέβηκε γὰρ αὐτὸν τὸν Ἰώσηπον μετὰ τὸ ἁδρυνθῆναι Ἰούδαν τὸν πατριάρχην, ὃν προείπομεν (τάχα γὰρ οὕτως ἐλέγετο), ἀμοιβῆς ἕνεκα γέρας τῷ Ἰωσήπῳ τῆς ἀποστολῆς δοῦναι τὴν ἐπικαρπίαν. Καὶ μετ' ἐπιστολῶν οὗτος ἀποστέλλεται εἰς τὴν Κιλίκων γῆν. Ὃς ἀνελθὼν
pag. 135. ἐκεῖσε ἀπὸ ἑκάστης πόλεως τῆς Κιλικίας τὰ ἐπιδέκατα καὶ τὰς ἀπαρχὰς παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Ἰουδαίων εἰςέπραττεν. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ κατάγεται πλησιαίτερον τῆς ἐκκλησίας, οὐκ οἶδ' εἰπεῖν ἐν ποίᾳ πόλει. [1] Φιλοῦται δὲ τῷ ἐκεῖσε ἐπισκόπῳ, [2] ὡς λεληθότως ᾔτησε παρ' αὐτοῦ τὰ εὐαγγέλια, καὶ ἀνέγνω. Ἐπεὶ οὖν, οἷα ἀπόστολος (οὕτως γὰρ παρ' αὐτοῖς, ὡς ἔφην, τὸ ἀξίωμα καλεῖται), ἐμβριθέστατος καὶ καθαρεύων δῆθεν τὰ εἰς κατάστασιν εὐνομίας, οὕτως ἐπιτελεῖν προβαλλόμενος, πολλοὺς τῶν κακῶν κατασταθέντων ἀρχισυναγώγων καὶ ἱερέων καὶ πρεσβυτέρων καὶ ἀζανιτῶν, τῶν παρ' αὐτοῖς διακόνων ἑρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν, καθαιρῶν τε καὶ μετακινῶν τοῦ ἀξιώματος ὑπὸ πολλῶν ἐνεκοτεῖτο, οἵτινες ὥςπερ ἀμύνασθαι αὐτὸν πειρώμενοι πολυπραγμονεῖν τοῦτον καὶ ἰχνηλατεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα οὐ μικρῶς ἐσπούδαζον, διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν πολυπραγμονήσαντες ἀθρόως εἰςέφρησαν οἴκαδε εἰς τὸ αὐτοῦ ἐφέστιον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν τὰ εὐαγγέλια διερχόμενον, τήν τε βίβλον κατέχουσι, τὸν δὲ ἄνδρα ἁρπάζουσι, σύροντες χαμαὶ, καὶ βοῶντες, καὶ αἰκίας ἐπιφέροντες οὐ τὰς τυχούσας. Ἀπάγουσι μὲν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ μαστίζουσι τοῦτον, [3] καὶ κατὰ τὸν νόμον οὗτος αὐτῷ πρῶτος ἀγὼν γίνεται· ἐπέστη δὲ ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως, καὶ ἀφείλετο αὐτόν. Ἄλλοτε δὲ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἐν ὁδοιπορίᾳ τινὶ, ὡς ἡμῖν ὑφηγήσατο, καὶ ῥίπτουσιν αὐτὸν [4] εἰς Κύδνον τὸν ποταμόν. Τῷ δὲ ῥεύματι αὐτὸν [5] ἀφαρπαγέντα ἐτόπασαν, μή πη ἄρα ὄλωλεν ὑποβρύχιος γενόμενος τοῖς ὕδασι, καὶ ἔχαιρον ἐπὶ τούτῳ. Ὁ δὲ μικρῷ ὕστερον λουτροῦ ἁγίου καταξιοῦται, ἐσώθη γάρ. Ἄνεισι δὲ ἐπὶ τὸ κομητάτον, καὶ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ φιλιοῦται, καὶ ἀνέθετο αὐτῷ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα, ὡς ἦν τῶν κατ' Ἰουδαίους ἐξοχωτάτης ἀξίας, καὶ ὡς αἱ θεοπτίαι αὐτῷ πάντη [6] ἐφαίνοντο, κυρίου αὐτὸν προςκαλουμένου εἰς τὴν ἁγίαν κλῆσιν καὶ σωτηρίαν τῆς κατ' αὐτὸν πίστεώς τε καὶ γνώσεως. Ὁ δὲ ἀγαθὸς βασιλεὺς δοῦλος ὢν Χριστοῦ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ τὸν κατὰ θεὸν ζῆλον ἐν βασιλεῦσι μετὰ Δαβὶδ καὶ Ἐζεκίαν καὶ Ἰωσίαν κεκτημένος γέρας αὐτῷ δίδωσιν,

Cap. XI. — 1. φιλοῦται cod. Rhedig. et ed. princ. φιλιοῦται ed. Petav.
2. Nescio an rectius scripseris ὃς. Cornarius: in amicitiamque venit eius loci episcopi, qui clandestine ab ipso evangelia petivit, ac legit.

im Iosephus inveterata pertinacia obduruerat. Sed clementissimus dominus, qui sese diligentibus praeclara quaedam offert consequendae salutis praesidia, eadem illis impertit quos aeternae vitae felicitate dignari constituit.

Per idem tempus cum iam patriarcha Iudas (ita enim forte vocabatur) ad robustam aetatem pervenisset, Iosephum praemii loco apostolatus (dignitatis id nomen est) honore ac commodis exornat. Inde cum literis in Ciliciam proficiscitur. Quo cum accessisset, unoquoque ex oppido decumas ac primitias a provincialibus Iudaeis exigebat. Ac tum casu contigit ut nescio qua in urbe in vicina ecclesiae domo diversaretur. Exinde contracta cum episcopo familiaritate clam ab eo evangeliorum librum postulat, ac legit. Et quoniam pro ea quam gerebat apostoli functione (ita enim ut diximus ea dignitas vocatur), summam prae se gravitatem atque in constituenda disciplina severitatem ferebat, cui rei praestandae fuerat electus, ac plerosque synagogis praefectos et sacerdotes ac presbyteros et azanitas, quo nomine diaconos aut ministros appellant, homines improbos in ordinem redegerat ac dignitate privarat, multorum in se convertit odia; qui ut eum ulciscerentur, curiosius explorare, et quae ab illo gererentur inquirere summopere cupiebant. Ob eas igitur caussas acutissime tandem odorati ex improviso impetum in aedes faciunt, atque in ipsa evangeliorum lectione Iosephum opprimunt. Hic libro de manibus erepto hominem corripiunt, et ad terram allisum vociferantes, maximisque contumeliis vexantes in synagogam abducunt, virgisque caedunt. Primum hoc ab illo legitimum certamen pro fide susceptum. Ad haec accurrit urbis episcopus, eumque ex illorum manibus eripit. Alias deinde cum iter agentem offendissent, sic enim ipse narrabat, in Cydnum abiiciunt, atque illum impetu fluminis abreptum ac sub aquas demersum periisse rati magnopere gavisi sunt. Sed is servatus postea coelesti lavatione dignatus est. Hinc ad comitatum profectus ad Constantini imperatoris amicitiam pervenit, eique quicquid sibi acciderat exposuit, principem se Iudaeos inter dignitatis locum habuisse, sed visa sibi frequentia divinitus oblata, invitante domino, ut ad fidei cognitionisque suae sanctissimam sortem ac salutem sese transferret. At optimus imperator, Christique revera servus, et divino quodam inter principes ardore post Davidem, Ezechiam et Iosiam aestuans, hoc illi dignitatis praemium, quod paulo ante retu-

Cap. XI.

3. Cornarius: et per legem hoc certamen primum ipsi contigit.
4. εἰς cod. Vatic. et inde ed. Petav. χαμαὶ εἰς cod. Rhedig. et edit. princ.
5. ἀφαρπαγέντα cod. Vatic. ἁρπαγέντα editi libri et cod. Rhedig.
6. ἐπεφαίνοντο cod. Vatic.

ὡς ἤδη προεῖπον, ἀξιώματος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ. Κόμητα γὰρ αὐτὸν
pag. 136 κατέστησε, φήσας αὐτῷ αἰτεῖν πάλιν ὃ βούλεται· ὁ δὲ οὐδὲν ᾐτήσατο, πλὴν τοῦτο μέγιστον χάρισμα τυχεῖν παρὰ τοῦ βασιλέως, τὸ ἐπιτραπῆναι καὶ διὰ προστάγματος βασιλικοῦ οἰκοδομῆσαι Χριστῷ ἐκκλησίας ἐν ταῖς πόλεσι καὶ κώμαις τῶν Ἰουδαίων. Ἔνθα τις οὐδέ ποτε ἴσχυσεν οἰκοδομῆσαι ἐκκλησίας, διὰ τὸ μήτε Ἕλληνα, μήτε Σαμαρείτην, μήτε Χριστιανὸν μέσον αὐτῶν εἶναι. Τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν Τιβεριάδι καὶ ἐν Διοκαισαρείᾳ, τῇ καὶ Σεπφουρὶν, καὶ ἐν Ναζαρὲτ καὶ ἐν Καφαρναοὺμ φυλάσσεται παρ' αὐτοῖς [7] τοῦ μὴ εἶναί [8] τινα ἄλλου ἔθνους.

Κεφ. ιβ'. Λαβὼν δὲ ὁ Ἰώσηπος τὰ γράμματα καὶ τὴν ἐξουσίαν μετὰ τοῦ ἀξιώματος ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα ἧκεν, ἔχων καὶ ἐπιστολὰς ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ἀναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὀψωνίοις παρὰ τοῦ βασιλέως τετιμημένος. Ἄρχεται γοῦν ἐν Τιβεριάδι κτίζειν. Ναὸς δὲ μέγιστος ἐν τῇ πόλει προϋπῆρχε, τάχα οἶμαι [1] Ἀδριάνειον τοῦτο ἐκάλουν· ἀτελὲς δὲ τοῦτο τὸ Ἀδριάνειον διαμένον τάχα οἱ πολῖται εἰς δημόσιον λουτρὸν ἐπειρῶντο ἐπισκευάσαι. Ὅπερ εὑρὼν ὁ Ἰώσηπος ἐκ τούτου τὴν πρόφασιν ἔσχε, καὶ ὡς [2] ἤδη εὗρε διὰ τετραπήχων λίθων τετραπέδων ἕως ὕψους τινὸς ἀνεγηγερμένον, ἐντεῦθεν ἄρχεται ποιεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας τὴν ἐπιμέλειαν. Ἀσβέστου δὲ ἦν χρεία, καὶ τῆς ἄλλης ὕλης. Καμίνους τοίνυν ἔξωθεν τῆς πόλεως πολλὰς προςέταξε γενέσθαι, τάχα τὸν ἀριθμὸν ἑπτά· φούρνακας δὲ ἐπιχωρίως ταύτας καλοῦσιν. Οἱ δὲ δεινοὶ καὶ πρὸς πᾶν ἐπιχείρημα εὔτολμοι Ἰουδαῖοι τῆς παρ' αὐτοῖς ἀεὶ γινομένης μαγγανείας οὐκ [3] ἀπείχοντο. Ματείαις γάρ τισι καὶ περιεργίαις τὸ πῦρ καταδῆσαι οἱ γεννάδαι Ἰουδαῖοι ἐπετρίβησαν, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἴσχυσαν. Ἤργει γοῦν τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἔπραττεν, ἀλλὰ τῆς ἰδίας, ὡς εἰπεῖν, φύσεως ἐκτὸς ἐγένετο. Ὡς δὲ οἱ τὴν καυστικὴν ὕλην παραβάλλειν τῷ πυρὶ ἐπιτεταγμένοι, φημὶ δὲ ῥώπακας, εἴτ' οὖν φρύγανα, παραθέντες οὐκ ἐνήργουν, τῷ Ἰωσήπῳ τὸ πραχθὲν ἐσήμαναν. Δηχθεὶς οὖν τὴν φρένα ὁ ἀνὴρ, καὶ ζήλῳ ἀρθεὶς τῷ πρὸς τὸν κύριον, ἔδραμεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ὕδωρ κελεύσας ἐνεχθῆναι ἐν ἄγγει, ἐν καμψάκῃ φημὶ (κακούβιον δὲ τοῦτο οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι), λαβὼν τὸ αὐτὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος ἐνώπιον πάντων (συνηθροίσθη δὲ πλῆθος Ἰουδαίων ἐπὶ τὴν θέαν, [4] τὸ ἀποβησόμενον ἰδεῖν σπουδάζοντες, καὶ ὅτι ἐπιχειρήσειεν
pag. 137. Ἰώσηπος πράττειν), μεγάλῃ τῇ φωνῇ ὁ ἀνὴρ σταυροῦ σφραγῖδα ἐπιθεὶς τῷ ἄγγει διὰ τοῦ ἰδίου δακτύλου, καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα Ἰησοῦ, εἶπεν οὕτως, Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, οὗ ἐσταύρωσαν οἱ πατέρες μου καὶ τούτων πάντων τῶν περιεστώτων, γένηται δύναμις ἐν τούτῳ τῷ ὕδατι, εἰς ἀθέτησιν πάσης φαρμακείας καὶ μαγείας ἧς οὗτοι ἔπραξαν, καὶ εἰς ἐνέργειαν δυνάμεως τῷ πυρὶ εἰς τὸ ἐπιτε-

7. *Fortasse* τὸ *pro* τοῦ *restituendum est.*
8. τινα *non habet cod. Vatic.*

Cap. XII. — 1. *Cf. Casaub. in Spartian. p. 26. et p. 170. ed. Paris. 1620. f.*

limus, contulit, comitemque fecit, iubens insuper ut quicquid vellet optaret. Ille nihil aliud nisi hoc unum maximi beneficii loco postulavit, sibi ut in Iudaeorum pagis omnibus et oppidis extruendarum in Christi honorem ecclesiarum potestas imperatoris edicto fieret. Quibus in locis nemo unquam ecclesias aedificare potuerat, quod nullus inter eos neque gentilis, neque Samaritanus, neque Christianus habitaret. Praesertimque Tiberiade, Diocaesareae, quae et Sephurim dicitur, Nazareti, Capharnaumi, ubi diligenter hoc observaut, nemo ut gentis alterius domicilium illic habeat.

At Iosephus acceptis cum ea potestate ac dignitate literis Tiberiadem perrexit, unaque et diplomata secum attulit, quibus impensas e fisco caperet, cum privatim ipse stipendia ex eodem acciperet. Igitur Tiberiade ecclesiam aedificare coepit. Erat in eadem urbe templum ingens olim extructum, quod Adrianium, nisi fallor, appellabant. Quod cum imperfectum hactenus mansisset, oppidani publicas in balneas commutare studebant. Hoc Iosephus nactus ad id quod animo conceperat accommodare instituit. Et ut quadrato lapide quaternum cubitorum certam ad altitudinem erectum invenerat, veteri structurae novam ecclesiae molem imponere statuit. Ad id calce viva opus erat, reliquaque omni materia. Igitur caminos extra urbem fieri non paucos imperat, septenos circiter, quos vulgo fornaces nominant. Sub haec Iudaei ad audenda qualibet proiecti ad usitata ei genti maleficia confugiunt. Etenim magicis carminibus ac praestigiis vim ignis impedire egregii homines aggressi sunt; sed non perpetuo potuerunt. At initio tamen cessabat ignis, nihilque coquebat, naturae suae velut officio destitutus. Tum qui suppeditando igni pabulo, virgultis scilicet ac fructibus, erant appositi, cum nihil se proficere animadverterent, rem ad Iosephum deferunt. Pupugit ea res hominem, statimque coelesti in dominum ardore succensus extra urbem advolat, aquam postulat: affertur in aeneo vase, quod campsacen vulgo, illic cacubium vocant. Eo coram omnibus accepto (nam ad hoc spectaculum Iudaeorum turba convenerat, ut rei eventum, ac quid tandem Iosephus ageret viderent) crucis signum super illud digito ducit, ac Iesu nomen invocans magna voce sic loquitur: *In nomine Iesu Nazareni, quem mei pariter atque horum omnium, qui hic adstant, maiores in crucem egerunt, haec aqua vim habeto ad magicas artes maleficiaque omnia restinguenda, quae isti compararunt, ab* Cap. XII.

2. *Sic cod. Rhedig. et editus liber uterque. Cod. Vatic. habet* ἤδη τετραπήτους *(sic)* λίθους διὰ τετραπέδων λίθων εὗρε, ἕως ὕψους τινος ἀνεγηγερμένους.
3. ἀπείχοντο *ed. Petav., de auctoritate cod. ms. nescio cuius quam in marg. sui exemplaris testatus est Scholtus.* ἀπέχοντο *ed. princ.* ἀπέσχοντο *cod. Rhedig*
4. καὶ τὸ *cod. Vatic.*

λεσθῆναι τὸν οἶκον κυρίου. Καὶ οὕτως λαμβάνει τὸ ὕδωρ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ ῥαίνει ἑκάστῳ [5] φόρνακι ἐκ τοῦ ὕδατος. Καὶ ἀνελύετο μὲν τὰ φάρμακα, τὸ πῦρ δὲ ἐνώπιον πάντων ἀνεβλύστανεν. Οἱ δὲ παρόντες ὄχλοι κραυγάσαντες, Εἷς θεὸς ὁ βοηθῶν τοῖς Χριστιανοῖς, ἀνεχώρησαν. Πολλάκις δὲ κακούντων τὸν ἄνδρα ἐκείνων, εἰς ὕστερον μέρος τι τοῦ ναοῦ ἐν Τιβεριάδι οἰκοδομήσας, καὶ μικρὰν ἐκκλησίαν ἀποτελέσας, οὕτως ἐκεῖθεν ἀνεχώρησεν, ἐν Σκυθοπόλει δὲ ἐλθὼν κατέμεινεν. Ἐν Διοκαισαρείᾳ δὲ, καὶ ἄλλαις τισὶ τελείως ᾠκοδόμησε. Ταῦτα δὲ πραχθέντα, καὶ ἐνταῦθά μοι ἐπιμνησθέντα ἕνεκεν τῆς τῶν βίβλων ἑρμηνείας, πῶς ἀπὸ Ἑλληνίδος τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον εἰς Ἑβραΐδα μετέπεσε, καὶ αἱ Πράξεις τῶν Ἀποστόλων, ἕως ὧδε τὰ τῆς ἱστορίας καὶ ὑφηγήσεως ἐχέτω.

Κεφ. ιγ'. Ἐπάνειμι δὲ τὴν κατὰ Ἐβίωνος ποιούμενος ἀκολουθίαν. Διὰ γὰρ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον προϊὼν ὁ λόγος τὴν ἀκολουθίαν [1] τῆς εἰς ἡμᾶς ἐλθούσης γνώσεως παραθέσθαι ἠνάγκασεν. Ἐν τῷ γοῦν παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐχ [2] ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ (Ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν), ἐμφέρεται, ὅτι, Ἐγένετό τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἰησοῦς, καὶ αὐτὸς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὃς ἐξελέξατο ἡμᾶς. Καὶ ἐλθὼν εἰς Καφαρναοὺμ εἰςῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος τοῦ ἐπικληθέντος Πέτρου, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εἶπε, Παρερχόμενος παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος ἐξελεξάμην Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ Σίμωνα, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν, καὶ Ἰούδαν τὸν Ἰσκαριώτην, καὶ σὲ, τὸν Ματθαῖον, καθεζόμενον ἐπὶ τοῦ τελωνίου ἐκάλεσα, καὶ ἠκολούθησάς μοι. Ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἶναι δεκαδύο ἀποστόλους, εἰς μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων, καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι, καὶ ἐβαπτίσθησαν,
pag. 138. καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ, καὶ τὸ βρῶμα αὐτοῦ, φησὶ, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ μάννα, ὡς [3] ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ· ἵνα δῆθεν μεταστρέψωσι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς ψεῦδος, καὶ ἀντὶ Ἀκρίδων ποιήσωσιν Ἐγκρίδας ἐν μέλιτι. Ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίου ἔχει ὅτι, Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἦλθεν Ἰωάννης βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, καὶ ἐξήρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντες. Καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλὰ ἐπιφέρει ὅτι, Τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος ἦλθε καὶ Ἰησοῦς, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου. Καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα [4] τοῦ θεοῦ ἐν εἴδει

5. φούρνακι cod. Rhedig.

Cap. XIII. — 1. τῆς, quod desideratur in ed. Petav., revocavi ex cod. Rhedig. et edit. princ.

eademque vis igni sua restituatur, quo domini domus absolvi possit. His dictis fornacibus singulis aquam aspergit. Ita dissolutis praestigiis coram omnibus ignis efferbuit. Quo miraculo commota turba magnis vocibus exclamavit, *Unus est deus, qui Christianos adiuvat;* itaque discessit. Ac saepe alias vexantibus Iudaeis tandem veteris templi partem extruxit, in eaque parvam ecclesiam condidit. Post inde discedens Scythopoli consedit. Diocaesareae porro aliisque in oppidis postremo ecclesias aedificavit. Ad haec obiter narranda digressi fuimus, eorum occasione librorum qui apud Iudaeos translati reperiuntur, cuiusmodi est Ioannis Evangelium, et Apostolorum Actus Hebraice conversi. Sed de hac historica relatione hactenus.

Nunc ad inchoatam de Ebionitis narrationem regredior. Siquidem ob Matthaei Evangelium eo delapsa est oratio, ut ad eam quae ad aures nostras pervenerat historiam enarrandam necessario sese converteret. Igitur in eo quod penes illos est Matthaei Evangelio, quamquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum ac mutilum, idque ipsum Hebraicum vocant, ita scriptum est: *Fuisse certum hominem nomine Iesum, annorum circiter triginta, qui nos elegerit, qui Capharnaum veniens in Simonis cognomine Petri aedes ingressus est, apertoque ore suo dixit, cum secundum Tiberiadis locum transirem, Ioannem et Iacobum Zebedaei filios elegi, et Simonem, et Andream, et Thaddaeum, et Simonem Zeloten, et Iudam Iscarioten, et te Matthaeum ad telonium sedentem vocavi, ac me ipse secutus es. Volo itaque duodecim vos apostolos esse ad testimonium Israëlis. Et erat Ioannes baptizans, et exierant ad eum Pharisaei, et baptizati sunt, et omnis Hierosolyma. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos suos, et cibus eius erat mel silvestre, cuius sapor erat mannae similis, velut lagani frixi cum oleo.* Quod eo faciunt, ut veritatis sermonem in mendacium commutent, et pro eo quod est ἀκρίδας, hoc est locustas, ἐγκρίδας, hoc est epichyta mellita substituant. Porro evangelium illorum sic incipit: *Factum est in diebus Herodis regis Iudaeae, ut veniret Ioannes baptizans baptismo poenitentiae in Iordane fluvio, quem ferebant ex genere esse Aaronis sacerdotis, filius Zachariae et Elizabethae, et egrediebantur ad illum omnes.* Tum longe postea subiungit: *Baptizato populo venit et Iesus, et a Ioanne baptizatus est. Cumque ascendisset ex aqua, aperti sunt coeli, et vidit spiritum dei sanctum colum-* Cap. XIII.

2. *Sic libri mei omnes. Suspicer* οὐχ ὅλως δὲ.

3. *Cf. quos laudat Bernhardyus V. Cl. ad Suidam s. v.* Ἐγκρίς.

4. τοῦ θεοῦ *cod. Rhedig. et edit. princ.* τὸ ἅγιον *cod. Vatic.* τοῦ θεοῦ τὸ ἅγιον *ed. Petav.*

περιστερᾶς κατελθούσης καὶ εἰςελθούσης εἰς αὐτόν. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα, Σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα· καὶ πάλιν, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα. Ὃν ἰδὼν, φησὶν, ὁ Ἰωάννης λέγει αὐτῷ, Σὺ τίς εἶ, κύριε; καὶ πάλιν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς αὐτὸν, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα. Καὶ τότε, φησὶν, ὁ Ἰωάννης προςπεσὼν αὐτῷ ἔλεγε, [5] Δέομαί σου, κύριε, σύ με βάπτισον. Ὁ δὲ ἐκώλυεν αὐτῷ, λέγων, Ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρέπον πληρωθῆναι πάντα.

Κεφ. ιδ'. Ὅρα δὲ τὴν παρ' αὐτοῖς παραπεποιημένην πανταχόθεν διδασκαλίαν, πῶς πάντα χωλὰ, λοξὰ, καὶ οὐδεμίαν ὀρθότητα ἔχοντα. Ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος καὶ Καρποκρᾶς τῷ αὐτῷ χρώμενοι δῆθεν παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου διὰ τῆς γενεαλογίας βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν. Οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. Παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι ὡς προεῖπον, λέγοντες ὅτι, Ἐγένετο, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, ἦλθέ τις, Ἰωάννης ὀνόματι, βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ βούλονται τὸν μὲν Ἰησοῦν ὄντως ἄνθρωπον εἶ-
pag. 139. ναι, ὡς προεῖπον, Χριστὸν δὲ ἐν αὐτῷ γεγενῆσθαι τὸν ἐν περιστερᾶς καταβεβηκότα, καθάπερ ἤδη καὶ παρ' ἄλλαις αἱρέσεσιν εὑρίσκομεν, συναφθέντα αὐτῷ, καὶ εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γεγεννημένον. Πάλιν δὲ ἀρνοῦνται εἶναι αὐτὸν ἄνθρωπον δῆθεν ἀπὸ τοῦ λόγου οὗ εἴρηκεν ὁ σωτὴρ ἐν τῷ ἀναγγελῆναι αὐτὸν ὅτι, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασιν, ὅτι, Τίς μού ἐστι μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί; καὶ ἐκτείνας ἐπὶ τοὺς μαθητὰς τὴν χεῖρα ἔφη, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀδελφοί μου καὶ ἡ μήτηρ, οἱ ποιοῦντες τὰ θελήματα τοῦ πατρός μου. Ἐντεῦθεν, ὡς ἔφην, τῆς πάσης κυβείας μεμεστωμένος ὁ Ἐβίων διὰ πολλῶν μορφῶν ὑποφαίνει ἑαυτὸν, ὡς εἶναι τεράστιον κατὰ τὰ ἄνω μοι προδεδηλωμένα.

Κεφ. ιε'. Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα. [1] Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν

5. *Grabe Spicileg.* I. *pag.* 28. *convertit*, Indigeo tui. *Cf. Matth.* 3, 14.

hac specie descendentis et intrantis in sese. Et vox reddita de coelo dicens, Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et iterum, Ego hodie genui te. Statimque eo in loco lux ingens affulsit. Qua conspecta Ioannes sic eum alloquitur: Tu quis es, domine? Rursumque lapsa vox de coelo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ad haec Ioannes ad eius pedes accidens, Quaeso, inquit, domine, tu me ipse baptiza. At ille prohibebat eum dicens, Sine; ita enim decet nos implere omnia.

Vide quam sit eorum undequaque depravata doctrina, quam Cap. XIV.
claudicantia, distortaque sint omnia, nec recti quicquam contineant. Cerinthus enim et Carpocrates eodem Matthaei, ut quidem volunt, evangelio freti, ex eius initio Christique genealogia probare nituntur Christum e Iosephi et Mariae semine esse procreatum. Illi contra aliud omnino statuunt. Nam omni illa genealogia amputata inde unde diximus initium deducunt: *Factum est in diebus Herodis regis Iudaeae, sub principe sacerdotum Caipha, ut veniret quidam Ioannes nomine baptizans baptismo poenitentiae in Iordane fluvio*, etc. Quandoquidem Iesum ut diximus merum hominem extitisse putant, in eoque resedisse Christum, qui columbae specie sit illapsus, cum eoque coniunctus; id quod aliis insuper haeresibus placuisse reperio. Ita Iesum ipsum esse Christum ex utriusque parentis semine prognatum. Rursum vero non hominem esse Christum ex hoc eius responso colligunt, quod, cum renuntiatum esset: *Ecce mater tua* Matth. 12, 47.
et fratres tui foris stant, hunc in modum reddidit: *Quae est mater mea, et fratres mei? et extendens manum in discipulos dixit, Hi sunt fratres mei et mater mea, qui faciunt voluntatem patris mei.* Hinc ille praestigiis instructus Ebion varias se in larvas atque effigies deformat, ut ex iis quae initio dicta sunt tetrum et horribile quoddam esse monstrum appareat.

Sunt et alii libri quibus utuntur, velut Petri Circuitus a Cle- Cap. XV.
mente conscripti, quo in libro paucis veris relictis cetera supposuerunt; quemadmodum Clemens ipse omnibus illos modis redarguit iis epistolis circularibus quae ab eo scriptae in sacrosanctis ecclesiis leguntur. Ex quibus constat longe ab iis quae in Circuitibus illis sub eius nomine adulterina extant illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem Clemens edocuit; isti repudiant. Ille Eliam Davidem et Sampsonem omnesque prophetas commendat, Ebio-

Cap. XV. — 1. *Cf. Grabe Spicileg.* I. *pag.* 263.

καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν Περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους, ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι, ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων. Ὅταν δὲ ἐρωτήσῃς ἕνα τῶν αὐτῶν, τίνος ἕνεκεν ἐμψύχων οὐ μεταλαμβάνουσι, μὴ ἔχοντές τι διηγήσασθαι ἀποκρίνονται ἀσυνέτως, καὶ λέγουσι, Διὰ τὸ ἐκ συνουσίας καὶ μίξεως σωμάτων εἶναι αὐτὰ οὐ μεταλαμβάνομεν, ὡς εἶναι αὐτοὺς ὅλους τοὺς ἀπὸ ἐπιμιξίας ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς βδελυκτοὺς, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ στόματος αὐτῶν ληρωδῶς ἐξεμεθέντα.

Κεφ. ιϛ'. Βάπτισμα δὲ καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσι χωρὶς ὧν καθ' ἡμέραν βαπτίζονται. Μυστήρια δὲ δῆθεν τελοῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ
pag. 140. ἐκκλησίᾳ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν διὰ ἀζύμων, καὶ τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι' ὕδατος μόνου. Δύο δέ τινας, ὡς ἔφην, συνιστῶσιν ἐκ θεοῦ τεταγμένους, ἕνα μὲν τὸν Χριστὸν, ἕνα δὲ τὸν διάβολον. Καὶ τὸν μὲν Χριστὸν λέγουσι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν κλῆρον, τὸν δὲ διάβολον τοῦτον πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα, ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ παντοκράτορος κατὰ αἴτησιν ἑκατέρων αὐτῶν. Καὶ τούτου ἕνεκα Ἰησοῦν γεγεννημένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς λέγουσι, καὶ ἐπιλεχθέντα, καὶ οὕτω κατὰ ἐκλογὴν υἱὸν θεοῦ κληθέντα, ἀπὸ τοῦ ἄνωθεν εἰς αὐτὸν ἥκοντος Χριστοῦ ἐν εἴδει περιστερᾶς. Οὐ φάσκουσι δὲ ἐκ θεοῦ πατρὸς αὐτὸν γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ ἐκτίσθαι, ὡς ἕνα τῶν ἀρχαγγέλων, μείζονα δὲ αὐτῶν [1] ὄντα, αὐτὸν δὲ κυριεύειν καὶ ἀγγέλων καὶ πάντων ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος πεποιημένων, καὶ ἐλθόντα, καὶ ὑφηγησάμενον ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς εὐαγγέλιον καλούμενον περιέχει, ὅτι, Ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' [2] ὑμῶν ἡ ὀργή. Καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτά τινά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῖς [3] ἐπιτηδεύματα. Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν Ἀποστόλων εἶναι, ἐν αἷς [4] πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔμπλεα, [5] ἔνθεν οὐ παρέργως κατὰ τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς ὥπλισαν. Ἀναβαθμοὺς γάρ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς Ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένου κατά τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιῶν, κατά τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα, ὡς καὶ τοῦ Παύλου ἐνταῦθα κατηγοροῦντες οὐκ αἰσχύνονται ἐπιπλάστοις τισὶ τῆς τῶν ψευδαποστόλων αὐτῶν κακουργίας καὶ πλάνης λόγοις πεποιημένοις. Ταρσέα μὲν αὐτὸν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ καὶ οὐκ ἀρνεῖται, λέγον-

Cap XVI. — 1. ὄντα καὶ ἔτι (sic) περισσοτέρως, αὐτὸν cett habet cod. Vatic. 2. ἡμῶν invenio in ed. Petav. exaratum.

nitae detestantur. Quare in Circuitibus istis suum ad institutum accommodarunt omnia, ac de Petro plurima mendacia confinxerunt. Cuiusmodi est inter cetera, quotidie illum castimoniae caussa lavisse, quod isti facere consueverunt. Tum ab animatis omnibus et carnibus, reliquoque omni quod carne constet abstinuisse, quoniam ab iis tam Ebion olim quam hodie Ebionitae omnes abhorrent. Cumque aliquem ex illis interrogaveris cur tandem ab animatis sese contineat, aliud nihil praeter hoc imperitum et insulsum excipiet, quod illa e corporum coitu concubituque gignantur, se idcirco non vesci. Ex quo illud consequens est, hos ipsos qui ex eodem viri feminaeque complexu nati sunt, abominandos esse, si vera sunt quae ex ore suo stulte ac ridicule vomuerunt.

Ceterum baptismo quoque praeter quotidianum illum initiantur, Cap. XVI.
et ex Christianorum ecclesiaeque imitatione mysteria quaedam quotannis celebrant, in quibus panes azymos, et ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent. Duos, ut iam dixi, a deo constitutos asserunt, Christum et diabolum. Quorum illi futuri, huic praesentis seculi potestas est commissa, idque adeo omnipotentis illius mandato ad cuiusque postulationem esse factum. Ob id Iesum ex virili semine productum affirmat, et electum, itaque dei filium appellatum ab eo Christum, qui in ipsum columbae figura de coelo delapsus est. Negant vero a deo illum esse patre genitum, sed tanquam unum ex archangelis creatum, et iis tamen maiorem qui et angelis, et universis quae sunt ab omnipotente condita dominetur, et in hunc orbem venit, atque hoc quod est in illorum evangelio docuerit. *Ego*, inquit, *ad abroganda sacrificia veni, et nisi sacrificare desieritis, dei in vos ira non cessabit.* Eiusmodi ergo illorum instituta sunt. Praeterea Apostolorum alios Actus circumferunt, in quibus plurima sunt impietatis illorum vestigia, eiusque potissimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur. Quippe certos illic gradus, in iisque Iacobi narrationes quasdam explicant, quibus adversus templum et sacrificia, ignemque qui est in altari declamans inducitur. Accedunt et alia quamplurima longe stolidissima; ut vel Paulum ipsum illic accusare non erubuerint mendacissimis quibusdam sermonibus, quos falsorum ex illo grege apostolorum error atque improbitas excogitavit. Siquidem Tarsensem illum nominant; id quod ipse non negat, imo palam profitetur. Ad-

3. δόλια ἐπιτηδεύματα cod. Vatic.
4. πολλῆς cod. Vatic.
5. Cod. Rhedig. et editi habent ἔνθεν τὰ οὐ cett., sed auctoritate cod. Vatic. sustuli incommodum illud τά.

τες ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λαβόντες τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ τύπου διὰ τὸ φιλάληθες ὑπ' αὐτοῦ ῥηθὲν, ὅτι, Ταρσεύς εἰμι, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Εἶτα φάσκουσιν αὐτὸν εἶναι Ἕλληνα, [6] καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς καὶ Ἕλληνος πατρὸς [7] παῖδα, ἀναβεβηκέναι δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ χρόνον ἐκεῖ μεμενηκέναι, ἐπιτεθυμηκέναι δὲ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, καὶ τούτου ἕνεκα προσήλυτον γενέσθαι καὶ περιτμηθῆναι, εἶτα μὴ λαβόντα τὴν κόρην ὠργίσθαι, καὶ κατὰ ἐπιτομῆς γεγραφέναι, καὶ κατὰ σαββάτου καὶ νομοθεσίας.

Κεφ. ιζ. Ἀλλὰ κατὰ πάντα τρόπον συκοφαντεῖ ὁ δεινὸς ὄφις οὗτος καὶ
pag. 111. πτωχὸς τῇ διανοίᾳ. Ἐβίων γὰρ ἔχει ἀπὸ Ἑβραϊκῆς εἰς Ἑλλάδα φωνὴν τὴν ἑρμηνείαν πτωχός. Πτωχὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ τῷ ἔργῳ, Χριστὸν ἄνθρωπον ψιλὸν νομίσας, καὶ οὕτως ἐν πτωχείᾳ πίστεως τὴν ἐλπίδα περὶ αὐτοῦ κεκτημένος. Αὐτοὶ δὲ δῆθεν σεμνύνονται, ἑαυτοὺς φάσκοντες πτωχοὺς διὰ τὸ, φασὶν, ἐν χρόνοις τῶν ἀποστόλων πωλεῖν τὰ αὐτῶν ὑπάρχοντα, καὶ τιθέναι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, καὶ εἰς πτωχείαν καὶ ἀποταξίαν μετεληλυθέναι. Καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι ὑπὸ πάντων φασὶ πτωχοί. Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀληθὲς παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι Ἐβίων ἐκαλεῖτο, κατὰ προφητείαν, οἶμαι, ὁ πτωχὸς καὶ τάλας, τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς αὐτοῦ κεκληρωμένος. Πόσα δὲ ἄλλα δεινὰ καὶ παραπεποιημένα καὶ μοχθηρίας γέμοντα παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύεται; Ὅταν γάρ τι ἐξ αὐτῶν ἢ νόσῳ περιπέσοι, ἢ ὑπὸ ἑρπετοῦ δηχθείη, κάτεισιν εἰς τὰ ὕδατα, καὶ ἐπικαλεῖται τὰς ἐπωνυμίας τὰς ἐν τῷ Ἠλξαῒ τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τοῦ τε ἁλὸς καὶ τοῦ ὕδατος, τῶν τε ἀνέμων καὶ ἀγγέλων τῆς δικαιοσύνης, φασὶ, καὶ τοῦ ἄρτου καὶ ἐλαίου, καὶ ἄρχεται λέγειν, Βοηθῆτέ μοι, καὶ ἀπαλλάξατε ἀπ' ἐμοῦ τὸ ἄλγημα. Ἤδη δέ μοι καὶ ἀνωτέρω προδεδήλωται, ὡς ταῦτα μὲν Ἐβίων οὐκ ᾔδει. Μετὰ καιρὸν δὲ οἱ σὺν αὐτῷ συναφθέντες τῷ Ἠλξαῒ, ἐσχήκασι μὲν τοῦ Ἐβίωνος τὴν περιτομὴν καὶ τὸ σάββατον καὶ τὰ ἔθη, τοῦ δὲ Ἠλξαῒ τὴν φαντασίαν ὥςτε νομίζειν μὲν τὸν Χριστὸν εἶναί τι ἀνδροείκελον ἐκτύπωμα ἀόρατον ἀνθρώποις, μιλίων ἐνενηκονταὲξ τὸ μῆκος, δῆθεν σχοίνων εἰκοσιτεσσάρων, τὸ δὲ πλάτος σχοίνων ἕξ, μιλίων εἰκοσιτεσσάρων, τὸ πάχος δὲ κατὰ μέτρησιν ἄλλην τινά· ἀντικρὺ δὲ αὐτοῦ ἑστάναι καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν εἴδει θηλείας ἀοράτως, καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μέτρου. Καὶ πόθεν, φησὶν, [1] ἔγνων τὰ μέτρα. Ἐπειδὴ, φησὶν, εἶδον ἀπὸ τῶν ὀρέων ὅτι αἱ κεφαλαὶ ἔφθανον αὐτῶν, καὶ τὸ μέτρον τοῦ ὄρους καταμαθὼν ἔγνων Χριστοῦ τε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰ μέτρα. Ἤδη δέ μοι περὶ τούτων εἴρηται ἐν τῇ

6. *Verba* καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς, *quae desiderantur in edit. princ., uti etiam in cod. Rhedig, Petavius recepit ex cod. Vatic.*

7. παῖδα *desideratur in ed. princ. et in cod. Rhedig. Recepit Petavius ex cod. Vatic.*

dunt et a gentilibus oriundum esse, cuiusdam occasione loci, in quo ipse quod res erat ingenue proponit. *Tarsensis*, inquit, *ego sum,*
nec urbis obscurae civis. Ex quo gentilem fuisse colligunt, et utro- Act. 21, 39.
que parente gentili procreatum, cumque Hierosolymam accessisset, et ibidem aliquamdiu mansisset, pontificis filiam ducere statuisse. Quare proselytum se fecisse, ac circumcisionem usurpasse. Postea quod ab eo coniugio excidisset, iratum adversus circumcisionem et sabbatum, legemque scripsisse.

Sed apertam calumniam struit callidus ille serpens animoque Cap. XVII.
mendicus. Ebion quippe Hebraica vox Graeca lingua mendicum sonat. Est autem haereticus iste revera mente, spe factisque mendicus, utpote qui Christum merum esse hominem existimet, in eoque spem cum quadam fidei mendicitate collocet. Atenim isti de ea
re gloriantur, seque mendicos praedicant, quod apostolorum, in- Act. 4, 34.
quiunt, tempore mos esset bona sua distrahere, et ad illorum pedes abiicere. Itaque se illorum exemplo ad mendicitatem redigi, ac bonis omnibus abdicare, proindeque passim mendicos appellari. Sed hoc ab illis ex ingenio confictum est. Nam Ebioni proprium hoc erat nomen, non sine vaticinio tamen aliquo, quo mendicus infelixque fore significaretur, cum a parentibus id nominis accepisset. Quam vero alia multa et perperam affectata et scelerata ac nefaria eorum instituto geruntur! Quoties enim aliquis illorum in morbum incidit, aut a serpente morsus est, ad aquas descendit. Ibi appellationes omnes, quae Elxai complexus est, invocat, coeli videlicet ac terrae, salis et aquae, ventorum et angelorum, ut vocant, iustitiae, panis item et olei. Deinde solenne hoc carmen concipit: *Adeste mihi, et hunc a me dolorem depellite.* Iam hoc antea declaravimus, omnia haec Ebionem nesciisse, eiusque discipulos aliquanto post cum Elxai coalescentes ab Ebione circumcisionem ac sabbatum, aliosque ritus accepisse, ab Elxai vero somnium illud, ut Christum formam esse quandam humanae similem, neque hominibus aspectabilem esse fingerent, longitudine milium XCVI, qui sunt schoeni quatuor et viginti, latitudine schoenorum VI, hoc est milium XXIV, crassitudini denique aliam mensuram attribuunt. Prope ipsum vero stare spiritum sanctum muliebri figura, ita tamen ut videri nequeat, eiusdemque esse mensurae. Roges unde eas mensuras acceperint, E montibus, inquiunt, observatas habemus, quorum ad verticem illorum capita pertingebant, quare montium altitudinem dimensi Christi ac sancti spiritus magnitudinem comperimus. Verum de his in

Cap. XVII. — 1. ἔγνων *codd. Vatic. Rhedig. In ed. princ. est* ἄγνων. *Ceterum verterim:* Et unde acceperint eas mensuras dicit.

κατὰ Ὀσσαίων αἱρέσει. Ἐν παρεξόδῳ δὲ ταῦτα πεποίημαι νῦν, ἵνα μὴ τὰ παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τε καὶ αἱρέσει ὄντα, εὑρισκόμενα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις, νομισθείη κατὰ λήθην ὑφ' ἡμῶν εἰρῆσθαι.

Κεφ. ιη΄. pag. 142. Οὗτος μὲν οὖν ὁ Ἐβίων καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἀσίᾳ [1] εἶχε τὸ κήρυγμα καὶ Ῥώμῃ, τὰς δὲ ῥίζας τῶν ἀκανθωδῶν παραφυάδων ἔχουσιν ἀπό τε τῆς [2] Ναβατέας καὶ Πανεάδος τὸ πλεῖστον, Μωαβίτιδός τε καὶ Κωχάβων τῆς ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ, ἐπέκεινα Ἀδραῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ. Ἀναγκάζουσι δὲ καὶ παρ' ἡλικίαν ἐκγαμίζουσι τοὺς νέους, ἐξ ἐπιτροπῆς δῆθεν τῶν παρ' αὐτοῖς [3] διδασκάλων. Πρεσβυτέρους γὰρ οὗτοι ἔχουσι καὶ ἀρχισυναγώγους. Συναγωγὴν δὲ οὗτοι καλοῦσι τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν, καὶ οὐχὶ ἐκκλησίαν· τῷ Χριστῷ δὲ ὀνόματι μόνον σεμνύνονται. Καὶ οὐ μόνον ἑνί τινι γάμῳ τὰς συναφείας [4] ποιεῖσθαι, ἀλλ' εἰ καὶ θελήσειέ τις τοῦ πρώτου γάμου διαζεύγνυσθαι, ἑτέρῳ δὲ συνάπτεσθαι, ἐπιτρέπουσιν ἄχρι καὶ δευτέρου καὶ τρίτου [5] καὶ ἑβδόμου γάμου. Πάντα γὰρ παρ' αὐτοῖς ἀδεῶς πράττεται. Ἀβραὰμ δὲ ὁμολογοῦσι καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, Μωϋσῆν τε καὶ Ἀαρὼν, Ἰησοῦν τε τὸν τοῦ Ναυῆ, ἁπλῶς διαδεξάμενον Μωϋσέα, οὐδὲν δὲ ὄντα. Μετὰ τούτους δὲ οὐκέτι ὁμολογοῦσί τινα τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζουσι καὶ χλευάζουσι Δαβίδ τε καὶ τὸν Σολομῶνα, ὁμοίως δὲ τοὺς περὶ Ἡσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν καὶ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ· Ἠλίαν τε καὶ Ἐλισσαῖον ἀθετοῦσιν. Οὐ γὰρ συντίθενται, βλασφημοῦντες τὰς αὐτῶν προφητείας. Ἀλλὰ μόνον τὸ εὐαγγέλιον δέχονται, τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας, καὶ Χριστὸν υἱὸν θεοῦ κατὰ προκοπὴν καὶ κατὰ συνάφειαν ἀναγωγῆς τῆς ἄνωθεν πρὸς αὐτὸν γεγενημένης. Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως εἶναι προφήτας, καὶ οὐκ ἀληθείας. Αὐτὸν δὲ μόνον θέλουσιν εἶναι προφήτην καὶ ἄνθρωπον, καὶ υἱὸν θεοῦ, καὶ Χριστὸν, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον, ὡς προείπομεν, διὰ δὲ ἀρετὴν βίου ἥκοντα εἰς τὸ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Οὔτε γὰρ δέχονται τὴν Πεντάτευχον Μωϋσέως ὅλην, ἀλλά τινα ῥήματα ἀποβάλλουσιν. Ὅταν δὲ αὐτοῖς εἴπῃς περὶ ἐμψύχων βρώσεως, πῶς οὖν Ἀβραὰμ παρέθετο τοῖς ἀγγέλοις τὸν μόσχον καὶ τὸ γάλα, ἢ πῶς ἔφαγε Νῶε, καὶ ἤκουσεν ἀπὸ θεοῦ λέγοντος, Θῦσον καὶ φάγε, πῶς δὲ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἔθυσαν τῷ θεῷ, ὁμοίως δὲ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐκείνοις μὲν ἀπιστεῖ, καί φησι, Τίς χρεία με ἀναγινώσκειν τὰ
pag. 143. ἐν τῷ νόμῳ, ἐλθόντος τοῦ εὐαγγελίου; Πόθεν σοι τοίνυν τὰ περὶ Μωϋσέως καὶ Ἀβραὰμ εἰδέναι; Οἶδα γὰρ ὡς ὁμολογεῖτε αὐτοὺς εἶναι

Cap. XVIII. — 1. *In exemplari Petaviano vitium occurrit* τὸ εἶχε.

2. *Sic libri editi et cod. Rhedig. At reponendum est* Βατανέας. *Cf. annot. Petavii ad h. l.*

3. *Ita omnes libri praeter edit. Petavii, in qua vitiose extat* διδασκαλίων.

4. πεποιεῖσθαι *habet edit. princ., id est* πεποιῆσθαι, *quod non displicet.*

5. *Verba* καὶ ἑβδόμου *debentur auctoritati cod. Vatic., unde ea recepit Petavius. In edit. princ. et cod. Rhedig. absunt.*

Ossaeorum haeresi iam ante disputavimus. Et nunc obiter ea perstrinximus, ne quod penes unamquamque nationem ac sectam reperitur, id si in aliis quoque cerneretur, alieno loco per oblivionem commemoratum putares.

Ergo Ebion tametsi in Asia ac Romae errorem suum disseminaverit, nihilominus spinosorum suorum germinum stolonumque radices ex Nabathaea atque Paneade potissimum trahit, nec non et Moabitide Cochabisque, quod Basanitidis oppidum est trans Adraos, et in insula Cypro. Est hoc illis insuper in more positum, ut adolescentulos citra maturam aetatem ad nuptias compellant, idque adeo a magistris potestate facta. Habent enim presbyteros suos ac synagogae principes. Nam synagogam conventus suos non ecclesiam nominant, ac Christi solum nomen prae se ferunt. Neque vero unis duntaxat nuptiis affinitates inter se coniungunt, sed si cui divortium facere libuerit, ac novum inire matrimonium, ad tertias et septimas usque nuptias permittunt. Quidvis enim apud illos agere conceditur. Porro Abraamum et Isaacum ac Iacobum, et Moysen, atque Aaronem admittunt, una cum Iesu, qui Moysis duntaxat successor, neque quicquam amplius fuerit. Secundum hos nullum alium ex prophetis adsciscunt, sed cum execratione proscribunt ac derident, puta Davidem et Salomonem atque Isaiam, Hieremiam, Danielem, Ezechielem, quibuscum Eliam atque Elisaeum repudiant. Neque enim illorum vaticiniis assentiuntur, sed iis maledicentissime detrahunt; sed neque aliud praeter evangelium recipiunt. Quod ad Christum spectat, veritatis hunc esse prophetam sentiunt, et Christum dei filium progressione quadam virtutis et coniunctione cum deo factum, quatenus ad sublimia coelestiaque provectus est. Prophetas vero non veritatis, sed intelligentiae esse prophetas arbitrantur. Proinde Iesum solum prophetam et hominem, deique filium esse, licet merus homo sit, ut iam diximus. Qui ob egregiam virtutem dei filius appellari meruerit. Neque vero Moysis Pentateuchum integram admittunt, sed quaedam verba circumscribunt. Quod si de esu animatorum illud obiicias, cur Abraamus vitulum cum lacte angelis adposuerit, aut cur Noëmus illa comederit, et divinitus responsum acceperit: *Macta et manduca:* quidve insuper Isaacus et Iacobus ac Moyses similiter in solitudine sacrificaverint, negat Ebionita se illis credere, et, quid mea refert, inquiunt, ubi semel evangelium allatum est, quae in lege continentur evolvere? Undenam igitur tenes quae ad Moysen Abraamumque pertinent? Novi enim a

Cap. XVIII.

δικαίους, καὶ πατέρας ἑαυτῶν ἐπιγράφεσθε. Εἶτα ἀποκρίνεται καὶ λέγει ὅτι, Χριστός μοι ἀπεκάλυψε, καὶ βλασφημεῖ τὰ πλείω τῆς νομοθεσίας, καὶ τοὺς περὶ Σαμψὼν καὶ Δαβὶδ καὶ Ἠλίαν καὶ Σαμουὴλ καὶ Ἐλισσαῖον καὶ τοὺς ἄλλους.

Κεφ. ιθ'. Ἐλέγχεται δὲ πανταχόθεν ὁ ἀγύρτης ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διαρρήδην, καὶ ὡς ἐν συντόμῳ ἀπὸ μιᾶς λέξεως τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐλέγχοντος τῆς ἀπατηλῆς διδασκαλίας, καὶ λέγοντος, Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει· ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων. Καὶ οὐ πάντως ὅτι κἂν τὸ τυχὸν οὐκ ἤσθιεν ὁ Ἰωάννης, ἢ πᾶν ὁτιοῦν ἤσθιεν ὁ σωτὴρ, ἵνα τις ὑπολάβοι καὶ τὰ ἀπηγορευμένα. Ἡ γραφὴ δὲ τὴν ἔμφασιν δηλοῖ τῆς ἀληθείας, ὡς τὸ φάγον αὐτὸν εἶναι καὶ οἰνοπότην οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ [1] κρέα ἐσθίειν καὶ οἶνον πίνειν, καὶ τὸ μὴ ἐσθίων μήτε πίνων, ὅτι κρεῶν οὐ μετείληφε καὶ οἴνου, ἀλλ' ἢ ἀκρίδων μόνων ὁ Ἰωάννης καὶ μέλιτος μετελάμβανε, δῆλον δὲ ὡς καὶ ὕδατος. Τίς δὲ οὐκ οἶδε τὸν σωτῆρα ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν καὶ φαγόντα; καθάπερ ἔχει τὰ ἅγια εὐαγγέλια τῆς ἀληθείας, ὅτι, Ἐπεδόθη αὐτῷ ἄρτος καὶ μέρος ὀπτοῦ ἰχθύος, καὶ λαβὼν ἔφαγε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς. Ὡς καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος πεποίηκε, καὶ φαγὼν καὶ διαδούς. Καὶ πολλά ἐστι περὶ τούτου λέγειν· δεῖ δέ με κατὰ λεπτότητα εἰς τὸν τούτων τῶν ῥημάτων τῶν ἑώλων τε καὶ σαθρῶν παρ' αὐτοῖς κηρυττομένων ἥκειν ἔλεγχον, καὶ τὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀνατροπήν.

Κεφ. κ'. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ῥητέον. Οὐ δύναται γὰρ ὁ γεννηθεὶς κατὰ πάντα ἄνθρωπος σημείου ἕνεκα τῷ κόσμῳ δοθήσεσθαι· ὡς περὶ αὐτοῦ προεθέσπιζε τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅτε τῷ Ἄχαζ ἔλεγεν, Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον. Κἀκείνου μὴ αἰτήσαντος, τότε φησὶν ὁ προφήτης, Αὐτὸς κύριος δώσει ὑμῖν σημεῖον. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. Παρθένος δὲ οὐ καλεῖται ἡ συναφθεῖσα ἀνδρὶ καὶ γαμηθεῖσα γυνή· παρθένος δὲ ἐκείνη κυρίως λέγοιτ' ἂν, ἡ ἄνευ ἀνδρὸς τὴν σύλληψιν τοῦ θεοῦ λόγου κατὰ ἀλή-
pag. 144. θειαν ἐσχηκυῖα. Ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαΐας ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησὶ, Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ κυρίου ἀνταποδόσεως, ἀνταποδιδόντος τοῖς ἀντικειμένοις, πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε καὶ ἔτεκεν ἄρσεν· τίς ἤκουσε τοιοῦτον; ἢ τίς ἑώρακε τοιαῦτα; εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἔτεκεν ἔθνος εἰς ἅπαξ; ὅτι ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς· ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, λέγει κύριος. Ποία δὲ προσδοκία, καὶ ποῖα παιδία; ἀλλ' ἢ τὸ παρθένον γεννῆσαι ἄνευ ὠδίνων, ὅπερ οὐδαμοῦ [1] γεγένηται, καὶ τὸ τὸν δι' αὐτὸν ἀπὸ

Cap. XIX. — 1. κρέας cod. Vatic. κρέα tenet praeter editos libros etiam cod. Rhedig.

Cap. XX. — 1. γεγένηται habent cod. Rhedig. et ed. princ. — *Cornarius convertit:* — id quod nusquam factum est, et propter ipsum ab Eelizabeth iuxta promissionem genitum esse filium Ioannem? etiam si Ioannes per dolores partus genitus est. *Restituendum igitur putavit* γεγένηται, *quod etiam in ed. Petavii expressum video. Ego* γεγέννηται, καὶ τὸν δι' αὐτὸν *cett. repono et interpretor sic:* quam quod virgo citra partus dolorem pepererit quod nusquam partum est (*h. e. deum*), et Ioannem *cett.*

vobis iustos illos praedicari, iisque vos parentibus gloriari. Ad haec ita respondent, sibi id a Christo patefactum. Ergo bonam legis partem contumeliose traducunt, et Sampsonem ac Davidem, Eliam, Elizaeum ceterosque respuunt.

Sed a Christo domino penitus impostor ille manifesteque refel- Cap. XIX. litur, qui depravatam omnem eius doctrinam paucis verbis redarguit, cum ita loquitur: *Venit Ioannes in via iustitiae non manducans,* Matth. 11, 18. *neque bibens, et dicunt, Daemonium habet; venit filius hominis manducans et bibens.* Quod perinde non est accipiendum ac si Ioannes nulla omnino re, Christus omnibus promiscue, adeoque prohibitis vesceretur. Sed scriptura vim veritatis expressit, ut non manducans et bibens idem sit ac Ioannem carnibus vinoque non usum nihil praeter locustas ac mel edisse, ut aquam interim adhibuisse credatur. Ecquis nescit Christum dominum excitatum a mortuis comedisse? quemadmodum veritatis evangelia continent, *Oblatum ei pa-* Luc. 24, 42. *nem ac piscis assi particulam, de quibus cum manducasset apostolis suis reliquias impertiit.* Id quod ad Tiberiadis mare fecit, edit, in- Ioann. 21. quam, ac distribuit. Qua de re plurima dicenda nobis occurrunt. Sed ad putidos illos absurdosque sermones, qui ab ipsis instituuntur, singillatim refellendos atque evertendos transferenda nobis est oratio.

Ac primum de Christo, non merum hominem esse demonstra- Cap. XX. bimus. Neque enim qui nihil omnino sit praeter hominem, signi instar exhiberi mundo potest; quod spiritus sanctus de Christo praedixit, cum ita Achazo locutus est: *Pete tibi signum:* illo vero petere detrectante, propheta subiecit, *Ipse dominus dabit vobis signum: ecce virgo concipiet.* Virginis porro nomine non ea mulier significatur quae nupserit, et cum viro coniuncta sit, sed ea demum proprie virgo dicitur quae divinum verbum in se absque ullo viri complexu genuerit. Quemadmodum Esaias alio in loco testatur: *Vox* Esai. 66, *clamoris ex urbe, vox e templo, vox domini retributionis, retribuentis inimicis. Antequam parturiens pareret, antequam veniret dolor partus, effugit, et peperit masculum. Quis audivit unquam tale? et quis vidit huic simile? Numquid parturiit terra die una, et peperit gentem simul? quia parturivit et peperit Sion filios suos. Ego vero dedi hanc expectationem, et non recordati sunt, dicit dominus.* Quaenam igitur ea est expectatio? quinam hi filii, nisi quod citra parturiendi laborem virgo pepererit, quod nusquam antea contigerat? quodque

Ἐλισάβετ κατὰ ἐπαγγελίαν γεννηθέντα Ἰωάννην παῖδα, εἰ καὶ [2] ὁ Ἰωάννης δι' ὠδίνων γεγέννηται; Πῶς οὖν οὗτοι ἐκ σπέρματος ψιλὸν ἄνθρωπον ὁρίζονται τὸν σωτῆρα; πῶς δὲ οὐ γνωσθήσεται, ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ φησιν ὅτι, Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Διηγούμενος γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ ἔλεγε, Τίς γνώσεται αὐτόν; Εἰ δὲ περὶ ψιλοῦ ἔλεγεν ἀνθρώπου, πάντως ἂν καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐγίνωσκε, καὶ ἡ μήτηρ, συγγενεῖς τε καὶ γείτονες, σύσκηνοί τε καὶ συμπολῖται. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ Μαρίας μέν ἐστι τὸ γέννημα, ἄνωθεν δὲ ἦλθεν ὁ θεὸς λόγος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ πατρὸς μὲν, ἄνωθεν γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἐν μήτρᾳ γενέσθαι παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναπλάσαι εἰς ἑαυτὸν τὴν σάρκα, διὰ τοῦτό φησι, Καὶ ἄνθρωπος μέν ἐστι, τίς δὲ γνώσεται αὐτόν; ὅτι θεὸς ἄνωθεν ἦλθεν, ὁ μονογενὴς θεὸς λόγος. Πολλὴ δὲ ταλαιπωρία τῶν πεπλανημένων, τῶν καταλειψάντων μὲν προφητῶν μαρτυρίας καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνασχομένων Ἐβίωνος τοῦ πεπλανημένου, τοῦ τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν βουλομένου πληροῦν, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μεταχειριζομένου, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων ἠλλοτριωμένου. Ὡς ὁ μὲν Γαβριὴλ, ὅτε τῇ παρθένῳ εὐηγγελίζετο, αὐτῆς λεγούσης, Πῶς ἔσται ταῦτα, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω; [3] τὸ ἀσφαλὲς ὑποτιθέμενος ἔφη, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κλη-
pag. 145 θήσεται Υἱὸς θεοῦ. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν, Τὸ γεννώμενον, ἔδειξε μὲν τὴν σάρκα ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἄλλην ἐνανθρώπησιν, ἄνωθεν δὲ ἀπ' οὐρανῶν τὴν δύναμιν τοῦ ὑψίστου, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπισκιάσαι τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, καὶ ἄνωθεν καταβεβηκέναι τὸν μονογενῆ [4] θεοῦ θεὸν λόγον, καὶ ὡς ἐνηνθρώπησε, καὶ ὡς ἀπ' αὐτῆς ἐν ἀληθείᾳ ἐγεννήθη. Πόσα δὲ ἄλλα ἐστὶ τοιαῦτα; Εἴωθα δὲ, ὡς ὑπεσχόμην, μὴ διὰ πλάτους φέρεσθαι, ἵνα μὴ εἰς ὄγκον πολὺν ἀγάγω τὴν πραγματείαν.

Κεφ. κα΄. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἑξῆς διηγήσομαι ὧν τε κατὰ Πέτρου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων καταψεύδονται. Ὅτι, φησὶν, ὁ Πέτρος καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτισμοῖς ἐκέχρητο, πρὶν ἢ καὶ ἄρτου αὐτὸν μεταλαμβάνειν. Καὶ ὅρα τὸ αὐτῶν συκοφάντημα, καὶ τὸ [1] ὕπουλον τῆς ἀγυρτώδους αὐτῶν διδασκαλίας. Ἀπὸ τοῦ γὰρ αὐτοὺς μεμιάνθαι καὶ λαγνεστέρως πολλάκις πολλὰ πράττειν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς πεισμονὴν τῆς ἑαυτῶν πληροφορίας τῷ ὕδατι δαψιλῶς χρῶνται, ἵνα δῆθεν ἑαυτοὺς ἀπατήσωσι, διὰ βαπτισμῶν ἔχειν τὴν κάθαρσιν νομίζοντες. Καὶ ταῦτα εἰς τοὺς ἀποστόλους ἐμπαροινεῖν οὐκ αἰσχύνονται, καί τοι τοῦ κυρίου

2. *Articulum reposui ex cod. Vatic.*
3. τὸ *ante* ἀσφαλὲς *Petavius adiecit de cod. Vatic. Abest a cod. Rhedig. et edit. princ.*

is qui illius est caussa productus Ioannes ex divina promissione Elizabetha prognatus sit, licet illum antequam pareret mater parturierit? Quanam ergo fronte nudum hominem fuisse salvatorem audent asserere? Quod si verum esset, nonne cognitione comprehendi posset, contra quam de eo Hieremias testetur? *Homo*, inquit, *est*, *et* Hier. 17, 9
quis cognoscet ipsum? Etenim de eo loquens propheta istud usurpat: *Quis cognoscet ipsum?* Atqui simplicem si hominem intelligat, omnino vel eum pater ipse, vel mater cognatique omnes, ac vicini, tum contubernales ac cives cognoscerent. Iam vero quoniam ita Mariae ille fetus extitit, idem ut dei verbum e coelo prodierit, neque virili de semine, sed coelesti patre genitus, sine tempore initioque ullo, postremis temporibus in uterum insinuare se virginis, formatamque ex ea carnem induere voluit, propterea, *Homo quidem est*, ait, *sed quis cognoscet ipsum;* quandoquidem deus e coelo descendit, unigena filius, ac deus verbum. Sed incredibilis quaedam est aberrantium a veritate istorum infelicitas qui prophetarum, angelorumque testimoniis relictis ad haereticum Ebionem adhaerescere maluerunt, qui ex animi sui libidine Iudaica instituta complexus sese tamen a Iudaeis abalienavit. Quippe Gabriel cum nuntium suum ad virginem perferret, occurrente illa, *Quomodo fiet istud*, *quoniam virum non cognosco*, quo securitati consuleret adiecit, *Spiritus domini superve-* Luc. 1, 35.
niet in te, *et virtus altissimi obumbrabit te*, *ideoque et quod nascetur ex te sanctum*, *vocabitur filius dei.* Ubi per haec verba, *Quod nascetur*, ab ipsa carnem, et quicquid ad humanam naturam attinet duxisse significat, tum virtutem altissimi, ac spiritum sanctum e coelo sanctam virginem obumbrasse, unigenamque dei filium ac deum verbum in terras delapsum hominem esse factum, ac de beata virgine revera procreatum. Quam multa sunt istiusmodi testimonia! Ego vero quemadmodum pollicitus sum, ne longior hoc in opere esse cogar, latius evagari non soleo.

Venio nunc ad ea quae de Petro ac ceteris apostolis men- Cap. XXI.
tiuntur. *Petrus*, inquiunt, *lavabat quotidie*, *priusquam cibum sumeret.* In quo circulatorum eiusmodi incredibilem calumniam, ac vaferrimum in ea tradenda disciplina consilium intuere. Etenim quod inquinantur saepius ac per lasciviam pleraque in vita peccant, quo sibi certam spem ac fiduciam concilient, aqua largius utuntur, ut seipsos decipiant, dum repetitis hisce lavationibus puros se esse posse confidunt. Atque haec per summam contumeliam in apostolos

4. *Vocem* θεοῦ *non habet cod. Vatic. et ed. Petav.*
Cap. XXI. — 1. ὕπουλον *cod. Vatic.* ὑποῦλον *cod. Rhedig. et ed. princ.*

ἐλέγχοντος αὐτῶν τὴν κακοτροπίαν, ἐν τῷ τὸν Πέτρον εἰρηκέναι, ὅτε ἦλθε τοὺς πόδας αὐτοῦ νίψαι ὅτι, Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὴν ἀνθυποφορὰν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐξιέναι ὅτι, Ἐὰν μὴ νίψω σου τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ· κἀκείνου πάλιν ἀνταποκρινομένου ὅτι, Οὐ μόνον τοὺς πόδας, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλὴν, φησὶν ὁ κύριος, ὅτι ὁ λουσάμενος ἅπαξ οὐ χρείαν ἔχει τὴν κεφαλὴν, εἰ μὴ τοὺς πόδας μόνον· ἔστι γὰρ καθαρὸς ὅλος. Ἔδειξεν οὖν ὅτι οὐ χρὴ βαπτισμοῖς χρῆσθαι, καὶ ἔθεσιν ἀνωφελέσι, καὶ ἐντάλμασιν ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίαις, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ εὐαγγελίῳ συνῳδὰ τῷ προφήτῃ [2] λέγει, Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἐπεὶ κατὰ ποίαν αἰτίαν ἐμέμφετο τοὺς Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς τοὺς βαπτισμοῖς χρωμένους ξεστῶν καὶ ποτηρίων καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πυγμῇ τὰς χεῖρας νιπτομένους, καὶ τελείως ἀποφαίνεται ὅτι τὸ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίειν οὐ κοινοῖ τὸν ἄν-
pag. 146. θρωπον; ὥςτε οὐ μόνον τὸ βαπτίζεσθαι τούτων ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ τὸ νίψαι χεῖρας περιττὸν εἶναι ἔδειξε, καὶ τῷ βουλομένῳ τὰς χεῖρας νίπτεσθαι μὴ εἶναι βλάβην.

Κεφ. κβ'. Πῶς δὲ περὶ κρεωφαγίας οὐκ εὐθὺς ἡ αὐτῶν ἄνοια ἐλεγχθήσεται; πρῶτον μὲν τοῦ κυρίου ἐσθίοντος τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων. Πάσχα δὲ τῶν Ἰουδαίων πρόβατον ἦν καὶ ἄζυμα, κρέα προβάτου ὀπτὰ πυρὶ ἐσθιόμενα, ὡς καὶ οἱ μαθηταὶ [1] αὐτῷ λέγουσι, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; καὶ αὐτὸς ὁ κύριος λέγει, Ἀπέλθετε εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὑρήσετε ἄνθρωπον βαστάζοντα κεράμιον ὕδατος, καὶ ἀκολουθήσατε αὐτῷ ὅπου ὑπάγει, καὶ εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ, Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα, ὅπου ποιήσω τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου; καὶ δείξει ὑμῖν ὑπερῷον ἐστρωμένον, ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. Πάλιν δὲ αὐτὸς ὁ κύριος λέγει, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς Πάσχα, ἀλλὰ Τοῦτο τὸ πάσχα, ἵνα μή τις μεθοδεύσῃ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὑπόνοιαν. Πάσχα δὲ ἦν, ὡς εἶπον, κρέα ὀπτὰ πυρὶ, καὶ τὰ ἄλλα. Αὐτοὶ δὲ ἀφανίσαντες ἀφ' ἑαυτῶν τὴν τῆς ἀληθείας ἀκολουθίαν ἤλλαξαν τὸ ῥητὸν, ὅπερ ἐστὶ πᾶσι φανερὸν ἐκ τῶν συνεζευγμένων λέξεων, καὶ ἐποίησαν τοὺς μαθητὰς μὲν λέγοντας, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν; καὶ αὐτὸν δῆθεν λέγοντα, Μὴ [2] ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα [3] κρέας τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; Πόθεν δὲ οὐ φωραθήσεται ἡ αὐτῶν ῥᾳδιουργία, τῆς ἀκολουθίας κραζούσης, ὅτι τὸ μῦ καὶ τὸ ἦτά ἐστι προςθετά. Ἀντὶ τοῦ γὰρ εἰπεῖν, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, αὐτοὶ προςέθηκαν τὸ Μὴ ἐπίρρημα. Αὐτὸς δὲ ἀληθῶς ἔλεγεν, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πά-

2. λέγει codd. Vatic. Rhedig. et ed. Petav. δὲ λέγει edit. princ.

Cap. XXII. — 1. αὐτῷ reposui ex cod. Vatic. αὐτῶν habet ed. princ. αὐτοῦ ed. Petav. αὐτ`` cod. Rhedig. 2. ἐπιθυμίαν cod. Rhedig. 3. κρέας cod. Vatic. et ed. Petav. κρέα cod. Rhedig. et ed. princ.

transferre non erubescunt. Quamquam dominus illorum nequitiam manifeste redarguit, cum ad Petri lavandos pedes accedens eo dicente, *Non lavabis mihi pedes in aeternum*, subiecit illico, *Nisi la-* Ioann. 13, 6.
vero pedes tuos, non habebis partem mecum. Ad quae Petro respondente, *Non solum pedes, sed et caput*, dominus adiecit, *Qui lotus est semel, non opus est, ut caput lavet, sed pedes duntaxat; est enim mundus totus.* Quibus verbis declaravit lavationibus eiusmodi ac supervacaneis ritibus, hominumque mandatis ac doctrinis uti nihil attinere. Cui quidem consentanea sunt quae a quodam propheta dicuntur: *Populus iste labiis me honorat, cor autem ipsorum longe* Esai. 29, 13. Matth. 15, 8.
est a me; frustra vero colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum. Quid est enim quod Pharisaeos ac scribas arguebat quod baptismos adhiberent urceorum et calicum, ac ceterorum id genus, et crebro manus abluerent? cum ita demum pronuntiat, *Illotis manibus manducare non inquinare hominem.* Quare non eorum modo lotiones damnavit, sed et manus abluere supervacaneum esse docuit, neque fraudi cuiquam esse, quod manus nolit eluere.

Iam quod ad usum carnium spectat, nonne eorum statim amentia convincitur? Cap. XXII.
Primum quod dominus Iudaeorum pascha comederit. Constabat autem pascha Iudaeorum agno, ac sine fermento subactis panibus. Agni porro carnibus vesci mos erat assatis igni, quod et apostoli ipsi testantur. *Ubi vis*, inquiunt, *paremus tibi com-* Matth. 26, 17.
edere pascha? Quibus dominus respondit, *Ite in civitatem, et invenietis hominem amphoram aquae portantem: sequimini eum quocumque ierit, et dicite patrifamilias, Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis faciam? Et ostendet vobis coenaculum stratum, et ibi parate.* Iterumque dominus, *Desiderio*, ait, *desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Neque pascha simpliciter dixit, sed *hoc pascha*; ne quis dictum illud subdole ad opinionem suam accommodaret. Ac pascha illud carnes erant, uti diximus, igni tostae, cum aliis quibusdam. At illi veritatis serie ex ingenio sublata verba illa mutarunt, quod est ex coniunctis dictionibus unicuique perspicuum. Quare discipulos ita loquentes faciunt: *Ubi vis paremus tibi comedere pascha?* Christum vero ad ea respondentem: *Numquid desiderio desideravi comedere carnem hoc pascha vobiscum?* Atqui facile est sceleratam hanc illorum fraudem detegere, cum ea quae sequuntur aperte clamitent, ambo esse elementa perperam addita, videlicet μ̄ et η̄. Nam pro eo quod est, *Desiderio desideravi;* isti, *μὴ*, id est, *num*, adverbium adiunxerunt. Christus porro verissime dixit,

σχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν· αὐτοὶ δὲ ἐπιγράψαντες τὸ Κρέας ἑαυτοὺς ἐπλάνησαν, ῥᾳδιουργήσαντες καὶ εἰπόντες, Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα κρέας φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; Σαφῶς δὲ δείκνυται ὅτι καὶ πάσχα ἐπετέλεσε, καὶ κρέα βέβρωκεν, ὡς προεῖπον. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ὁράματος [4] ἐλεγχθήσονται τοῦ ἀποκαλυφθέντος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ διὰ τῆς ὀθόνης τῆς ἐχούσης πάντα ἐν αὐτῇ θηρία τε καὶ κτήνη, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ, καὶ φωνῆς κυρίου λεγούσης, Ἀναστὰς θῦσον καὶ φάγε.
pag. 137. Καὶ τοῦ Πέτρου λέγοντος, Μηδαμῶς κύριε· οὐδὲν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου, φησὶν ὁ κύριος, Ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐκ δύο τρόπων τῆς ἀληθείας ἡ σύστασις. Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσι κατὰ πάντων βρωμάτων διεξεληλυθέναι λόγον τὸν ἅγιον Πέτρον, καὶ λέγειν ὅτι οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον, ὡς καὶ βόας, καὶ αἶγας, καὶ πρόβατα, καὶ ὄρνεις, κοινὰ λέγεσθαι παρ' αὐτῷ, εὐθὺς ἐλεγχθήσονται ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀναστροφῆς. Μετὰ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τέκνα κεκτῆσθαι, καὶ πενθερὰν ἔχειν, συνέτυχε τῷ σωτῆρι ἐξ Ἰουδαίων ὁρμώμενος. Ἰουδαῖοι δὲ καὶ σάρκας ἐσθίουσι, καὶ κρεωφαγία παρ' αὐτοῖς οὐκ ἐβδέλυκται, οὐδὲ ἀπηγόρευται. Ἄρα γ' οὖν αὐτοῦ βεβρωκότος ἀπ' ἀρχῆς, εἰ καὶ ἕως τοῦ συναντῆσαι τῷ σωτῆρι εἴποιμ' ἂν, δειχθήσεται ὅτι οὐδὲν κοινὸν ἡγήσατο τῶν οὐ κοινῶν λεγομένων. Καὶ γὰρ οὐ κατὰ πάντων διεξήγαγε τὸ κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον, ἀλλὰ περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ νόμος κοινῶν καὶ ἀκαθάρτων. Πάλιν δὲ τούτου δειχθέντος ὅτι οὐ περὶ πάντων τῶν κρέων αὐτῷ ἔλεγεν, ὡς κοινῶν πάντων ὄντων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ κοινῶν τε καὶ ἀκαθάρτων, ὁ θεὸς τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἐκκλησίας τὸν χαρακτῆρα παραδιδοὺς ἔλεγεν αὐτῷ μηδὲν κοινὸν ἡγεῖσθαι. Πάντα γάρ ἐστι καθαρὰ, μετὰ εὐχαριστίας καὶ εὐλογίας θεοῦ λαμβανόμενα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν τὸ αἴνιγμα εἶχεν, ἵνα μὴ ἡγήσηται τοὺς ἐν ἀκροβυστίᾳ κοινοὺς ἢ ἀκαθάρτους. Ὅμως ἡ ἔμφασις τοῦ Πέτρου οὐ περὶ ἀνθρώπου εἶχε τὴν ὑπόνοιαν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων, ὡς καὶ παντί τῳ σαφὲς ἂν εἴη. Καὶ ἐξέπεσεν αὐτῶν πανταχόθεν ὁ ληρώδης λόγος.

Κεφ. κγ'. Τῶν δὲ ἀποστόλων τὰ ὀνόματα εἰς τὴν τῶν ἠπατημένων ὑπ' αὐτῶν πειθὼ προςποιητῶς δέχονται, βίβλους τε ἐξ ὀνόματος αὐτῶν πλασάμενοι ἀνεγράψαντο, δῆθεν ἀπὸ προςώπου Ἰακώβου, καὶ Ματθαίου, καὶ ἄλλων μαθητῶν. Ἐν οἷς ὀνόμασι καὶ τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου ἐγκαταλέγουσιν, ἵνα πανταχόθεν φωρατὴ γένηται ἡ αὐτῶν ἄνοια.

4. ἐλεγχθήσονται cod. Vatic. et inde ed. Petav. ἐλεγχθήσεται cod. Rhedig. et ed. princ.

Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Quibus insuper vocabulum hoc, *Carnem*, addiderunt, seque ipsos miserrime deceperunt, cum per summum scelus adulterata scriptura hunc in modum extulerunt: *Num desiderio desideravi hoc pascha, carnem manducare vobiscum?* Atqui palam illud ostenditur, Christum dominum et pascha celebrasse et carnes edisse, quemadmodum dixi. Praeterea ex eo viso possunt redargui quod beato Petro monstratum est, cum linteum illud aspexit in quo ferarum ac pecudum et reptilium ac volucrum genera omnia continebantur. Secundum quae dei illa vox est audita, *Surge, occide, et manduca.* Respondente Petro, *Absit* Act. 10, 13.
domine, nihil enim commune vel immundum intravit in os meum, dominus subiecit, *Quod deus purificavit, tu commune ne dixeris.* Siquidem utroque modo confirmari veritas potest. Sive enim dixerint ad omnia esculentorum genera Petri dictum illud pertinere, cum dicit, *Nihil unquam commune vel immundum*, ut et boves, capras, oves ac volucres communes esse voluerit, statim illos prior eius vivendi ratio refellit. Ducta quippe iam uxore cum et liberos haberet et socrum a Iudaeorum ceremoniis sese ad Christum aggregavit. At Iudaei carnibus vescuntur, nec earum usus apud illos execrabilis est aut prohibitus. Cum igitur initio carnibus uteretur, saltem ad id usque tempus quo in Christum dominum incidit, manifestum est nihil illum quod commune non esset pro communi habuisse. Non enim omnes cibos communis immundique voce complexus est, sed quos eiusmodi esse lex ipsa definierat. Cum igitur constet non de omni carnium genere locutum esse Petrum, ut omnes esse communes diceret, sed de iis quas esse communes immundasque lex edixerat, deus sanctae Christi ecclesiae notam formamque praescribens, commune quicquam appellare prohibuit. Omnia quippe pura sunt, si cum actione gratiarum deique benedictione sumantur. Quin etiam vocationem gentium visum illud adumbrabat, ne praeputio praeditos communes impurosque censeret. Quamquam obiecta illa Petro species non ad significandos homines, sed ad ea quae lege erant interdicta spectabat; id quod constare cuilibet potest. Ita undique nugatoria ac levis illorum opinio concidat necesse est.

Iidem apostolorum nomina, quo facilius sectatores suos pelliciant, per simulationem admittunt, quibus etiam confictos quosdam a se libros inscribunt, velut a Iacobo, Matthaeo, ac reliquis discipulis editos. Inter quae Ioannis etiam apostoli nomen admiscent, quo eorum vecordia possit ex omni parte deprehendi. Nam non eo Cap. XXIII.

Οὐ μόνον γὰρ ἐλέγχει αὐτοὺς κατὰ πάντα τρόπον λέγων ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀλλὰ
pag. 118. καὶ ὅτι τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν μαρτυρίας, ἐν ᾧ ἐκ πνεύματος ἁγίου ὁρμώμενος καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένα καλῶς ἀκριβολογήσας περὶ ἑκάστης ὑποθέσεως τῆς εἰς Χριστὸν πληρωθείσης, ὡς εἶπον, τὰς μαρτυρίας ἐξέθετο, ἀφ᾽ ὧν προφητῶν οὗτοι ἑαυτοὺς ἀπηλλοτρίωσαν. Καὶ εὐθὺς ἔδειξεν ὡς τοῖς πρὸς Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων πεμφθεῖσιν αὐτὸς Ἰωάννης ἀποκρίνεται, λέγων, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης. Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἰωάννης λέγει, ἀπὸ τῶν προφητῶν λαβὼν τὴν μαρτυρίαν, φημὶ δὲ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, ὅτε ὁ κύριος τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ εἶπε, Μὴ ποιῆτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, Ἐμνήσθησαν ὅτι ἦν γεγραμμένον, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. Καὶ πάλιν αὐτὸς Ἰωάννης εἶπεν, Ὅτι Ἡσαΐας εἶδεν ὢν ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Κεφ. κδʹ. Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἰωάννης κηρύττων ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἱστορεῖται παράδοξον ἔργον τι πεποιηκὼς εἰς ὑπογραμμὸν τῆς ἀληθείας. Πολιτείαν γὰρ ἔχων θαυμασιωτάτην, καὶ συμπρέπουσαν αὐτοῦ τῷ ἀξιώματι τῆς [1] ἀποστολῆς, καὶ μηδ᾽ ὅλως λουόμενος, ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος προελθεῖν ἕως τοῦ βαλανείου, εἰπὼν ὅτι, Λάβετέ μοι τα πρὸς βαλανεῖον. Καὶ τῶν συνεπομένων θαυμαζόντων ἦλθεν εἰς αὐτὸ τὸ λουτρόν. Καὶ γενόμενος πρὸς τὸν εἰωθότα ὑποδέχεσθαι τῶν λουομένων τὰ ἱμάτια ἤρετο τίς ἔνδον ἐστὶν ἐν τῷ βαλανείῳ, ὁ δὲ ὀλεάριος ἐπὶ τῷ φυλάττειν ἱμάτια προσκαρτερῶν (ἐν τοῖς γὰρ γυμνασίοις ἔργον τοῦτό τισιν ὑπάρχει πορισμοῦ ἕνεκα τῆς ἐφημέρου τροφῆς) ἔφη τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ ὅτι Ἐβίων ἔνδον ἐστίν. Ἰωάννης δὲ εὐθὺς συνεὶς τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁδηγίαν, δι᾽ ἣν αἰτίαν προυτρέψατο αὐτὸν ἕως τοῦ βαλανείου ἥκειν, ὡς ἔφην, μνήμης ἕνεκα τοῦ καταλιπεῖν ἡμῖν τὴν τῆς ἀληθείας ὑπόθεσιν, ὅτι τίνες εἰσὶν οἱ δοῦλοι Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι καὶ υἱοὶ τῆς αὐτῆς ἀληθείας, τίνα δέ ἐστι τὰ σκεύη τοῦ πονηροῦ, καὶ πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύουσαι τῆς πέτρας καὶ τῆς ἐπ᾽ αὐτῆς οἰκοδομηθείσης ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας, — εὐθὺς ταράξας ἑαυτὸν καὶ οἰμώξας ἠρέμα εἰς τὸ πάντας ἀκοῦσαι, εἰς μαρτύριον παραστάσεως ἀχράντου
pag. 119. διδασκαλίας, Σπεύσατε ἀδελφοὶ, ἔφη, ἐξέλθωμεν ἐντεῦθεν, μὴ πέσῃ τὸ βαλανεῖον, καὶ ἀπολώμεθα μετὰ Ἐβίωνος τοῦ ἔνδον ἐν τῷ βαλανείῳ, διὰ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω ἐπὶ τῷ ἀκοῦσαι Ἐβίωνα Ἰωάννῃ συντετυχηκέναι. Πολυχρόνιος γὰρ καταμείνας τῷ βίῳ ὁ μακάριος Ἰωάννης διήρκεσεν ἄχρι τῆς τοῦ Τραϊανοῦ βασιλείας. Πάντες δὲ οἱ ἀπόστολοι ὅτι ἀπαλλοτριοῦσι τὴν τοῦ Ἐβίωνος πίστιν, καὶ ἀλλο-

Cap. XXIV. — 1. ἀποστολῆς codd. Vatic. Rhedig. et edit. Petav. ἀληθείας ed. princ.

solum illos arguit, quod dixit, *In principio erat verbum, et verbum* Ioann. 1, 1.
erat apud deum, et deus erat verbum, verum etiam quod quibus in locis sancti spiritus instinctu quae a Christo domino de quolibet argumento prolata sunt, accurate prosequitur, divinorum prophetarum testimoniis utitur; quos illi a seipsis adiudicarunt. Hoc enim statim initio demonstrat, Ioannem baptistam iis quos ad se Pharisaei miserant respondisse, *Ego vox clamantis in deserto; dirigite viam domini;* Ioann. 1, 23.
sicut dicit Isaias propheta. Deinde iisdem ex prophetis aliud testimonium Ioannes adducit, nimirum ex Davide, cum dominus numulariorum mensas evertit, ac dixit, *Nolite facere domum patris mei* Ioann. 2, 16.
domum negotiationis. Meminisse enim ait apostolos quod erat scriptum, *Zelus domus tuae comedit me.* Ac rursum idem Ioannes sic loquitur: *Vidit Isaias in spiritu sancto.* Ioann. 12, 41.

Praeterea cum in Asia praedicando dei verbo idem Ioannes insisteret, ut quanti veritas fieri deberet exemplo suo posteris praescriberet, mirum quiddam et inusitatum egisse proditur. Cum enim vitae institutum teneret plane admirabile, eique quam gerebat apostolicae dignitati consentaneum, adeo ut nunquam omnino lavaret, aliquando tamen sancti spiritus impulsu ad balneas prodiens, *Capite,* inquit ad suos, *quae ad balneum necessaria sunt.* Mirantibus illis ad lavationem perrexit. Tum ad eum qui lavantium vestimenta servabat accedens quis intra balneum esset interrogavit. At olearius idemque vestium custos (hanc enim operam plerique victus quotidiani gratia in gymnasiis praestant) Ioanni respondit Ebionem intus esse. Quo audito statim intellexit quorsum illuc ipsum spiritus sanctus adduxisset, et ut balneas adiret esset hortatus, nimirum ad commendandam, ut dixi, eius rei memoriam, ac verissimum illud dogma relinquendum, ut quinam essent Christi servi et apostoli ac veritatis filii discernere possemus, quinam e contrario mali daemonis instrumenta, *inferorumque portae, quae neque petram, neque in ea fundatam* Matth. 16, 18.
ac stabilitam ecclesiam superare possent. Igitur Ioannes repente conturbatus, atque ingemiscens leniter, ut ab omnibus tamen exaudiri posset, idque integrae ac sincerae doctrinae testimonium extaret, *Properate, fratres,* inquit, *abeamus hinc, ne balneae concidant, et cum Ebione, qui intus est, ob eius impietatem obruamur.* Neque vero mirari quisquam debet, dum Ebion occurrisse Ioanni dicitur. Hic enim diu admodum vixit, et ad Traiani pervenit imperium. Porro non Ioannes modo, sed et omnes prorsus apostoli Ebionis fidem re-

τρίαν ἡγήσαντο τοῦ αὐτῶν κηρύγματος, καὶ τοῦ [2] ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος, παντί τῳ δῆλόν [3] ἐστι.

Κεφ. κε΄. Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Παύλου ὡς βλασφημοῦντες αὐτὸν λέγουσι, πόσα ἔχω λέγειν; Πρῶτον μὲν γὰρ λέγουσιν αὐτὸν Ἕλληνά τε καὶ ἐξ ἐθνῶν ὑπάρχειν, προςήλυτον δὲ γεγονέναι ὕστερον. Πῶς οὖν αὐτὸς λέγει περὶ ἑαυτοῦ, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμὶν, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων; Καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει, Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, κἀγώ. Καί φησι, Περιτομὴ ὀκταήμερος, καὶ ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, καὶ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Καὶ [1] ὢ τῶν δεινῶν ἑρπετῶν τὰ δεινὰ κωκύματα, καὶ τὰ δρακοντοειδῆ συρίγματα, καὶ τῆς κενοφωνίας τὰ δηλητήρια. Τίνος δὲ λήψομαι τὴν μαρτυρίαν; Ἐβίωνος καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὸν, ἢ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ λέγοντος, Ὡς ἔγραψεν ὑμῖν ὁ ἀδελφός μου Παῦλος, ἅτινά ἐστι βαθέα καὶ δυςερμήνευτα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι διαστρέφουσι τῇ ἑαυτῶν ἀγνωσίᾳ; Πάλιν δὲ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος μαρτυρεῖ καὶ αὐτὸς τοῖς περὶ Πέτρον λέγων, Καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Κηφᾶς, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας. Κἄν τε γὰρ Ταρσέα ἑαυτὸν εἴποι, οὐκ ἀπὸ τούτου πάντως δέδοται πρόφασις τοῖς [2] λεξιθηροῦσι τὰ εἰς ἑαυτῶν καταστροφὴν, καὶ τῶν πειθομένων οὕτως ἔχειν. Καὶ γὰρ καὶ Βαρνάβαν λέγει Ἰωσὴφ ποτε καλούμενον, Βαρνάβαν δὲ μετακληθέντα, υἱὸν παρακλήσεως ἑρμηνευόμενον, Λευΐτην, Κύπριον τῷ γένει. Καὶ οὐ πάντως ἐπειδὴ Κύπριος ἦν, οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Λευΐ· ὡς καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος, εἰ καὶ ἀπὸ Ταρσοῦ ὡρμᾶτο, οὐκ ἦν ἀλλότριος τοῦ Ἰσραήλ. Διασπαρέντων
pag. 150. γὰρ πολλῶν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, καὶ ἐν χρόνοις ἄλλοις, εἴποτε συνέβαινε πόλεμος, αἰχμαλωτισθέντων καὶ δοθέντων εἰς πολιορκίαν, οἱ μὲν αἰχμάλωτοι ἀρθέντες ἐπέμειναν ἔν τισι τόποις, οἱ δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἀναχωρήσαντες κατῴκουν ἕκαστος [3] ἔνθα κατείληφεν. Ὡς καὶ ἅγιος Ἱερεμίας ἔλεγε περὶ τοῦ Ἰσραήλ, καθάπερ πολλάκις τοῦτο αὐτὸ συμβέβηκε, τὸ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προςώπου τῶν πολεμίων, ὅτι Καὶ εἰς Κιτιεῖς ἐὰν ἀπέλθῃς, οὔτε ἐκεῖ σοι ἀνάπαυσις ἔσται. Παντὶ δέ τῳ δῆλόν ἐστιν ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τὸ γένος κατῴκησε Κυπρίων τε καὶ Ῥοδίων. Ὅθεν δὴ καὶ Ἀλέξανδρος ὡρμᾶτο ὁ Μακεδών. Καὶ τούτου ἕνεκα ἐμφέρεται ἐν τοῖς Μακκαβαίοις ὅτι ἐξῆλθε σπέρμα ἐκ γῆς Κιτιέων. Καὶ γὰρ ἐκ σπέρματος τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών. Ἀλλὰ γενόμενος πάλιν ἐν τῷ τόπῳ

2. ἀποστολικοῦ non habet cod. Vatic.
3. ἐστι non extat in cod. Vatic.
Cap. XXV. — 1. ὢ cod. Vatic.
2. λεξιθηροῦσι cod. Rhedig. et edit. princ. — Item pro Ταρσέα in edit. princ. legitur Ζαρσέα, et infra διασπαράντων pro διασπαρέντων, quod vitium de auctoritate cod. Vatic. sustulit Petavius.
3. ἔνθα cod. Rhedig. et editus uterque. ὅπου cod. Vatic.

pudiant, et a suis dogmatibus atque apostolico illo charactere alienam iudicant, id quod unicuique perspicuum est.

Quod vero ad beatum Paulum attinet, in quem illi maledicta Cap. XXV. coniiciunt, multa a me commemorari possunt. Imprimis Graecum illum fuisse, atque ex gentilibus oriundum praedicant, postea vero proselytum esse factum. Verum quinam ista conveniunt, cum de se ita scripserit, *Hebraeus ex Hebraeis, e semine Abrahae, de tribu Ben-* Phil. 5, 3.
iamin, secundum legem Pharisaeus, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum. Tum alio loco: *Israelitae sunt, et ego, semen Abrahae sunt, et ego.* Addit postea: *Circumcisio octa-* 2. Cor. 11, 22.
vo die, et educatus ad pedes Gamalielis, et Hebraeus ex Hebraeis. Proh letiferorum serpentium mortiferos gemitus, ac sibilos! o sermonis inanissimi virus acerbum! Cuius ego testimonio stare potissimum debeo? Ebionis, eiusque factionis hominum, an Petri hunc in modum loquentis: *Quemadmodum scripsit vobis frater noster Paulus,* 2. Petr. 3, 15.
quae eius verba profunda sunt, explicatuque difficilia, quae indocti et instabiles per suam ignorantiam depravant? Sed et Paulus vicissim de Petro testatur his verbis: *Et Iacobus, et Ioannes, et Cephas, qui* Galat. 2, 9.
videbantur esse columnae, dextras dederunt mihi et Barnabae societatis. Quod vero Tarsensem se fuisse narrat, nulla idcirco vocum captatoribus ad suam fautorumque suorum perniciem ea re abutendi datur occasio. Nam et Barnabam, qui Ioseph antea dictus, Barnabas postea nominatus est, quod nomen consolationis filium significat, Le- Act. 4, 36.
vitam fuisse refert (Lucas) genere Cyprium. Neque tamen quod Cyprius esset, eo minus e tribu Levitica fuit. Velut apostolus Paulus, licet Tarso oriundus esset, ab Israelitica gente minime erat alienus. Cum enim sub Antiocho Epiphane, aliisque temporibus, quibus bellum exarserat, plerique per captivitatem obsidionemque dispersi forent, captivi quidem certis locis constiterunt. At qui vitandae obsidionis caussa fugerant, quo quisque delatus fuerat, ibi commorati sunt, uti de Israelitico populo dicebat Hieremias, cui ut ante hostem fugeret persaepe contigit. *Si,* inquit, *ad Cittiaeos abieris, nec illic quidem quietem habebis.* Nemo autem ignorat Citium Cypriorum insulam appellari. Nam Citiorum nomine Cyprii continentur et Rhodii. Imo et in Macedonia Cypriorum et Rhodiorum genus habitavit, unde et Alexander Macedo prodiisse dicitur. Quae caussa est cur in Maccabaeorum libris scriptum sit e Cittiensium 1. Macc. 1.
terra genus quoddam esse propagatum. Nam e Graecorum genere Alexander ortum acceperat. Verum quoniam iterum narrandae huius

διὰ τὸν ἐμπεσόντα λόγον διεξῆλθον τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν, πλὴν ὅτι ἀπὸ τῆς μετοικήσεως πολλοὶ ἄλλας χώρας οἰκήσαντες τοῦ Ἰσραὴλ ἦσαν σπέρματος κατὰ διαδοχήν. Ἐλέγοντο γὰρ καὶ ἑκάστης χώρας πατριῶται, ὡς καὶ αἱ θυγατέρες τοῦ Ἰοθὸρ τὴν ἀντίληψιν τοῦ Μωϋσέως τῷ πατρὶ ἀπήγγειλαν, ὡς ἀποστήσας τοὺς ποιμένας ἐπότισεν αὐτῶν τὰ πρόβατα, καὶ πορευθεῖσαι περὶ τούτου ὑφηγοῦντο τῷ ἰδίῳ πατρί. Τοῦ δὲ λέγοντος, [4] Τί ἐταχύνατε σήμερον τοῦ ἐλθεῖν; ἐπ᾽ αὐτὸν ἔφασαν ὅτι, Ἀνὴρ Αἰγύπτιος ἐρύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ποιμένων, καὶ ἤντλησε, καὶ ἐπότισεν ἡμῶν τὰ θρέμματα. Καὶ εὐθὺς ὁ αὐτὸς ἔφη πρὸς αὐτάς, Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτὸν ὧδε, ἵνα φάγῃ ἄρτον; Τίς δὲ οὐκ οἶδεν ὅτι Μωϋσῆς υἱὸς μὲν γίνεται τοῦ [5] Ἀμρὰμ καὶ τῆς Ἰωχαβὲτ, [6] Ἀμρὰμ δὲ τοῦ Καὰθ, Καὰθ δὲ τοῦ Λευὶ, Λευὶ δὲ τοῦ Ἰακὼβ, Ἰακὼβ [7] δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἀβραάμ; καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι τὸν Μωϋσέα Αἰγύπτιον πάντως ἡ τῆς εὐγενείας καὶ τοῦ σπέρματος διέπεσεν ἀκολουθία. Οὐκοῦν οὗτοι καταλείψαντες τὴν ὁδὸν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἐβίωνος πεπλανημένοι ἐπὶ πολλὰς διεστραμμένας ὁδοὺς καὶ ἀνάντη τρίβον τὸν νοῦν ἐκδεδώκασιν.

Κεφ. κϛ΄. Αὐχοῦσι δὲ πάλιν περιτομὴν ἔχοντες, καὶ σεμνύνονται δῆθεν εἶναι ταύτην σφραγῖδα ἡγούμενοι καὶ χαρακτῆρα τῶν τε πατριαρχῶν καὶ δι- pag. 151. καίων τῶν κατὰ τὸν νόμον πεπολιτευμένων, δι᾽ οὓς ἐξισοῦσθαι ἐκείνοις νομίζουσι, καὶ δῆτα ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὴν σύστασιν ταύτης βούλονται φέρειν, ὡς καὶ οἱ περὶ Κήρινθον. Φασὶ γὰρ καὶ οὗτοι κατὰ τὸν ἐκείνων ληρώδη λόγον ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος. Περιετμήθη γὰρ, φησὶν, ὁ Χριστὸς, καὶ σὺ περιτμήθητι. Καὶ ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καταισχύνηται τῆς πλάνης τὰ σπέρματα, καθάπερ χαλινὸς τῇ θαλάσσῃ ἐκ θεοῦ ὁρισθεὶς κλεῖθρα καὶ πύλαι [1] ψάμμος ὅριον καὶ πρόσταγμα τὸ, Ἕως τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλὰ ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα, φησὶν, οὕτω καὶ οὗτοι ἐν ἑαυτοῖς καταδαπανηθήσονται. Ἀλλὰ ἐκεῖ μὲν ἐκ θείου προστάγματος εἰς εὐταξίαν θαλάσσης ἐκ θεοῦ εἴρηται ὁ τοῦ ὅρου λόγος, ἐνταῦθα δὲ ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἡ κακία καὶ ἡ πλάνη τυφλώττουσα τὸν νοῦν, καὶ τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν ἀποστρεφομένη, προὔλαβε καθ᾽ ἑαυτῆς ὥσπερ κύματα ἐγείρουσα τὰ σχέτλια τῶν προαπαγγελλομένων αὐτοῖς ὑπολήψεων, ἑτέροις κύμασιν ἑαυτῇ συγκρούουσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ ἀεὶ συντριβομένη ἑαυτὴν διαλύειν, ἢ καθάπερ ἑρπετὸν δεινὸν ἑαυτῷ λυμαινώμενον καὶ ἀντιστρεφόμενον ἀπὸ τῆς κέρκου καὶ ἑαυτὸ κατεσθίον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναλωτικὸν

4. *Sic cod. Rhedig. et editi libri. At in cod. Vatic. extat plenius* τί ὅτι ἐταχύνατε. *Uterque vetus editor in verbis sequentibus oscitanter distinxit* τοῦ ἐλθεῖν ἐπ᾽ αὐτόν; ἔφασαν *cett.*

5. ἀβραὰμ *cod. Rhedig.* ἀμβρὰμ *cod. Vatic. et edit. princ.*

6. ἀβραὰμ *cod. Rhedig.* ἀμβρὰμ *cod. Vatic.*

7. δὲ *habent cod. Rhedig. et cod. Vatic., ex quo reposuit primum Petavius. Nam in ed. princ. desideratur, spatio duarum fere literarum vacuo relicto.*

Cap. XXVI. — 1. ψάμμος *cod. Vatic.* ψάμμον *reliqui mei libri. Reponendum suspicor* καθάπερ χαλινὸς τ. θ. ἐκ θ. ὁρισθεὶς ἢ κλεῖθρα κ. π. ψάμμος ὅριον καὶ πρ. *Cornarius sic interpretatus est:* quemadmodum fraenum mari ex deo definitum est, claustraque ac portae arenae terminus, et praeceptum hoc *cett.*, *ut* καὶ κλεῖθρα καὶ πύλαι ψάμμου ὅριον *voluisse videatur.*

historiae oblata nobis occasio est, in eam sum fortuito delatus. Eo vero pertinebat istud, ut complures ostenderemus in ea migratione varias occupasse sedes, qui ex Israelitica gente originis erant successione derivati. Qui quidem ab ea ubi habitabant regione cognominari solebant. Quemadmodum cum filiae Iethro allatam sibi a Moyse opem parenti renuntiarent, narrarentque depulsis a se pastoribus suos illum greges adaquasse, hoc, inquam, cum domum reversae parenti dixissent, sciscitante nimirum eo, *Cur hodie venistis velocius solito?* responderunt, *Vir Aegyptius liberavit nos de manu pa-* Exod. 2, 19 *storum, insuper et hausit aquam, potumque dedit ovibus nostris.* Statimque dixit illis, *Cur non huc illum adduxistis, ut comederet panem?* Quis autem nescit Amrami et Iochabetae filium extitisse Moysen, Amramum Caathi, Caathum Levi, hunc Iacobi, cuius pater Isaacus, Isaaci Abrahamus fuerit? Neque tamen, pro eo quod Aegyptius apellatur Moyses, ideo nobilitatis illius ac stirpis est series extincta. Hoc igitur modo Ebionis discipuli, velut aberrantes ac devii, varias se in ambages ac flexus abruptaque itinera commiserunt.

Atenim circumcisionem prae se ferunt, eaque re plurimum glo- Cap. XXVI. riantur, utpote quam patriarcharum, aliorumque qui legis tempore vixere iustorum, notam ac signum extitisse putent; quo etiam nomine adaequari se cum illis arbitrantur, adeoque Christi ipsius exemplum ad illam comprobandam accommodant, ut et Cerinthiani faciunt. Quorum ineptissime accommodatam illam sententiam usurpant: *Suf-* Matth. 10, 24. *ficit discipulo, si sit sicut magister eius.* Christus enim, aiunt, circumcisus est: tu igitur circumciditor. Atque ut erroris semina magno cum illorum pudore profligentur, non secus ac fraenando mari velut repagula quaedam ac portae, arenarum a deo moles obiecta est, eiusdemque mandatum istiusmodi: *Hucusque venies, et non* Iob. 38, 11. *procedes amplius; sed in te confringentur fluctus tui,* ait scriptura, sic etiam illi in semetipsos relapsi penitus consumentur. Quamquam hoc interest, quod illic ad coërcenda maria divino imperio terminus ille constitutus est, hic autem ipsa per sese nequitia, atque excaecatae mentis error a sensu pietatis adhorrens infelicissima illa, quae ante protulimus, dogmata velut quosdam in se fluctus excitavit prius, ac contrariis fluctibus illisit, et semetipsum in se conversus confractusque dissipavit. Aut ut exitialis serpens sese conficiens ipsum, et a cauda replicans ac revolvens suum corpus adedit et absumit. Id

γίνεται. Τοῦτο γάρ φασι γεγενῆσθαι καιρῷ ὑπὸ ἀσπίδων συγκλεισθεισῶν ἐν πίθοις, καὶ ἑκάστης τὴν ἑτέραν καταναλωσάσης, τὴν δὲ ἰταμωτέραν καὶ χαλεπωτέραν εἰς ὕστερον μεμενηκέναι μόνην καταλειφθεῖσαν, καὶ εἰς πεῖναν ἐλθοῦσαν ἀπὸ τῆς ἰδίας κέρκου ἀρξαμένην ἑαυτὴν καταβεβρωκέναι, ἱστοροῦσί τινες φυσιολόγοι κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν. Ὅθεν καὶ ἁρμοδίως τὸ ὄνομα αὐτῇ ἐπέθεντο, διὰ τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος καὶ ταύτην Ἀσπιδογοργόνα καλοῦντες. Οὕτω καὶ ὁ ματαιόφρων Ἐβίων καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν προὔλαβον ἑαυτοὺς κατατέμνοντες καὶ ἀναιροῦντες ἀπ' ἀρχῆς ἐκεῖνα ἐφ' οἷς καὶ σεμνύνονται. Χριστὸς γὰρ ἑαυτὸν οὐ περιέτεμε, παιδίον γὰρ ἦν. Δόξα δὲ τῷ ἐλεήμονι θεῷ, ὅτι ἑαυτὸν προὔβαλεν ὁ Ἐβίων, ἵνα τὰ ἀληθινὰ μὴ ὁμολογήσῃ, εἰς τὸ καὶ ἔλεγχον αὐτῷ [2] τοῦτο γενέσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγεν αὐτὸν θεὸν ἄνωθεν ἥκοντα περιτετμῆσθαι τὴν ὀκταήμερον ὑπὸ τῆς Μαρίας, τὸ τηνικαῦτα θεὸς ὤν, καὶ συγχωρῶν κατὰ ἰδίαν εὐδοκίαν, παρεῖχεν ἂν τῷ ἀγύρτῃ
pag. 152. *τῆς περιτομῆς πιθανολογίαν· ὁπότε δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγενῆσθαι [3] ὑπ' ἀνθρώπων παρεισφέρει περιτετμῆσθαι, οὐκέτι αἴτιός ἐστιν ὁ παῖς, εἰ καὶ τὴν ὀκταήμερον περιτομὴν περιετμήθη. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν περιέτεμεν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρώπων περιετμήθη. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες οὐχ ἑαυτοὺς περιτέμνουσι, καὶ οὐδὲ αἴτιοί εἰσι τῆς ἑαυτῶν περιτομῆς, ἀλλ' οἱ αὐτῶν γονεῖς. Ἐκεῖνοι γὰρ βραχεῖς ὄντες νηπιάζουσιν ἀγνοοῦντες, καὶ οὐδὲ οἴδασι τί αὐτοῖς ὑπὸ τῶν γονέων γίνεται.*

Κεφ. κζ'. *Ἡμεῖς δὲ καὶ θεὸν αὐτὸν λέγομεν ἀπ' οὐρανοῦ ἐλθόντα, καὶ ἐν μήτρᾳ παρθένου Μαρίας τὸν χρόνον τῶν ἐγκυμονουμένων παίδων παραμεμενηκότα, ἕως τελείως ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας τὴν ἔνσαρκον ἐνανθρώπησιν ἑαυτῷ καὶ οἰκονομίαν οἰκονομήσῃ, ἐν ᾗ καὶ περιετμήθη ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. Ἦλθε γὰρ πληρῶσαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, καὶ οὐ καταλῦσαι, καὶ οὐ τὸν νόμον ἀλλότριον ἀποφῆναι, ἀλλὰ ἐξ αὐτοῦ μὲν δεδωρημένον, ἕως δὲ αὐτοῦ ἐν τύποις μεμενηκότα, ὅπως ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν ὅπερ ἐνέλιπεν ἐν τῷ νόμῳ πληρωθῇ, ἵνα οἱ τύποι εἰς πνευματικὴν τελείωσιν ἐλθόντες ἐν ἀληθείᾳ ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων κηρυχθῶσιν, οὐκέτι ὄντες τύποι, ἀλλ' ἀλήθεια. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐπληροῦτο τὸ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένον, ἕως αὐτοῦ τοῦ χρόνου διαρκέσαν, καὶ ἐν αὐτῷ ἀφιστάμενον, εἰς πλήρωμα δὲ μεθιστάμενον, ὅπερ ἔφη ἡ Σεπφώρα ὅτι, Ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι, Περιέτεμόν μου τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ᾠκονόμει ὁ ἀποσταλεὶς ἄγγελος, ἵνα περιτομὴ γένηται, ἀλλὰ οὐδὲ τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς φοβηθεὶς ἀπέστη, ἀλλὰ*

2. τοῦτο *quod omissum est in ed. Petav., reposui de cod. Rhedig. et ex edit. princ.*

3. καὶ ὑπ' ἀνθρώπων *volebat Petavius. Sed cum cod. Vatic. illud* περιτετμῆσθαι *haud agnoscat, sic potius restituendum videtur:* ὁπότε δὲ ψ. ἄνθρ. αὐτὸν γεγεννῆσθαι ὑπ' ἀνθρ. παρεισφέρει, οὐκέτι *cett.*

enim olim aspides fecisse narrant, quarum cum inclusae doliis essent, alteram altera devoravit. Tum quae ferocior ac crudelior erat sola remanens, enectaque fame, seipsam a cauda incipiens paulatim consumpsit; idque ipsum in Aegypto contigisse a nonnullis, qui de rerum natura scripserunt, proditum est. Unde et ob Gorgoneum veluti caput Aspidogorgonis merito ei est nomen impositum. Similiter ineptus ac stolidus Ebion Ebionisque fautores concidere seipsos anteverterunt, eaque quibus potissimum gloriantur initio sustulerunt. Non enim Christus, utpote cum infans adhuc esset, semet ipse circumcidit. Sed laudandus propterea misericors dominus est, quod ita se Ebion imprudens obiecerit, ut minime vera confessus convincendi sui ansam nobis obtruderet. Si enim deum illum esse coelitusque delapsum assereret, octavoque die a Maria circumcisum, tum quidem quatenus et deus foret, et id ultro ac voluntate permisisset, speciosum quiddam ac probabile ad circumcisionis commendationem circumforaneo isti praebuisset. Iam vero cum merum illum hominem esse, atque ab hominibus circumcisum fuisse sentiat, nequaquam puero illi velut auctori tribuendum est, quod octava sit luce circumcisus. Neque enim semetipsum praecidit, sed id ab aliis passus est; quod sibi ipsis pueri non faciunt, neque circumcisionis auctores ipsi, sed eorum potius parentes habendi sunt. Etenim pusiones illi prae infantia quid sibi a parentibus fiat ignorant.

At nos et deum illum e coelo descendisse dicimus, et in Mariae Cap. XXVII. virginis utero legitimo tempore permansisse, quanto scilicet gestari ceteri infantium solent, donec ex illo virginis utero profusus, perfecto iam hominis quod induerat corpore, susceptam a se salutis nostrae procurationem aggredi instituit. In qua et ad diem octavum non specie tenus, sed reipsa circumcisus est. *Venit enim ut legem* Matth. 5, 17.
ac prophetarum impleret oracula, non everteret; atque ut alienam non fuisse legem ostenderet, sed a seipso concessam ad suum usque tempus sub quibusdam figurarum velut umbraculis perstitisse: quo in sese ac per sese quodcumque legi deerat postremo suppleret, eademque illa figurarum involucra ad spiritalem perfectionem ac veritatem perducta figuras esse desiisse atque ad veritatem transiisse tam ipse quam eius apostoli praedicarent. In illo quippe quod scriptum erat in lege perfectum est, id, inquam, quod ad eius usque tempora perduravit, et in ipso iam absolutum impletumque desiit, nimirum quod Sephora dicebat: *Stetit sanguis circumcisionis filii mei.* Non dixit, Exod. 4, 25.
Circumcidi filium meum. Neque enim id agebat angelus, ut circumcisio fieret, neque sanguinis metu recessit, sed ut eum infantem a

ὑπομνήσεως χάριν τοῦ μέλλοντος παιδίου τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἱστᾶν,
ὅπερ ἀκούσας καὶ οἰκονομήσας ἀπέστη. *Καὶ ποίου παιδίου ἄκουε·*
ἀλλ' ἢ περὶ οὗ εἶπεν ὁ προφήτης ὅτι, Θελήσουσιν εἰ ἐγένοντο πυρίκαυ-
στοι, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν. Τὸ μὲν γεννη-
θὲν παιδίον δεικνὺς ἐν ἀληθείᾳ, ὅπως σημάνῃ τὴν ἀληθινὴν ἐνανθρώ-
πησιν, τὸ δὲ, Υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, ὅπως δείξῃ τὸν ἄνωθεν θεοῦ λόγον,
καὶ υἱὸν θεοῦ αὐτὸν δειχθέντα, καὶ ἐν μήτρᾳ γενόμενον ἐνανθρωπή-
pag. 153. σαντα, ἔχοντα ἀμφότερα θεὸν καὶ ἄνθρωπον, αὐτὸν θεὸν, αὐτὸν ἄν-
θρωπον, αὐτὸν υἱὸν ἄνωθεν δοθέντα, αὐτὸν παιδίον γεννηθέντα, ἐφ'
οὗ ἔστη λοιπὸν τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς, ὡς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει,
ὅτε ἦλθον Ἕλληνες βουλόμενοι αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ ἦλθον πρὸς Φί-
λιππον, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Δεῖξον ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν· καὶ ὁ Φίλιππος
τῷ Ἀνδρέᾳ, καὶ ὁ Ἀνδρέας τῷ Ἰησοῦ ἔφη ὅτι, Τινὲς Ἕλληνες βούλον-
ταί σε θεάσασθαι. Καὶ εὐθὺς ὁ κύριος ἀποκρίνεται, λέγων, Νῦν
ἔφθασεν ἡ δόξα τοῦ θεοῦ, ἵνα δείξῃ περιτομὴν μὲν παρερχομένην τὴν
ἔνσαρκον, καὶ τύπῳ ὑπηρετήσασαν ἄχρι χρόνου, τὴν δὲ ἐν σαρκὶ ἀκρο-
βυστίαν ἐν πνεύματι ἔχουσαν μείζονα περιτομὴν, θεωροῦσαν Χριστὸν,
καὶ αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ κατειληφυῖαν.

Κεφ. κη'. Εἰ δὲ βούλονται οὗτοι λέγειν, Πῶς οὖν Χριστὸς περιετμήθη;
ἀκούσονται ὅτι, Ἤδη μὲν οὖν, ὦ πεπλανημένοι, ἐδείξαμεν ὑμῖν δι' ἣν
αἰτίαν περιετμήθη. Περιετμήθη γὰρ διὰ πολλοὺς τρόπους. Καὶ πρῶ-
τον, ἵνα δείξῃ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα ἑαυτὸν ἀνειληφέναι, διὰ Μανιχαῖον
καὶ τοὺς λέγοντας ἐν δοκήσει πεφηνέναι· ἔπειτα, ἵνα δείξῃ ὡς οὐκ
ἦν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῇ θεότητι, ὥς φησιν Ἀπολινάριος, ἀλλ' οὔτε
ἄνωθεν αὐτὸ κατενήνοχεν, ὡς λέγει Οὐαλεντῖνος· καὶ ἵνα βεβαιώσῃ
ἣν πάλαι ἔδωκε περιτομὴν δικαίως ὑπηρετήσασαν ἕως τῆς αὐτοῦ παρου-
σίας, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τοὺς Ἰουδαίους ἀπολογίαν. Εἰ γὰρ μὴ περι-
ετμήθη, εἶχον λέγειν, Οὐκ ἠδυνάμεθα Χριστὸν δέξασθαι ἐν ἀκροβυ-
στίᾳ. Ἄλλως τε καὶ ἔδει αὐτὸν ἐντειλάμενον τῷ Ἀβραὰμ περιτμηθῆναι,
σφραγῖδος ἕνεκα φαινομένης, εἰς τύπον δὲ ἀληθινῆς καὶ ἀοράτου δο-
θείσης, νῦν περιτμηθῆναι [1] καὶ ταύτην βεβαιῶσαι. Ἐγένετο γὰρ ἡ
φαινομένη περιτομὴ ἕνεκεν δισταγμοῦ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτε εἶπεν ὁ ἅγιος
καὶ δίκαιος, ὡς ἐν δισταγμῷ, Εἰ τῷ [2] ἑκατονταέτει υἱὸς γενήσεται, καὶ
εἰ Σάρρα ἡ πρεσβῦτις γεννήσει υἱόν; καὶ εὐθὺς ὁ κύριος, Λάβε μοι
κριὸν τριετίζοντα, καὶ αἶγα καὶ δάμαλιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ περὶ τὴν
τοῦ ἡλίου δύσιν, ὡς εἶδε λαμπάδας πυρὸς καὶ κλίβανον, καὶ τἄλλα,

CAP. XXVIII. — 1. καὶ *voculam, quae vulgo desideratur in libris, Cornario (is enim vertit* et hoc signaculum confirmaret) *et Petavio praeeuntibus repetii ex ultima syllaba vocis* περιτμηθῆναι.
2. ἑκατονταέτη *cod. Rhedig. et edit. princ.*

quo circumcisionis cruor inhibendus erat in memoriam revocaret.
Quare mox ut illud audivit ac praestitit, e medio se subduxit. At
quisnam ille futurus esset infans accipe. Is enim erat de quo pro-
pheta locutus est: *Et volent esse igne combusti: quoniam parvulus* Esai 9, 5.
natus est nobis, et filius datus est nobis. Quibus verbis primum na-
tum revera parvulum demonstravit, ut vere susceptam ab eo natu-
ram hominis significaret. Deinde subiecit, *Filius datus est nobis,*
ut eundem dei esse verbum e coelo delapsum, deique filium declara-
tum ostenderet, et in utero genitum, hominemque factum, ita ut
duplicem in se naturam, dei videlicet hominisque contineret, pro-
indeque deum pariter atque hominem, et eundem divinitus oblatum
filium ac puerulum natum. In quo circumcisionis deinceps cruor ste-
tit, ut in evangelio ipse testatur. Cum enim gentiles videndi eius
desiderio accessissent, et ad Philippum adeuntes dixissent, *Ostende*
nobis Iesum, ac Philippus id Andreae, Andreas Christo retulisset
his verbis: *Gentiles quidam videre te cupiunt*, dominus illico respon- Ioann.12,21.
dit, *Nunc pervenit gloria dei;* ut circumcisionem carnis praeteriisse
iam doceret, et ad certum tempus figurae serviisse, carnis vero
praeputium spirituali ac praestantiori circumcisione praeditum con-
templari Christum eiusque reipsa compotem fieri.

Quod si istud nobis obiiciant: Cur igitur circumcisus est Chri- Cap. XXVIII.
stus? ita a nobis audient: Iamdudum quidem, o homines opinione
falsa ducti, caussam vobis cur esset circumcisus ostendimus. Mul-
tis enim id de caussis sustinuit. Primum, ut se carnem re vera in-
duisse monstraret, propter Manichaeum ceterosque qui similitudine
quadam ac specie duntaxat apparuisse docuerunt. Deinde ut corpus
divinitati consubstantiale non esse demonstraret, ut Apollinaris exi-
stimat, nec e coelo delatum in terras, qui Valentini error fuit. Tum
ut cuius olim circumcisionis auctor fuerat, eam ad adventum usque
suum observatam fuisse merito comprobaret, atque ut omnem Iu-
daeis excusationem eriperet. Nisi enim circumcisus foret, hoc ad
sui purgationem afferre potuissent. Nos Christum praeputio praedi-
tum probare nequivimus. Praeterea vero eum oportebat, qui Abra-
hamo circumcidendi sui mandatum ediderat, ut ad veri et aspectum
fugientis adumbrandam imaginem apparens illud signum et aspecta-
bile prae se ferret, ratum illud sua circumcisione facere. Nam ex-
terna illa circumcisio Abraamo ob eius haesitationem imposita fuit,
πνεύματος, ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ φασιν εἰρῆσθαι, ὃν ψυχικὸν ὄντα μὴ
ἐγνωκέναι μήτε τὴν Μητέρα πνευματικὴν οὖσαν, μήτε τὸ σπέρμα αὐτῆς,
μήτε τοὺς ἐν [16] τῷ Πληρώματι Αἰῶνας. [17] Ὅτι δὲ ὧν ἤμελλε σώζειν
ὁ Σωτὴρ τούτων τὰς ἀπαρχὰς ἀνέλαβε, [18] τὸν Παῦλον εἰρηκέναι, Καὶ
ἡν ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· ἀπαρχὴν μὲν τὸ πνευματικὸν εἰρῆ-
σθαι διδάσκοντες, φύραμα δὲ ἡμᾶς, τουτέστι τὴν ψυχικὴν ἐκκλησίαν,
ἧς τὸ φύραμα ἀνειληφέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ [19] συνανεστη-
κέναι, ἐπειδὴ ἦν αὐτὸς ζύμη.

Κεφ. κη'. Καὶ ὅτι ἐπλανήθη ἡ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, καὶ ἐμορ-
φώθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνεζητήθη ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, μηνύειν
αὐτὸν λέγουσιν ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πεπλανημένον
[1] πρόβατον. Πρόβατον μὲν γὰρ πεπλανημένον τὴν Μητέρα αὐτῶν ἐξη-
γοῦνται λέγεσθαι, ἐξ ἧς τὴν ὧδε θέλουσιν ἐσπάρθαι Ἐκκλησίαν· πλά-
νην δὲ τὴν ἐκτὸς Πληρώματος ἐν τοῖς πάθεσι διατριβὴν, ἐξ ὧν γεγο-
pag 196. νέναι τὴν ὕλην ὑποτίθενται. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν σαροῦσαν τὴν οἰκίαν
καὶ εὑρίσκουσαν τὴν δραχμὴν τὴν ἄνω Σοφίαν διηγοῦνται λέγεσθαι,
ἥτις ἀπολέσασα τὴν Ἐνθύμησιν αὐτῆς, ὕστερον καθαρισθέντων πάν-
των διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, εὑρίσκει αὐτήν. Διὸ καὶ ταύ-
την ἀποκαθίστασθαι κατ' αὐτοὺς ἐντὸς Πληρώματος. Συμεῶνα τὸν εἰς
τὰς ἀγκάλας λαβόντα τὸν Χριστὸν, καὶ εὐχαριστήσαντα [2] αὐτῷ καὶ εἰ-
πόντα, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν
εἰρήνῃ, τύπον εἶναι τοῦ Δημιουργοῦ λέγουσιν, [3] ὃς ἐλθόντος τοῦ Σω-
τῆρος ἔμαθε τὴν μετάθεσιν αὐτοῦ, καὶ ηὐχαρίστησε τῷ Βυθῷ. Καὶ
διὰ τῆς [4] Ἄννης τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κηρυσσομένης προφήτιδος ἑπτὰ
ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἐζηκυίας, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον χήρας [5] μεμε-
νηκυίας, ἄχρις οὗ τὸν Σωτῆρα ἰδοῦσα ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐλάλει περὶ
αὐτοῦ πᾶσι, φανερώτατα τὴν Ἀχαμὼθ μηνύεσθαι διορίζονται, ἥτις
πρὸς ὀλίγον ἰδοῦσα τὸν Σωτῆρα μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ, τῷ λοιπῷ
χρόνῳ παντὶ [6] μένουσα ἐν τῇ μεσότητι προσεδέχετο αὐτὸν, πότε πάλιν
ἐλεύσεται, καὶ [7] ἀποκαταστήσει αὐτὴν τῇ αὐτῆς συζυγίᾳ. Καὶ τὸ ὄνομα
δὲ αὐτῆς μεμηνύσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ εἰρηκέναι, Καὶ ἐδικαιώθη

14. διαρρήδην addidit primum Petavius de cod. Vatic.
15. τὰ πάντα cod. Ven.
16. τῷ non habet cod. Ven.
17. Ita rescripsi secundum Vet. Interpretem, postulante sententia. Vulgo extat Ὅτι ἰδὼν ἤμελλε cett.
18. τὸν non habet cod. Ven.
19. Hanc Grabii coniecturam firmat cod. Venetus, qui habet συνανεστακέναι. Vulgo extat συνανεσταλκέναι. Vet. Interpres vertit et cum semetipso erexisse.

porro nomine Salvatorem ipsum appellari. Sic etiam terrenos, ani-
males ac spiritales a Paulo homines esse commemoratos, partim his
verbis: *Qualis terrenus, tales et terreni:* partim istis: *Animalis homo* 1. Cor. 15, 48.
non percipit ea quae sunt spiritus: partim denique cum ait, *Spiritalis* Ibid. 2, 14.
omnia diiudicat. Ex quibus primum illud, *Animalis non percipit ea* Ibid. 2, 15.
quae sunt spiritus, ad Conditorem putant pertinere, qui cum sit ani-
malis, neque Matrem, utpote Spiritalem, cognoscit, neque stirpem
ipsius, nec Aeones illos qui Pleromate continentur. Quod autem
eorum, quibus salutem erat allaturus, primitias Salvator susceperit,
ob id pronunciasse Paulum, *Et si primitiae sanctae, et massa:* ubi Rom. 11, 16.
primitias ad id quod est spiritale referunt, massam ad nos, hoc est
animalem Ecclesiam; cuius massam ab illo susceptam, in illoque con-
tractam, quandoquidem erat ipse fermentum.

De Achamothe porro, eam extra Pleroma aberrantem a Christo Cap. XXVIII.
fuisse formatam, et ab eodem quaesitam, ipsummet ostendisse, cum Matth.
dixit venisse se ad ovem quae erraverat. Esse enim errantem ovem 15, 24.
Matrem illam suam interpretantur, a qua nostra haec ecclesia con-
sita fuerit. Errorem vero illius inter perturbationes ipsas extra Ple- Luc. 15, 8.
roma commorationem, unde materiae originem arcessunt. Nam mu-
lierem illam quae domum everrit et drachmam invenit ad coelestem
Sapientiam transferunt, quae Enthymesin quam amiserat postea re-
purgatis omnibus per adventum Salvatoris recuperavit, ob idque Ple-
romati censent esse restitutam. Symeonem illum praeterea, qui
Christum in ulnis gestaverit, eique gratias his verbis egerit: *Nunc* Luc. 2, 28.
dimittis servum tuum, domine, secundum verbum tuum in pace, Con-
ditoris imaginem referre dicunt, qui adveniente Salvatore ipsius
transportationem didicerit, ac Bytho gratias egerit. Ad haec per
Annam illam, quae prophetissa in evangelio praedicatur, quaeque
septem annos cum viro vixisse, reliquum vero tempus omne in vidui-
tate egisse dicitur, donec Salvatore conspecto et ipsum agnoverit,
et apud omnes de eo locuta sit, manifestissime Achamothem adum-
brari confirmant, quae ubi Salvatorem cum eius aequalibus raptim
adspexisset, deinceps toto insequenti tempore media in regione con-
sistens dum iterum rediret expectaverit, ac se coniugio suo resti-
tueret. Cuius etiam nomen a Salvatore hisce verbis expressum: *Et* Luc. 7, 35.

Cap. XXVIII. — 1. Voc. πρόβατον hic om. omnes libri. Adieci sententia cum postularet de Vet. Interprete.
2. τῷ χριστῷ pro αὐτῷ habet cod. Ven. Vet. Interpr. legisse videtur τῷ Θεῷ.
3. Ita cod. Ven., et Vet. Interpres. Vulgo ὡς.
4. Ἄννας cod. Ven.
5. μεμενηκυίας reposui ex cod. Ven. Vulgo extat enim μενούσης. Vet. Interpres vertit perseverasse.
6. Ita cod. Ven., conspirans cum Vet. Interprete. Vulgo μὲν οὖσα.
7. ἀποκαταστάσει cod. Ven.

ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· καὶ ὑπὸ Παύλου δὲ οὕτως, Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. Καὶ τὰς συζυγίας δὲ τὰς ἐντὸς Πληρώματος τὸν Παῦλον εἰρηκέναι φάσκουσιν [8] ἐπιεικῶς δείξαντα. Περὶ γὰρ τῆς περὶ τὸν βίον συζυγίας γράφων ἔφη, Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν.

Κεφ. κθ'. Ἔτι τε Ἰωάννην τὸν μαθητὴν τοῦ κυρίου διδάσκουσι τὴν πρώτην Ὀγδοάδα μεμηνυκέναι αὐταῖς λέξεσι, λέγοντες οὕτως· Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου βουλόμενος εἰπεῖν τὴν τῶν ὅλων γένεσιν, καθ' ἣν τὰ πάντα προέβαλεν ὁ Πατὴρ, ἀρχήν τινα ὑποτίθεται τὸ πρῶτον γεννηθὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, [1] ὃ δὴ καὶ Υἱὸν καὶ Μονογενῆ Θεὸν κέκληκεν, [2] ἐν ᾧ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ προέβαλε σπερματικῶς. Ὑπὸ δὲ τούτου φησὶ τὸν Λόγον προβεβλῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην τῶν Αἰώνων οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ὕστερον ἐμόρφωσεν ὁ Λόγος. Ἐπεὶ οὖν περὶ πρώτης γενέσεως λέγει καλῶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τουτέστι τοῦ [3] Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου, τὴν
pag. 197. διδασκαλίαν ποιεῖται. Λέγει δὲ οὕτως, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὕτως ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. Πρότερον διαστείλας τὰ τρία, Θεὸν, καὶ Ἀρχὴν, καὶ Λόγον, πάλιν αὐτὰ ἑνοῖ, ἵνα καὶ τὴν προβολὴν ἑκατέρων αὐτῶν δείξῃ, τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἅμα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσιν. Ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ Ἀρχὴ, [4] ἐν δὲ τῇ Ἀρχῇ καὶ ἐκ τῆς Ἀρχῆς ὁ Λόγος. Καλῶς οὖν εἶπεν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἦν γὰρ ἐν τῷ υἱῷ· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ γὰρ ἡ ἀρχή· καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀκολούθως, τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ γεννηθὲν θεός ἐστιν. Οὕτως ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· ἔδειξε τὴν τῆς προβολῆς τάξιν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· πᾶσι γὰρ τοῖς μετ' αὐτὸν Αἰῶσι μορφῆς καὶ γενέσεως αἴτιος ὁ Λόγος ἐγένετο. Ἀλλὰ ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, φησὶ, ζωή ἐστιν, ἐνθάδε καὶ συζυγίαν ἐμήνυσε. Τὰ μὲν γὰρ ὅλα ἔφη δι' [5] αὐτοῦ γεγενῆσθαι, τὴν δὲ [6] ζωὴν ἐν αὐτῷ. Αὕτη οὖν ἡ ἐν αὐτῷ γενομένη οἰκειοτέρα ἐστὶν [7] ἐν αὐτῷ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· σύνεστι γὰρ αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ καρποφορεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφέρει, Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, ἄνθρωπον εἰπὼν ἄρτι καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὁμωνύμως τῷ Ἀνθρώπῳ ἐμήνυσεν, ὅπως διὰ τοῦ ἑνὸς [8] ὀνόματος δηλώσῃ τὴν τῆς συζυγίας [9] κοινωνίαν. Ἐκ γὰρ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς Ἄνθρωπος γίνεται καὶ Ἐκκλησία. Φῶς δὲ εἶπε τῶν ἀνθρώπων τὴν Ζωὴν διὰ τὸ [10] πεφωτίσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτῆς, ὃ δή ἐστι μεμορφῶσθαι καὶ πεφανε-

8. ἐπιεικῶς *recepi de auctoritate cod. Ven. Vulgata scriptura est* ἐπὶ ἑνὸς, *quam secutus est etiam Vet. Interpres vertens* in uno ostendentem.

Cap. XXIX. — 1. *Recepi cod. Veneti scripturam, quam expressit etiam Vet. Interpres secundum cod. Claromontani fidem et auctoritatem, in quo legitur* quod etiam nunc vocat et Filium et Unigenitum Deum vocat. *Epiphanii libri vulgo praebent* ὃν δὴ καὶ υἱὸν μονογενῆ καὶ θεὸν κέκλ.

2. ἐν τῷ *cod. Ven.*

3. υἱοῦ *videtur legisse Vet. Interpres.*

iustificata est sapientia a filiis eius. Velut a Paulo cum scripsit, *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Quem insuper coniugiorum quae intra Pleroma sunt mentionem in uno fecisse, cum de hominum inter se copulatione hunc in modum scripsit: *Sacramentum hoc magnum est: ego vero dico in Christo et ecclesia.*

1. Cor. 2, 6. — Eph. 5, 32.

Ioannem domini discipulum affirmant primam Ogdoadem nominatim demonstrasse. Sic enim disputant. Ioannes domini discipulus omnium rerum originem explicare cupiens, qua a Patre universa procreata sunt, principium statuit a deo genitum, quem et filium Unigenitum et deum appellat, per quem omnia Pater quodam veluti satu propagavit. Ab hoc productum esse Verbum asserit; per istud vero totam Aeonum naturam, quam ipsum postea Verbum informavit. Cum igitur de prima generatione sermonem instituat, recte a Principio, hoc est Deo Verboque docendi initium fecit. Ita porro scribit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Sic erat in Principio apud Deum.* Postquam tria illa discrevit, Deum, Principium et Verbum, rursus in unum connectit, ut utriusque, Filii videlicet ac Verbi, productionem amborumque cum inter se, tum cum Patre coniunctionem declaret. Siquidem in Patre atque ex Patre Principium est, in Principio vero et ex Principio Verbum. Praeclare igitur dixit, *In principio erat Verbum,* erat enim in Filio, et, *Verbum erat apud Deum,* erat enim et Principium, Et *Deus erat Verbum.* Consentanee omnino dictum. Quod enim a Deo genitum est, Deus est. Sic, *Erat in principio apud Deum,* productionis ordinem ostendit. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Etenim Verbum omnibus, qui post se sunt, Aeonibus informationis ac propagationis auctor extitit. Verum, *Quod factum est,* inquit, *in ipso vita erat;* ubi et coniugium indicat. Nam omnia per ipsum facta esse dicit, vitam autem in ipso. Haec igitur quae in illo facta est, propius ad illum in ipso pertinet quam ea quae per ipsum facta sunt. Cum illo quippe versatur, ac per ipsum fructus emittit. Nam quia statim subiicit, *Et vita erat lux hominum,* eo ipso quod Hominem commemorat, eadem voce et Ecclesiam complectitur, ut coniugii societatem intelligas. Nam ex Verbo Vitaque Homo atque Ecclesia nascuntur. Ceterum lucem hominum idcirco vitam nominavit, quod ab ea illi collustrati sint, quod idem est ac

Cap. XXIX. — Ioann. 1.

4. ἐν δὲ τῇ Ἀρχῇ *quae exciderant verba, quae tam ipsa sententia quam Vet. Interpres vindicat, ex cod. Ven. reposui.*

5. αὐτοῦ *codd. Ven. Rhedig. Reg. Editi libri habent* ἑαυτοῦ.

6. ζωὴν *non comparet in cod. Ven.*

7. ἐν *praepositionem delendam censuit Billius.*

8. νοήματος *cod. Ven.*

9. ὀνομασίαν *cod. Ven.*

10. πεφωτῆσθαι *cod. Ven.*

ρῶσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἐφανέρωσε καὶ ἐγέννησε τόν τε Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν [11] ἡ Ζωὴ, φῶς εἰρῆσθαι αὐτῶν. Σαφῶς οὖν δεδήλωκεν ὁ Ἰωάννης διὰ τῶν λόγων τούτων τά τε ἄλλα, καὶ τὴν Τετράδα τὴν δευτέραν Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε Τετράδα. Διηγούμενος γὰρ περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ λέγων πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος δι' αὐτοῦ μεμορφῶσθαι, καρπὸν εἶναί φησιν αὐτὸν παντὸς τοῦ Πληρώματος. Καὶ γὰρ φῶς εἴρηκεν αὐτὸν τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαινόμενον, καὶ μὴ καταληφθὲν ὑπ' αὐτῆς, ἐπειδὴ πάντα [12] τὰ γενόμενα ἐκ τοῦ πάθους ἁρμόσας ἠγνοή-
pag. 198. θη ὑπ' [13] αὐτῶν. Καὶ υἱὸν δὲ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ ζωὴν λέγει αὐτὸν, καὶ λόγον σάρκα γενόμενον, Οὗ τὴν δόξαν ἐθεασάμεθα, φησὶ, καὶ ἦν ἡ δόξα αὐτοῦ, οἵα ἦν ἡ τοῦ μονογενοῦς ἡ ὑπὸ τοῦ πατρὸς δοθεῖσα αὐτῷ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Λέγει δὲ οὕτως· Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἀκριβῶς οὖν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε Τετράδα, Πατέρα εἰπὼν καὶ Χάριν, καὶ τὸν Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν. Οὕτως ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς τῶν [14] ὅλων Αἰώνων Ὀγδοάδος εἴρηκε. Πατέρα γὰρ εἴρηκε καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν.

Κεφ. λ'. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, τὴν μέθοδον ᾗ οἱ χρώμενοι φρεναπατοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐπηρεάζοντες τὰς γραφὰς, τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ [1] αὐτὸς παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐξ αὐτῶν κατανοήσῃς τὴν πανουργίαν τῆς μεθοδείας, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ προέκειτο Ἰωάννῃ τὴν ἄνω Ὀγδοάδα [2] μηνύσαι, τὴν τάξιν ἂν [3] τετηρήκει τῆς [4] προβολῆς, καὶ [5] τὴν πρώτην Τετράδα σεβασμιωτάτην οὖσαν, καθὼς λέγουσιν, ἐν πρώτοις ἂν τεθείκει τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὕτως [6] ἐπεζεύχει τὴν δευτέραν, ἵνα διὰ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων ἡ τάξις [7] δειχθῇ τῆς Ὀγδοάδος, καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσοῦτον διάστημα, ὡς ἐκλελησμένος, ἔπειτα ἀναμνησθεὶς ἐπ' ἐσχάτῳ [8] τῆς πρώτης ἐμέμνητο Τετράδος. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας σημᾶναι θέλων καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας οὐκ ἂν παρέλιπεν ὄνομα, [9] ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συζυγιῶν ἠρκέσθη τῇ τῶν ἀῤῥένων προσηγορίᾳ, ὁμοίως δυναμένων κἀκείνων συνυπακούεσθαι, ἵνα τὴν ἑνότητα διὰ

11. ἡ Ζωὴ verba non habet cod. Ven.
12. τὰ, quod om. ed. princ., Petavius primum adiecit ex cod. Vaticano.
13. αὐτῶν cod. Ven., cum quo conspirat etiam Vet. Interpres. Et Grabius ita emendari voluit. Vulgata librorum scriptura est αὐτῆς.
14. ἄλλων cod. Ven.
Cap. XXX. — 1. αὐτὰς correxit Billius.
2. μηνύσαι cod. Ven. μηνύσειν reliqui libri.

figurari et manifestum fieri. Quod Paulus ipse testatur. *Omne*, in- Eph. 5, 13.
quit, *quod manifestatur lumen est.* Quare cum Hominem atque Ecclesiam Vita patefecerit ac genuerit, merito eorumdem lux esse dicitur. Quocirca perspicue Ioannes his verbis cum alia, tum alterum quaternionem aperuit, Verbum et Vitam, Hominem atque Ecclesiam. Nec minus tamen priorem quaternionem indicat. Cum enim de Salvatore disserit, omniaque quae extra Pleroma sunt ab ipso esse formata scribit, totius illum Pleromatis fructum esse commonstrat. Nam illum lucem esse dixit, quae lucet in tenebris, nec ab ipsis comprehenditur; eo quod cum omnia, quae ex commotione ortum habuerant, composuisset, ab illis nequaquam est agnitus. Sed et filium eundem ac Veritatem, et Vitam et Verbum quod caro factum sit appellat. *Cuius*, inquit, *gloriam vidimus: eratque gloria eius quasi unigeniti eidem a Patre concessa, plena gratiae et veritatis.* Hoc enim
modo scribit: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et* Ioann. 1, 14.
vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. Quo in loco primum quaternionem accuratissime descripsit, cum Patrem nominavit, et Gratiam, et Unigenitum, ac Veritatem. Ita plane Iohannes de prima, adeoque matre omnium Aeonum Ogdoade locutus est. Istos enim nominatim concepit, Patrem, Gratiam, Unigenam, Veritatem, Verbum, Vitam, Hominem, Ecclesiam.

Vides, carissime, artem illam ac fraudem, qua sibimetipsis illu- Cap. XXX.
dunt haeretici, dum sacris literis per calumniam abutuntur, ut ex illarum testimonio fabulis suis pondus et autoritatem concilient. Quamobrem consulto illorum in medium verba protuli, ut mirificum ipsorum calliditatis artificium atque erroris pravitatem animadverteres. Primum enim, si Iohanni supremam illam Ogdoadem declarare propositum fuisset, procreationis ordinem servaret, ac priorem illum, uti asserunt, augustissimumque Quaternionem in prima nominum serie collocaret, tum secundum subiiceret, ut per vocabulorum ordinem Ogdoadis ordo demonstraretur, neque tanto intervallo, velut oblitus ac denuo recordatus, Quaternionem primum ultimum in locum coniiceret. Deinde si coniugiorum mentionem facere vellet, nunquam Ecclesiae nomen praetermitteret. Sed vel ceteris etiam in paribus recensendis solos duntaxat mares nominasset, cum et ipsi similiter una intelligi possint; ut in omnibus similitudinem aequalita-

3. ἐτετηρήκει cod. Vatic.
4. προσβολῆς ed. princ.
5. τὴν om. cod. Ven.
6. *Ita corrigendum putavit iam olim Grabius, et ego nunc corrigo ex cod. Veneto. Vulgo extat* ἐπεζεύχθη.
7. δειχθήσεται cod. Ven.
8. τῆς *addidi ex cod. Ven.*
9. ἀλλὰ καὶ cod. Ven.

πάντων ἢ πεφυλακώς, [10] ἢ εἰ τῶν λοιπῶν τὰς συζύγους κατέλεγε, καὶ τὴν τοῦ Ἀνθρώπου ἂν μεμηνύκει σύζυγον, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκεν ἐκ μαντείας ἡμᾶς λαμβάνειν τοὔνομα αὐτῆς. Φανερὰ οὖν ἡ τῆς ἐξηγήσεως παραποίησις. Τοῦ γὰρ Ἰωάννου ἕνα θεὸν παντοκράτορα καὶ ἕνα μονογενῆ Χριστὸν Ἰησοῦν κηρύσσοντος, δι' οὗ τὰ πάντα γεγονέναι λέγει, τοῦτον υἱὸν θεοῦ, τοῦτον μονογενῆ, τοῦτον πάντων ποιητήν, τοῦτον φῶς ἀληθινόν, φωτίζοντα πάντα ἄνθρωπον, τοῦτον κόσμου ποιητήν,
pag. 199. τοῦτον εἰς τὰ ἴδια ἐληλυθότα, τοῦτον αὐτὸν σάρκα γεγονότα [11] καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν, οὗτοι παρατρέποντες κατὰ τὸ πιθανὸν τὴν ἐξήγησιν, ἄλλον μὲν τὸν Μονογενῆ θέλουσιν εἶναι κατὰ τὴν προβολήν, ὃν δὴ καὶ Ἀρχὴν καλοῦσιν, ἄλλον δὲ τὸν Σωτῆρα γεγονέναι θέλουσι, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον υἱὸν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ Πληρώματος προβεβλημένον. Καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἄραντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καταχρησάμενοι τοῖς ὀνόμασιν, εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν μετήνεγκαν, ὥστε κατ' αὐτοὺς ἐν τοῖς τοσούτοις τὸν Ἰωάννην τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνείαν [12] μὴ ποιεῖσθαι. Εἰ γὰρ Πατέρα εἴρηκε, καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωήν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν περὶ τῆς πρώτης Ὀγδοάδος εἴρηκεν, ἐν ᾗ οὐδέπω Ἰησοῦς, οὐδέπω Χριστὸς ὁ τοῦ Ἰωάννου διδάσκαλος. Ὅτι δὲ οὐ περὶ τῶν συζυγιῶν αὐτῶν ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ λόγον οἶδε τοῦ θεοῦ, αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. Ἀνακεφαλαιούμενος γὰρ περὶ τοῦ εἰρημένου αὐτῷ [13] ἄνω ἐν ἀρχῇ λόγου ἐπεξηγεῖται, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν οὐχ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, [14] ὅς γε οὐδὲ ἦλθέ ποτε ἐκτὸς Πληρώματος, ἀλλὰ ὁ [15] ἐκ τῆς οἰκονομίας μεταγενέστερος τοῦ Λόγου Σωτήρ.

Κεφ. λα'. Μάθετε οὖν, ἀνόητοι, ὅτι Ἰησοῦς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις τῶν Αἰώνων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας σὰρξ ἐγένετο, εἰκὸς ἦν περὶ ἄλλου εἰρηκέναι τὸν ἀπόστολον. Εἰ δὲ ὁ λόγος ὁ τοῦ πατρὸς ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς, ὁ τοῦ μόνου θεοῦ μονογενὴς υἱὸς κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐδοκίαν σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπων, οὐ περὶ ἄλλου τινός, οὐδὲ περὶ Ὀγδοάδος, τὸν λόγον [1] ἐμπεποίηται, ἀλλ' ἢ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος κατ' αὐτοὺς προηγουμένως σὰρξ γέγονε. Λέγουσι δὲ τὸν Σωτῆρα ἐνδύσασθαι σῶμα ψυχικὸν ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένον ἀρρήτῳ προνοίᾳ πρὸς

10. ἢ εἰ *emendatio est Billii et Petavii, quam firmat Vet. Interpres. Libri tam scripti quam editi praebent solum* εἰ.

11. καὶ ἐσκηνωκότα *verba om. cod. Ven.*

12. μὴ *particulam, quae desideratur in cod. Rhedig. et in editis libris, reposui de cod. Veneto. Petavius et Billius coniecerant* οὐ ποιεῖσθαι.

13. ἄνω ἀρχῇ λόγου *cod. Ven.*

temque servaret. Vel si reliquorum coniuges enumeraret, etiam Hominis attigisset, neque divinandi illius nominis necessitatem nobis attulisset. Est igitur minime obscura illius interpretationis calumnia. Cum enim Iohannes unum deum omnipotentem, unumque Christum Iesum illius unigenitum praedicet, per quem facta esse omnia confirmat, atque hunc esse *dei filium*, hunc *Unigenam*, hunc *conditorem omnium*, hunc *veram lucem*, *quae illuminat omnem hominem*, hunc *mundi fabricatorem*, hunc *qui in propria venit*, *qui caro factus est, et habitavit in nobis*, esse testetur, isti callida ac malitiosa interpretatione detorquentes alium productione fingunt Unigenam extitisse, quem et Principium vocant, alium Salvatorem, aliud Verbum Unigenae filium, alium Christum corrigendi caussa Pleromatis exortum. Sicque eorum quae dicuntur singula a veritate promentes ac nominibus abutentes ad usum suum opinionemque transferunt. Ex qua illorum sententia sequitur, tot in verbis Ioannem Iesu Christi mentionem ne litera quidem attigisse. Licet enim Patrem nominarit, et Gratiam, Unigenitum, et Veritatem, ac Verbum, Vitam, Hominem, et Ecclesiam, haec illi censent de prima Ogdoade esse dicta, in qua nondum Iesus, nondum Christus Ioannis magister continetur. Verum longe abesse ut de Coniugiis illis apostolus loqui voluerit, deque Christo Iesu domino nostro intelligendum esse, quod et Verbum solet appellare dei, non obscure ipse declarat. Etenim cum de Verbo illo, quod antea in principio fuisse dixerat, summatim disputata colligeret, ita pronuntiare pergit: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* At istorum opinione Verbum neque caro factum est, neque unquam a Pleromate discessit, sed Salvator quidam alius procurandae caussa salutis editus, Verboque recentior.

Quamobrem discite tandem aliquando, stulti, discite Iesum illum qui nostra caussa passus est, qui habitavit in nobis, eundem dei esse Verbum. Nam si alius ex Aeonum numero salutis nostrae gratia carnem induisset, aequum erat de alio quoque mentionem ab apostolo fieri. Sin idem Patris Verbum, quod e coelo delapsum est, eodem postliminio rediit, unius inquam ille dei unicus filius ex benevolo Patris affectu hominum caussa carne vestitus, non de alio quopiam, non de illa nescio qua Ogdoade, sed de Iesu Christo Domino nostro sermonem instituit. Neque enim Verbum isti praecipue censent carnem esse factum. Sed Salvatorem ferunt animale quoddam induisse corpus, quod incarnatione ipsa inexplicabili sapientia consti- Cap. XXXI.

14. ὥστε οὐδὲ *cod. Ven.*

15. ἐκ *praepositionem, quae desideratur in reliquis, adieci ex cod. Veneto. Vet. Interpres habet* sed qui ex omnibus factus est. *Unde Billius rescribendum esse putavit* ὁ ἐκ πάντων γεγονώς *cett.*

Cap. XXXI. — 1. πεποίηται *cod. Ven.*

τὸ ὁρατὸν γενέσθαι καὶ ψηλαφητόν. Σάρξ δέ ἐστιν ἡ ἀρχαία ἐκ τοῦ χοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἡ γεγονυῖα πλάσις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἣν ἀληθῶς γεγο-
pag. 200. νέναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐμήνυσεν ὁ Ἰωάννης. Καὶ λέλυται αὐτῶν ἡ πρώτη καὶ ἀρχέγονος Ὀγδοάς. Ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ δεικνυμένου Λόγου, καὶ Μονογενοῦς, καὶ Ζωῆς, καὶ Φωτὸς, καὶ Σωτῆρος, καὶ Χριστοῦ, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, λέλυται ἡ τῆς Ὀγδοάδος σκηνοπηγία· ταύτης δὲ λελυμένης διαπέπτωκεν αὐτῶν πᾶσα ἡ ὑπόθεσις, [2] ἣν ψευδῶς ὀνειρώττοντες κατατρέχουσι τῶν γραφῶν, ἰδίαν ὑπόθεσιν ἀναπλασάμενοι· ἔπειτα λέξεις καὶ ὀνόματα σποράδην κείμενα συλλέγοντες μεταφέρουσι, καθὼς προειρήκαμεν, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅμοια ποιοῦντες τοῖς ὑποθέσεις τὰς τυχούσας αὐτοῖς προβαλλομένοις, ἔπειτα πειρωμένοις ἐκ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων μελετᾶν αὐτὰς, ὥςτε τοὺς ἀπειροτέρους δοκεῖν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἐξ ὑπογυίου μεμελετημένης ὑποθέσεως Ὅμηρον τὰ ἔπη πεποιηκέναι, καὶ πολλοὺς συναρπάζεσθαι διὰ τῆς τῶν ἐπῶν συνθέτου ἀκολουθίας, μὴ ἄρα ταῦθ' οὕτως Ὅμηρος εἴη πεποιηκώς. [3] Ὡς ὁ τὸν Ἡρακλέα ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν ἐν τῷ Ἅιδῃ κύνα πεμπόμενον διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων οὕτως (οὐδὲν γὰρ κωλύει παραδείγματος χάριν ἐπιμνησθῆναι καὶ τούτων, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης ἐπιχειρήσεως τοῖς ἀμφοτέροις)·

Ὣς εἰπὼν ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα
Φῶθ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπιΐστορα ἔργων,
Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο,
Ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο.
Βῆ ῥ' ἴμεν, ὥςτε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθὼς,
Καρπαλίμως ἀνὰ ἄστυ, φίλοι δ' [4] ἅμα πάντες ἕποντο,
Νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες,
Οἶκτρ' ὀλοφυρόμενοι, ὡςεὶ θάνατόνδε κιόντα.
Ἑρμείας δ' ἀπέπεμπεν, ἰδὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἤιδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

Τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπανούργων συναρπαγείη ὑπὸ τῶν ἐπῶν τούτων καὶ νομίσειεν οὕτως [5] αὐτὰ Ὅμηρον ἐπὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως [6] πεποιη-
pag. 201. κέναι; Ὁ δ' ἔμπειρος τῆς Ὁμηρικῆς ὑποθέσεως [7] ἐπιγνώσεται, εἰδὼς ὅτι τὸ μέν τι αὐτῶν ἐστι περὶ Ὀδυσσέως εἰρημένον, τὸ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἡρακλέως, τὸ δὲ περὶ Πριάμου, τὸ δὲ περὶ Μενελάου καὶ Ἀγαμέμνονος. Ἄρας δὲ αὐτὰ, καὶ ἓν ἕκαστον ἀποδοὺς [8] τῇ ἰδίᾳ, ἐκποδὼν ποιήσει [9] τὴν ὑπόθεσιν. Οὕτω δὲ καὶ [10] ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας

2. ἣν πᾶς ἀψευδῶς cod. Ven.
3. ὡς ὁ non habet cod. Ven.
4. ἅμα codd. Ven. Rhedig. Paris. Vulgo extat ἀνά.
5. αὐτὰ εἰπεῖν Ὅμηρον cod. Ven.
6. πεποιηκέναι — — ὑποθέσεως om. cod. Ven.
7. ἐπεὶ γνώσεται cod. Ven. Vet. Interpres cum habeat cognoscet quidem versus, argumentum autem non cognoscet

tutum est, ut videri contrectarique posset. Ceterum caro vetus illud opus dei est, iam tum ab Adami temporibus ex humo formatum, quam dei Verbum fuisse verissime Ioannes prodidit. Ita prima illorum et antiquissima Ogdoas in nihilum recidit. Quoniam enim uni eidemque convenire monstratum est, ut et Unigenitus, et Vita, et Lumen, et Salvator, et Christus, et Dei filius esset, et is ipse nostra caussa carnem indueret, tota illa Ogdoadis fabula dilapsa concidet. Qua discussa universam ruere pariter dogmatum illorum structuram necesse est, quam illi sibi velut per somnium effingentes sacras literas depravant, dum eas ad argumentum suum accommodare student. Deinde sparsas dictiones ac vocabula passim reperta colligentes ab nativo sensu et proprio in alienum, ut diximus, per vim transferunt. Quemadmodum ii faciunt qui qualibet materia proposita, depromptis ex Homero versibus, sic eam tractant atque expoliunt, ut imperitis persuadeant de recenti illo suo argumento Homerum ista cecinisse, ac plerisque series ipsa carminum ac contextus imponat, quasi haec in eum modum fuerint ab Homero digesta. Sic ille nescio quis, qui Herculem ab Eurystheo ad infernum canem extrahendum missum Homericis versibus ita descripsit (nihil enim exempli gratia prohibet ista commemorari, cum par idemque sit amborum institutum):

Sic ait, et tectis gemebundum extrusit ab altis Od. κ, 76.
Magnanimum Alciden, factorum laude potentem Od. φ, 26.
Perseïdae Eurystheus Stheneli clarissima procles, Il. τ, 123
Infernum ut superas custodem efferret in auras. Il. ϑ, 368
Ergo ille intrepidus montani more leonis Od. ζ, 15.
Urbe ruens tota sociis comitantibus ibat; Il. ω, 327.
Hunc iuvenes miserique senes castaeque puellae Od. λ, 38.
Deducunt longo gemitu, ceu morte propinqua. Il. ω, 328.
Tum se Mercurius comitem cum Pallade iungit, Od. λ, 625.
Quam non fraterni casus curaeque latebant. Il. β, 409.

Quem non simplicem minimeque malum hominem versus isti decipiant, ut eos quemadmodum audit, de hoc argumento ab Homero scriptos assentiatur? At qui Homeri lectione tritus est, facile ista discernet, nec ignorabit horum partim de Ulysse dicta, partim de Hercule, partim ad Priamum, partim ad Menelaum et Agamemnonem pertinere. Quibus inde translatis ac suo loco restitutis totum illud opus dissolvet. Sic omnino, qui veritatis regulam neutram in

legisse videtur plenius ἐπιγνώσεται μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγνώσεται.
8. *Vet. Interpres:* et unumquemque suo libro reddiderit.
9. *Vet. Interpres* praesens argumentum *vertit.*
10. ὁ *om. cod. Ven.*

ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἴληφε, τὰ μὲν ἐκ τῶν γραφῶν ὀνόματα καὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται, τὴν δὲ βλάσφημον ὑπόθεσιν ταύτην οὐκ ἐπιγνώσεται. Καὶ γὰρ εἰ τὰς ψηφῖδας γνωρίσει, ἀλλὰ τὴν ἀλώπεκα ἀντὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος οὐ παραδέξεται· ἓν ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ τάξει καὶ προσαρμόσας τῷ τῆς ἀληθείας [11] σωματίῳ γυμνώσει, καὶ ἀνυπόστατον ἐπιδείξει τὸ πλάσμα αὐτῶν.

Κεφ. λβʹ. [1] Ἐπειδὴ τῇ σκηνῇ ταύτῃ [2] λείπει ἡ ἀπολύτρωσις, ἵνα τις τὸν μῖμον [3] αὐτῶν περαιώσας τὸν ἀνασκευάζοντα λόγον [4] ἐπενέγκῃ, καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον ἐν οἷς οἱ πατέρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ [5] μύθου διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες. Καὶ ἐκ τούτου γὰρ [6] ἀκριβέστατα συνιδεῖν ἔσται, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως, βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παραπεποιημένην ψευδηγορίαν. Ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς θαλάσσας καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν, καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας καὶ [7] τὴν ἔλευσιν καὶ τὴν [8] ἐκ παρθένου γέννησιν καὶ τὸ πάθος καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, [9] ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ θεῷ καὶ σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς τοῦ ἀοράτου
pag. 202. πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται, τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας καὶ ἀγγέλους, τοὺς παραβεβηκότας καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ, τοῖς δὲ δικαίοις καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς [10] δὲ ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος ἀφθαρσίαν δωρήσηται καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

11. σωματίῳ *scripsi cum Grabio. Libri habent* σωματείῳ.

Cap. XXXII. — 1. Ἐπειδὴ δὲ *coniecit Billius*, Ἐπεὶ δὴ *vel* Ἐπεὶ δὲ *Grabius et Massuetus. Vet. Interpres habet:* Quoniam autem scenae huic deest *cett.*

2. λείπῃ *cod. Ven.*

3. *Ita cod. Ven., conspirans cum Vet. Interprete qui habet* ipsorum. *Vulgo enim extat* αὐτὸν.

4. *Ita corrigendum erat secundum Vet. Interpr., et cod. Ven., qui habet* ἐπενέγκει.

partem inflexam, quam in baptismo acceperit, apud se retineat, deprompta sacris e literis vocabula ac dictiones et parabolas agnoscat, contumeliosum hoc vero in deum argumentum repudiet, atque in tesserulas animadvertet, nunquam ut vulpeculam pro imperatoris effigie obtrudi sibi patiatur, verum unumquodque eorum quae dicta sunt ordini suo reddens, ac veritatis velut corpori accommodans, illorum nugas detegat atque inanes esse demonstret.

Postremo quia iam velut in scena peracto fabulae exodio dimittendi tempus est, consultum fore duximus, si ad illorum confutandum errorem aliquid subiiceremus. Sed prius tamen ostendendum illud est, quibus in rebus fabulae illius auctores a se invicem dissideant, quos diversi velut falsitatis spiritus contrarias in partes abripiunt. Hoc enim ex capite vel citra probationem ullam certissime constabit, cum solidam ac stabilem esse veritatem illam, quam ecclesia praedicat, tum adulterinam ac mendacem illorum esse doctrinam. Siquidem ecclesia toto licet orbe ad extremos usque terrarum limites dispersa, cum ab apostolis eorumque discipulis fidem acceperit in unum deum patrem omnipotentem, qui coelum terramque ac maria cum universis quae in illis comprehensa sunt condidit, et in unum Iesum filium dei, qui pro nostra salute carnem induit, atque in spiritum sanctum, qui omnem illam unice dilecti Christi Iesu domini nostri administrationem et adventum ortumque de virgine per prophetas praenuntiavit, nec non et perpessionem ac resurrectionem, et in coelum ascensionem cum corpore, futurumque olim indidem paterna cum maiestate descensum, ut in summam velut universa contrahat, et omnium hominum corpora revocet ad vitam, atque ut Eph. 1, 10.
Christo Iesu domino nostro ac deo et salvatori regique de illius qui videri non potest, voluntate patris, *Omne genu flectatur coelestium,* Phil. 2, 10.
terrestrium et infernorum, et omnis ipsum lingua confiteatur, utique rectum in omnes iudicium exerceat, ac spiritalia nequitiae, hoc est desertores angelos ac rebelles, et impios omnes ac sceleratos et facinorosos, ac contumeliosos in deum homines sempiternis flammis addicat, iustis vero sanctisque, qui mandata sua diligenter observaverint et in eius caritate sive iam inde ab initio, sive post poenitentiam perseveraverint, vitam immortalitatemque largiatur, atque aeternam illis gloriam impertiat.

Cap. XXXII.

Vulgata scriptura est ἐπενεγκεῖν.

5. *Ita cod. Ven. Vulgo* θυμοῦ.

6. ἀκριβέστατα *codd. Ven. et Vatic. Vulgo* ἀκριβῶς.

7. τὴν ἔλευσιν *restitui ex cod. Ven. et Vet. Interprete. Vulgo* τὰς ἐλεύσεις.

8. ἐκ τῆς παρθένου *cod. Vatic.*

9. ἐπὶ δὲ τὸ *cod. Ven.*

10. δὲ καὶ ἐκ *cod. Vatic.*

Κεφ. λγ'. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα, καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει καὶ διδάσκει καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. [1] Καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι· ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή, καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβερίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολὰς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥςπερ ὁ ἥλιος τὸ κτίσμα τοῦ θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, οὕτω καὶ [2] τὸ φῶς, τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῇ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προεστώτων ἕτερα τούτων ἐρεῖ (οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον), οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. Μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησε. Τὸ δὲ πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινὰς οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν ἀλλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημιουργὸν καὶ ποιητὴν καὶ τροφέα τοῦ δὲ τοῦ παντὸς, ὡς μὴ ἀρκουμένους [3] τούτῳ, ἢ ἄλλον Χριστὸν, ἢ ἄλλον Μονογενῆ, ἀλλὰ ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται [4] προςεπεξεργάζεσθαι καὶ συνοικειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει, καὶ ἐν τῷ τήν τε πραγματείαν καὶ οἰκονομίαν
pag. 203. τοῦ θεοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι [5] γινομένην ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων σαφηνίζειν, καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόςκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, καὶ τὰ μὲν οὐράνια, καὶ τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς θεὸς πεποίηκεν ἀπαγγέλλειν, καὶ διὰ τί ἀόρατος ὢν ἐφάνη τοῖς προφήταις ὁ θεὸς, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλως ἄλλοις συνιεῖν, καὶ διὰ τί διαθῆκαι πλείους γεγόνασι τῇ ἀνθρωπότητι μηνύειν, καὶ τίς ἑκάστης τῶν διαθηκῶν ὁ χαρακτὴρ διδάσκειν, καὶ διὰ τί συνέκλεισε πάντα εἰς ἀπείθειαν ὁ θεὸς, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ, ἐξερευνᾶν, καὶ διὰ τί ὁ λόγος τοῦ θεοῦ σὰρξ ἐγένετο καὶ ἔπαθεν εὐχαριστεῖν, καὶ διὰ τί ἐπ ἐσχάτων [6] τῶν καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ τέλει ἐφάνη ἡ ἀρχὴ, ἀπαγγέλλειν, καὶ περὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀναπτύσσειν, καὶ

Cap. XXXIII. — 1. *Ita omnes libri. Cum Grabio rescribendum videtur* Κἂν γάρ.

2. τὸ φῶς τὸ κήρυγμα *restitui ex auctoritate cod. Veneti et Vet. Interpretis, qui habet* sic et lumen, praedicatio veritatis *cett.*

3. τούτῳ *restitui ex cod. Veneto. Vulgo extat* τούτους.

4. προςεπεξεργάζεσθαι καὶ συνοικειοῦν *cod. Ven.* προςεπεργάζεσθαι καὶ οἰκειοῦν *reliqui libri.*

5. γενομένην, *uti correxit Billius secundum Vet. Interpr., habet cod. Paris.*

Cum igitur ecclesia doctrinam eiusmodi fidemque, uti diximus, acceperit, eam vel orbe toto diffusa studiose conservat, quasi in una quadam domo habitans, ac similiter omnibus illis assentitur, tanquam anima una eodemque corde praedita, eademque concordissime sic, quasi unum os habeat, docet ac praedicat. Etenim tametsi hominum linguae sint dissimiles, eadem tamen traditae doctrinae vis est ubique; neque aut constitutae in Germania ecclesiae credunt aliter ac suos perdocent, aut quae in Hispaniis ac Galliis aut ad Orientem, aut in Aegypto vel Libya medio ve orbe stabilitae. Sed quemadmodum sol nobilissimum dei opus unus in toto mundo atque idem est semper, sic veritatis praedicatio ubique terrarum illucescit, ac mortales omnes illustrat, qui quidem illius ad notitiam pervenire voluerint. Adeo ut neque is qui inter ecclesiarum antistites dicendi facultate pollet, ab illis diversa profiteatur (nemo enim est praeceptore suo superior), neque qui infans est et indisertus, de tradita sibi disciplina quicquam diminuat. Quoniam enim una est eademque fides, neque qui de ea copiose potest dicere plus aliquid obtinet, neque minus, qui pauca duntaxat eloqui potest. Quod autem plus minusve nonnulli intelligentia ac scientia consequantur, nihil hoc ad immutandam doctrinam pertinet; neque idcirco deum alium praeter conditorem excogitant atque huius universitatis artificem et altorem, quasi minime sint altero illo contenti, neque alium Christum, neque porro Unigenitum alium. Sed in id duntaxat illorum elaborat industria, ut quae aenigmatum quibusdam involucris obtecta sunt expoliant atque explicent, et ad communis fidei institutum accommodent, sive ut divinum illud in hominum salute procuranda negotium administrationemque omnem exponant, idque ipsum declarent, quomodo illam rebellium spirituum defectionem hominumque contumaciam deus patientissime tulerit, quid caussae sit cur unus idemque deus alia temporaria, alia sempiterna fecerit, itemque coelestia quaedam, alia terrena, cur qui oculis aspici nequit, prophetis non una specie visendum se praebuerit, sed aliis alio modo quae vellet significaverit, cur testamenta plura sint hominibus condita, quaeve utriusque notae ac propria veluti lineamenta sint: ut illud etiam inquirant, cur omnia deus perduellione concluserit, ut omnium misereri posset, atque ob id insuper gratias agant, quod Verbum dei caro factum ac supplicio est affectum, illud etiam edisserant, cur in extrema tempora Filii dei adventus inciderit, hoc est cur omnium sese principium in fine prodiderit: ad haec de mundi exitu futurisque rebus quaecumque sacris reperiuntur in libris, excutiant, nec illud taceant, cur despe- Cap. XXXIII.

6. τῶν *om. cod. Ven.*

[7] ἔτι ὅτι τὰ ἀπεγνωσμένα ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ θεὸς μὴ σιωπᾶν, καὶ πῶς τὸ θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν, διαγγέλλειν, πῶς τε ἐρεῖ, Ὁ οὐ λαὸς λαὸς, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη ἠγαπημένη, καὶ πῶς πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, κηρύσσειν. Ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ ἀπόστολος· Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν μητέρα τούτων καὶ [8] αὐτοῦ Ἐνθύμησιν Αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας οὐδὲ τὸ ὑπὲρ ταύτην πάλιν Πλήρωμα [9] τότε μὲν ἕνα, νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον Αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι, τῆς οὔσης ἐκκλησίας [10] πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον, καθὼς προέφαμεν.

Κεφ. λδ'. Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην δύο που καὶ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς [1] πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἀπὸ
pag. 204. τῆς λεγομένης Γνωστικῆς αἱρέσεως τὰς ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος οὕτως [2] ἐξαφόρισεν, ὁρισάμενος εἶναι Δυάδα ἀνονόμαστον, ἧς τὸ μέν τι καλεῖσθαι Ἄρρητον, τὸ δὲ Σιγήν. Ἔπειτα ἐκ ταύτης Δυάδος δευτέραν Δυάδα προβεβλῆσθαι, ἧς τὸ μέν τι Πατέρα ὀνομάζει, τὸ δὲ Ἀλήθειαν. Ἐκ δὲ τῆς Τετράδος ταύτης καρποφορεῖσθαι Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν· εἶναί τε ταύτην Ὀγδοάδα πρώτην. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς δέκα δυνάμεις λέγει προβεβλῆσθαι, καθὼς προειρήκαμεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας δώδεκα, ὧν μίαν ἀποστᾶσαν καὶ ὑστερήσασαν τὴν λοιπὴν πραγματείαν πεποιῆσθαι. Ὅρους τε δύο ὑπέθετο, ἕνα μὲν μεταξὺ τοῦ Βυθοῦ καὶ τοῦ λοιποῦ Πληρώματος, διορίζοντα τοὺς γενητοὺς Αἰῶνας ἀπὸ τοῦ ἀγενήτου Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὸν ἀφορίζοντα [3] αὐτῶν τὴν Μητέρα ἀπὸ τοῦ Πληρώματος. Καὶ τὸν Χριστὸν δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Πληρώματι Αἰώνων προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς Μητρὸς ἔξω γενομένης κατὰ τὴν γνώμην τῶν κρειττόνων ἀποκεκυῆσθαι μετὰ σκιᾶς τινος. Καὶ τοῦτον μὲν, ἅτε ἄρρενα ὑπάρχοντα, ἀποκόψαντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν, ἀναδραμεῖν εἰς τὸ Πλήρωμα, τὴν δὲ Μητέρα ὑπολειφθεῖσαν μετὰ τῆς σκιᾶς, κεκενωμένην τε τῆς πνευματικῆς ὑποστάσεως, ἕτερον υἱὸν [4] προενέγκασθαι, καὶ τοῦτον εἶναι

7. ἔτι ὅτι *reposui ex cod. Veneto, cum vulgati libri teneant* τί ὅτι.

8. αὐτὸν *cod. Ven. Cf. Grabium ad Vet. Interpretem, qui habet* Sed non in eo, ut supra creatorem et fabricatorem matrem eius et illorum, Enthymesin Aeonis errantis adinvenires.

9. τότε μὲν ἕνα *cod. Ven.* τὸ μὲν ἕνα *reliqui libri.* τότε μὲν λ̄ (*vel* τριάκοντα) *emendari voluerunt Fronto Ducaeus, Billius, Grabius.*

10. πάσης *desideratur in cod. Ven.*

Cap. XXXIV. — 1. ὀνόμασιν καὶ τοῖς πράγμασιν *cod. Ven. Eundem verborum ordinem tenet Vet. Interpres.*

2. ἐξαφόρισεν *restitui meo periculo secutus corruptam magis cod. Venet. scripturam, in quo legitur* ἐξηφόρησεν, *quam vulgatam* ἐξηροφόρησεν. *Vet. Interpres habet* Qui enim est primus ab ea quae dicitur Gnostica haeresis, antiquas in suum characterem doctrinas transferens Valentinus sic definivit: dualitatem *cett.*

3. αὐτῶν *cod. Ven. faciens cum Vet. Interprete. Vulgo extat* αὐτῷ.

4. προςενέγκασθαι *cod. Ven.*

ratae prius gentes in idem cum sanctis ius hereditatis ac veluti corpus et societatem a deo fuerint ascitae: qui fieri possit ut mortalis ista caruncula immortalitatem, et corruptibile hoc incorruptionem in- 1. Corinth. 15, 54.
duat, aut quemadmodum dicturus sit, *Non populus populus erit, et* Ose. 2, 23.
non dilecta dilecta, quomodo *Plures desertae, quam virum habentis* Rom. 9, 25. Esai. 54, 1.
sint filii. Nam de his ac similibus exclamat apostolus: *O altitudo* Galat. 4, 27.
divitiarum ac sapientiae, et scientiae dei! quam incomprehensibilia sunt Rom. 11, 33.
iudicia eius, et investigabiles viae eius! Non id autem agunt, ut supra Creatorem ac Conditorem horum Matrem ac vagi Aeonis Cogitationem male comminiscantur, ac tam insignem deo contumeliam faciant, neque ut Pleroma nescio quod illa superius modo XXX duntaxat Aeonibus definiant, modo infinitam illorum nationem constituant, ut egregii illi magistri ac divina plane scientia destituti faciant, cum una eademque sit, ut diximus, toto orbe germanae ecclesiae fides.

Age vero videamus modo quanta sit duorum vel trium istorum Cap. XXXIV.
inconstantia, atque de iisdem non eadem pronuncient, sed et rebus ipsis et vocabulis a se invicem dissentiant. Etenim qui a Gnosticorum haeresi deprompta quaedam initia primus peculiaris ad sectae formam transtulit, Valentinus ita definiit: Binarium quendam sine nomine constituit, ex Arrheto et Sige constantem. Ab hoc secundum propagatum esse Binarium, quo Pater ac Veritas continetur. Tum ex Quaternario Verbum et Vitam, Hominem, Ecclesiamque prodiisse; hanc esse primam Ogdoadem. Inde ex Verbo ac Vita decem profluxisse Virtutes, quas antea retulimus: ab Homine et Ecclesia duodecim; a quibus una deficiens ordinemque deserens reliquum omne opus absolvit. Adiecit et Horos duos, alterum qui Bythum inter ac Pleroma reliquum intercedit et genitos Aeonas ab Ingenito Patre dirimit, alterum qui Matrem illorum a Pleromate secernit. Christum porro non a Pleromatis Aeonibus editum, sed ab extorri Matre ex meliorum recordatione cum quadam umbra procreatum. Eundemque, cum esset masculus, abiecta a semet umbra ad Pleroma recurrisse, Matrem vero cum umbra relictam ac spiritali substantia exhaustam alium procreasse filium, videlicet Conditorem, cui in

τὸν Δημιουργὸν, ὃν καὶ Παντοκράτορα λέγει τῶν [5] ὑποκειμένων· [6] συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ καὶ [7] ἀρίστερον ἄρχοντα ἐδογμάτισεν, ὁμοίως τοῖς ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν [8] ψευδωνύμως Γνωστικοῖς. Καὶ τὸν Ἰησοῦν ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ συσταλέντος ἀπὸ τῆς Μητρὸς αὐτῶν, συναναχυθέντος τοῖς ὅλοις, προβεβλῆσθαί [9] φησι, τουτέστι τοῦ Θελητοῦ, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναδραμόντος εἰς τὸ Πλήρωμα, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας φησὶ προβεβλῆσθαι εἰς ἀνάκρισιν καὶ καρποφορίαν τῶν Αἰώνων, ἀοράτως εἰς αὐτοὺς εἰσιόν· δι' οὗ τοὺς Αἰῶνας καρποφορεῖν τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας.

[10] ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΤΑ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΩΝ.

Κεφ. λε'. Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ προειρημένος ἀνὴρ πρεσβύτης
pag. 205. Εἰρηναῖος, ὁ κατὰ πάντα ἐκ πνεύματος ἁγίου κεκοσμημένος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὑπὸ τοῦ κυρίου προβεβλημένος, καὶ ἐπαλειφθεὶς τοῖς ἐπουρανίοις χαρίσμασι τοῖς κατὰ τὴν ἀληθινὴν πίστιν καὶ γνῶσιν, καταπαλαίσας τε καὶ καταγωνισάμενος τὴν πᾶσαν αὐτῶν ληρώδη ὑπόθεσιν διεξῆλθε κατὰ λόγον τὰ ὑπ' αὐτῶν κενοφωνούμενα. Ἀκρότατα δὲ αὐτοὺς ἐν τῷ ἑξῆς δευτέρῳ αὐτοῦ λόγῳ καὶ τοῖς ἄλλοις διήλεγξε, περιττοτέρως βουλόμενός πως τὸν χαμαὶ ῥιφέντα καὶ εἰς ἧτταν τραπέντα σῦραι, καὶ ἐνώπιον πάντων θριαμβεῦσαί τε καὶ φωράσαι τὴν ἐν αὐτῷ τῷ ῥιφέντι ἀναίσχυντόν τε καὶ ἀσθενῆ προὔκλησιν ματαιοφροσύνης. Ἡμεῖς δὲ ἀρκεσθέντες τοῖς τε παρ' ἡμῶν λεχθεῖσιν ὀλίγοις, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας συγγραφέων τούτων λεχθεῖσί τε καὶ συνταχθεῖσι, καὶ ὁρῶντες ὅτι ἄλλοι πεπονήκασι, φημὶ δὲ Κλήμης, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ἄλλοι πλείους, οἳ καὶ θαυμαστῶς τὴν κατ' αὐτῶν πεποίηνται ἀνατροπὴν, οὐ πάνυ τι τῷ καμάτῳ προσθεῖναι, ὡς προεῖπον, ἠθελήσαμεν, ἱκανωθέντες τοῖς προειρημένοις ἀνδράσι, καὶ αὐτὸ τοῦτο διανοηθέντες, ὅτι παντὶ συνετῷ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτῶν λόγων ἡ ἀνατροπὴ αὐτῶν κατ' αὐτῶν φανήσεται.

Κεφ. λς'. Πρῶτον μὲν, ὅτι διάφορα παρ' αὐτοῖς τὰ φρονήματα, καὶ ἕτερος τὰ [1] τοῦ ἑτέρου καταλύειν ἐπαγγέλλεται· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀσύστατα τὰ παρ' αὐτοῖς μυθοποιήματα, οὔτε που γραφῆς εἰπούσης, οὔτε τοῦ Μωϋσέως νόμου, οὔτε τινὸς προφήτου τῶν μετὰ Μωϋσέα, ἀλλ' οὔτε τοῦ σωτῆρος, οὔτε τῶν αὐτοῦ εὐαγγελιστῶν, ἀλλ' οὔτε μὴν τῶν ἀποστόλων.

5. ὑποκειμένων αὐτῷ *voluerunt restitui ad Vet. Interpr. Non opus est.*
6. προβεβλῆσθαι *cod. Ven.*
7. *Ita cod. Ven. et Vet. Interpres. Vulgo* ἄριστον.
8. ψευδωνύμοις *cod. Ven.*
9. *Ita codd. (Ven. ?) Rhedig. Paris. et ed. princ. Etiam Vet. Interpres vertit* dicit. *Petavius edidit* φασι.

omnia, quae quidem ipsi subiecta sunt, dominatum ac potestatem tribuunt. Cum hoc et alium productum esse sinistrum Principem arbitratus est; perinde ut Gnostici illi, falso ita dicti, de quibus postea dicemus. Iesum porro nonnunquam a Theleto illo genitum affirmat, qui ab ipsorum Matre contractus unaque cum universitate profusus est, interdum ab eo, qui se ad Pleroma receperit, scilicet Christo. Alias a Christo et Ecclesia. Spiritum denique sanctum ab Ecclesia originem traxisse putat, et ad examinandos ac fecunditate donandos Aeonas editum, cum in illos ita subiisset, ut aspici nullo modo posset; cuius adeo ipsi beneficio veritatis stirpes emittunt.

HACTENUS IRENAEUS CONTRA VALENTINIANOS.

Haec atque his similia optimus ille senex Irenaeus totidem verbis de vanissimis illorum opinionibus disseruit, vir omnino spiritus sancti donis instructissimus, ac tanquam fortis athleta productus a domino, et coelestibus ornamentis, ut ita dixerim, ad certamen perunctus, qui sincerae fidei ac scientiae praesidiis omnia illorum prostravit evertitque mendacia. Quod in secundo libro ac sequentibus aliis potissimum perfecit, ubi illos uberiore stylo confutavit, cum velut humi abiectum ac superatum adversarium trahere, ac quodammodo triumphare visus est velle, et profligati nugatoris impudentem magis quam fortem ad provocandum audaciam palam omnibus detegere. Nos autem partim iis, quae a nobis breviter sunt disputata, partim quae ab aliis sinceris id genus scriptoribus elucubrata sunt, contenti, cum nonnullos quoque videamus de hoc argumento scripsisse, praesertimque Clementem, Irenaeum et Hippolytum, aliosque complures, qui admirabili quadam facultate illorum dogmata refutarunt, non multum in eo, ut dictum est, elaborare studuimus, satis superque illorum opera factum arbitrati, idque ipsum apud nos existimantes, neminem esse paululum intelligentem cui vel ex ipsis illorum libris ac dogmatibus non ea facile occurrant quae ad illos refellendos idonea sint. Cap. XXXV.

Imprimis quod opinionum a se invicem varietate dissentiant, alterque alterius decreta convellere sese profiteatur: deinde quod tales sint illorum fabulae, ut cohaerere nullo modo possint, cum neque in sacris literis, nec in Mosis lege, neque apud Mose recentiores prophetas illarum extet ulla mentio, neque a salvatore quicquam, vel eius evangelistis, aut denique apostolis de iisce sit proditum. Cap. XXXVI.

10. Πεπλήρωται τὰ τοῦ Εἰρηναίου. Καὶ *cett. cod. Ven.*

CAP. XXXVI. — 1. τοῦ *Petavius adiecit ex cod. Vatic.*

Εἰ γὰρ ταῦτα ἀληθινὰ ὑπῆρχεν, ὁ ἐλθὼν φωτίσαι τὴν οἰκουμένην κύριος, καὶ πρὸ αὐτοῦ οἱ προφῆται, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἀπόστολοι, οἱ ἐλέγξαντες τὴν εἰδωλολατρείαν, πᾶσαν τε παράνομον πρᾶξιν, καὶ μὴ δειλιάσαντες γράφειν κατὰ πάσης παρανόμου διδασκαλίας καὶ ἐναντιότητος, σαφῶς ἂν τὰ τοιαῦτα ἡμῖν κατήγγελλον. Καὶ μάλιστα αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος λέγοντος ὅτι, Τοῖς μὲν ἔξω ἐν παραβολαῖς, ὑμῖν δὲ τὰς παραβολὰς εἰς ἐπίλυσιν βασιλείας οὐρανῶν ῥητέον. Ὅσας γοῦν ἐν εὐαγγε-
pag. 206. λίοις παραβολὰς εἴρηκεν, εὐθὺς ἐπιλύσας φαίνεται. Ἀμέλει φησὶ καὶ τίς ὁ κόκκος τοῦ [2] σινάπεως, καὶ τίς ἡ ζύμη, καὶ τίς βαλοῦσα τὴν ζύμην εἰς τὰ τρία σάτα, τίς ὁ ἀμπελὼν, τίς ἡ συκῆ, τίς ὁ σπορεὺς, τίς ἡ καλλίστη γῆ· καὶ μάτην οὗτοι ἐνθουσιῶνται ὑπὸ δαιμόνων ἐλαυνόμενοι. Περὶ ὧν φησιν ὁ ἁγιώτατος ἀπόστολος Παῦλος, Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς διδασκαλίας, προσέχοντες μύθοις καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων. Καὶ πάλιν ὁ ἅγιος Ἰάκωβος λέγων περὶ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ὅτι, Οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἡ αὐτὴ σοφία κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης· ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνικὴ, εὐπειθὴς, ἀδιάκριτος, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἧς οὐδὲ εἷς καρπὸς ἐν τοῖς προειρημένοις εὑρίσκεται. Παρ' αὐτοῖς γὰρ ἀκαταστασία, καὶ πᾶν παράνομον πρᾶγμα, δαιμόνων τε κνήματα καὶ συρίγματα δρακόντων, ἄλλοτε ἄλλως καὶ ἄλλο ἑκάστου αὐτῶν λαλοῦντος· παρ' οἷς οὐκ ἔλεος, οὐκ οἶκτος εὑρίσκεται, ἀλλὰ διακρίσεις καὶ διαφοραὶ, καὶ οὐδαμοῦ ἁγνεῖαι, οὐδαμοῦ εἰρήνη, οὐδαμοῦ [3] ἐπιείκεια.

habeat, ne de homine quidem, nedum de deo quicquam audeat eiusmodi statuere. Mihi vero etiam Homerus prudentior illo fuisse videtur, dum sollicitum Iovem, curisque confectum et iratum, insomnem noctem egisse descripsit, de Graecorum pernicie cogitantem, cum esset rogatus a Thetide, ut ad ulciscendam Achillis iniuriam tam a Graecorum principibus quam Graecis ipsis poenas repeteret. Nihil enim Ptolemaeus de illo suo omnium parente, quem Bythum nominat, aptius excogitavit quam est ab Homero de Iove confictum. Sed Iovis ipsius, qualem ab Homero didicerat, notionem informasse videtur. Imo vero tantam ad expromendam audaciam Homericum illud de Iove Graecisque commentum tolerabilius usurparet, quam ita de communi omnium domino disputaret. Qui simul atque animo concepit aliquid, statim quicquid voluerit efficit, statimque ac voluit, animo concipit quod voluit, ac tum cogitans cum vult, volensque cum cogitat. Nimirum totus ipse cogitatio est, totus voluntas, totus mens, totus lumen, totus oculus, totus auditus, totus bonorum omnium fons, prorsusque ab omni perturbatione remotus, non sollicitus, non anxius, velut Bythus ille, vel Iuppiter, de quo quae ab Homero scripta sunt, Ptolemaeus ad Bythum transtulit. Atque ut improbissimus hic planus magis magisque refellatur, iuvat hoc loco ea subiicere quae ad Floram quandam mulierculam scripsit, plena illa quidem illecebrae ad persuadendum ac pestifera, ne quis forsitan putet me ex auditu solo contra nebulonem hunc egisse, nullumque depravatae eius doctrinae vestigium antea pervidisse. Et quidem praeter ea quae diximus Mosaicam etiam legem maledictis incessit. Est autem eiusmodi haec epistola:

PTOLEMAEI AD FLORAM EPISTOLA.

Legem illam quae a Mose tradita est, Flora soror amantissima, neque perspectam haberi quamplurimos, neque eius velut fundamenta, vel praescripta cognoscere, facile te intellecturam existimo, si quam variae de illa sint opiniones didiceris. Sunt enim qui illam a deo putant ac patre fuisse constitutam. Alii contrariam viam ingressi ab eius aemulo nefario daemone latam affirmant, a quo et mundum fa- Cap. III.

Cap. III. — 1. μὴ *delet Cornarius vertens:* quod legem per Moysen datam multi praeoccuparint *cett.*
2. αὐτοῦ *coniecerunt Cornarius, Petavius, Grabius, Massuetus. Cf. Grabe Spicileg. II, pag. 69 sqq.*
3. *Ita Grabius aliique pro vulgato* αὐτῶν.
4. μαθούσῃ *cod. Venet. Vulgo* μαθούσης.
5. τοῦτον *vel* τούτῳ *reponendum esse suspicor.*

προςάπτουσιν αὐτῷ δημιουργίαν, πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦτον λέγοντες εἶναι. Τοῦτο δὲ τοῦ παντὸς διέπταισαν οὗτοι διαδόντες ἀλλήλοις, καὶ ἑκάτεροι αὐτῶν [6] διαμαρτόντες παρά σφισιν αὐτοῖς τῆς τοῦ προκειμένου ἀληθείας. Οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ τελείου θεοῦ καὶ πατρὸς φαίνεται τοῦτον τεθεῖσθαι ([7] ἑπόμενος γάρ ἐστιν), ἀτελῆ τε ὄντα, καὶ [8] τοῦ σφετέρου πληρωθῆναι ἐνδεῆ, ἔχοντά τε προςτάξεις ἀνοικείας τῇ τοῦ τοι-
pag. 217. ούτου θεοῦ φύσει τε καὶ γνώμῃ, οὔτ' αὖ πάλιν τῇ τοῦ ἀντικειμένου ἀδικίᾳ νόμον [9] προςάπτειν, [10] ἀδικεῖν αἱροῦντος· [11] τῶνδε ἐξ ἴσου μὴ συνορώντων τὰ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένα. Οἰκία γὰρ ἢ πόλις μερισθεῖσα ἐφ' ἑαυτὴν ὅτι μὴ δύναται στῆναι, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἀπεφήνατο. Ἔτι γε τὴν τοῦ κόσμου δημιουργίαν ἰδίαν λέγει εἶναι ([12] ἅτε πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι, καὶ χωρὶς αὐτοῦ [13] γέγονεν οὐδὲν) ὁ ἀπόστολος, [14] προαποστερήσας τὴν τῶν ψευδηγορούντων ἀνυπόστατον σοφίαν, καὶ οὐ φθοροποιοῦ θεοῦ, ἀλλὰ δικαίου καὶ μισοπονήρου. Ἀπρονοήτων δέ ἐστιν ἀνθρώπων, τῆς προνοίας τοῦ Δημιουργοῦ μὴ αἰτίαν λαμβανομένων, καὶ μὴ μόνον τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ σώματος πεπηρωμένων. Οὗτοι μὲν οὖν ὡς διημαρτήκασι τῆς ἀληθείας δῆλόν σοί ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων. Πεπόνθασι δὲ [15] τοῦτο ἰδίως ἑκάτερος αὐτῶν, οἱ μὲν διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης θεὸν, οἱ δὲ διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὸν τῶν ὅλων πατέρα, ὃν μόνος ἐλθὼν ὁ μόνος εἰδὼς ἐφανέρωσε. Περιλείπεται δὲ ἡμῖν ἀξιωθεῖσι [16] τὰ τῶν ἀμφοτέρων τούτων ἐκφῆναί σοι καὶ ἀκριβῶσαι αὐτόν τε τὸν νόμον, ποταπός τις εἴη, καὶ τὸν ὑφ' οὗ τέθειται, τὸν νομοθέτην, ῥηθησομένων ἡμῖν τὰς ἀποδείξεις ἐκ τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λόγων παριστῶντες, δι' ὧν μόνον ἔστιν ἀπταίστως ἐπὶ τὴν κατάληψιν τῶν ὄντων ὁδηγεῖσθαι.

Κεφ. δ'. Πρῶτον οὖν μαθητέον, ὅτι ὁ σύμπας ἐκεῖνος νόμος ὁ περιεχόμενος τῇ Μωσέως Πεντατεύχῳ, οὐ πρὸς ἑνός τινος νενομοθέτηται, λέγω δὴ οὐχ ὑπὸ μόνου θεοῦ, ἀλλ' εἰσί τινες [1] αὐτοῦ προςτάξεις καὶ ὑπ' ἀνθρώπων τεθεῖσαι, καὶ τριχῆ τοῦτον διαιρεῖσθαι οἱ τοῦ σωτῆρος λόγοι διδάσκουσιν ἡμᾶς. Εἴς τε γὰρ αὐτὸν τὸν θεὸν καὶ τὴν τούτου νο-

6. *Fortasse corrigendum est* διήμαρτον οὕτως παρά *cett.*

7. *Haec librorum vett. scriptura, et ea genuina est. Verte:* congruens enim suo operi deus est, *h. e. congruere suo operi debet. Grabius vertit:* est enim alius qui ordine sequitur deus. *Petavius volebat* ἑπόμενον, *alii putabant* ἑπόμενος γάρ οὐκ ἔστιν.

8. ὑφ' ἑτέρου *coniecit Petavius, probavit Grabius. At vera est scriptura librorum veterum. Verto:* et sui absolutionem desiderans. *Quod enim a perfecto et absoluto deo profectum dicitur, si non respondet origini, de suo, h. e. de divino compleri necesse habet, ut divinum queat absolutumque censeri.*

9. *Petavius supplet* χρή. *Melius videtur rescribi posse* προςαπτέον, *quod Stieren. in textum recepit.*

10. τὸ ἀδικεῖν ἀναιροῦντος *coniecit Aug. Neander in libro* Genet. Entwurf d.

bricatum asserunt, et eundem conditorem ac patrem esse dictitant. Verum illi, qui eiusmodi dogmata sibi invicem communicarunt, vehementer hallucinati sunt, et ab eo quem sibi proposuerant, scopo veritatis aberrarunt. Nam nec a perfecto deo ac patre stabilita videtur, utpote minus perfecta, et ad sui absolutionem plura desiderans ac mandata quaedam continens, quae dei natura ac decreto sunt aliena. Neque vero adversarii improbitati tribuenda lex est, cuius proprium sit inique facere; quique ita statuunt, quae a salvatore dicta sunt nequaquam animadvertunt. Ita enim ille pronuntiavit, *Stare* Matth. 12, 25.
domum vel civitatem non posse, quae in seipsam divisa sit. Praeterea mundum a se fabricatum asserit, *omniaque per ipsum facta, et* Ioann. 1, 3.
sine ipso nihil esse factum. Quibus verbis apostolus mendacissimorum hominum minime solidam sapientiam refellit, nec pestifero alicui deo, sed iusto, et improbitatis omnis inimico illarum rerum auctoritatem concedit. Sed temerariorum hominum illa iudicia sunt, neque conditoris providentiae caussas intelligentium, quique non animi solum, sed etiam corporis oculis videantur esse capti. Quantopere igitur illi a veritate dissideant ex iis quae dicta sunt abunde potes cognoscere. Sed utrosque proprium quiddam ac peculiare ad ita sentiendum induxit. Alios quidem, quod auctorem iustitiae deum ignorarent, alios quod universorum parentem peraeque nescirent, quem ille solus adveniens qui solus norat aperuit. Nobis vero quibus utrumque dei beneficio cognitum est, reliquum illud est, ut de lege certi aliquid exploratique doceamus, cuiusmodi videlicet illa sit, et a quonam legislatore sancita: ita tamen ut quicquid a nobis allatum fuerit, id non aliunde quam ex ipsis salvatoris verbis probetur. His enim solis velut itineris ducibus adhibitis ad rerum cognitionem sine errore perducimur.

Inprimis igitur sciendum est universam illam legem, quae quin- Cap. IV.
que Mosis voluminibus continetur, non ab uno esse legislatore profectam, solo videlicet deo, sed admista quaedam hominum esse mandata, ut, quemadmodum salvator ipse docuit, trifariam lex sit omnis distributa. Quaedam enim ad ipsum deum eiusque sanctiones perti-

Gnost. Systeme *pag.* 162. *Pro* αἱροῦντος *in editis extat* αἰροῦντος.

11. *Ita rescripsi mei ingenii periculo pro eo quod libri habent* τῶν τε ἑξῆς τί.

12. *Intellege* ἅτε λέγων. *Petavius corrigit* τά τε.

13. γεγονέναι *emendari vult Grabius.*

14. removens *vertit Cornarius.*

15. *Ita correxit Petav. ex cod. Vatic.* οὗτοι *edit. princ.*

16. τὰ τῶν *mea est coniectura. Libri habent* τε τῆς. *Petavius* γνώσεως *putat deesse. Cornarius vertit:* Superest itaque nobis quorum amborum errorem cognitum habemus, exponere tibi ac declarare cett.

Cap. IV. — 1. αὐτοῦ *reposui pro* αὐτῶν *quod vulgo extat. Posset etiam* αὐτῷ *vel* ἐν αὐτῷ.

μοθεσίαν [2] διαιρεῖται· διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸν Μωσέα, οὐ [3] καθὰ αὐτὸς δι' αὐτοῦ νομοθετεῖ ὁ θεὸς, ἀλλὰ καθὰ ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐννοίας ὁρμώμενος καὶ ὁ Μωσῆς ἐνομοθέτησέ τινα· καὶ εἰς τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ διαιρεῖται, [4] οἳ πρῶτοι εὑρίσκονται ἐντολάς τινας ἐνθέντες ἰδίας. Πῶς οὖν τοῦτο οὕτως ἔχον ἐκ τῶν τοῦ σωτῆρος δείκνυται λόγων μάθοις δ' ἂν ἤδη. Διαλεγόμενός που ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς περὶ τοῦ ἀποστασίου συζητοῦντας αὐτῷ, ὃ δὴ ἀποστάσιον ἐξεῖναι [5] ἐνενομοθέτητο, ἔφη αὐτοῖς ὅτι, Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψε τὸ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· ἀπ' ἀρχῆς γὰρ οὐ γέγονεν
pag. 218. οὕτως. Θεὸς γὰρ, φησὶ, συνέζευξε ταύτην τὴν συζυγίαν, καὶ ὃ συνέζευξεν ὁ κύριος, ἄνθρωπος [6] μὴ χωριζέτω, ἔφη. Ἐνταῦθα ἕτερον μὲν τοῦ θεοῦ [7] δείκνυσι νόμον, τὸν κωλύοντα χωρίζεσθαι γυναῖκα [8] ἀπὸ ἀνδρὸς αὐτῆς, ἕτερον δὲ τὸν τοῦ Μωϋσέως, τὸν διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ἐπιτρέποντα χωρίζεσθαι τοῦτο τὸ ζεῦγος. Καὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἐναντία τῷ θεῷ νομοθετεῖ ὁ Μωσῆς. Ἐναντίον γάρ ἐστι τῷ μὴ διαζευγνύναι. Ἐὰν μέντοι καὶ τὴν τοῦ Μωϋσέως γνώμην, καθ' ἣν τοῦτο ἐνομοθέτησεν, ἐξετάσωμεν, εὑρεθήσεται τοῦτο οὐ κατὰ προαίρεσιν [9] ποιήσας τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κατὰ ἀνάγκην διὰ τὴν τῶν νενομοθετημένων ἀσθένειαν. Ἐπεὶ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην φυλάττειν οὐκ ἠδύναντο οὗτοι, ἐν τῷ μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἐκβάλλειν τὰς γυναῖκας αὐτῶν, [10] αἷς τινες αὐτῶν ἀηδῶς συνῴκουν, καὶ ἐκινδύνευον ἐκ τούτου ἐκτρέπεσθαι πλέον εἰς ἀδικίαν, καὶ ἐκ ταύτης εἰς ἀπώλειαν, τὸ ἀηδὲς τοῦτο βουλόμενος ἐκκόψαι αὐτῶν ὁ [11] Μωϋσῆς, δι' οὗ καὶ ἀπόλλυσθαι ἐκινδύνευον, δεύτερόν τινα ὡς κατὰ περίστασιν ἧττον κακὸν ἀντὶ μείζονος ἀντικαταλλασσόμενος, τὸν τοῦ ἀποστασίου νόμον ἀφ' ἑαυτοῦ ἐνομοθέτησεν αὐτοῖς, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνον μὴ δύνωνται [12] φυλάττειν, κἂν τοῦτόν γε φυλάξωσι, καὶ μὴ εἰς ἀδικίας καὶ κακίας ἐκτραπῶσι, δι' ὧν ἀπώλεια αὐτοῖς ἔμελλε τελειοτάτη ἐπακολουθήσειν. Αὕτη μὲν ἡ τούτου γνώμη, καθ' ἣν ἀντινομοθετῶν εὑρίσκεται τῷ θεῷ. Πλὴν ὅτι γε Μωσέως αὐτοῦ δείκνυται ἐνταῦθα ἕτερος ὢν παρὰ τὸν τοῦ θεοῦ νόμον, ἀναμφισβήτητόν ἐστι, κἂν δι' ἑνὸς τὰ νῦν ὦμεν δεδειχότες. Ὅτι δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰσί τινες συμπεπλεγμέναι παραδόσεις ἐν τῷ νόμῳ, δηλοῖ καὶ τοῦτο ὁ σωτήρ. Ὁ γὰρ θεὸς, φησὶν, εἶπε, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται. Ὑμεῖς δὲ, φησὶν, [13] εἰρήκατε, τοῖς πρεσβυτέροις λέγων, δῶρον τῷ θεῷ ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς ἐξ ἐμοῦ, καὶ ἠκυρώσατε τὸν νόμον τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν [14] παράδο-

2. *Hoc prius* διαιρεῖται, *quod exciderat, restitui ex altero.*

3. κατὰ αὐτὸς *rescripsi cum Petavio.* κατὰ δι' αὐτοῦ *cod. Venet. Vulgo extat* κατ' αὐτὸ (*cod. Rhedig.* αὐτὸ). *Cornarius:* non quemadmodum per ipsum legem dat deus.

4. οἳ *scripsi pro vulgato* καὶ. *Cornarium secutus, qui vertit:* qui primi comperiuntur *cett. Pro* πρῶτοι *cod. Reg. habet* πρῶτον.

5. *Ita Petav. de cod. Vatic. Cornarius ediderat* νενομοθέτητο.

6. ἔφη, μὴ χωριζέτω *cod. Venet.*

nent, alia Mosi tribuenda sunt, non quidem quatenus aliquid a deo illius interventu decretum est, sed quatenus per sese ac suapte sponte nonnulla constituit; aliorum denique seniores qui in populo erant auctores extiterunt; ac primi illi privata quaedam praecepta inserere sunt ausi. Quod quemadmodum sese habeat ex ipsis salvatoris verbis intelliges. Hic enim quodam in loco ad eos verba faciens qui de repudii libello secum disputabant, quod permissione legis licebat, sic illos allocutus est: *Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis di-* Matth.19, 8.
mittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Deus enim, inquit, *coniugium hoc copulavit, et quod deus coniunxit homo non separet.* Ubi aliam esse dei legem ostendit, quae uxorem a viro seiungi prohibeat, aliam Mosis, qui ob duritiem cordis par illud dissociari permittat. In quo Moses quiddam deo contrarium tulit, ei scilicet cautioni qua dissolvi matrimonia vetuerat. Sed si legislatoris ipsius mentem, qua ad illud decernendum inductus est, accurate consideremus, inveniemus procul dubio non id eum sponte sua, sed necessitate fecisse, quo eorum quibus praescribebat imbecillitati consuleret. Qui cum divinum illud decretum de retinendis uxoribus suis tolerare non possent, ac moleste quidam earum consortia sustinerent, periculum ut esset, ne ea se occasione gravioribus sceleribus obstringerent, quibus extremam in perniciem ruerent, ut hoc incommodum devitaret Moyses, quod ad illorum interitum spectabat, secundam quandam repudii legem privata auctoritate constituit, minusque ex ea occasione malum cum maiore compensavit; ut si minus priorem illam servare possint, hanc saltem retineant, neque se in flagitia sceleraque committant, per quae ultimum exitium consequatur. Haec illius ratio fuit propter quam contrarium quiddam deo statuisse cernitur. Enim vero diversam hic a divina Moysis legem extitisse, extra omnem controversiam est; etsi id in uno tantum decreto probatum sit. Eidem vero legi traditas a senioribus illigatas esse regulas non obscure salvator ostendit. *Deus enim,* inquit, *di-* Matth.15, 4. et Marc. 7, 10.
xit, Honora patrem tuum, et matrem tuam, ut bene sit tibi. Vos autem dixistis, seniores inquit alloquens, *Munus deo quodcumque ex me tibi proderit; et irritam fecistis legem dei propter traditiones senio-*

7. *Ita edidit Petavius de auctoritate cod. Vatic. Cornarius ediderat* δείκνυς.

8. ἀπὸ ἀνδρὸς *codd. Vatic. Venet. Vulgo* ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς.

9. ποιήσας, *quod desideratur in edit. princ., Petavius primum adiecit ex cod. Vatic.*

10. αἷς *emendatio est Petavii, quam a Stierenio receptam video. Vulgo extat* αἵ τινες *cett. Cornarius vertit:* quae cum ipsis iniucunde habitabant.

11. *Cod. Venet.* μωσῆς δι' οὗ καὶ ἀπόλλεσθαι.

12. *Cod. Venet.* φυλάσσειν.

13. *Cod. Venet. om.* εἰρήκατε.

14. *Cod. Venet.* παράδωσιν ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων.

σιν τῶν πρεσβυτέρων ὑμῶν. Τοῦτο δὲ Ἡσαΐας ἐξεφώνησεν εἰπών, Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες [15] διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Σαφῶς οὖν ἐκ τούτων εἰς τρία διαιρούμενος ὁ σύμπας ἐκεῖνος δείκνυται νόμος. Μωϋσέως τε γὰρ αὐτοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέ-
pag. 219. ρων, καὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ εὕρομεν νομοθεσίαν ἐν αὐτῷ. Αὕτη μὲν οὖν ἡ διαίρεσις τοῦ σύμπαντος ἐκείνου νόμου ὧδε ἡμῖν διαιρεθεῖσα τὸ ἐν αὐτῷ ἀληθὲς ἀναπέφαγκεν.

Κεφ. ε΄. Πάλιν δὲ δὴ τὸ ἓν μέρος, ὁ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ νόμος, διαιρεῖται εἰς τρία τινὰ, εἴς τε τὴν καθαρὰν νομοθεσίαν, τὴν ἀσύμπλοκον τῷ κακῷ, ὃς καὶ κυρίως Νόμος λέγεται, ὃν οὐκ ἦλθε καταλῦσαι ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ πληρῶσαι (οὐ γὰρ ἦν ἀλλότριος αὐτοῦ ὃν ἐπλήρωσεν, οὐ γὰρ εἶχε τὸ τέλειον), καὶ εἰς τὸ συμπεπλεγμένον τῷ χείρονι, καὶ [1] τῇ ἀδικίᾳ, ἣν ἀνεῖλεν ὁ σωτὴρ ἀνοίκειον ὄντα τῇ ἑαυτοῦ φύσει· διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ τυπικὸν καὶ συμβολικὸν, τὸ κατ᾽ εἰκόνα [2] τῶν πνευματικῶν καὶ διαφερόντων νομοθετηθὲν, ὃ μετέθηκεν ὁ σωτὴρ ἀπὸ αἰσθητοῦ καὶ φαινομένου ἐπὶ τὸ πνευματικὸν καὶ ἀόρατον. Καὶ ἔστι μὲν ὁ τοῦ θεοῦ νόμος ὁ καθαρὸς καὶ ἀσύμπλοκος τῷ χείρονι αὐτὴ ἡ Δεκάλογος, οἱ δέκα λόγοι ἐκεῖνοι οἱ ἐν ταῖς δυσὶ πλαξὶ δεδιχασμένοι, εἴς τε ἀναίρεσιν τῶν [3] ἀφεκτέων καὶ εἰς πρόσταξιν τῶν ποιητέων, οἳ καίπερ καθαρὰν ἔχοντες τὴν νομοθεσίαν, μὴ ἔχοντες δὲ τὸ τέλειον, ἐδέοντο τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος πληρώσεως· ὁ δέ ἐστι συμπεπλεγμένος τῇ ἀδικίᾳ, οὗτος ὁ κατὰ τὴν ἄμυναν καὶ ἀνταπόδοσιν τῶν προαδικησάντων κείμενος, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος ἐκκόπτεσθαι κελεύων, καὶ φόνον ἀντὶ φόνου ἀμύνασθαι. Οὐδὲν γὰρ ἧττον καὶ ὁ δεύτερος ἀδικῶν ἀδικεῖ, τῇ τάξει μόνον διαλλάσσων, τὸ αὐτὸ ἐργαζόμενος ἔργον. Τοῦτο δὲ [4] πρόσταγμα δίκαιον μὲν ἄλλως καὶ ἦν καὶ ἔστι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν νομοθετηθέντων ἐν παρεκβάσει τοῦ καθαροῦ νόμου τεθὲν, ἀνοίκειον δὲ [5] τῇ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων φύσει τε καὶ ἀγαθότητι· ἴσως δὲ τοῦτο κατάλληλον, ἐπάναγκες δὲ μᾶλλον. Ὁ γὰρ καὶ τὸν ἕνα φόνον οὐ βουλόμενος ἔσεσθαι ἐν τῷ λέγειν, Οὐ φονεύσεις, προστάξας τὸν φονέα ἀντιφονεύεσθαι, δεύτερον νόμον νομοθετῶν καὶ δυσὶ φόνοις βραβεύων, ὁ τὸν ἕνα ἀπαγορεύσας, ἔλαθεν ἑαυτὸν ὑπ᾽ ἀνάγκης κλαπείς. Διὸ δὴ ὁ ἀπ᾽ ἐκείνου παραγενόμενος υἱὸς τοῦτο τὸ μέρος τοῦ νόμου ἀνῄρηκεν, ὁμολογήσας καὶ αὐτὸς εἶναι τοῦ θεοῦ, ἔν τε τοῖς ἄλλοις

15. *Cod. Venet.* διδασκαλίαις.

Cap. V. — 1. *Ita emendarunt Petav. Grabius aliique pro* τὴν ἀδικίαν *quae vulgata est scriptura. Quid* ἂν *sibi velit emendatio a Petavio in marg. pro* ἣν *proposita equidem nondum potui assequi. Cod. Rhedig. habet* ἣν ἂν ἀνεῖλεν.

2. πνευματικῶν καὶ *rescripsi cum Petavio, e gemello huius capitis loco. Libri omnes habent* τῶν κατ᾽ εἰκόνα διαφερόντων. *Quamquam Petavio* διαφερόντως *magis placuit. Grabius plane delendum esse censuit alterum illud* κατ᾽ εἰκόνα.

3. ἀφεκτέων *scripsi cum Petavio pro* ἀφθέκτων, *quod. ed. princ. et cod. Rhedig. praebent, vel* ἀφθέγκτων, *quod recepit Petavius ex cod. Vatic. Etiam Cornarius vertit* ad sublationem interdictorum. *Grabius retinet* ἀφθέγκτων *et vertit* nefandorum.

4. *Cod. Venet.* τὸ πρόσταγμα.

5. *Cod. Venet.* τῆς.

rum vestrorum. Hoc ipsum pronuntiavit Esaias, dicens, *Populus* Esai. 29, 13.
hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine caussa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Ex iis liquet omnem illam esse legem divisam in partes tres, in eaque et Mosis ipsius et seniorum et dei mandata contineri. Atque haec universae legis a nobis instituta partitio illius nobis veritatem ostendit.

Sed ea pars legis, quae a deo profecta est, tria rursum in mem- Cap. V.
bra dividitur. Alia enim sunt sincera praecepta et ab omni mali permistione secreta, quae proprie lex appellatur, quam salvator non venit solvere, sed adimplere. Non enim a se erat aliena quam ad- Matth. 5, 17.
implevit; alioqui perfici impleri que non posset. Alia sunt deterioribus implicata, qualis iniustitia est, quam salvator abhorrentem a natura sua funditus sustulit. Postremo alia sunt quae typica ac symbolica vocantur, hoc est umbrae quaedam praestantiorum et imagines; quod genus salvator ab eo quod sensibus expositum est et externum ad spiritale nec aspectabile convertit. Iam vero pura illa sinceraque lex dei, nec cum deteriore coniuncta, Decalogus est ipse, sive decem illa praecepta duabus distincta tabulis, quibus aut cavenda prohibentur aut facienda mandantur. Quae etsi pura sint ac liquida, tamen quod nondum perfecta sint, impleri a salvatore debuerant. Ad illud vero genus, quod iniustitiae aliquid habet, leges illae referendae sunt, quibus iniuriarum persecutio, eorumque qui priores nos laeserint, vindicatio praescribitur. Velut cum *Ocu-* Lev. 24, 20.
lum pro oculo, dentem evelli pro dente, ac caedem caede compensari praecipit. Neque enim minus iniuste agit qui id post alterum perpetrat, cum solius ordinis intersit, atque idem omnino facinus committat. Sed illud praeceptum alioqui iustum erat, et est modo, propter eorum infirmitatem quibus editum fuit, cum sit adversus sincerioris legis violationem praescriptum, licet a communis omnium parentis natura ac bonitate sit alienum; vel consentaneum potius est, sed necessitate quadam expressum. Nam qui vel unicum homicidium vetat fieri, dum ita statuit, Non occides, cum postea caedis auctorem vicissim interfici iubet ac secundam legem ferens duplicem caedem imperat, qui unam prohibuerat, ad ea necessitate coactus et imprudens decurrisse videtur. Atque ideo missus ab illo filius eam legis partem antiquavit quam quidem a deo latam et ipse confessus

[6] καθαριθμεῖσθαι τῇ παλαιᾷ αἱρέσει, καὶ ἐν οἷς ἔφη ὁ θεὸς εἰπὼν, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω. Τὸ δέ ἐστι μέρος
pag. 220. αὐτοῦ τυπικὸν, τὸ κατ' εἰκόνα τῶν πνευματικῶν, καὶ [7] διαφερόντων κείμενον, [8] τὸ ἐν προσφοραῖς, λέγω, καὶ περιτομῇ, καὶ σαββάτῳ, καὶ νηστείᾳ, καὶ πάσχᾳ, καὶ ἀζύμοις, καὶ τοῖς τοιούτοις νομοθετηθέντα· Πάντα γὰρ ταῦτα εἰκόνες καὶ σύμβολα ὄντα τῆς ἀληθείας φανερωθείσης μετετέθη. Κατὰ μὲν τὸ φαινόμενον καὶ σωματικῶς ἐκτελεῖσθαι ἀνῃρέθη, κατὰ δὲ τὸ πνευματικὸν ἀνελήφθη, τῶν μὲν ὀνομάτων τῶν αὐτῶν μενόντων, ἐνηλλαγμένων δὲ τῶν πραγμάτων. Καὶ γὰρ [9] προσφορὰς προσφέρειν προσέταξεν ἡμῖν ὁ σωτὴρ, [10] ἀλλ' οὐχὶ τὰς δι' ἀλόγων ζώων, ἢ τούτων τῶν θυμιαμάτων, ἀλλὰ διὰ πνευματικῶν αἴνων καὶ δοξῶν καὶ εὐχαριστίας, καὶ διὰ τῆς εἰς τοὺς πλησίον κοινωνίας καὶ εὐποιΐας. Καὶ [11] περιτομῇ περιτετμῆσθαι ἡμᾶς βούλεται, ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἀκροβυστίας τῆς σωματικῆς, ἀλλὰ καρδίας τῆς πνευματικῆς. Καὶ τὸ σάββατον φυλάσσειν· ἀργεῖν γὰρ θέλει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν πονηρῶν. Καὶ νηστεύειν δὲ, [12] ἀλλ' οὐ τὴν σωματικὴν [13] βούλεται νηστείαν ἡμᾶς νηστεύειν, ἀλλὰ τὴν πνευματικὴν, ἐν ᾗ ἐστιν ἀποχὴ πάντων τῶν φαύλων. Φυλάσσεται μεντοί γε καὶ παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἡ κατὰ τὸ φαινόμενον νηστεία, ἐπεὶ καὶ ψυχῇ τι συμβάλλεσθαι δύναται αὕτη μετὰ λόγου γινομένη, ὁπότε μηδὲ διὰ τὴν πρός τινας μίμησιν γίνεται, μήτε διὰ τὸ ἔθος, μήτε διὰ τὴν ἡμέραν, ὡς ὡρισμένης [14] εἰς τοῦτο ἡμέρας· ἅμα δὲ καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀληθινῆς νηστείας, ἵνα οἱ μηδέπω ἐκείνην δυνάμενοι νηστεύειν ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον νηστείας ἔχωσι τὴν [15] ἀνάμνησιν αὐτῆς. Καὶ τὸ πάσχα δὲ ὁμοίως, καὶ τὰ ἄζυμα, ὅτι εἰκόνες ἦσαν, δηλοῖ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, τὸ δὲ πάσχα ἡμῶν, [16] λέγων, ἐτύθη Χριστὸς, καὶ, Ἵνα ἦτε, φησὶν, ἄζυμοι, μὴ μετέχοντες [17] ζύμης (ζύμην [18] δὲ νῦν τὴν κακίαν [19] λέγει), ἀλλ' ἦτε νέον φύραμα.

Κεφ. ϛ'. [1] Οὗτος γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ εἶναι νόμος ὁμολογούμενος εἰς τρία διαιρεῖται. Εἴς τε τὸ πληρούμενον ἀπὸ τοῦ σωτῆρος· τὸ γὰρ, Οὐ φονεύσεις, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐκ ἐπιορκήσεις ἐν τῷ Μηδ' ὀργισθῆναι, μηδὲ [2] ἐπιθυμῆσαι, [3] μηδὲ ὀμόσαι περιείληπται. Διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ ἀναιρούμενον τελείως· τὸ γὰρ, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, συμπεπλεγμένον τῇ ἀδικίᾳ, καὶ αὐτὸ ἔργον τῆς ἀδικίας ἔχον, ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ τῶν ἐναντίων. Τὰ δὲ
pag. 221. ἐναντία ἀλλήλων [4] εἰσὶν ἀναιρετικά. Ἐγὼ γὰρ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆ-

6. καταριθμεῖσθαι *mea est emendatio. Libri habent* καταριθμεῖται.
7. *Vulgo* διαφερόντως.
8. *Cod. Venet.* τά.
9. προφορὰς προφέρειν *ed. princ.*
10. *Cod. Venet.* ἀλλὰ οὐχί.
11. *Cod. Venet.* περιτομήν.
12. *Cod. Venet.* ἀλλὰ οὐχί.
13. *Cod. Venet.* νηστείαν βούλεται.
14. *Praepositionem* εἰς *repetii cum Petavio ex ultima syllaba vocabuli* ὡρισμένης.
15. ἀνάμνησιν *ed. princ. Quod vitium Petavius correxit de auctoritate cod. Vatic.*

est; quae cum in ceteris ad antiquam haeresin ascribitur, tum in iis quae deus hisce verbis statuit: *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Lev. 20, 9. Matth. 15, 4. Ad illud vero genus quod typicum sive adumbratum dicitur, id omne pertinet, quod spiritalium atque excellentium rerum figuras continet; cuiusmodi sunt sacrorum offerendorum ceremoniae, circumcisio, sabbatum, ieiunium, pascha, azyma, aliaque similia lege praescripta. Quae omnia cum nihil aliud praeter figuras atque imagines forent, patefacta veritate translata sunt, imo vero quod ad externam speciem attinet, usumque corporeum, sublata, spiritali quadam ratione retenta sunt. Iisdem quippe manentibus adhuc nominibus rerum est facta mutatio. Nam offerre quidem sacra dominus instituit: at non mutarum pecudum, aut id genus suffituum, sed spiritalis potius laudis ac praedicationis et eucharistiae, tum in hominum genus liberalitatis ac beneficentiae. Idem circumcidi praeterea non corporis, sed cordis animique praeputium iubet. Itemque servari sabbatum, ut a pravis duntaxat actionibus feriemur. Ieiunare porro cum imperat, non illam corporis inediam, sed animi temperantiam decernit, ut a flagitiis omnibus abstineamus. Quamquam a nostris exercitiis illud quoque ieiunium adhibetur, quatenus ad animorum utilitatem confert aliquid, si cum ratione suscipias, non imitandi cuiusquam studio, non consuetudine, non certarum dierum religione, vel definito aliquo tempore; praesertim cum veri ieiunii memoriam refricet, ut qui nondum illud assecuti fuerint, ab exteriore commonefacti alterius recordentur. Similiter et pascha azimaque figuras extitisse quasdam Paulus ipse declarat: *Pascha,* inquit, *nostrum* 1. Cor. 5, 7. *immolatus est Christus:* et, *Ut sitis,* ait, *azymi non habentes fermentum* (fermentum vero malitiam appellat), *sed sitis nova conspersio.*

Sic igitur lex ipsa, quam a deo manasse fatentur omnes, trifariam dividitur. Cap. VI. In eam partem quam salvator implevit. Haec enim omnia, *Non occides, Non moechaberis, Non peierabis,* in iisce con- Exod. 20, 13 sq. tinentur, *Non irasceris, Non concupisces.* Matth. 5. In eam quae penitus sublata est. His enim praeceptis, *Oculum pro oculo, dentem pro dente,* Levit. 24, 20. quae cum iniustitia permista sunt, eiusque secum aliquid trahunt, contrariis legibus derogatur. Contraria porro sese invicem perimunt. *Ego enim dico vobis omninò non resistere malo. Sed si quis* Matth. 5, 39.

16. λέγων *reposui ex codd. Vatic. Venet. Vulgo extat* λέγεται.
17. *Cod. Venet.* τῆς ζύμης.
18. δὲ *scripsi pro* τε, *quod libri retinent.*
19. *Cod. Venet.* λέγειν.
Cap. VI. — 1. Οὕτως *volebat Grabius, cum aliis.*
2. ἐπιθυμῆσαι *codd. Vatic. Venet.* ἐπιθυμήσεις *cod. Rhedig. et editi libri.*
3. μηδὲ ὀμόσαι *adieci ex codd. Vatic. Venet. In editis libris, ut etiam in cod. Rhedig., ea verba desiderantur.*
4. *Cod. Venet.* ἐστίν.

ναι ὅλως τῷ πονηρῷ, ἀλλὰ ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα. Ἀλληγορεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ μετατεθὲν καὶ ἐναλλαγὲν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ἐπὶ τὸ πνευματικὸν τὸ συμβολικὸν τοῦτο κατ' εἰκόνα τῶν διαφερόντων νενομοθετημένον. Αἱ γὰρ εἰκόνες καὶ τὰ σύμβολα παραστατικὰ ὄντα ἑτέρων πραγμάτων καλῶς ἐγίνοντο μέχρι μὴ παρῆν ἀλήθεια. Παρούσης δὲ τῆς ἀληθείας τὰ τῆς ἀληθείας δεῖ ποιεῖν, οὐ τὰ τῆς εἰκόνος. Ταῦτα δὲ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ὁ ἀπόστολος [5] ἔδειξε Παῦλος, τὸ μὲν τῶν εἰκόνων, ὡς ἤδη εἴπομεν, διὰ τοῦ πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων δείξας δι' ἡμᾶς, τὸ δὲ τοῦ συμπεπλεγμένου νόμου τῇ ἀδικίᾳ, εἰπὼν τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι κατηργῆσθαι, τὸ δὲ τοῦ ἀσυμπλόκου τῷ χείρονι, ὁ μὲν νόμος, εἰπὼν, ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

Κεφ. ζ'. Ὡς μὲν οὖν συντόμως ἔστιν εἰπεῖν, αὐτάρκως οἶμαί σοι δεδεῖχθαι καὶ τὴν ἐξ **ἀνθρώπων [1] παρεισδῦσαν νομοθεσίαν, καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ θεοῦ νόμον τριχῇ διαιρούμενον.** Περιλείπεται δὲ ἡμῖν [2] τί ποτέ ἐστιν οὗτος ὁ θεὸς ὁ τὸν νόμον θέμενος. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαί σοι δεδεῖχθαι ἐπὶ τῶν προειρημένων, εἰ ἐπιμελῶς ἀκήκοας. Εἰ γὰρ μήτε ὑπ' αὐτοῦ τελείου θεοῦ τέθειται οὗτος, ὡς ἐδιδάξαμεν, μήτε μὴν ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὃ μηδὲ θεμιτόν ἐστιν εἰπεῖν, ἕτερός τίς ἐστι παρὰ τούτους οὗτος ὁ θέμενος τὸν νόμον. Οὗτος δὲ δημιουργὸς καὶ ποιητὴς τοῦδε τοῦ παντός ἐστι κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ἕτερος ὢν παρὰ τὰς τούτων οὐσίας, μέσος τούτων καθεστὼς, [3] ἐνδίκως καὶ τὸ τῆς μεσότητος ὄνομα ἀποφέροιτο ἄν. Καὶ εἰ ὁ τέλειος θεὸς ἀγαθός ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὥςπερ καὶ ἔστιν (ἕνα γὰρ μόνον εἶναι ἀγαθὸν θεὸν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἀπεφήνατο, ὃν αὐτὸς ἐφανέρωσεν), ἔστι δὲ καὶ ὁ τῆς τοῦ ἀντικειμένου φύσεως, κακός τε καὶ πονηρὸς ἐν ἀδικίᾳ [4] χαρακτηριζόμενος. Τούτων δὲ οὖν [5] μέσος καθεστὼς, καὶ μήτε ἀγαθὸς ὢν, μήτε μὴν κακὸς, μήτε ἄδικος, ἰδίως τε λεχθείη ἂν δίκαιος, τῆς κατ' αὐτὸν δικαιοσύνης ὢν βραβευτὴς, καὶ ἔσται μὲν καταδεέστερος τοῦ τελείου θεοῦ καὶ τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης ἐλάττων οὗτος ὁ θεὸς, ἅτε δὴ καὶ γεννητὸς ὢν, καὶ οὐκ ἀγέννητος. Εἷς γάρ ἐστιν
pag. 222. ἀγέννητος ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα **ἰδίως, τῶν πάντων ἠρτημένων ἀπ' αὐτοῦ.** Μείζων δὲ καὶ **κυριώτερος τοῦ ἀντικειμένου γενήσεται, καὶ** ἑτέρας οὐσίας τε καὶ φύσεως πεφυκὼς παρὰ τὴν ἑκατέρων τούτων οὐσίαν. Τοῦ μὲν γὰρ ἀντικειμένου ἐστὶν ἡ οὐσία φθορά τε καὶ σκότος· ὑλικὸς γὰρ οὗτος καὶ [6] **πολυσχεδής. Τοῦ δὲ πατρὸς τῶν ὅλων τοῦ ἀγεννήτου** ἡ οὐσία ἐστὶν ἀφθαρσία **τε** καὶ φῶς [7] **αὐτὸ** ὂν, **ἁπλοῦν τε καὶ**

5. *Cod. Venet.* Παῦλος ἔδειξε.
Cap. VII. — 1. παρεισδῦσαν *cod. Vatic.* παρεισδύσασαν *editi libri.*
2. *Rescribendum puto* τίς *pro* τί.
3. *Rescribendum puto* ὡς ἐνδίκως.
4. χαρακτηριαζόμενος *cod. Vatic. Sic* χαρακτηριαστὰ *habet cod. Venetus haer.* 31, 6. *in verbis* ὠνομάσθησαν τέκνα, καὶ ἀχαρακτήριστα, *quod emendandum est in* ἀχαρακτηριαστά.
5. μέσος *cod. Vatic.* μέσον *editi libri.*
6. πολυσχιδής *placuit Grabio.*
7. αὐτὸ ὂν *codd. Vatic. Venet.* αὐτοὸν *libri editi.*

te percusserit in maxillam praebe illi et alteram. Quod quidem ad excellentium rerum adumbrandam speciem constitutum, et a corporeis ad spiritalia translatum ac mutatum per allegoriam exponitur. Etenim effigies ac signa aliis rebus declarandis adhibita tantisper opportunitatem habuerunt, quoad nondum veritas affulserat. Qua succedente non quae imagini, sed quae veritati congruunt, facere convenit. Idque ipsum cum reliqui omnes discipuli, tum apostolus Paulus ostendit. Qui figuratum illud genus propter nos, ut diximus, in paschate azymisque demonstrat. De altero vero, quod implicatum iniustitia est, loquitur, cum legem mandatorum ait in dogmatibus Eph. 2, 15.
abrogatam. De tertio denique, quod deterioris est expers, *Lex,* Rom. 7, 12.
inquit, *sancta est, et mandatum sanctum, et iustum et bonum.*

Quamobrem satis superque tibi, quantum breviter comprehendi Cap. VII.
potest, declaratas eas leges arbitror quae ex auctoritate hominum irrepserunt, ipsamque dei legem trifariam esse divisam. Superest ut quis ille sit deus legis auctor dicendum videatur. Atqui istud etiam ex iis quae hactenus disputata sunt, si attente audieris, puto tibi demonstratum. Nam si neque a perfecto illo deo posita lex est, uti docuimus, neque vero a diabolo, quod dictu etiam nefas est, alius sit oportet, qui eam legem stabilierit. Hic est igitur totius ille mundi eorumque quae in eo continentur artifex et conditor, ab illorum natura diversus, et in eorum medio suo iure collocandus, qua ex mediocritate peti eius appellatio potest. Quod si perfectus ille deus natura sua bonus est, ut est revera (Unum enim bonum esse deum ac Matth. 19, 17.
parentem suum salvator asseruit, quem et hominibus patefecit), est autem et contraria natura praeditus, malus videlicet ac pravus, qui iniustitia velut propria nota circumscribitur, qui inter ambos illos interiectus est, ut neque bonus, neque malus sit aut iniustus, peculiari quadam ratione iustus appellari potest, quatenus iustitiae quam habet moderatione fungitur. Atque et perfecto deo minor et iustitiae illius impar sit idem ille deus oportet, utpote non ingenitus, sed generatione productus. Unus enim est ingenitus pater, a quo proprie sunt universa, cum ab eo apta sint et suspensa. Erit tamen adversario illo altero maior ac praestantior, tametsi diversam sit ab utroque naturam substantiamque sortitus. Nam adversarii natura corruptio est ac tenebrae; cum materia quippe concretus est, ac multiplex. At parentis omnium ingeniti natura corruptionis est expers, luxque ipsa per semet existens, simplex et uniusmodi. Ho-

μονοειδές. Ἡ δὲ [8] τούτων οὐσία διττὴν μέν τινα δύναμιν προήγαγεν, αὐτὸς δὲ τοῦ κρείττονός ἐστιν εἰκών. Μηδέ σε τὰ νῦν τοῦτο θορυβείτω, θέλουσαν μαθεῖν πῶς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς τῶν ὅλων οὔσης [9] καὶ ὁμολογουμένης ἡμῖν καὶ πεπιστευμένης, [10] τῆς ἀγεννήτου καὶ ἀφθάρτου καὶ ἀγαθῆς, συνέστησαν καὶ αὗται αἱ φύσεις, ἥ τε τῆς φθορᾶς καὶ τῆς μεσότητος, [11] ἀνομοούσιοι αὗται καθεστῶσαι, τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἔχοντος τὰ ὅμοια [12] ἑαυτοῦ καὶ ὁμοούσια γεννᾶν τε καὶ προφέρειν. Μαθήσῃ γὰρ, θεοῦ διδόντος, ἑξῆς καὶ τὴν [13] τούτου ἀρχήν τε καὶ γέννησιν, ἀξιουμένη τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως, ἣν ἐκ διαδοχῆς καὶ ἡμεῖς παρειλήφαμεν, [14] μετὰ καιροῦ κανονίσαι πάντας τοὺς λόγους τῇ τοῦ [15] σωτῆρος διδασκαλίᾳ. Ταῦτά σοι, ὦ ἀδελφή μου Φλώρα, δι' ὀλίγων εἰρημένα οὐκ [16] ἠτόνησα, [17] καὶ κατὰ τῆς συντομίας προέγραψα. Ἅμα μὲν τὸ προκείμενον ἀποχρώντως ἐξέφηνα· ἃ καὶ εἰς τὰ ἑξῆς τὰ μέγιστά σοι συμβαλεῖται, ἐάν γε ὡς καλὴ γῆ καὶ ἀγαθὴ γονίμων σπερμάτων τυχοῦσα [18] τὸν δι' αὐτῶν καρπὸν ἀναδείξῃς.

ΠΕΠΛΗΡΩΝΤΑΙ ΤΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΠΡΟΣ ΦΛΩΡΑΝ.

Κεφ. η΄. Τίς δὲ τούτων τῶν ῥημάτων καὶ τῆς τοῦ γόητος τούτου καὶ τῆς τῶν σὺν αὐτῷ ἀνέξεται φρενοβλαβείας, Πτολεμαίου τε, φημὶ, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν εἰς τοσοῦτον κυκώντων καὶ καττυόντων πλάσματα; Οὔτε γὰρ τῶν παλαιῶν τραγῳδοποιῶν τις, οὔτε οἱ καθεξῆς μιμηλοὶ τὸν τρόπον, οἱ περὶ Φιλιστίωνα λέγω, καὶ Διογένη, τὸν τὰ Ἄπιστα γράψαντα, ἢ οἱ ἄλλοι πάντες, οἱ τοὺς μύθους ἀναγεγραφότες καὶ ῥαψῳδήσαντες, pag. 223. τοσοῦτον ψεῦδος ἠδυνήθησαν ἐκτυπῶσαι, ὡς οὗτοι τολμηρῶς φερόμενοι κατὰ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς δεινὰ ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν, καὶ τὸν νοῦν τῶν πειθομένων αὐτοῖς ἀνθρώπων εἰς μωρὰς ζητήσεις περιέβαλον, καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, αὐτοὶ τὰ ἐν χερσὶ μὴ ἐπιστάμενοι, καὶ τὰ ἐπουράνια ἐπαγγελλόμενοι μέτροις τισὶν ὁροθετεῖν, καί τινων μαιωτικῶν μητρῶν ὡς ἐπουρανίων, [1] τῶν οὐκ οὐσῶν ὡς ὑπαρχουσῶν, ἐπιστήμας ἀναδεχόμενοι. Ἀκούσας δέ τις παρὰ τούτων, εἰ μὲν τῶν ἀφρονεστάτων εἴη, τῷ ψεύδει [2] νομίζων τι παρ' αὐτοῖς μετάρσιον ἐγνωκέναι ῥᾳδίως ὑπαχθήσεται· ὅτι, Πᾶν ὄρνεον κατὰ γένος συνάγεται, καὶ τῷ ὁμοίῳ κολληθήσεται ἀνὴρ, φησὶν ἡ γραφή. Εἰ δέ τις τύχοι αὐτοῖς τῶν συνετῶν καὶ τὸν εὔλογον λογισμὸν κεκτημένων, καταγελάσει μὲν τῆς

8. Cod. Venet. τούτου.
9. Cod. Venet. τε καὶ.
10. Ita Petavius, Grabius aliique editores. Libri habent τοῦ.
11. Ita codd. Vatic. Venet. Ed. princ. et edit. Petav. habent ἀνομοούσιαι.
12. δὲ αὐτῷ cod. Vatic. ἑαυτῷ cod. Venet.
13. τούτων placuit Stierenio.
14. μετὰ καιροῦ mea est emendatio. Libri habent μετὰ καὶ τοῦ.
15. Cod. Venet. σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ.

rum natura duplicem sane Virtutem peperit; sed conditor tamen ipse imago praestantioris est. Neque vero ea te res perturbet, scire cupientem quomodo, cum unum sit et esse fateamur ac credamus, rerum omnium principium generationis aeque ac corruptionis expers idemque bonum, ambae hae naturae constare potuerint, corruptionis nimirum et mediae cuiusdam conditionis, quae a se invicem natura discrepent, cum id bono insitum sit, ut sibi quam simillima, eiusdemque secum naturae gignat ac proferat. Tu enim, opitulante deo huius principium ac generationem animo percipies, ubi traditam quandam ab apostolis doctrinam audieris, quam nos successione quadam ad nos usque propagatam accepimus, cum eo quidem ut quicquid afferetur in medium, id ad salvatoris doctrinam velut regulam exigatur. Haec apud te, Flora soror carissima, paucis comprehendere ac disputare potui, summatimque praescripsi, ita tamen ut quod erat propositum, quantum satis esset, explicarim. Quam rem deinceps magno tibi usui fore confido: si modo, perinde ac bonus ager et fecundus, excepta semina fructuum ubertate compenses.

HACTENUS PTOLEMAEI AD FLORAM EPISTOLA.

Quis eiusmodi verborum ac circumforanei huius asseclarumque Cap. VIII. eius, Ptolemaeum ac socios intelligo, vesaniam possit sustinere, qui ineptissimas fabulas ita confundunt ac consuunt? Non enim quisquam ex antiquis illis tragoediarum scriptoribus, aut ex posterioribus mimis, qualis Philistio et Diogenes fuit, qui Incredibilia scripsit, aut e reliquis omnibus fabularum aut rhapsodiarum auctoribus, tam immania comminisci mendacia potuerunt, qualia nebulones isti propriam in perniciem execrabilia horrendaque fabricarunt; quibus sectatorum animos stultissimis quaestionibus ac genealogiis intermina- 1. Tim. 1, 4. bilibus implicarunt: cum ne ea quidem scirent quae in manibus sunt posita, et certis interim mensuris coelestia se definire profiterentur, atque obstetricantium quorundam uterorum velut coelestium matricum, rei plane commentitiae, sic tanquam verae solidaeque scientiam prae se ferrent. Cuiusmodi qui ab illis audiat, si paulo insipientior sit, sublime quiddam se apud illos didicisse ratus facile mendaciorum lenociniis inducetur. *Quoniam avis omnis secundum genus* Sir. 13. 20. *suum congregatur, et omnis homo simili sui sociabitur*, ait scriptura. Sin paulo intelligentior aliquis ac recto iudicio praeditus occurrat,

16. ἐφθόνησα placuit Petavio.
17. καὶ κατὰ ego. Libri habent καὶ τὸ.
18. Cod. Venet. τῶν.
Cap. VIII. — 1. τῶν οὐκ οὐσῶν cod. Vatic. μητρῶν οὐκ οὐσῶν cod. Rhedig. et edit. princ. μητρῶν, ὡς οὐσῶν edit. Petav.
2. νομίζων τι scripsi cum Petavio. νομίζοντι extat in cod. Rhedig. et edit. princ. νομίζον τι edit. Petav.

τοσαύτης ληρωδίας, ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς ὑποθέσεως τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων τὴν ἀνατροπὴν εἴσεται. Ἐλέγχονται γὰρ οὗτοι παντάπασι καθ' ἑαυτῶν ὁπλιζόμενοι τὰ ψεύδη τῆς αὐτῶν ματαιοπονίας. Πόθεν γὰρ ὑμῖν, ὦ οὗτοι Πτολεμαῖοί τε καὶ Πτολεμαῖαι, τοῦ Βυθοῦ τὰ μέτρα, καὶ αἱ μαιώσεις τῶν τοκετῶν καὶ γεννητικῶν ὑποθέσεων ἡ γνῶσις; Ὡς γὰρ παρόντες καὶ τῶν ἐπουρανίων τὰς φύσεις θεασάμενοι, καὶ ὡς αὐτοὶ προόντες τοῦ παρ' [3] ὑμῶν Βυθοῦ καλουμένου, ἐπαγγέλλεσθε τὴν εἴδησιν ἡμῖν ὑποδεικνύναι, οὐδενὸς πώποτε τῶν προφητῶν τοῦτο εἰρηκότος, οὐκ αὐτοῦ Μωϋσέως, οὐ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οὐ τῶν μετ' αὐτὸν, οὐ τῶν εὐαγγελιστῶν, οὐ τῶν ἀποστόλων. Εἰ μὴ ἄρα τὰ ἐθνόμυθα ποιήματα εἴποις τῶν περὶ Ὀρφέα τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Στησίχορον, παρ' οἷς αἱ τῶν ἀνθρώπων γενεαὶ μετεποιήθησαν εἰς θεῶν ἐπωνυμίας, καὶ τὰ ἐν ἀνθρώποις τετελεσμένα ποιητικῶς ἐδραματουργήθη. Κἀκεῖνοι γὰρ οὕτως ἐνόμισαν, ἐκθειάσαντες τοὺς περὶ Δία καὶ Ῥέαν καὶ Ἥραν καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Ἀφροδίτην, καὶ τὰς τούτων κακίας [4] γονὰς τιμήσαντες, εἰς φαντασίαν πολυθεΐας καὶ εἰδωλολατρείας τὸν κόσμον ἐνέβαλον. Ἀλλὰ οὐκέτι μοι πολλή τις χρεία γενήσεται εἰς τὴν σου, ὦ Πτολεμαῖε, ἀνατροπήν τε καὶ ἔλεγχον, καὶ τῶν κατά σε, ἤδη τῶν σῶν προπατόρων τὸν ἔλεγχον ἱκανῶς εἰληφότων. Διὰ τῶν προειρημένων
pag. 221. τὴν κατά σου αἰσχύνην συστησάμενος διέξειμι τὴν τῶν ἑτέρων πλάνην, θεὸν ἐπικαλούμενος ἐπίκουρον τῆς ἡμῶν μετριότητος, ὅπως τὴν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει κακῶς ἐπινενοημένην ὑπόθεσιν φωράσω τε καὶ θριαμβεύσω, ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τῆς σπουδῆς παρὰ θεοῦ αἰτούμενος τὴν χάριν.

Κεφ. θ'. Ἵνα δὲ μὴ ἀβασάνιστα ᾖ τὰ τρία σου λεξείδια, ἃ δὴ πρὸς Φλώραν τὸ γύναιον ἐπιστέλλων ἐκομπάσω, ὦ Πτολεμαῖε, — ἀεὶ γὰρ αἱ ὀφιώδεις διδασκαλίαι γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις ἀπατῶσι, κατὰ τὸν τοῦ ἀποστόλου λόγον, — καὶ αὐτὰς δὴ τὰς λέξεις [1] καιρίως ἐνταῦθα παραθήσομαι, καὶ τὴν αὐτῶν ἀνατροπὴν, ἀναγκαίαν οὖσαν εἰς τὸ μὴ καταλειφθῆναι ῥίζαν τῆς ζιζανιώδους σου σπορᾶς, ἑξῆς ἀκολούθως ποιήσομαι. Φάσκεις γὰρ, ὦ οὗτος, τὸν νόμον τριχῆ διῃρῆσθαι, καὶ τὸ μὲν ἔχειν τι ἐκ τοῦ θεοῦ, τὸ δὲ ἐκ Μωϋσέως, τὸ δὲ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων. Καὶ ὅτι μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων οἴει γεγραμμένον οὐκ ἔχεις ποῦ ἀποδεῖξαι, τοῦτό ἐστι δῆλον. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐν νόμῳ [2] ἐμφέρονται αἱ τῶν πρεσβυτέρων παραδόσεις. Ἀλλὰ ἀγνοῶν καὶ τὰς βίβλους καὶ τὴν ἀλήθειαν φαντάζῃ συκοφαντῶν, καὶ τὰς ἀκολουθίας ἀγνοῶν ἑκάστης ἀκριβοῦς εἰδήσεως. Αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων Δευ-

3. ὑμῖν *cod. Vatic.*
4. μονὰς *codd. Rhedig. et Paris.*

Cap. IX. — 1. καιρίως *cod. Vatic.* κυρίως *libri editi.*

nugas illas deridendas putabit, atque ex illis ipsis quae disputant quemadmodum refutari possint perspicit. Si quidem suis ipsi vanissimis mendaciis contra se armati esse penitus arguuntur. Volo enim mihi respondeatis, o Ptolemaei omnes ac Ptolemaeae, unde illae vobis Bythi mensurae, ac partuum obstetricationes, et variarum generationum cognitio. Sic enim tanquam praesentes interfueritis, ac coelestium naturam contemplati sitis, imo Bythum illum vestrum antecesseritis, earum nobis rerum scientiam ostenditis. Atqui nullus id unquam e prophetarum numero dixit, non Moyses ipse, non Moyse prior aliquis vel posterior, non evangelistarum, non apostolorum denique quispiam. Nisi forte ad gentilium poëmata confugias, qualia sunt Orphei, Hesiodi, Stesichori, apud quos hominum generationes ad deorum appellationes translatae sunt, eaque quae inter mortales gesta fuerant poëtico more conformata. Fuit enim huiuscemodi illorum opinio, cum Iovem, ac Rheam, et Iunonem, Palladem, Apollinem Veneremque divinis honoribus consecrantes, eorumque pessimam sobolem venerati, totum orbem variorum deorum ac simulacrorum inanium erroribus imbuerunt. Mihi vero ad tuam, o Ptolemaee, tuorumque confutationem nihil idcirco magnopere requirendum est, quod maiores tuos abunde iam refellimus. Quare cum ex iis quae dicta sunt quam pudenda sint tua illa dogmata declaratum fuerit, implorata prius ope numinis uti meae tenuitati succurrat, ad aliorum discutiendos errores me conferam, ut quae in unaquaque gente pestiferae opiniones inventae sunt, eas detegam, ac de omnibus quodammodo triumphem. Quod institutum a me propositumque studium ut exequar coelestem mihi favorem gratiamque postulabo.

Verum ut pauca illa verba interim expendamus, quae ad Flo- Cap. IX.
ram ingenti cum fastu arrogantiaque scripsisti (solent enim onustae peccatis mulierculae, ut ait apostolus, vipereis eiusmodi dogmatibus 2. Tim. 3, 6.
decipi), tuas ipsas, Ptolemaee, voces hoc loco proponam, easque necessitate coactus, ne qua infelicis lolii radix supersit, congruo ordine refellam. Legem asseris trifariam esse divisam, ut partim a deo, partim a Moyse, partim a senioribus manarit. De senioribus porro cur ita sentias, nihil, ut apparet, afferre potes in scripturis expressum. Nusquam enim in lege tradita illa a senioribus decreta memorantur. Sed sacrorum librorum peraeque ac veritatis ignarus calumniari sciens instituis, accurataeque singulorum notitiae consequentiam non vides. Nam seniorum traditiones *Δευτερώσεις* a

2. *Reposui* ἐμφέρονται *ex cod. Vatic. Amat Epiphanius hoc verbo uti. Sic iterum paulo infra. Cf.* 25, 2. 30, 13. 32, 4. 69, 61. *Vulgo extat* ἐκφέρονται.

τερώσεις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγονται. Εἰσὶ δὲ αὗται τέσσαρες· μία
μὲν, ἡ εἰς ὄνομα Μωϋσέως φερομένη, δευτέρα δὲ ἡ τοῦ καλουμένου
Ῥαββιακιβὰ, τρίτη Ἀδδὰ, ἤτοι Ἰούδα, τετάρτη τῶν υἱῶν Ἀσαμωναίου.
Ἐπεὶ ποῦ ἔχεις, φιλόνεικε καὶ ἀκατάστατε τὴν γνώμην, δεῖξαι ἐν ταῖς
πέντε βίβλοις τῆς Πεντατεύχου καὶ θεοῦ νομοθεσίας, ὅτι ἐρρήθη ὁ λό-
γος ὁ παρὰ τῷ σωτῆρι εἰρημένος, [3]Ὃς ἐρεῖ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Κορβὰν,
ὅ ἐστι δῶρον, οὐκ ὠφεληθήσεταί τι ἐξ αὐτοῦ; Ἀλλ᾽ οὐκ ἔχεις δεῖξαι.
Ἄρα γοῦν ἐξέπεσέ σου ὁ λόγος, τοῦ ῥήματος οὐδαμοῦ τῇ Πεντατεύχῳ
ἐμφερομένου, καὶ μάτην τὴν ὑπὸ σοῦ ἠπατημένην Φλώραν ἐφάντασας.
Τὰ δὲ ὑπὸ Μωϋσέως οὐκ ἐκτὸς τοῦ θεοῦ καὶ αὐτὰ ἐνομοθετήθη, ἀλλὰ
ἐκ τοῦ θεοῦ διὰ Μωϋσέως, ὃ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπικρίσεως
δείκνυται. Αὐτὰς γὰρ ἃς παρήγαγες μαρτυρίας κατὰ σαυτοῦ ἐπισυν-
ήγαγες. Φάσκει γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτι, Μωϋσῆς ἔγραψε
κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. Ὃ δὲ ἔγραψε Μωϋσῆς, οὐκ ἐκτὸς βου-
pag. 225. λήσεως θεοῦ ἔγραψεν, ἀλλὰ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐνομοθέτησε. Λέγει
γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Ὃ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ
χωριζέτω. Καὶ πῶς συνέζευξε διεξῆλθε τὸ ῥῆμα, ἵνα μάθωμεν, λέγων,
Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσε-
ται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Εἶτα ἐπι-
φέρει, λέγων, Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· καί
τοί γε οὐδαμοῦ τοῦ κυρίου τοῦτο εἰρηκότος, ὁπηνίκα τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν
Εὔαν ἔπλασεν, ἢ μόνον, Ποιήσωμεν αὐτῷ κατ᾽ αὐτὸν βοηθόν. Ἀλλὰ
τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἴρηται, [4]ὅτε ἀνέστη ἐκ τοῦ ὕπνου, καὶ εἶπε,
Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου,
αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Εἶτά
φησιν, Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν
μητέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο
εἰς σάρκα μίαν. Οὐ τοῦ θεοῦ τοίνυν τοῦτο εἰπόντος, τοῦ δὲ Ἀδὰμ
εἰρηκότος, τοῦ κυρίου δὲ ἐπιμαρτυροῦντος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ θεοῦ εἶναι
τὸ ῥῆμα, τὸ διὰ τοῦ Ἀδὰμ εἰρημένον, ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔδει-
ξεν ὅτι ἐκεῖ μὲν Ἀδὰμ εἴρηκε, θεοῦ δὲ βούλησις ἐφθέγγετο. Καὶ ὧδε
ὁ Μωϋσῆς ἐνομοθέτησε, θεοῦ αὐτῷ καταγγείλαντος τὴν νομοθεσίαν.
Καὶ αὗται μὲν ἤδη αἱ δύο σου λέξεις διέπεσον, καὶ οὐ πόρρωθεν ἀλλὰ
ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς χρήσεως. Καὶ ὅτι μὲν νομοθεσία θεοῦ ἐστι, τοῦτο δῆ-
λον. Πανταχοῦ δὲ θεὸς νομοθετεῖ τὰ μὲν εἰς χρόνους, τὰ δὲ εἰς τύ-
πους, τὰ δὲ εἰς ἀποκάλυψιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀγαθῶν, ὧν ἐλθὼν
ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔδειξε τὴν πλήρωσιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.
Κεφ. ι. Τὰ δὲ τῆς παρὰ σοὶ ἑτέρας θεῶν διαιρέσεως τριχῇ πάλιν διαιρεθεί-
σης ἐπαναλαβὼν καὶ αὐτὰ δείξω παρὰ σοὶ σεσυκοφαντημένα, καὶ οὐκ

3. Ὃς *non comparet in libris.*
4. *Libri habent* ὅτι. *Cornarius iam vertit* quando.

Iudaeis vocantur. Quatuor autem illarum sunt genera. Primum est
quod sub Mosis nomine circumferunt. Secundum est quod Rabbi
Akibae tribuunt. Tertium Addae, sive Iudae. Quartum ad Asa-
monaei filios refertur. Cedo igitur, homo contentiosissime ac levis-
sime, quonam in Pentateuchi divinaeque legis volumine illam potes
demonstrare sententiam quam in evangelio Christus attulit? *Qui di-* Marc. 7, 11.
xerit patri suo Corban, quod est donum, nihil ipsi proderit: quod mihi
nunquam ostendes. Quamobrem friget illa tua disputatio, cum id
nullo Pentateuchi loco scriptum extet, ac miserae illi mulierculae
nequicquam imposuisti. Ceterum quae a Moyse sancita sunt, a deo
minime sunt aliena, a quo, Moyse sequestre atque interprete, tra-
dita sunt; quod se ipsum salvatoris iudicium evidenter approbat,
adeoque quibus uteris testimoniis, ea contra temetipsum protulisti.
Sic enim in evangelio dominus loquitur: *Moyses haec scripsit ad du-* Matth. 19, 8.
ritiem cordis vestri. Iam quod Moyses scripsit, non citra dei volun-
tatem scripsit, sed sancto spiritu impellente constituit. Mox enim
salvator in eodem evangelio, *Quod deus,* inquit, *coniunxit, homo
non separet.* Quemadmodum vero coniunxerit, verba ipsa, ut intel-
ligeremus, adiecit: *Propter hoc relinquet homo patrem suum, et ad-
haerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam.* Tum infert: *Quod
ergo deus coniunxit, homo non separet.* Atqui nunquam illud domi-
nus, cum Adamum Evamque formaret, usurpasse legitur, sed hoc
solum: *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* Istud vero ab Adamo di- Gen. 2, 18.
ctum est, qui a somno expergefactus, *Hoc nunc os,* ait, *ex ossibus
meis, et caro de carne mea: haec vocabitur Virago, quia ex viro sumpta
est.* Pergit deinde: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et
adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam.* Cum igitur non
hoc deus, sed Adamus dixerit, et ea ipsa tamen dei esse verba do-
minus in evangelio testetur, satis res ipsa declarat, tum haec Ada-
mi quidem ore, sed dei esse voluntate prolata. Similiter et Moyses
legem edidit, quam dictante domino didicerat. Quare duo illa tamen
verba non procul arcessitis rationibus, sed usu propemodum ipso ac
prolatione conciderunt. Etenim illam a deo profectam esse legem
nemini obscurum arbitror. Idem ille vero ubique decernere solet,
partim quae temporibus congruunt, partim quae certis rebus adum-
brandis serviunt, partim quibus futura bona declarantur, quae in
evangelio demum adventu suo Christus Iesus dominus noster im-
plevit.

Venio iam ad alteram illam institutam a te deorum triplicem dif- Cap. X.
ferentiam, quam eadem ratione calumniose confictam esse, teque id

ἄλλο τι ὂν, ἀλλὰ γόητος τὸ ἔργον. Ποῖος γὰρ ἡμῖν τρίτος θεὸς πάρεστιν, ἐκ δύο συσταθεὶς ὁμοιομάτων, καὶ οὔθ' ἕτερος ὢν τῶν δύο, οὔτε τὴν κακίαν ἔχων καὶ ἀδικίαν, ὡς ἔφης, οὔτε τὴν ἀγαθότητα καὶ φωτεινὴν οὐσίαν, μεσαίτατος δὲ ὢν δίκαιος; Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀλλότριος ὢν πάσης δικαιοσύνης εἰκότως ἀγνοεῖς τί ποτέ ἐστι δικαιοσύνη, ἑτέραν αὐτὴν παρὰ τὴν ἀγαθότητα νομίζων. Πολὺ δὲ ἐλεγχθήσῃ, ὦ ῥαδιουργὲ καὶ ἀλλότριε τῆς ἀληθείας. Οὐδαμόθεν γὰρ γίνεται τὸ δίκαιον ἀλλ'
pag. 226. ἐξ ἀγαθότητος, καὶ οὐδὲ ἄλλως τις γενήσεται ἀγαθὸς, εἰ μὴ ᾖ δίκαιος. Ὅθεν καὶ κύριος ἐπαινῶν τὴν νομοθεσίαν καὶ τοὺς αὐτῆς δικαίους ἔλεγε, Κοσμεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων, καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. Πόθεν δὲ γεγόνασι προφῆται καὶ δίκαιοι, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς ἀγαθότητος; Καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἐν τῷ μέρει τῆς ἀγαθότητος ὁ δίκαιος ἕστηκεν, ἔλεγεν, Ὅμοιοι γένεσθε τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηροὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους· ἵνα δείξῃ τὸ δίκαιον ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν δίκαιον, καὶ τὸ πονηρὸν ἄδικον, καὶ τὸ ἄδικον πονηρόν. Τὴν δὲ ἐπιπλοκὴν, ἣν ἔφης, τοῦ νόμου οὐ δύνασαι ἀποδεῖξαι. Ἑάλως γὰρ συκοφαντῶν τὸν νόμον, ἐπιπλοκήν τινα αὐτῷ προσάπτων, διὰ τὸ εἰρηκέναι τὸν νόμον, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ ἐπειδὴ φονεύει ὁ νόμος τὸν φονευτήν. Ἀλλὰ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πραγματείας δειχθήσεται ὅτι οὐκ ἐπιπλοκή τις ἦν, ἀλλ' ἡ αὐτὴ ἦν νομοθεσία καὶ τὸ αὐτὸ ἐνεργεῖ τῇ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένῃ ἐντολῇ, τὸ, Ἐάν τίς σε τυπτήσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ ὁ νόμος πάλαι τοῦτο κατεσκεύαζε λέγων, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, τουτέστι, Στρέψον αὐτῷ τὴν σιαγόνα. Ἵνα γὰρ διαφύγοι ἃ πάθοι ἂν εἰ πλήξει, παρεῖχε τὴν σιαγόνα τῷ τύπτοντι, εἰδὼς ὅτι εἰ ἀφέλοι ὀφθαλμὸν, τὰ αὐτὰ πείσεται διὰ τὸν νόμον.

Κεφ. ια'. Ὡς γὰρ ὁ πατὴρ βούλεται παιδεύειν τὰ τέκνα, καὶ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ ἁρμοζόμενος προβαίνει τῇ παιδείᾳ, καὶ οὐκ ἴσως τὸ μικρὸν βρέφος παιδεύει τῷ μειρακίῳ, οὐδὲ τὸ μειράκιον ὡσαύτως τῷ νεανίσκῳ, οὐδὲ τὸν νεανίαν τῷ τελείῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑποτιτθίῳ διὰ δακτύλου παιδεία γίνεται, παιδίῳ δὲ μείζονι διὰ χειρὸς ῥαπίσματος, μειρακίῳ δὲ διὰ ἱμάντος, νεανίσκῳ διὰ ῥάβδου, ἀνδρὶ δὲ ἐκδίκησις τῶν μειζόνων παραπτωμάτων μάχαιρα διὰ νόμου, οὕτως καὶ ὁ κύριος ἑξῆς ἐνομοθέτει ἑκάστῃ γενεᾷ τὰ ἁρμόζοντα. Ἐκείνους μὲν γὰρ φόβῳ ἐσωφρόνιζεν, ὡς παιδίοις μικροῖς διαλεγόμενος, καὶ ἀγνοοῦσι τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοὺς δὲ τελείους τελείων ἠξίου μυστηρίων. Καὶ ἐν τῷ εὐαγ-
pag. 227. γελίῳ γὰρ οὕτω πως λέγει τοῖς μαθηταῖς ἐν πολλοῖς τόποις· Οὐκ οἴδατε

quod plani hominis ac nebulonis est egisse perspicue comprobabo. Ecquis enim tertius ille nobis deus est duplici ex similitudine conflatus, qui nec alter sit e duobus, nec infuscatus malitia vel iniustitia, ut ais, ulla, neque bonitate lucidaque natura praeditus, sed medii cuiusdam sit ordinis iustus? Ac merito tu quidem ab omni remotus iustitia quid ea sit ignoras, cum hanc ipsam a bonitate seiungis. In quo, hominum nequissime ac veritatis inimicissime, manifesti erroris argueris. Non enim aliunde quam ex bonitate quod iustum appellamus oritur, neque quisquam, nisi idem bonus sit, esse iustus poterit. Ideoque dominus Mosis legem suo praeconio commendans aiebat: *Ornatis sepulcra prophetarum et aedificatis monumenta iusto-* Matth. 23, 29.
rum, et patres vestri occiderunt illos. Unde igitur prophetae iustique nisi a parente bonitatis extiterunt? Atque ut intelligeres iustum in bonitatis parte versari, *Similes*, ait, *estote patri vestro qui in coelis* Matth.5, 45.
quae Patris faciem assidue contuentur. Iam vero elementorum nomina, quae quidem exprimi fas est, suntque communia, Aeones, et Sermones, ac Radices, Semina, Pleromata ac Fructus appellabat. Quae autem singillatim cuiusque sunt propria, ea Ecclesiae vocabulo comprehensa intelligi significabat. Quorum elementorum extrema ultimi litera vocem suam emisit, cuius sonus exiens ad elementorum similitudinem propria elementa produxit; a quibus inferiora haec ordinata, superiora vero genita esse censuit. Addit vero literam, cuius sonus sonum infra consequebatur, a syllaba sua sursum evectam ad universum explendum; sonum autem ipsum velut foras abiectum in inferioribus haesisse. Elementum porro, cuius illa litera est, cum pronuntiatione sua deorsum descendit, idque literis constare tricenis asserit, quarum singulae alias in se literas complexae sint, quibus literae nomen appelletur. Easdemque rursum literas aliis nominari literis, quae iterum aliis et ipsae nuncupentur, ut in infinitum illa literarum multitudo procedat. Quae omnia facilius hoc modo percipies.

Elementum delta quinque literas continet, nimirum D, E, L, Cap. V.
T, A. Quae literae aliis insuper literis scribuntur, et hae vicissim aliis. Igitur si id, in quo ipsius delta natura consistit, in infinitum excurrit, et ab aliis alia propagantur invicemque succedunt, quanto magis ipsiusmet elementi maius erit literarum velut pelagus? Et si adeo infinita sit una duntaxat litera, vide totius nominis quam im-

tur post αὐτὸ addita, cum sententiam prorsus perturbent gravissimisque notentur glossematis indiciis, plane vides delenda fuisse.

26. κάτω recte restituerunt Grabius, aliique, pro vulgata scriptura καὶ τὸ. Et Vet. Interpres habet deorsum. In cod. Veneto extat καὶ τῷ.

27. Ita corrigendum erat, nec praeter auctoritatem Vet. Interpretis, qui vertit dicit. Libri habent λέγειν.

28. Ita Pseudo-Origenes. In libris Epiphanii reperitur κάτω, ὃ γραμμάτων. Delevi illud ὃ, quod nec Vet. Interpres non agnoscit, cum Grabio, Massueto aliisque Irenaei editoribus.

29. Ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete reposui ὧν pro οὗ, quod vulgo extat in Epiphanii libris.

30. μὴν Pseudo-Origenes.

31. διὰ τῶν γραμμάτων γραφέντος Pseudo-Origenes.

Cap. V. — 1. τε corrigunt Petavius, Grabius aliique.

2. γράμματα non extat in edit. princ. Adiecit primum Petavius de cod. Vatic. Reperitur etiam in Pseudo-Origene et in cod. Veneto.

3. εἰς cod. Venet.

θὸν τῶν γραμμάτων, ἐξ ὧν τὸν Προπάτορα [4] ἡ Μάρκου Σιγὴ συνεστάναι ἐδογμάτισε. Διὸ καὶ τὸν Πατέρα ἐπιστάμενον τὸ ἀχώρητον αὐτοῦ δεδωκέναι τοῖς στοιχείοις, ἃ καὶ Αἰῶνας καλεῖ, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὴν ἰδίαν ἐκφώνησιν ἐκβοᾶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἕνα τὸ ὅλον ἐκφωνεῖν. Ταῦτα δὲ σαφηνίσασαν αὐτῷ τὴν Τετρακτὺν εἰπεῖν [5] θέλω δή σοι καὶ αὐτὴν ἐπιδεῖξαι τὴν Ἀλήθειαν. Κατήγαγον γὰρ αὐτὴν ἐκ τῶν ὕπερθεν δομάτων, ἵν' ἐσίδῃς αὐτὴν γυμνήν, καὶ [6] καταμάθῃς τὸ κάλλος αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ἀκούσῃς αὐτῆς λαλούσης, καὶ θαυμάσῃς τὸ φρόνημα αὐτῆς. Ὅρα οὖν κεφαλὴν ἄνω [7] τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̄, τράχηλον δὲ β̄ καὶ ψ̄, ὤμους ἅμα χερσὶ γ̄ καὶ χ̄, στήθη δ̄ καὶ φ̄, διάφραγμα ε̄ καὶ ῡ, [8] νῶτον ζ̄ καὶ τ̄, κοιλίαν η̄ καὶ σ̄, μηροὺς θ̄ καὶ ρ̄, γόνατα ῑ καὶ π̄, κνήμας κ̄ καὶ ο̄, σφυρὰ λ̄ καὶ ξ̄, πόδας μ̄ καὶ ν̄. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τῆς κατὰ τὸν [9] μάγον Ἀληθείας. Τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ στοιχείου, οὗτος ὁ χαρακτὴρ pag. 239. τοῦ γράμματος. Καὶ καλεῖ τὸ στοιχεῖον τοῦτο Ἄνθρωπον, εἶναί τε πηγήν φησιν αὐτὸ παντὸς λόγου, καὶ ἀρχὴν πάσης φωνῆς, καὶ παντὸς ἀρρήτου ῥῆσιν, καὶ τῆς σιωπωμένης Σιγῆς στόμα. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ σῶμα αὐτῆς. Σὺ δὲ [10] μετάρσιον ἐγείρας διανοίας νόημα τὸν [11] αὐτογεννήτορα καὶ [12] πατροδότορα λόγον ἀπὸ [13] στομάτων Ἀληθείας ἄκουε.

Κεφ. ϛʹ. Ταῦτα δὲ ταύτης εἰπούσης προσβλέψασαν αὐτῷ τὴν Ἀλήθειαν καὶ ἀνοίξασαν τὸ στόμα λαλῆσαι λόγον· τὸν δὲ λόγον ὄνομα γενέσθαι, καὶ τὸ ὄνομα [1] τοῦτο εἶναι ὃ γινώσκομεν καὶ λαλοῦμεν, Χριστὸν Ἰησοῦν· ὃ καὶ ὀνομάσασαν αὐτὴν [2] παραυτίκα σιωπῆσαι. [3] Προσδοκῶντος δὲ τοῦ Μάρκου πλεῖόν τι μέλλειν αὐτὴν λέγειν, πάλιν ἡ Τετρακτὺς παρελθοῦσα εἰς τὸ μέσον [4] φησίν, Ὡς εὐκαταφρόνητον ἡγήσω τὸν λόγον ὃν ἀπὸ στομάτων τῆς Ἀληθείας ἤκουσας. Οὐ τοῦθ' ὅπερ οἶδας καὶ [5] δοκεῖς παλαιόν ἐστιν ὄνομα. Φωνὴν γὰρ μόνον ἔχεις αὐτοῦ, τὴν δὲ δύναμιν ἀγνοεῖς. Ἰησοῦς μὲν γάρ ἐστιν ἐπίσημον ὄνομα, ἓξ [6] ὧν γράμματα ὑπὸ πάντων τῶν τῆς κλήσεως [7] γινωσκόμενον. Τὸ δὲ παρὰ τοῖς Αἰῶσι τοῦ Πληρώματος, πολυμερὲς τυγχάνον, ἄλλης ἐστὶ μορφῆς καὶ ἑτέρου τύπου, γινωσκόμενον ὑπ' ἐκείνων τῶν συγγενῶν, ὧν τὰ μεγέθη παρ' [8] αὐτῷ ἐστι διαπαντός. Ταῦτ' οὖν τὰ παρ' ὑμῖν εἰκοσιτέσσαρα

4. *Pseudo-Origenes:* ἡ Μάρκου φιλοπονία, μᾶλλον δὲ ματαιοπονία βούλεται συνιστᾶν. διὸ καὶ *cett.*

5. θέλω *rescriptum est, sententia postulante, ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Libri Epiphanii habent* θέλων.

6. *Ita cod. Ven. et Pseudo-Origenes. Vulgo* καταμάθοις.

7. *Pseudo-Origenes:* τὸ πρῶτον ἄλφα ω̄. *Vet. Interpr.:* Vide igitur quod in capite eius sursum, primum ᾱ et ω̄.

8. *Vet. Interpres in his quae sequuntur discrepat. Habet enim:* cinctum ε̄ et ῡ, ventrem ζ̄ et τ̄, verenda η̄ et σ̄, femora ξ̄ et ρ̄, genua ῑ et π̄ *cett. Et Pseudo-Origenes aliter haec:* φράγμα (*sic*) ε̄, κοιλίαν ζτ̄, αἰδοῖα ησ̄, μηροὺς θρ̄, γόνατα ιπ̄ *cett.*

9. Μάρκον *habet Pseudo-Origenes.*

10. μετάρσιος *videor mihi legere in cod. Rhedig.*

11. *Omnes libri tuentur quidem* αὐτὸν γεννήτορα. *Sed cum Vet. Interpr. habeat* autogenitora, *ea in Graecis quoque scriptura reponi visa est debere. Pseudo-Origenes praebet* τὸν γεννήτορα καὶ προπάτορα λόγον.

12. *Ita codd. Vatic. Venet., Vet. Interpr., et edit. Petavii. Edit. princ. et codd. Rhedig. Paris. habent* πατροδόρα.

13. *Coniecerunt* στόματος, *hic et infra sequ. cap., cum Vet. Interpres habeat* ab ore.

Cap. VI. — 1. τοῦτο εἶναι (εἶναι τοῦτο *Pseudo-Origenes*) *cod. Venet., consentiente Pseudo-Origene, et Vet. Interprete, qui* esse *convertit. Reliqui libri habent* γενέσθαι τοῦτο.

2. *Ita corrigendum erat ex Pseudo-Origene secundum Vet. Interpr., qui praebet* quod cum nominasset, statim tacuit. *Epiphanii libri habent* παρ' αὐτῇ καὶ σιωπήν.

3. προσδοκοῦντος *edit. princ. et Pseudo-Origenes.*

4. *Pseudo-Origenes:* φησὶν οὕτως· Ἡ πηλὸν ἡγήσω τὸν λόγον τοῦτον *cett.*

5. δοκεῖς *codd. Venet. Rhedig. Paris. Editi libri habent* δοκοῖς, *mendose.*

6. ἔχον *Pseudo-Origenes, et Vet. Interpr.*

7. ἐγκαλούμενα *habet Pseudo-Origenes.*

8. *Ita rescripsi ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene pro vulgata* αὐτῶν.

mensa sit profundaque congeries, ex quibus primum illum constare Parentem Marci Sige perdocuit. Propterea cum Parens ipse comprehendi se non posse sciret, elementis hoc tribuisse, quos et Aeonas vocat, ut quilibet pronuntiationem suam magno clamore proferret, quod totum unus efferre minime posset. Haec cum Tetras ei omnia declarasset, adiecit: Volo et ipsam tibi Veritatem ostendere, quam e coelestibus domiciliis adduxi, nudam ut eam inspiceres eiusque pulchritudinem agnosceres, imo et loquentem audires et prudentiam obstupesceres. Sursum itaque caput intuere *Α* et *Ω*, cervicem vero *Β* et *Ψ*, humeros manusque *Γ* et *Χ*, pectora *Δ* et *Φ*, septum transversum *Ε* et *Υ*, dorsum *Ζ* et *Τ*, ventrem *Η* et *Σ*, femora *Θ* et *Ρ*, genua *Ι* et *Π*, tibias *Κ* et *Ο*, talos *Λ* et *Ξ*, pedes *Μ* et *Ν*. Eiusmodi, ut magus ille fingit, veritatis est corpus; haec elementi figura, hic literae character. Sed elementum ipsum Hominem vocat, fontemque sermonis omnis esse dicit ac vocis omnis principium, et eius omnis quod explicari verbis nequeat, dictionem tacitaeque Siges os quoddam. Ac tale quidem illius corpus extitit. Tu vero, inquit illa, mentis tuae cogitationem sursum attollens sui ipsius genitorem Patrisque datorem, Verbum scilicet, ex ore Veritatis audias.

Quae cum dixisset, tum illum Veritas intuens et os aperiens Cap. VI. verbum eloquitur; hoc deinde nomen factum, nomen id ipsum quod cognoscimus loquimurque, Christum Iesum: quem cum nominasset illa repente conticuit. Marco vero plura ut diceret expectante rursum Tetractys in medium procedens, Quam parvi, inquit, sermonem cum facis quem ab ore Veritatis audisti. Non est illud quod nosti aut habere te putas nomen antiquum. Vocem enim illius duntaxat percipis, vim autem ignoras. Ἰησοῦς quippe eximium nomen est, sex literis comprehensum, quod vocati a deo omnes intelligunt. Illud vero quod apud Pleromatis Aeonas, multiplex est, alterius est formae diversaeque figurae, quod cognati illius intelligunt, quorum magnitudines apud ipsum perpetuo sunt. Quamobrem viginti qua-

γράμματα ἀποῤῥοίας ὑπάρχειν γίνωσκε τῶν τριῶν δυνάμεων εἰκονικὰς, τῶν περιεχουσῶν [9] τὸν ὅλον τῶν ἄνω στοιχείων τὸν ἀριθμόν. Τὰ μὲν [10] γὰρ ἄφωνα γράμματα ἐννέα νόμισον εἶναι, τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Ἀληθείας, διὰ τὸ ἀφώνους αὐτοὺς εἶναι, τουτέστιν ἀῤῥήτους καὶ ἀνεκλαλήτους. Τὰ δὲ ἡμίφωνα ὀκτὼ, ὄντα τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς, διὰ τὸ μέσα ὥσπερ ὑπάρχειν τῶν τε ἀφώνων καὶ τῶν φωνηέντων, καὶ [11] ἀναδέχεσθαι τῶν μὲν ὕπερθεν τὴν ἀπόῤῥοιαν, τῶν δ' [12] ὑπὸ αὐτὰ τὴν ἀναφοράν. Τὰ δὲ φωνήεντα καὶ αὐτὰ ἑπτὰ ὄντα, τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἐπεὶ [13] διὰ τοῦ Ἀνθρώπου φωνὴ προελθοῦσα ἐμόρφωσε τὰ ὅλα. Ὁ γὰρ ἦχος τῆς φωνῆς μορφὴν αὐτοῖς περιεποίησεν. Ἔστιν [14] οὖν ὁ μὲν Λόγος ἔχων καὶ ἡ Ζωὴ τὰ ὀκτὼ, ὁ δὲ Ἄνθρωπος καὶ ἡ Ἐκκλησία τὰ ἑπτὰ, ὁ δὲ Πατὴρ καὶ ἡ Ἀλήθεια τὰ ἐννέα. [15] Ἐπὶ δὲ τοῦ ὑστερήσαντος λόγου ὁ ἀφεδρασθεὶς ἐν τῷ Πατρὶ κατῆλθε, πεμφθεὶς ἐπὶ τὸν ἀφ' οὗ ἐχωρίσθη ἐπὶ διορθώσει τῶν πρα-
pag. 240. χθέντων, ἵνα ἡ τῶν πληρωμάτων ἑνότης [16] ἰσότητα ἔχουσα καρποφορῇ μίαν ἐν πᾶσι τὴν ἐκ πάντων δύναμιν· καὶ οὕτως ὁ τῶν ἑπτὰ τὴν τῶν ὀκτὼ ἐκομίσατο δύναμιν, καὶ ἐγένοντο οἱ [17] τόποι ὅμοιοι τοῖς ἀριθμοῖς Ὀγδοάδες ὄντες, οἵτινες [18] τρεῖς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλθόντες τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀνέδειξαν ἀριθμόν. Τὰ μέν τοι τρία στοιχεῖα ([19] ἅ φησιν αὐτὸς τῶν τριῶν ἐν συζυγίᾳ δυνάμεων ὑπάρχειν, ἅ ἐστιν ἕξ, ἀφ' ὧν ἀπεῤῥύη τὰ εἰκοσιτέσσαρα στοιχεῖα) τετραπλασιασθέντα τῷ τῆς ἀῤῥήτου Τετράδος λόγῳ τὸν αὐτὸν αὐτοῖς ἀριθμὸν ποιεῖ, ἅπερ φησὶ τοῦ ἀνονομάστου ὑπάρχειν· φορεῖσθαι δὲ αὐτὰ ὑπὸ τῶν τριῶν δυνάμεων, εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἀοράτου, ὧν στοιχείων εἰκόνες [20] εἰκόνων τὰ παρ' ἡμῖν [21] διπλᾶ γράμματα ὑπάρχειν, ἃ συναριθμούμενα τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις δυνάμει [22] τῇ κατὰ ἀναλογίαν τῶν τριάκοντα ποιεῖ ἀριθμόν.

Κεφ. ζ'. Τούτου τοῦ λόγου καὶ τῆς [1] οἰκονομίας ταύτης καρπόν φησιν ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος [2] πεφηνέναι ἐκεῖνον τὸν μετὰ τὰς [3] ἓξ ἡμέρας τέταρτον ἀναβάντα εἰς τὸ ὄρος καὶ γενόμενον ἕκτον, τὸν [4] κρατηθέντα καὶ καταβάντα ἐν τῇ Ἑβδομάδι, ἐπίσημον Ὀγδοάδα ὑπάρχοντα, καὶ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸν ἅπαντα τῶν στοιχείων ἀριθμὸν, [5] ὃν ἐφανέρωσεν ἐλθόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἡ τῆς περιστερᾶς κάθοδος, ἥτις ἐστὶν ω̄ καὶ ᾱ. [6] Ὁ γὰρ ἀριθμὸς αὐτῆς μία καὶ ὀκτακόσιαι. Καὶ διὰ τοῦτο Μωϋσέα ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν εἰρηκέναι τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι,

9. *Pseudo-Origenes:* τὸν ὅρον καὶ τῶν ἄνω *cett.*

10. γὰρ *om. cod. Venet.*

11. ἀναδεδέχθαι *habet Pseudo-Origenes.*

12. ὑπὸ αὐτὰ *coniectura Petavii est, Pseudo-Origenis testimonio iam firmata. Libri habent* ὑπὲρ αὐτήν. *Vet. Interpres:* quae subsint.

13. καὶ τοῦ *habet Pseudo-Origenes.*

14. οὖν *restituo ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete.*

15. Ἐπὶ δὲ *Pseudo-Origenes. Libri Epiphanii habent* ἐπειδή. *Billio placuit* ἐκ δέ.

16. ἐν τῷ ἀγαθῷ οὖσα *habet Pseudo-Origenes.*

17. tria loca *habet Vet. Interpres. Consentit Pseudo-Origenes.*

18. τρὶς *videtur legisse Vet. Interpres,*

tuor vestras literas scito derivationes esse quasdam ac trium imagines Virtutum, quae totum superiorum elementorum numerum continent. Mutas enim literas novem ad Patrem ac Veritatem pertinere ex eo putare debes quod mutae sunt, hoc est efferri pronuntiarique nequeant. Semivocales octo Verbo Vitaeque tribuendae sunt, eo quod medii cuiusdam generis sunt mutas inter ac vocales, atque et superiorum profluentiam et inferiorum habitudinem ad sese recipiunt. Vocales deinde septem Homo atque Ecclesia sibi vindicant, quoniam vox ab Homine prodiens universa finxit. Vocis enim sonus certam eis formam attribuit. Igitur octo Verbo ac Vitae conveniunt, Homini atque Ecclesiae septem, Patri ac Veritati novem. Quod autem ratio non satis constaret, is qui in Patre stabilitus erat delapsus est, ad eumque a quo seiunctus fuerat eorum quae facta essent constituendorum gratia dimissus, ut Pleromatum unitas aequalitatem habens unam in omnibus virtutem atque ex omnibus velut fructum emitteret, tum demum qui septenas habebat octonarum vim obtinuit, ac loca ipsa tria numerorum sunt facta similia, hoc est Ogdoades, quae quidem loca cum in sese tria concurrissent, numerum viginti quatuor effecerunt. Sed elementa tria (quae totidem virtutibus coniugata esse dicit, quae sunt numero sex, a quibus viginti quatuor elementa profluxerunt) quadrifariam inexplicabilis Tetradis ratione multiplicata, eundemque cum ipsis numerum efficiunt, quae eius quod nominari nequit propria esse dixit. Ea porro a tribus portari virtutibus, ad inaspectabilis exemplar; quorum elementorum imagines duplices esse literas nostras, quae quatuor et viginti literis annumeratae eum numerum conflant, qui triginta proportione respondet.

Cuius rationis administrationisque fructum similitudine quadam Cap. VII.
extitisse censet illum qui post dies sex in montem quartus ascendit, Matth.17,1.
et sextus est factus, qui descendit, et in hebdomade detentus est, qui idem illustris octonarius est, et omnem in sese numerum elementorum complectitur, quem, cum baptismi caussa venisset, co-
lumbae allapsus ostendit, quae est Ω et Α. Numerus enim illius Matth.3,16.
est DCCCI. Quae caussa sit, cur Moyses sexto die creatum ho-

si quidem ter vertit.

19. *Ita corrigendum erat ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete, qui vertit* quae dicit. *Libri habent* ἀφίησιν.

20. εἰκόνων, *quod cum Pseudo-Origene et Vet. Interprete omnes libri tuentur, Petavius uncinis notavit. Vindicavit Massuetus.*

21. ἓξ διπλᾶ *habet Pseudo-Origenes.*

22. τῇ *reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Epiphanii libri habent* τῶν.

Cap. VII. — 1. ἀναλογίας *Pseudo-Origenes.*

2. πεφηνέναι *codd. Ven. et Paris., Pseudo-Origenes et Vet. Irenaei Interpres. Vulgo* πεφυκέναι.

3. ἡμέρας ἓξ *cod. Ven.*

4. καταβάντα καὶ κρατηθέντα *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.*

5. ὃν *adieci ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene.*

6. δι' ἀριθμοῦ δηλουμένου ὀκτακοσίων ἑνὸς *Pseudo-Origenes.*

καὶ τὴν οἰκονομίαν δὲ [7] ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, ἥτις ἐστὶ παρασκευή, τὸν ἔσχατον ἄνθρωπον εἰς ἀναγέννησιν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πεφηνέναι· ἧς οἰκονομίας ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ τὴν ἕκτην ὥραν, ἐν ᾗ προσηλώθη τῷ ξύλῳ. Τὸν γὰρ τέλειον Νοῦν ἐπιστάμενον τὸν τῶν ἓξ ἀριθμὸν δύναμιν, ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως ἔχοντα, φανερῶσαι τοῖς υἱοῖς τοῦ φωτὸς τὴν [8] διὰ τοῦ φανέντος ἐπισήμου εἰς αὐτὸν [9] δι' αὐτοῦ γενομένην ἀναγέννησιν. Ἔνθεν καὶ τὰ διπλᾶ γράμματα τὸν ἀριθμὸν ἐπίσημον ἔχειν φησίν. Ὁ γὰρ ἐπίσημος ἀριθμὸς [10] συγκραθεὶς τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις τὸ τριακονταγράμματον ὄνομα ἀπετέλεσε. Κέχρηται δὲ διακόνῳ τῷ τῶν ἑπτὰ ἀριθμῶν μεγέθει, ὥς φησιν ἡ Μάρκου Σιγή, ἵνα τῆς αὐτοβουλήτου βουλῆς φανερωθῇ ὁ καρπός. Τὸν μέν τοι ἐπίσημον τοῦτον ἀριθμὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησὶ, τὸν
pag. 241. [11] ἐπὶ τοῦ ἐπισήμου μορφωθέντα, νόησον, τὸν ὥσπερ μερισθέντα [12] ἢ διχοτομηθέντα, καὶ ἔξω μείναντα, ὃς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει τε καὶ φρονήσει διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ προβολῆς τοῦτον [13] τὸν τῶν ἑπτὰ δυνάμεων [14] κατὰ μίμησιν τῆς Ἑβδομάδος δυνάμεως ἐψύχωσε κόσμον, καὶ ψυχὴν ἔθετο εἶναι τοῦ ὁρωμένου παντός. Κέχρηται μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὗτος τῷδε τῷ ἔργῳ, ὡς αὐθαιρέτως ὑπ' αὐτοῦ [15] γενομένῳ, τὰ δὲ διακονεῖ, μιμήματα ὄντα τῶν ἀμιμήτων, τὴν Ἐνθύμησιν τῆς Μητρός. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος οὐρανὸς φθέγγεται τὸ ᾱ, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον τὸ ε̄, ὁ δὲ τρίτος η̄, τέταρτος δὲ καὶ μέσος τῶν ἑπτὰ τὴν τοῦ ῑ δύναμιν ἐκφωνεῖ, ὁ δὲ πέμπτος τὸ ο̄, ἕκτος δὲ τὸ ῡ, ἕβδομος [16] δὲ καὶ τέταρτος ἀπὸ [17] μέσου τὸ ω̄ στοιχεῖον ἐκβοᾷ, καθὼς ἡ Μάρκου Σιγή, ἡ πολλὰ μὲν φλυαροῦσα, μηδὲν δὲ ἀληθὲς λέγουσα, διαβεβαιοῦται· αἵ τινες δυνάμεις ὁμοῦ, φησὶ, πᾶσαι εἰς ἀλλήλας συμπλακεῖσαι ἠχοῦσι καὶ δοξάζουσιν ἐκεῖνον ὑφ' οὗ προεβλήθησαν, ἡ δὲ δόξα τῆς ἠχῆς ἀναπέμπεται εἰς τὸν Προπάτορα. Ταύτης μέν τοι τῆς δοξολογίας τὸν ἦχον εἰς τὴν γῆν φερόμενόν φησι πλάστην γενέσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· τὴν δὲ ἀπόδειξιν φέρει ἀπὸ τῶν ἄρτι γεννωμένων βρεφῶν, ὧν [18] ἡ ψυχὴ ἅμα τῷ ἐκ μήτρας προελθεῖν ἐπιβοᾷ ἑνὸς ἑκάστου τῶν στοιχείων τούτων τὸν ἦχον. Καθὼς οὖν αἱ ἑπτὰ, φησὶ, δυνάμεις δοξάζουσι τὸν Λόγον, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς βρέφεσι κλαίουσα καὶ θρηνοῦσα Μάρκον δοξάζει αὐτόν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰρηκέναι, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον· καὶ πάλιν, Οἱ οὐρανοὶ [19] τῶν οὐρανῶν διηγοῦνται δόξαν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἔν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη εἰς διυλισμὸν αὐτῆς ἐπιφωνεῖ [20] τὸ ω̄,

7. τοῦ πάθους addit Pseudo-Origenes.
8. διὰ τοῦ scripsi de auctoritate Pseudo-Origenis. Vulgo δι' αὐτοῦ.
9. ἀριθμὸν pro δι' αὐτοῦ Massuetus reposuit ex cod. Paris. εἰς τὴν δι' αὐτοῦ ἐπιγ. ἀναγέννησιν habet Pseudo-Origenes. Vet. Interpres: manifestasse filiis luminis eam generationem quae facta est per eum qui manifestatus est insignis in eum numerum.
10. συγκερασθεὶς Pseudo-Origenes.
11. ἀπὸ correxerunt Petavius, Grabius aliique, Vet. Interpretem secuti.

minem scripserit, imo etiam cur sexto, hoc est parasceues, die postremus homo ad instaurandam prioris hominis generationem suam illam functionem obierit, cuius initium ac finis hora sexta fuerit, qua ligno sit affixus. Perfectam quippe mentem cum in senario numero efficiendi instaurandique vim inesse non ignoraret, filiis lucis iteratam illam declarasse generationem, quae per insignem ipsum apparentem in eum numerum extiterit. Unde et duplices literas insignem continere numerum docuit. Insignis enim numerus cum quatuor et viginti permistus elementis triginta literarum nomen conficit. Sed numerorum septem magnitudine tanquam administra utitur, ut Marci Sige narrabat, ut a sua voluntate profecti consilii fructus appareat. Ceterum insignem hunc numerum eum, inquit, intellige qui ab insigni formatus est, quique velut divisus et bipartitus est, forisque remanet, qui sua virtute ac prudentia efficientiaque propria mundum hunc ad septenarii virtutis imitationem septem virtutibus comprehensam animavit, eiusque omnis, quod aspectabile est, animam constituit. Hoc igitur opere velut sponte a se facto ipsemet utitur. Alia vero, cum sint imitationes quaedam non imitabilium, Cogitationi Matris serviunt. Itaque primum coelum *A* pronuntiat, secundum *H*, tertium *H*, quartum et medium vocalis *I* vim effert, quintum *O*, sextum *Υ*, septimum et quartum elementum *Ω* e medio proclamat, ait Marciana Sige, quae magnas nugas effutiens veri nihil eloquitur. Virtutes illae porro simul omnes invicem consertae resonant, inquit, ac praedicant eum a quo productae sunt. Cuius sonitus collaudatio primum in Parentem confertur, idemque sonus delatus in terram omnium quae sunt in ea fictor ac procreator est factus. Quod ex recens editis infantibus demonstrare nititur, qui simulatque matris ex utero prodierunt, vagitu suo uniuscuiusque elementorum istorum sonum exprimunt. Ut igitur septenae virtutes, ait, Verbum laudibus efferunt: ita et Marcum ipsum plorans in infantibus ac moerens anima praedicat. Ideo quoque David cecinit: *Ex ore infantium et* Psalm. 8, 3.
lactentium perfecisti laudem. Ac rursum: *Coeli coelorum enarrant* Psalm. 18, 2.
gloriam dei. Hinc est quod inter labores et aerumnas, ut sit quodammodo defaecatior anima, literam *Ω* pronuntiat, quod est lauda-

12. ἢ διχοτομηθέντα desideratur in cod. Veneto et apud Pseudo-Originem.
13. τὴν ζωὴν τῶν habet vitiose Pseudo-Origenes.
14. κατὰ μίμησιν codd. Ven. Rhedig. Paris. μιμήσει Pseudo-Origenes. Vulgo καὶ μίμησιν.
15. γενόμενα τὰ δι' εἰκόνων, μιμήματα cett. habet Pseudo-Origenes.
16. δὲ adieci ex cod. Veneto et Pseudo-Origene. Agnoscit etiam Vet. Interpres.
17. ἀπὸ μέσου reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Omittit cod. Venetus. ἀπὸ μέρους vulgata est scriptura.
18. ἡ ψυχὴ reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete, sententia postulante. Epiphanii libri habent ἠχή.
19. Verba τῶν οὐρανῶν non agnoscunt Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.
20. τῷ ω̄ cod. Venet.

εἰς σημεῖον αἰνέσεως, ἵνα γνωρίσασα ἡ ἄνω ψυχὴ τὸ συγγενὲς αὐτῆς βοηθὸν αὐτῇ καταπέμψῃ.

Κεφ. η΄. Καὶ περὶ μὲν τοῦ παντὸς ὀνόματος τριάκοντα ὄντος γραμμάτων τούτου, καὶ τοῦ Βυθοῦ τοῦ αὔξοντος ἐκ τῶν τούτου γραμμάτων, ἔτι τε τῆς Ἀληθείας σώματος δωδεκαμελοῦς ἐκ δύο γραμμάτων [1] ἑκάστου μέλους συνεστῶτος, καὶ τῆς φωνῆς αὐτῆς, ἣν [2] προςωμίλησε μὴ προςομιλήσασα, καὶ περὶ τῆς [3] ἐπιλύσεως τοῦ μὴ λαληθέντος ὀνόματος, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς καὶ ἀνθρώπου, καθὰ ἔχουσι τὴν κατ' εἰκόνα pag. 212. οἰκονομίαν, οὕτως ἐλήρησεν. Ἑξῆς δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἰσάριθμον δύναμιν ἐπέδειξεν ἡ Τετρακτὺς αὐτῷ ἀπαγγελοῦμεν· ἵνα μηδὲν λάθῃ σε τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἐληλυθότων, ἀγαπητὲ, καθὼς πολλάκις ἀπήτησας παρ' ἡμῶν. Οὕτως οὖν ἀπαγγέλλει ἡ πάνσοφος αὐτῷ Σιγὴ τὴν γένεσιν τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων. Τῇ μονότητι συνυπάρχειν [4] ἑνότητα, ἐξ ὧν δύο προβολαὶ, καθὰ προείρηται, μονάς τε καὶ τὸ ἓν ἐπὶ δύο οὖσαι τέσσαρα ἐγένοντο· δὶς γὰρ δύο τέσσαρες. Καὶ πάλιν αἱ δύο καὶ τέσσαρες εἰς τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι τὸν τῶν ἓξ ἐφανέρωσαν ἀριθμόν. Οὗτοι δὲ οἱ ἓξ τετραπλασιασθέντες τὰς εἴκοσι τέσσαρας ἀπεκύησαν μορφάς. Καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης Τετράδος ὀνόματα ἅγια ἁγίων νοούμενα, καὶ μὴ δυνάμενα λεχθῆναι, γινώσκεσθαι ὑπὸ μόνου τοῦ Υἱοῦ, ἃ ὁ Πατὴρ οἶδε τίνα ἐστί. Τὰ δὲ σεμνὰ καὶ μετὰ πίστεως ὀνομαζόμενα παρ' αὐτῷ ἐστι [5] ταῦτα, Ἄρρητος καὶ Σιγὴ, Πατήρ τε καὶ Ἀλήθεια. Ταύτης δὲ τῆς Τετράδος ὁ σύμπας ἀριθμός ἐστι στοιχείων εἰκοσιτεσσάρων. Ὁ γὰρ Ἄρρητος ὄνομα γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἑπτὰ, ἡ δὲ Σιγὴ πέντε, καὶ ὁ Πατὴρ [6] πέντε, καὶ ἡ Ἀλήθεια ἑπτὰ, ἃ συντεθέντα ἐπιτοαυτὸ τὰ δὶς πέντε καὶ δὶς ἑπτὰ τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν. Ὡςαύτως δὲ καὶ ἡ δευτέρα Τετρὰς, Λόγος καὶ Ζωὴ, Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων ἀνέδειξαν. Καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος δὲ ῥητὸν ὄνομα [7] Ἰησοῦς γραμμάτων ὑπάρχειν ἓξ, [8] τὸ δ' ἄρρητον αὐτοῦ γραμμάτων εἰκοσιτεσσάρων, Υἱὸς Χριστὸς γραμμάτων δώδεκα, τὸ δὲ ἐν Χριστῷ ἄρρητον γραμμάτων [9] τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτὸν ᾱ καὶ ω̄, ἵνα τὴν περιστερὰν μηνύσῃ, τοῦτον ἔχοντος τὸν ἀριθμὸν τούτου τοῦ ὀρνέου.

Cap. VIII. — 1. ἑκάστου μέλους cum Irenaei editoribus supplevi ex Vet. Interprete. Graeci quidem libri non habent.

2. προςωμίλησε μὴ, quod desideratur in Epiphanii libris, supplevi ex Vet. Irenaei Interprete.

3. ἀναλύσεως maluerunt Petavius et Billius.

4. ἑνότητα codd. Venet. Vatic., Pseudo-Origenes et Vet. Irenaei Interpres. Vulgo ἑνότητι.

5. τοιαῦτα cod. Venet.

6. πέντε adieci ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Abest enim ab Epiphanii libris.

7. Vocem Ἰησοῦς reposui ex Vet. Interpretis auctoritate et Petavii coniecturam, quam vide, secutus. Vulgo extat ὀκτὼ καὶ δέκα, quod in cod. Veneto ῆ καὶ δέκα scriptum est. Apud Pseudo-Origenem ea vocabula plane desiderantur.

tionis indicium, ut coelestis anima quod sibi cognatum est agnoscens opitulatorem submittat.

De toto igitur illo nomine, quod XXX ex literis componitur, Bytho qui iisce ex literis incrementum capit, nec non et Veritatis corpore membris constante duodecim, quorum singula duabus e literis conflata sunt, ipsiusque voce quam minime eloquens est elocuta, tum de minime prolati resolutione nominis, ac de Mundi et Hominis anima, quatenus ad similitudinem expressa providentiae administrationique respondent, hoc ille modo nugatus est. Quemadmodum vero ex nominibus aequalem numero Virtutem ei Tetractys ostenderit, deinceps explicabimus, ne quid eorum te, carissime, lateat, quae ab illo dicta ad nostram memoriam pervenerunt, id quod a nobis saepe postulasti. Hoc itaque modo sapientissima Sige XXIV elementorum illi generationem exposuit. Nimirum cum Singularitate Unitatem existere: ab iis propagata duo Monadem atque Unum quatuor implesse. Bis enim duo quatuor efficiunt. Rursumque duo coniuncta cum quatuor senarium ostenderunt. Hic quater in sese ductus XXIV formas effecit. Ac primae quidem Tetradis nomina sanctissima, quae intelligentia sola percipi possunt, verbis explicari non possunt, soli putat filio cognita, quae cuiusmodi sint Pater intelligit. Quae vero sic augusta sunt, ut cum fide pronuntiari possint, hunc in modum recenset. Arrhetus et Seige, Pater et Veritas. Huius Tetradis numerus omnis XXIV elementa colligit. Nam Arrhetus septem in se literas complectitur, Seige V, Pater V, et Veritas VII; quae in unum composita bis quinque bisque septem XXIV efficiunt. Ita et secunda Tetras, Logus, Zoë, Anthropus et Ecclesia eundem exhibent elementorum numerum. Iam Salvatoris nomen, quod efferri fas est, hoc est Ἰησοῦς, literarum esse sex. Quod vero pronuntiari nequit, literas habere XXIV. Ita Christum Filium literarum esse XII: quod vero in Christo nec effabile est, literarum XXX. Ideoque *A* et *Ω* seipsum nominat, ut columbam significet. Huic enim avi numerus iste convenit. Cap. VIII.

8. *Ita restitui ex Pseudo-Origene. Vulgo* τὸν.

9. *Plenior hic ipso Irenaeo eius excerptor est Pseudo-Origenes:* Τὸ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ ἄρρητον γραμμάτων τριάκοντα, καὶ αὐτὸ τοῖς ἐν αὐτῷ γράμμασι κατὰ ἓν στοιχεῖον ἀριθμούμενον. Τὸ γὰρ Χριστός ἐστι στοιχείων ὀκτώ. Τὸ μὲν γὰρ χ̄εῖ τριῶν, τὸ δὲ ρ̄ δύο, καὶ τὸ ε̄ῑ δύο, καὶ ῑ τεσσάρων, τὸ σ̄ πέντε, καὶ τὸ τ̄ τριῶν, τὸ δὲ ο̄ῡ δύο, καὶ τὸ σὰν τριῶν. Οὕτως τὸ ἐν τῷ Χριστῷ ἄρρητον φάσκουσι στοιχείων τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτο δέ φασιν αὐτὸν λέγειν, Ἐγὼ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̄, ἐπιδεικνύντα τὴν περιστερὰν τοῦτον ἔχουσαν τὸν ἀριθμὸν, ὅ ἐστιν ὀκτακόσια ἕν. *Quod testimonium etiam refellit Salmasium de scripturae nominis Christi modo Petavium vituperantem in (Fr. Franci) Confutat. Animadv. Ant. Cercoetii pag. 73 sqq.*

Κεφ. Θ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ταύτην ἔχει, φησὶ, τὴν ἄρρητον γένεσιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς Μητρὸς τῶν ὅλων τῆς πρώτης Τετράδος ἐν θυγατρὸς τρόπῳ προῆλθεν ἡ δευτέρα Τετρὰς, καὶ ἐγένετο Ὀγδοὰς, ἐξ ἧς προῆλθε Δεκάς. Οὕτως ἐγένετο [1] Δεκὰς καὶ Ὀγδοάς. Ἡ οὖν Δεκὰς ἐπισυνελθοῦσα τῇ Ὀγδοάδι καὶ δεκαπλασίονα αὐτὴν ποιήσασα [2] τὸν τῶν ὀγδοήκοντα προεβίβασεν ἀριθμὸν, καὶ τὰ ὀγδοήκοντα πάλιν δεκαπλασιάσασα [3] τὸν τῶν
pag. 243. ὀκτακοσίων ἀριθμὸν ἐγέννησεν, ὥςτε εἶναι τὸν ἅπαντα τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν ἀπὸ Ὀγδοάδος εἰς Δεκάδα προελθόντα η̅ καὶ π̅ καὶ ω̅, ὅ ἐστι [4] Ἰησοῦς. Τὸ γὰρ Ἰησοῦ ὄνομα κατὰ τὸν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀριθμὸν ω̅ ἔστιν ὀγδοηκονταοκτώ. [5] Ἔχει σαφῶς καὶ τὴν [6] ὑπερουράνιον [7] τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς γένεσιν. Διὸ καὶ τὸν ἀλφάβητον τῶν Ἑλλήνων ἔχειν Μονάδας ὀκτὼ, καὶ Δεκάδας ὀκτὼ, καὶ Ἑκατοντάδας ὀκτὼ, τὴν τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοηκονταοκτὼ ψῆφον [8] ἐπιδεικνύοντα, τουτέστι [9] τὸν Ἰησοῦν, [10] τὸν ἐκ πάντων [11] συνεστῶτα τῶν ἀριθμῶν, καὶ διὰ [12] τοῦτο ἄλφα καὶ ω̅ ὀνομάζεσθαι αὐτὸν, τὴν ἐκ πάντων γένεσιν σημαίνοντα. Καὶ πάλιν οὕτως. Τῆς πρώτης Τετράδος κατὰ πρόςβασιν ἀριθμοῦ εἰς αὐτὴν συντιθεμένης ὁ τῶν δέκα ἀνεφάνη ἀριθμός. Μία γὰρ καὶ δύο καὶ τρεῖς [13] καὶ τέσσαρες ἐπιτοαυτὸ συντεθεῖσαι δέκα γίνονται, καὶ τοῦτ' εἶναι θέλουσι τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς, φησὶ, γραμμάτων ὀκτὼ ὢν, τὴν πρώτην Ὀγδοάδα σημαίνει, ἥτις τῷ δέκα συμπλακεῖσα τὸν Ἰησοῦν ἀπεκύησε. Λέγεται δὲ, φησὶ, καὶ Υἱὸς Χριστὸς, τουτέστιν ἡ Δωδεκάς. Τὸ γὰρ Υἱὸς ὄνομα γραμμάτων ἐστὶ τεσσάρων, τὸ δὲ Χριστὸς ὀκτὼ, ἅτινα συντεθέντα τὸ τῆς Δωδεκάδος ἐπέδειξαν μέγεθος. Πρὶν μὲν οὖν, φησὶ, τούτου τοῦ ὀνόματος τὸ ἐπίσημον φανῆναι, τουτέστι τὸν Ἰησοῦν, τοῖς υἱοῖς, ἐν ἀγνοίᾳ πολλῇ ὑπῆρχον οἱ ἄνθρωποι καὶ πλάνῃ· ὅτε δὲ ἐφανερώθη τὸ ἑξαγράμματον ὄνομα, ὃς σάρκα [14] περιεβάλετο, ἵνα εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ ἀνθρώπου κατέλθῃ, ἔχων ἐν ἑαυτῷ αὐτὰ τὰ ἓξ καὶ τὰ εἰκοσιτέσσαρα, τότε γνόντες αὐτὸν ἐπαύσαντο τῆς ἀγνοίας. Ἐκ θανάτου δὲ εἰς ζωὴν ἀνῆλθον, τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς [15] ὁδοῦ γεννηθέντος πρὸς τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας. Τεθεληκέναι γὰρ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων λῦσαι τὴν ἄγνοιαν καὶ καθελεῖν τὸν θάνατον. Ἀγνοίας δὲ λύσις ἡ ἐπίγνωσις αὐτοῦ ἐγίνετο. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεχθῆναι τὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως οἰκονομηθέντα ἄνθρωπον.

Cap. IX. — 1. δέκα, εἶτα δεκαοκτώ *Pseudo-Origenes.* Sic factum est XVIII. *habet Vet. Interpres.*

2. τὸ *cod. Ven.*

3. τὸ *cod. Ven.*

4. Ἰησοῦς *restitui ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene, contra codicum mss. Epiphanii auctoritatem, qui praebent, una cum editis,* δεκαοκτώ. *In cod. Vatic. scriptum est* ιη̅.

5. ἔχεις *secundum Vet Interpr. coniecerunt Billius, Massuetus aliique.*

6. ὑπουράνιον *cod. Rhedig.* supercaelestis Iesu secundum eos genesin *Vet. Interpres.*

7. τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς *cod. Venet. Quomodo ex Vet. Interpr. iam dudum censuerunt reponendum esse Billius, Grabius aliique Irenaei editores. Vulgo extat* τοῦ η̅ καὶ τοῦ σ̅ κατ' αὐτούς. *Apud Pseudo-Origenem verba* Ἔχει — — — γένεσιν. Διὸ *non reperiuntur.*

8. ἐπιδεικνύοντα *Pseudo-Origenes.* ἔπειτα δεικνύοντα *Epiphanii libri praebent.*

9. τὸν Ἰησοῦν *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. Epiphanii libri habent* τουτέστι τὸ ε̅ ι̅ η̅.

10. τῶν *cod. Ven. Omitt. Pseudo-Origenes.*

11. συνεστώτων *Pseudo-Origenes.*

12. τοῦτο *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. Vulgo* τοῦ.

13. καὶ τέσσαρες *Petavius primum addidit ex cod. Vatic.*

14. περιεβάλετο *codd. Venet. Rhedig. Vulgo* περιεβάλλετο.

15. ὁδηγοῦ *legebat Vet. Interpres, qui vertit* ducatore ad Patrem veritatis.

Quod ad Iesum pertinet, hanc, ait, generationem, quae explicari verbis nequit, sortitus est. Etenim ab universorum Matre prima illa Tetrade filiae instar secunda Tetras exorta et Ogdoas est facta, a qua Decas processit. Itaque Decas et Ogdoas progressae sunt. Tum Decas cum Ogdoade copulata ac decies illam multiplicans Octogenarium numerum effecit. Quem decies insuper multiplicans ad octingenta perduxit. Ut omnis ille literarum numerus ab Ogdoade progressus ad Decadem sit *H* et *Π* et *Ω*, quae sunt DCCCLXXXVIII. Siquidem Iesu nomen ob eum numerum, quem literae reddunt, DCCCLXXXVIII conficit; ac perspicue coelo, ut putant, ipso sublimioris Iesu generationem continet. Unde et in Graecorum Alphabeto Monades octo, totidem Decades atque Hecatontades reperiri dicunt, ut DCCCLXXXVIII numerum praebeat, hoc est Iesum, ex omnibus numeris contextum; ob idque sese *A* et *Ω* nominasse, quo illam ex omnibus sui productionem exprimeret. Quod hoc rursum modo perfectum est. Primus Quaternarius per numeri progressionem in sese redactus Denarium produxit. Nam unum et duo tria et quatuor simul composita decem faciunt; quod ipsum esse Iesum existimant. Sed et Christus, inquiunt, octo ex literis contextus primam Ogdoadem demonstrat, quae cum decem coniuncta Iesum peperit. Dicitur quoque *Υἱὸς Χριστὸς*, aiunt, hoc est Dodecas. Nam *Υἱὸς* literas habet quatuor, Christus octo, quae collecta Dodecadis effecere magnitudinem. Sed antequam nominis huius episemum, hoc est Iesus, filiis appareret, in summa homines ignorantia et errore versati sunt. Postea quam vero sex literarum nomen est patefactum, quod ideo carnem induit, ut sex ipsas et XXIV literas comprehendens ad sensus hominum sese demitteret, tum demum eo cognito ab errore destiterunt, et ad vitam emerserunt a morte, cum ad veritatis patrem ductoris instar ipsis nomen illud extitisset. Placuisse siquidem omnium Parenti ut ignorantiam discuteret mortemque tolleret. Ignorantiae porro discussio ipsius cognitio fuit. Proindeque delectus is est homo, qui de illius voluntate ad coelestis Virtutis exemplar singulari est providentia constitutus. Cap. IX.

Κεφ. ι'. Ἀπὸ Τετράδος γὰρ προῆλθον οἱ Αἰῶνες. Ἦν δὲ ἐν τῇ Τετράδι
Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, Λόγος καὶ Ζωή. Ἀπὸ τούτων οὖν δυνά-
μεις, φησὶν, ἀπορρυεῖσαι ἐγενεσιούργησαν τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα Ἰησοῦν.
Καὶ τοῦ μὲν Λόγου ἀναπληρωκέναι τὸν τόπον τὸν ἄγγελον Γαβριὴλ,
pag. 214. τῆς δὲ Ζωῆς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τοῦ δὲ Ἀνθρώπου τὴν δύναμιν τοῦ
[1] Ὑψίστου, τὸν δὲ τῆς Ἐκκλησίας τόπον ἡ Παρθένος [2] ἐπέδειξεν.
Οὕτως τε ὁ κατ' οἰκονομίαν διὰ τῆς Μαρίας γενεσιουργεῖται παρ' αὐτῷ
Ἄνθρωπος, ὃν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων διελθόντα διὰ μήτρας ἐξελέξατο [3] διὰ
Λόγου εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. Ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ κατελ-
θεῖν εἰς αὐτὸν ὡς περιστερὰν τὸν ἀναδραμόντα ἄνω καὶ πληρώσαντα
τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ σπέρμα τούτων τῶν συσπα-
ρέντων αὐτῷ, καὶ συγκαταβάντων, καὶ συναναβάντων· αὐτὴν δὲ τὴν
δύναμιν [4] τὴν κατελθοῦσαν σπέρμα φησὶν εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἔχον ἐν
ἑαυτῷ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, τήν τε διὰ τούτων γινωσκομένην
ἀνονόμαστον δύναμιν τῆς Σιγῆς καὶ τοὺς ἅπαντας Αἰῶνας. Καὶ τοῦτ'
εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ λαλῆσαν διὰ τοῦ [5] στόματος τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὁμολογῆ-
σαν ἑαυτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ [6] φανερῶσαν τὸν Πατέρα, κατελθὸν
μὲν εἰς τὸν Ἰησοῦν, ἡνῶσθαι δ' αὐτῷ. Καὶ καθεῖλε μὲν τὸν θάνατον,
φησὶν, ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας Σωτὴρ, ἐγνώρισε δὲ τὸν Πατέρα Χριστόν.
Εἶναι οὖν τὸν Ἰησοῦν ὄνομα μὲν τοῦ ἐκ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου λέ-
γει, τεθεῖσθαι δὲ εἰς ἐξομοίωσιν καὶ μόρφωσιν τοῦ μέλλοντος εἰς αὐτὸν
κατέρχεσθαι Ἀνθρώπου, [7] τὸν χωρήσαντα αὐτόν· ἐσχηκέναι δὲ αὐτόν
τε τὸν Ἄνθρωπον, αὐτόν τε τὸν Λόγον, καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Ἄρ-
ρητον, καὶ τὴν Σιγὴν, καὶ τὴν Ἀλήθειαν, καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ Ζωήν.

Κεφ. ια'. Ταῦτα δὴ ὑπὲρ τὸ [1] Ἰοῦ καὶ τὸ Φεῦ καὶ ὑπὲρ [2] τὴν πᾶσαν τραγι-
κὴν [3] φώνησιν καὶ [4] σχετλιασμόν ἐστι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε τῶν
τηλικούτων ψευσμάτων [5] κακοσύνθετον ποιητὴν, τὴν μὲν Ἀλήθειαν
ὁρῶν εἴδωλον ὑπὸ Μάρκου γεγονυῖαν, καὶ τοῦτο τοῖς τοῦ ἀλφαβήτου
γράμμασι κατεστιγμένην [6] νεωστὶ, πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὴ λεγόμενον
χθὲς καὶ πρώην. Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ
δέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ
ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ, ἔσχατον δὲ πάντων
Παλαμήδην φασὶ τὰ [7] μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι. Πρὸ τοῦ οὖν

Cap. X. — 1. Ὑψίστου *correxi de auctoritate Pseudo-Origenis et Vet. Interpretis. Epiphanii libri habent* υἱοῦ.
2. ἔδειξεν *codd. Rhedig. et Paris.*
3. διὰ Λόγου *desideratur in cod. Veneto.*
4. τὴν *addidi de auctoritate cod. Veneti et Pseudo-Origenis, qui habet* τὴν καταβᾶσαν εἰς αὐτόν.
5. *Verba* στόματος τοῦ, *quae desiderantur in codd. Rhedig. Paris. et editis libris, secundum Vet. Interpretem et Pseudo-Origenem reposui ex codd. Veneto et Vaticano.*
6. φανερῶσαν *emendatio est Grabii, pro* φανερώσαντα, *quod libri Epiphanii vulgo praebent. Firmat illam Pseudo-Origenes.*
7. *Pseudo-Origenes:* ὃν χωρήσαντα ἐσχηκέναι αὐτόν. Αὐτόν τε εἶναι τὸν Ἄνθρωπον *cett. Vet. Interpres:* quem capientem habere et ipsum Hominem *cett.*

Nam Aeones a Tetrade profecti sunt. In qua isti censebantur, Cap. X.
Homo et Ecclesia, Verbum et Vita. Ab iis profluentes quaedam
Virtutes Iesum illum procrearunt qui in terris apparuit. Ceterum
in Verbi locum angelum Gabrielem, Vitae vero Spiritum Sanctum
esse substitutum asserunt: sicut Hominis partes Altissimi virtus,
Ecclesiae vero Virgo sustinuit. Sic ille peculiari providentia editus
de Maria natus est Homo, quem per uterum egressum sui ad cogni-
tionem per Verbum omnium Parens elegit. Cumque ad aquam ab-
luendus venisset, in eum columbae descendisse specie illum ipsum
narrant, qui sursum recurrens duodenarium numerum implevit; in
quo semen inest eorum quae cum illo sata pariter et descenderunt
et ascenderunt. Ipsam vero delapsam e coelo virtutem semen Patris
definit esse, quod in se patrem ac Filium, eamque Siges virtutem,
quae per illos cognita nomine caret omni, ac reliquos Aeones com-
plectitur. Huncque Spiritum esse Sanctum, qui per Iesum locutus
cum eoque coniunctus est. Iam vero mortem, inquit, Salvator ex
illa providentia natus sustulit, Christumque patrem hominibus pate-
fecit. Iesum itaque nomen eius esse proprium hominis statuit, quem
singularis illa providentia submisit, sed ad alterius similitudinem ac
configurationem impositum esse, qui in ipsum erat aliquando lapsu-
rus. Quem cum excepisset, una et Hominem ipsum, et Verbum
ac Patrem, et Arrhetum ac Sigen, Veritatem item et Ecclesiam,
Vitamque comprehendisse.

Quae omnes illorum fabulae eiusmodi sunt, ut iis deplorandis Cap. XI.
nullum Heu! Heu! vel Proh! neque ulla prorsus tragica vox ac la-
mentatio possit sufficere. Quis enim non talium mendaciorum infe-
licem artificem oderit, cum Veritatem ipsam in inane simulacrum a
Marco deformatam videat et, quod gravius est, alphabeti literis tan-
quam stigmatibus inustam; ut quod nuper admodum atque heri, ut
aiunt, et nudiustertius accidit, quasi iam tum olim extitisset, ven-
ditare studuerit. Graeci quidem XVI a Cadmo literas primum ac-
cepisse se memorant, tum a se progredientibus temporibus alias aspi-
ratas, alias duplices inventas, postremo a Palamede maiores adiun-

Cap. XI. — 1. ἰησοῦ *ed. princ.*
2. τὴν *restitui cum Massueto pro* τὸ *quod libri habent. Vet. Interpres:* et super universam tragicam exclamationem.
3. ἐκφώνησιν *placuit Petavio.*
4. σχετλιατισμὸν *cod. Venet.*
5. *Vet. Interpres vertit* tantorum mendaciorum malus compositor. *At puto Irenaeum scripsisse* κακοσυνθέτων.
6. *Varium in modum haec verba distinxerunt. V. Irenaei interpretes et editores.*
7. *Ita codd. Venet. Vatic., et ed. Petavii.* μικρὰ *codd. Rhedig. Paris., et ed. princ.*

Ἕλλησι ταῦτα γενέσθαι οὐκ ἦν Ἀλήθεια. Τὸ γὰρ σῶμα αὐτῆς κατὰ σὲ, Μάρκε, μεταγενέστερον μὲν Κάδμου καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, [8] μεταγενέστερον δὲ τῶν τὰ λοιπὰ προςεθεικότων στοιχεῖα, μεταγενέστερον δὲ καὶ
pag. 215. σαυτοῦ. Σὺ γὰρ μόνον εἴδωλον κατήγαγες τὴν ὑπό σου λεγομένην Ἀλήθειαν. Τίς δ' ἀνέξεταί σου τὴν τοσαῦτα φλυαροῦσαν Σιγὴν, [9] ἢ τὸν ἀνονόμαστον ὀνομάζει, καὶ τὸν ἄρρητον ἐξηγεῖται καὶ τὸν ἀνεξιχνίαστον ἐξιστορεῖ, καὶ ἠνοιχέναι τὸ στόμα φησὶν [10] αὐτὸν ὃν ἀσώματον καὶ ἀνείδεον λέγεις; καὶ προενέγκασθαι Λόγον, ὡς ἕν τι τῶν συνθέτων ζώων, τόν τε Λόγον αὐτοῦ ὅμοιον ὄντα τῷ προβαλόντι καὶ μορφὴν τοῦ ἀοράτου γεγονότα [11] στοιχείων μὲν εἶναι τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων; Ἔσται οὖν κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ λόγου ὁ Πατὴρ τῶν πάντων, ὡς σὺ φῂς, στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. Ἢ πάλιν τίς ἀνέξεταί σου εἰς σχήματα καὶ ἀριθμοὺς, ποτὲ μὲν τριάκοντα, ποτὲ δὲ εἰκοσιτέσσαρα, ποτὲ δὲ ἓξ μόνον συγκλείοντος τὸν τῶν πάντων κτιστὴν καὶ δημιουργὸν καὶ ποιητὴν Λόγον τοῦ Θεοῦ, κατακερματίζοντος αὐτὸν εἰς συλλαβὰς μὲν τέσσαρας, στοιχεῖα δὲ τριάκοντα, καὶ τὸν πάντων κύριον τὸν ἐστερεωκότα τοὺς οὐρανοὺς, εἰς ωπη κατάγοντος ἀριθμὸν, ὁμοίως τῷ ἀλφαβήτῳ [12] αὐτόν τε τὸν πάντα χωροῦντα Πατέρα, ἀχώρητον δὲ ὑπάρχοντα, εἰς Τετράδα καὶ Ὀγδοάδα καὶ Δεκάδα καὶ Δωδεκάδα ὑπομερίζοντος, καὶ διὰ τῶν τοιούτων πολυπλασιασμῶν τὸ ἄρρητον καὶ ἀνεννόητον, ὡς σὺ φῂς, τοῦ Πατρὸς ἐκδιηγουμένου; Καὶ ὃν ἀσώματον καὶ ἀνούσιον ὀνομάζεις, τὴν τούτου οὐσίαν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐκ πολλῶν γραμμάτων ἑτέρων ἐξ ἑτέρων γεννωμένων κατασκευάζεις, αὐτὸς Δαίδαλος ψευδὴς, καὶ τέκτων κακὸς γενόμενος τῆς προπανυπερτάτου δυνάμεως; καὶ ἣν ἀμέριστον φῂς εἶναι, εἰς ἀφώνους καὶ φωνήεντας καὶ ἡμιφώνους φθόγγους ὑπομερίζων τὸ ἄφωνον αὐτῶν τῷ τῶν πάντων Πατρὶ, καὶ τῇ [13] τούτου ἐννοίᾳ ἐπιψευδόμενος, εἰς τὴν ἀνωτάτω βλασφημίαν καὶ μεγίστην ἀσέβειαν ἐμβέβληκας ἅπαντας τούς σοι πειθομένους. Διὸ [14] καὶ δικαίως καὶ ἁρμοζόντως τῇ τοιαύτῃ σου τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κῆρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι, εἰπὼν οὕτως·

Εἰδωλοποιὲ Μάρκε, καὶ τερατοσκόπε,
Ἀστρολογικῆς ἔμπειρε καὶ μαγικῆς τέχνης,
Δι' ὧν κρατύνεις τῆς πλάνης τὰ διδάγματα,
pag. 216. Σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπὸ σοῦ πλανωμένοις

8. μεταγενέστερον — σαυτοῦ *om. cod. Venet.*
9. ἢ τὸ *cod. Venet.*
10. αὐτὸν ὃν *rescripsi ex Vet. Interprete. Libri habent* αὐτὸ ὂν.
11. *Verba* στοιχείων μὲν εἶναι — — — αὐτὸν γεγονότα *om. cod. Venet.*
12. *Vet. Interpres:* similiter atque alphabetum, et ipsum qui omnia capit Patrem, a nullo autem capitur, in quaternationem — — suppartientem *cett. Unde correxi* αὐτόν τε τὸν πάντα *cett., cum libri haberent* αὐτὸν γεγονότα πάντα. *Petavius rescribendum putavit* ἀλφαβήτῳ γεγονότα. καὶ αὐτὸν τὸν πάντα *cett., Billius:* ἀλφαβήτῳ, καὶ αὐτὸν τὸν γεγονότα πάντα *cett., Massuetus:* ἀλφαβήτῳ αὐτὸν γεγονότα, καὶ τὸν πάντα *cett. Stierenius:* ἀλφαβήτῳ, αὐτὸν τὰ πάντα *cett.*
13. *Ita corrigendum suasit Vet. Interpres. Nam Epiphanii libri habent* τοῦ υἱοῦ ἐννοίᾳ.
14. καὶ *om. cod. Venet.*

etas. Quare priusquam Graecis illa traderentar nusquam Veritas esse potuit. Corpus enim ipsius, ut ais, Marce, Cadmo est, iisque qui illum antecesserunt, recentius, ceterisque adeo qui elementa reliqua repererunt, ac te etiam ipso. Tu enim solus eam, quam veritatem appellas, nescio quod in simulacrum detraxisti. Ecquem vero putas tuam illam usque eo loquacem Sigen posse sustinere, quae eum nominet qui nominari nequeat, et inexplicabilem explicet, et qui nullis vestigiis deprehendi potest investiget? Quid quod aperuisse dicit os illum, quem tu omnis et corporis expertem et figurae praedicas, sermonemque sic tanquam compositum quodpiam animal edidisse? Quem etiam sermonem eius a quo productus est similem, effigiemque nec aspectabilis Parentis elementorum triginta, syllabarum quatuor esse docuit. Quamobrem universorum Parens ille, perinde ac sermo, ut asseris, tricenis elementis ac syllabis quatuor constabit. Quis illud vero patienter ferat, in figuras ac numeros, alias **XXX**, alias **XXIV**, nonnunquam **VI**, conditorem omnium et artificem fabricatoremque dei sermonem a te redactum atque constrictum, dum hunc in syllabas **IV**, triginta vero elementa concidis? Qui dominum omnium, a quo coelestes illi orbes fundati sunt, in **DCCCLXXXVIII** numerum includis, quasi similem alphabeti naturam obtineat. Qui summum Parentem, a quo comprehenduntur omnia, cum a nemine ipse comprehendatur, in Tetradem, Ogdoadem, Decadem Dodecademque distinguis. Quique hac multiplicandi licentia hoc ipsum quod in Patre nec explicari verbis nec animo concipi posse praedicas oratione declaras, et quem corporis naturaeque facis expertem, eius et naturam et substantiam pluribus ex lineis, quarum aliae ex aliis gignantur, coagmentari disputas, in quo supremae virtutis illius falsissimum te Daedalum ac pessimum fabricatorem esse commonstras. Qui eandem virtutem, quam individuam statuis, in mutos, vocales ac semivocales sonos dividis, quodque mutum in illis est, Parenti omnium eiusque cogitationi falso tribuens extremam in blasphemiam atque insignem impietatem sectatores tuos impulisti. Quamobrem iure ac merito in hanc tuam adeo proiectam audaciam divinus ille senex, ac praeco veritatis his versibus invectus est:

Idola fingens Marce, monstrorum artifex,
Fraudisque gnare magicae, et astrorum sciens,
Erroris unde dogma pestiferum struis,
Portenta caecae ficta dum turbae exhibes,

[15]Ἀποστατικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα,
[16]Ἃ σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σατὰν ἀεὶ
Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως Ἀζαζὴλ ποιεῖν,
Ἔχων σε πρόδρομον ἀντιθέου πανουργίας.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεοφιλὴς πρεσβύτης. Ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς μυσταγωγίας αὐτῶν μακρὰ ὄντα πειρασόμεθα βραχέως διεξελθεῖν, καὶ τὰ πολλῷ χρόνῳ κεκρυμμένα εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο [17]εὐέλεγκτα πᾶσι.

Κεφ. ιβ'. Τὴν οὖν γένεσιν τῶν Αἰώνων αὐτῶν καὶ τὴν πλάνην τοῦ προβάτου καὶ ἀνεύρεσιν ἑνώσαντες ἐπιτοαυτὸ μυστικώτερον ἐπιχειροῦσιν ἀπαγγέλλειν οὗτοι [1]οἱ εἰς ἀριθμοὺς τὰ πάντα κατάγοντες, ἐκ Μονάδος καὶ Δυάδος [2]φάσκοντες τὰ ὅλα συνεστηκέναι, καὶ ἀπὸ Μονάδος ἕως τῶν τεσσάρων ἀριθμοῦντες οὕτω γεννῶσι τὴν Δεκάδα. Μία γὰρ καὶ δύο [3]καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες συντεθεῖσαι ἐπιτοαυτὸ τὸν τῶν δέκα Αἰώνων ἀπεκύησαν ἀριθμόν. Πάλιν δ' αὖ ἡ Δυὰς ἀπ' αὐτῆς προελθοῦσα ἕως τοῦ ἐπισήμου, οἷον δύο καὶ τέσσαρες καὶ ἕξ, τὴν Δωδεκάδα [4]ἀπέδειξε. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς Δυάδος ὁμοίως ἀριθμούντων ἡμῶν ἕως τῶν δέκα, [5]ἡ λ ἀνεδείχθη, ἐν ᾗ ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ δώδεκα. Τὴν οὖν Δωδεκάδα [6]διὰ τὸ ἐπίσημον συνεσχηκέναι διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαν αὐτῇ τὸ ἐπίσημον πάθος λέγουσι. Καὶ διὰ τοῦτο περὶ τὸν δωδέκατον ἀριθμόν [7]του σφάλματος γενομένου τὸ πρόβατον ἀποσκιρτῆσαν πεπλανῆσθαι, ἐπειδὴ τὴν ἀπόστασιν ἀπὸ Δωδεκάδος γεγενῆσθαι φάσκουσι. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἀπὸ τῆς Δωδεκάδος [8]ἀποστᾶσαν μίαν δύναμιν ἀπολωλέναι μαντεύονται, καὶ ταύτην εἶναι τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολέσασαν τὴν δραχμήν, καὶ ἅψασαν λύχνον, καὶ εὑροῦσαν αὐτήν. Οὕτως οὖν καὶ [9]ἔτι τοὺς ἀριθμοὺς τοὺς καταλειφθέντας, ἐπὶ μὲν τῆς δραχμῆς τοὺς ἐννέα, ἐπὶ δὲ τοῦ προβάτου τοὺς ἕνδεκα ἐπιπλεκομένους ἀλλήλοις τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα τίκτειν ἀριθμόν, ἐπεὶ ἐννάκις τὰ ἕνδεκα ἐνενηκονταεννέα γίνεται. Διὸ καὶ τὸ Ἀμὴν τοῦτον λέγουσιν ἔχειν τὸν ἀριθμόν. Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ἄλλως ἐξηγουμένων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι, ἵνα πανταχόθεν κατανοήσῃς τὸν καρπὸν αὐτῶν. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τὸ η̄ σὺν μὲν τῷ ἐπισήμῳ Ὀγδοάδα εἶναι θέλουσιν, ἀπὸ [10]τοῦ ᾱ ὀγδόῳ κεί-

15. ἀποστολικῆς ed. princ.

16. Versus hos dedi restitutos a Billio, Petavio, Ios. Scaligero, ad verba Vet. Interpretis. Epiphanii enim libri habent Ἃ συ χορηγεῖς ὡς πατὴρ Σατανᾶ, εἰ Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα Ἀζαζὴλ ποιεῖν.

17. εὐέλεκτα cod. Rhedig.

Cap. XII. — 1. οἱ non comparet in cod. Ven. Suspectum mihi quidem est.

2. φάσκοντες non habet cod. Ven.

3. καὶ om. cod. Venet.

4. ἐπέδειξεν cod. Venet. et Pseudo-Origenes.

5. Ita cod. Rhedig. Paris. et editi libri, et Pseudo-Origenes. Consentit Vet. Interpres. At codd. Vatic. et Venet. habet η̄ λ̄ ὃ ἀνεδείχθη.

6. Dedi haec verba quomodo leguntur in Epiphanii libris; nisi quod ex Pseudo-Origenis auctoritate pro διὰ τὸν ἐπίσημον scripsi διὰ τὸ ἐπίσημον, et pro συνεπακολουθήσασαν reposui συνεπακολουθῆσαν. Vet. Interpres habet: Duodecadem

Per te rebellis qualia aggreditur manus.
Haec tu illa Satanae fretus auxilio patris
Azazelisque mira designas ope,
Praecursor olli fraudis in superos datus.

Haec pius ille senex cecinit. Nunc reliqua istorum mysteria, quamvis longissima sint, quam potero brevissime pertexam, eaque quae iamdudum occultata fuerunt in apertum proferam. Sic enim omnibus ad convincendum erunt facillima.

Igitur Aeonum generationem, aberrantemque primum, deinde recuperatam ovem in unum confundentes mystice interpretantur ii qui ad numeros universa referunt, et ex Unitate ac Binario componi arbitrantur omnia, atque ab uno ad quatuor numerando progressi Decadem efficiunt. Unum quippe ac duo, tria, quatuor, simul collecta decem Aeonum numerum pepererunt. Deinde binarius per se ad senarium procedens, hoc est duo, quatuor et sex, Dodecadem composuit. Rursus a binario eodem modo numerantibus ad decem usque triginta conflantur, in quibus insunt octo, decem ac duodecim. Ob id Dodecadem, quod senarium numerum comitem habuerit, ob senarium illum Passionem appellant. Eademque de caussa cum ad duodenarium numerum error adhaesisset, aberrantem a grege ovem longius evagari coepisse; quoniam ab Duodenario discessionem illam putant accidisse. Sic etiam ab Duodenario desciscentem virtutem periisse fingunt; eamque mulierem illam esse, quae amissa drachma lucernam accendit, atque eam reperit. Hoc itaque pacto reliquis innumeris, in drachma quidem novem, in ove undecim, si in sese ducantur, **XCIX** efficere. Nam novies **XI** numerum hunc producunt. Quare et in voce *Ἀμήν* eundem reperiri dicunt. Sed et aliter ista declarant, quod non pigebit exponere, ut cuiusmodi sit illorum fructus ex omni parte cognoscas. Etenim η̄ elementum cum episemo, Octonarium esse volunt, quod octavum a prima litera locum habet.

Cap. XII.

Luc. 15, 8.

igitur, eo quod episemon habuerit consequentem sibi, propter episemon passionem vocant. *Hunc secuti Petavius et Billius scripserunt:* διὰ τὸ τὸν ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνακολουθήσαντα αὐτῇ, διὰ τὸν ἐπίσημον *cett., quam emendationem improbavit Grabius, cui placuit:* διὰ τὸν ἐπίσημον συνεσχηκέναι, διά τε συνεπακολουθῆσαι δὶς αὐτῇ τὸν ἐπίσημον *cett.* Τὴν οὖν Δωδεκάδα διὰ τὸ ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνεπακολουθῆσαν (*cod. ms.* συνεπακολούθησεν) αὐτῇ τὸ ἐπίσημον πάθος, καὶ διὰ τοῦτο *cett. extat apud Pseudo-Origenem. Mihi videtur corrigendum:* Τὴν οὖν Δωδεκάδα τὸν ἐπίσημον συνεσχηκυῖαν διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαι (*vel* συνεπακολουθήσαντα) αὐτῇ τὸν ἐπίσημον πάθος λέγουσι.

7. του *rescripsi ex Vet. Interpr. pro* τοῦ *quod vulgo extat.*

8. *Libri habent* ἀπόστασιν.

9. ἔτι *scripsi pro* ἐπὶ *quod libri praebent.*

10. τοῦ ᾱ ὀγδόῳ κείμενον ἐν τόπῳ *rescripsi ex Vet. Interprete, et Pseudo-Origene, qui habet:* ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὀγδόῳ κείμενον τόπῳ. *Epiphanii libri praebent:* ἀπὸ τοῦ πρώτου ὀγδόου κείμενον τόπου. *Vet. Interpretis verba:* cum ab Alpha b e t a octavo sit posita loco *corrige sic:* cum ab alpha e t a o. s. p. l.

μενον ἐν τόπῳ· εἶτα πάλιν ἄνευ τοῦ ἐπισήμου ψηφίζοντες τὸν ἀριθμὸν pag. 247. αὐτῶν τῶν στοιχείων, καὶ ἐπισυνθέντες μέχρι τοῦ η̄, τὴν Τριακοντάδα ἐπιδεικνύουσιν. Ἀρξάμενος [11] γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄλφα καὶ τελευτῶν εἰς τὸ η̄ [12] τῷ ἀριθμῷ τῶν στοιχείων, ὑπεξαιρούμενος δὲ [13] τὸ ἐπίσημον καὶ ἐπισυντιθεὶς τὴν ἐπαύξησιν τῶν γραμμάτων, εὑρήσει τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμόν. Μέχρι γὰρ τοῦ [14] ε̄ στοιχείου πεντεκαίδεκα γίνονται. Ἔπειτα προςτεθεὶς αὐτοῖς ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς β̄ καὶ κ̄ ἀπετέλεσε. [15] Προςελθὸν [16] δὲ τούτοις τὸ η̄, ὅ ἐστιν ὀκτὼ, τὴν θαυμασιωτάτην Τριακοντάδα ἀνεπλήρωσε. Καὶ ἐντεῦθεν ἀποδεικνύουσι τὴν Ὀγδοάδα μητέρα τῶν τριάκοντα Αἰώνων. Ἐπεὶ οὖν [17] ἐκ τριῶν δυνάμεων ἥνωται ὁ τῶν λ̄ ἀριθμὸς, [18] τρὶς αὐτὸς γενόμενος τὰ ἐνενήκοντα ἐποίησε. [19] Τρὶς γὰρ τριάκοντα ἐνενήκοντα. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Τριὰς ἐφ' ἑαυτῆς συντεθεῖσα ἐννέα ἐγένησεν. Οὕτως δὲ ἡ Ὀγδοὰς τὸν τῶν [20] ἐνενήκοντα ἐννέα παρ' αὐτοῖς ἀπεκύησεν ἀριθμόν. Καὶ ἐπεὶ ὁ δωδέκατος Αἰὼν ἀποστὰς κατέλειψε [21] τοὺς ἄνω ἕνδεκα, [22] κατάλληλον λέγουσι τὸν τύπον τῶν γραμμάτων [23] τῷ σχήματι τοῦ Λόγου κεῖσθαι. Ἑνδέκατον γὰρ τῶν γραμμάτων [24] κεῖσθαι τὸ λ̄, ὅ ἐστιν ἀριθμὸς [25] τῶν τριάκοντα, καὶ κατ' εἰκόνα κεῖσθαι τῆς ἄνω οἰκονομίας, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἄλφα χωρὶς τοῦ ἐπισήμου αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὁ ἀριθμὸς ἕως τοῦ λ̄ [26] συντιθέμενος κατὰ τὴν παραύξησιν τῶν γραμμάτων σὺν αὐτῷ τῷ λ̄ τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα ποιεῖται ἀριθμόν. Ὅτι δὲ τὸ λ̄ ἑνδέκατον ὂν τῇ τάξει ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτοῦ κατῆλθε ζήτησιν, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, καὶ [27] εὑρὸν αὐτὸν ἐπληρώθη, φανερὸν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου. [28] Τὸ γὰρ λ̄ ὥςπερ ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτῷ ζήτησιν παραγενόμενον, καὶ εὑρὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἁρπάσαν αὐτὸν, τὴν τοῦ δωδεκάτου ἀνεπλήρωσε χώραν, τοῦ μ̄ στοιχείου ἐκ δύο λ̄ συγκειμένου. [29] Διὸ καὶ φεύγειν [30] αὐτοὺς διὰ τῆς γνώσεως τὴν [31] τῶν ϛθ χώραν, τουτέστι τὸ ὑστέρημα, τύπον ἀριστερᾶς χειρὸς, μεταδιώκειν δὲ τὸ ἓν, ὃ προςτεθὲν τοῖς ἐνενηκονταεννέα εἰς τὴν δεξιὰν [32] αὐτοὺς χεῖρα μετέστησε.

Κεφ. ιγ'. Σὺ μὲν ταῦτα διερχόμενος, ἀγαπητὲ, εὖ οἶδα ὅτι γελάσεις πολλὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν οἰησίσοφον μωρίαν. Ἄξιοι δὲ πένθους οἱ τηλι-

11. τις pronomen post γὰρ addunt Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.
12. τὸν ἀριθμὸν habet Pseudo-Origenes.
13. τὸν habet Pseudo-Origenes.
14. ξ̄ reponendum erat ex Vet. Interprete. Libri Epiphanii habent ς̄.
15. προςελθὼν habent libri.
16. δὲ addidi ex cod. Veneto.
17. ἐκ τριῶν pro vulgato ἐκ τριάκοντα rescribi iussit Vet. Interpres.
18. τρὶς reposui pro vulgato τρεῖς de auctoritate cod. Ven. et Vet. Interpretis.
19. Ita cod. Ven. Vulgo τρεῖς.
20. ἐνενήκοντα ἐννέα scripsi ex cod. Ven., Pseudo-Origene et Vet. Interprete. ἐνενήκοντα vulgo abest. — Pro Οὕτως δὲ in cod. Rhedig. extat Οὕτως τε.
21. ἄνω τοὺς coniecit Petavius ex Vet. Interprete. τὸν ἕνδεκα, omisso vocabulo ἄνω, habet Pseudo-Origenes.
22. consequenter vertit Vet. Interpres. Unde Billius rescribendum putavit καταλλήλως.

Inde omisso rursus episemo et ipsorum elementorum subducto numero atque composito usque ad octo tricenarium perficiunt. Nam qui ab ᾱ coeperit, et in η̄ desierit, elementa numerando, dempta tamen senarii nota ac literarum in unum progressione conflata, triginta reperiet. Quoniam ad ε̄ usque XV consurgunt. His adiuncta septem XXII faciunt. Quibus η̄, hoc est octo, si accesserint, admirabilem illum Tricenarium implebunt. Hinc Aeonum triginta matrem Ogdoadem constituunt. Et quoniam tribus virtutibus Tricenarius componitur, ter in sese ductus nonaginta producit. Ter enim triginta ad nonaginta perveniunt. Sed et ternarius quoque ductus in se novem efficit. Sic Ogdoas XCIX numerum apud illos peperit. Cumque duodecimus Aeon deficiens sursum XI reliquerit, in *Λόγου*, hoc est Verbi, figura consentaneam literarum formam adhibitam putant. Etenim undecima ordine literarum est λ̄, qui tricenarius est numerus, et ad exemplar coelestis providentiae posita. Quandoquidem si ab ᾱ, ad λ̄ usque, dempto tamen episemo, continua literarum additione numerum earum colligas, comprehenso simul λ̄ nonaginta novem prodeunt. Ceterum λ̄ ipsum, quod ordine est undecimum, ad quaerendum sui simile descendisse, ut duodecimum impleret, idque eo reperto consecutum esse, satis ipsam elementi figuram arguere. Quippe λ̄ ad sui similis inquisitionem adveniens, cum illud invenisset et ad sese rapuisset, duodecimi locum implevit. Unde et μ̄ asserunt ex duplici λ̄λ̄ esse contextum. Propterea que nonaginta novem regionem ipsos cognitione fugere, defectum scilicet ac sinistrae manus figuram, unum vero consectari, quod ad XCIX additum dextram ipsos ad manum transtulerit.

Cum tu ista, carissime, percurres, non dubito quin hasce va- Cap. XIII.
nissimas ineptias magnopere derideas. Sed deplorandi nihilominus

23. ἐν τῷ σχήματι secundum Vet. Interpretem coniecit Billius.
24. κεῖσθαι reposui ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene. Libri habent κεῖται.
25. τῶν τριάκοντα scripsi cum Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Vulgo enim legitur τῶν λ̄.
26. συντεθειμένος Pseudo-Origenes.
27. εὑρὼν cod. Rhedig. et edit. princ.
28. Verba Τὸ γὰρ λ̄ — — — τοῦ μ̄ στοιχείου desiderantur in edit. princ. Primum ex cod. Vatic. ea addidit Petavius.
29. διὸ δὴ καὶ Pseudo-Origenes.
30. Ita Vet. Interpres et Pseudo-Origenes (in quo et φυγεῖν pro φεύγειν). Vulgo αὐτοῦ.
31. Ita codd. Ven. Vatic. Rhedig. et ed. Petav. Antea scriptum erat εθ̄.
32. αὐτοὺς reposui ex Vet. Interprete. Epiphanii libri et Pseudo-Origenes habent αὐτοῦ.

καύτην θεοσέβειαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς [1] ἀληθείᾳ ἀῤῥήτου δυνάμεως καὶ τὰς τοσαύτας οἰκονομίας τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦ ἄλφα καὶ [2] τοῦ βῆτα καὶ δι' ἀριθμῶν οὕτως ψυχρῶς καὶ βεβιασμένως διασύροντες. Ὅσοι
pag. 218. δὲ ἀφίστανται τῆς ἐκκλησίας καὶ τούτοις τοῖς γραώδεσι μύθοις πείθονται, ἀληθῶς αὐτοκατάκριτοι, ὃς ὁ Παῦλος ἐγκελεύεται ἡμῖν μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι. Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ κυρίου μαθητὴς ἐπέτεινε τὴν καταδίκην αὐτῶν, μηδὲ χαίρειν αὐτοῖς ὑφ' [3] ὑμῶν λέγεσθαι βουληθείς. Ὁ γὰρ λέγων αὐτοῖς, φησὶ, χαίρειν κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτῶν τοῖς πονηροῖς. Καὶ εἰκότως. Οὐκ ἔστι γὰρ χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος. Ἀσεβεῖς δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν οὗτοι οἱ τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς μόνον θεὸν παντοκράτορα, ὑπὲρ ὃν ἄλλος θεὸς οὐκ ἔστιν, ἐξ ὑστερήματος, καὶ αὐτοῦ ἐξ ἄλλου ὑστερήματος γεγονότος, προβεβλῆσθαι λέγοντες· ὥςτε κατ' αὐτοὺς εἶναι αὐτὸν προβολὴν τρίτου ὑστερήματος. Ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας καὶ καταθεματίσαντας δέον πόῤῥω που μακρὰν φυγεῖν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ᾗ πλέον διϊσχυρίζονται καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς παρευρέμασιν αὐτῶν, ταύτῃ μᾶλλον εἰδέναι πλέον αὐτοὺς ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς Ὀγδοάδος τῶν πονηρῶν πνευμάτων. Καθάπερ οἱ εἰς φρενίτιδα διάθεσιν ἐμπεσόντες ᾗ πλέον γελῶσι καὶ ἰσχύειν δοκοῦσιν καὶ ὡς ὑγιαίνοντες πάντα πράττουσι, ἔνια δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ὑγιαίνειν, ταύτῃ μᾶλλον κακῶς ἔχουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οὗτοι ᾗ μᾶλλον ὑπερφρονεῖν δοκοῦσι καὶ ἐκνευρίζουσιν ἑαυτοὺς, ὑπέρτονα τοξεύοντες, ταύτῃ μᾶλλον οὐ σωφρονοῦσιν. Ἐξελθὸν γὰρ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς ἀγνοίας ἔπειτα σχολάζοντας αὐτοὺς οὐ θεῷ, ἀλλὰ κοσμικαῖς ζητήσεσιν, εὑρὸν προςπαραλαβὸν ἕτερα [4] πνεύματα ἑπτὰ πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ χαυνῶσαν αὐτῶν τὴν γνώμην, ὡς δυναμένων τὰ ὑπὲρ τὸν θεὸν ἐννοεῖν, καὶ [5] ἐπιτήδευον εἰς [6] ὑπερέκκρουσιν κατασκευάσαν, τὴν Ὀγδοάδα τῆς [7] ἀνοίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων εἰς αὐτοὺς ἐνεθήκωσε.

Κεφ. ιδ'. Βούλομαι δέ σοι καὶ ὡς αὐτὴν τὴν κτίσιν κατ' εἰκόνα τῶν ἀοράτων ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, κατεσκευάσθαι διὰ τῆς Μητρὸς λέγουσι, διηγήσασθαι. Πρῶτον μὲν τὰ τέσσαρα στοιχεῖά φασι, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα, εἰκόνα προβεβλῆσθαι τῆς ἄνω πρώτης Τετράδος, τάς τε ἐνεργείας αὐτῶν συναριθμουμένας, οἷον θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν, ἀκριβῶς ἐξεικονίζειν τὴν Ὀγδοάδα.
pag. 219. [1] Ἑξῆς δέκα δυνάμεις οὕτως καταριθμοῦσιν, ἑπτὰ μὲν [2] σώματα κυ-

Cap. XIII. — 1. ἀληθείᾳ scripsi pro ἀληθείας, quod libri habent. Vet. enim Interpres vere vertit.

2. τοῦ om. cod. Ven.

3. ὑμῶν libri mei tam scripti quam editi, praeter edit. princ., ubi ἡμῶν extat. Etiam Vet. Interpres habet a nobis.

4. πνεύματα desideratur in edit. princ. Petavius primum de cod. Vatic. addidit.

5. aptabiliter habet Vet. Interpres.

6. ὑπέκκρουσιν coniecit Petavius. Vet. Interpres habet exclusionem.

sunt qui tam sacrosanctam religionem vereque inexplicabilis potentiae magnitudinem, tantam denique divini numinis providentiam per illud suum alpha, beta ceterosque numeros tam frigide violenterque traducant. Ac quicumque se ab ecclesia segregant, ut ad aniles hasce fabulas adhaerescant, sane *suometipsi iudicio damnati sunt;* Tit. 3, 10.
quos secundum unam alteramque correptionem devitare Paulus hortatus est. Ioannes vero Christi discipulus maiore illos poena condemnavit, cum ne salutari quidem a nobis patiatur. *Qui enim*, inquit, *ave* 2 Ioann. 11.
illis dixerit, communicat operibus illorum malignis. Merito sane. *Neque enim pax est impiis*, dicit dominus. At istorum impietas im- Esai. 48, 22.
pietatem omnem superat; qui coeli terraeque fabricatorem, ac solum omnipotentem deum, supra quem nullus alius est deus, ex defectu, qui et ipse ex alio sit ortus defectu, derivatum existimant, ut ex illorum opinione tertio quodam ex defectu prodierit. Qua quidem explosa damnataque sententia procul ab illis fugiendum est ac, quanto sunt in errore pertinaciores inventisque pessimis impensius delectantur, tanto eos magis putandum est ab scelestissimorum daemonum Ogdoade concitari. Uti phreneticis accidit, qui, quo amplius rident ac vegeto esse corpore videntur, omniaque ceu valentes ac sani, ac nonnulla etiam aliquanto quam si sani essent robustius, gerunt, eo sese deterius habent. Similiter isti quo vehementius sapere videntur, seque ipsos enervant, dum intento velut acrius arcu sagittas emittunt, eo maiore vesania tenentur. Impurus quippe ignorantiae spiritus egrediens, eosque non deo, sed profanis quaestionibus implicatos reperiens, *adhibitis septem aliis seipso nequioribus*, inflatis- Matth. 12, 43.
que vana persuasione illorum animis, quasi vel supra deum ipsum attollere se cognitione possint, ubi idoneos opportunosque fraudibus suis reddiderit, quandam stoliditatis improborum spirituum Ogdoadem in illos immittit.

Age vero illud insuper exponamus, quemadmodum creatas res Cap. XIV.
omnes ad eorum quae videri nequeunt similitudinem a conditore sic productas asserant, ut eo quid ageret nesciente beneficio Matris extiterint. Principio elementa illa quatuor, ignem, aquam, terram, aërem, ad summae primaeque Tetradis effigiem esse constituta narrant. Quorum ad agendum efficacitates, puta calorem, frigus, siccitatem et humorem, exactam Ogdoadis imaginem referre. Tum decem hoc modo Virtutes enumerant. Primum septem corporeos

7. ignorantiae *habet Vet. Interpres, ut* ἀγνοίας *videatur legisse.*

Cap. XIV. — 1. ἐξ ἧς *pro* ἑξῆς *habet Pseudo-Origenes et Vet. Interpres, qui* ex qua *vertit.*

2. *Ita rescripsi, sensu postulante, de auctoritate Vet. Interpretis et Pseudo-Origenis. Epiphanii libri praebent* σωματικὰ κυκλοειδῆ.

κλοειδῆ, ἃ καὶ οὐρανοὺς καλοῦσιν· ἔπειτα τὸν περιεκτικὸν αὐτῶν κύκλον, ὃν καὶ ὄγδοον οὐρανὸν ὀνομάζουσι, πρὸς δὲ τούτοις ἥλιόν τε καὶ σελήνην. Ταῦτα δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν εἰκόνας λέγουσιν εἶναι τῆς ἀοράτου Δεκάδος τῆς ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προελθούσης, τὴν δὲ Δωδεκάδα μηνύεσθαι διὰ τοῦ [3] ζωδιακοῦ [4] τοῦ καλουμένου κύκλου. Τὰ γὰρ δώδεκα ζώδια φανερώτατα τὴν τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας θυγατέρα Δωδεκάδα σκιαγραφεῖν λέγουσι. Καὶ ἐπεὶ [5] ἀντεπεζεύχθη, φασὶ, [6] τῇ τῶν ὅλων φορᾷ ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ [7] ὁ ὕπερθεν οὐρανὸς, ὁ πρὸς αὐτῷ τῷ κύτει βαρύνων καὶ ἀντιταλαντεύων τὴν ἐκείνων ὠκύτητα τῇ ἑαυτοῦ βραδυτῆτι, ὥςτε αὐτὸν ἐν τριάκοντα ἔτεσι τὴν περίοδον ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον ποιεῖσθαι, εἰκόνα λέγουσι αὐτὸν τοῦ Ὅρου, τοῦ τὴν τριακοντώνυμον Μητέρα αὐτῶν περιέχοντος· τὴν σελήνην τε πάλιν [8] τὸν ἑαυτῆς οὐρανὸν [9] ἐκπεριερχομένην τριάκοντα ἡμέραις διὰ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα Αἰώνων [10] ἐκτυποῦν· καὶ τὸν ἥλιον δὲ ἐν δεκαδύο μησὶ [11] περιερχόμενον καὶ τερματίζοντα τὴν κυκλικὴν αὐτοῦ ἀποκατάστασιν διὰ τῶν δώδεκα μηνῶν τὴν [12] Δωδεκάδα φανερὰν ποιεῖν, τὰς δὲ ἡμέρας δεκαδύο ὡρῶν τὸ μέτρον ἐχούσας τύπον τῆς [13] φαεινῆς Δωδεκάδος εἶναι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ὥραν φασὶ τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας ἐκ τριάκοντα μοιρῶν κεκοσμῆσθαι, διὰ τὴν εἰκόνα τῆς Τριακοντάδος. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τὴν περίμετρον εἶναι μοιρῶν τριακοσίων ἑξήκοντα· ἕκαστον γὰρ ζώδιον μοίρας ἔχει τριάκοντα. Οὕτως δὲ καὶ διὰ τοῦ κύκλου τὴν εἰκόνα τῆς συναφείας τῶν δώδεκα πρὸς τὰ τριάκοντα [14] τετηρῆσθαι λέγουσιν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν γῆν εἰς δώδεκα κλίματα διῃρῆσθαι φάσκοντες, καὶ κατ' ἕκαστον κλίμα [15] δύναμιν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατὰ κάθετον ὑποδεχομένην, [16] καὶ ἐοικότα τίκτουσαν τέκνα τῇ καταπεμπούσῃ [17] τὴν ἀπόρροιαν δύναμιν τύπον εἶναι τῆς Δωδεκάδος καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς σαφέστατον διαβεβαιοῦνται. Πρὸς δὲ τούτοις θελήσαντά φασι τὸν Δημιουργὸν τῆς ἄνω Ὀγδοάδος τὸ ἀπέραντον καὶ αἰώνιον καὶ ἀόριστον καὶ ἄχρονον μιμήσασθαι, καὶ μὴ δυνηθέντα τὸ [18] μόνιμον αὐτῆς καὶ ἀΐδιον ἐκτυπῶσαι, διὰ τὸ καρπὸν εἶναι ὑστερήματος, [19] εἰς χρόνους καὶ καιροὺς ἀριθμούς

orbes, quos coelos appellant: deinde maiorem illum reliquos ambientem, quod octavum coelum nominant. Praeterea solem et lunam. Quae omnia denario comprehensa numero Decadis illius, quae a Verbo Vitaque nec aspectabilis profluxit, figuram esse dictitant. Nam Dodecadem orbe illo signifero demonstrari; quod duodecim in eo signa manifestissime illam Hominis Ecclesiaeque filiam Dodecadem exprimant. Quoniam autem ad vehementissimum illum universitatis impetum moderandum ex adverso Saturnus adiunctus est, qui immensae moli proximus rapiditatem illam inhibet ac sua tarditate compensat, sic ut annorum triginta spatio a puncto ad punctum rediens circuitus suos absolvat, id quidem Horo mirifice congruere, qui ipsorum Matrem triginta vocabulis insignitam complectitur. Ad haec lunam, quae triginta diebus orbem suum conficit, hoc ipso numero Aeones adumbrare totidem. Solem vero duodenis circumvolutum mensibus conversionesque suas eo intervallo terminantem horum numero mensium Dodecadem referre. Dies porro duodecim horarum spatio definitos simulacrum quoddam lucidae illius esse Dodecadis. Velut hora, quae duodecima diei pars est, tricenis est instructa partibus, quae Tricenarii similitudinem gerunt. Quin etiam signiferi illius orbis ambitum partibus constare CCCLX. Nam unumquodque signum XXX complectitur. Ita in hoc etiam circulo servatam esse dicunt eius necessitudinis imitationem, quae Duodenarium inter ac Tricenarium intercedit. Deinde terra duodecim in climata regionesque divisa, et in singulis demissam e coelo virtutem aut perpendiculum excipiens, eique virtuti, unde derivata illa est, simillimos fetus pariens Dodecadem, ut aiunt, ipsam eiusque liberos manifeste repraesentat. Praeter haec conditorem narrant, cum supremae Ogdoadis infinitatem, aeternitatem ac temporis locique circumscriptione carentem conditionem imitari cuperet, neque quod in illa stabile est ac sempiternum posset exprimere, eo quod fructus esset penuriae ac defectus aliquis, in tempestates ac tempora et mul-

3. ζωδιακοῦ codd. Vatic. Venet., et ed. Petavii. Cod. Rhedig. et edit. princ. habent ζώου.

4. τοῦ non habet cod. Venet., neque Pseudo-Origenes.

5. ἀνεζεύχθη Pseudo-Origenes. superiunctum habet Vet. Interpres.

6. τῇ τῶν ὅλων ἀναφορᾷ ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ Pseudo-Origenes. τὴν τῶν ὅλων φορὰν ὠκυτάτην ὑπάρχουσαν Epiphanii libri, tam scripti quam editi. πρὸς τὴν τῶν ὅλων φ. ὠκυτ. ὑπάρχουσαν emendatio Petavii est.

7. ὁ ὕπερθεν οὐρανὸς Pseudo-Origenes, conspirans cum Vet. Interpr. οὗπερ ὁ χρόνος habent Epiphanii libri. ὁ ὑπερῶν Κρόνος coniecerunt Billius et Petavius.

8. τὸν ἑαυτῆς codd. Vatic. et Venet. Ab reliquis libris articulus abest.

9. ἐκπεριερχομένην est emendatio Petavii. Nam Vet. quoque Interpres habet circumeuntem. Pseudo-Origenes: ἐκπεριερχομένην ἐν cett. Epiphanii libri omnes habent ἐμπεριερχομένην.

10. ἐκτυποῦν codd. Vatic Venet., et edit. Petavii. Nec differt scriptura Vet. Interpretis. ἐκτυποῦσι codd. Rhedig. Paris., et edit. princ. ἐκτυποῦσαν Pseudo-Origenes. ἐκτυπῶσαι Billius.

11. περιερχόμενον rescripsi ex Vet. Interprete, postulante sententia. Epiphanii libri omnes praebent περιεχόμενον, Pseudo-Origenes ἐμπεριεχόμενον.

12. δωδεκάδα Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. δωδεκάτην Epiphanii libri.

13. κενῆς Pseudo-Origenes. non apparentis convertit Vet. Interpres; unde correxerunt οὐ φαεινῆς.

14. μετρῆσθαι cod. Pseudo-Origenis.

15. ἀνὰ μίαν δύναμιν Pseudo-Origenes. unamquamque virtutem vertit etiam Vet. Interpres.

16. καὶ addidi ex codd. Veneto et Vatic., et Vet. Interprete. Pseudo-Origenes: καὶ ὁμοίωμα τίκτουσαν cett.

17. τὴν ἀπόρροιαν codd. Venet. Rhedig. κατὰ (repone κάτω) τὴν ἀπόρροιαν Pseudo-Origenes. Vulgata scriptura est ὑπόρροιαν. Pro δύναμιν Vet. Interpres legit δυνάμει.

18. ἄμωμον Pseudo-Origenes.

19. Pseudo-Origenes: εἰς τοῦτο χρόνους καὶ καιρούς, ἀρ. τ. π. πρὸς τὸ αἰώνιον αὐτῆς τεθεῖσθαι. Γενόμενον μὲν οὖν ἐν τῷ πλήθει cett.

τε πολυετεῖς τὸ αἰώνιον αὐτῆς κατατεθεῖσθαι, οἰόμενον ἐν τῷ πλήθει
pag. 250. τῶν χρόνων μιμήσασθαι αὐτῆς τὸ [20] ἀπέραντον. Ἐνταῦθά τε λέγουσιν ἐκφυγούσης αὐτὸν τῆς Ἀληθείας ἐπηκολουθηκέναι τὸ ψεῦδος, καὶ διὰ τοῦτο κατάλυσιν πληρωθέντων τῶν χρόνων λαβεῖν αὐτοῦ τὸ ἔργον.

Κεφ. ιε'. Καὶ περὶ μὲν τῆς κτίσεως τοιαῦτα λέγοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιγεννᾷ ἕκαστος αὐτῶν καθὼς δύναται καινότερόν [1] τι. Τέλειος γὰρ οὐδεὶς ὁ μὴ μεγάλα ψεύσματα παρ' αὐτοῖς καρποφορήσας. Ἐκ δὲ τῶν προφητικῶν ὅσα [2] μεταμορφάζουσιν ἀναγκαῖον μηνύσαντα τὸν ἔλεγχον αὐτοῖς ἐπάγειν. Ὁ γὰρ Μωϋσῆς, φασὶν, ἀρχόμενος τῆς κατὰ τὴν κτίσιν πραγματείας, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν Μητέρα τῶν ὅλων ἐπέδειξεν, εἰπὼν, [3] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τέσσαρα οὖν ταῦτα ὀνομάσας, θεὸν καὶ ἀρχὴν, οὐρανὸν καὶ γῆν, τὴν τετρακτὴν αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διετύπωσε. Καὶ [4] τὸ ἀόρατον δὲ καὶ [5] τὸ ἀπόκρυφον αὐτῆς μηνύοντα εἰπεῖν, Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. Τὴν [6] δὲ δευτέραν Τετράδα γέννημα πρώτης Τετράδος οὕτως αὐτὸν εἰρηκέναι θέλουσιν, ἄβυσσον ὀνομάζοντα, καὶ σκότος [7] ἐν σφίσιν αὐτοῖς, καὶ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι πνεῦμα. Μεθ' ἣν τῆς Δεκάδος μνημονεύοντα [8] φῶς λέγειν, καὶ ἡμέραν, καὶ νύκτα, στερέωμά τε καὶ ἑσπέραν, καὶ ὃ καλεῖται πρωΐ, ξηράν τε καὶ θάλασσαν, ἔτι τε βοτάνην, καὶ δεκάτῳ τόπῳ [9] τὸ ξύλον· οὕτω δὲ διὰ τῶν δέκα ὀνομάτων τοὺς δέκα Αἰῶνας μεμηνυκέναι. Τῆς δὲ Δυοδεκάδος οὕτως ἐξεικονίσθαι παρ' αὐτῷ τὴν δύναμιν. Ἥλιον γὰρ λέγειν, καὶ σελήνην, ἀστέρας τε καὶ καιροὺς, ἐνιαυτούς τε καὶ κήτη, ἰχθύας καὶ ἑρπετὰ, πετεινὰ καὶ τετράποδα, θηρία τε καὶ [10] ἐπὶ πᾶσι τούτοις δυοδέκατον τὸν ἄνθρωπον. Οὕτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος [11] τὴν Τριακοντάδα διὰ Μωϋσέως εἰρῆσθαι διδάσκουσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πλαστὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως ἔχειν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῆς μιᾶς [12] πηγῆς δύναμιν, ἱδρῦσθαι δὲ [13] ταύτην ἐν τῷ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ· ἀφ' ἧς ἀπορρεῖν δυνάμεις τέσσαρας κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω Τετράδος καλουμένας τὴν μὲν ὅρασιν; τὴν δὲ ἀκοὴν, τὴν δὲ τρίτην ὄσφρησιν, καὶ τὴν τετάρτην γεῦσιν. Τὴν δὲ Ὀγδοάδα φασὶ μηνύεσθαι διὰ τοῦ Ἀνθρώπου οὕτως, ἀκοὰς μὲν δύο [14] ἔχοντος, καὶ τοσαύτας ὁράσεις, ἔτι τε ὀσφρήσεις δύο, καὶ διπλῆν γεῦσιν, πικροῦ τε καὶ γλυ-

20. ἀόρατον *Pseudo-Origenes.*

Cap. XV. — 1. τι *adieci ex Vet. Interprete.*

2. μεταμορφάζουσιν *codd. Ven. Rhedig. Paris, et ed. Petav.* μεταμορφόζουσιν *ed. princ. Vet. Interpres:* transformantes coaptant. *Billius et Fronto Ducaeus bene correxerunt* μεθαρμόζουσι. *Massuetus* μεταμορφάζοντες μεθαρμόζουσι.

3. *Verba* ἐν ἀρχῇ — — — καὶ γῆν *desiderantur in ed. princ. Petavius primum ea addidit ex cod. Vatic.*

4. τὸ *correxi ex Vet. Interprete. Vulgo extat* τὸν.

5. *Vulgo* τὸν. *Omitt. cod. Venet.*

6. δὲ *particulam, quam legit Vet. Interpres, postulante sententia repetivi ex voc.* δευτέραν. *Desideratur enim in omnibus Epiphanii libris.*

7. in quibus *versio est antiqua.*

8. φῶς *codd. Vatic. Venet., et ed. Petav. cum Vet. Interprete.* σαφῶς *cod. Rhedig. et ed. princ.*

9. τὸ ξύλον *cod. Ven. Vatic. In reliquis libris articulus non comparet.*

10. *Ita corrigenda erant ex Vet. Interprete verba quae vulgo leguntur* πετεινά που τοῖς.

11. *Epiphanii libri habent* τὴν τριάκοντα. *Sed in cod. Rhedig.* τριακοντάδα *primitus fuisse rasura indicat.*

12. πηγὴν δύναμιν *codd. Ven. Vatic. In reliquis libris solum* πηγὴν *extat.*

13. ταύτην *codd. Venet. Vatic. Et ita primitus etiam in cod. Rhedig. scriptum fuisse videtur pro* ταῦτα, *quae vulgata est librorum scriptura.*

14. ἔχοντος *emendationem, quam structura postulat, firmat Vet. Interpres. Vulgo* ἔχοντας.

tiplices annorum numeros aeternitatem illam distribuisse, existimasseque posse se temporum coacervata multitudine illius infinitatem adipisci. Ex quo factum illud arbitrantur, ut cum ei se Veritas subtraxisset, repente sit falsitas consecuta. Ideoque completis temporibus illius opus esse solvendum.

Cum haec igitur sit illorum de creatione sententia, quotidie Cap. XV.
tamen singuli, prout quisque potest, novi aliquid excogitant, ut nemo sit inter eos denique perfectus qui non insigne aliquod mendacium velut fructum proferat. Nunc quae ex prophetarum oraculis ad suos sensus accommodare testimonia solent, commemoranda primum, deinde refellenda sunt. Moyses enim, inquiunt in ipso statim operis aditu, quo de rerum creatione disputat, omnium Matrem commemorat, his verbis: *In principio creavit deus coelum et terram.* Gen. 1, 1.
Ubi cum quatuor ista nominarit, deum, principium, coelum ac terram, suam asserunt comprehensam esse Tetradem. Quod autem occulta eadem illa nec aspectabilis sit id sequentibus verbis attigisse: *Terra autem erat invisibilis et informis.* Secundam vero Tetradem, qui prioris est fetus, sic Moysen expressisse declarant, cum abyssum et tenebras, aquam atque incubantem aquis spiritum nominavit. Postea Decadis quoque mentionem ibidem fieri, cum lux, dies et nox, firmamentum, vespera, mane, arida, mare, herba, ac decimo tandem loco lignum proponitur. His enim vocabulis decem totidem Aeones intelligi. Nam Dodecadis vim hoc illum adumbrasse modo sentiunt. Quippe solem et lunam, sidera, tempestates, annos, cete, pisces, reptilia, volucres, quadrupedes, feras, ac postremo loco duodecimum hominem proposuisse; eoque modo Tricenarium a Moyse commemoratum existimant. Hominem porro ad supremae virtutis exemplar effictum manantem ab uno fonte vim in sese continere, eamque in cerebro collocatam esse, a quo facultates quatuor profectae coelestem illam Tetradem adumbrant. Sunt autem hae: visus, auditus, olfactus et gustus. Ogdoadem vero sic Hominem referre statuunt: quod et aures duas habeat, oculosque totidem, nares item ad olfaciendum duas, ac duplicem gustum, amari

pag. 251. κέως. Ὅλον δὲ τὸν ἄνθρωπον πᾶσαν τὴν εἰκόνα τῆς Τριακοντάδος οὕτως ἔχειν διδάσκουσιν. Ἐν μὲν ταῖς χερσὶ διὰ τῶν δακτύλων τὴν Δεκάδα βαστάζειν, ἐν ὅλῳ δὲ τῷ σώματι εἰς δεκαδύο μέλη διαιρουμένῳ τὴν Δωδεκάδα. Διαιροῦσι δὲ αὐτὸ καθάπερ τὸ τῆς Ἀληθείας διῄρηται παρ' [15] αὐτοῖς σῶμα, περὶ οὗ προειρήκαμεν. Τήν τε οὖν Ὀγδοάδα, ἄρρητόν τε καὶ ἀόρατον οὖσαν, ἐν τοῖς σπλάγχνοις κρυβομένην νοεῖσθαι.

Κεφ. ις'. Ἥλιον δὲ πάλιν τὸν μέγαν φωστῆρα ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν γεγονέναι διὰ τὸν τῆς Τετράδος ἀριθμὸν φάσκουσι· τῆς τε σκηνῆς τῆς ὑπὸ Μωϋσέως κατασκευασθείσης αἱ [1] αὐλαὶ ἐκ βύσσου, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου γεγονυῖαι τὴν αὐτὴν παρ' αὐτοῖς ἐπέδειξαν εἰκόνα· τόν τε τοῦ ἱερέως ποδήρη, τέσσαρσι [2] στοιχείοις λίθων πολυτελῶν κεκοσμημένον τὴν Τετράδα σημαίνειν διορίζονται, καὶ εἴ τινα τοιαῦτα κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς εἰς τὸν τῶν τεσσάρων δυνάμενα ἄγεσθαι ἀριθμὸν, διὰ τὴν Τετρακτὺν αὐτῶν φασι γεγονέναι. Τὴν δὲ Ὀγδοάδα πάλιν δείκνυσθαι οὕτως. Ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἡμερῶν πεπλάσθαι λέγουσιν τὸν ἄνθρωπον. Ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν τῇ ἕκτῃ βούλονται γεγονέναι, ποτὲ δὲ τῇ ὀγδόῃ, εἰ [3] μή τι τὸν μὲν χοϊκὸν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν ἐροῦσι πεπλάσθαι, τὸν δὲ σαρκικὸν ἐν τῇ ὀγδόῃ· διέσταλται γὰρ ταῦτα παρ' αὐτοῖς. Ἔνιοι δὲ ἄλλον θέλουσι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότα ἀρσενόθηλυν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πνευματικὸν, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα. Καὶ τὴν τῆς κιβωτοῦ δὲ [4] οἰκονομίαν ἐν τῷ κατακλυσμῷ, ἐν ᾗ ὀκτὼ ἄνθρωποι διεσώθησαν, φανερώτατά φασι τὴν σωτήριον Ὀγδοάδα μηνύειν, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ, ὄγδοον ὄντα τῇ γενέσει τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, σημαίνειν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν περιτομὴν ὀκταήμερον γινομένην τὸ περίτμημα τῆς ἄνω Ὀγδοάδος δηλοῦν. Καὶ ἁπλῶς ὅσα εὑρίσκεται ἐν ταῖς γραφαῖς ὑπάγεσθαι δυνάμενα εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ, τὸ μυστήριον τῆς Ὀγδοάδος ἐκπληροῦν λέγουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν Δεκάδα σημαίνεσθαι διὰ τῶν δέκα ἐθνῶν ὧν ἐπηγγείλατο ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ εἰς κατάσχεσιν δοῦναι λέγουσι. Καὶ τὴν [5] περὶ Σάρραν δὲ οἰκονομίαν, ὡς μετὰ ἔτη δέκα δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς δούλην Ἄγαρ ἵνα ἐξ αὐτῆς τεκνοποιήσηται, τὸ αὐτὸ δηλοῦν. Καὶ ὁ δοῦλος δὲ Ἀβραὰμ πεμφθεὶς ἐπὶ Ῥεβέκκαν καὶ
pag. 252. ἐπὶ τῷ φρέατι διδοὺς αὐτῇ ψέλια χρυσῶν δέκα, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς κατέχοντες αὐτὴν ἐπὶ δέκα ἡμέρας· ἔτι τε Ῥοβοὰμ ὁ τὰ δέκα σκῆπτρα λαμβάνων, [6] καὶ τῆς σκηνῆς αἱ δέκα [7] αὐλαὶ, καὶ οἱ στῦλοι οἱ δεκαπήχεις, καὶ οἱ δέκα υἱοὶ Ἰακὼβ, ἐπὶ τὴν ὠνὴν τοῦ σίτου τὸ πρῶτον εἰς

15. *Ita erat corrigendum ex Vet. Interprete. Nam vulgo extat* αὐτοῖς τοῖς σώμασιν.

Cap. XVI. — 1. *Scripturam* αὐλαῖαι *in Schotti exemplo ex cod. ms. aliquo, uti videtur, annotatam recipere non sum ausus, cum omnes Epiphanii, et meliores, libros una cum Vet. Interprete vulgatam scripturam* αὐλαὶ *viderem tueri. Cf. infra.*

videlicet ac dulcis. Nam totum ipsum hominem universam Tricenarii similitudinem hunc in modum exprimere. Primum in digitis Decadem circumferre. Tum in corpore toto Dodecadem, quod XII in membra dividitur. Ita enim hoc distribuunt, ut et Veritatis corpus, de quo antea diximus. Ogdoadem denique, quae nec explicari sermone nec oculis potest percipi, in visceribus latentem intelligi.

Praeter haec solem, luminare illud magnum, ad indicandum Cap. XVI. Tetradis numerum quarto die procreatum putant. Quod ipsum Mo- Exod. 26, 1 et 8. saici tabernaculi aulaea repraesentasse, ex bysso, hyacintho, purpura coccoque contexta. Itidemque sacerdotis talarem tunicam qua- Exod. 28, 17. tuor lapillorum ordinibus distinctam. Ac si qua sunt eiusdemmodi, quae in sacris literis ad quaternarium numerum accommodari possunt, suam ad Tetradem pertinere confirmant. Ogdoadem rursus hoc fere modo demonstrari. Etenim octavo die formatum hominem asserunt, quem alias sexto potius productum volunt: nisi forte terrestrem hominem sexto, carnalem octavo die fabricatum intelligunt. Haec enim apud illos distincta sunt. Sed nonnulli diversum illum faciunt qui ad imaginem similitudinemque creatus est dei, quem androgynum constituunt, ab alio qui ex humo formatus est. Quin et Gen. 6. arcae illius diluvii tempore dispositionem, in qua homines octo liberati sunt, manifeste salutarem ad Ogdoadem spectare pronuntiant, 1. Reg. 16, 10, 11. ut et Davidem ipsum, qui octavo post fratres loco in lucem est editus. Addunt et circumcisionem octavo die susceptam coelestis Ogdo- Gen. 17, 12. adis circumcisionem ostendere. Atque, ut uno verbo dicam, quaecumque sacris in libris reperiuntur, quae ad octonarium numerum trahi utcumque possunt, ad conficiendum Ogdoadis mysterium usurpant. Enimvero Decadem per decem illas nationes indicari non du- Gen. 15, 19. bitant, quarum possessionem deus Abrahamo promiserat. Eodemque Sarrae consilium applicant, cum post annos decem ancillam illi Gen. 16, 3. suam Agarem concessit, liberos ut ex ea susciperet. Quin et Abra- Gen. 24, 22, 55. ami servus ad Rebeccam missus, qui armillas ei decem aureas ad puteum obtulit, nec non fratres illius, qui decem dies eam retinuerunt. Itemque Ieroboamus, cui decem tribus assignatae. Taber- 3. Reg. 11, 31. naculi quoque cortinae decem, columnaeque cubitorum decem, ac Exod. 16, 1. 26, 8. Iacobi totidem filii coëmendi frumenti caussa in Aegyptum profecti. Exod. 16, 15. 20. Gen. 42, 3.

2. στοίχοις *Billius et Petavius.* στίχοις *Massuetus.*

3. μήτι τὸν *codd. Ven. Vatic. Rhedig. Vulgo* μὴ τὸν.

4. *Vitium ed. princ.* οἰκὸν μίαν *Petavius sustulit ope cod. Vatic.*

5. περὶ *desideratur in codd. Ven. et Vatic., et in edit. princ.*

6. καὶ τὴν τῆς *cod. Venet.*

7. αὐλαὶ, *uti supra, codd. Ven. Vatic. Rhedig. Paris., et ed. princ., et atria hic quoque vertit Vet. Interpres.* αὐλαῖαι *ed. Petavii.*

Αἴγυπτον πεμφθέντες, καὶ οἱ δέκα ἀπόστολοι, οἷς φανεροῦται μετὰ τὴν ἔγερσιν ὁ κύριος τοῦ Θωμᾶ μὴ παρόντος, τὴν ἀόρατον διετύπουν κατ' αὐτοὺς Δεκάδα.

Κεφ. ιζ'. *Τὴν Δυοδεκάδα δὲ, περὶ ἣν καὶ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους τοῦ ὑστερήματος γεγονέναι, ἐξ οὗ πάθους τὰ βλεπόμενα κατεσκευάσθαι θέλουσιν, ἐπισήμως καὶ φανερῶς πανταχῇ κεῖσθαι λέγουσιν, ὡς τοὺς δώδεκα υἱοὺς [1] τοῦ Ἰακὼβ, ἐξ ὧν καὶ δεκαδύο φυλαὶ, καὶ τὸ λόγιον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα λίθους ἔχον, καὶ τοὺς δώδεκα κώδωνας, καὶ τοὺς ὑπὸ Μωϋσέως τεθέντας ὑπὸ τὸ ὄρος δώδεκα λίθους, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ἄλλους εἰς τὸ πέραν, καὶ τοὺς βαστάζοντας τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἠλίᾳ τεθειμένους ἐν τῇ ὁλοκαυτώσει τοῦ μόσχου, καὶ τὸν ἀριθμὸν δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν διασώζει τὴν Δωδεκάδα αὐτῶν χαρακτηρίζειν λέγουσι. Τὴν δὲ τούτων πάντων ἕνωσιν ὀνομαζομένην Τριακοντάδα διὰ τῆς τριάκοντα πηχῶν τὸ ὕψος ἐπὶ Νῶε κιβωτοῦ, καὶ διὰ Σαμουὴλ κατακλίναντος τὸν Σαοὺλ ἐν τοῖς τριάκοντα κλητοῖς πρῶτον, καὶ διὰ Δαβὶδ, ὅτε ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐκρύβετο ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ διὰ τῶν συνεισελθόντων αὐτῷ εἰς τὸ σπήλαιον [2] τριάκοντα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ μῆκος γίνεσθαι τῆς ἁγίας σκηνῆς τριάκοντα πηχῶν· καὶ εἴ τινα ἄλλα ἰσάριθμα τούτοις εὑρίσκουσι, τὴν Τριακοντάδα αὐτῶν διὰ τῶν τοιούτων ἐπιδεικνύναι φιλεριστοῦσιν.*

Κεφ. ιη'. [1] *Ἀναγκαῖον ἡγησάμην προσθεῖναι τούτοις καὶ ὅσα περὶ τοῦ Προπάτορος αὐτῶν, ὃς ἄγνωστος ἦν τοῖς πᾶσι πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐκλέγοντες ἐκ τῶν γραφῶν πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἵν' ἐπιδείξωσι τὸν κύριον ἡμῶν ἄλλον καταγγέλλοντα πατέρα παρὰ τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, ὃν, καθὼς προέφαμεν, ἀσεβοῦντες ὑστερήματος* pag. 253. *καρπὸν εἶναι λέγουσι. Τὸν γοῦν προφήτην Ἡσαΐαν εἰπόντα, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε, τὴν τοῦ ἀοράτου Βυθοῦ ἀγνωσίαν εἰρηκέναι μεθαρμόζουσι. Καὶ διὰ Ὠσηὲ τὸ εἰρημένον, Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια οὐδὲ ἐπίγνωσις θεοῦ, εἰς τὸ αὐτὸ συντείνειν βιάζονται· καὶ, Οὐκ ἔστιν ὁ συνιὼν ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, ἐπὶ τῆς τοῦ Βυθοῦ ἀγνωσίας τάττουσι. Καὶ τὸ διὰ Μωϋσέως [2] δὲ εἰρημένον, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, εἰς ἐκεῖνον ἔχειν πείθουσι τὴν ἀναφοράν. Τὸν μὲν γὰρ ποιητὴν ἐπιψευδόμενοι ὑπὸ τῶν προφητῶν ἑωρᾶσθαι λέγουσι, τὸ δὲ, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, καὶ ζήσεται, περὶ τοῦ ἀοράτου μεγέθους καὶ ἀγνω-*

Cap. XVII. — 1. τοῦ, *quod desideratur in edit. princ., primum ex Vatic. codice adiecit Petavius.*

2. *Reposui genuinam scripturam, quam servavit cod. Venetus, in quo eius quod vulgo legitur commenti* Ἰσραὴλ *loco reperitur numerus* λ̅. *Ceterum cf. ad h. l. interpretes Irenaei.*

Decem insuper apostoli, quibus absente Thoma dominus post resur- Ioann. 20, 24.
rectionem apparuit, hi inquam omnes Decadem illam, quae videri nequit, ex illorum opinione declararunt.

At vero Dodecadis, in qua defectus illa calamitas ac mysterium Cap. XVII.
contigit, qua ex calamitate omnium quae videntur originem manasse definiunt, ubique clara ac manifesta vestigia reperiri praedicant. Cuiusmodi sunt duodecim Iacobi filii, a quibus duodecim propagatae Exod. 28, 4 et 29, 8.
sunt tribus, et rationale opere vario contextum, cui duodecim lapi- Exod. 24, 4.
des assuti, ac tintinnabula totidem. Adde lapides duodecim a Moyse sub monte collocatos, parique numero partim medio in flumine, par- Ios. 4, 3 et 8.
tim in ulteriore ripa ab Iosue positos; quique testamenti arcam sustinuerunt, atque illos insuper, quos in vituli holocausto Elias suppo- 3 Reg. 18, 31.
suisse legitur. Quibus et apostolorum numerus accedit. Denique ubicumque duodenarii numeri aspersa mentio est, id tanquam Dodecadis suae figuram arripiunt. Iam Tricenarium, qui ex illorum omnium coniunctione nascitur, eius arcae, quam Noëmus extruxit, Gen. 6, 15.
tricenum cubitorum altitudo demonstrat. Deinde Samuel qui Saulem 1 Reg. 9, 22.
supra triginta, quos ad epulum invitarat, iussit accumbere. Tum 1. Reg. 20, 15.
insuper David, quatenus triginta totos dies in agro delituit; ut et illi qui ad ipsum se in speluncam aggregarunt. Quam etiam ob caussam triginta cubitos tabernaculi longitudo patuit; ac si qua sunt alia pari comprehensa numero, suum ad tricenarium accommodanda esse acerrime contendunt.

Quibus omnibus adiungenda scripturae testimonia putavi, qui- Cap. XVIII.
bus sua illa de supremo Parente somnia stabilire conantur, qui antequam Christus adveniret, omnibus erat ignotus. Hoc enim demonstrare student, Patrem alium quam universi conditorem a Christo domino fuisse praedicatum: quem etiam, ut ante diximus, ex defectu tanquam fructum effloruisse contendunt. Quod enim Isaias propheta dixit: *Israel vero me non cognovit, et populus me non intellexit*, id Esai 1, 3. Ose. 4, 1.
ad illius Bythi, qui discerni oculis nequit, ignorationem accommodant. Tum illud, quod est apud Oseam, *Non est in ipsis veritas*, Psalm. 13, 3.
neque cognitio dei, eodem referendum existimant. Item, *Non est* Rom. 3, 11. 12.
qui intelligat, aut requirat deum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, ad eandem Bythi ignorationem transferunt. Illud insuper eo pertinere censent, quod apud Moysen legitur, *Nemo videbit deum, et vivet.* Etenim conditorem illi duntaxat a prophetis conspectum fuisse perperam volunt. Istud vero: *Nemo videbit deum, et vivet*, de maiestate illa quae nec aspici possit et ignota sit omnibus pronun-

Cap. XVIII. — 1. *Vet. Interpres videtur legisse* Ἀναγκαῖον δ' ἡγησάμην. *Et hoc reponendum suasit Petavius.*

2. δὲ *non habet cod. Venet.*

στου τοῖς πᾶσιν εἰρῆσθαι [3] θέλουσι. Καὶ ὅτι μὲν περὶ τοῦ ἀοράτου πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων εἴρηται τὸ, Οὐδεὶς ὄψεται τὸν θεὸν, πᾶσιν ἡμῖν φανερόν ἐστιν, ὅτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ [4] ὑπὸ τούτων παρεπινοουμένου Βυθοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἀόρατος θεὸς, δειχθήσεται τοῦ λόγου προιόντος. Καὶ τὸν Δανιὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνειν ἐν [5] τῷ ἐπερωτᾶν τὸν ἄγγελον τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν, ὡς μὴ εἰδότα. Ἀλλὰ [6] καὶ τὸν ἄγγελον ἀποκρυπτόμενον ἀπ' αὐτοῦ τὸ μέγα μυστήριον τοῦ Βυθοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, Ἀπότρεχε Δανιήλ· οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι ἐμπεφραγμένοι εἰσὶν, ἕως οἱ συνιέντες συνιῶσι, καὶ οἱ λευκοὶ λευκανθῶσι. Καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς λευκοὺς καὶ εὐσυνιέντας αὐχοῦσι.

Κεφ. ιθ'. Πρὸς δὲ τούτους ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, [1] παρειςφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. Προςπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς τοῦ κυρίου [2] ἐν παιδείᾳ τοῦ διδασκάλου αὐτῷ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστὶν, Εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα, πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου [3] κελεύσαντος εἰπεῖν ἀποκρίνασθαι τὸν κύριον, Σύ μοι πρότερον εἰπὲ, Τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα. Καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα. Ἔνια δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κειμένων εἰς τοῦτον τὸν χαρακτῆρα μεθαρμόζουσιν. Ὡς τὴν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ὄντος
pag. 254. ἀπόκρισιν, Οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; Ὃν οὐκ ᾔδεισαν, φασὶ, πατέρα κατήγγελλεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο ἐκπέμψαι τοὺς μαθητὰς εἰς τὰς δώδεκα φυλὰς, κηρύσσοντας τὸν ἄγνωστον αὐτοῖς θεὸν, καὶ τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν θεὸν ὡμολογηκέναι, εἰπόντα, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστι ἀγαθὸς ὁ πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐρανοὺς δὲ νῦν τοὺς Αἰῶνας εἰρῆσθαι λέγουσι. Καὶ διὰ [4] τὸ μὴ ἀποκριθῆναι τοῖς εἰποῦσιν αὐτῷ, Ἐν ποίᾳ δυνάμει τοῦτο ποιεῖς; ἀλλὰ τῇ ἀντεπερωτήσει ἀπορῆσαι [5] αὐτοὺς, τὸ ἄρρητον τοῦ πατρὸς, ἐν τῷ [6] μὴ εἰπεῖν δεδειχέναι αὐτὸν ἐξηγοῦνται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι, Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα, ἐμφαίνοντός [7] φασιν εἶναι τὸ Ἑνὸς τὸν ἀληθῶς ἕνα θεὸν, ὃν οὐκ ἐγνώκεισαν. Ἔτι ἐν τῷ προσχόντα

3. λέγουσιν *cod. Venet.*
4. ὑπὸ *secundum Vet. Interpretem reponendum erat pro* ἐπὶ *quod libri Epiphanii praebent.*
5. τῷ ἑτέρῳ ἐπερωτᾶν *ed. princ., mendose.*
6. καὶ *non habet cod. Venet.*
Cap. XIX. — 1. παραφέρουσιν *codd. Rhedig. Paris.*
2. *Sic emendo verba corruptissima* τὰ διὰ *quae vulgo in libris reperiuntur. Vet. Interpres habet:* quasi dominus cum puer esset et disceret literas, cum dixisset magister eius *cett. Nec quicquam desiderandum existimo in Graecis Epiphanii. Nam verborum* cum puer esset et disceret literas *sententiam verba* ἐν παιδείᾳ *plene referunt.*
3. κελεύοντος *cod. Venet. — De re narrata v. I. C. Thilonis Cod. Apocr. N. T.*

tiatum affirmant. Verum de summo illo qui videri non potest Patre ac conditore omnium illud ipsum usurpari, *Nemo videbit deum*, facile Exod. 33, 20.
omnes intelligunt. Idem vero non ad confictum illum ab istis Bythum, sed ad rerum omnium opificem convenire, eumque nec aspectabilem esse deum, a nobis postea demonstrabitur. Addunt id etiam significasse Danielem, cum ab angelo parabolarum interpretationem velut ignarus postulat. Angelum vero magnum Bythi mysterium celare cupientem ita respondisse: *Vade Daniel: quia clausi sunt signa-* Dan. 12, 9. et 10.
tique sermones, quousque intelligentes intelligant, et albi dealbentur. Se enim albos illos et intelligentes esse gloriantur.

Apocrypharum praeterea et adulterinarum scripturarum, quas Cap. XIX.
ipsimet commenti sunt, infinitam multitudinem obtrudunt, quibus imperitis ac germanarum scripturarum ignaris stuporem obiiciant. Quin illud scelerate confictum proferunt in medium, Christum, puer cum esset literasque disceret, iubenti, ut assolet, praeceptori, Dic alpha, alpha respondisse. Rursum ut Beta diceret praecipienti respondisse dominum, Tu mihi primum quid sit alpha dicito, tum ego quid sit beta respondebo. Quod illi sic interpretantur, quasi solus quod erat ignotum intelligeret, idque sub literae alpha specie declarare vellet. Nonnulla quoque quae in evangelio leguntur ad eandem formam applicant. Velut quod matri suae duodecim natus annos respondit: *Nesciebatis quod in iis quae patris mei sunt oportet me esse?* Luc. 2, 49.
Quem enim nesciebant, inquiunt, Patrem illis nuntiabat. Quam- Matth. 19, 17.
obrem ut ignotum hactenus Patrem praedicarent, duodecim ad tribus misisse illum discipulos asserunt. Deinde cum alius, *Praeceptor bone!* dixisset, eum qui vere bonus est deum diserte confessum fuisse. *Quid me*, inquit, *dicis bonum? Unus est bonus, Pater qui in coelis est.* Coelorum porro nomine Aeonas modo accipiendos esse. Quod autem percontantibus, *In qua potestate hoc facis?* re- Luc. 20, 2.
spondit nihil, sed aliam eius quaestionem proposuit, declaratum illud eo silentio putant summum Patrem nullis posse verbis explicari. Velut etiam ita cum locutus est: *Saepe ego desideravi unum ex illis sermonibus audire, nec qui diceret habui,* aperte, inquiunt, unum ostendit esse deum, quem minime illi cognoscent. Ad haec cum Hieru-

tom. I. p. 12. cap. 48.
4. τοῦ *cod. Venet.*
5. πρὸς αὐτοὺς *coniecit Petavius.*
6. μὴ *particula abest ab omnibus libris. Vet. Interpres:* inenarrabile patris in eo quod non dixerit non ostendisse eum interpretantur, *ubi alterum illud* non *ante voc.* ostendisse *cum Grabio et Feuardentio delendum esse arbitror.*
7. φασιν εἶναι τὸ *correxi ego atque reposui pro eo quod libri tenent* φασι δεῖν διὰ τοῦ. *Quod vitium (antiquissimum, uti videtur) partim traxit etiam Latinus Interpres, qui vertit:* Sed et in eo quod dixerit — — — manifestantis dicunt esse per hoc Unum *cett.*

αὐτὸν τῇ Ἱερουσαλὴμ δακρῦσαι ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰπεῖν, Εἰ ἔγνως [8] καὶ σὺ σήμερον τὰ πρὸς εἰρήνην, ἐκρύβη δὲ [9] ἀπὸ σοῦ, διὰ τοῦ Ἐκρύβη ῥήματος τὸ ἀπόκρυφον τοῦ Βυθοῦ δεδηλωκέναι. Καὶ πάλιν εἰπόντα, Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ. Τὸν τῆς ἀληθείας πατέρα κατηγγελκέναι. Ὃ γὰρ οὐκ ᾔδεισαν, [10] φασὶ, τοῦτο αὐτοῖς ὑπέσχετο διδάξειν. [11] Ἀπόδειξιν δὲ τὴν ἀνωτάτω καὶ οἱονεὶ κορωνίδα τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν φέρουσι ταῦτα· [12] Ἐξομολογήσομαί σοι, πάτερ κύριε τῶν οὐρανῶν καὶ [13] τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας αὐτὰ ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Οὐὰ ὁ πατήρ μου, ὅτι ἔμπροσθέν σου εὐδοκία μοι ἐγένετο Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς [14] ἀποκαλύψῃ. Ἐν τούτοις διαῤῥήδην φασὶ δεδειχέναι αὐτὸν, ὡς τὸν ὑπ' [15] αὐτῶν παρεξευρημένον πατέρα ἀληθείας πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ μηδενὸς πώποτε ἐγνωκότος, καὶ κατασκευάζειν θέλουσιν, ὡς τοῦ ποιητοῦ καὶ κτιστοῦ ἀεὶ ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένου, καὶ ταῦτα τὸν κύριον εἰρηκέναι περὶ τοῦ ἀγνώστου τοῖς πᾶσι Πατρὸς, ὃν αὐτοὶ καταγγέλλουσι.

Κεφ. κ'. Τὴν δὲ τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτοῖς παράδοσιν συμβέβηκεν ἀόρατον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον, ἅτε τῶν ἀκρατήτων καὶ ἀοράτων μητέρα ὑπάρχουσαν, καὶ διὰ τοῦτο ἄστατον οὖσαν οὐχ ἁπλῶς, [1] οὐδὲ ἑνὶ λόγῳ, ἀπαγγεῖλαι ἔστι· διὰ τὸ [2] ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καθὼς αὐτοὶ βούλονται,
pag. 255. παραδιδόναι αὐτήν. Ὅσοι γάρ εἰσι ταύτης τῆς γνώμης μυσταγωγοὶ, τοσαῦται καὶ ἀπολυτρώσεις. Καὶ ὅτι μὲν εἰς ἐξάρνησιν τοῦ βαπτίσματος τῆς εἰς θεὸν ἀναγεννήσεως, καὶ πάσης τῆς πίστεως ἀπόθεσιν, ὑποβέβληται τὸ εἶδος [3] τοῦτο ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐλέγχοντες αὐτοὺς ἀπαγγελοῦμεν ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ. Λέγουσι δὲ αὐτὴν ἀναγκαίαν εἶναι τοῖς τὴν τελείαν γνῶσιν εἰληφόσιν, ἵνα εἰς τὴν ὑπὲρ πάντα δύναμιν ὦσιν ἀναγεγεννημένοι. Ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἐντὸς Πληρώματος εἰσελθεῖν, ἐπειδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ εἰς [4] τὸ βάθος κατάγουσα αὐτούς. Τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα τοῦ φαινομένου Ἰησοῦ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν τοῦ ἐν αὐτῷ [5] Χριστοῦ κατελθόντος εἰς τελείωσιν, καὶ τὸ μὲν ψυχικὸν, τὴν δὲ πνευματικὴν εἶναι ὑφίστανται, καὶ τὸ μὲν βάπτισμα ὑπὸ Ἰωάννου κατηγγέλθαι εἰς μετάνοιαν, τὴν δὲ ἀπολύτρωσιν ὑπὸ

8. καὶ om. cod. Rhedig.
9. ἀπὸ cum Billio restituendum duxi. Abest enim ab omnibus libris.
10. Epiphanii libri habent φησὶ.
11. Vox Ἀπόδειξιν (vel, si mavis, Δίδαξιν), quae incuria librariorum prorsus intercierat, repetenda erat ex vocabulo διδάξειν, quod antecedit. Vet. Interpres habet Ostensionem autem superiorum, et velut finem cett., videturque legisse τῶν ἀνωτάτω.
12. Confiteor habet Vet. Interpres.
13. τῆς om. cod. Ven.
14. ἀποκαλύψει cod. Venet.
15. αὐτῶν codd. Venet. Rhedig. Reliqui libri αὐτόν.

salem accedens *flevit super eam, et dixit, Si cognovisses et tu, et qui-* Luc. 19, 42.
dem in hac die, quae ad pacem sunt tibi: nunc autem abscondita sunt tibi, vocabulo isto, *abscondita sunt,* occultam Bythi naturam abstrusamque demonstravit. Quemadmodum et hisce verbis: *Venite ad me* Matth. 11, 28.
omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos; et, *Discite a me* etc. Veritatis parentem indicasse confirmant. Quod enim ignorabant, inquiunt, hoc se illos edocturum recepit. Postremo hanc velut arcem probationis suae ac fastigium proferunt, quod idem dominus dixit: *Confiteor tibi Pater domine coeli ac terrae, quia abscon-* Luc. 10. 21.
disti a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita pater, quoniam coram te beneplacitum est mihi. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: et nemo novit Patrem nisi Filius, et Filium nemo novit nisi Pater et cui voluerit filius revelare. Quibus verbis evidenter hoc ab illo declaratum existimant, quem ipsi Veritatis Parentem temere commenti sunt, hunc antequam Christus venisset nemini fuisse cognitum, contra vero istud colligi, conditorem ac creatorem perpetuo manifestum omnibus fuisse. Haec enim omnia de ignoto illo Parente, quem ipsi praedicant, a Christo pronuntiata non dubitant.

Quod autem ad redemptionem pertinet, eam neque aspici ne- Cap. XX.
que comprehendi animo posse definiunt; utpote, quae eorum mater sit quae peraeque contineri ac videri nequeant. Quare cum inconstans atque instabilis sit, non una illam ac simplex oratio complecti potest, quoniam ab unoquoque illorum pro suo nutu ac voluntate traditur. Quot enim sunt illius dogmatis ac mysteriorum antistites, totidem et redemptiones esse dicunt. Enimvero totam illam speciem atque pompam eiurandi baptismatis iterataeque illius a deo generationis gratia et abiiciendae fidei a Satana confictam esse, suo loco, cum illos refutabimus, ostendetur. Sed illam necessariam omnino redemptionem iis esse statuunt qui perfectam scientiam adepti sunt, ut ad supremam omnium virtutem denuo gignantur. Aliter enim omnem ad Pleroma aditum intercludi, cum haec illa sit quae eos ad Bythi profunda perducat. Nam baptismum apparentis illius Iesu condemnationem duntaxat prae se ferre criminum, redemptionem vero Christi, qui se in Iesum insinuaverat, perfectum ad statum absolutumque spectare. Illum animalem esse, hanc vero spiritalem. Praeterea Matth. 3, 15.
baptismum a Ioanne capessendae poenitentiae caussa denuntiatum,

Cap. XX. — 1. οὐδενὶ λόγῳ cod. Rhedig.
2. Libri Epiphanii habent ἕν pro ἕνα.
3. τοῦτο ὑπὸ codd. Vatic. Venet. Vulgo τοῦ ὑπὸ.
4. Vet. Interpres cum praebeat quae in profundum Bythi deducit, secundum eos, videtur legisse τὸ Βυθοῦ βάθος κατάγουσα, κατ' αὐτούς.
5. spiritus habet Vet. Interpres, ut πνεύματος pro Χριστοῦ legisse videri possit.

Ἰησοῦ κεκομίσθαι εἰς τελείωσιν, καὶ [6] τοῦτ' εἶναι περὶ οὗ λέγει, Καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. Ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου τῆς μητρὸς αὐτῶν αἰτουμένης τὸ καθίσαι αὐτοὺς ἐκ δεξιῶν [7] καὶ ἀριστερῶν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν, ταύτην προςθεῖναι τὴν ἀπολύτρωσιν τὸν κύριον λέγουσιν, εἰπόντα, Δύνασθε τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτίζεσθαι; Καὶ τὸν Παῦλον ῥητῶς φάσκουσι τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀπολύτρωσιν πολλάκις μεμηνυκέναι, καὶ εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' αὐτῶν ποικίλως καὶ ἀσυμφώνως παραδιδομένην.

Κεφ. κα'. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιρρήσεών τινων τοῖς τελειουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω Συζυγιῶν· οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν· Εἰς ὄνομα ἀγνώστου Πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς Ἀλήθειαν Μητέρα πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν, εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. Ἄλλοι δὲ Ἑβραϊκά τινα ὀνόματα ἐπιλέγουσι, πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι τοὺς τελειουμένους, οὕτως· Βασεμὰ, [1] Χαμοσσὴ, [2] Βααιανορὰ, Μισταδία, Ῥουαδὰ, [3] Κουστὰ, Βαβοφὸρ, Καλαχθεῖ. Τούτων δ' ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν τοῦ πατρὸς ἐπικαλοῦμαι φῶς ὀνομαζόμενον, καὶ πνεῦ-
pag. 256. μα ἀγαθὸν, καὶ ζωὴ, ὅτι ἐν σώματι ἐβασίλευσας. Ἄλλοι δὲ πάλιν τὴν λύτρωσιν ἐπιλέγουσιν οὕτως· τὸ ὄνομα τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ πάσης θεότητος καὶ κυριότητος καὶ ἀληθείας, ὃ ἐνεδύσατο Ἰησοῦς ὁ Ναζαρηνὸς ἐν ταῖς ζωαῖς τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ, Χριστοῦ ζῶντος διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰς λύτρωσιν ἀγγελικὴν ὄνομα τὸ τῆς ἀποκαταστάσεως [4] Μεσσία, Οὐφαρὲγ, [5] Ναμεμψαιμὰν, Χαλδαίαν, Μοσομηδαέα, [6] Ἀκφραναὶ, Ψαούα, Ἰησοῦ Ναζαρία. Καὶ τούτων δὲ ἡ ἑρμηνεία ἐστὶ τοιαύτη· [7] Οὐ διαιρῶ τὸ πνεῦμα τὴν καρδίαν καὶ τὴν ὑπερουράνιον δύναμιν, τὴν οἰκτίρμονα· ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου Σωτὴρ Ἀληθείας. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπιλέγουσιν οἱ αὐτοὶ [8] οἱ τελοῦντες· ὁ δὲ τετελεσμένος ἀποκρίνεται, Ἐστήριγμαι, καὶ λελύτρωμαι, καὶ λυτροῦμαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πάντων τῶν παρ' αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰαὼ, ὃς ἐλυτρώσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ἀπολύτρωσιν ἐν τῷ Χριστῷ τῷ ζῶντι. Εἶτ' ἐπιλέγουσιν οἱ παρόντες, Εἰρήνη πᾶσιν ἐφ' οὓς τὸ ὄνομα τοῦτο [9] ἐπαναπαύεται. Ἔπειτα μυρίζουσι τὸν τετελεσμένον τῷ ὀπῷ τῷ [10] ἀπὸ βαλσάμου. Τὸ γὰρ μῦρον τοῦτο τύπον τῆς

6. ταῦτ' cod. Venet

7. καὶ ἐξ ἀριστερῶν cod. Venet.

Cap. XXI. — 1. χασιμὴ codd. Rhedig. et Paris.

2. βααιανοορὰ codd. Rhedig. et Paris.

3. κουκὰ cod. Rhedig. et Paris. — Cf. de hac Gnosticorum formula interpretes ad Irenaeum I, 21, 3.

4. μοσσία cod. Paris.

5. νεμεμψαιμάν cod. Paris.

redemptionem a Iesu obtinendae gratia perfectionis invectam. Atque hoc esse, quod his verbis testatum reliquerit: *Baptismo alio habeo baptizari, et ad illum omnino festino.* Imo etiam Zebaedaei filiis, cum eorum mater a se postulasset, ut eos secum ad dextram sinistramque suam in regno considere iuberet, eandem illam redemptionem proposuisse dominum putant, his verbis: *Potestis baptismate baptizari, quo ego baptizandus sum?* Paulum insuper redemptionem in Christo Iesu persaepe commemorasse praedicant; quam eandem ipsam esse volunt de qua varia secumque minime cohaerentia disputant.

Luc. 12, 50. Matth. 20, 21. Marc. 10, 38.

Cap. XXI. Nam alii Thalamum nescio quem construunt, eosque quos suas ad ceremonias admittunt certis ritibus ac carminibus initiant, ac quod ipsi gerunt, spiritales nuptias appellant, ad coelestium coniugiorum imitationem expressas. Alii ad aquam perductos tingunt hac verborum formula: *In nomine ignoti Patris omnium, in Veritate omnium Matre, in eo qui in Iesum delapsus est, in unione et redemptione communioneque Virtutum.* Sunt et qui Hebraicas voces proferant, quo maiorem initiatis horrorem iniiciant, hoc modo: *Basema, Chamosse, Baaenora, Mistadia, Rhuada, Custa, Babophor, Kalachthei.* Quorum haec est sententia: *Supra omnem Virtutem Patris Lumen quod vocatur imploro: nec non et Spiritum bonum, et Vitam, quoniam in corpore regnasti.* Quidam ita redemptionem concipiunt. Arcanum et occultum ab omni divinitate dominatuque ac veritate nomen, quod Iesus Nazarenus induit, in vitis luminis Christi, Christi, inquam, viventis per Spiritum sanctum, in redemptionem angelicam; nomen restitutionis: *Messias, Uphareg, Namempsaeman, Chaldaean, Mosomedaea, Acphranae, Psaua, Iesu Nazaria.* Quae hoc modo interpretari possumus: *Non divido Spiritum, Cor Virtutemque coelo subliniorem, misericordem: macte sim nomine tuo Salvator Veritatis.* Haec dum ab antistitibus prolata sunt, tum qui sacris initiatur ita respondet: *Confirmatus sum ac redemptus: et anima mea ab hoc seculo omnibusque quae ab eo sunt redimitur in nomine Iao, qui ipsius redemit animam in redemptionem in Christo vivente.* Ad haec praesentes omnes subiiciunt: *Pax omnibus in quibus nomen istud requiescit.* Deinde opobalsamo initiatum perungunt. Quod unguenti genus fragran-

6. ἐκφραναὶ ψαούα cod. Paris. ἀκφραναὶ ψευούα cod. Rhedig. ἀκψαρναιψεύουσα cod. Venet. — *De interpretatione huius formulae, si placet, adeas doctorum hominum ad Irenaeum l. l. adnotata. Cf. etiam infra haer. 36, 2. ubi eadem repetuntur.*

7. Christi non divido spiritum, cor cett. *legitur apud Vet. Interpretem.*

8. οἱ *adieci de auctoritate codd. Vatic. et. Venet.*

9. ἐπαναπέπαυται *cod. Venet.*

10. ἀπὸ τοῦ βαλσάμου *codd. Rhedig. Paris.*

ὑπὲρ τὰ ὅλα εὐωδίας εἶναι λέγουσιν. Ἔνιοι δ' αὐτῶν τὸ μὲν ἄγειν ἐπὶ τὸ ὕδωρ περισσὸν εἶναι φάσκουσι, μίξαντες δὲ ἔλαιον καὶ ὕδωρ ἐπιτοαυτὸ μετ' ἐπιρρήσεων ὁμοιοτρόπων αἷς προειρήκαμεν ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τῶν τελειουμένων, καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν ἀπολύτρωσιν θέλουσι. Μυρίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ βαλσάμῳ. Ἄλλοι δὲ ταῦτα πάντα παραιτησάμενοι φάσκουσι μὴ δεῖν τὸ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀοράτου δυνάμεως μυστήριον δι' ὁρατῶν καὶ φθαρτῶν ἐπιτελεῖσθαι κτισμάτων, καὶ τῶν ἀνεννοήτων καὶ ἀσωμάτων δι' αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν, εἶναι δὲ τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν αὐτὴν τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἀρρήτου μεγέθους· ὑπ' ἀγνοίας γὰρ ὑστερήματος καὶ πάθους γεγονότων διὰ γνώσεως καταλύεσθαι πᾶσαν τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας σύστασιν, ὥςτε εἶναι τὴν γνῶσιν ἀπολύτρωσιν τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου. Καὶ μήτε σωματικὴν ὑπάρχειν αὐτὴν, φθαρτὸν γὰρ τὸ σῶμα, μήτε ψυχικὴν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ ἐξ ὑστερήματος, καὶ [11] ἔστι τοῦ Πατρὸς ὥςπερ οἰκητήριον. Πνευματικὴν οὖν δεῖ καὶ τὴν λύτρωσιν ὑπάρχειν. Λυτροῦσθαι γὰρ διὰ [12] γνώσεως τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸν πνευματικὸν, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει, καὶ ταύτην εἶναι λύτρωσιν ἀληθῆ.

ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΑ ΥΠΟ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ.

Κεφ. κβ'. pag. 257. Ταύτην τὴν πᾶσαν ἀκριβῆ ἔρευναν ὁ μακάριος πρεσβύτης Εἰρηναῖος ἐποιήσατο, [1] καθ' εἱρμὸν πάντα ἐνθέμενος τῆς αὐτῶν πάσης παραπεποιημένης διδασκαλίας. Διόπερ δὴ, ὡς καὶ ἤδη μοι προδεδήλωται, [2] ὅτι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐσπουδασμένοις ἀρκεσθέντες, πάντα πρὸς ἔπος, ὡς παρ' αὐτῷ ἐμφέρεται, παρεθήκαμεν. Ἀνατραπήσονται γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς εἰς ἀντίθεσιν τῆς αὐτῶν μοχθηρίας εἰρημένων. Ἡμεῖς γὰρ πιστεύομεν, ὡς πάντη ἡ ἀλήθεια ὑποφαίνει, καὶ ὁ εὔλογος λογισμὸς ὑποτίθεται, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας κανόνι συμπεφώνηται, τῷ τε νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν πατριάρχαις κατὰ ἀκολουθίαν, τῇ τε αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος διδαχῇ, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων σαφῶς ἡμᾶς διδασκόντων ἕνα ὁμολογεῖν θεὸν πατέρα, παντοκράτορα τῶν ὅλων, καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, μίαν ἁγίαν τριάδα ἄκτιστον, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξ οὐκ ὄντων γενομένων μετὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. Οὕτως τε παρὰ πάντων τῶν προειρημένων ἁγίων προφητῶν τε καὶ εὐαγγελιστῶν καὶ ἀποστόλων σαφῶς ὡμολογημένων καὶ πεπιστευμένων οὐκ ἂν δυνηθείη κυβευτική τις ἐπίνοια ἀντισχεῖν πρὸς τὴν

11. ἔτι correxerunt quidam.
12. γνώσεως correxi ex Vet. Interprete. μωσέως ed princ. Μωϋσέως edit. Petav.

Cap. XXII. — 1. καθ' εἱρμὸν πάντα cod. Rhedig. καθ' εἱρμὸν μὲν πάντα edd. princ. et Petav. καθ' εἱρμὸν ταῦτα cod. Vatic.

tissimi illius odoris qui supra omnia est imaginem esse censent. Non desunt inter illos qui ad aquam perducere supervacaneum arbitrantur, sed oleum aqua temperatum cum solennibus eiusmodi carminibus, qualia nos paulo ante retulimus, initiatorum capitibus inspergant, idque demum redemptionem nominent, quamquam balsamo ipsi etiam inungunt. Alii contra repudiatis iis omnibus negant eius virtutis, quae nec oculis cerni nec sermone declarari possit, mysterium per aspectabiles corruptibilesque creaturas posse perfici; eorum, inquam, quae cogitationem omnem fugiunt, corporisque sunt expertia, ad ea quae sensibus percipiuntur corporeaque sunt oportere demitti. Perfectam itaque redemptionem ipsam esse magnitudinis inexplicabilis notitiam. Cum enim defectus omnis et perturbatio ab ignorantia proficiscatur, quicquid ex ea conflatum est, illa ratione destrui; adeo ut cognitio interioris sit hominis redemptio: ac neque corporea sit, corpus enim corruptionis capax est, nec animalis, quod anima ex defectu prodierit, sitque velut Parentis domicilium. Quare et spiritalis redemptio sit oportet. Etenim per Moysen interior homo ac spiritalis redimitur. Proinde universorum se esse dicunt cognitione contentos, eamque germanam redemptionem appellant.

HACTENUS IRENAEUS.

Hanc beatissimus ille senex Irenaeus erroris istius accuratam inquisitionem instituit, omnemque commentitii dogmatis seriem ordinemque proposuit. Quamobrem, ut initio praefati sumus, iis contenti quae ab illo magno studio sunt elaborata, cuncta prout in eius opere continentur ad verbum exscripsimus. Facile enim ex iis quae a sanctissimo viro ad illius refellendam improbitatem prodita sunt everti profligarique poterunt. Nos enim id quod veritas ipsa prae se omnino fert, quodque et prudens ratio persuadet et veritatis regulae consentaneum est, legi ac prophetis et patriarchis, qui sibi invicem successerunt, nec non tam salvatoris ipsius quam apostolorum doctrinae credimus, a quibus manifeste didicimus unum confiteri deum universorum patrem omnipotentem, ac dominum nostrum Iesum Christum, et Spiritum sanctum, unam sanctam increatamque trinitatem; cum cetera post Patrem et Filium et Spiritum sanctum ex nihilo producta sint. Quae quidem omnia cum iis quos commemoravi sanctissimis viris, prophetis, evangelistis et apostolis sine ulla ambiguitate credita confessaque fuerint, nullae eiusmodi erunt artes ac praestigiae, quae veritatis luci ac splendori possint obsi- Cap. XXII.

2. Rescribo ἅτε.

ἀκτῖνα τῆς ἀληθείας, ὥς γε ἡμῖν πολλάκις κατὰ πλάτος εἴρηται ἐν τῇ πρὸς ἑκάστην αἵρεσιν ὑποθέσει· ὡς ἐξάπαντος φωρᾶσθαι καὶ τοῦτον ἀγύρτην καὶ θανατοποιὸν ἰσοτύπως ταῖς προειρημέναις ἐπιδείξεως χάριν καὶ περιεργίας τὰ μεγάλα ταῦτα καττύσαντά τε καὶ μηχανησάμενον.

Κεφ. κγ΄. Παρελθόντες δὲ καὶ τὴν τούτου μοχθηρίαν, καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ Μαρκωσίων λεγομένων, ἐπὶ τὰς ἑξῆς σπεύσωμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, τὰς αὐτῶν ῥίζας πάλιν ἀνερευνῶντες, καὶ τῶν καρπῶν αὐτῶν τὴν πικρίαν ἀφανίζοντες, τήν τε ἀνατροπὴν καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς πάντα ἐπιδεικνύντες, οὐκ εἰς βλάβην τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλὰ εἰς ἀποτροπὴν, πρὸς τὸ μὴ πλησιάσαι μιᾷ τῶν προειρημένων αἱρέσεων, ἢ τῶν μετέπειτα, ἀλλὰ ἀναγνόντας τὰ γεγραμμένα παρ' αὐτοῖς, καὶ γνόντας τὰ ᾀδόμενα, καὶ καταγνόντας τῆς ἑκάστης αὐτῶν πλάνης τε καὶ ἑρπετώδους μοχθηρίας,
pag. 258. ἀποφεύγειν τε καὶ, ὡς εἶπον, μὴ πλησιάζειν. Διψάδα γάρ τινα ἔχιδνάν φασιν οἱ ἱστορήσαντες ἰοῦ λύμην τοιάνδε ἐμποιεῖν. Ἐν τόποις γάρ τισιν, ὅπου πύελοι ἐν ταῖς πέτραις ἢ λιβάδες εἰσὶ μικραὶ ἀπὸ πετρῶν χεύμεναι εἰς ὑποδοχήν τινα, ἡ αὐτὴ διψὰς ὕδωρ εὑρίσκουσα καὶ πιοῦσα τὸν ἰὸν ἐμβάλλει μετὰ τὸ πιεῖν εἰς τὰς προειρημένας στάσεις τῶν ὑδάτων, ὥςτε πᾶν ζῶον πλησιάσαν καὶ ποτοῦ κορεσθὲν δοκεῖν μὲν ὠφελεῖσθαι ἐκ τοῦ μεταλαβεῖν, εὐθὺς δὲ παρὰ τὸ ὑποδόχον τῶν ὑδάτων ἐκ τοῦ ἰοῦ τῆς διψάδος ὑποδεξάμενον καταπίπτειν καὶ θνήσκειν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τινα πλήξειεν ἡ αὐτὴ διψὰς, ἀπὸ τοῦ περισσοτέρως ἐν αὐτῇ καυστικοῦ ἰοῦ ἐπὶ ὄρεξιν δίψης καὶ πόματος προτρέποιτο πάθος τῆς ἀλγηδόνος, προςφέρεσθαί τε ἀεὶ καὶ πίνειν [1] ἐρεθίζειν. [2] Νομίζει δέ τι ὠφελεῖσθαι πρὸς τὴν λύμην ὁ πληγεὶς ὁσάκις τῆς τοιαύτης θανατηφόρου ἀλγηδόνος λαμβάνει, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ πληρωθείσης τῆς γαστρὸς, καὶ μηκέτι ὑποδεχομένης, ὕστερον σὺν τῷ πόματι τὸ πνεῦμα ἀφίησιν. Οὕτω καὶ οὗτος ὑπὸ πόματος τὸν θάνατον τοῖς παρ' αὐτοῦ ἠπατημένοις ἐξεργάζεται. Οὗπερ ἰοῦ ἐν δυνάμει θεοῦ ῥυσθέντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν.

ΚΑΤΑ ΚΟΛΟΡΒΑΣΙΩΝ,
πεντεκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ πέμπτη.

Κεφ. α΄. Κολόρβασος τούτοις ἕπεται ἀπὸ τῆς τοῦ προειρημένου Μάρκου γοητείας τὸν ἔρανον ποιησάμενος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου ῥίζης σκολόπων δίκην ἀναφύσας, [1] ἕτερα πάλιν παρὰ [2] τούτους ἐνοχλεῖν τῷ κόσμῳ κέντρων δίκην ἐπενόησε, δῆθεν μείζονα φαντασίαν, ὡς ἄνωθεν ἥκων, μηχανώμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα σὺν τῷ Μάρκῳ ὑπάρ-

Cap. XXIII. — 1. *Rescribo* ἐρεθίζειν.
2. νομίζει *cod. Vatic. et inde edit. Petav. Vulgo* νομίζειν.

stere; quemadmodum in singulis refutandis haeresibus saepe ac copiose monstravimus. Adeo ut eadem qua in ceteris ratione detectum sit, nebulonem illum ac pestiferum hominem sola ostentatione sui ac curiositate ductum ad tam immania portenta fingenda fabricandaque venisse.

Nunc illius ac Marcosiorum impietate praeterita ad alias transeamus, earumque et evellamus radices et amarissimos fructus tollamus e medio, ac quemadmodum refelli possint, quaeque ad ipsos pertinent universa referamus; non ut legentibus fraudi ista sint, sed ut ab illis abhorreant, neque ad unam aliquam earum quas exposuimus aut insequentium accedant, sed ubi quae ab illis scripta sunt legerint, saepiusque decantata cognoverint, illorum erroribus ac venenata improbitate damnata fugiant procul, ac propius se conferre vereantur. Dipsadem quandam e viperarum genere esse memoriae proditum est, quae istiusmodi virus immittat. Cum enim excavatis in rupibus, quae stillantem e saxis liquorem excipiunt, aquam nacta biberit, eam postea veneno suo sic inficit, ut si quod animal deinceps ex ea potaverit, cum iuvari ac sitim relevare visum fuerit, ad venenatum ipsum aquae receptaculum subito moriatur ac concidat. Quod si quem illa momorderit, ignea veneni vis vehementius grassans ingentem sitim affert, et ad assidue potandum intolerabili cum dolore compellit. Cui quidem letifero dolori dum ita se remedii afferre aliquid existimat, in eodem loco ventre distento nec humoris quicquam amplius capiente, cum potu mox animam profundit. Sic ille cum inexhausta potus aviditate suis exitium consciscit. Sed nos ab eo veneno divina ope liberati reliquas ad haereses transeamus. Cap. XXIII.

CONTRA COLORBASIOS,
quae est haeresis XV. sive XXXV.

Sequitur Colorbasus, qui ab iisdem Marci praestigiis suas ineptias corrogavit. Quin et ex Ptolemaei radicibus sentium ac spinarum instar erumpens novas quasdam opiniones commentus est, quibus velut aculeis homines infestaret, dum maiores nugas ac somnia velut e coelo delapsus effutiit. Fuit ei primum cum Marco societas Cap. I.

Cap. I. — 1. *Forlasse* ἑτέρᾳ. 2. *Ita rescripsi. Libri habent* τούτοις.

χων ὁμοιογνώμονι αὐτῷ, δίκην δικεφάλου ὑπαρχούσης τῆς αὐτῶν αἱρέσεως, ὕστερον δὲ ὡς κεφαλὴ ἀπὸ σώματος ἑρπετοῦ τμηθεῖσα, καὶ ἔτι ἐμπνέουσα, πολλοὺς ἀφανίσας ἠδίκησεν, ὡς δῆθεν μεῖζόν τι καὶ ἐμπειρότερον παρὰ [3] τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ τοὺς πρώτους δεικνύς. Λέγει γὰρ τὴν πρώτην Ὀγδοάδα οὐ καθ' ὑπόβασιν ἄλλων ὑπὸ ἄλλου [4] Αἰώνων
pag. 259. προβεβλῆσθαι, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ εἰς ἅπαξ τὴν τῶν [5] ἓξ Αἰώνων προβολὴν ὑπὸ τοῦ Προπάτορος καὶ τῆς Ἐννοίας αὐτοῦ τετέχθαι, ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος διαβεβαιοῦται. Καὶ οὐκέτι ἐκ Λόγου καὶ Ζωῆς Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ ἐξ Ἀνθρώπου, ὡς οἱ ἄλλοι, καὶ Ἐκκλησίας, Λόγον καὶ Ζωήν φασι τετέχθαι αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἑτέρῳ τρόπῳ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι ὅπερ ἐνενοήθη προβαλεῖν ὁ Προπάτωρ, τοῦτο Πατὴρ ἐκλήθη, ἐπεὶ δὲ ὃ προεβάλετο Ἀλήθεια ἦν, τοῦτο Ἀλήθεια ὠνομάσθη. Ὅτε οὖν ἠθέλησεν ἐπιδεῖξαι [6] αὐτὸν, τοῦτο Ἄνθρωπος ἐλέχθη. Οὓς δὲ προελογίσατο ὅτε προέβαλε, τοῦτο Ἐκκλησία ὠνομάσθη. Καὶ ὁ Ἄνθρωπος τὸν Λόγον· οὗτός ἐστιν ὁ πρωτότοκος Υἱός. Ἐπακολουθεῖ δὲ τῷ Λόγῳ καὶ ἡ Ζωή. Καὶ οὕτως πρώτη Ὀγδοὰς συνετελέσθη. Πολλὴ δὲ μάχη παρ' αὐτοῖς καὶ περὶ τοῦ Σωτῆρος. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ πάντων γεγονέναι λέγουσι, διὸ καὶ Εὐδοκητὸν καλεῖσθαι, ὅτι πᾶν τὸ Πλήρωμα ηὐδόκησεν· οἱ δὲ ἐκ μόνων τῶν δέκα Αἰώνων τῶν ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προβεβλῆσθαι αὐτὸν λέγουσι, τὰ προγονικὰ ὀνόματα [7] διασώζοντα· οἱ δὲ ἐκ τῶν δεκαδύο Αἰώνων τῶν [8] ἐκ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ Ζωῆς γενομένων, καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν Ἀνθρώπου ὁμολογεῖ, ὡςανεὶ ἀπόγονον Ἀνθρώπου· οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος εἰς στήριγμα τοῦ Πληρώματος γεγονέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸν λέγεσθαι αὐτὸν τὴν τοῦ πατρὸς, ἀφ' οὗ προεβλήθη, διασώζοντα προσηγορίαν· ἄλλοι δὲ, ὡς εἰπεῖν, τινες ἐξ αὐτῶν ῥαψῳδοὶ τὸν Προπάτορα τῶν ὅλων καὶ προάρχην καὶ προανεννόητον Ἄνθρωπον λέγουσι καλεῖσθαι, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγα καὶ ἀπόκρυφον μυστήριον, ὅτι ἡ ὑπὲρ τὰ ὅλα δύναμις καὶ ἐμπεριεκτικὴ τῶν πάντων Ἄνθρωπος καλεῖται, καὶ διὰ τοῦτο Υἱὸν Ἀνθρώπου ἑαυτὸν λέγειν τὸν Σωτῆρα.

Κεφ. β'. Αὕτη καὶ ἡ τοῦ Κολορβάσου μάταιος τῷ βίῳ καὶ φαντασιώδης διὰ ψοφημάτων κενοφωνία· ἣν ἐὰν καταμάθοι τις, εἴσεται ἐκ τῶν πρὸ αὐτοῦ ὡς φιλοτιμία ἐστὶ τῆς ἑκάστου τούτων ὑπονοίας. Κενοδοξῶν

3. τοὺς emendarunt Cornarius et Petavius. Libri habent τῶν.
4. Scripsi Αἰώνων pro eo quod libri tenent Αἰῶνα.
5. Sic correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent ἑξ.
6. „Fort. Ἄνθρωπον" annotavit Petavius. Cornarius vertit Quando igitur

dogmatumque consensio, ut eorum secta, tanquam biceps anguis, bipartita videretur. Postea velut caput a serpentis corpore divulsum ac spirans adhuc plurimis exitio fuit, cum maius quiddam non modo aequalibus suis, sed et maioribus, ac doctius afferre crederetur. Ogdoadem enim censet non gradatim unius Aeonis ab altero procreatione propagatam fuisse, sed sex reliquas Aeonas pariter eodemque momento a supremo Parente et eius Ennoea, hoc est Cogitatione manasse, quod iste sic tanquam obstetricis partes egisset affirmat. Quare non ut alii e Verbo Vitaque Hominem et Ecclesiam; aut ex Homine, ut quibusdam placet, et Ecclesia Verbum ac Vitam prodiisse cum suis ille statuit. Sed id alia ratione definiunt: nimirum quod Supremus ille Parens producere cogitavit, hoc vocabulo Patris appellatum. Idem porro Veritas cum esset, Veritatis insignitum nomine. Quamobrem cum ostentare se vellet, idipsum Hominem nominatum. Quos autem cum produceret prius animo reputarat, his Ecclesiae nomen attributum. Homo vero Verbum produxit; atque hic primogenitus est Filius. Sed Verbum Vita consequitur. Atque ita Ogdoas prima conficitur. Porro magna est inter illos de Salvatore dissensio. Quidam enim ex omnibus conflatum existimant, atque ideo Eudocetum, hoc est Beneplacentem, vocatum, quod eum Pleroma omne communi sit affectu ac benevolentia prosecutum. Alii solis ex Aeonibus decem, qui a Verbo Vitaque derivati sunt, profectum illum asserunt, et eorum a quibus ortum accepit retinuisse nomina. Sunt qui duodecim ex Aeonibus, quos Homo ac Vita genuerint, profluxisse sentiant, ob idque Filium Hominis vocari, quasi Hominis nepotem. Nonnullis placet eundem a Christo et Spiritu Sancto ad sustentandum Pleroma genitum, ideoque Christum appellatum, ut eius a quo ortum acceperat nomen obtineret. Alii ex illorum numero, ut ita dicam, rhapsodi summum universorum Parentem ac primum principium primumque cogitatione maius Hominem vocari definiunt, idque magnum illud et arcanum esse mysterium, quod illa ceteris omnibus antecellens omniaque continens Virtus Hominis appellatione censeatur, et idcirco Salvatorem semetipsum Hominis nominare filium.

Eiusmodi est inepta illa ac commentita Colorbasi doctrina, quam magno verborum strepitu atque pompa in homines invexit. Cap. II.
Quam si quis diligenter animadvertat, facile ex superioribus haereticis intelliget omnem illam opinionum varietatem ab ambitione arro-

ostendere voluit hoc ipsum Homo dictum est. Putavit igitur αὐτὸ pro αὐτὸν.
7. τὰ διασώζοντα habent libri. Sed illud τὰ ex ὀνόματα accrevisse patet.
8. ἐκ τῶν τοῦ ed. Petav., mendose.

γὰρ ἕκαστος καὶ βουλόμενος ἑαυτῷ συνάγειν ἄθροισμα, ὥςτε αὐτῷ ἕπε-
pag. 260 σθαι, ἃ ὑπειςῆλθε τῇ ἑαυτοῦ ἐννοίᾳ ἐψευδολόγησεν, οὔτε κατὰ προ-
φητείαν φθεγγόμενος, οὐ γὰρ πνεῦμα ἅγιον ἐλάλησεν ἐν αὐτοῖς, οὔτε
ἀπὸ τῆς τῶν προφητῶν καὶ εὐαγγελίων ἀληθείας κἂν μίαν πρόφασιν
ἐσχηκώς. Ἀνατροπὴ δὲ τούτων [1] πάντων τῶν τῆς ψευδωνύμου γνώ-
σεως ὁ αὐτὸς ἀληθείας κατὰ τῶν πρώτων ῥηθεὶς λόγος. Τῆς γὰρ
Οὐαλεντίνου σχολῆς καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ οὗτοι πάντες ὑπάρχοντες, καὶ
τὸν νοῦν [2] ἐκεῖνον ἄλλος ἄλλως ἐξηγησάμενοι, τὴν ἴσην αὐτοῖς ὀφλή-
σουσιν αἰσχύνην. Μεγάλην γὰρ ἡμῖν ἀπάτην κενοφωνίας καὶ οὗτος ὁ
Κολόρβασος ἧκε φέρων. Ἐξέθετο γὰρ ἡμῖν ποιητευσάμενος τῷ ἀκατα-
λήπτῳ καὶ ἀοράτῳ καὶ ἁγίῳ θεῷ τῷ πατρὶ τῶν ὅλων ὄνομα Ἄνθρω-
πος· ἵνα συζεύξῃ τῇ ἑαυτοῦ πλάνῃ τὸν τοῦ Σωτῆρος λόγον, φάσκοντος
ἑαυτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ μεταγάγῃ τὴν διάνοιαν τῶν αὐτῷ χρησα-
μένων ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς καὶ ἐναργεστάτης τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτοῦ
ὁμολογίας εἰς ἀμηχανίαν καὶ κενοφωνίαν τοῦ ζητεῖν, ὑπολαμβάνοντας
ἐν τοῖς ἐπουρανίοις εἶναι ὃ μὴ ἔστι. Δῶμεν γὰρ αὐτὸν διὰ τὸ τὸν
αὐτοῦ Πατέρα ἄνθρωπον καλεῖσθαι Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ὀνομάζειν,
καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἧς ἔλαβεν ἀπὸ παρθενικῆς μήτρας, τουτέστιν
ἀπὸ Μαρίας τῆς ἁγίας, γεννηθεὶς διὰ Πνεύματος ἁγίου, κατὰ τὸν τοῦ
ἐλεεινοῦ Κολορβάσου τούτου λόγον· τί ἂν εἴποι περὶ οὗ ὁ αὐτὸς κύριος
ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός φησιν, ὡς τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγε, Νῦν δέ με ζη-
τεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκου-
σα παρὰ τοῦ πατρός μου, καὶ οὐκέτι ἐνταῦθα εἶπε, τοῦ Ἀνθρώπου
πατρός μου, ἀλλὰ περὶ μὲν πατρὸς ὁμολογῶν θεὸν τὸν τῶν ὅλων ἐσή-
μανε; Περὶ δὲ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐνηνθρώπησεν, ἐν ἀληθείᾳ ἄνθρωπον ἑαυ-
τὸν ἔφασκεν, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν, ἵνα ἡ ἀλήθεια πανταχόθεν
συσταθῇ, καὶ γνωσθῇ πόθεν ἐστὶ τὰ τῷ κυρίῳ ὀνόματα συναφθέντα·
Ἰησοῦν ἄνδρα ἀποδεδειγμένον εἰς ἡμᾶς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ τὰ
ἑξῆς. Τί τοίνυν πρὸς ταῦτα φαίης ἂν, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἐλεεινό-
τατε, ἐπειδὴ ἄνωθεν ἥκεις φέρων ἡμῖν καινὰς ὀνομασίας, καὶ σεμνύ-
νῃ, ἐφ᾽ οἷς τὸ τοῦ Ἀνθρώπου ὄνομα αὐτῷ τῶν πάντων δεσπότῃ καὶ
πατρὶ τῶν ὅλων προςάψαι [3] ἐτόλμησα; ὡς ἐκ τούτου καλεῖσθαι τὸν
κύριον Υἱὸν ἀνθρώπου, διὰ τὸ τὸν πατέρα Ἄνθρωπον καλεῖσθαι.
pag. 261. Εὑρὲ ἡμῖν καί τινα ἄλλην προςηγορίαν τῷ πατρὶ ἁρμόζουσαν, τὸ
Ἄνδρα ἀποδεδειγμένον. Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εὕροις ποτέ. Εἰ γὰρ καὶ ἀνὴρ
ἄνθρωπός ἐστι, καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς γυναικὸς τὸν ἄνθρωπον
ἄνδρα καλοῦμεν, ὅμως οὐκ ἂν καὶ ἐν τούτῳ μηχανήσασθαί τι δυνη-
θείης. Ἄνευ γὰρ σχημάτων καὶ μελῶν, κρυφίων τε καὶ ὁρατῶν, ἀνὴρ
οὐ δυνήσεται καλεῖσθαι. Λέγομεν γὰρ καὶ τὴν γυναῖκα ἄνθρωπον,

Cap. II. — 1. πάντων *Petavius addidit de cod. Vatic.* 2. ἐκείνου *coniec. Petavius.*

gantiaque profectam. Etenim unusquisque gloriae studio succensus
ac sectatores sibi velut peculiarem quendam gregem conciliare cu-
piens, quicquid mendaciorum in animum incidit, temere quasi vati-
cinium quoddam et oraculum profudit. Neque enim Spiritus sanctus
per eos locutus est, neque ex prophetis aut veritatis evangeliis vel
levissimam ansam et occasionem nacti sunt. Ad istorum vero fal-
sam scientiam refellendam pertinet illa a me contra priores instituta
verissima disputatio. Nam e Valentini Valentinoque superiorum hae-
reticorum schola omnes illi profecti, sic ut illius mentem alii aliter
interpretarentur, pari omnes ignominia notandi sunt. Sed haud me-
diocres sane ad cavillandum nugas Colorbasus iste nobis attulit. Si-
quidem poëtico more ludens Parenti omnium ac deo sanctissimo,
quem nemo comprehendere aut usurpare oculis potest, Hominis no-
men affinxit, ut ad errorem suum Salvatoris sermonem adiungeret,
qui se Filium hominis esse dixit, ac familiarium suorum animos a
sincera et perspicua Christi de seipso confessione ad perplexas et
implicatas ineptias conferret, dum in coelestibus illis locis ea quae
nusquam sunt sibi esse persuadent. Ut enim demus illud, ex eo
quod huius pater Homo sit dictus Hominis semet appellasse filium,
non ob eam carnem, quam ex utero virginis accepit, hoc est Beata
Maria, ex qua per Spiritum sanctum natus est, ut infelici Color-
baso placuit: quid de altero illo dicet sermone domini, cum sic Iu-
daeos affatus est: *Nunc me quaeritis interficere, hominem qui veri-* Ioann. 8, 40.
tatem vobis locutus sum, quam audivi a Patre meo? Non enim *ab
Homine Patre meo* dixit, sed Patrem suum praedicans universorum
deum indicat. Se vero, qui naturam hominis suscepisset, vere ho-
minem appellat; ut et apostoli testantur: quo undique veritas corro-
boretur, intelligaturque unde illa domino sunt attributa cognomina:
Iesum, inquit, *virum, approbatum in vos signis ac prodigiis* etc. Act. 2, 22.
Quid ad haec hiscere audebis, infelicissime mortalium! qui nova
quaedam inaudita nomina velut e coelo nobis allata venditas, teque
insolenter ostentas? Quorum vocabulorum gratia Hominis nomen
domino omnium ac Parenti tribuere non dubitas: quasi dominus id-
circo Filius hominis sit dictus, quod eius Pater Homo nuncupetur.
Doce et alteram appellationem, *Virum probatum*, Patri congruere.
Atqui nunquam illud ostendes. Tametsi enim vir omnis homo sit
hominemque, ut a muliere discernatur, appellemus virum, nullam
inde tamen calumniandi ansam potest arripere. Etenim sine certa
specie habituque corporis ac partim occultis, partim patentibus mem-
bris nunquam virum nominamus. Mulieri porro non viri, sed homi-

3. ἐτόλμησας *codd. Vatic. Rhedig. Vulgo* ἐτόλμησαν.

ἀλλ' οὐκ ἄνδρα· διὸ καὶ ὁ ἄνθρωπος λέγομεν, καὶ ἡ ἄνθρωπος. Διαιροῦντες δὲ τὸ γένος ἰδιαζόντως τὴν μὲν θήλειαν γυναῖκα καλοῦμεν, τὸν δὲ ἄρρενα ἄνδρα. Αὕτη γὰρ διάκρισίς ἐστι τοῦ γένους ἄρρενος καὶ θηλείας, τὸ ἀνὴρ καὶ γυνὴ, διαιρουμένης τῆς τῶν γενῶν σχέσεως· ὁμωνυμικῶς δὲ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ καλεῖται.

Κεφ. γ'. *Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων ἥκετέ μοι πάντες θεοῦ δοῦλοι, οἱ τῆς ἀληθείας ἐρασταὶ, καὶ γελάσατε τὸν ἀπατεῶνα καὶ ἀγύρτην Κολόρβασον, μᾶλλον δὲ πενθήσατε τοὺς ἀπατηθέντας, καὶ ἑαυτοὺς καὶ πολλοὺς ἀπολέσαντας. Αὐτοὶ δὲ θεῷ εὐχαριστήσωμεν, ὡς διὰ μικρῶν καὶ ἁπλῶν λόγων ἡ ἀλήθεια τοὺς ἑαυτῆς εἰς ὁδὸν εὐθείαν ὁδηγεῖν εἴωθε καὶ τὰ σχέτλια καὶ πολύκομπα διὰ πολλῆς μηχανῆς καλλωπισθέντα διασκεδάννυσιν, ἀνατρέπει καὶ ἀφανίζει ἡσυχῇ βαίνουσα, ὡς σαφῶς ἐστιν ἰδεῖν ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ λόγου. Ἐγκαλῶν γὰρ ὁ προφήτης τοῖς τὰ δεινὰ περιεργαζομένοις καὶ* [1] *πολύφημα ἐπινοοῦσιν εἰς ἑαυτῶν ἀπάτην ἔλεγε, Διὰ τὸ μὴ θέλειν ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀνάγει ἐφ' ἡμᾶς κύριος τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. Ὕδωρ γὰρ Σιλωάμ ἐστι διδασκαλία τοῦ ἀπεσταλμένου. Τίς δ' ἂν εἴη οὗτος, ἀλλ' ἢ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, ὁ ἀπὸ τοῦ θεοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀπεσταλμένος; ἡσυχῇ δὲ, διὰ τὸ μηδὲν καινόφωνον, μήτε ἐπίπλαστον, ἀλλὰ ἐν ἀληθείᾳ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ νύμφην τὴν παρ' αὐτοῦ περιστερὰν καλουμένην, διὰ τὸ ἄκακον καὶ ἥμερον καὶ καθαρώτατον τοῦ ζώου, ἐν τοῖς Ἄσμασι τοῦ Σολομῶνος. Καὶ ἔστι θαυμάσαι,* [2] *τὰς μὲν ἄλλας μὴ οὔσας αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἑαυτὰς κεκλυκυίας, παλλακίδας ὠνόμασε καὶ βασιλίσσας, διὰ τὸ βασιλεῦον ὄνομα, ὃ ἑκάστη Χριστὸν ἐπιγραφομένη ἑαυτῇ σεμνύνεται. Ἀλλ' εἰ καὶ ὀγδοήκοντά εἰσι*
pag. 262. *παλλακαὶ, αἵτινές εἰσιν αἱ αἱρέσεις, ἔπειτα δὲ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, φησὶ μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου, τουτέστιν αὐτὴ ἁγία νύμφη καὶ καθολικὴ ἐκκλησία. Περιστερὰ μὲν, ὡς ἔφην, διὰ τὸ ἥμερον καὶ ἄκακον καὶ καθαρὸν τοῦ ζώου· τελεία δὲ, διὰ τὸ τὴν τελείαν ἐκ θεοῦ λαβεῖν χάριν καὶ γνῶσιν παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, διὰ πνεύματος ἁγίου. Αὐτὸς οὖν ὁ νυμφίος, ὁ ἀπεσταλμένος, ἑρμηνευόμενος, τουτέστι Σιλωὰμ, ὕδωρ ἔχει πορευόμενον ἡσυχῇ, τουτέστιν διδασκαλίαν ἄδουπον καὶ ἀψοφοποιὸν καὶ ἀφαντασίαστον καὶ ἀκόμπαστον. Ἡ δὲ αὐτοῦ νύμφη καὶ αὐτὴ ἥσυχος περιστερὰ, μήτε ἰὸν ἔχουσα, μήτε μυλοστομίδας, μήτε κέντρα, ὡς οὗτοι πάντες οἱ ἑρπετόμορφοι, καὶ ἰὸν ἀναβλυστάνοντες, ἕκαστος φιλοτιμησάμενος δηλητήριόν τι τῷ* [3] *κόσμῳ κατασκευάσαι, καὶ λυμήνασθαι τοὺς αὐτῷ πεισθέντας. Ὧν*

Cap. III. — 1. *παλίμφημα coniectavit Petavius; nugas convertit Cornarius.*
2. *„Deest ὡς" annotavit Petavius.*
3. *Ita correxit Petavius ex cod. Vatic., cum edit. princ. haberet κάμῳ pro κόσμῳ.*

nis vocem tribuimus. Quare utroque genere hic et haec homo proferre solemus. Sed ubi generum est distinguenda proprietas, feminam mulieris, marem viri nomine declaramus. His enim duobus vocabulis, generum habitudine separata, sexus utriusque diversitas exprimitur. At hominis vox nonnisi *ὁμωνύμως* et ambigue virum ac mulierem complectitur.

Quae cum ita se habeant, adeste quaeso servi dei omnes et ve- Cap. III.
ritatis amatores, planum illum et nebulonem Colorbasum vehementius deridete, vel lugete potius eos qui decepti sunt, cum seipsos, tum alios quam plurimos perdiderunt. Nos autem deo gratias agamus, quod mediocribus simplicibusque verbis filios suos veritas rectam in viam soleat deducere, contra vero misera illa arrogantiaeque plena dogmata, et exquisito fucata lenocinio dissipet, ac pacate leniterque progrediens evertat funditus et extinguat; ut ex prophetae testimonio manifeste colligitur, qui nonnullos impia quaedam curiosius adsciscentes, ac scelerata nescio quae suam ad fraudem excogitantes sic alloquitur: *Pro eo quod abiecistis aquam Siloë, quae* Isai. 8, 6.
vadit cum silentio, adducet super vos dominus aquam fluvii, regem Assyriorum. Nam aquam Siloë missi doctrinam interpretari licet. Quis ille vero alius est praeter Iesum dominum nostrum a deo Patre missum, et quidem quiete, quod nihil insolens aut fucatum perstrepat, sed vere ac sincere sanctissimam sponsam edoceat, quam in Salomonis Canticis columbam ob animalis simplicitatem et mansuetudinem Cant. 2, 10. 14 5, 2. Item 6, 8.
puritatemque cognominat? Et, quod est admiratione dignius, reliquas omnes, quae cum alienae sint, nomen ipsius usurpant, concubinas ac reginas appellat, ob regium Christi nomen, quod unaquaeque sibi insolenter arrogare contendit. Sed etsi *concubinae sint octoginta*, hoc est haereses, tum *puellae quarum*, inquit, *non est numerus, una tamen est columba mea, perfecta mea*, nimirum sancta et catholica ecclesia. Quae columba quidem est, ut diximus, ob huius avis mansuetudinem et innocentiam ac sinceritatem, perfecta vero quod perfectam a deo scientiam absolutamque ab ipso Salvatore per Spiritum sanctum cognitionem adepta sit. Igitur sponsus ipse, quem *missum* interpretari licet, hoc est *Siloam*, aquam habet leniter scaturientem, doctrinam scilicet non ingenti cum strepitu ac fragore praecipitem, nec inani se pompa et ambitione iactantem. Cuius sponsa mitis instar columbae veneno caret, neque molares dentes aut aculeos gerit, cuiusmodi serpentes habent isti qui veneno scatent, quorum singuli praecipuum aliquod mortalium generi virus conantur immittere ac sectatores suos corrumpere. Quorum e numero

καὶ οὗτος εἷς ὢν τυγχάνει ὁ ἐνταῦθά μοι σπουδασθεὶς φωραθῆναι διὰ θείου λόγου καὶ βοηθείας τῆς ἄνωθεν, καὶ συντριβῆναι δίκην φαλαγγίου τετραγνάθου ἑρπετοῦ καλουμένου, ἢ ὡς ἀπὸ ἀμφισβαίνης τῆς δικεφάλου ἐχίδνης τμηθεῖσα κεφαλὴ ἐν συντομίᾳ κατακλασθῆναι. Παρελθὼν δὲ τοῦτον πάλιν τὰς ἑξῆς διασκοπήσω, καὶ ταύτας διεξιὼν δι' εὐχῆς αἰτήσω τὰ μὲν κατ' αὐτὰς κατὰ ἀλήθειαν ἐξειπεῖν μηδένα δὲ βλάψαι ἢ αὐτὸς βλαβῆναι.

ΚΑΤΑ ΗΡΑΚΛΕΩΝΙΤΩΝ,
ἑξκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α'. Ἡρακλέων τις τοῦτον τὸν Κολόρβασον διαδέχεται, ἀφ' οὗπερ οἱ Ἡρακλεωνῖται καλούμενοι, οὐδὲν ἧττον τῆς παρὰ τοῦτον κενοφωνίας ἠσκημένος. Καὶ ὅσα μὲν ἐκεῖνοι λέγουσι, καὶ οὗτος ὁρίζεται κατὰ πάντα τρόπον, οἷα δὴ ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενος καὶ παρ' αὐτῶν τὸν ἰὸν ἀπομαξάμενος, περισσότερον δὲ δῆθεν ὑπὲρ ἐκείνους ἐν ἑαυτῷ ἀνατυπωσάμενός τινα, βούλεται ἐκείνους ὑπεραίρειν, ἵνα καὶ ἑαυτῷ συναγωγὴν ποιήσηται τῶν ἠπατημένων. Οὗτοι γὰρ πάντες εἰς ἑκατοντακέφαλον ἑαυτοὺς ἀνατυπώσαντες σῶμα ἢ ἑκατοντάχειρον τόν ποτε μυθευόμενον παρὰ τοῖς τῶν Ἑλλήνων ποιηταῖς ἐμιμήσαντο Κόττον ἢ Βριάρεον, ὃν καὶ Αἰγαίωνα καλοῦσιν, ἢ [1] Γύγην, ἢ τὸν καλούμενον Ἄργον
pag. 263. τὸν πολυόφθαλμον, οἵους ἐκεῖνοι ἐν ταῖς [2] ἑαυτῶν ῥαψῳδίαις τερατεύονται, ποιητευόμενοι καὶ λέγοντες ἔχειν τὸν μὲν ἑκατὸν [3] χεῖρας καὶ ποτὲ μὲν πεντήκοντα κεφαλάς, ποτὲ δὲ ἑκατόν, τὸν δὲ ἑκατὸν ὀφθαλμούς, καὶ τούτου ἕνεκά φασι τὸν Ἑρμῆν καλεῖσθαι Ἀργειφόντην, ὡς τὸν Ἄργον τὸν πολυόφθαλμον πεφονευκότα· οὕτω καὶ τούτων ἕκαστος βουλόμενος ἑαυτῷ ἀρχὴν προστήσασθαι κεφαλὴν ὠνόμασεν ἑαυτόν, ἕτερα ὑπεισφέρων παρὰ τὴν τῶν διδασκάλων αὐτοῦ ματαιοπονίαν καὶ μανιώδη διδασκαλίαν. Ἵνα δὲ μὴ εἰς πολὺ μῆκος ἐλάσω τοῦ προοιμίου τὴν σύνταξιν, ἐλεύσομαι εἰς τὸ προκείμενον.

Κεφ. β'. Ἡρακλέων τοίνυν οὗτος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Ἡρακλεωνῖται, ὡς προεῖπον, ὁμοίως Μάρκῳ καί τισι τῶν πρὸ αὐτοῦ περὶ τῶν Ὀγδοάδων φάσκει, τῆς ἄνω φημὶ, καὶ τῆς κάτω. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας τῶν τριάκοντα Αἰώνων ἴσως δοξάζει. Ἄνθρωπον δὲ καὶ αὐτὸς φάσκει εἶναι τὸν ἄνω τῶν ὅλων Πατέρα, ὃν καὶ Βυθὸν προσηγόρευσε. Βούλεται δὲ αὐτὸν καὶ αὐτὸς λέγειν μήτε ἄρρεν μήτε θῆλυ· ἐξ αὐτοῦ δὲ εἶναι τὴν τῶν ὅλων Μητέρα, ἣν καὶ Σιγὴν ὀνομάζει καὶ Ἀλήθειαν. Ἀπ' αὐτῆς δὲ εἶναι τὴν δευτέραν Μητέρα τὴν ἐν λήθῃ γενομένην, ἣν καὶ Ἀχαμὼθ καὶ αὐτὸς καλεῖ, ἐξ ἧς λοιπὸν τὰ πάντα ἐν ὑστερήματι

Cap. I. — 1. γύπην cod. Vatic. Gypen legitur etiam in versione Cornarii. 2. ἑαυτῶν non comparet in cod. Rhedig.

ille est ipse quem divino verbo coelestique praesidio fretus detegere studui, ac phalangii instar obterere, quod Tetragnathum, hoc est quatuor malis praeditum vocant, aut velut Amphisbaenae bicipitis viperae defectum caput confringere. Sed hoc omisso reliquas persequamur. Quod dum aggredior, supplex a deo postulo, ut quae ad illas pertinent ita ex rei veritate proferam, nulla ut in quemqnam atque adeo meipsum ex eo fraus ac pernicies redundet.

CONTRA HERACLEONITAS,
quae est haeresis XVI. vel XXXVI.

Colorbaso succedit Heracleon, a quo Heracleonitarum secta nominatur, nihilo minus quam ceteri nugis ac mendaciis instructus. Quicquid enim ab illis asseritur, hic tuetur ac defendit omnia, utpote qui ab illis ortum pariter ac venenatam luem traxerit. Sed nonnulla tamen a se excogitata et conficta ad eorum opiniones adiiciens superare illos ac propriam sibi scholam vindicare studuit. Etenim omnes isti centiceps se in corpus ac centimanum transformantes gigantem illum nescio quem e Graecorum fabulis exprimere voluerunt, Cottum opinor, aut Briareum, quem et Aegeona dixerunt, aut Gygen, aut Argum infinitis oculis praeditum; cuiusmodi portenta suis illi carminibus solent describere, ut centum alteri manus, cum quinquaginta, vel etiam centenis, capitibus, centum oculos alteri tribuant. Quam ob caussam Mercurium ferunt Argiphontem esse dictum, quod multis luminibus praeditum Argum occiderit. Sic illorum quilibet principatum affectans seipsum caput appellat, et a praeceptorum insanis ac furiosis dogmatibus diversa quaedam excogitat. Verum ne in praefando sim longior, ad rem ipsam aggrediar. Cap. I.

Heracleon igitur cum suis, ut diximus, eadem cum Marco aliisque, qui Marcum antecesserunt, de Ogdoadibus, superiore nimirum et inferiore, sentit. Deinde triginta Aeonum paria haud absimili ratione constituit. Hominem quoque supremum omnium Parentem pronuntiat, quem et Bythum nominat. Eundem nec marem esse nec feminam putat; a quo universorum Mater existat, quam et Sigen et Veritatem appellat. Ab hac secundam Matrem, quae in oblivione posita est, originem traxisse, quam Achamoth perinde ut alii nuncupat; a qua deinceps in defectu constituta sunt omnia. Sed amplius Cap. II.

3. „Transposita ista sunt. Lege χεῖρας, τὸν δὲ ἑκατὸν ὀφθαλμούς, καί ποτε μὲν πεντήκοντα κεφ. cett., annotavit Petavius.

κατέστη. Βούλεται δὲ πλείονα τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ οὗτος λέγειν, ἅτινά ἐστι τάδε· Τοὺς τελευτῶντας ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ αὐτὴν τὴν ἔξοδον φθάνοντας, ἀπὸ τοῦ προειρημένου Μάρκου τὰς προφάσεις εἰληφὼς, οὐκέτι κατ' ἐκεῖνον λυτροῦται, ἀλλὰ ἄλλως οὗτος μεταχειρίζεται. Λυτρούμενος δῆθεν πρὸς τῇ τελευτῇ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἀπατηθέντας, ποτὲ γάρ τινες ἐξ αὐτῶν ἔλαιον ὕδατι μίξαντες ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τοῦ ἐξελθόντος, οἱ δὲ μύρον, τὸ λεγόμενον ὀποβάλσαμον, καὶ ὕδωρ, τὴν μέντοι ἐπίκλησιν κοινὴν ἔχοντες, ὡς δὴ καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ Μάρκος ἐποιεῖτο μετὰ προςθήκης τινῶν ὀνομάτων. Ἡ δὲ ἐπίκλησίς ἐστιν αὕτη· Μεσία, Οὐφὰρ, [1]Ἐγναμεμψαὶ, Μενχαλδία, Νοσσομὴ, [2]Δαέα, Ἀκφαρὰν, Ἐψενούα, Ἰησοῦ Ναζαρία. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα δῆθεν οἱ λαμβάνοντες ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ ταύτας τὰς ἐπικλήσεις, τὰς μετὰ τοῦ ὕδατος καὶ ἐλαίου, ἤτοι μύρου, ἀναμεμιγμένων, ἀκράτητοι γένωνται, καὶ ἀόρατοι ταῖς ἄνω Ἀρχαῖς καὶ Ἐξουσίαις, εἰς τὸ ὑπερβῆναι ἀοράτως
pag. 261. τὸν ἔσω αὐτῶν ἄνθρωπον, φασὶν, ὡς τῶν σωμάτων τούτων ἐν τῇ κτίσει καταλιμπανομένων, τῆς δὲ ψυχῆς αὐτῶν παρισταμένης τῷ Δημιουργῷ ἄνω τῷ ἐν ὑστερήματι γεγονότι, ὥςτε καὶ ἐκεῖσε καταμένειν παρ' αὐτῷ, ὑπεραναβαίνειν δὲ, ὡς ἔφην, τὸν ἔσω ἄνθρωπον [3]ἐσώτερον ψυχῆς καὶ σώματος, ὃν δὴ θέλουσι λέγειν ἐκ τοῦ ἄνωθεν Πληρώματος κατεληλυθέναι.

Κεφ. γ'. Ἐγκελεύονται δὲ τοῖς οὕτω παρ' αὐτοῖς ἐμπεπαιγμένοις, ὅτι, [1]φασὶν, Ἐὰν ἔλθῃ ἐπὶ τὰς Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας, ἔχε ἐν μνήμῃ τάδε εἰπεῖν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν τελευτήν· Ἐγὼ υἱὸς ἀπὸ πατρὸς, πατρὸς προόντος, υἱὸς δὲ ἐν τῷ παρόντι ἦλθον πάντα ἰδεῖν τὰ ἀλλότρια καὶ τὰ ἴδια, καὶ οὐκ ἀλλότρια δὲ παντελῶς, ἀλλὰ τῆς Ἀχαμὼθ, ἥτις ἐστὶ θήλεια, καὶ ταῦτα ἑαυτῇ ἐποίησε· κατάγω δὲ τὸ γένος ἐκ τοῦ προόντος, καὶ πορεύομαι πάλιν εἰς τὰ ἴδια, ὅθεν ἐλήλυθα. Καὶ ταῦτα εἰπόντα διαφεύγειν τὰς Ἐξουσίας, ἔρχεσθαι δὲ ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Δημιουργὸν ἄνω περὶ τὴν πρώτην Ὀγδοάδα. Βούλονται γὰρ καὶ αὐτοὶ μετὰ τὸν Δημιουργὸν κάτω εἶναι Ἑβδομάδα, αὐτὸν δὲ εἶναι ἐν τῷ ἑβδόμῳ ὄγδοον, ἐν ὑστερήματι δὲ καὶ ἀγνωσίᾳ· καὶ λέγειν ἐκ τῶν τοῦ βίου ἐξελθόντα τοῖς περὶ τὸν Δημιουργὸν, Σκεῦός εἰμι ἔντιμον, μᾶλλον παρὰ τὴν θήλειαν τὴν ποιήσασαν ὑμᾶς· εἰ ἡ Μητὴρ ὑμῶν ἀγνοεῖ τὴν ἑαυτῆς ῥίζαν, ἐγὼ οἶδα ἐμαυτὸν, καὶ γινώσκω ὅθεν εἰμὶ, καὶ ἐπικαλοῦμαι τὴν ἄφθαρτον Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ἐν τῷ Πατρὶ, μήτηρ δὲ τῆς Μητρὸς ὑμῶν τῆς μὴ ἐχούσης μητέρα, ἀλλ' οὔτε σύζυγον ἄῤῥενα, θήλεια δὲ ὑπὸ θηλείας γενομένη ἐποίησεν ὑμᾶς, ἀγνοοῦσα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ δοκοῦσα ἑαυτὴν εἶναι μόνην· ἐγὼ δὲ ἐπικαλοῦμαι αὐτῆς τὴν μητέρα. [2]Τούτους

Cap. II. — 1. Ἐγναμεμψὰ *edit. Petav.* 2. Δαὲκ *edit. Petav. In Cornarii versione haec leguntur:* Messia, Uphareg, Namempseman, Chaldean, Mosomedaea, Acplirane, Pseuua, Iesu Nazaria. *Supra, haer.* 34, 23., *in eadem formula apud Cornarium legitur:* Messia, Uphareg, Namempsaeman, Chaldaean, Mosomedaea, Acphranae, Pseuua, Iesu Nazaria.
3. *Rescribo* τὸν ἐσώτερον.

quiddam quam superiores omnes in opinione sua posuit. Etenim qui ex eorum grege morituri sunt, occasionem nactus a Marco, non eodem tamen quo iste modo redimit, sed aliam quandam eiusmodi in salutem vindicandi rationem observat. Sunt enim ex ipsis aliqui qui oleum aqua temperatum capiti morientis aspergunt, unguentum alii, quod Opobalsamum vocant, et aquam. Invocatione quidem eadem utuntur quam et Marcum adhibuisse docuimus, paucissimis vocabulis adiunctis. Ea porro est huiusmodi: *Mesia, Uphar, Egnamempsae, Menchaldia, Nossome, Daec, Acpharam, Epseuua, Iesu Nazaria.* Quae quidem eo consilio faciunt, ut qui sub exitum vitae talibus comprecationibus instructi fuerint cum aqua et oleo, sive unguento, commistis a superioribus Principatibus ac Potestatibus coërceri viderique nequeant, atque ut interior ipsorum homo sursum possit a nemine conspectus evadere. Quippe corporibus istis censent cum reliqua omni creatura relictis evolantes hinc ipsorum animas conditori, qui in defectu versatur, assistere, ibidemque apud illum commorari. Sed interiorem hominem, qui anima ipsa corporeque magis intimus est, altius efferri; quem ex superiori Pleromate derivatum existimant.

Ceterum quos ad eum modum illuserint, ita cohortati solent. Cap. III.
Ubi, inquiunt, ad Principatus et Potestates post obitum evolaris, memento haec uti verba proferas: *Ego filius a Patre, et eo Patre qui ante omnes existit, ac praesenti tempore filius veni ut omnia tam aliena quam privata cernerem, nec omnino tamen aliena, sed ad Achamoth pertinentia, quae cum femina sit, sibi ista fabricavit. Origo porro mea est ab eo ducta qui ante omnes existit, eoque rursum unde ortus sum regredior.* Quae cum dixerit, subinde e Potestatibus ereptum ad conditorem eiusque stipatores adusque primam Ogdoadem efferri. Siquidem post creatorem etiam isti inferiorem esse volunt Hebdomadem, ipsumque in Septenario octavum esse, sed in defectu et ignorantia constitutum. Iubent igitur eum, qui ex hac vita discesserit, creatorem eiusque comites hunc in modum alloqui: *Vas ego sum pretiosum magis quam femina illa quae vos condidit. Si radicem suam vestra mater ignorat, ego novi me ipsum, et unde sim scio, atque incorruptam Sapientiam invoco, quae inest in Patre Matrisque vestrae mater est, eius quae matrem non habet, ac ne coniugem quidem matrem, sed e femina nata femina vos produxit, matris ignara suae, seque esse solam existimans. At ego matrem eius appello.* Quibus audi-

Cap. III. — 1. *In libris extat* φησὶν.
2. Τούτου *coniec. Petavius.*

δὲ τοὺς περὶ τὸν Δημιουργὸν ἀκούσαντας σφόδρα ταραχθῆναι, καὶ καταγνῶναι αὐτῶν τῆς ῥίζης καὶ τοῦ γένους τῆς μητρὸς, αὐτὸν δὲ πορευθῆναι εἰς τὰ ἴδια, ῥίψαντα τὸν δεσμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἄγγελον, τουτέστι τὴν ψυχήν. Οἴονται μὲν γὰρ μετὰ σῶμα καὶ ψυχὴν εἶναί τι καὶ ἕτερον ἐν ἀνθρώπῳ. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἀπολυτρώσεως ταῦτά ἐστιν ὅσα εἰς ἡμᾶς [3] συνελήλυθεν.

Κεφ. δ′. Οἱ δὲ συνετοὶ κατακούσαντες τῆς περισσοτέρας αὐτῶν χλεύης καταγελάσαιεν [1] τῆς μιμολογίας, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἕτερα παρὰ τὸν ἕτερον
pag. 265. νομοθετεῖ, ὡς βούλεται, καὶ τῆς τόλμης ἑαυτοῦ οὐκ ἀνακόπτεται, ἀλλὰ ὅσαπερ δύναται ἕκαστος ἐπινοεῖ. Καὶ τῶν ἔτι εἰς δεῦρο γεννωμένων παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ἐπιφυομένων, [2] οἳ καθ᾽ ἡμέραν εὑρίσκουσί τι καινὸν εἰπεῖν καὶ φαντάσαι τοὺς ἐπαγομένους, χαλεπόν ἐστι πάντα τὰ τούτων ζητῆσαι ἢ ἐξειπεῖν. Ὅθεν ἀρκεσθήσομαι πάλιν τοῖς καὶ περὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως εἰρημένοις, ἅτινα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ὑποδεῖξαι. Ἡ δὲ τοιαύτη διδασκαλία τίνι οὐκ ἂν σαφὴς εἴη, ὡς μῦθός ἐστι καὶ χλεύη τὸ πᾶν; Πόθεν γὰρ, ὦ οὗτος σὺ, ἢ οἱ πρὸ σοῦ, τὸ σῶμα εἰλήφατε; τὴν δὲ ψυχὴν πόθεν; τὸν δὲ ἐσώτατόν σου ἄνθρωπον πόθεν; Καὶ εἰ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἄνω πνευματικοῦ, ὡς λέγεις δραματουργῶν, καὶ ἐπαγγελίᾳ ἐλπίδος κεπφώσας τοὺς ὑπό σου ἠπατημένους, ἵνα σκοπῷ τινι ἐπάρθεντες [3] ὑποσυρῶσι τῇ σῇ γεγοητευμένῃ δραματουργίᾳ, λέγε, τίς ἡ κοινωνία τοῦ ἄνω πνευματικοῦ πρὸς τὸ ὑλικόν; τίς δὲ ἡ τοῦ ὑλικοῦ πρὸς τὸ ψυχικόν; πῶς δὲ ὁ Δημιουργὸς τὰ μὴ ἑαυτοῦ ἐδημιούργει; πῶς δὲ ὁ ἄνω τὴν παρ᾽ αὐτοῦ δύναμιν πνευματικὴν παρέσχε τῷ μὴ καλῶς ἐργασαμένῳ Δημιουργῷ; πόθεν δὲ ὁ Δημιουργὸς ἀναμίξας [4] τὸ ἑαυτοῦ ψυχικὸν μετὰ τοῦ ὑλικοῦ τῇ ὕλῃ μᾶλλον ἠθέλησεν ἐγκαταδῆσαι τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν; Εἰ δὲ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν βούλεται ἐγκαταμίξαι, οὐκ ἄρα ἀλλοτρία ἡ ὕλη· εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἀλλοτρία, τίς αὐτῷ τῆς ὕλης παρέσχε τὴν ἐξουσίαν; Καὶ πρῶτον λέγε μοι, ὦ ἀπατεὼν, πότερον μισῶν τὴν ψυχὴν κατέδησεν αὐτὴν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀγνοῶν τὸ ἐσόμενον; Ἀλλ᾽ οἶδα ὅτι οὐδέτερον τούτων ἐρεῖς. Ὕλην γὰρ οὐ λέγομεν τὸ σῶμα, μὴ γένοιτο, οὐδὲ τὰς τοῦ θεοῦ κτίσεις· ἀλλὰ ὕλην τινὰ οἶδεν ἡ γραφὴ μετὰ ταύτην τὴν φαύλην, εἰς δὲ κατασκευὰς [5] ἑκάστῃ τέχνῃ καὶ ἐργασίας [6] προκειμένην, ἄλλην τινὰ, λέγω δὴ τὴν ἐκ διανοίας φυομένην ῥυπαρὰν ἐνθύμησιν καὶ βορβορώδεις λογισμοὺς τῆς ἁμαρτίας. Φύονται γὰρ ὡς ἀπὸ πηλοῦ [7] δυσοδμία τε καὶ ἀκάθαρτος ἀποφορὰ, λοιμώδης τε καὶ βορβορώδης. Ὡς ὁ μακάριος Δαβὶδ διωκόμενος καὶ [8] δια-

3. *Ita correxit Petavius. Libri enim habent* συνεληλύθαμεν.

Cap. IV. — 1. τῆς *reposuit Petavius ex cod. Vatic. Nam in edit. princ. extat* τάς. — *Pro* καταγελάσαιεν *mendose scriptum est in edit. Petavii* καταγελάσειεν.

2. *Edit. Petavii mendose* οἱ.

3. ὑποσυρῶσι *emendatio Petavii est. Libri habent* ὑποσύρωσι.

4. *Ita edidit Petavius ex cod. Vatic. Ed. princ. habet* τῷ ἑαυτῷ.

5. ἑκάστῃ τέχνῃ *rescripsi pro* ἑκάστη

tis creatoris factionem magnopere perturbari, atque originem suam matrisque damnare genus: ipsum vero qui ista dixerit abiectis vinculis suis et angelo, sive anima, propriam in sedem transferri. Existimant enim secundum corpus et animam tertium quiddam in homine reperiri. Atque haec sunt quae de illorum redemptione comperire potuimus.

Porro quisquis iudicio valet, ubi inanissimas hasce nugas audierit, sic tanquam mimos fabulasque ridebit. Cap. IV. Hoc enim illorum quisque suscipit, ut ab aliorum dogmate diversum quiddam pro voluntatis suae libidine sentiat; nec ulla res ipsum a tanta temeritate deterreat, sed quaecumque potest impune comminiscitur. Ac cum in hodiernum usque diem ab illis multa proferantur, nascanturque portenta, qui quotidie novi aliquid ad illudendos homines confingunt, difficile est extricare omnia, vel oratione complecti. Quare quae de hac haeresi disputata sunt, iis contenti esse debemus, quae ad nostram memoriam pervenerunt. Atque hanc omnem illorum doctrinam quis non meras esse fabulas ac ludibria perspiciat? Cedo enim, heus tu, maioresque tui, unde corpus accepistis? unde animam? unde interiorem illum hominem? Si a superiore illo nescio quo ac spiritali habere te dixeris, pro eo ac mentiri soles, et spei cuiusdam ostensione illusos a te homines inflare, quo eiusmodi proposito sibi scopo tuas ad praestigias prolectentur, dic obsecro quae sit coelestis illius ac spiritalis cum materiae concreto societas, aut huius cum animali: aut quo tandem pacto creator quae ad se pertinebant nihil condiderit? Cur supremus ille spiritalem suam vim conditori, qui minus recte molitus erat, attribuerit. Cur idem ille conditor animale suum cum materiali commiscens materiae quam habebat vim illigare maluerit? Quod si vim ille suam immiscere cupit, non erit aliena materia. Sin est aliena, quis ei ius in materiam potestatemque concessit? Ac primum illud volo mihi dicas, impostor, utrum animae inductus odio, an quod futurum erat ignorans, materia illam adstrinxerit. Non dubito quin horum asserere neutrum audeas. Procul enim absit materiam ut corpus appellemus, aut res a deo conditas. Sed alterius cuiusdam materiae scriptura meminit post vilem hanc et abiectam, quae cuilibet arti operique proponitur. Cuiusmodi est ille qui ex animo pullulat, inquinatus animi motus ac lutulentae peccati cogitationes, quae ex foetidissimo coeno, velut deterrimus vapor ac pestilens spiritus, exhalat. Quam ob caussam bea- Psalm. 68, 3.

τέχνη, *quod in libris editis legitur.*

6. προκειμένην *correxit Petavius. Vulgo* προκειμένη.

7. δυσοδμία *bene viderunt corrigendum esse Cornarius et Petavius. Libri habent* δυσοδμίας.

8. *Libri a me inspecti omnes habent* διαβαλλόμενος ὡς ὑπὸ *cett.*

βαλλόμενος ὑπὸ πονηρῶν ἀνθρώπων ἔλεγεν, Ἐνεπάγην εἰς [9] ὕλην βυθοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Κεφ. ε'. Ἐπειδὴ δέ σοι δοκεῖ, Ἡρακλέων, τοῦτο λέγεσθαι ὕλην, τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα καὶ τὸν ἐνθάδε κόσμον ἅπαντα, ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ pag. 266. τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ Δημιουργὸς τῇ ὕλῃ ἐγκατέμιξεν; Εἰ μὲν τὸ πονηρὸν ἀγνοῶν, οὐ δύναται δημιουργεῖν, ὁ μὴ γινώσκων ὃ βούλεται δημιουργῆσαι. Οὔτε γὰρ ἡμεῖς τι πράττομεν καθ' ἑκάστην τέχνην ἐργαζόμενοι, [1] ὅπερ οὐ νοοῦμεν. Καὶ προενθυμούμεθα γὰρ ὃ ἐπιτελεῖν βουλόμεθα, καὶ οἴδαμεν πρὶν ποιῆσαι ὃ ἐπιτελέσαι προῃρήμεθα, καί τοί γε ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες, καὶ πολλὰ ἀποδέοντες τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως· διὰ δὲ τῆς ὑπ' αὐτοῦ κεχαρισμένης συνέσεως τοῖς ἀνθρώποις οἴδαμεν καὶ νοοῦμεν. Συμβέβηκε δέ σοι, ὦ Ἡρακλέων, ἡ ἐκ θεοῦ σύνεσις εἰς βλάβην, ὅτι μὴ κατὰ θεὸν αὐτὴν πραγματεύῃ, ἀλλὰ κατὰ πονηρὰν ἐπιτήδευσιν. Ἔτι δὲ πάλιν ἐρῶ, πόθεν ἡ τοῦ πνευματικοῦ μίξις τῷ ψυχικῷ τε καὶ ὑλικῷ, ὃ [2] δὴ λέγεται παρὰ σοὶ [3] ἔσω ἄνθρωπος, τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ ἔξω ἀνθρώπῳ [4] συνημμένου, φημὶ δὴ ψυχῇ καὶ σώματι; Καὶ εἰ μὲν ἐκ βουλήματος τῆς ἄνω δυνάμεως τοῦ τῶν ὅλων Πατρὸς, φημὶ δὲ τοῦ κατὰ σὲ Βυθοῦ, ἄρα γε οὐκ ἀκοινώνητος τοῖς ἄνω, ὡς ἔφην, ἡ ἐνταῦθα περὶ ἡμᾶς κτίσις συγκαταμιγνυμένη, διὰ τῆς τοῦ Πατρὸς ἄνω εὐδοκίας καὶ τοῦ ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ καταπεμφθέντος σπινθῆρος, ὅ ἐστιν ὁ πνευματικὸς κατὰ σὲ καὶ ἐσώτατος ἄνθρωπος. Εἰ δὲ λέγεις τὸν Δημιουργὸν τὸν ἐν ἐλαττώματι καὶ ὑστερήματι, ἢ τὴν Μητέρα, ἣν λέγεις Ἀχαμὼθ, εἰληφέναι ἄνωθεν δύναμιν, τουτέστι τὸ πνευματικὸν, οὐκέτι ἐν ὑστερήματι καὶ ἀγνοίᾳ ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς, οὔτε ἡ κατὰ σὲ [5] Μήτηρ καλουμένη. Πῶς γὰρ ἄν τις ἐν ἀγνοίᾳ εἴη τούτου οὗ ἐπιθυμεῖ. Εἰ γὰρ ὅλως τοῦ κρείττονος ὀρέγεται, οἶδε τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, καὶ ὁ τὸ ἀγαθὸν ἐπιστάμενος, καὶ μὴ στυγῶν τοῦτο, ἀλλὰ ὀρεγόμενος, οὐκ ἔστιν ἀλλότριος τοῦ ἀγαθοῦ.

Κεφ. ς'. Καὶ ἵνα μὴ κατατρίβωμαι περὶ τὰς μηχανὰς τοῦ ἀγύρτου ἀσχολούμενος, τούτοις ἀρκεσθήσομαι. Πᾶσα γὰρ αὐτοῦ ἔπεσεν ἡ ληρωδία ἀπὸ τοῦ τῶν πάντων δεσπότην πᾶσι σαφῶς ὁμολογηθῆναι ἀγαθὸν ὄντα καὶ προγινώσκοντα καὶ δυνάμενον τὰ πάντα ποιεῖν, καὶ ὡς ὑπ' αὐτοῦ πᾶσα φύσις ὑπάρχουσα κτιστὴ καλῶς γεγένηται. Οὔτε γὰρ δυνατὸν ἄνευ τοῦ θεοῦ τι εἶναι, ἀλλ' ἢ μόνον ἡ ἁμαρτία οὐκ ἔχουσα ἀρχὴν ῥίpag. 267. ζης, οὐδὲ εἰς τέλος μένουσα, ἐν ἡμῖν δὲ ἐπεισάκτως γινομένη, καὶ

9. *ὕλην cod. Rhedig., quod est ἰλύν, quemadmodum scriptum est apud LXX Interpretes.*

Cap. V. — 1. *Pro* ὅπερ, *quod Petavius restituit ex cod. Vatic., in edit. pr. legitur* τό.

tus ille David, cum eum conscelerati homines persequerentur ac calumniis incesserent, *Infixus sum*, inquit, *in materia profundi* etc.

Verum quandoquidem, o Heracleo, placet tibi materiam hominum esse corpora, totumque istud universum, quaero abs te quibus de caussis animam suam materiae creator inseruerit. Si malum ignoravit, qui quod moliri vult ignorat efficere omnino nihil potest. Neque enim nos in singulis artibus molimur quippiam quod non intelligimus. Quicquid autem perficere volumus, id diu ante meditamur, et quod faciendum suscepimus, animo ante et cognitione complectimur. Atqui imbecilles ipsi sumus, et longe a divina potestate vincimur, et tamen pro insita ab illo generi humano solertia novimus istud et mente percipimus. Tibi autem nimirum, Heracleo, concessa illa divinitus intelligentia fraudi fuit, quod non ex dei praescripto, sed ex pessimo animi tui studio exercere illam institueris. Hoc unum insuper velim mihi respondeas, undenam spiritalis illius, quem tu interiorem hominem vocas, cum animali ac materiali, sive secundo ac tertio, exteriorique adeo homine, coniuncti sit facta concretio. Si de supremae virtutis, hoc est Parentis omnium, quem Bythum etiam vocas, voluntate gestum dixeris, non erunt igitur, ut dictum est, creatae istae infimaeque res omnis cum superioribus communionis expertes, id ipsumque de supremi Parentis consilio ac coelitus delapsa illa scintilla consequentur, qui est intimus ille opinione tua ac spiritalis homo. Sin conditorem mavis in defectu atque egestate constitutum, aut eius matrem, quam Achamoth nominas, vim illam hausisse de coelo, hoc ipsum videlicet quod spiritale est, sequitur neque conditorem, neque quam tu matrem illius nuncupas, in defectu amplius ignorantiaque versari. Qui enim ignorare aliquis potest cuius cupiditate ducitur? Nam si omnino, quod praestantius est desiderat, quod honestum est bonumque cognoscit. Qui autem et bonum cognitione capit, neque odit illud, sed appetit, a bono nequaquam alienus est. Cap. V.

Sed ne in persequendis importuni illius nebulonis fraudibus diutius haeream, iis quae proposita sunt ero contentus. Cum praesertim vel ex hoc uno illius evanescant somnia, quod nemo est quin universorum dominum bonum esse omniaque et praevidere et moliri posse sentiat, totamque rerum naturam ab illo conditam praeclare omnino fabricatam existimet. Nihil enim absque deo potest existere, praeterquam peccatum, cuius radix et origo principio caret, neque perpetuo manet, sed in nobis ipsis adventitium inest et ex- Cap. VI.

2. δὴ *om. ed. Petav.*

3. *Reposuerim* ὁ ἔσω ἄνθρωπος.

4. *Libri habent* συνημμένῳ.

5. *Editi libri habent* μητὴρ.

ἀφ᾽ ἡμῶν πάλιν παυομένη, ὡς καὶ πανταχοῦ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων ποιούμενος τὸν λόγον ἀπέδειξα, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας καὶ δημιουργήσας, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἷς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ παῖς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ καὶ θεὸς, καὶ ἓν τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, μία τριὰς ἁγία καὶ ὁμοούσιος, ἐξ ἧς τὰ πάντα καλῶς ἐκτισμένα, οὐ πονηρά τινα, ἀλλὰ ἀγαθὰ, κατὰ τὴν οὕτως εὐδοκήσασαν ἀγαθότητα ἐξ οὐκ ὄντων κεκλημένα εἰς τὸ εἶναι, ᾧ θεῷ δόξα καὶ τιμὴ καὶ κράτος πατρὶ ἐν υἱῷ, υἱῷ ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ταύτης δὲ πάλιν ποιησάμενος τὴν ἀνατροπὴν διὰ βραχέων ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμαι τὸν πρὸς ἑκάστην κατὰ δύναμιν ποιούμενος ἔλεγχον, καὶ οὕτως ἐπιτελῶν τὴν ἀνατροπὴν τῆς αὐτῶν λυμαντικῆς μοχθηρίας. Σὴψ γὰρ [1] οὗτος ἂν λέγοιτο δικαίως, ὃ οὐκ [2] ὄφις, ἀλλ᾽, ὥς φασι, [3] χαλκίδος εἶδός ἐστι, [4] τετράπουν ἑρπετὸν, [5] ἀσκαλαβώτῃ [6] ἐοικὸς, οὗ ἡ μὲν τοῦ δήγματος βλάβη εἰς οὐδὲν λογίζεται, τὸ δὲ πτύσμα ἢ ἐν βρώματι ἢ ἐν ποτῷ ἀκοντισθὲν θάνατον εὐθὺς τοῖς μεταλαβοῦσιν ἐργάζεται. Οἵα καὶ ἡ τούτου διδασκαλία. Ἀλλὰ καὶ τούτου τὸν ἰὸν φωράσαντες καὶ τῇ τοῦ κυρίου δυνάμει ἀπὸ φαρύγγων ἢ χειλέων τῶν μελλόντων βλάπτεσθαι ἀπομάξαντες τὰς ἑξῆς διέλθωμεν, ὡς προεῖπον, τῆς αὐτῶν βλάβης ποιοῦντες τὸν ἔλεγχον.

ΚΑΤΑ ΟΦΙΤΩΝ,
ἑπτακαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α΄. Ὡς οὖν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει ἐπαγγειλάμενοι θεοῦ βοηθοῦντος καὶ [1] τὴν ἑξῆς [2] ταύτῃ ὑφηγησόμεθα ταῖς πρότερον ἀκολουθήσασαν ματαιοφροσύναις Ὀφιτῶν, τὰ μὲν κατὰ τὰ αὐτὰ φερομένην, τὰ δὲ διηλλαγμένην, [3] λέγω δὲ τοῖς ἤθεσι καὶ σχήμασι τῶν χρωμένων αὐτῇ· ἵνα ἀπὸ τῆς μετεώρου πλάνης τῆς τούτων διαφωνίας παντί τῳ δῆλον ἔσηται ὅτι πλάνῃ ἄγονται, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Φωραθήσεται δὲ νῦν τῷ λόγῳ καὶ ἐλεγχθήσεται ἡ κατ᾽ [4] αὐτοὺς ἄνοια.

pag. 268. Οἱ Ὀφῖται μὲν γὰρ, ὡς προεῖπον, τὰς προφάσεις εἰλήφασιν ἀπὸ τῆς τοῦ Νικολάου καὶ Γνωστικῶν καὶ τῶν πρὸ τούτων αἱρέσεων, Ὀφῖται δὲ καλοῦνται δι᾽ ὃν δοξάζουσιν ὄφιν. Ἄτοπα γὰρ καὶ οὗτοι ἐρεύ-

Cap. VI. — 1. ἂν οὗτος cod. Rhedig.
2. ὁ οὐκ ὀφθεὶς vulgo libri habent. — Cf. schol. Nicandr. Ther. 817. cum Schneideri annotatis.
3. χαλκίδος εἶδος rescripsi pro χαλκέα ὅς, quod libri habent. Quae verba Petavius uncinis inclusit tanquam spuria, item Cornarius in versione sua omnino neglexit.
4. Ita corrigendum viderunt Cornarius et Petavius. Libri habent τετραπλοῦν.
5. Ita Petav. ex cod. Vatic. Cornarius ediderat ἀσκαλαβάτῃ.
6. Libri: ἐοικώς.

trinsecus ascitum, et a nobis rursum habet ut esse desinat; quemadmodum cum singillatim adversus haereses disputarem ubique monstravi: Unum videlicet esse deum a quo facta conditaque sint omnia, patrem domini nostri Iesu Christi, unum itidem esse filium eius unigenitum dominum nostrum, salvatorem ac deum, unum quoque Spiritum sanctum, unam sanctam consubstantialemque Trinitatem, a qua recte sunt universa procreata, non aliqua mala, sed omnino bona, prout bonitatis illius voluntas tulit. Eadem porro e nihilo ut essent aliquid evocata sunt. Cui quidem deo gloria, honor et imperium sit, Patri in Filio, Filio in Patre, cum Spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Hac igitur haeresi paucis in hunc modum eversa ad reliquas pergendum; quas singillatim, prout in nobis situm erit, refellemus, ac perniciosissimae illarum nequitiae modum adhibebimus. Seps enim merito ille nominari potest. Quod bestiae genus non tam serpens, quam reptile quadrupes est, stellionis specie; qui cum morsu nihil admodum noceat, sputum ipsum si in cibum aut potum eliserit, praesens iis qui adhibuerint exitium afferre dicitur. Eiusmodi est illius doctrina. Nos autem huius quoque veneno patefacto, ac divina ope ex illorum quibus iamiam nociturum erat faucibus aut labris absterso, ad ceteras transeamus, et eas, ut dictum est, oratione nostra confutemus.

ADVERSUS OPHITAS,
quae est haeresis XVII. vel XXXVII.

Quod igitur divino freti praesidio suscepimus, Ophitarum haeresin, quae superioribus illis insanis stolidisque sectis proxima est, aggredimur. Quae quidem partim cum illis convenit, partim discrepat, pro eorum qui illam secuti sunt moribus habituque dissimili: ut vel inanis illa et erroribus implicata discordia magno omnibus argumento sit, falsitate illos esse, non veritate subnixos. Nunc itaque eorum oratione nostra detegenda ac convincenda vesania est. Cap. I.

Nam Ophitae, quemadmodum diximus, a Nicolao et Gnosticis ac prioribus aliis sectis effloruerunt. Quos Ophitas, hoc est Anguineos, ab angue illo quem celebrant appellare solent. Sed horrenda

Cap. I. — 1. τὴν ego reposui. Libri habent τῇ.
2. ταύτῃ cod. Vatic. ταύτης vulgo est scriptum. Cornarius vertit: Quemadmodum igitur per dei virtutem promisimus, ita deo opitulante haeresim Ophitarum ad relatas vanitatum opiniones consequentem deinceps exponemus.
3. λέγω cod. Vatic. Quomodo iam emendaverat Cornarius, inquam vertens. Edit. princ. et cod. Rhedig. habent λεγέτω.
4. Sic correxerunt Cornarius (qui vertit ipsorum) et Petavius. Libri habent αὐτοῦ.

κζ'. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνήματα τῶν προφητῶν, καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

κη'. Οὐκ εἶχε, Διὰ τοῦτο εἶπεν ἡ σοφία τοῦ θεοῦ, Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας· καὶ περὶ αἵματος Ζαχαρίου καὶ Ἄβελ τῶν προ-
pag. 314 φητῶν, ὅτι, Ἐκζητηθήσεται ἐκ τῆς γενεᾶς ταύτης.

κθ'. Λέγω τοῖς φίλοις μου, Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, φοβηθῆτε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι ἔχοντα ἐξουσίαν

11. *Infra extat* ἕως πότε.

12. *Infra extat* εἶπας *pro* εἶπες.

lier cum tetigisset ipsum, sanata est a fluxu sanguinis. Et ait dominus, Quis me tetigit? Ac rursum: *Tetigit me aliquis. Nam ego novi virtutem de me exisse.*

XV. *Suspiciens in coelum benedicebat ipsis.* Luc. 9, 16.

XVI. *Dicens, Oportet filium hominis multa pati, et occidi, et* Ibid. 22.
post tres dies resurgere.

XVII. *Et ecce duo viri loquebantur cum eo, Elias et Moyses in* Ibid. 30.
gloria.

XVIII. *E nube vox, Hic est filius meus dilectus.* Ibid. 35.

XIX. *Rogavi discipulos tuos.* Quod in codice suo habebat, Ibid. 40.
praeterquam, *Non potuerunt eiicere ipsum. Et ait ad ipsos: O generatio incredula! quamdiu vos sustinebo.*

XX. *Filius enim hominis tradendus est in manus hominum.* Ibid. 44.

XXI. *Neque hoc legistis, quid fecerit David: Ingressus est in* Cap. 6, 3.
domum dei.

XXII. *Gratias ago tibi domine coeli.* Deerat, *et terrae*, sed Cap. 10, 21.
et vox, *Pater*, aberat. Sed ex eo redarguitur, quod paulo post habeat, *Etiam pater.*

XXIII. Dixit legisperito, *In lege quid scriptum est? Et re-* Ibid. 26.
spondens. Post legisperiti responsum dixit, *Recte dixisti. Hoc fac, et vives.*

XXIV. Et dixit, *Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum* Cap. 11, 5.
media nocte, postulans tres panes? Ac deinceps, *Petite et dabitur.*
Quis enim ex vobis est pater, a quo filius petat piscem, et pro pisce Ibid. 11.
serpentem dabit illi? aut pro ovo scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis dona bona, quanto magis pater?

XXV. Amputata erant ea quae ad Ionam pertinebant. Sic Ibid. 30.
enim habebat: *Generatio haec, signum non dabitur ei.* Desiderabantur etiam illa, quibus de Ninive et regina Austri ac Salomone fit mentio.

XXVI. Pro his verbis, *Praeteritis dei iudicium*, rescripserat, Ibid. 42.
Praeteritis dei vocationem.

XXVII. *Vae vobis, quoniam aedificatis sepulcra prophetarum, et* Ibid. 47.
patres vestri occiderunt illos.

XXVIII. Deerat, *Propterea et sapientia dei dixit; Mittam ad* Ibid. 49.
illos prophetas: et de sanguine Zachariae et Abel prophetarum, *Quoniam requiretur a generatione hac.*

XXIX. *Dico amicis meis, Nolite timere eos qui occidunt corpus:* Cap. 12, 4.
timete vero cum qui postquam occiderit habet potestatem mittendi in

13. *Vulgo* δή.

βαλεῖν εἰς γέενναν. Οὐκ εἶχε δὲ, Οὐχὶ πέντε στρουθία ἀσσαρίων δύο πωλοῦνται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ;

λ'. Ἀντὶ τοῦ, Ὁμολογήσει ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ, Ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, λέγει.

λα'. Οὐκ ἔχει τὸ, Ὁ θεὸς ἀμφιέννυσι τὸν χόρτον.

λβ'. Ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν ὅτι χρήζετε τούτων, τῶν σαρκικῶν δή.

λγ'. Ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προςτεθήσεται ὑμῖν.

λδ'. Ἀντὶ τοῦ, Ὁ πατὴρ ὑμῶν, Ὁ πατὴρ εἶχεν.

[14] λε'. Ἀντὶ τοῦ, Δευτέρᾳ ἢ τρίτῃ φυλακῇ, εἶχεν Ἑσπερινὴν φυλακήν.

[15] λς'. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

[16] λζ'. Μή ποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ ὁ κριτὴς παραδώσει σε τῷ πράκτορι.

[17] λη'. Ἦν παρακεκομμένον ἀπὸ τοῦ, Ἦλθόν τινες ἀναγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα συνέμιξε Πιλᾶτος μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν, ἕως ὅπου λέγει περὶ τῶν ἐν τῷ Σιλωὰμ δεκαοκτὼ ἀποθανόντων ἐν τῷ πύργῳ. Καὶ ὅτι, Ἐὰν μὴ μετανοήσητε, καὶ ἕως τῆς παραβολῆς τῆς συκῆς, περὶ ἧς εἶπεν ὁ γεωργὸς [18] ὅτι, Σκάπτω, καὶ βάλλω κόπρια, καὶ ἐὰν μὴ ποιήσῃ, ἔκκοψον.

λθ'. Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ ἔδησεν ὁ Σατανᾶς.

μ'. Παρέκοψε πάλιν, Τότε ὄψεσθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντας τοὺς προφήτας, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. Ἀντὶ δὲ τούτου ἐποίησεν, Ὅτε πάντας τοὺς δικαίους ἴδητε ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους. [19] Ἐποίησε δὲ, Κρατουμένους ἔξω, καὶ, Ἐκεῖ ἔστιν ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

μα'. Παρέκοψε πάλιν τὸ, Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ· καὶ τὸ, Οἱ ἔσχατοι ἔσονται πρῶτοι· καὶ τὸ, Προςῆλθον οἱ Φαρισαῖοι λέγοντες, Ἔξελθε καὶ πορεύου, ὅτι Ἡρώδης σε θέλει ἀποκτεῖναι· καὶ τὸ, Εἶπε, Πορευθέντες εἴπατε
pag. 315. τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, ἕως ὅτου εἶπεν, Οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ· [20] καὶ τὸ, Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους· καὶ τὸ, Πολλάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι ὡς ὄρνις τὰ τέκνα σου· καὶ τὸ, Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν· καὶ τὸ, Οὐ μὴ ἴδητέ με, ἕως εἴπητε, Εὐλογημένος.

14. *Desideratur numerus in edit. princ. Andr. Schottus suo exemplo adscripsit de cod. Vaticano:* „Invenitur numerus 36."

15. λζ' cod. Vatic.

16. λη' cod. Vatic.

17. λθ' cod. Vatic.

Geennam. Nec habebat illud: *Nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex ipsis non est in oblivione coram deo?*

XXX. Pro his verbis: *Confitebitur coram angelis dei*, rescri- Luc. 12. 8.
bit, *Coram deo.*

XXXI. Non habet ista: *Deus vestit foenum.* Ibid. 28.

XXXII. *Pater vester novit quoniam his opus habetis;* haud du- Ibid. 30.
bie quae ad carnem attinent.

XXXIII. *Quaerite autem regnum dei, et haec omnia adiicientur* Ibid. 31.
vobis.

XXXIV. Pro eo quod est, *Pater vester*, habebat, *Pater.* Ibid. 30.

XXXV. Pro his vero, *Secunda aut tertia custodia*, substitue- Ibid. 38.
rat *Vespertinam custodiam.*

XXXVI. *Veniet dominus servi istius, et secabit eum, et partem* Ibid. 46.
eius ponet cum infidelibus.

XXXVII. *Ne forte trahat te ad iudicem, et iudex tradat te ex-* Ibid. 58.
actori.

XXXVIII. Sustulerat ex illo loco, *Venerunt quidam nuntian-* Cap. 13, 1.
tes ipsi de Galilaeis, quorum sanguinem miscuerat Pilatus cum sacrificiis eorum, usque ad ea quibus de octodecim illis est sermo qui ruina turris oppressi sunt. Item, *Nisi poenitentiam egeritis*, usque ad parabolam ficus de qua dixit agricola, *Fodiam, et mittam stercora, et si non fecerit, excide.*

XXXIX. *Hanc autem filiam Abrahae alligavit satanas.* Ibid. 16.

XL. Item illud ademit: *Tunc videbitis Abraam, Isaac et Iacob,* Ibid. 28.
et omnes prophetas in regno dei. Pro quo rescripsit, *Cum omnes iustos videritis in regno dei, vos autem exclusos.* Adiecit vero, *detentos foris:* et, *Illic est fletus et stridor dentium.*

XLI. Item illud sustulit: *Venient ab oriente et occidente, et re-* Ibid. 29.
cumbent in regno. Tum illud: *Erunt novissimi primi.* Item: *Accesserunt Pharisaei dicentes, Exi et vade, quoniam Herodes vult te interficere.* Nec non et istud: *Dixit, Abeuntes dicite vulpi huic,* usque ad ea, *Non capit prophetam occidi extra Hierusalem.* Illud etiam: *Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.* Item: *Saepe volui congregare, sicut gallina pullos suos.* Et: *Relinquetur vobis domus vestra.* Et: *Non me videbitis, donec dicatis, Benedictus.*

18. ὅτι, καὶ σκάπτω *cod. Vatic.*

19. *Recte infra* Προςέθηκε *pro* Ἐποίησε.

20. *Verba* καὶ τὸ, Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, *quae vulgo desiderantur, reposui ex auctoritate cod. Vaticani.*

μβ'. Πάλιν ἀπέκοψε τὴν παραβολὴν πᾶσαν τῶν δύο υἱῶν, τοῦ εἰληφότος τὸ μέρος τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τοῦ ἄλλου.

μγ'. Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.

μδ'. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου τοῦ πτωχοῦ, ὅτι ἀπηνέχθη ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ.

με'. Νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται ὁ αὐτὸς Λάζαρος.

μϛ'. Εἶπεν Ἀβραάμ, Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν [21] αὐτοῦ· ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ ἐγειρομένου ἐκ νεκρῶν ἀκούουσιν.

μζ'. Παρέκοψε τὸ, Λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

μη'. Ὅτε συνήντησαν οἱ δέκα λεπροί. Ἀπέκοψε δὲ πολλὰ, καὶ ἐποίησεν, Ἀπέστειλεν αὐτοὺς λέγων, Δείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι· καὶ ἄλλα ἀντὶ ἄλλων ἐποίησε, λέγων ὅτι, Πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐν ἡμέραις Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου, καὶ οὐκ ἐκαθαρίσθη εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.

μθ'. Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅταν ἐπιθυμήσητε ἰδεῖν μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

ν'. Εἶπέ τις πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Μή με λέγετε ἀγαθὸν· εἷς ἐστιν ἀγαθός. [22] Προσέθηκε τὸ ὅτι, Ὁ πατήρ. Καὶ ἀντὶ τοῦ, Τὰς ἐντολὰς οἶδας, λέγει, Τὰς ἐντολὰς οἶδα.

να'. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν τῇ Ἱεριχὼ, τυφλὸς ἐβόα, Ἰησοῦ, υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με. Καὶ ὅτε [23] ἰάθη, φησὶν, Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

νβ'. Παρέκοψε τὸ, Παραλαβὼν τοὺς δώδεκα ἔλεγεν, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· παραδοθήσεται, ἀποκτανθήσεται, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Ὅλα ταῦτα παρέκοψε.

νγ'. Παρέκοψε τὸ κεφάλαιον τῆς ὄνου καὶ Βηθφαγὴ, καὶ τὸ περὶ
pag. 316. τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι γεγραμμένον ἦν, Ὁ οἶκός μου οἶκος
προσευχῆς, καὶ ποιεῖτε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.

νδ'. Καὶ ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ ἐφοβήθησαν.

νε'. Πάλιν ἀπέκοψε [24] τὴν τοῦ ἀμπελῶνος τοῦ ἐκδεδομένου γεωργοῖς· καὶ τὸ, Τί οὖν ἐστι τὸ, Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες;

νϛ'. Ἀπέκοψε τὸ, Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, Μωϋσῆς ἐμήνυσε

21. αὐτοῦ *reposui ex cod. Vatic., quamquam infra reperitur* αὐτῶν. *Vulgo extat* αὐτούς.

22. *Corrigo* Προσεθήκατο ὅτι, *vel* Προσέθετο ὅτι.

23. ἰάσθη *edit. princ.*

XLII. Ad haec integram abscidit duorum filiorum parabolam, Luc. 15, 11 sqq.
eius videlicet qui bonorum partem abstulerat, et alterius.

XLIII. *Lex et prophetae usque ad Ioannem, et omnis in illud* Cap. 16, 16.
vim facit.

XLIV. De divite et Lazaro mendico, quemadmodum delatus Ibid. 22.
est ab angelis in sinum Abraami.

XLV. *Nunc vero hic consolatur Lazarus.* Ibid. 25.

XLVI. *Dixit Abraam, Habent Moysem et prophetas, ipsos audi-* Ibid. 29.
ant: quandoquidem neque si quis a mortuis resurrexerit audient.

XLVII. Sustulit ista: *Dicite, quoniam servi inutiles sumus;* Cap. 17, 10.
quod debuimus facere, fecimus.

XLVIII. Quando occurrerunt leprosi. Quo in loco multa re- Ibid. 12.
secuit, atque ita scripsit: *Et misit eos dicens, Ostendite vos sacerdotibus:* ac pro aliis alia subiecit, ita concipiens: *Multi erant leprosi in diebus Elisaei prophetae, et nemo curatus est nisi Naamam Syrus.*

XLIX. *Venient dies, quando desiderabitis videre unum ex diebus* Ibid. 22.
filii hominis.

L. *Dixit ei quidam, Magister bone, quid faciens vitam aeternam* Cap. 18, 18.
possidebo? Nolite me dicere bonum: Unus est bonus. Adiecit vero, *Pater.* Sed et pro eo quod est, *Mandata nosti,* scripsit ille, *Mandata novi.*

LI. *Factum autem est cum appropinquaret Iericho, caecus cla-* Ibid. 35.
mabat, Iesu filii David, miserere mei! Et cum curatus esset, ait, Fides tua te salvum fecit.

LII. Mutilavit ista: *Assumptis duodecim ait, Ecce ascendimus* Ibid. 31.
Hierosolymam, et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur, occidetur, et tertia die resurget. Haec omnia sustulit.

LIII. Expunxit et caput illud de asino, Bethphage et urbe ac Cap. 19, 29.
templo: *Quoniam scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur,* Ibid. 46.
et facitis eam speluncam latronum.

LIV. *Et quaesierunt iniicere manus in illum, et timuerunt.* Cap. 20, 19.

LV. Item illum induxit locum quo de vite illa agitur agricolis Ibid. 9.
locata. Atque hoc insuper: *Quid est igitur, Lapidem quem reproba-* Ibid. 17.
verunt aedificantes?

LVI. Delevit illud: *Quia vero mortui resurgunt, Moyses osten-* Ibid. 37.

24. *Intellego* παραβολὴν *cum Cornario. Petavius rescribendum proposuit* τὰ τοῦ ἀμπελῶνος.

περὶ τῆς βάτου, καθὼς λέγει, Κύριον τὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Θεὸς δέ ἐστι ζώντων, καὶ οὐχὶ νεκρῶν.

νζʹ. Οὐκ εἶχε ταῦτα· Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσε, λέγων θεὸν Ἀβραὰμ καὶ θεὸν Ἰσαὰκ καὶ θεὸν Ἰακὼβ, θεὸν ζώντων.

νηʹ. Πάλιν παρέκοψε τὸ, Θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.

νθʹ. Πάλιν παρέκοψε ταῦτα· Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ τὰ ἑξῆς· διὰ τὸ ἐπιφερόμενον, Ἕως πληρωθῇ πάντα τὰ γεγραμμένα.

ξʹ. Συνελάλησε τοῖς στρατηγοῖς καὶ τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς.

ξαʹ. Καὶ εἶπε τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς, Ἀπελθόντες ἑτοιμάσατε, ἵνα φάγωμεν τὸ πάσχα.

ξβʹ. Καὶ ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ, καὶ εἶπεν, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ᾽ ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν.

ξγʹ. Παρέκοψε τὸ, Λέγω γὰρ ὑμῖν, Οὐ μὴ φάγω αὐτὸ ἀπαρτὶ ἕως πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

ξδʹ. Παρέκοψε τὸ, Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς, μή τινος ὑστερήσατε; καὶ τὰ ἑξῆς· διὰ τὸ, Καὶ τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι, τὸ, Καὶ μετὰ ἀνόμων συνελογίσθη.

ξεʹ. Ἀπεσπάσθη ἀπ᾽ αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴ, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο.

ξϛʹ. Καὶ ἤγγισε καταφιλῆσαι αὐτὸν, καὶ εἶπεν.

ξζʹ. Παρέκοψε [25] ὃ ἐποίησε Πέτρος, ὅτε ἐπάταξε καὶ ἀφείλετο τὸ οὖς.

ξηʹ. Οἱ συνέχοντες ἐνέπαιζον δέροντες, καὶ τύπτοντες ἔλεγον, Προφήτευσον τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;

ξθʹ. Προσέθετο μετὰ τοῦτο, Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ καταλύοντα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας.

pag. 317. οʹ. Προσθήκη μετὰ τὸ, Κελεύοντα φόρους μὴ δοῦναι, Καὶ ἀποστρέφοντα τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα.

οαʹ. Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Κρανίου τόπος ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια, καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος.

οβʹ. Παρέκοψε τὸ, Σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ Παραδείσῳ.

ογʹ. Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ἐξέπνευσε.

οδʹ. Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ, ὀνόματι Ἰωσὴφ, καθελὼν τὸ σῶμα [26] ἐνετύλιξε, καὶ ἔθηκεν ἐν μνήματι λαξευτῷ.

οεʹ. Καὶ ὑποστρέψασαι ἡσύχασαν τὸ σάββατον κατὰ τὸν νόμον.

25. *Libri habent* τὸ *pro* ὃ.

26. ἐνετίλιξε *cod. Vatic.* ἐνεστύλιξε

dit secus rubum, sicut dicit Dominum deum Abraham et Isaac et Iacob. Deus autem est vivorum, non mortuorum.

LVII. Ista quoque praetermisit: *Quia vero resurgant mortui et Moyses ostendit, dicens Deum Abraham et Deum Iacob, Deum vivorum.*

LVIII. Illud insuper omisit: *Capillus de capite vestro non peribit.* Luc. 21, 18.

LIX. Iterum haec amputavit: *Tunc qui in Iudaea sunt fugiant* Ibid. 21.
ad montes etc., ob ea quae sequuntur: *Donec consummentur omnia quae scripta sunt.*

LX. *Locutus est cum magistratibus, quemadmodum illum tra-* Cap. 22, 4.
deret etc.

LXI. *Et dixit Petro et reliquis, Euntes praeparate, ut mandu-* Ibid. 8.
cemus Pascha.

LXII. *Et recubuit, et duodecim apostoli cum illo; et dixit, De-* Ibid. 15.
siderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.

LXIII. Praeterea haec ab eo detracta sunt: *Dico enim vobis,* Ibid. 16.
Non edam illud amplius donec impleatur in regno patris mei.

LXIV. Item illud: *Quando misi vos, numquid defuit vobis? etc.* Ibid. 35.
Ob ea quae sequuntur: *Et hoc oportet impleri: et cum iniquis deputatus est.*

LXV. *Avulsus est ab illis, quantum iactus est lapidis, et positis* Ibid. 41.
genibus orabat.

LXVI. *Et accessit, ut oscularetur eum, et dixit.* Ibid. 47.

LXVII. Recidit id quod a Petro gestum est, cum percussit et Ibid. 50.
amputavit auriculam.

LXVIII. *Et qui tenebant, illudebant caedentes, et percutientes* Ibid. 63.
dicebant, Prophetiza quis est qui te percussit?

LXIX. Post illa: *Hunc invenimus subvertentem gentem nostram,* Cap. 23, 2.
addidit: *Et destruentem legem et prophetas.*

LXX. Aliud quoque post haec verba: *Et prohibentem tributa* Ibid. 2.
dare, subiecit, *Et avertentem uxores et filios.*

LXXI. *Et venientes in locum qui dicitur Calvariae locus, cruci-* Ibid. 33.
fixerunt eum, et diviserunt vestimenta, et obscuratus est sol.

LXXII. Hoc abstulit: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Ibid. 43.

LXXIII. *Et clamans voce magna expiravit.* Ibid. 46.

LXXIV. *Et ecce vir nomine Ioseph depositum corpus involvit, et* Ibid. 50.
posuit in monumento exciso.

LXXV. *Et revertentes siluerunt sabbato secundum mandatum.* Ibid. 56.

edit. princ. Ceterum adde σινδόνι, *quod infra reperitur.*

οϛ'. *Εἶπαν οἱ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; ἠγέρθη, μνήσθητε ὅσα ἐλάλησεν ἔτι ὢν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παθεῖν καὶ παραδοθῆναι.*

οζ'. *Παρέκοψε τὸ εἰρημένον πρὸς Κλεόπαν καὶ τὸν ἄλλον, ὅτε συνήντησεν αὐτοῖς, τὸ, Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν; Καὶ ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐφ' οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, [27] Ἐφ' οἷς ἐλάλησα ὑμῖν. Ἐλέγχεται δὲ ὅτι ὅτε ἔκλασε τὸν ἄρτον, ἠνεῴχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν.*

οη'. *Τί τεταραγμένοι ἐστέ; ἴδετε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· ὅτι πνεῦμα ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.*

Ἔτι δὲ καὶ ταῦτα συνάπτομεν κατὰ τοῦ προειρημένου αἱρεσιάρχου ταύτῃ τῇ ἡμῶν κατ' αὐτοῦ πεπραγματευμένῃ [28] σχέσει, ἅτινα παρ' αὐτῷ πάλιν ἐφεύρομεν, ὡς ἐν ἐθελοδοκήσει τῶν τοῦ ἀποστόλου Παύλου ἐπιστολῶν, οὐχ ὅλων, ἀλλ' ἐνίων, ὧν ἐν τῷ τέλει τῆς πάσης πραγματείας αἱ ὀνομασίαι ὑφ' ἡμῶν ἐνετάχθησαν, ὡς παρ' αὐτῷ τὸ Ἀποστολικὸν ἐμφέρεται, καὶ αὐτῶν δὲ ἠκρωτηριασμένων συνήθως τῇ αὐτοῦ ῥᾳδιουργίᾳ· ὡς καὶ ἐν τῷ προταχθέντι ὀνόματι Εὐαγγελίῳ λείψανα μὲν τοῦ ἀληθινοῦ εὐαγγελίου, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, ὅμως δὲ τὰ πάντα δεινῶς μηχανευσάμενος ἐνόθευσεν.

pag. 318. ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ δ', ΕΝ ΔΕ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩΙ α'.

[29] α'. *Ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, καὶ ὅσοι ἐννόμως ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.*

β'. *Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς, ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.*

γ'. *Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.*

δ'. *Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, ἔτι κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.*

ε'. *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.*

ϛ'. *Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν.*

27. *Fortasse excidit ἐποίησεν, quod infra quidem extat.*
28. *Fortassean συνθέσει.*
29. *De cod. Vaticano hoc loco Andr. Schottus annotavit haec:* „Post numerum Ium. habet statim numerum XXVIII.,

LXXVI. *Dixerunt qui erant in veste alba: Quid quaeritis viventem cum mortuis? Surrexit. Recordamini quae locutus est, cum adhuc esset: Quoniam oportet filium hominis pati et tradi.* Luc. 24, 5.

LXXVII. Quin ea subtraxit quae Cleophae et eius socio dicta sunt, cum illis occurrit: *O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportuit pati?* Ac pro his: *In omnibus quae locuti sunt prophetae*, scripsit, *In omnibus quae locutus sum vobis.* Sed ex eo redarguitur, quod cum panem fregit, aperti sunt oculi, et cognoverunt. Ibid. 25. Ibid. 31.

LXXVIII. *Quid turbati estis? Videte manus, et pedes: quoniam spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere.* Ibid. 39.

Praeter haec, quae sequuntur contra haereseos auctorem istum huic a nobis instituto adiungamus operi. Quae quidem apud eundem invenimus hunc in finem usurpata, ut epistolarum Pauli apostoli speciem prae se ferrent. Quas tamen non omnes, sed certas duntaxat adsciscit; quarum in calce totius operis nomina subscripsimus, cuiusmodi in Apostolico ab illis inscripto libro reperiuntur. Atque illas ipsas insuper usitato illo suo flagitio mutilatas proposuit, quemadmodum in alterum illum librum, cui Evangelio nomen imposuit, ut quod res est dicam, germani evangelii reliquias coniecit, ac nihilominus tamen omnia malitiose callideque depravavit.

EX EPISTOLA AD ROMANOS, QUAE APUD ILLUM IV. EST, IN APOSTOLICO I.

I. *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege et peribunt, et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores leges iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.* Rom. 2, 12.

II. *Circumcisio quidem prodest, si legem observes. Si autem praevaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est.* Ibid. 25.

III. *Habentem formam cognitionis, et veritatis in lege.* Ibid. 20.

IV. *Adhuc enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus, pro impiis mortuus est.* Cap. 5, 6.

V. *Unde lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et iustum et bonum.* Cap. 7. 12.

VI. *Ut iustificatio legis impleatur in nobis.* Cap. 8, 4.

post vero IIum. habet XXIX., et sic deinceps post IIIum. XXX., post IVum. XXXI., usque ad epistolam ad Philemonem."

ζ΄. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.

η΄. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον νόμον πεπλήρωκε.

[30] ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ α΄. ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ η΄.
Πρὸς Θεσσαλονικεῖς β΄, παρ᾽ ἡμῖν δὲ ϑ΄.
Ἡ πρὸς Ἐφεσίους ζ΄, παρ᾽ ἡμῖν δὲ ε΄.

[31] α΄. Μνημονεύοντες ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἵ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὰ ἑξῆς.

[32] β΄. Διὸ λέγει, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, [33] καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

γ΄. Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, παρὰ τὸ, Τῇ γυναικί.

pag. 319. ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ η΄, ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ ζ΄.

[34] α΄. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ [35] ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νεομηνίας καὶ σαββάτων, ὅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων.

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ϑ΄, ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ ιγ΄, Η ΚΑΙ ιδ΄.
Πρὸς Φιλιππησίους ι΄, παρ᾽ ἡμῖν δὲ ς΄.
Πρὸς Λαοδικεῖς ια΄.

Εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ α΄, ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ [36] δ΄ [καὶ α΄].

α΄. Μάθετε δὲ ὅτι δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· ὅσοι γὰρ ὑπὸ νόμον, ὑπὸ κατάραν εἰσίν. Ὁ δὲ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

β΄. Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, διὰ τῆς [37] ἐλευθέρας.

30. *Cornarius:* Ex epistola ad Thessalonicenses prima, apud ipsum quinta, apud nos octava. Et ad Thessalonicenses secunda, apud ipsum sexta, apud nos nona, n i h i l a d s c r i p s i m u s. Ex epistola ad Ephesios ipsi septima, nobis quinta.

31. *α. 30 est annotatus in marg. exempli Schottiani numerus. Recte infra pro* Μνημονεύοντες *extat* Μνημονεύετε.

32. *β. 37 et cett. legitur manu Andr. Schotti annotatum.*

33. *Plenius infra* καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ *cett.*

34. *α, λϛ legitur annotatum in exemplo Schottiano.*

VII. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* Rom. 10, 4.

VIII. *Qui enim diligit proximum, legem implevit.* Cap. 13, 8.

AD THESSALONICENSES I., QUAE EST APUD NOS VIII.
Ad Thessalonicenses II., quae est apud nos IX.
Ad Ephesios VII., apud nos V.

I. *Memores estote, quod aliquando vos eratis gentes, qui dicebamini praeputium, ab ea quae dicitur circumcisio in carne manu facta. Eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine deo in mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine ipsius. Ipse enim pax nostra, qui fecit utraque unum etc.* Eph. 2, 11.

II. Ideo dicit: *Surge qui dormis, et illuminabit te Christus.* Cap. 5, 14.

III. *Propter hoc relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhaerebit uxori, et erunt duo in carnem unam,* dempta voce *Uxori.* Ibid. 31.

AD COLOSSENSES VIII., APUD NOS VII.

I. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, et potu, aut in parte diei, aut neomeniae, aut sabbatorum, quod est umbra futurorum.* Col. 2, 16.

AD PHILEMONEM IX., QUAE APUD NOS EST XIII., VEL XIV.
Ad Philippenses X., apud nos VI.
Ad Laodicenos XI.

Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus et pater omnium, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus. Eph. 4, 5.

EX EPISTOLA AD GALATAS I., APUD NOS IV.

I. *Discite autem, quia iustus ex fide vivit. Quotquot enim sub lege sunt, sub maledicto sunt. Qui autem fecerit ista, vivet in eis.* Gal. 3, 11.

II. *Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, ex libera.* Ibid. 13. Cap. 4, 23.

35. ἐν, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

36. τετάρτη καὶ πρώτη *plane scriptum legitur in cod. Rhedig. Petavius istud* καὶ α΄ *delendum censuit. Equidem subscribo eius iudicio. Nisi enim omnia me fallunt, additamentum illud* καὶ α΄, *sive* καὶ πρώτη, *profectum est a magistello aliquo ad ordinem Apostolici eum, quem infra in Refutatione ab ipso Epiphanio servari videret, id est Marcionis, respiciente, atque verba* παρ᾽ ἡμῖν *non de Christianis orthodoxae ecclesiae, sed de ipso Epiphanio interpretante.*

37. ἐλευθερίας *edidit Cornarius, at in versione Latina scripsit:* per liberam est.

γ΄. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν ὅτι ἄνθρωπος περιτετμημένος ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.

δ΄. Ἀντὶ τοῦ, Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, ἐποίησε, Δολοῖ.

ε΄. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ὑμῖν πεπλήρωται, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

ϛ΄. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐρίθειαι, διχοστασίαι, αἵρεσις, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

ζ΄. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

η΄. Οὔτε γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσι.

pag. 320. ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ α΄, ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ ΔΕ ΜΑΡΚΙΩΝΙ β΄, ΚΑΙ ΠΑΡ ΗΜΙΝ β΄.

[38] α΄. Γέγραπται γὰρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

β΄. Ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

γ΄. Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων.

δ΄. Γέγραπται γὰρ, Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

ε΄. Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.

ϛ΄. Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

ζ΄. [39] Μετηλλαγμένως. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, Καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει, φησὶ ἐκεῖνος, Εἰ καὶ ὁ νόμος Μωϋσέως ταῦτα οὐ λέγει.

η΄. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ;

θ΄. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, πρὸς τὸ [40] μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὡς γέγραπται, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν· μηδὲ ἐκπειράζω-

38. *De cod. Vaticano in exemplo Schottiano annotata invenio haec:* „Hic iterum sequitur numerus, ut supra, et post primum habet ϛ΄, post secundum ι΄, post

III. *Testificor rursum, quoniam homo circumcisus debitor est universae legis implendae.* Gal 5. 3.

IV. Pro eo quod est, *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, rescripsit, *Adulterat.* Ibid. 9.

V. *Omnis enim lex vobis impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ibid. 14.

VI. *Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, homicidia, ebrietates, comessationes, quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt.* Ibid. 19.

VII. *Qui autem Christi carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Ibid. 24.

VIII. *Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt.* Cap. 6. 13.

AD CORINTHIOS I., QUAE EST APUD MARCIONEM UT ET APUD NOS II.

I. *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprobabo.* 1 Cor. 1, 19.

II. *Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino glorietur.* Ibid. 31.

III. *Principum huius seculi, qui evacuantur.* Cap. 2. 6.

IV. *Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum.* Cap. 3. 19.
Et iterum: *Dominus novit cogitationes hominum, quia vanae sunt.*

V. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Cap. 5. 7

VI. *Nescitis quod qui adhaeret meretrici, unum corpus est. Erunt enim, inquit, duo in carnem unam.* Cap. 6, 16.

VII. Mutatus est locus. Nam pro eo quod est, *Et lex haec non dicit*, habet ille, *Etsi lex Moysis haec non dicit.* Cap. 9. 8.

VIII. *Numquid de bobus cura est deo?* Ibid. 9.

IX. *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Haec autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi fuerunt. Neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque tentemus* Cap. 10. 1.

tertium ια΄: et sic in reliquis."

39. *Vulgo* Μετηλλαγμένος.

40. μή, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

μεν τὸν Χριστὸν, ἕως ὅπου λέγει. Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἡμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ί. Τί οὖν φημι; ὅτι ἱερόθυτον τί ἐστιν; [41] ἢ εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ.

ια'. Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κομᾶν, δόξα καὶ εἰκὼν θεοῦ ὑπάρχων.

ιβ'. Ἀλλὰ ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα.

ιγ'. Πεπλανημένως, Ἀλλὰ ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους τῷ νοΐ μου λαλῆσαι· ἑτέρως δὲ, Διὰ τὸν νόμον.

pag. 321. ιδ'. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὅτι, Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον.

ιε'. Αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν, οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν· ἀλλ' ὑποτασσέσθωσαν, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

ις'. Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Καὶ ὅτι, Εἰ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτως κηρύσσομεν, καὶ οὕτως [42] ἐπιστεύσατε, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ὅταν δὲ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ β', ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ ΔΕ ΚΑΙ ΠΑΡ ΗΜΙΝ γ'.

[43] α'. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ Ναί· διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν τῷ θεῷ.

β'. Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι.

γ'. Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν καὶ λαλοῦμεν. Ἐξέκοψε δὲ τὸ, Κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Αὕτη ἡ νενοθευμένη τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις, ἔχουσα μὲν χαρακτῆρα καὶ τύπον τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου καὶ Παύλου τοῦ ἀποστόλου οὐχ ὅλον, οὐ πασῶν τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν, ἀλλὰ μόνον τῆς πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τῆς πρὸς Ἐφεσίους, καὶ πρὸς Κολοσσεῖς, καὶ τῆς πρὸς Λαοδικεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς Γαλάτας, καὶ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ τῆς πρὸς Φιλήμονα καὶ Φιλιππησίους, καὶ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ πρὸς Τίτον, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους, τῶν ἐμφερομένων παρ' αὐτῷ, ὡς οὐ πληρεστάτων οὐσῶν, ἀλλὰ ὡς ἐν παραχαράξει. Πανταχόθεν δὲ τὴν αὐτὴν σύνταξιν [44] ἐρραδιούργηκε τὴν

41. ἢ εἰδωλόθυτον τί ἐστιν verba adieci ex cod. Vaticano. Extat etiam infra. Desiderantur in editis atque in cod. Rhedig.

42. ἐπιστεύσατε cod. Vatic. ἐπιστεύσαμεν cod. Rhedig. et editi libri.

43. De cod. Vaticano hic manu Andr.

Christum, usque ad ea verba: *Haec autem omnia in figura contingebant ipsis etc.*

X. *Quid ergo dico? Quod idolis immolatum aliquid sit? Sed* 1. Cor. 10, 19.
quae immolant daemoniis, et non deo.

XI. *Vir comam non nutriat. Gloria enim et imago dei est.* Cap. 11, 14.

XII. *Sed deus temperavit corpus.* Cap. 12, 24.

XIII. Perperam ista concepit: *Sed in ecclesia volo quinque verba* Cap. 14. 19.
sensu meo loqui. Aliter enim ille scripsit et, *Ob legem*, addidit.

XIV. *In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis et labiis lo-* Ibid. 21.
quar populo huic.

XV. *Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis lo-* Ibid. 34
qui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.

XVI. De resurrectione mortuorum. *Notum autem vobis facio,* Cap. 15, 1.
fratres, evangelium, quod praedicavi vobis. Item: *Si Christus non resurrexit, inanis etc. Sic praedicamus, et sic credidimus: Quoniam Christus mortuus est et sepultus, et resurrexit tertia die. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria.*

EX EPISTOLA II. AD CORINTHIOS, QUAE TAM ILLI QUAM NOBIS EST III.

I. *Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo, Est, ideo et* 2 Cor. 1, 20.
per ipsum Amen deo.

II. *Non enim nosmetipsos praedicamus, sed dominum Iesum Chri-* Cap. 4, 5.
stum; nos autem servos vestros per Iesum Christum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.

III. *Habentes autem eundem spiritum fidei et nos credimus et lo-* Ibid. 13.
quimur. Ubi voces illas sustulit, *Sicut scriptum est.*

Haec est Marcionis adulterina illa lucubratio. Quae tam evangelii secundum Lucam quam epistolarum Pauli apostoli formam speciemque repraesentat, nec earum tamen omnium, sed illius duntaxat quae ad Romanos est scripta, et ad Ephesios, et ad Colossenses, nec non ad Laodicenos, et ad Galatas, et ad Corinthios prima ac secunda. Item ad Thessalonicenses prima et secunda, ad Philemonem, ad Philippenses, ad Timotheum prima et secunda, ad Titum, et ad Hebraeos. Quas omnes non integras, sed depravatas ac mutilatas complexus est: adeo quidem, totum ut illud opus mala fide vi-

Scholti annotatum invenio: „Hic habet post primum κε', post secundum κς', post tertium κζ': nihil praeterea."

44. ἐρραδιούργηκε τὴν *rescripsi pro* ἐρραδιουργημένην. *qua corruptela omnes, quos vidi, libri laborant.*

καὶ ἔν τισι λέξεσιν ἐπιποιήτως προςθήκην ἔχουσαν, οὐκ εἰς ὠφέλειαν, ἀλλὰ εἰς ἥσσονας καὶ ἐπιβλαβεῖς ξενολεξίας κατὰ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐμβεβροντημένου νοῦ βοσκήματος.

pag. 322. Ταῦτα δὲ ἡμῖν πεπόνηται καὶ πεπολυπραγμόνηται ἐκ τῆς παρ' [45] αὐτῷ προλελεγμένης γραφῆς ἀποστόλου τε καὶ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου. [46] Εἰδέναι ἔχοιεν πάντες οἱ πειρώμενοι ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ πλάνῃ ὅτι τὰ μὲν παρηλλαγμένα ῥήματα κατὰ ῥᾳδιουργίαν ἐντέτακται, ὅσα δὲ οὐκ ἐμφέρεται ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις, συληθέντα ὑπάρχει ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τόλμης. Ταῦτα γὰρ ἐδόκει ὁ κτηνώδης μόνα ἐναντία εἶναι [47] καὶ ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ ἐπιπλάστῳ ἐπινοίᾳ.

Ἔστι δὲ τρίτον ἡμῶν τῆς φιλοκαλίας τὸ συναγαγεῖν ὅσα παρ' αὐτῷ τε καὶ παρ' ἡμῖν ηὕρηται συνᾴδοντα καὶ ἔχοντα ἔμφασιν ἐνσάρκου παρουσίας τῆς τοῦ σωτῆρος, καὶ μαρτυρίας συμφωνίας τῆς καινῆς πρὸς παλαιὰν διαθήκην, καὶ ὁμολογίας τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁμολογοῦντος τὸν θεὸν ποιητὴν οὐρανοῦ τε καὶ τῆς γῆς, αὐτόν τε λαλήσαντα ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις, ἴδιον δὲ τοῦτον εἶναι πατέρα αὐτοῦ. Καὶ αὕτη μὲν τῆς προειρημένης ὑμῶν ὑποθέσεως ἡ σχολιοποιηθεῖσα σύντομος ὑπομνηματικὴ ἐξ ἀντιγράφων τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις πρὸς ἔπος ὡς ἐδάφιον ἡμῖν γεγραμμένη. Ἵνα δὲ μὴ τὰ ἐν αὐτῇ δυςνόητα παρά τισι σκοτεινῶς ἀγνοούμενα ἐμφέρηται, αὖθις πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς τῶν ἐπιγραφῶν, πρώτου φημὶ καὶ δευτέρου καὶ τρίτου κεφαλαίου, καθ' εἱρμὸν ἐπιλύσω, δι' ἣν αἰτίαν ἑκάστη λέξις ἀνελέχθη, καὶ ἐνταῦθα μετεβλήθη. Ἄρξομαι δὲ τοῦ λέγειν οὕτως.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ ΤΩΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙ.

α'. Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προςένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προςέταξε Μωϋσῆς, ἵνα ᾖ μαρτύριον τοῦτο ὑμῖν.

Ἔλεγχος α'. Πῶς ἠδύνατο ὁ κύριος ὁ κατὰ τοῦ νόμου καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου ἔχων τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ὡς σὺ φῂς, λέγειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένοις, φημὶ δὲ τῷ λεπρῷ, Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ; Ἱερεῖ γὰρ λέγων οὐκ ἀθετεῖ τὴν τοῦ νόμου ἱερωσύνην. Καὶ προςένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου. Κἄν τε ἀποκόψῃς

pag. 323. τὸ Δῶρον, φανήσεται ἐκ τοῦ Προςένεγκε ὅτι περὶ δώρου λέγει. Περὶ

45. αὐτῷ *codd. Vatic. Rhedig.* αὐτοῦ *libri editi.*

46. *Hic voculam aliquam excidisse iure utique licet suspicari. Petavius putat* ἵνα *coniunctionem, quacum struatur optativus* ἔχοιεν. *Nec improbabile hoc; modo rescripserim* εἰδέναι ἵνα ἔχοιεν *quam* ἵνα εἰδέναι ἔχοιεν. *Equidem quamquam mallem* Εἰδέναι δ' ἔχοιεν, *vel* Εἶτα εἰδέναι ἔχοιεν, *quod Cornarium coniectasse versio*

tiatum et quibusdam dictionibus insuper additis interpolatum fuerit. Quod non communis utilitatis gratia, sed ad vocum periculosissimam novitatem affectandam, furiosa illa belua facere instituit.

Haec autem omnia ex eo quem commemoravimus apostoli evangeliique Lucae libro, quo is utitur, excerpere ac seligere studuimus. Ut quicumque adversus illius errorem disputare fuerint aggressi, prius intelligant quaedam ab eo commutata vocabula, ac per fraudem ac malitiam inserta. Quae vero suis locis minime reperiuntur, eiusdem sunt audacia subtracta. Haec enim homo stupidus sola esse iudicavit commentitiis illis suis opinionibus contraria.

Tertius vero praeterea susceptus a nobis est labor, ut in unam conferremus omnia de quibus cum inter nos atque illum conveniat, ea tamen sunt eiusmodi ut salvatorem nostrum assumpta carne venisse manifeste significent: tum quae veteris novique testamenti consensionem ostendunt, aut ipsiusmet dei filii confessionem, qua deum esse coeli terraeque conditorem, et in lege prophetisque locutum, ac denique patrem esse suum affirmat. De hoc igitur argumento brevem illum commentarium velut scholia quaedam elaboravimus, totumque istud opus e Marcionis libris ad verbum excerptum sic tanquam maioris alicuius solum ac fundamentum praemisimus. Sed ne si quid in eo est ad intelligendum difficile quibusdam ignorantiae tenebris lectorum obducat animos, placet deinceps singula a me proposita suisque titulis inscripta capita, primum, secundum, ac tertium explicando tractare, causamque demonstrare propter quam unaquaeque delecta vox est et ab illo mutata. Hinc igitur disputandi initium faciam.

SCHOLION EX EVANGELIO QUO MARCION UTITUR.

I. *Vade, ostende te sacerdoti, et offer pro purgatione tua, sicut* Luc. 5, 14.
praecepit Moyses, ut sit testimonium hoc vobis.

Refutatio I. Potuitne dominus, si contra legem legisque deum suam haberet, ut asseris, comparatam doctrinam, curatis a se hominibus, veluti leproso huic, istiusmodi mandatum edere? *Vade et ostende te sacerdoti* (ubi cum sacerdotem commemorat, legis sacerdotium non abrogat), *et offer pro purgatione tua.* Ac licet vocem illam, *munus*, inducas, ex offerendi verbo nihilominus constat de

eius prodit: Porro sciant omnes, qui eiusdem errori contradicere volunt, quod *cett.*

47. καὶ *particulam de meo addidi. Desideratur in omnibus libris. Cornarius vertit:* Haec enim sola putavit bestialis ille contraria esse. In hoc itaque contradicemus confictae eiusdem versutiae. Et tertio *cett., unde difficile est divinare quid mutandum reponendumve ille censuerit.*

τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προςέταξε Μωϋσῆς. Εἰ γὰρ τοῦ Μωϋσέως τὸ πρόσταγμα συμβουλεύει γενέσθαι, οὐκ ἀθετεῖ, οὐδὲ βλασφημεῖ τὸν θεὸν τοῦ νόμου, ἀλλὰ ὁμολογεῖ καὶ αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα θεὸν τὸν νόμον τῷ Μωϋσεῖ δεδωκέναι. Διέστρεψας δὲ τὸ ῥητὸν, ὦ Μαρκίων, ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν, Εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, Μαρτύριον λέγων ὑμῖν. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἐψεύσω κατὰ τῆς σαυτοῦ κεφαλῆς. Εἰ γὰρ Μαρτύριον ὑμῖν ἔλεγεν, ἐμμάρτυρον αὐτὸν ἐποίει ὅτι οὐκ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι.

Σχόλ. β'. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς.

Ἔλεγχ. β'. Εἰ οὖν υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν καλεῖ, οὐκ ἀρνεῖται τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ μονογενὴς, καὶ μάτην παρὰ σοὶ ᾄδεται τὸ δοκήσει πεφηνέναι. Καὶ εἰ ἔχει ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐκ ἀλλοτρία ἡ γῆ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρός.

Σχόλ. γ'. Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

Ἔλεγχ. γ'. Δύο εὐθὺς ἐν ταὐτῷ, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου καὶ κύριον σαββάτου ἑαυτὸν ὁ σωτὴρ ὁμολογεῖ διδάσκων, ἵνα μὴ τὸ σάββατον ἀλλότριον τῆς αὐτοῦ ποιήσεως νομίζηται, κἂν [48] τε ἔσχατον υἱὸς ἀνθρώπου ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας κληθῇ.

Σχόλ. δ'. Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς ἐγένετο προδότης. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Κατέβη μετ' αὐτῶν, Κατέβη ἐν [49] αὐτοῖς.

Ἔλεγχ. δ'. Ἰούδας Ἰσκαριώτης, ὃς ἐγένετο προδότης. Τίνος λέγε; Πάντως τοῦ συλληφθέντος, ναὶ μὴν καὶ ἐσταυρωμένου καὶ πολλὰ πεπονθότος. Πῶς οὖν συλληφθεὶς σταυροῦται ὁ μὴ ὑπὸ ἁφὴν ὑποπίπτων κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ Μαρκίων; Δόκησιν γὰρ εἶναι λέγεις. Ἐλεγχθήσεται δὲ ἡ ὑπόνοιά σου ἀντὶ τοῦ γεγράφθαι Ἰούδαν προδότην. Προέδωκε γὰρ καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. Οὐδὲν δέ σε ὤνησε τὸ, Κατέβη ἐν αὐτοῖς, λέγειν, ἀντὶ τοῦ, Μετ' αὐτῶν. Οὐ γὰρ δύνασαι φαντασίαν ὁρίζειν τὸν παρὰ σοὶ [50] κἄκοντι ὕστερον ὑπὸ ἁφὴν πίπτοντα δεικνύμενον.

pag. 324 Σχόλ. ε'. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἔλεγχ. ε'. Πῶς πάλιν ὁ ὄχλος ἠδύνατο ἅψασθαι τοῦ ἁφὴν μὴ ἔχοντος; ποίους δὲ ὀφθαλμοὺς ἐπῆρεν εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐκ σαρκὸς μὴ ἡρμοσμένος; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος

48. τὸ ἔσχατον ariolatus est Petavius, quo non levatur difficultas. Equidem puto reponendum τε ἔσθ' ὅτε, vel simile aliquid.

munere illum esse locutum. *Pro purgatione tua, sicut praecepit Moyses.* Quod si Moysis praecepto iubet obtemperari, legis deum minime condemnat, aut ei maledicit. Sed tam semetipsum quam deum patrem suum legem Moysi tradidisse confirmat. Tu vero, Marcio, scripturae verba depravasti. Nam pro eo quod est, *In testimonium ipsis*, *In testimonium vobis*, ausus es rescribere. Quod in tuum caput perspicue mentitus es. Si enim *In testimonium vobis* dixerit, testificatione illa comprobavit, *non venisse se legem solvere, vel prophetas, sed adimplere.*

Scholion II. *Ut autem sciatis quia potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra.* Luc. 5, 24.

Refut. II. Cum itaque filium se hominis appellet unigena dei filius, hominem se esse non negat, frustraque apud te canitur specie illum tenus apparuisse. Item si potestatem habet in terra, non erit terra ab illius ac patris ipsius operibus aliena.

Schol. III. *Dominus est filius hominis, etiam sabbati.* Cap. 6, 5

Refut. III. Duo simul hoc in loco salvator de seipso profitetur, nimirum filium hominis se esse, sabbatique dominum, ne sabbatum a molitione sua abhorrere crederetur; etiamsi, quod postremum est, filius hominis ob assumptam carnem appelletur.

Schol. IV. *Iudam Iscarioten, qui fuit proditor.* Pro eo vero Ibid. 16.
quod est, *Descendit cum ipsis*, *Descendit in ipsum*, legit.

Refut. IV. *Iudas Iscariotes qui fuit proditor.* Cuiusnam obsecro? Nimirum illius, qui comprehensus, imo et in crucem sublatus multaque perpessus est. Quanam igitur ratione comprehensus affigi cruci poterit, qui contrectari manibus, ut existimas, non potest, o Marcio? Nihil enim praeter inanem speciem tribuis. Sed haec tua opinio facile convincitur, ex eo quod scriptum est, *Iudam proditorem.* Revera quippe dominum suum prodidit, et in manus hominum tradidit. Neque vero caussam tuam sublevat, quod, *Descendit in ipsos*, non, *cum ipsis*, substitueris. Neque enim caussa adumbrataque specie definire potes illum quem tactu perceptum fuisse fateare ipse vel invitus.

Schol. V. *Et omnis turba quaerebat eum tangere. Et ipse elevatis oculis suis etc.* Ibid. 19.

Refut. V. Qui tandem tangere illum turba potuit qui tactum omnem effugeret? Quosnam vero in coelum oculos sustulit qui minime ex carne constaret? Sed ut planum faceret, *Mediatorem dei* 1. Timoth. 2, 5.

49. αὐτῷ ed. princ., quod mendum ope cod. Vatic. sustulit Petavius.

50. κἄκοντι rescripsi cum Petavio. Libri habent κακόν τι.

Χριστὸς Ἰησοῦς ἔχων τὰ ἀμφότερα, ἐξ ἀνθρώπων μὲν τὴν σάρκα, ἐκ δὲ θεοῦ πατρὸς τὴν ἀόρατον οὐσίαν.

Σχόλ. ϛʹ. Κατὰ τὰ αὐτὰ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες ὑμῶν.

Ἔλεγχ. ϛʹ. Εἰ προφητῶν μέμνηται, οὐκ ἀρνεῖται προφήτας. Εἰ ἐκδικεῖ τὸν τῶν προφητῶν φόνον καὶ ὀνειδίζει τοὺς πεφονευκότας τε καὶ διώξαντας, οὐκ ἀλλότριος προφητῶν τυγχάνει, ἀλλὰ θεὸς αὐτῶν ὑπάρχει, ὁ τὴν σύστασιν αὐτῶν ποιούμενος.

Σχόλ. ζʹ. Λέγω ὑμῖν, τοσαύτην πίστιν οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ εὗρον.

Ἔλεγχ. ζʹ. Εἰ οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοιαύτην πίστιν εὗρεν, ὡς ἐν τῷ ἀπὸ ἐθνῶν ἐλθόν τι ἑκατοντάρχῃ, ἄρα οὐ ψέγει τὴν τοῦ Ἰσραὴλ πίστιν. Εἰ γὰρ [51] ἀλλότριος θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ οὐκ αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν ταύτης ἐποιεῖτο τὸν ἔπαινον.

Σχόλ. ηʹ. Παρηλλαγμένον τὸ, Μακάριος [52] ὃς οὐ μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Εἶχε γὰρ ὡς πρὸς Ἰωάννην.

Ἔλεγχ. ηʹ. Κἂν τε πρὸς Ἰωάννην ἔχοι, κἄν τε πρὸς αὐτὸν τὸν σωτῆρα, μακαρίζει τοὺς μὴ σκανδαλιζομένους, ἤτοι ἐν αὐτῷ, ἤτοι ἐν Ἰωάννῃ, ἵνα μὴ ἃ μὴ ἀκούωσι παρ' αὐτοῦ ἑαυτοῖς πλάσσωνται. Ἔχει δὲ μείζονα θεωρίαν, δι' ἣν, φησὶν, εἴρηκεν ὁ σωτήρ· ἵνα μή τις τὸν μείζονα ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπ' αὐτοῦ ταχθέντα Ἰωάννην καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μείζονα νομίσῃ, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν ἐκ γυναικὸς γεγενῆσθαι, ἀσφαλίζεται καὶ λέγει τὸ, Καὶ μακάριος ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Ὅθεν λέγει, Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Ἦν γὰρ ὁ σωτὴρ τῷ χρόνῳ κατὰ τὴν ἀπὸ σαρκὸς γέννησιν μικρότερος αὐτοῦ ἑξαμηνιαίῳ χρόνῳ, μείζων δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ, δῆλον ὡς θεὸς αὐτοῦ. Οὐδὲν γὰρ ἦλθεν ὁ μονογενὴς ἐν κρυφῇ λαλῆσαι, ἢ καταψεύσασθαί τι
pag. 325. *τοῦ ἰδίου κηρύγματος. Φάσκει γὰρ ὅτι, Ἐν κρυφῇ λελάληκα οὐδὲν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας. Ἀλήθεια γάρ ἐστιν, ὡς λέγει, Ἐγὼ ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια. Οὐδὲ τοίνυν ἡ ὁδὸς πλάνην ἔχει, οὔτε ἡ ἀλήθεια κρύπτουσα ἑαυτὴν λαλεῖ τὸ ψεῦδος.*

Σχόλ. θʹ. Αὐτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ, ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου.

Ἔλεγχ. θʹ. Εἰ ἐπιγινώσκει ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ τὸν Ἰωάννην, καὶ προγινώσκει· προγινώσκων δὲ ὑποδείκνυσι τοῖς βουλομένοις εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν ὅτι οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου. Ἄρα ὁ γράψας καὶ εἰπὼν, Ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ ἐν τοῖς προφήταις λαλήσας καὶ ἐν νόμῳ, οὐκ ἀλλότριος ἦν τοῦ ἰδίου [53] υἱοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀποστέλλει γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄγγελον πρὸ προσ-

51. *Libri habent ἀλλότριον. Ita enim supra erat scriptum in loco gemello, et ita repetitur infra in Refutatione.*
52. *Videtur esse reponendum ὃς ἐὰν μή.*

et hominum hominem esse Christum Iesum, qui utrumque complecteretur, atque ab hominibus carnem, a deo vero patre naturam accepisset, quae oculorum aciem fugeret.

Schol. VI. *Secundum haec eadem faciebant prophetis patres vestri.* Luc. 6, 23.

Refut. VI. Cum prophetarum mentionem faciat, prophetas non repudiat. Cumque illorum caedem ulciscatur, iisque qui occiderunt ac persecuti sunt, istud ipsum exprobret, non a prophetis alienus, sed eorundem deus erit, a quo illi originem traxerunt.

Schol. VII. *Dico vobis, Non inveni tantam fidem neque in Israel.* Cap. 7, 9.

Refut. VII. Si ne in Israel quidem tanta est ab illo fides inventa, quanta in centurione illo gentili, non igitur Israelis fidem condemnat. Qui si a deo alienus esset, neque aut ad se, aut ad patrem suum attineret, nequaquam illam praedicaret.

Schol. VIII. Mutatum istud est: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Quippe ad Ioannem referebatur. Ibid. 23.

Refut. VIII. Sive ad Ioannem, sive ad ipsum salvatorem pertineat, beatos illos esse pronuntiat qui scandalizati non fuerint in se vel in Ioanne, ne ea sibi fingant quae a se non audierint. Sed inest quiddam attentiori consideratione dignum, cuius gratia illa sunt a salvatore dicta: ne quis videlicet Ioannem, quo inter natos mulierum maiorem esse neminem dixerat, salvatori etiam ipsi anteponendum putaret, quod is natus esset e muliere. Ob id consulto istud adiecit: *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Unde etiam subiicit: *Qui autem minor est in regno, maior est ipso.* Erat quippe dominus illo, quod ad carnis originem spectat, semestri spatio minor, sed in regno tamen maior, utpote qui et illius esset deus. Nihil enim unigenitus clam dicturus, aut falso praedicaturus advenit. *In* Ioann. 18, 20.
occulto, inquit, *locutus sum nihil, sed palam.* Siquidem veritas est, ut asserit: *Ego sum via, et veritas.* Quare nec errorem habet via, Ioann. 14, 6.
nec veritas semetipsam dissimulans mendacium profert.

Schol. IX. *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum* Luc. 7, 27. Malach. 3, 1.
meum ante faciem tuam.

Refut. IX. Si Ioannem unigenitus dei filius agnoscit, consequens est, ut ante cognoverit. Hoc ipso vero quod ante cognoverit, veritatis studiosis illum esse demonstrat, de quo scriptum sit, *Mitto angelum meum ante faciem tuam.* Quamobrem qui ita scripsit, et dixit, *Mitto angelum meum ante faciem tuam*, sempiternus inquam ille deus, qui in prophetis ac lege locutus est, a Iesu Christo filio suo nequaquam abhorret; cum illius ante faciem, nimirum filii apud pa-

53. *υἱοῦ de coniectura addidi cum Petavio. Non extat enim in vett. libris illud vocabulum.*

ώπου αὐτοῦ, πρὸ προςώπου υἱοῦ ἐκ πατρὸς τιμωμένου. Οὐ γὰρ ἀπέστελλε τὸν αὐτοῦ ἄγγελον ἀλλοτρίῳ ἐξυπηρετησόμενον, εἴπερ καὶ ἀντίθετος ἦν αὐτοῦ, κατὰ τόν σου, ὦ Μαρκίων, λόγον.

Σχόλ. ι΄. Καὶ εἰςελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου κατεκλίθη· ἡ δὲ γυνὴ στᾶσα ὀπίσω, ἡ ἁμαρτωλὸς, παρὰ τοὺς πόδας, ἔβρεξε τοῖς δάκρυσι [54] τοὺς πόδας καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.

Ἔλεγχ. ι΄. Τὸ Εἰςελθὼν σῶμα δείκνυσιν· οἶκον γὰρ δείκνυσι, καὶ μέτρον σώματος. Καὶ τὸ κατακλιθῆναι οὐδενός ἐστιν, ἀλλ᾽ ἢ [55] οὗ σῶμα ὀγκηρὸν τὸ κατακείμενον. Καὶ τὸ τὴν γυναῖκα βρέξαι τοῖς δάκρυσι τοὺς πόδας, οὐ φαντασίας πόδας, οὐδὲ δοκήσεως. Ἤλειψε γὰρ καὶ ἔβρεξε καὶ κατεφίλει, τῆς ἁφῆς τοῦ σώματος αἰσθανομένη.

Σχόλ. ια΄. Καὶ πάλιν, Αὕτη τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξε τοὺς πόδας μου, καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.

Ἔλεγχ. ια΄. Ἵνα μὴ νομίσῃς, ὦ Μαρκίων, μόνον νομίζεσθαι παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἁμαρτωλὸν γυναῖκα τοὺς πόδας τοῦ σωτῆρος βρέξαι τε καὶ ἀλεῖψαι καὶ καταπεφιληκέναι, αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐπιβεβαιοῖ, οὐ κατὰ δόκησιν ταῦτα γεγενῆσθαι διδάσκων, ἀλλὰ ἐξ ἀληθείας, πρὸς ἔλεγχον τοῦ Φαρισαίου καὶ σοῦ τοῦ Μαρκίωνος καὶ τῶν κατὰ σὲ, διισχυριζόμενος καὶ λέγων, Αὕτη τοὺς πόδας μου ἤλειψε καὶ κατεφίλει. Πόδας δὲ ποίους, ἀλλ᾽ ἢ τοὺς ἐκ σαρκὸς καὶ ὀστέων καὶ τῶν ἄλλων ὑπάρχοντας;

Σχόλ. ιβ΄. Οὐκ εἶχεν, Ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνον, Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου.

Refut. VII et XXXIV. Si ad credentium omnium iustitiam Christus advenit, ita ut perfici lex aliter nequeat, nisi eam Christus suo adventu perficiat, perfici vos, Iudaei, nullo modo potestis, si in lege maneatis, nisi Christum, qui iam venit, credentes in eum velitis recipere. Sed nec tu, Marcio, salutem in Christo potes adipisci, cum fidei principium ac radicem abieceris, nimirum legem, e qua cognitus Christus eum perficit qui legem minime ut alienam a Christo repudiat.

Schol. VIII et XXXV. *Qui enim diligit proximum, legem implevit.* Cap. 13, 8.

Refut. VIII et XXXV. Cum per amorem proximi lex impleatur, non est a Christo et deo patre domini nostri Iesu Christi abalienanda lex, quae diligere proximum iubet. Quoniam *deus cari-* 1. Ioann. 4, 8.

θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενα ὁμοίως ἀεὶ κηρύττεται, καὶ τότε καὶ νῦν, καὶ ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ.

pag. 371. Τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς, πέμπτης ἐπιστολῆς (οὕτω γὰρ κεῖται ἐν τῷ Μαρκίωνι, ὀγδόης δὲ οὔσης παρὰ τῷ ἀποστόλῳ) τὰ πάντα τοῦ Μαρκίωνος διεστραμμένως ἀπ' αὐτῆς ἔχοντος οὐδὲν ἐξ αὐτῆς παρεθέμεθα.

Τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρας, ἕκτης δὲ κειμένης παρὰ τῷ Μαρκίωνι, ἐνάτης δὲ οὔσης παρὰ τῷ ἀποστόλῳ, ὁμοίως διαστραφείσης ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μαρκίωνος, πάλιν οὐδὲν ἐξεθέμεθα.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ, ΕΒΔΟΜΗΣ ΟΥΣΗΣ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙ, ΠΕΜΠΤΗΣ ΔΕ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΩΙ ΚΕΙΜΕΝΗΣ ΤΑΔΕ.

α' καὶ λϛ' Σχόλ. [84] *Μνημονεύετε ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτῳ, [85] ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἵ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς [86] τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη [87] ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα [88] ἓν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

α' καὶ λϛ' Ἔλεγχ. Τὸ Μνημονεύετε καιροῦ σημαίνει τὸ εἶδος, καὶ Οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς λεγομένης, τῶν πραγμάτων τοὺς τύπους σημαίνει. Καὶ τὸ Ἐν σαρκὶ, ἵνα δείξῃ τὸν τύπον τὸν ἐν τῇ σαρκὶ ἀπεκδεχόμενον τὸν τοῦ πνεύματος καιρόν· ἵνα τὰ ἐντελέστερα ἀπὸ τοῦ τύπου δείξῃ. Χωρὶς γὰρ Χριστοῦ πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ ἡ ἀκροβυστία ἀπηλλοτρίωτο, ἀπηλλοτριωμένη δὲ ξένη ἦν ἐπαγγελίας καὶ διαθήκης, καὶ οἱ ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενοι ἐλπίδα οὐκ εἶχον, ἀλλ' ἄθεοι ἦσαν ἐν τῷ κόσμῳ, ὡς ἀποδέδεικται ἀπὸ τῶν τοῦ ἀποστόλου ῥημάτων. Ἀλλὰ σὺ, Μαρκίων, οὔτε ὁρᾷς, οὔτε ἀκούεις· ἐπεὶ ἂν ἐνόεις πόσων ἀγαθῶν παραίτιον τὸν νόμον φάσκει ὁ ἅγιος ἀπόστολος, τῶν ἐν τῷ νόμῳ πρὸς τὸν τότε καιρὸν πεπολιτευμένων. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οἱ ποτὲ μακρὰν νῦν ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν. Εἰ δὲ τὰ ἀμφότερα ἐποίησεν ἓν, καὶ οὐ τὸ μὲν ἀνεῖλε, τὸ δὲ ἕτερον συνεστήσατο, ἆρά γε οὐδὲ τὸ πρότερον ἀλ-
pag. 372. λότριον αὐτοῦ, οὐδὲ τὸ δεύτερον διεῖλεν ἀπὸ τοῦ πρώτου, ἀλλὰ τὰ ἀμφότερα εἰς ἓν συνήγαγεν, οὐχ ἁπλῶς, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἐναργῶς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, ὡς ἡ ἀσφαλὴς τοῦ ἀποστόλου ὑποδείκνυσι διδασκαλία.

84. *Supra* Μνημονεύοντες.
85. ὅτι *abest supra.*
86. *Supra* ἐν τῷ.
87. *Supra* ὑμῶν.

tas est, et quae ab ipso praedicantur, omnia eodem perpetuo modo praedicantur, iam tum olim scilicet, et nunc, et in veteri novoque testamento.

Ex epistola ad Thessalonicenses, quam Marcio septimo loco ponit, ut apostolus octavo, nihil idcirco selegimus quod integra illa a Marcione depravata sit.

Quemadmodum neque ex secunda ad Thessalonicenses epistola, quam Marcio ordine sextam collocat, apostolus vero nonam excerpsimus, eo quod penitus ab eodem illo corrupta sit.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS, QUAE EST MARCIONI VII., APOSTOLO VERO V., ISTA COLLEGIMUS.

Schol. I et XXXVI. *Memores estote quod aliquando vos gentes,* Eph. 2, 11.
qui dicimini praeputium, ab ea quae dicitur circumcisio in carne manufacta, quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum etc.

Refut. I et XXXVI. Vox illa, *Memores estote*, speciem habet temporis. Tum ista, *Qui dicimini*, *et quae dicitur*, rerum figuras exprimunt. Item illud, *In carne*, eo spectat, ut inustam carni notam atque imaginem ostendat, quae venturi spiritus tempus expectaret, ut ex figura perfectiora significet. Etenim sine Christo procul ab Israelis conversatione separatum erat praeputium, ac proinde a promissione ac testamento peregrinum. Ac qui illa conditione censebantur, omni spe carebant, et sine deo erant in hoc mundo, ut apostoli verba declarant. Sed nihil vides, nihil audis, Marcio; alioqui illud animadverteres quanta ab lege bona manasse dicat apostolus, quae singulari dei providentia illis temporibus administrata sunt. Nam *in Christo Iesu, qui olim longe erant, nunc prope sunt, in sanguine illius. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum.* Quod si unum utraque fecit, adeo ut altero destructo minime alterum constituerit, non igitur prius a se alienum extitit, neque posterius a priore separavit, sed in unum ambo illa conflavit, non quoquo modo, vel specie tenus aliqua, sed perspicue *in sanguine suo*, quemadmodum certa ac solida apostoli doctrina demonstrat.

88. ἓν *omissum est in edit. Petav.*

β′ καὶ λζ′ Σχόλ. Διὸ λέγει, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, [89] καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

β′ καὶ λζ′ Ἔλεγχ. Πόθεν τῷ ἀποστόλῳ τὸ Διὸ καὶ λέγει, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς δῆλον διαθήκης; τοῦτο δὲ ἐμφέρεται παρὰ τῷ Ἠλίᾳ. πόθεν δὲ ὡρμᾶτο ὁ Ἠλίας; ἀλλὰ εἷς ἦν τῶν προφητῶν, τῶν κατὰ νόμον πεπολιτευμένων, ἀπὸ νόμου καὶ προφητῶν ὁρμώμενος. Εἰ δὲ ἐν Χριστῷ προεφήτευσε τὸ, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς, ἆρά γε τὸ πρωτότυπον διὰ Λαζάρου καὶ τῶν ἄλλων ἐπεπλήρωτο· περὶ ὧν οἱ [90] αὐτοῦ ἀμφέβαλλον, Μάρθα καὶ Μαρία, λέγουσαι, Ἤδη ὄζει, τεταρταῖός ἐστι· καὶ τῶν τοῦ ἀρχισυναγώγου λεγόντων, Μηκέτι σκύλλετε τὸν διδάσκαλον, καὶ αὐτοῦ λέγοντος, Μὴ φοβεῖσθε, οὐ γὰρ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. Σαφῶς γὰρ ἔκτοτε τὸ κήρυγμα ἐκάλει ἀνάστασιν διὰ Χριστοῦ ἔσεσθαι· καὶ τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς εὐχερείας ὑπεδείκνυεν, ἵνα τὸ δυνατὸν τοῦ Χριστοῦ ὑποδείξῃ, ὅτι ὡς τῷ ἀνθρώπῳ εὐχερὲς, οὐ τὸν ἀποθανόντα, ἀλλὰ τὸν καθεύδοντα διὰ φωνῆς ἐγεῖραι, οὕτως καὶ τῷ Χριστῷ ἦν ἑτοιμότατα τὸ εἰπεῖν, Λάζαρε δεῦρο ἔξω, καὶ τὸ, Κουμὶ, κουμὶ ταλιθὰ, τουτέστιν Ἀνάστηθι ἡ παῖς· [91] καὶ δι᾽ ὧν ἐναργῶν ἀποδείξεων ἐσήμανεν ὁ λόγος τὴν ἡμῶν κτῆσιν, ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ ὕπνου βαρέως ἡμῶν τῶν ποτε καθευδόντων ἀνεγείροντα τὸν Χριστὸν καὶ διὰ τῆς κλήσεως φωτίζοντα ἡμᾶς· ἥτις γέγονε δευτέρα αὕτη σχέσις. Τὸ δὲ τέλειον καὶ καθολικὸν προσδοκώμενον, ὅταν ὁ αὐτὸς ὁ λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις, πάντας καλέσῃ καὶ ἐγείρῃ σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ φωτίσῃ ἐν τῇ αὐτοῦ μελλούσῃ παρουσίᾳ.

γ′ καὶ λη′ Σχόλ. Ἀντὶ [92] τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, παρὰ τὸ, Τῇ γυναικί.

γ′ καὶ λη′ Ἔλεγχ. Ἀποδέδεικται πολλάκις μὴ ἀλλότρια εἶναι τὰ
pag. 373. ἐν τῷ νόμῳ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου διδασκομένοις, κἄν τε σὺ, ὦ Μαρκίων, παρακόψῃς τὸ Γυναικί. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Ἔσονται εἰς σάρκα μίαν, δήλη σου ἔσται ἡ πᾶσα ῥᾳδιουργία.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ [93] ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΟΓΔΟΗΣ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙ ΚΕΙΜΕΝΗΣ, ΠΑΡΑ ΔΕ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΩΙ ΕΒΔΟΜΗΣ ΚΕΙΜΕΝΗΣ.

α′ καὶ λθ′ Σχόλ. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πό-

89. Verba καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν desiderantur supra.

90. Restitui αὐτοῦ. Vulgo enim extat αὐτοί.

91. καὶ, ab omnibus libris tutatum, uncinis notavit Petavius. Non intellexit videlicet attractionem in verbis δι᾽ ὧν ἐναργῶν ἀποδείξεων, quae nos post κλῆσιν incidere iubet, et accusativos ἐγείροντα τὸν Χριστὸν pendere ab ὑποδείκνυεν.

Schol. II et XXXVII. *Ideo dicit, Surge qui dormis, et re-* Eph. 5, 4.
surge a mortuis, et illuminabit te Christus.

Refut. III et XXXVI. Undenam illa verba, *Ideo dicit*, deprompsit apostolus? Non aliunde utique quam ex testamento vetere. Haec enim apud Eliam leguntur. Iam vero quo ex grege Elias extitit? Nonne e prophetis unus, qui ex legis praescripto vixerunt, ut et ille legi ac prophetis inhaesit? Quod si ita in Christo vaticinatus est: *Surge qui dormis, et resurge a mortuis, et illuminabit te Christus*, plane ipsum exemplar, quod figuris illis adumbratum est, in Lazaro, ceterisque id genus impletum est. De Lazaro quidem
Martha ac Maria dubitantes ita locutae sunt: *Iam foetet, quatridua-* Ioann. 11, 39.
nus est. At synagogae principis comites. *Nolite*, inquiebant, *fati-*
gare magistrum. Sed dominus ista subiecit: *Nolite timere; non* Marc. 5, 39.
enim mortuus est, sed dormit. Iam tum enim futura per Christum resurrectio divini verbi praeconio celebrabatur. Sed et potestatem illius agendique facilitatem expressit, ut quam potens esset Christus ostenderet, ex eo quod uti homini facillimum est non mortuum, sed dormientem voce suscitare, ita Christo promptissimum erat dicere, *Lazare, veni foras*, tum, *Kumi, Kumi Talitha*, hoc est *Surge, puella.* Iisque manifestissimis argumentis dei verbum vocationem indicabat nostram, Christumque dominum ab operibus mortuis et altissimo quo tenebamur somno nosmetipsos excitantem, ac vocatione sua collustrantem, quae quidem secunda fuit habitudo. Nam perfectum ac generale illud expectandum est, cum nimirum ille ipse qui dixit, *Ego sum resurrectio*, universos evocaverit, et corpore ac mente pariter excitarit, atque in futuro adventu sua luce perfuderit.

Schol. III et XXXVIII. In eo quod scriptum est, *Relinquet* Eph. 5, 31.
homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori, et erunt duo in carnem unam, vocabulum, *Uxori*, sustulit.

Refut. III et XXXVIII. Saepenumero docuimus haud aliena esse quae in lege sunt ab iis quae apostolus tradidit, etsi, Marcio, nomen uxoris expunxeris. Etenem illa ipsa verba, *Erunt in carnem unam*, fraudem tuam satis superque detegunt.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES, QUAM OCTAVAM MARCIO COLLOCAT, APOSTOLUS VERO VII.

Schol. I et XXXIX. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in* Col. 2, 16.

92. τούτου restitui pro τοῦ, quod vulgo extat.

93. ΚΟΛΟΣΣΕΙΣ edit. Petav.

σει, ἢ ἐν [94] ἑορτῇ, ἢ ἐν νεομηνίᾳ καὶ σαββάτῳ, ὅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων.

α' καὶ λθ' Ἔλεγχ. Οὐδαμόθεν ὑποπίπτει σκιὰ, ὦ Μαρκίων, ἀλλ' ἢ ἀπὸ σώματος καὶ σῶμα οὐ δύναται εἶναι, σκιᾶς ἀπ' αὐτοῦ μὴ φαινομένης. Ὅθεν πεισθῆναι ὀφείλουσιν οἱ ἀπὸ σοῦ ἠπατημένοι διὰ τῶν ἔτι παρὰ σοῦ φυλαττομένων τῆς ἀληθείας τῶν θείων γραφῶν λειψάνων ὅτι μελλόντων ἀγαθῶν ἀποκαλύπτεσθαι οὐκ ἀλλότρια ἦν τὰ τότε δικαιώματα προςκαίρως προστεταγμένα περὶ βρώσεως καὶ πόσεως καὶ μέρους ἑορτῶν καὶ νεομηνιῶν καὶ σαββάτων. Ὧν ἀγαθῶν σκιὰ ἦσαν τὰ προειρημένα δι' ὧν σκιῶν τὸ σῶμα κατειλήφαμεν τῶν ἐνεστώτων ἀγαθῶν, ἐν νόμῳ μὲν σκιαγραφηθέντων, ἐν Χριστῷ δὲ τελειωθέντων.

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ΕΝΑΤΗΣ.

Οὕτως γὰρ παρὰ τῷ Μαρκίωνι κεῖται, παρὰ δὲ τῷ ἀποστόλῳ ἐσχάτη κεῖται· ἐν τρισὶ δὲ ἀντιγράφοις τριςκαιδεκάτη πρὸ τῆς πρὸς Ἑβραίους, τεσσαρεςκαιδεκάτης, τέτακται. Ἄλλα δὲ ἀντίγραφα ἔχει τὴν πρὸς Ἑβραίους δεκάτην πρὸ τῶν δύο τῶν πρὸς Τιμόθεον καὶ Τίτον, καὶ Φιλήμονα. Πάντα δὲ τὰ ἀντίγραφα τὰ σῶα καὶ ἀληθῆ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἔχουσι πρώτην, οὐχ, ὡς σὺ Μαρκίων τὴν πρὸς Γαλάτας ἔταξας πρώτην. Ὅμως ἀπὸ ταύτης τῆς πρὸς Φιλήμονα οὐδὲν παρεθέμεθα, διὰ τὸ ὁλοσχερῶς αὐτὴν διαστρόφως παρ' αὐτῷ κεῖσθαι.

ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ ΔΕΚΑΤΗΣ.

pag. 374. Οὕτως γὰρ κεῖται παρὰ τῷ Μαρκίωνι ἐσχάτη καὶ δεκάτη, παρὰ δὲ τῷ ἀποστόλῳ ἕκτη. Ὡςαύτως οὐδὲ ἀπ' αὐτῆς, διὰ τὸ διαστρόφως παρ' αὐτῷ κεῖσθαι, οὐδὲν ἐξελεξάμεθα.

Αὕτη πεπλήρωται ἡ τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις ἀπὸ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου σωζομένων λειψάνων, λόγων τε ὑποθέσεως· ἀφ' ἧς ἀναλεξάμενοι τὰ κατ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῦ σωζομένων τοὺς ἐλέγχους παρεθέμεθα. Προςέθετο δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ἀποστολικῷ καλουμένῳ, καὶ τῆς καλουμένης πρὸς Λαοδικέας.

α' καὶ μ' Σχόλ. Εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Χριστὸς, εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν.

α' καὶ μ' Ἔλεγχ. Συνᾳδόντως μὲν τῇ πρὸς Ἐφεσίους, ὦ Μαρκίων, καὶ ταύτας τὰς κατὰ σοῦ μαρτυρίας ἀπὸ τῆς λεγομένης πρὸς Λαοδικέας συνήγαγες [95] [κατὰ σοῦ μαρτυρίας]· ἵνα ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ

94. μέρει ἑορτῆς, ἢ νεομηνίας καὶ σαββάτων *legitur supra; quod hic quoque restituere suadent verba in Refutatione repetita.*

potu, aut in festo, aut in neomenia, et sabbato, quae est umbra futurorum.

Refut. I et XXXIX. Neque aliunde quam a corpore umbra spargitur, neque corpus esse potest, quin ab eo umbra promanet. Quamobrem ex illis ipsis veritatis ac sacrarum literarum reliquiis, quas apud te retines, discere circumventi abs te homines debent, ab iis bonis quae retegenda olim erant, mandata illa nequaquam abhorruisse quae de cibo ac potu, festis ac neomeniis et sabbatis pro temporis ratione praescripta sunt, quarum nos umbrarum beneficio praesentium bonorum, ut ita dicam, corpus adepti sumus, quae in lege adumbrata postremo in Christo perfecta sunt.

DE EPISTOLA IX., QUAE EST AD PHILEMONEM.

Hoc illam ordine Marcio collocavit, cum apostolus ultimo loco posuerit. Sed in nonnullis codicibus XIII. ante epistolam ad Hebraeos, quae est XIV., numeratur. Alia rursus exemplaria epistolam ad Hebraeos decimam ponunt, ante I. et II. ad Timotheum, ad Titum, et Philemonem. Sed quicquid est integrorum ac fide dignorum codicum primam ad Romanos epistolam collocat, non eam quae ad Galatas est, quam tu primam esse, Marcio, voluisti. Ceterum nihil ex epistola ad Philemonem adnotavimus, quod apud illum omnino depravata legitur.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES X.

Haec enim apud Marcionem decima est et ultima, apud apostolum sexta. Ab hac, quod vitiata penitus esset ac corrupta, nihil seligendum duximus.

Hactenus Marcionis opus ex evangelii Lucae et apostoli scriptorum ac denique sacrorum voluminum reliquiis contextum. Ex quibus ab eo relictis particulis quae ad illum convincendum facere poterant delegimus. Praeter haec vero ex ea quae ad Laodicenses inscripta est epistola quaedam in eum librum quem Apostolicum vocat transtulit.

Schol. I et XL. *Unus dominus, una fides, unum baptisma,* Eph. 4, 5.
unus Christus, unus deus et pater omnium, qui super omnia, et per omnia, et in omnibus.

Refut. I et XL. Consentiunt cum iis quae in epistola ad Ephesios, leguntur quae ex epistola ad Laodicenos (sic enim inscribitur) contra te testimonia protulisti; ut in fine tandem quae ad te perti-

95. *Haec verba plane abundant.*

σφραγίσματος μάθωμεν ἀναγνόντες τὰ παρὰ σοὶ, καὶ γνόντες τὰ κατὰ σὲ, καταγνῶμεν τῶν διὰ σοῦ ἀλλοτρίως ἐπινενοημένων τριῶν ἀνάρχων ἀρχῶν διαφορὰς πρὸς ἀλλήλας ἐχουσῶν. Οὐχ οὕτως γὰρ ἔχει ἡ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ὑπόθεσις καὶ ἠσφαλισμένον κήρυγμα, ἀλλὰ ἄλλως παρὰ τὸ σὸν ποιήτευμα. Σαφῶς γὰρ ἔφη ἕνα κύριον, μίαν πίστιν, ἓν βάπτισμα, ἕνα θεὸν, τὸν αὐτὸν πατέρα πάντων, τὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, καὶ ἐν πᾶσι διά τε νόμου καὶ προφητῶν, καὶ ἐν πᾶσιν ἀποστόλοις, καὶ ἐν τοῖς καθεξῆς.

Αὕτη μὲν ἡμῶν ἡ [96] προθεωρία τεθεῖσα ἐν τοῖς προειρημένοις ἀναλεχθεῖσιν ἀπὸ τῆς παρ' αὐτῷ τῷ Μαρκίωνι ἔτι σωζομένης γραφῆς, [97] ἧς τὴν ἀνάλεξιν σκοπήσας τις ἐκπλαγείη τὰς μεγαλοδώρους θεοῦ οἰκονομίας. Ἑκάστου γὰρ πράγματος διὰ τριῶν μαρτυριῶν ἐπιβεβαιουμένου καὶ συνισταμένου, [98] ἕως ἐνταῦθα ψιλῶς ὁ θεὸς ἐχαρίσατο συνάψαι, ὡς ἔφην, ἡμας κατ' οἰκονομίαν ἑβδομήκοντα μὲν [99] καὶ ὀκτὼ μαρτυρίας ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, τεσσαράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου· καὶ ταύτας παρ' αὐτῷ εἰς ἔτι καὶ δεῦρο σωζομένας τε καὶ [1] ἀντιβαλλομένας, ὡς εἶναι τὰς πάσας ἑκατὸν δεκαοκτὼ, ἀντιλεγούσας δὲ πάσας τῇ αὐτοῦ Μαρκίωνος γνώμῃ ὡς ἀπὸ προσώπου, ὀνόματος κυρίου διὰ τῶν δεκαοκτὼ, καὶ τῆς αὐτοῦ [2] ἐνδεξίας εὐλογίας διὰ τῶν [3] ἑκατόν· ἀλλὰ καὶ [4] ἀπ' ἄλλης περισσῆς προσεπιτούτοις ἐκτὸς τοῦ pag. 375. εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου. Οὐ γὰρ ἔδοξε τῷ ἐλεεινοτάτῳ Μαρκίωνι ἀπὸ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ταυτὴν τὴν μαρτυρίαν λέγειν, ἀλλὰ τῆς πρὸς Λαοδικέας, τῆς μὴ οὔσης ἐν τῷ ἀποστόλῳ· οἷς μὴ ἐντυγχάνων ἠλιθίως ὁ κτηνώδης, καὶ ἐν πολλοῖς πεσὼν ὁ τάλας, οὐχ ὁρᾷ τὴν κατ' αὐτοῦ ἀνατροπὴν καθ' ἑκάστην ὁμολογουμένην. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω περὶ τούτου, Πῶς γὰρ ἠδύνατο οὗτος, ἐπαγγειλάμενος ἔχειν τι τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου, μὴ οὐχὶ κἂν ὀλίγα τῆς γραφῆς σώζειν ῥήματα; Ὅλου γὰρ τοῦ σώματος [5] ζῶντος, ὡς εἰπεῖν, τῆς θείας γραφῆς, ποῖον ηὕρισκε μέλος νεκρὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην, ἵνα παρεισαγάγῃ ψεῦδος κατὰ τῆς ἀληθείας, [6] ἀλλ', ὡς εἰπεῖν ἐλώβησε καὶ ἀκρωτηριάσας παρέκοψε πολλὰ τῶν μελῶν, κατέσχε δὲ ἔνιά τινα παρ' ἑαυτῷ. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ κατασχεθέντα ἔτι ζῶντα οὐ δύναται νε-

96. προθεωρία τεθεῖσα *mea est emendatio. Libri habent* προθεωρηθεῖσα. *Cornarius vertit:* Haec quidem est nostrae speculationis compositio, in praedictis excerptis ex scriptura, quae adhuc apud Marcionem servatur, a nobis facta. Ad quorum delectionem si quis respexerit *cett.*

97. ἧς *scripsi ex emendatione Petavii, pro* εἰς, *quod libri habent.*

98. *Ita correxi. Libri habent* ὡς ἐνταῦθα.

99. καὶ *om. cod. Venet.*

1. ἀντιβαλλομένας (*h. e.* quas conferre licet) *restitui mei ingenii periculo. In libris extat* ἀμφιβαλλομένας, *quod Petavius potius in* οὐκ ἀμφιβαλλομένας *mutandum censuit. Cornarius vertit:* quae apud ipsum adhuc in hunc diem servantur et habentur *cett.*

2. *Rescripsi meo ingenio fretus, cum libri deessent,* ἐνδεξίας *pro* ἐνδεξίου, *quod vulgo extat. Cornarius atque Petavius, qui, cum quid dicere vellet Epiphanius non intellegeret „Mendosa haec" editionis suae margini adscripsisse acquievit, huius loci convertendi ne periculum quidem fecerunt. Verte:* quae testimonia nomini respondent domini, propter numerum octodecim, et felici eius benedictioni, propter numerum centum. *Vides siglum nominis dominici* ιη̄, *qui numerus XVIII est, et vocem* ἀμὴν *significari. Huius enim vocis prima litera* ᾱ *numerum I, altera* μ̄ *XL, tertia* η̄ *VIII, quarta* ν̄ *L significant, quibus, bis sumpto numero sive litera* ᾱ, *efficitur numerus centum.*

3. ἑκατῶν *mendose scriptum extat in editis.*

4. ἀπ' ἄλλης (*sc.* ἐπιστολῆς) *rescripsi pro* ἐπ' ἄλλης, *quod vulgo extat in libris.*

5. ζῶντος *rescripsi pro* σώζοντος, *Cornarium atque Petavium secutus.*

6. ἀλλ' ὡς *restitui Cornarium et Petavium secutus pro* ἀλλοίως, *quod libri praebent.*

nent legendo discamus, tuasque res intelligendo tria illa temere abs te excogitata principia principio carentia et a se invicem diversa damnemus. Longe enim alia est apostoli doctrina ac dogma firmissimum, quod a nugis tuis ac fabulis magnopere dissidet. Etenim perspicue *unum dominum* definit esse, *unam fidem*, *unum baptisma*, *unum deum eundemque patrem omnium*, *qui super omnia et in omnibus est*, tam in lege quam in prophetis et in apostolis omnibus, ac deinceps ceteris.

Haec igitur e sacrarum literarum reliquiis, quae apud Marcionem adhuc reperiuntur, a nobis collecta si quis consideret, divinae providentiae magnificentiam obstupescet. Cum enim quaelibet res tribus testimoniis approbari et haberi pro comperta soleat, singulari est dei beneficio et administratione, uti diximus, factum, ut hoc in negotio octo nobis ac septuaginta testimonia ex evangelio suppeterent, ex apostolo quadraginta. Quae omnia ad hanc usque diem apud illum servata, nec in controversiam adducta sunt; adeo ut centum omnino atque octodecim extent. Quae quidem Marcionis opinionibus contradicunt, sic tanquam ex persona domini prolata sint. Sed et aliud insuper additum est praeter evangelii apostolique testimonium. Neque enim infelici Marcioni visum est ex epistola ad Ephesios auctoritatem illam afferre, sed ex ea ad Laodicenos, quae nusquam apud apostolum cernitur. Quae cum pecus illa per summam stoliditatem minime legerit, in plerisque lapsa quam manifeste in singulis convinci ac redargui posset nequaquam animadvertit. Neque vero cuipiam mirum illud videri debet. Qui enim evangelii aliquid et apostoli habere se profiteretur, fierine potuit, ut non pauca saltem scripturae verba retineret? Quippe cum totum scripturae vivum sit, ut ita dixerim, corpus, potuitne mortuum ullum membrum pro animi sui libidine reperire, quod ad stabiliendum mendacium contra veritatem proferret? Quare corpus ipsum mutilare ac pleraque membra resecare instituit, quorum nonnulla ad usum suum retinuit. Quae quidem ab illo reservata et adhuc spirantia penitus extingui nequeunt, sed vitalis ille declarandae

κρούσθαι, ἀλλ' [7] ἔχει μὲν τὸ ζωτικὸν τῆς ἐμφάσεως, κἄν τε μυρίως παρ' αὐτῷ κατὰ λεπτὸν ἀποτμηθείη.

Κεφ. ιγ'. Ἔτι δὲ μετὰ ταῦτα πάντα ἐπεμνήσθημεν ὥς τινες ἀπὸ τῶν αὐτῶν Μαρκιωνιστῶν εἰς βυθὸν βλασφημίας παραπεπτωκότες, καὶ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν δαιμονιώδους διδασκαλίας ἐμβρόντητοι παντάπασι γεγονότες, καὶ οὐ ἐδόκουν κυρίου μόνου κἂν δι' ὀνόματος μνημονεύειν καὶ [1] αὐτοὶ ἀθυρογλώσσως ἑτέρως τὴν αὐτοῦ θεότητα ἀποστρέφοντες, τὸ ὄνομα τῆς ἄνωθεν γενήσεως κακίζειν οὐκ ἐντρέπονται. Τινὲς γὰρ αὐτῶν τετολμήκασιν, ὡς ἔφην, αὐτὸν τὸν κύριον εἶναι υἱὸν τοῦ πονηροῦ λέγειν οὐκ αἰσχυνόμενοι· ἄλλοι δὲ οὐχὶ, ἀλλὰ τοῦ κριτοῦ τε καὶ δημιουργοῦ [2] εὐσπλαγχνότερον γεγονότα, καὶ ἀγαθὸν ὄντα, καταλεῖψαι μὲν τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα κάτω, πὴ μὲν λεγόντων τὸν δημιουργὸν, ἄλλων δὲ τὸν πονηρὸν, ἄνω δὲ ἀναδεδραμηκέναι πρὸς τὸν ἐν ἀκατονομάστοις τόποις ἀγαθὸν θεὸν, καὶ αὐτῷ προςκεκολλῆσθαι, πεμφθέντα δὲ ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, καὶ πρὸς ἀντιδικίαν τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐλθόντα τὸν Χριστὸν, καὶ καταλύοντα αὐτοῦ τὰ πάντα, ὅσα ὁ κατὰ φύσιν πατὴρ αὐτοῦ ἐνομοθέτει, ἤτοι ὁ λαλήσας ἐν τῷ νόμῳ, ἤτοι ὁ τῆς κακίας θεὸς, ὁ παρ' αὐτῶν ἐν τῇ τρίτῃ ἀρχῇ ταττόμενος. Ἄλλως γὰρ καὶ ἄλλως ἐκτίθενται, ὡς ἔφην, [3] ἄλλος μὲν τὸν δημιουργὸν, ἄλ-
pag. 376. λος δὲ τὸν πονηρόν. Ταῦτα δὲ δῆλα παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ ὑπάρχει, ὅτι ἀκαθάρτου πνεύματός ἐστιν ἡ φρόνησις καὶ ἡ διδασκαλία· καὶ οὔτε χρεία ἦν περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἀπολογεῖσθαι ἢ ἔλεγχον παριστᾶν κατ' ἀντικρὺ Μαρκίωνος τοῦ ἑαυτοῦ κατὰ πάντα τὴν ἐπιλησμονὴν τῆς ζωῆς ποιησαμένου. Φωραθήσεται γὰρ παρὰ πᾶσι τοῖς συνετοῖς τὸ βλάσφημον αὐτοῦ κενοφώνημα, καὶ τολμηρὸν τῆς ἀπωλείας ἐνέργημα. Ἀλλ' ἐπειδὴ εἰώθαμεν μὴ ἐᾶν ἀκανθῶν τόπον, ἀλλὰ ἐκτέμνειν τῇ τοῦ θεοῦ μαχαίρᾳ, τῇ ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνουμένῃ ἄχρι μερισμῶν ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὀλίγα καὶ εἰς τοῦτο εἰπεῖν οὐκ ἀποκνήσομεν.

Κεφ. ιδ'. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι εἰ ἀγαθὸς ἐκ πονηροῦ γεγένηται, οὐκέτι τῶν ἀρχῶν σταθήσεται ὁ λόγος. Δύναται γὰρ καὶ ὁ αὐτοῦ πατὴρ, εἰ πονηρὸς ὑπάρχει (ὅπερ μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἀγαθός ἐστι), μεταβληθῆναι τὴν γνώμην, ὥςπερ ὁ ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένος μεταβέβληται· τὸ δὲ ἔτε-

7. ἔχει dedi ex emendatione Petavii. Libri mendose ἐκεῖ. Cornario videtur placuisse ἐκεῖ μένει. Vertit enim: Verum illic manet vitalitatis significatio. Praetulissem ἀλλ' ἔμεινεν τὸ ζωτ. cett.

Cap. XIII. — 1. Reposui, id quod sententia postulabat, αὐτοὶ pro αὐτοῦ, quod libri tuentur. Cornarius vertit: „— attoniti penitus facti, ne nominis quidem domini nomenclationem facere

veritatis vigor remanet, tametsi minutissimas in pares infinite secta, divisaque fuerint.

Praeter illa vero omnia hoc insuper commemoravimus, non- Cap. XIII.
nullos e Marcionistarum grege in altissimum blasphemiae gurgitem immersos atque ex pestifera illa daemonum doctrina velut furore et amentia percitos, quem unum vel nomine tenus dominum memoria retinuisse videbantur, huius ipsius divinitatem inaudita quadam linguae petulantia pervertisse, nec coelestis illius generationis nomen vituperare fuisse veritas. Quidam enim ex illis dominum ipsum Mali filium esse sine ullo pudore iactitant. Quod alii minus probant; quibus placet Iudice illum ac Creatore natum esse. Qui cum in misericordiam esset propensior ac natura bonus, patre suo, quem alii Creatorem, alii Malum existimant, inferiori sede relicto sursum ad illum Bonum evolasse deum, qui in explicabilibus in locis residet, et eidem inhaesisse. A quo in hunc orbem demissum, et ut patri suo resisteret delapsum in terras Christum omnia illa abrogasse decreta, quae ab naturali suo patre fuerant constituta, sive is est qui in lege locutus dicitur, sive malitiae deus ille, quem inter principia tertio loco statuunt. Nam aliter, uti dictum est, atque aliter ista declarant. Itaque alius Opificem, alius Malum esse statuit. Quae cum ita sint, manifestum esse cuilibet potest qui ingenii ac prudentiae aliquid habeat totam illam doctrinam atque dogma ab impurissimo spiritu promanasse. Quocirca nihil erat admodum necesse in eo argumento tractando ac propugnanda fide morari diutius, aut vero Marcionem refellere, qui iuxta sui ipsius ac vitae esse videtur oblitus. Nemo siquidem est qui nonnulla sit intelligentia praeditus, quin contumeliae in deum plenas illius fabulas, ac temerarios et perniciosos conatus detegat. Verum quoniam nullum spinis obsitum locum non repurgatum esse patimur, sed dei gladio succidere sole-
mus universas, qui quidem *penetrabilior est omni gladio ancipiti, et* Hebr. 4, 12.
pertingens usque ad divisiones animae et spiritus, compagum quoque ac medullarum, ut scriptura loquitur, ideo pauca de ea re dicere non gravabimur.

Ac primum illud opponendum est, si e Malo Bonus fieri potue- Cap. XIV.
rit, totam illam Principiorum rationem everti. Potest enim et illius pater, si malus est, (quod absit ut unquam dicamus; bonus enim est) commutare animum, quemadmodum eius est immutatus filius.

voluerunt. Et alii ex ipsis effreni lingua deitatem ipsius aversantes, nomen generationis ex supernis vituperare non verentur."

2. εὐσπλαγχνότερον correxerunt Cornarius et Petavius. Et ita in cod. Rhediger. legere plane mihi videbar. Vulgo extat ἀσπλαγχνότερον.

3. Verba ἄλλος μὲν τὸν δημιουργὸν, quae absunt ab edit. princ., Petavius restituit ex cod. Vaticano.

ρον, εἰ ὅλως ἦλθεν ὁ μονογενὴς ἀνθρώπους σῶσαι, καὶ λῃστὴν εἰσαγαγεῖν εἰς Παράδεισον, καὶ τελώνην καλέσαι ἀπὸ τελωνίου εἰς μετάνοιαν, καὶ πόρνην ἀλείφουσαν αὐτοῦ τοὺς πόδας ἰάσασθαι ἀπὸ πονηρίας, ἔτι δὲ καὶ ἀγαθὰ πράττει θεὸς, ἀγαθὸς ὑπάρχει, καὶ εὔσπλαγχνος, καὶ ἐλεήμων, πολλῷ οὖν μᾶλλον ἔδει ἐπὶ τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα τὸν οἶκτον ἀναλαβεῖν, καὶ αὐτὸν πρῶτον μεταθεῖναι εἰς τὸ σωτηριῶδες· ἵνα πρῶτον τὸν πατέρα αὐτοῦ μεταβαλὼν τελείως ἐνδείξεται τὴν τελείαν ἀγαθότητα, τὸν πατέρα αὐτοῦ οἰκτείρας, ὡς καὶ γέγραπται, Ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν πρῶτον εἰς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως, πόσῳ γε μᾶλλον ἐλεεῖν τοὺς ἑαυτῶν πατέρας. Τὸ δὲ ἕτερον [1] ἔτι προστέθεικα τῇ φράσει καὶ τῷ ἐλέγχῳ τῷ πρὸς τὸν Μαρκίωνα, ὅτι εἰ μὲν τοῦ ἑνός ἐστι υἱὸς, καὶ πρὸς τὸν ἕτερον προσέφυγεν, οὐ πιστὸς παραδειχθήσεται παρὰ τῷ ἑτέρῳ. Ὁ γὰρ συνείδησιν εἰς τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα μὴ φυλάξας οὐδὲ παρὰ τῷ ἑτέρῳ πιστευθήσεται ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῦ προαγόντως πεπραγμένων. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως πάλιν, ὦ Μαρκίων, δι' ἀπορίαν τοῦ πεμπομένου [2] θεοῦ μὴ δυνηθέντος σῶσαι τοὺς παρ'
pag. 377. [3] αὐτῷ σωζομένους, καὶ παρ' αὐτοῦ διὰ Χριστοῦ ἐλεηθέντας. Εἰ μὴ γὰρ ἀπέφυγε κατὰ τὸν τοῦ Μαρκίωνος λόγον ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν ἄνω θεὸν, οὐκ ηὐπόρει ὁ ἀγαθὸς θεός τινα ἀποστεῖλαι, εἰ μὴ ἐν προσκρούσει ὁ τοῦ Χριστοῦ πατὴρ, ὡς ὁ Μαρκίων λέγει, πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱὸν γεγένηται. Καὶ ἄλλως δὲ, εἰ τοῦ δημιουργοῦ υἱός ἐστιν, ἀντίκειται δὲ τῇ δημιουργίᾳ καὶ τῷ τοῦ πατρὸς ἔργῳ, πρῶτον μὲν ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον τοὺς ἀνθρώπους πρῶτον εἶχεν ἐξολοθρεῦσαι, ἵνα ἀφανίσῃ τὸ ἔργον τὸ ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς δεδημιουργημένον, ὡς ἀντίδικος γενόμενος τῆς τοῦ πατρὸς διαθέσεως· ἢ πάλιν λαβὼν δύναμιν ἰάσεως καὶ θεραπείας καὶ σωτηρίας ὤφειλεν ἐνδείξασθαι εἰς τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα πρὸ πάντων τὴν τῆς φιλανθρωπίας ἐργασίαν, καὶ πρῶτον πεῖσαι τὸν πατέρα αὐτοῦ κατ' αὐτὸν γενέσθαι, ἵνα γενόμενος αὐτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀγαθὸς τῆς πρὸς ἀνθρώπους σωτηρίας ἡ μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀγαθότης γένηται. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει ὡς ὁ τούτου κενοφωνούμενος μυθώδης λόγος. Οὔτε γὰρ τρεῖς ἀρχαὶ, οὔτε ἄλλος πατὴρ Χριστοῦ, οὐδὲ κακίας ἐστὶ γέννημα, μὴ γένοιτο. Φησὶ γὰρ, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Καὶ εἰ μὲν νόθως λέγει πατέρα ἔχειν, οὐ δύναται αὐτοῦ ὁ νόθος πατὴρ καλούμενος ἐν αὐτῷ εἶναι, οὐδὲ αὐτὸς ἐν τῷ πατρί. Ὁ δὲ κατὰ φύσιν αὐτοῦ πατέρα ἀεὶ ἀγαθὸν καὶ θεὸν ἀεὶ καὶ πάντων δημιουργὸν ἑαυτῷ [4] τε ὄντα καὶ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντα διδάσκων, καὶ ἀληθεύων, κατὰ τοῦ Μαρκίωνος τὴν

Cap. XIV. — 1. ἔτι *rescripsi Cornarium et Petavium secutus, pro* ἔστι, *quod libri habent.*

2. *Inserui vocabulum* θεοῦ *de meo. Nam a libris, quantumvis necessarium, vulgo abest. Quare iam Cornarius vertit:* Sed et aliter rursus, o Marcion, ob penuriam eius qui mitteretur non potuit supremus deus salvare eos qui ab ipso salvantur, et quorum ipse per Christum misertus est.

3. αὐτοῦ *Cornarius, qui vertit* ab ipso.

4. *Scripsi* τε *pro* δὲ *quod libri praebent.*

Deinde si ut servaret hominum genus unigenitus ille descendit, et ut latronem in Paradisum introduceret, ac publicanum e telonio vocaret ad poenitentiam, ac meretricis illius, quae pedes suos unxit, sanaret nequitiam: praeterea si commodare omnibus studet idem ille qui bonus deus est, ac misericors et benignus, multo magis erga parentem adhibenda misericordia fuit, ut hunc primum omnium revocaret ad salutem, eoque prae ceteris ad meliora converso perfectae bonitatis specimen praeberet, dum parentis sui miseratione movere-
tur, quemadmodum scriptum est: *Bene facere omnibus oportere,* Gal. 6, 10.
maxime vero domesticis fidei: quanto igitur magis parentum misereri convenit? Sed aliud est quod ad hanc Marcionis refutationem addendum videtur. Nam si, cum alterius esset ille filius, sese ad alterum contulerit, ne huic ipsi quidem fidem praestiturus videtur. Qui enim fidelem se erga parentem minime praebuit, ex iis quae antea gessit, ne apud alterum quidem fide dignus habebitur. Ad haec alio licet argumento errorem tuum, Marcio, convincere, ex eo videlicet capite, quod ob alicuius qui mitteretur inopiam negas servare Bonum deum illos potuisse quos servari oportuit, et quibus per Christum misericordiam tribuit. Nisi enim Christus ad supremum illum deum ex Marcionis sententia confugisset, quem ille Bonus mitteret, habuisset neminem, si non inter patrem ac filium Christum offensionis aliquid intervenisset. Deinde si Creatoris est filius, idemque creationi ipsi ac paternis operibus est inimicus, simulatque in hunc orbem delapsus est, humanum inprimis genus exterminare debuit, ut conditum illud opus a patre funditus deleret, utpote paternarum molitionum hostis acerrimus. Aut ut persanandi ac curandi servandique vim usurpare vellet, hoc ipsum humanitatis officium parenti ante ceteros omnes exhibendum fuerat, eique persuadendum, filii ut esse similis mallet, ut tam ipse sibi quam patri bonus, et humano generi salutaris esset, atque ita una et eadem bonitas existeret. Atqui longe ista sese aliter habent quam illius fert conficta ac fabulosa narratio. Neque enim tria sunt principia, nec alius est Christi pater, nec ille nequitiae soboles extitit; absit ut id unquam
existimemus. Ita enim ipse testatur: *Ego in patre, et pater in me* Ioann. 14, 10.
est. Quod si adulterinum illum parentem intelligeret, non potest is qui adulterinus pater dicitur in illo esse, nec ille in patre. Sed cum germanum illum suum ac naturalem parentem semper bonum semperque deum omniumque conditorem, atque et apud semetipsum et cum filio existentem verissime doceat, idem Marcionem horum verborum

ἀπειλὴν διεξέρχεται [5] τοῦ λέγοντος, Ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτὸν μένει. Ἤδη δὲ ἐν πολλαῖς μαρτυρίαις ἐδείξαμεν τὸν ἕνα ὄντα θεὸν, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαθὸν ὄντα καὶ ἀγαθὸν γεννήσαντα, ἀγάπην ὄντα καὶ ἀγάπην γεννήσαντα, πηγὴν ὄντα καὶ ζωῆς πηγὴν γεννήσαντα (Παρὰ σοὶ γὰρ πηγὴ ζωῆς, φησὶν ἡ γραφή), ἀλήθειαν ὄντα καὶ ἀλήθειαν γεννήσαντα, φῶς ὄντα καὶ φῶς γεννήσαντα, ζωὴν ὄντα καὶ ζωὴν γεννήσαντα, ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως καὶ ἀχρόνως. Καὶ ἐλήλεγκται κατὰ πάντα ἡ τοῦ Μαρκίωνος πλάνη.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀπατεῶνος ἀνα-
pag. 378. τροπῆς διὰ πολλῆς καὶ ἀληθινῆς συστάσεως ἐν θεῷ ἡμῖν [6] κατειργασμένης, πάλιν ἐπὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτης τῆς νυνὶ ὡς μεγάλης ἀσπίδος καταπατηθείσης, διὰ τοῦ ἀψευδοῦς λόγου τοῦ σωτῆρος τοῦ εἰπόντος, Δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπὶ ὄφεις καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, ἴωμεν καὶ τὰς τῶν ἄλλων ματαιοφροσύνας διασκοπεῖν τε καὶ διελέγχειν, [7] ἐπικαλούμενοι θεὸν βοηθὸν, ἐν ἅπασιν ἐπικαλούμενοι.

ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΙΑΝΙΣΤΩΝ,
εἰκοστὴ τρίτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. Λουκιανός τις ἀρχαῖος — οὐχ ὁ νῦν ἐν χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ γέροντος γεγονὼς, ὃν δῆθεν οἱ Ἀρειανοὶ ἐν μάρτυσιν ἐπιψηφίζονται· ἦν γὰρ καὶ οὗτος ὁ Λουκιανὸς πρόσφατος, φημὶ, προσανέχων τῇ τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσει, περὶ οὗ ὕστερον ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἀνατροπῇ λέξομεν, νῦν δὲ πρὸς τὸν εἰρημένον ἀρχαῖον Λουκιανὸν ἀποτείνεται ὁ λόγος· οὗτος γὰρ συνεπόμενος τῷ προειρημένῳ Μαρκίωνι, καὶ ἀπὸ τούτου ἀποσχίσας, καὶ αὐτὸς ἄθροισμα ἑαυτῷ ποιησάμενος, αἱρέσεως προέστη, ἀφ' οὗπερ οἱ Λουκιανισταὶ ἀρχαῖοι καλούμενοι. Κατὰ πάντα μὲν οὖν κατὰ τὸν Μαρκίωνα δογματίζει, [1] κέχρηται δὲ ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν λόγος καὶ ἡ περὶ αὐτοῦ ἔμφασις. Ἀρχαίων γὰρ τούτων ὄντων, καὶ θᾶττον κατασβεσθέντων, δυσχερὲς γεγένηται ἡμῖν, ὡς ἀληθῶς ἔστιν ἰδεῖν, ἡ κατ' αὐτοὺς ἔρευνα. Ἃ δὲ ἀπὸ μέρους ἔγνωμεν τοῦ αὐτοῦ, ἔστι τάδε.

Μετὰ τὸ συστῆναι δῆθεν ἕτερον μὲν τὸν δημιουργὸν καὶ κριτὴν καὶ δίκαιον, ἕτερον δῆθεν ἀγαθὸν ὡσαύτως, καὶ ἕτερον τὸν πονηρὸν, βούλεται χρῆσθαι καὶ μαρτυρίαις τισὶ κατὰ τὸν Μαρκίωνα, κατὰ τὴν αὐτοῦ ὑπόνοιαν, ἀπὸ τῆς τῶν προφητῶν γραφῆς, φημὶ δὲ τὸ, Μάταιος ὁ δουλεύων κυρίῳ, καὶ τὸ εἰρημένον, Ἀντέστησαν θεῷ καὶ ἐσώ-

5. „Deest, opinor, aliquid; λέγων scribendum.“ *Petavius. Quid desiderari possit equidem non video; neque λέγων rescribendum esse apparet, quamquam is qui* διεξέρχεται τὴν ἀπειλὴν *non diversus est ab eo qui dicit,* Qui non honorificat cett.

comminatione perstringit: *Qui non honorificat filium, ut honorificat* Ioann. 5. 23.
patrem, ira dei in illo manet. Ac nos plerisque iam testimoniis ostendimus unum esse deum ac patrem domini nostri Iesu Christi, qui bonus est bonumque genuit, caritas idem est et caritatem genuit, fons est et fontem vitae produxit (*Apud te enim est fons vitae,* Ps. 35, 10.
ait scriptura): idem et veritas est et veritatem genuit, similiterque lumen est et lumen genuit, vita est et vitam propagavit, idque sine ullo principio, ab aeterno, citraque tempus. Qua ratione Marcionis error omnis evertitur.

Quae cum ita se habeant, ac nebulonis istius multis et certissimis rationibus sint convicta mendacia, ac negotium omne confectum, ad alia transeamus, et hac velut immani quadam aspide verissimis salvatoris verbis obtrita, qui dixit, *Dedi vobis calcare super* Luc. 10, 19.
serpentes, et scorpiones, et super omnem potestatem inimici, ad ceterorum nos contemplanda ac refutanda deliria referamus, sic ut dei in omnibus opem ac praesidium imploremus.

CONTRA LUCIANISTAS,
quae est haeresis **XXIII.**, vel **XLIII.**

Lucianus quidam antiquior, non ille qui aetate nostra sub Con- Cap. I.
stantino seniore vixit, quem Ariani inter martyres adscribunt. Fuit enim Lucianus iste iunior Arianorum erroribus infectus, de quo postea, cum refutandus erit, acturi sumus: nunc adversus maiorem illum Lucianum suscipienda nobis est disputatio. Hic igitur Marcionis ante sectator, post ab eodem divulsus, privatum sibi gregem contrahens novae sectae factus est conditor, ab eoque Lucianistae veteres nomen acceperunt. Porro Marcionis ille dogmata penitus complexus est. Quibus perinde est usus, ut ad nos fama est et auditione perlatum. Nam cum antiquis illi temporibus extiterint, et quam citissime restincti sint, difficillima nobis, ut intelligi ab omnibus potest, illorum inquisitio fuit. Sed quae de illo utcumque comperire potuimus, sunt eiusmodi.

Nam posteaquam alius ab eo constitutus est Creator ac Iudex et Iustus, Bonus alius, itemque Malus tertius, nonnullis Marcionis exemplo testimoniis utitur, quae ex prophetarum scriptis ad erroris, ut ille, sui patrocinium adducit. Cuiusmodi istud est: *Vanus est* Mal. 3, 14.
qui servit domino. Item: *Restiterunt deo, et salvi facti sunt.* Ad

6. *Libri habent* κατεργασαμένης, *quod vitium correxi.*

7. *Hoc prius* ἐπικαλούμενοι *abundare visum est Cornario et Petavio, qui illud uncinis notavit.*

Cap. I. — 1. *Cornarius vertit:* Quibus etiam utuntur ipsius complices, velut fama ad nos pertulit.

θησαν. Τέλειον δὲ οὗτος παρὰ τὴν τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ διδασκαλίαν ἀπαρνεῖται τὸν γάμον, καὶ ἁγνείαν ἀσκεῖ· οὐ δι' ἁγνείαν, ἀλλ' ἵνα ἀθετήσῃ τὰ ἔργα τοῦ δημιουργοῦ, διδάσκων μὴ συνάπτεσθαι γάμῳ, ἀφ' οὗ γάμου εὐθηνία, φησὶ, διὰ τῆς παιδοποιΐας ἐν κόσμῳ τῷ δημιουργῷ γίνεται, πρὸς ἀντίθεσιν τῆς τοῦ δημιουργοῦ καὶ κτιστοῦ διὰ
pag. 379. τῆς παιδοποιΐας ἐν τῷ κόσμῳ εὐθηνίας. Φωραθήσεται δὲ ὁ τοιοῦτος, καὶ διελεγχθήσεται, ἀπὸ μὲν τῆς ἤδη πρὸς τὸν αὐτοῦ ἐπιστάτην ἀντιθέσεως, διὰ πολλῶν ποιησαμένων ἡμῶν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίαν τε καὶ ἀνατροπὴν, ἐν ὁποίαις τε καὶ ὁπόσαις συνᾴδει τὸ εὐαγγέλιον τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, καὶ ὡς αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν ὁμολογεῖ τὸ ποίημα τοῦ κόσμου εἶναι ἴδιον καὶ αὐτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς εἶναι τὴν κτίσιν· ὥς γε μάλιστα συνελόντι φράσαι κορυφαιότατόν τι ῥῆμα παρὰ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ εἰρημένον, τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Κεφ. β'. Ἀλλά γε ὁ τοιοῦτος εὐθὺς ἀνατραπήσεται. Εἰ γὰρ βούλοιτο λέγειν ὅτι ἀντιθέσεως χάριν καὶ καθαιρέσεως τῶν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἐνταῦθα λεγομένων ἡ τοῦ γάμου αὐτῷ συνάφεια ἀθετεῖται, ἵνα μὴ τῷ δημιουργῷ συμπράξειεν, ὥςτε ἀπέχεσθαι παντάπασι τοῦ ἔργου τοῦ δημιουργοῦ, πῶς οὐχὶ ἄλογος αὐτῷ ἡ [1] ὑπόνοια καὶ φωρατὴ καὶ εὐθυέλεγκτος; Ἰδοὺ γὰρ, ἀπὸ τῆς κτίσεως καὶ τῆς τοῦ δημιουργοῦ δημιουργίας, καὶ τῶν ἐδωδῶν, καὶ τῶν ἀμφίων, καὶ τῆς χρήσεως πομάτων μέτεισιν ὁ γόης καὶ ὁ ἀγύρτης, καὶ ἄλλως οὐ δυνήσεται ἐκφυγεῖν, καὶ μὴ οὐχὶ τούτοις χρῆσθαι. Θεὸς γὰρ ὁ πάντων δεσπότης καὶ δημιουργὸς, πάντων ἐπιμελόμενος, καὶ ἐπὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀνατέλλει αὐτοῦ τὸν ἥλιον, καὶ ἐπὶ τοὺς αὐτὸν βλασφημοῦντας καὶ ἐπὶ τοὺς αὐτὸν δοξάζοντας πέμπει αὐτοῦ τὸν ὑετὸν, καὶ πάντας τρέφει, οὐκ ἀλόγῳ τινὶ καὶ ἀναισθήτῳ ὁρισμῷ, ἀλλὰ ἐκδικίᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ ὁρισθείσῃ ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει μακροθυμῶν, καὶ ὁρισμοῖς ἰδίοις καὶ σοφίᾳ τὰ πάντα διοικῶν ὥς ἐστι πρέπον τῇ αὐτοῦ εἰς πάντας ὠφελείᾳ, ἵν' οἱ μετανοήσαντες τῆς παρ' αὐτοῦ ἀμνηστείας τυχόντες τὸ σωτήριον κτήσοιντο· εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ταῖς αὐτῶν βλασφήμοις ὑπονοίαις καὶ ματαιοφροσύναις ταῖς μὴ ἐκ θεοῦ αὐτοῖς δοθείσαις, τὸ τηνικαῦτα, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν τοῦ αὐτεξουσίου μηκέτι αὐτοῖς συμπαραμένοντος, [2] αὐτοῖς τὴν τότε ἐσομένην κρίσιν, ἀλλὰ οὔτε διὰ
pag. 380. θυμὸν, οὔτε ὡς ἐν ὀργῇ ἐπιφέρων, [3] (ὅλα γὰρ τὰ ἐσόμενα προεθέσπισε

Cap. II. — 1. ὑπόνοια cod. Vatic. ὑπόθεσις cod. Rhedig., et libri editi.

2. Restitui legitimum ordinem verborum, a librario aliquo veteri olim violatum, cuius oculi a priore οὔτε ad alterum aberrarent. In libris enim legitur συμπαραμένοντος, ἀλλὰ οὔτε διὰ θυμὸν, αὐτοῖς τὴν τότε ἐσομένην κρίσιν, οὔτε ὡς ἐν ὀργῇ ἐπιφέρων. Petavio aliquid deesse videbatur.

haec omnia praeter magistri sui dogmata nuptias ille condemnat, et castimoniam profitetur, non huius amore virtutis, sed ut opera Creatoris evertat. Quare coniugiis interdicit. Ex quibus, inquit, propagata sobole maior in mundo Conditori ubertas ac copia suppetit. Hoc igitur in Opificis ac Conditoris odium suscipit, ne ex liberorum procreatione illius opes augeantur. Verum huius error nullo negotio detegetur ac refelletur ex ea confutatione quam contra ipsius praeceptorem ante proposuimus. Cuius opiniones pluribus disputando convicimus, idque ipsum ostendimus cuiusmodi ac quam multa sint in quibus summa est evangelii veterisque testamenti consensio. Quemadmodum etiam dominus ipse fateatur suam esse mundi fabricationem, ac quicquid conditum est patri suo tribuendum. Quod quidem praestantissimis hisce verbis summatim Ioannes complexus est: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus* Ioan. 1. 1.
erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est etc.

Atqui statim ille facillime confutabitur. Nam si respondere ita Cap. II.
velit, se ut iis quae Conditoris hic esse propria dicuntur obsisteret ac destrueret nuptiarum damnare copulas, ne Conditori suffragari videatur, atque ut ab eius opere sese omnino praestet alienum, nonne a ratione prorsus haec abhorret opinio, eiusque deprehensi falsitas ac redargui facile potest? Ecce tibi conditis a Creatore rebus, veluti cibis ac vestibus, et unguentis, ac potu, et eduliis miserrimus iste circulator utitur, nec effugere aliter potest quin se iis uti fateatur. Deus enim est dominus omnium ac conditor, qui curam omnium gerit ac, *Solem suum super bonos et malos oriri facit.* Matth. 5. 45.
Tum vero in eos pariter qui se contumeliis afficiunt et qui ipsum laudant ac praedicant pluviam demittit, atque alit universos. Quod non temeraria aliqua citraque rationem ac sensum definita lege constitutum est, sed ideo nimirum, quod poenarum ab illo tempus in futurum iudicium reservatum est, patienter expectat, ac privatis legibus et sapientia cuncta moderatur, quemadmodum beneficam illam erga omnes providentiam decet, ut si qui poenitentiam susceperint, scelerum omnium oblivionem ab illo nacti salutem adipiscantur. Sin contumeliosis illis divinum in numen opinionibus atque erroribus, quorum deus auctor non est, insistant, tum merita supplicia post hanc vitam expendant, cum non amplius voluntatis in eis libertas manebit. Verum neque animi quadam impotentia futurum illud iudicium instituit, nec ventura illa mala iracundia ulla ductus infligit.

3. ὅλα γὰρ τὰ ἐσόμενα ego. τὰ ἐσόμενα γὰρ ὅλα Petavius in adnot. margini adscripta. τὰ ἐσόμενα ὅλα γὰρ libri tam scripti quam editi.

διὰ τὴν οὐκ εἴσω παθῶν περιεχομένην αὐτοῦ θεότητα), ἀλλὰ δι' ἣν ἕκαστος τῶν ἐπὶ βλάβῃ ἑαυτοῦ τι ἐργαζόμενος ἑαυτῷ παραίτιος γεγένηται, τοῦ θεοῦ ἀναιτίου ὄντος τῆς καθ' ἡμᾶς παρεκτροπῆς τε καὶ τῆς ἐκ ταύτης καθ' ἡμῶν μελλούσης ἔσεσθαι καταδίκης.

Ἐν ἅπασιν οὖν καὶ οὗτος φωραθήσεται, ταῖς πρότερον καὶ μετέπειτα ἐγκαταμιχθεὶς αἱρέσεσιν, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς ἀπωλείας τέκνων ὑπάρχων, δηλούσης τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ εὐαγγελίου φωτεινῶς τὴν πᾶσαν οἰκουμένην καταυγάζοντος, καὶ σώζοντος τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθινῆς πίστεως ἐν ἀληθείᾳ. Ὡς οὖν ἐκ συντόμου σκοποῦ ὄφιν παρακύψαντα διὰ μικροῦ τινος σκεύους ἀνελόντες θανατωθεῖσαν ταύτην καταλελοιπότες ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν τοῦ θεοῦ συμπαραλαβόντες βοήθειαν, εἰς τὸ παραστῆσαι τὴν αὐτοῦ ἀλήθειαν.

ΚΑΤΑ * ΑΠΕΛΛΗΙΑΝΩΝ,

εἰκοστὴ τετάρτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ τετάρτη.

Κεφ. α'. Τοῦτον τὸν προειρημένον Λουκιανὸν διαδέχεται Ἀπελλῆς, οὐχ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος ὁ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου συνιστάμενος, ἀλλ' ἕτερος, ἐξ οὗπερ Ἀπελληϊανοί, [1] ὢν καὶ αὐτὸς συσχολαστὴς αὐτοῦ Λουκιανοῦ, καὶ μαθητὴς τοῦ προειρημένου Μαρκίωνος, ὡς ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλῶν ἀκανθῶν ὑλομανήσασαι παραφυάδες. Ἕτερα δὲ οὗτος παρὰ τοὺς ἄλλους βούλεται δογματίζειν, καὶ κατὰ μὲν τοῦ ἑαυτοῦ διδασκάλου ὁπλισάμενος ἑαυτόν, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας, εἰς τὸ συναγείρειν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸς σχολὴν πεπλανημένων ἀνθρώπων, τὰ τοιαῦτα βούλεται δογματίζειν, φάσκων μὲν ὅτι, Οὐχ οὕτως, φησί, γεγένηται, ἀλλὰ πεπλάνηται Μαρκίων· ἵνα πανταχόθεν [2] ἑαυτὴν ἐλέγχουσά τε ἡ ἄνοια καὶ ἡ ἀνομία ἐν ἑαυτῇ συντριβομένη φανήσεται, καὶ καθ' ἑαυτῆς τὴν ἀνατροπὴν ἐπεγείρουσα, τῆς ἀληθείας ἀεὶ ἑδραίας οὔσης, καὶ μὴ χρείαν ἐχούσης βοηθείας, ἀλλὰ αὐτοσυστάτου οὔσης, καὶ παρὰ θεῷ τῷ ὄντως ἀεὶ συνισταμένης. pag. 381. Φάσκει γοῦν οὗτος ὁ προειρημένος Ἀπελλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ εἰσὶ τρεῖς ἀρχαί, οὔτε δύο, ὡς τοῖς περὶ Λουκιανὸν καὶ Μαρκίωνα ἔδοξεν, ἀλλά, φησίν, Εἷς ἐστιν ἀγαθὸς θεός, καὶ μία ἀρχή, καὶ μία δύναμις ἀκατονόμαστος, ᾧ ἑνὶ θεῷ, ἤγουν μιᾷ ἀρχῇ, οὐδὲν μεμέληται τῶν ἐνταῦθα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ γεγενημένων. Ἀλλὰ ὁ αὐτὸς [3] ἅγιος ἄνωθεν θεὸς καὶ ἀγαθὸς ἐποίη-

* ΑΠΕΛΛΗΑΝΩΝ cod. Rhedig. et editi libri.

Cap. I. — 1. ὡς edit. princ., quod vitium ope cod. Vatic. correxit Petavius.

2. ἑαυτὴν rescripsi pro ἑαυτῷ, quod libri praebent.

3. ἅγιος ἄνωθεν θεὸς καὶ ἀγαθὸς ἐποίησεν cod. Vatic. ἅγιος θεὸς καὶ ἀγαθὸς, ὁ ἄνωθεν ἐποίησεν edit. princ. ἅγιος θεὸς καὶ ἀγαθὸς ὁ ἄνωθεν θεὸς καὶ ἀγαθὸς ἐποίησεν edit. Petav.

Haec enim omnia pro ea qua praeditus est ab omni perturbatione libera divinitate, denuntiat. Sed ob eam videlicet caussam, quod unusquisque suam in fraudem aliquid moliens ultro capiti suo malum arcessit, cum interim corruptelae huius nostrae damnationisque, quae illinc sequitur, culpam deus nullo modo sustineat.

Quamobrem ubique se prodet ipsum prioribus ac posterioribus sectis implicatum, ac se e perditionis filiorum numero esse monstrabit, cum id manifeste veritas ipsa declaret, ipsumque lumen evangelii totum terrarum orbem suo splendore collustret, ac sincerae religionis filios ad salutem beneficio veritatis adducat. Postquam igitur brevissimo illo proposito nobis ad disputandum argumento emersum e latebris serpentem velut exiguo telo confecimus atque emortuam haeresin illam reliquimus, ad reliquas progrediamur, dei, ut saepe professi sumus, implorata prius ope, quo illius veritatem explicare possimus.

CONTRA APELLEIANOS,

quae est haeresis XXIV., sive XLIV.

Lucianum proxime sequitur Apelles, non ille sanctus et ab Cap. I.
apostolo commendatus, sed diversus ab eo quidam a quo Apelleiani cognominati sunt. Hic Luciani condiscipulus et Marcionis auditor fuit; quemadmodum saepe fit ut spinosi frutices multi ex una radice luxuriantes pullulent. Quamquam ille diversa ab aliis quamplurima statuit. Nam et adversus magistrum suum et adversus veritatem ipsam armasse se videtur, quo in errore versantium hominum privatim sibi ipse scholam quaereret. Eiusmodi sunt autem eius dogmata. Negat ita, uti Marcio definit, sese rem habere proindeque illum opinione lapsum, ut confutata per seipsam insania collisa secum confractaque videatur impietas, et ad semetipsam evertendam velut quadam conspiratione concitata, cum interim veritas stabilis ac firma permaneat, nec auxilio cuiusquam indigeat, utpote quae per sese cohaereat, et apud deum, qui revera sempiternus est, perpetuo consistat. Igitur Apelles, eiusque factio omnis ita sentit: non esse Principia tria, neque duo, ut Luciano ac Marcioni videtur, sed unum esse Bonum deum, unumque Principium, ac Virtutem unam nominis expertem. Qui quidem deus unus unumque Principium nullam eorum quae in hoc mundo geruntur curam suscipit. Ceterum idem ille sanctus bonusque deus, qui a principio deus est

σεν ἕνα ἄλλον θεόν. Ὁ δὲ γενόμενος ἄλλος θεὸς ἔκτισε τὰ πάντα, οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἀπέβη δὲ οὐκ ἀγαθὸς, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, φησὶν, οὐκ ἀγαθῶς εἰργασμένα, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ φαύλην διάνοιαν [4] τὰ ὑπ' αὐτοῦ ἔκτισται.

Κεφ. β'. Τίς δὲ ἀνέξεται τῶν τοιούτων λόγων, καὶ οὐ μᾶλλον καταγελάσειε τῆς τοιαύτης ματαιοπονίας; Κατὰ γὰρ δύο τρόπους εὑρεθήσεται οὐχ ἁρμοδίως πράττων, χρώμενος τῇ τοιαύτῃ ὑπονοίᾳ. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὸν ὡς πρὸς παρόντα ἐρῶ, Λέγε μοι, ὦ οὗτος· δώσεις γὰρ, ὦ Ἀπελλῆ, ἢ τὸν θεὸν ἄγνωστον τῶν μελλόντων πεποιηκότα θεὸν ὃν φάσκεις τὰ ποιήματα [1] οὐ καλῶς [2] δεδημιουργηκέναι ἢ [3] προγινώσκοντα μὲν ὅτι τοιοῦτος ὁ ὑπ' αὐτοῦ κτιζόμενος θεὸς [4] ἀποβήσεται τούτου χάριν αὐτὸν πεποιηκέναι, ἵνα αἴτιος γένηται τῶν κακῶς ὑπ' αὐτοῦ [5] δεδημιουργημένων. Καὶ ἔσται ἐξάπαντος ὁ ἄνω θεὸς αὐτὸς δημιουργὸς, ποιήσας τὸν ἕνα τὸν τὰ πάντα πεποιηκότα, καὶ ἔσται οὐκέτι αἴτιος ὁ τὰς κτίσεις πεποιηκὼς, ἀλλὰ ὁ ἄνω θεὸς ὁ τὸν κτιστὴν ποιήσας, καὶ ὢν αὐτὸς τῶν πάντων δημιουργός.

Χριστὸν δὲ ἥκειν φῂς ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν, υἱὸν ὄντα τοῦ ἄνω ἀγαθοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, ὡσαύτως ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν εἰς γνῶσιν αὐτοῦ ἐρχομένων, καὶ ἐλθόντα οὐ δοκήσει πεφηνέναι, ἀλλὰ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα εἰληφέναι, οὐκ ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου, ἀλλὰ ἀληθινὴν μὲν ἐσχηκέναι τὴν σάρκα καὶ σῶμα, οὔτε ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, οὔτε ἀπὸ γυναικὸς παρθένου, ἀλλ' ἔσχε μὲν σάρκα ἀληθινὴν τούτῳ τῷ τρόπῳ· Καὶ, φησὶν, ἐν τῷ ἔρχεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων, ἦλθεν εἰς τὴν γῆν, καὶ συνήγαγεν ἑαυτῷ ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων σῶμα. Καὶ πῶς καὶ οὗτος οὐκ ἐπείγεται εἰς τὸ φω-
pag. 382. ραθῆναι αὐτοῦ τὴν ἀνομίαν ἀκολουθοῦσαν ταῖς τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ποιητῶν περὶ τῆς κενοφωνίας ταύτης δόξαις; Φάσκει γὰρ καὶ οὗτος ὡς ἐκεῖνοι, καὶ ἔτι ψυχροτέρως παρ' ἐκείνους λέγων, τὸν σωτῆρα ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι τὸ σῶμα. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ξηροῦ τὸ ξηρὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ τὸ θερμὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ ὑγρὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ ψυχρόν· καὶ οὕτως πλάσας ἑαυτῷ σῶμα ἀληθινῶς πέφηνεν ἐν κόσμῳ, καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὴν ἄνω γνῶσιν, καταφρονεῖν τε τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ἀρνεῖσθαι αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὑποδείξας ἡμῖν ἐν ποίᾳ γραφῇ ποῖά ἐστι τὰ φύσει ἐξ αὐτοῦ εἰρημένα, καὶ ποῖά ἐστι τὰ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ. Οὕτως γὰρ, φησὶν, ἔφη ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Γίνεσθαι δόκιμοι τραπεζῖται. Χρῶ γὰρ, φησὶν, ἀπὸ πάσης γραφῆς ἀναλέγων τὰ χρήσιμα. Εἶτα, φησὶν, ἔδωκεν ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν παθεῖν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, καὶ ἐσταυρώθη ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἔδειξεν αὐτὴν

4. *Fortasse* πάντα.

Cap. II. — 1. οὐ καλῶς *cod. Vatic.* κακῶς *coniecit Petavius.* καλῶς *libri editi et cod. Rhediger.*

2. *Verba* δεδημιουργηκέναι -- κακῶς ὑπ' αὐτοῦ, *quae non comparent in edit. princ., Petavius restituit ex cod. Vaticano.*

ac bonus, alium produxit deum. Ab hoc universa condita sunt, coelum videlicet ac terra, ceteraque quae in hoc mundo cernimus. Sed hic minime bonus evasit, eiusque opera omnia non bene facta, ac pro mala illius mente sunt ab illo fabricata.

Verum quis illa dogmata patienter audiat, nec insaniam illam Cap. II.
potius et amentiam irrideat? Duobus quippe modis hac quidem in opinione minime consentanea videtur asserere. Itaque sic illum tamquam praesentem alloquar. Dic mihi, sodes Apelles: hoc enim dabis, opinor, aut illum supremum deum futura nescientem, hunc quem dicis opera sua male fabricasse, effinxisse deum, aut cum talem fore cognosceret, ideo produxisse, ut eorum esset ipsorum caussa, quae male postea condidit. Ex quo consequens est supremum illum deum plane creatorem esse, qui unum illum procrearit, a quo condita sunt omnia. Quare caussa erit etiam ille non qui res creatas edidit, sed summus ipse creatoris auctor, qui sit universorum opifex.

et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, et talem suscipient.
Quocirca Montanum a sacris literis dissentire omnino demonstravi-
mus, idque nemini non perspicuum est qui eius scripta cum iudicio
revolverit. Quod si ita est, restat ut tam ipse ab ecclesia catholica
alienus existimetur quam eius haeresis, quae prophetas ac coelestia
illa dona penes se esse praedicat, quae nequaquam acceperit, sed
ab iis potius desciverit. Ecquis igitur, si paululum quid dicat in-
telligat, prophetas istos, ac non planos et veteratores appellandos
censeat? Christus enim nos docuit et: *Spiritum,* inquit, *paracle-* Ioann.
tum mittam ad vos. Nec non miraculis editis aiebat: *Ille me glorifi-* 16, 14.
cabit. Quod etiam reipsa contigisse cernimus, eo quod apostoli,
cum paracletum spiritum accepissent, Christum glorificaverunt. Mon-
tanus vero suam ipse gloriam celebrat. Dominus patrem suum glo-
rificavit. Idem ille spiritum quoque glorificavit, cum veritatis esse
spiritum docuit. Montanus unum se glorificat, ac patrem esse dicit
omnipotentem, qui in sese habitet, ut illud omnino constet, talem
eum non esse qualem se videri voluerit, nec ab coelesti illo patre
missum, nec a Christo quicquam accepisse. Nam in domino com-
placuit *omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter;* et de ple- Col. 2, 9.
nitudine eius prophetae omnes acceperunt, ut Ioannes affirmat. Vi-
des sane quemadmodum Christum veteres omnes praedicarint, tum
qui postea secuti sunt Christum praeconio suo et confessione cele-
brarint. At Montanus violenter irrupit, mirificum quendam homi-
nem se esse iactitans, ut vel hoc ipso nec eiusmodi esse, nec ab illo
missus, nec ab eo quicquam accepisse monstretur.

Εἶτα πάλιν φησὶ τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον Μοντανὸς ὅτι, Οὔτε ἄγγελος, οὔτε πρέσβυς, ἀλλὰ ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς πατὴρ ἦλθον. Ταῦτα δὲ λέγων φωραθήσεται ἀλλότριος ὤν, Χριστὸν μὴ δοξάζων, ὃν πᾶν χάρισμα ἐκκλησιαστικὸν ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ δοθὲν ἐν ἀληθείᾳ ἐδόξασεν. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐκτὸς εἶναι σώματος ἐκκλησίας καὶ κεφαλῆς τοῦ σύμπαντος, καὶ μὴ κρατῶν τὴν κεφαλὴν ἐξ ἧςπερ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον αὔξει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἑαυτὸν ἔδειξεν ὄντως ὢν υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ, Μοντανὸς δὲ ἑαυτὸν καὶ πατέρα λέγει.

Κεφ. ιβʹ. Πῶς τοίνυν, ὦ Φρύγες, ἡμῖν πάλιν ἐπαναστάντες πολέμιοι καὶ μεμορφωμένοι εἰς Χριστιανικὴν ἐπίκλησιν, βαρβάρων δὲ ἐπανῃρημένοι μάχην καὶ τῶν Τρώων καὶ Φρυγῶν μιμούμενοι τὸ πολέμιον, πῶς πεισθῶμεν ὑμῖν, λέγουσι διὰ χαρίσματα ἀφεστάναι τῆς ἐκκλησίας; οὐκέτι γὰρ χαρίσματα εἴη τὰ ἀλλότρια χαρισμάτων ὄντα, καὶ παρὰ τὸν χαρακτῆρα τὸν ὑπὸ κυρίου ὑπισχνούμενα, ὡς οἱ καθ᾽ ὑμᾶς προφῆται λέγουσιν. [1] Εἰςάγετε ἡμῖν πάλιν καὶ Μαξιμίλλαν· καὶ γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα ἡμῶν διηλλαγμένα καὶ φοβερώτατα, καὶ οὔτε προςηνές τι καὶ γλυκύτατον ἔχοντα, ἀλλὰ ἄγριον καὶ βαρβαρικόν. Εὐθὺς γὰρ αὕτη ἡ Μαξιμίλλα ἡ παρὰ τοῖς τοιούτοις κατὰ Φρύγας οὕτω καλουμένοις, ἀκούσατε, ὦ παῖδες Χριστοῦ, τί λέγει· Ἐμοῦ μὴ ἀκούσητε, ἀλλὰ Χριστοῦ ἀκούσατε. Καὶ ἐν οἷς ἔδοξε Χριστὸν δοξάζειν πεπλάνηται. Εἰ γὰρ ἦν τοῦ Χριστοῦ, ἔλεγεν ἂν κατὰ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ὡς ἕκαστος λέγει. Πέτρος μὲν πρῶτος λέγων ὅτι, Ἡμεῖς παρ᾽ αὐτοῦ ἠκούσαμεν· καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· Ὁ ὑμῶν ἀκούων ἐμοῦ ἀκούει· καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος· Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς
pag. 411. κἀγὼ Χριστοῦ. Αὕτη δὲ ἀληθεύει ψευδομένη καὶ μὴ βουλομένη. καλῶς δὲ λέγει φάσκουσα, Ἀλλὰ Χριστοῦ. Πολλάκις γὰρ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἀναγκάζεται ἑαυτὰ καθαιρεῖν, οὐκ ὄντα τῆς ἀληθείας, καὶ ὑποφαίνειν τὸν κύριον αὐτῶν, θέλοντα καὶ μὴ θέλοντα, δι᾽ ἀνάγκην. Ὡς ἡ παιδίσκη, ἡ ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος, ἔλεγεν, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι τοῦ θεοῦ δοῦλοι τοῦ ὑψίστου εἰσί· καὶ τό, Τί ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Ὡς καὶ αὕτη ἀναγκαζομένη ἔλεγεν αὐτῆς μὴ ἀκούειν, ἀλλὰ Χριστοῦ. Πῶς οὖν τοῦτο οἱ παρ᾽ αὐτῆς ἀκηκοότες καὶ αὐτῇ πεπιστευκότες βούλονται αὐτῆς ἀκούειν παρ᾽ αὐτῆς μαθόντες μὴ αὐτῆς ἀκούειν, ἀλλὰ κυρίου; Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐπίγεια φθεγγομένης αὐτῆς, εἰ παρῆν αὐτοῖς σύνεσις, οὐκ ἔδει αὐτὴν ἀκούεσθαι· καὶ μὴ λέγε ὅτι παρηκολούθει. Οὐ

Cap. XII. — 1. εἰςάγετε *correxit Petavius. Libri tam scripti quam editi habent* εἰςάγεται.

Pergit Montanus infelix homuncio: *Non angelus*, inquit, *non legatus aliquis, sed egomet deus pater accessi.* Qua sua voce alienus esse deprehenditur, qui Christum minime praedicatione sua celebraverit, quem coeleste omne donum divinitus ecclesiae collatum vere semper ac magnifice praedicavit. Quare extra corpus ecclesiae, totiusque corporis caput esse reperietur, nec cum illo, inquam, cohaerere capite, *ex quo totum corpus coagmentatum crescit*, ut scri- Col. 2, 19. ptura loquitur. Quippe dominus noster Iesus Christus ita semetipsum declaravit, revera ut germanum esse parentis filium ostenderet. Montanus contra vel parentem se esse gloriatur.

Quae cum ita sint, quo tandem pacto, Phryges, qui contra nos Cap. XII. novi iterum hostes consurgitis, et externa quadam specie Christianum ad nomen usurpandum illuditis, ac Troianorum et Phrygum hostile in nos odium imitamini, qui nos, inquam, habere fidem vobis possumus, cum ob coelestia dona vos ab ecclesia discessisse iactatis? Non enim coelestia esse dona possunt quae tantopere sunt ab eiusmodi donis aliena, quaeque praeter institutam a domino formam ac rationem ostenditis, quemadmodum prophetae vestri profitentur. Sed Maximillam nescio quam nobis obtruditis; quippe vel ipsa nomina vestra a communi usu remota sunt et ad terrorem composita, neque mite quicquam illis inest aut iucundum, sed barbarum et agreste. Haec igitur Maximilla, quam Phryges isti praedicant, audite, Christi filii, quemadmodum loquitur: *Me quidem non audite, sed Christum audite.* Quibus verbis, licet Christo honorem habere videatur, iisdem tamen ipsis errorem suum demonstrat. Nam si Christi foret, eandem in loquendo formulam adhiberet, qua apostoli omnes singillatim usi sunt. Imprimis Petrus, *Nos*, inquit, *ab illo* Act. 4, 20. 2. Petr 1, 18. *audivimus.* Sed et dominus ipse dixit, *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10, 16. Paulus item: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* At illa men- 1. Cor. 11, 1. tiendo vel invita verum dicit: recteque istud adiicit, *sed Christum.* Saepe enim impuri spiritus semetipsos coguntur evertere, cum a veritate abhorreant, ac dominum suum, velint nolint, necessario declarant. Quemadmodum puella illa Pythonico spiritu praedita clamabat, *Homines isti dei altissimi servi sunt.* Quo et illud pertinet: Act. 16, 16. *Cur venisti ante tempus torquere nos? Novimus qui sis, sanctus dei.* Matth. 8, 29. Ita Maximilla vi quadam impulsa audiri se minime vult, sed Christum. Qui igitur hoc ab illa audierint eique crediderint, cur eam diutius audiunt, cum non ipsam, sed Christum audiendum ab illamet ipsa didicerint? Et vero cum nonnisi terrena quaedam effutiat, si ullus in eis sensus inesset, audire illam nequaquam oporteret. Nec est quod obiicias hanc intellexisse quid diceret. Non enim intelli-

γὰρ παρακολουθοῦντός ἐστι τὸ διδάσκειν, καὶ ἑαυτὸν ἀνατρέπειν. Εἰ γὰρ ὅλως λέγει, Μή ἀκούετέ μου, ποῖον ἦν τὸ πνεῦμα τὸ λαλοῦν ἐν αὐτῇ; Εἰ αὐτὴ ἔλεγεν [2] ἢ ἄνθρωπος, ἄρα οὐκ ἦν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Ἡ γὰρ λέγουσα, Μὴ ἀκούετέ μου, [3] δῆλον, τὸ ἀνθρώπινον ἔλεγε, καὶ οὐκ ἦν ἐν πνεύματι ἁγίῳ· ἡ δὲ μὴ οὖσα ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἄνωθεν, οὖσα δὲ τοῦ ἀνθρωπίνου φρονήματος, οὐδὲν ἐγίνωσκε, καὶ οὐκ ἦν ἄρα πνεῦμα ἅγιον, ἀλλὰ ἀνθρωπίνῳ φρονήματι ἐλάλει καὶ ἐφθέγγετο. Εἰ δὲ πνεύματι ἁγίῳ ἐλάλει καὶ ἐπροφήτευε, ποῖον ἄρα ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ λέγον, Ἐμοῦ μὴ ἀκούετε; Καὶ πολλή ἐστι τῆς ἀπάτης ἡ τύφλωσις, καὶ μέγας ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ κατὰ πάντα τρόπον ἡμᾶς συνετίζων εἰς τὸ εἰδέναι ποῖα τὰ ἐκ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λελαλημένα, πὴ μὲν ἐκ προσώπου πατρὸς, πὴ δὲ ἐκ προσώπου υἱοῦ, πὴ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ ἁγίου πνεύματος. Καὶ εἰ τὸ ἐν Μαξιμίλλῃ πνεῦμα ἅγιον ἦν, οὐκ ἀπηγόρευε τὰ ἴδια ῥήματα. Ἓν γάρ ἐστι τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται. Λέγεται δὲ πνεῦμα εὐσεβείας, καὶ λέγεται εἶναι πνεῦμα Χριστοῦ, καὶ πνεῦμα παρὰ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ ὄν. Ἄρα οὐκ ἔλεγε, Μὴ ἀκούετέ μου. Τὰ γὰρ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα ἐλάλει, καὶ ὁ Χριστὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, καὶ ὁ κύριος τὰ τοῦ πατρὸς λέγει, καὶ
pag. 415. ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα γινώσκωσιν αὐτὸν καὶ δοξάσωσι, καθὼς δοξάζουσι τὸν πατέρα. Καὶ διέπεσε κατὰ πάντα τρόπον ἡ τῶν ἀπαλλοτριούντων ἑαυτοὺς διάνοια ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀκολουθίας.

Κεφ. ιγ΄. Φάσκει δὲ πάλιν ἡ αὐτὴ Μαξιμίλλα, ἡ τῆς παρακολουθίας καὶ διδασκαλίας γνῶσις, ἵνα χλευαστικῶς εἴπω, ὅτι, Ἀπέστειλέ με κύριος τούτου τοῦ πόνου καὶ τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς συνθήκης αἱρετιστὴν, μηνυτὴν, ἑρμηνευτὴν, ἠναγκασμένον, θέλοντα καὶ μὴ θέλοντα, μαθεῖν γνῶσιν θεοῦ. Σκοπήσωμεν οὖν τῆς ἡμῶν ζωῆς τὴν εὐσταθῆ βάσιν καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ φωτὸς, ὦ ἀγαπητοὶ, καὶ μὴ σφαλῶμεν διὰ τῶν λόγων τῶν τοῦ δι' ἐναντίας καὶ τοῦ βοσκήματος τοῦ ἀλλοτρίου πνεύματος. Ὅρα γὰρ ἐνταῦθα τὸν οὕτως λαλήσαντα, ἠναγκασμένον ἑαυτὸν ἀποφήναντα, οὐχ ἑκουσίᾳ γνώμῃ. Ὁ δὲ κύριος ἡμῶν οὐκ ἄκων ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, οὐδὲ μετὰ ἀνάγκης ἀπὸ πατρὸς ἀπεστάλη, ἀλλὰ ἅμα σὺν πατρὶ ἔχων τὸ θέλειν, καὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι τὸ παρέχειν, καὶ ὡσαύτως ἅμα σὺν τῷ πατρὶ τὸ θέλειν ἔχει, καὶ τὸ οὐχὶ μετὰ ἀνάγκης ταύτην τὴν χάριν πᾶσι διδόναι, ἀλλὰ δι' ὑπερβολὴν φιλαν-

2. ἢ pro ἡ, *quod libri habent, Petavius scribendum proposuit;* ἢ *usurpavit quomodo* ἤτοι.

gentis esse potest contra se docere aliquid ac sibi ipsi refragari. Nam si omnino ita loquitur: *Ne me auditote*, qualisnam hic qui in ea loquebatur spiritus fuit? Quod si per sese ipsa quatenus homo erat ita pronuntiavit, non igitur spiritus eam sanctus afflaverat. Quae enim audiri se prohibet, humanum quiddam procul dubio significat, nec impulsu sancti spiritus agitur. Porro quae coelitus hausto illo spiritu minime ducebatur, sed humana duntaxat sapientia, noverat nihil. Non erat igitur in ea spiritus sanctus, sed humana, ut dixi, sapientia universa pronuntiabat. Alioqui si sancti spiritus loqueretur ac vaticinaretur instinctu, quis ille demum spiritus extitit, qui audiri se nollet? Magna profecto mendacii est errorisque caecitas: magnus porro dei sermo, qui nos omni ratione ad ea discernenda instituit, quae sancti spiritus impulsu prolata sunt, quae partim ex persona patris, partim ex persona filii, partim ex spiritus sancti persona dicuntur. Atqui si ille qui in Maximilla fuit spiritus sanctus extitisset, nunquam suis ipse verbis contradiceret: *Unus* 1.Cor.12,11.
enim est spiritus sanctus, qui dividit singulis prout vult. Qui et pietatis et Christi spiritus vocatur, et a patre procedens, et a filio accipiens, et a patre ac filio minime alienus appellatur. Non igitur dixisset, *Ne me auditote.* Quae enim Christi sunt spiritus loquebatur. Christus quippe spiritum mittit, et in spiritu sancto daemones eiicit; dominus vero quae patris sunt eloquitur; et, *Filium pater* Ioann. 10, 36.
sanctificavit, ac misit in mundum, ut cognoscant ipsum et glorificent quemadmodum glorificant patrem. Sic istorum hominum, qui se a Christi secta ac disciplina segregant, funditus labefactatur opinio.

Atenim Maximilla pergit, summa illa intelligentiae doctrinaeque vis, ut id ioci obiter aspergam: *Dominus me misit*, inquit, *laboris huius, ac professionis, et foederis velut sectae antistitem, enarratorem et interpretem, et quidem ad percipiendam dei notitiam, vellem, nollem, maiori quadam necessitate compulsum.* Hic nos igitur, carissimi, vitae nostrae solidum et stabile firmamentum ac viam lucis consideremus, neque contrarium insistentis, hoc est peregrino spiritu agitatae pecudis eiusmodi vocibus in errorem abducamur. Quid enim ille dicat animadverte: Non sua sponte se, sed coactum id suscepisse declarat. Atqui dominus noster in hunc orbem haud invitus descendit, nec a patre ulla adhibita necessitate missus est. Sed cum communem cum patre voluntatis usum et cum spiritu sancto largiendi munus habeat, una et ut velit ei cum patre convenit, et ut citra necessitatem ullam, pro sua duntaxat incredibili benigni-

3. δῆλον ὅτι τὸ *volebat Gatakerus Opp. Crit. p. 796.*

θρωπίας. Καὶ οὕτω καὶ οὓς ἐκάλεσε, μετὰ προαιρέσεως κέκληκεν, οὐκ ἀνάγκην ἐπιβάλλων, οὐ κλοιὸν ἐπιτιθέμενος. Φάσκει γὰρ ὅτι, Διψῶντες ἔλθετε πρός με· καὶ πάλιν, Εἴ τις θέλει ἔρχεσθαι πρός με, ἀρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀκολουθείτω μοι· καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦτο αὐτὸ φθεγγόμενος ἔλεγεν· Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου. Καὶ ὕστερον, ἵνα δείξῃ ὁ προφήτης ὅτι τίς ἐστιν ὁ λέγων, ἔφη, Τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Καὶ ὁρᾷς κατὰ πάντα τρόπον τὴν πρὸς τὸν θεῖον γράμμα τούτων διαφωνίαν, καὶ τὴν ἀλλοίαν ὑπόνοιάν τε καὶ ὑπόληψιν παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ πίστιν καὶ ἀκολουθίαν; Καὶ γὰρ καὶ Μαξιμίλλα τοὺς θέλοντας καὶ μὴ θέλοντας ἔλεγεν ἀναγκάζειν· ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ῥητοῦ ψεύσεται ἡ τοιαύτη. Οὔτε γὰρ θέλοντας ἐδίδαξε γνῶσιν θεοῦ, ἣν οὐκ ᾔδει, οὐδὲ τοὺς μὴ θέλοντας ἠνάγκασεν. Αὐτίκα οὐ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ οἴδασι τί ἐστιν ὄνομα Μαξιμίλλης, οὐδὲ τῶν αὐτῆς λόγων τὸ παράφθεγμα· καὶ κατὰ πάντα τρόπον διέπεσεν ἡ τούτων πεπλανημένη ἐπίνοια, οὐκ οὖσα τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας.

Κεφ. ιδ'. pag. 416. Τιμῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ τόπον τινὰ ἔρημον ἐν τῇ Φρυγίᾳ, Πέπουζάν ποτε καλουμένην πόλιν, νῦν δὲ ἠδαφισμένην, καί φασιν ἐκεῖσε κατιέναι τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ὅθεν ἀπερχόμενοι μυστήριά τινα ἐπιτελοῦσιν ἐν τῷ τόπῳ καὶ ἁγιάζουσιν, ὡς ὑπολαμβάνουσιν. Ἔστι γὰρ καὶ τὸ γένος ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ καὶ Γαλατίᾳ, καὶ ἐν τῇ προειρημένῃ Φρυγίᾳ, ὅθεν κατὰ Φρύγας ἡ αἵρεσις καλεῖται· ἀλλὰ καὶ ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ πλεῖστον.

Ἵνα δὲ μηδὲν καταλείψωμεν τῶν πρὸς ὄνομα ἑκάστης αἱρέσεως ὑφ' ἡμῶν προδεδηλωμένης, καὶ περὶ τοῦ Τασκοδρουγιτῶν ὀνόματος αὖθις ἐροῦμεν. Ἔστι γὰρ τὸ ὄνομα τοῦτο ἢ ἐν αὐτῇ ταύτῃ, ἢ ἐν τῇ μετὰ ταύτην τῶν Κυϊντιλλιανῶν καλουμένῃ· ἀπ' αὐτῶν γὰρ τούτων ὁρμᾶται καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα. Καλοῦνται δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν Τασκοδρουγῖται. Τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος καλεῖται, Δροῦγγος δὲ μυκτὴρ, εἴτουν ῥύγχος, καλεῖται, καὶ ἀπὸ τοῦ τιθέναι ἑαυτῶν τὸν δάκτυλον τὸν λεγόμενον λιχανὸν ἐπὶ τὸν μυκτῆρα ἐν τῷ εὔχεσθαι, δῆθεν κατηφείας χάριν καὶ ἐθελοδικαιοσύνης, ἐκλήθησαν ὑπό τινων Τασκοδρουγῖται, τουτέστι Πασσαλορυγχῖται. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ αἱρέσει, ἢ ἐν τῇ συζύγῳ ταύτης τῆς τῶν Κυϊντιλλιανῶν, εἴτουν Πρισκιλλιανῶν καὶ Πεπουζιανῶν καλουμένῃ, δεινόν τι καὶ ἀθέμιτον ἔργον φασὶ γίνεσθαι. Παῖδα γὰρ κομιδῇ νήπιον κατὰ ἑορτήν τινα δι' ὅλου τοῦ σώματος κατακεντῶντες ῥαφίσι χαλκαῖς τὸ αἷμα αὐτοῦ προςπορίζονται ἑαυτοῖς, εἰς ἐπιτήδευσιν δῆθεν θυσίας.

Κεφ. ιε'. Ἀρκέσει δὲ ἡμῖν ἃ καὶ περὶ ταύτης εἰρήκαμεν, ὦ ἐπιπόθητοι. [1] Ἐπηγγειλάμεθα γὰρ ἀπὸ [2] ἑκάστης μὲν αἱρέσεως μὴ φθονῆσαι, ἀλλὰ

Cap. XV. — 1. *Supra lib. I. tom. I. prooem. cap. 2.*

tate, beneficium hoc in universos conferat. Sic quos vocavit, voluntarios utique vocavit, non ut ullam vim adhiberet aut collo vinculum innecteret. Ita enim loquitur: *Omnes sitientes venite ad me.* Isai. 55, 1.
Item: *Si quis vult venire ad me, abneget semetipsum et sequatur me.* Matth. 16, 24.
Quinetiam per Esaiam ita dixit: *Si volueritis et audieritis me.* Ac Isai. 1, 19.
deinceps, ut quisnam loqueretur propheta declararet: *Os enim,* in- Ibid. 58, 14.
quit, *domini locutum est ista.* Iamne vides istos cum sacris literis nulla ex parte convenire, sed abhorrentem a consentanea divinae fidei doctrina sententiam erroremque defendere? Etenim Maximilla volentes nolentes cogere se dicebat, ut vel hoc ipso dicto mendacium eius possit agnosci. Nam nec volentes dei quam non habebat cognitionem edocuit, neque vim nolentibus attulit. Non enim omnes qui toto orbe sunt Maximillae nomen sciunt, aut eius falsa dogmata et sermones audierunt. Sic omnino conficta illorum somnia nugaeque concidunt, ut quae nihil habeant cum divina veritate commune.

Ceterum iidem illi desertum quendam in Phrygia locum praeci- Cap. XIV.
pue venerantur, ubi Pepuza quondam oppidum fuit, quod hodie solo aequatum est. Eo siquidem descendere coelestem Hierusalem affirmant. Ergo illo proficiscuntur, ac mysteria quaedam obeunt, sacrisque ceremoniis pro sua opinione celebrant. Est enim hominum illa factio per Cappadociam, Galatiam Phrygiamque, quam ante commemoravimus, dispersa; unde et secundum Phrygas secta dicitur. Sed et in Cilicia et Constantinopoli frequentissima cernitur.

Postremo ne quid omisisse videamur, quod ad singularum comprehensarum a nobis haereseon appellationem pertinet, de Tascodrugitarum voce nonnulla dicenda sunt. Hoc enim nomen vel penes hanc ipsam, vel penes sequentem Quintillianorum haeresin resedit. Indidem enim hoc vocabulum originem accepit. Igitur Tascodrugitae idcirco cognominati sunt, quod τασκὸς illorum lingua paxillum significat, δροῦγγος vero nasum sive rostrum. Quod igitur inter orandum indicem manus digitum naso imponunt, ut animi tristitiam et affectatam quandam sanctitatem prae se ferant, a nonnullis ideo Tascodrugitae nominantur, quasi *Paxillonasones* dixeris. Sed in hac Montani, vel in eius germana Quintillianorum, aut certe Priscillianorum et Pepuzianorum, haeresi horrendum quiddam ac detestandum fieri dicitur. Nam infantulum per solenne quoddam festum acubus aereis toto corpore pungentes exceptum sanguinem sacrificiis suis adhibent.

Sed de hac haeresi satis hactenus. Hoc enim in unaquaque sus- Cap. XV.
cepimus, nihil ut praetermitteremus, sed ingenue communicaremus

2. ἑκάστης τῆς μὲν *cod. Rhedig. et libri editi. Secutus sum Petavii emendationem.*

ὑποφῆναι [3] ἅτε δι᾽ ἀκοῆς, ἅτε ὑπὸ ἐγγράφων, καὶ ἅτε ὑπό τινων ἀληθῶς πιστωσαμένων τὴν ἡμῶν ἔννοιαν κατειλήφαμεν· ἵνα μηδέν τι περιττὸν [4] ὧν γε ἔγνωμεν ποιησάμενοι ὑπὸ συνείδησιν δόξωμεν εἶναι μὴ ὀρθὰ καὶ αὐτοὶ ἐφευρίσκοντες κατὰ ἀνθρώπων λέγειν, ἀλλὰ ὑποπίπτοντες πάθει, ᾧ καὶ αὐτοὶ ὑπέπεσαν, ἀλήθειαν μὴ λέγοντες, ἀλλὰ κηρύσσοντες ἃ μὴ ἑωράκασιν, οὐδὲ ἤκουσαν, οὐδὲ παρὰ τῆς ἀληθῶς διδασκαλίας τοῦ ἁγίου πνεύματος παρειλήφασιν. Ἀκριβῶς δὲ πάντα, ὡς
pag. 417. ἔφην, διεξερχόμενοι περὶ ἑκάστης αἱρέσεως, τὸ μὲν δεινὸν ἀποκαλύπτοντες εἰς διόρθωσιν τῶν παρεντυγχανόντων, καὶ διὰ τῆς ἀνατροπῆς [5] ἀπὸ τῶν θείων λόγων καὶ ἐξ ὀρθῶν λογισμῶν ποιούμενοι ἰατικὸν, ὡς εἰπεῖν, φάρμακον, κατὰ διττοὺς τρόπους κατασκευάζοντες ἐν κυρίῳ, τοῖς μὲν διερχομένοις εἰς τὸ [6] ἀνασφῆλαι τῆς νόσου καὶ τῆς τοσαύτης ἀλγηδόνος, τοῖς δὲ μηδὲ παρεμπεσοῦσί ποτε προκαταληπτικὸν, ὡς εἰπεῖν, τὸ βοήθημα τοῦ τῆς ἀληθείας φαρμάκου μεταδιδόντες τοῖς συνετοῖς μαθηταὶ καὶ αὐτοὶ κληθῶμεν τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, βοηθοῦ ὑπάρχοντος σωμάτων καὶ ψυχῶν.

Ὡς δὲ καὶ τὴν ἐνταῦθα ἱκανῶς εἰσηγησάμενοι περὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως ἐργασίαν, σὺν δυνάμει Χριστοῦ, ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβῆναι ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν, τὸν μὲν ἰὸν καὶ τὰ ἀγκιστροειδῆ τῶν ὀδόντων [7] αὐτῆς φάρμακα ἐν τῷ τῆς ἀληθείας τοῦ σταυροῦ ξύλῳ καταθλάσαντες, τῇ Αἱμορροίᾳ ἐχίδνῃ [8] ἐοικυίας, ἧς ἡ λύμη τῶν δεδηγμένων [9] τὸ αἷμα παντὸς τοῦ σώματος ἐκκρίνει, καὶ οὕτως [10] τὸν θάνατον ἐμβάλλει. Αὕτη γὰρ καὶ ἡ τῶν Κυϊντιλλιανῶν αἵρεσις τοῦτο ἐπιτελεῖ. Ἀφθόρου γὰρ παιδὸς κατακεντᾷ τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα δῆθεν εἰς μετάληψιν ἀποφέρεται, εἰς μυσταγωγίαν ὀνόματος Χριστοῦ τοὺς ἠπατημένους πλανῶσα.

Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἐν δυνάμει Χριστοῦ προσερχόμενοι τὴν αὐτοῦ ἀλήθειαν ἐπικαλεσώμεθα, ὅπως ἑκάστης πλάνης [11] ἰχνηλατήσαντες τὴν δύναμιν, φωράσαντές τε καὶ ἐλέγξαντες, θεῷ ἐν πᾶσι συνήθως εὐχαριστήσωμεν.

3. *ἅτε δι᾽ ἀκοῆς emendatio est Petavii. Libri habent εἴ τε δι᾽ ἀκοῆς.*

4. *ὧν γε scripsi pro ὧν τε, quod libri editi praebent. Petavius particulam τε uncinis inclusisse acquievit. In cod. Rhedig. illud ὧν τε plane desideratur.*

5. *ἀπὸ τῶν θείων ego. Libri habent τῶν ἀπὸ θείων.*

6. *ἀνασφῆλαι ed. princ.*

7. *αὐτοῖς cod. Rhedig.*

8. *ἐοικυίας ego, cum Gatakero. Libri habent ἐοικυίᾳ vel ἐοικίᾳ.*

quod vel auditione compertum, vel aliorum scriptis proditum, vel nonnullorum qui fidem nobis fecissent testificatione cognitum haberemus, ne si plura quam quae accepimus mandare scriptis velimus, in eam suspicionem merito veniamus, prava nos quaedam et absurda eo confinxisse studio, ut ad haereticorum invidiam iis adscriberemus, eodemque quo illi crimine teneamur qui veri nihil afferunt, sed quae nunquam aut audierint aut viderint aut germana spiritus sancti disciplina didicerint, in medium adducunt. Cum igitur accurate, uti diximus, omnia quae ad unamquamque spectant haeresin comprehendamus, adeo ut quod in illis exitiosum est ac pestiferum ad lectorum emendationem significemus, et ad illud ipsum propulsandum partim e scripturis, partim ex recta ratione velut medicamentum confecerimus; cuius esset opportunitas duplex, ut et quia ea contagione laborarent, iis lectis ab omni penitus morbo ac tam intolerabili cruciatu relevarentur, et qui immunes hactenus fuissent, eo ad cautionem uterentur. Hoc, inquam, veritatis medicamentum dum prudentibus repraesentamus, id agimus, ut discipulorum Christi discipuli nominemur, et huius adeo ipsius, qui est corporum animorumque servator.

Nunc posteaquam satis superque in hac confutanda haeresi versati fuimus, opitulante Christo ad ceteras aggrediamur, earumque virus, hoc est hamatos venenatosque dentes, veritatis quae est in cruce velut quodam fuste comminuamus. Quam enim subiecimus, Haemorrhoeae viperae similis est, cuius virus ea vi praeditum est, ut eorum quos momorderit omnem e corporibus sanguinem excernat, itaque conficiat. Quod ipsum Quintillianorum praestat haeresis. Innocentis enim pueruli confosso corpore sanguinem omnem excipit, quo in celebrandis participandisque mysteriis ad circumveniendos homines nefarie abutitur.

Postremo antequam nos Christi potentia freti ad reliquas accingamus, illius veritatem imploremus, ut erroris cuiusque vestigia subodorati, eiusdem comperta disiectaque vi, deo in omnibus pro eo ac solemus gratiam habeamus.

9. *Ita supplevi haec verba, Cornarium atque Petavium secutus, quibus adstipulatus est Gatakerus quoque Opp. Crit. p. 796. Nam τὸ αἷμα in libris non extat. In seqq. pro λύμη ed. Petav. vitiose λύμῃ scriptum habet.*

10. *τὸν θάνατον ἐμβάλλει ego, cum Gatakero. εἰς τὸν θάνατον ἐμβάλλει Petavius. τὸν θάνατον ἐκβάλλει libri tam scripti quam editi.*

11. *ἰχνιατήσαντες cod. Rhedig.*

ΚΑΤΑ ΚΥΙΝΤΙΛΛΙΑΝΩΝ

εἴτ' οὖν Πεπουζιανῶν *τῶν καὶ Πρισκιλλιανῶν, οἷς συνέπονται Ἀρτοτυρῖται. κθ' ἢ καὶ μθ'.

Κεφ. α'. *Κυϊντιλλιανοὶ δὲ πάλιν, οἱ καὶ Πεπουζιανοὶ καλούμενοι, Ἀρτοτυρῖταί τε καὶ Πρισκιλλιανοὶ λεγόμενοι, οἱ αὐτοὶ μὲν ὄντες κατὰ Φρύγας, καὶ ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενοι, διῄρηνται δὲ κατά τινα τρόπον. Φασὶ γὰρ οὗτοι οἱ κατὰ Φρύγας, εἴτουν Πρισκιλλιανοὶ, ἐν τῇ Πεπούζῃ ἢ*
pag. 418. *Κυΐντιλλαν ἢ Πρισκίλλαν, οὐκ ἔχω ἀκριβῶς λέγειν, μίαν δὲ ἐξ αὐτῶν, ὡς προεῖπον, ἐν τῇ Πεπούζῃ κεκαθευδηκέναι, καὶ τὸν Χριστὸν πρὸς αὐτὴν ἐληλυθέναι συνυπνωκέναι τε αὐτῇ τούτῳ τῷ τρόπῳ, ὡς ἐκείνη ἀπατωμένη ἔλεγεν. Ἐν ἰδέᾳ, φησὶ, γυναικὸς ἐσχηματισμένος ἐν στολῇ λαμπρᾷ ἦλθε πρός με Χριστὸς, καὶ ἐνέβαλεν ἐν ἐμοὶ τὴν σοφίαν, καὶ ἀπεκάλυψέ μοι τουτονὶ τὸν τόπον εἶναι ἅγιον, καὶ ὧδε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατιέναι. Διό [1] φασι καὶ ἄχρι τῆς δεῦρο μυοῦσθαί τινας οὕτω γυναῖκας ἐκεῖσε ἐν τῷ τόπῳ καὶ ἄνδρας, πρὸς τὸ ἐπιμεινάσας αὐτὰς ἢ αὐτοὺς τὸν Χριστὸν θεωρῆσαι. Γυναῖκας οὖν παρ' αὐτοῖς καλοῦνται προφήτιδες· οὐ πάνυ δὲ σαφῶς οἶδα, ἢ παρ' αὐτοῖς, ἢ παρὰ τοῖς κατὰ Φρύγας. Ὁμοῦ γάρ εἰσι, καὶ αὐτὸ τὸ φρόνημα κέκτηνται.*

Κεφ. β'. *Κέχρηνται δὲ οὗτοι παλαιᾷ καὶ νέᾳ διαθήκῃ, καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν ὁμοίως φάσκουσι. Κυΐντιλλαν δὲ ἔχουσιν ἀρχηγὸν ἅμα Πρισκίλλῃ, τῇ καὶ παρὰ τοῖς κατὰ Φρύγας. Φέρουσι δὲ μαρτυρίας πολλὰς ματαίας, χάριν διδόντες τῇ Εὔᾳ, ὅτι πρώτη βέβρωκεν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς φρονήσεως. Καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ Μωϋσέως ὡς προφήτιδα λέγουσιν, εἰς μαρτυρίαν τῶν παρ' αὐτοῖς καθισταμένων γυναικῶν ἐν κλήρῳ. Ἀλλὰ, [1] φησὶ, τέσσαρες θυγατέρες ἦσαν τῷ Φιλίππῳ προφητεύουσαι. Πολλάκις δὲ ἐν τῇ ἑαυτῶν ἐκκλησίᾳ εἰσέρχονται λαμπαδηφοροῦσαι ἑπτά τινες παρθένοι, λευχείμονες, δῆθεν ἐρχόμεναι ἵνα προφητεύσωσι τῷ λαῷ. Αἱ δὲ τρόπον τινὰ ἐνδεικνύμεναι ἐνθουσιασμοῦ τοῖς παροῦσι λαοῖς ἀπάτην ἐργάζονται, κλαίειν τε ποιοῦσιν, ὡς οἶκτον μετανοίας ἄγουσαι δάκρυα χεόμεναι, καὶ σχήματί τινι ἐποδυρόμεναι τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. Ἐπίσκοποί τε παρ' αὐτοῖς γυναῖκες, καὶ πρεσβύτεροι γυναῖκες, καὶ τὰ ἄλλα· ὡς μηδὲν διαφέρειν [2] φύσιν. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ. Ταῦτά ἐστιν ἃ κατειλήφαμεν. Ἀρτοτυρίτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς αὐτῶν μυστηρίοις ἐπιτιθέντας ἄρτον καὶ τυρὸν [3] καὶ οὕτως ποιεῖν τὰ αὐτῶν μυστήρια.*

* τῶν *addidi ex cod. Rhedig.*

Cap. I. — 1. φασι *correxi cum Cornario et Petavio. Libri habent* φησὶ.

Cap. II. — 1. *Fortasse* φασὶ.

2. φύσιν *scripsi cum Petavio, pro* φησιν, *quod libri retinent. Cornarius volebat* φασίν, *cum verteret: et alia quae nihil differre dicunt.*

3. *Hoc* καὶ *delendum videtur.*

ADVERSUS QUINTILLIANOS

sive Pepuzianos et Priscillianos quibus accedunt et Artotyritae, haeresis XXIX., sive XLIX.

Quintilliani, qui et Pepuziani vocantur, et Artotyritae ac Pri- Cap. I.
scilliani, inter Phrygas censentur, et ab iis exorti sunt, sed nonnihil tamen discrepant. Etenim Phryges isti sive Priscilliani Quintillam aut Priscillam, neque enim utra sit certo scimus, sed harum alteram dicunt Pepuzae aliquando somno correptam. Tum ad eam descendisse Christum ac simul cum ipsa eiusmodi habitu dormiisse, ut vana muliercula iactabat. *Muliebri*, inquit, *specie ac veste splendida venit ad me Christus, mihique sapientiam indidit, atque hunc locum sanctum esse significavit, in eumque sanctam Hierusalem delabi.* Ob id nonnullae ad hodiernum usque tempus mulieres ac viri eodem initiari cultu solent, ut ibidem excubantes Christum contemplentur. Quamobrem sive apud istos, sive apud Phrygas, prophetissae feminae nuncupantur. Nec utrorum id institutum sit satis comperi; propterea quod communiter degunt atque idem dogma profitentur.

Utrumque porro testamentum adhibent, et mortuorum resurre- Cap. II.
ctionem approbant. Quintillam vero cum Priscilla auctores suas praedicant, quam et Phryges asciscunt. Multas et vanissimas auctoritates circumferunt. Singularem Evae gratiam tribuunt, quod prima de scientiae fructu comederit. Sororem vero Moysis prophetissam iactitant, cuius exemplo suo illi cooptandarum in clerum mulierum instituto suffragantur. Quin et quatuor, inquiunt, Philippus prophetissas filias habuit. Saepenumero in illorum ecclesiam VII cum Act. 21, 9.
facibus virgines ingrediuntur, candida veste, ut populo videlicet oracula reddant. Hae cum speciem quandam furoris prae se tulerint, adstantibus illudunt, et ad fletum provocant, ut is poenitentiae luctus esse videatur. Nam et lacrymas profundunt, et toto corporis gestu vitam hominum deplorant. Apud eosdem mulieres episcopi sunt et presbyteri, et ad ceteros gradus alleguntur, nullum ut sexus discrimen servetur. *Nam in Christo Iesu neque mas est neque femina.* Gal. 3, 28.
Haec sunt quae de illis comperire potuimus. Ceterum Artotyritas eosdem idcirco vocant, quod ad celebranda mysteria sua panem et caseum adhibent.

Κεφ. γ'. Πᾶσα δὲ ἀνθρώπων χλεύη ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ εἰς ἀμηχανίαν τρέπεσθαι, καὶ εἰς διαφορὰν ἐνθουσιασμῶν
pag. 419. τε καὶ ἐνεργειῶν. Ἐκβακχευόμεναι γὰρ αἱ διάνοιαι ἀεὶ τοὺς μὴ κατέχοντας τὴν ἄγκυραν τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἐπιδιδόντας ἑαυτοὺς τῷ φέροντι κατὰ πᾶσαν ὁτιοῦν αἰτίαν. Κἄν τε γὰρ γυναῖκες παρ' αὐτοῖς εἰς ἐπισκοπὴν καὶ πρεσβυτέριον καθίστανται διὰ τὴν Εὔαν, ἀκούουσι τοῦ κυρίου λέγοντος, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Λέληθε δὲ αὐτοὺς καὶ ὁ ἀποστολικὸς λόγος ὅτι, Γυναικὶ οὐκ ἐπιτρέπω λαλεῖν, οὔτε αὐθεντεῖν ἀνδρός. Καὶ πάλιν, Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός· καὶ, Ὁ Ἀδὰμ οὐκ ἠπάτηται, ἀλλ' ἡ Εὔα πρώτη ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Καὶ ὢ τῆς πολυφόρου πλάνης τοῦ κόσμου τούτου.

Διὸ ὡς νωδόν τι καὶ ἀφροσύνης ἔμπλεον ἀσκαλαβώτου δίκην ταύτην παρελθὼν, ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμαι, ὦ ἀγαπητοὶ, θεὸν [1] ἐπικαλούμενοι εἰς βοήθειαν τῆς ἡμετέρας ταπεινότητος, καὶ εἰς πλήρωσιν τῆς ἡμῶν ἐπαγγελίας.

ΚΑΤΑ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΙΤΩΝ
τριακοστὴ, ἡ καὶ πεντηκοστή.

Κεφ. α'. Ἀπὸ τούτων τῶν δύο αἱρέσεων ὁμοῦ ἀλλήλαις μιχθεισῶν, κατὰ Φρύγας τε καὶ Κυϊντιλλιανῶν ἤτοι Πρισκιλλιανῶν, ἀνέκυψε πάλιν τῷ κόσμῳ ἑτέρα αἵρεσις Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, οὕτως καλουμένη. Καὶ οὗτοι μὲν πάντα ἔχουσιν ὡς ἡ ἐκκλησία, σφάλλονται δὲ ἀπὸ πάντων διὰ τὸ μὴ τῇ ἀκολουθίᾳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ θεσμοῦ προσανέχειν, Ἰουδαϊκοῖς ἔτι μύθοις προσανέχοντες, καὶ οὔτε τὰ ἴσα αὐτοῖς δογματίζουσιν. Οὐ γὰρ ἃ λέγουσιν οἴδασιν, οὐδὲ περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Ἅπαξ γὰρ τοῦ ἔτους μίαν ἡμέραν τοῦ Πάσχα οἱ τοιοῦτοι φιλονείκως ἄγουσι· καί τοί γε περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος καλῶς καὶ ἴσως ἔχοντες, προφήτας [1] δὲ δεχόμενοι καὶ ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς, ἀνάστασιν δὲ σαρκὸς ὁμοίως ὁμολογοῦντες, καὶ κρίσιν ἐσομένην καὶ ζωὴν αἰώνιον. Περιέπεσον δὲ [2] ἀστοχήματι καὶ αὐτοὶ οὐ τῷ τυχόντι· δῆθεν κεχρημένοι τῷ ῥητῷ ᾧ εἶπεν ὁ νόμος ὅτι, Ἐπικατάρατος ὃς οὐ ποιήσει τὸ Πάσχα τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός.

pag. 420. Ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν ἄγοντες καὶ τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν νηστεύοντες καὶ τὰ μυστήρια ἐπιτελοῦντες ἀπὸ τῶν Ἄκτων

Cap. III. — 1. ἐπικαλούμενος *putabat Petavius, immemor quod Epiphanius enallagen numeri admodum frequentat.*

Verum enimvero ubi ab sincera religione semel aberratum est, Cap. III.
ridicula ac perturbata, quae ab hominibus geruntur, esse omnia necesse est: varia ut inde furoris genera, daemonumque in corpora impressiones oriantur. Nam qui veritatis ancoram minime retinent: sed ventorum flatibus quacumque se occasione permittunt; horum animi praecipites amentia feruntur. Quod enim mulierculas ad episcoporum aut presbyterorum ordinem asciscunt, idque ob Evam facere se dictitant, audiunt sane quod a domino dictum est: *Ad vi-* Gen. 3, 16.
rum erit conversio tua, et ipse dominabitur tibi. Quin illud ignorant apostoli praescriptum: *Mulieri non permitto loqui, neque in viros* 1.Cor.14,34.
auctoritatem habere. Item: *Non enim vir est a muliere, sed mulier* 1.Cor.11,8.
ex viro. Et, *Adam non est deceptus, sed Eva prior decepta in trans-* 1 Tim 2,14.
gressione fuit. O mundi huius vanitatem erroremque multiplicem!

Sed iam, carissimi, edentula hac et amentiae plena haeresi stellionis instar praeterita, reliquas aggrediamur: ac dei primum imploremus auxilium, ut is tenuitati nostrae subveniat, quo susceptum opus ad exitum perducamus.

CONTRA QUARTADECIMANOS.
Haeresis XXX., sive L.

Ex iis duabus inter se commistis Phrygum et Quintillianorum Cap. I.
sive Priscillianorum sectis nova quaedam conflata est et in orbem introducta Quartadecimanorum haeresis. Qui ceteris in rebus cum ecclesia consentientes, hoc ipso ab omnibus aberrant, quod non illius institutis doctrinaeque consentanea quaedam amplexi sunt. Nam et Iudaicis insuper fabulis inhaerent; neque tamen paria cum illis eademque sentiunt. *Quae enim dicunt non norunt, nec de quibus* 1. Tim. 1, 7.
affirmant. Quippe semel quotannis unum Paschatis diem praefracte celebrant. Quamquam de patre, filio ac spiritu sancto sinceram cum catholicis opinionem retinent, sed et prophetas et apostolos et evangelistas approbant. Resurrectionem carnis perinde ut illi futuram non dubitant; quemadmodum neque iudicium vitamque sempiternam. Sed inter haec tamen non mediocri calamitate conflictantur, eo quod id quod lege scriptum est perperam accipiunt: *Maledictus qui non fecerit Pascha XIV. die mensis.*

Sunt inter eos nonnulli qui unam eandemque diem observant, et una eademque ieiunant ac mysteriis operantur. Nam ex Actis Pi-

Cap. I. — 1. *Hoc* δὲ *vocabuli sequentis* δεχόμενοι *esse subolem suspicor.*

2. *Recte Cornarius:* Inciderunt autem et ipsi in errorem non vulgarem.

δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ βούλονται ἄγειν τὸ Πάσχα ὁποίᾳ δ' ἂν ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης. Οἱ δὲ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν τὴν πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων ἄγουσι. Καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ στάσις οὐχ ἡ τυχοῦσα, τῶν μὲν λεγόντων τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης τῶν πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων· ἔτι δὲ εὕρομεν ἀντίγραφα [3] ἐκ τῶν Πιλάτου, ἐν οἷς σημαίνει πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸ πάθος γεγενῆσθαι. Τἀληθῆ δὲ, ὡς ἐκ πολλῆς ἀκριβείας ἔγνωμεν, ἐν τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι κατειλήφαμεν. Τινὲς δὲ τῇ πρὸ δέκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων λέγουσιν. Ἐξέπεσον δὲ καὶ οὗτοι τοῦ προκειμένου. Δέδια δὲ καὶ περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖστον [4] μηκῦναι τὸν λόγον· πολλὰ γὰρ ἔχομεν λέγειν.

Κεφ. β'. Πληρώσας γὰρ ὁ νομοθέτης τὸν πάντα νόμον Μωσῆς, ἐκ θεοῦ λαβὼν τὸ [1] πρᾶγμα ἐν τῇ ἐσχάτῃ βίβλῳ, Δευτερονομίου τουτέστι, τίθησι πάσας τὰς κατάρας, οὐ μόνον περὶ Πασχῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ περιτομῆς καὶ περὶ δεκατώσεως καὶ προσφορῶν, ὥστε οὖν, εἰ μίαν κατάραν πεφεύγασιν, εἰς πολλὰς ἑαυτοὺς ἐνέπειραν. Εὑρεθήσονται γὰρ ἐπικατάρατοι, μὴ περιτεμνόμενοι, ἐπικατάρατοι, μὴ ἀποδεκατοῦντες, καὶ ἐπικατάρατοι γίνονται, μὴ εἰς Ἱερουσαλὴμ προσφέροντες. Καὶ, ὦ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων τῶν εἰς πολλὰς ἑαυτοὺς ἐρεσχελίας ἐμβαλλόντων· ἀληθῶς γὰρ ἔστιν εἰπεῖν ἐκεῖνο τὸ ῥῆμα τὸ συνετὸν τοῦ [2] Ἐκκλησιαστικοῦ, τὸ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἡμῖν διεσταλμένον, ὅτι, Τοῦτο ἔγνω ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὅτι ὁ θεὸς συνετὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν εὐθῆ· αὐτοὶ δὲ ἐζήτησαν πολλὰς [3] ἑαυτοῖς ὁδούς.

Πόθεν γὰρ οὐ διαπίπτει τούτων ἡ διάνοια; Πρῶτον γὰρ [4] εἰ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ Πάσχα ἄγουσι, χρείαν ἔχουσι τὸ πρόβατον λαβεῖν ἀπὸ δεκάτης, καὶ τηρεῖν αὐτὸ ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτης, καὶ οὐκέτι μία ἡμέρα ἔσται τῆς νηστείας, ἀλλὰ πέντε, [5] ἤτοι δεκάτη καὶ ἑνδεκάτη καὶ
pag. 421. δωδεκάτη, καὶ τρισκαιδεκάτη, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτη. Ἐὰν δὲ πρὸς ἑσπέραν τυθῇ τὸ Πάσχα, ἡ αὐτὴ τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐπιφώσκουσα ἓξ διατελεῖ ἡμέρας ἐν τῇ νηστείᾳ, καὶ οὐκέτι μία ἔσται τῆς νηστείας· καὶ διέπεσεν ἡ περὶ μιᾶς ἡμέρας αὐτῶν ζήτησις, οὐ μία τις οὖσα. Ἔχει γὰρ τὰ πρωτότυπα συνεζευγμένα, καὶ ἐζημίωνται οὐκ ὀλίγην κατὰ θεὸν πραγματείαν. Ἔδει γὰρ τὸν Χριστὸν ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ θύε-

3. *Fortasse* Ἄκτων *pro* ἐκ τῶν *reponendum est.*

4. μηκύναι *extat vulgo.*

Cap. II. — 1. *Servavi* πρᾶγμα, *h. e. negotium, quod libri vindicant: Petavius volebat* πρόσταγμα. — *Vulgo distinctum reperitur* βίβλῳ Δευτερονομίου, τουτέστι τίθησι *cett.*

2. *Haec vetus scriptura est. Petavius correxerat* Ἐκκλησιαστοῦ. *At vetusti scriptores Ecclesiasten Ecclesiasticum interdum appellare notum est. Sic Tertull. Adv. Marcion. V, 4.*

3. *Ita correxi. Cod. Rhedig. habet* αὐτοὺς, *reliqui libri* ἑαυτούς.

4. εἰ τῇ *ego.* ἐν τῇ *libri omnes.*

5. ἤτοι *scripsi pro* ἢ τῇ *quod libri retinent. Item in eis quae sequuntur nominativos reduxi, cum edd. Cornarii et Petavii habeant* τῇ δεκάτῃ καὶ ἑνδεκάτῃ καὶ δωδεκάτῃ καὶ τρισκαιδεκάτῃ καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.

lati accuratam se huius instituti rationem didicisse gloriantur; in quibus scriptum est VIII. Kal. Aprilis salvatorem esse passum. Quamobrem illa ipsa die celebrare Pascha volunt, in quamcumque demum lunae XIV. dies incurrerit. At qui in Cappadocia degunt, eandem diem quae est VIII. Kal. Apr. celebrant. Tametsi non mediocris est inter illos dissensio. Nonnulli enim lunam XIV. statuunt, quae in VIII. Kal. Apr. incidit. Nos Actorum eiusmodi Pilati exemplaria quaedam invenimus, quae a. d. XV. Kal. Apr. passionem Christi contigisse narrabant. Verum certo et ex rei veritate comperimus a. d. XIII. Kal. Apr. passum esse salvatorem. Alii ad X. Kal. Apr. reiiciunt. Sed isti a proposito exciderunt. Verum nolo pluribus ea de re disputare. Alioqui multa nobis ad dicendum suppetunt.

Moyses quidem legislator, cum universam legem edixisset, mandato divinitus recepto, ut in postremo Deuteronomii libro scriptum est, imprecationes omnes proposuit, non modo quae ad Paschatis celebrationem, sed etiam quae ad circumcisionem ac decumas et oblationes spectabant. Quare dum unum imprecationis genus devitant, in alias complures semetipsos induunt. Execrabiles quippe eos oportet esse, qui neque circumcidantur amplius, neque decumas pensitent, neque Hierosolyma quicquam offerendi gratia submittant. O homines sponte cavillationibus variis ac ludibriis opportunos! Hoc enim ab ecclesiaste sapienter dictum, vel potius a spiritu sancto nostra caussa pronuntiatum, ad illos accommodari potest: *Hoc novit Ecclesiastes, quoniam deus prudentem hominem fecit rectum; illi autem inquisierunt varias sibimetipsis vias.*

Cap. II. Deut. 27.

Ecclesiast. 7, 29.

An non istorum explodenda merito sententia est? Primum enim si Pascha die XIV. celebrant, iam tum a die X. praeparandus illis agnus erit, nec amplius una erit consecrata ieiunio dies, sed quinque, nimirum decima, undecima, duodecima, decima tertia et decima quarta. Quod si ad vesperam Pascha fuerit immolatum, quod XIV. die illucescente geritur, VI dies ieiunio tribuendi sunt, nec iam unus praefinietur, sicque omnis illa de una die quaestio per se ipsa corruit, quae esse unica desinit. Nam et ad illas figurarum umbras, quae iis ipsis significantur, ad amussim congruunt, et istos necesse est haud mediocrem divinorum mysteriorum iacturam facere. Christum enim XIV. die mactari ex praescripto legis oportuit, ut

σθαι κατὰ τὸν νόμον, ὅπως λήξῃ παρ' αὐτοῖς τὸ φωτίζον αὐτοὺς φῶς κατὰ τὸν νόμον, τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος καὶ σκεπάσαντος τῆς σελήνης τὸ σέλας. Ἀπὸ γὰρ τεσσαρεςκαιδεκάτης καὶ κάτω φθίνει τὸ φαεινὸν τῆς σελήνης. Οὕτω καὶ ἐν τῷ νόμῳ ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ πάθους ἠμαύρωται ἡ Ἰουδαϊκὴ συναγωγή, κατηύγασε δὲ τὸ εὐαγγέλιον· μὴ καταλυθέντος τοῦ νόμου, ἀλλὰ πληρωθέντος· μὴ καταργηθέντος τοῦ τύπου, ἀλλὰ παραστήσαντος τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ πεποιηκέναι τὸ Πάσχα ἐν τῇ Ἱεριχῷ εὐθὺς ἐπήνεγκεν ἡ θεία γραφή, λέγουσα, Καὶ ἔφαγον ἐν Γαλγάλοις, καὶ ἐξέλιπε τὸ μάννα· προμαρτυροῦσα αὐτοῖς ἡ θεία γραφή, καὶ προφητεύουσα, ὅτι τῷ πάθει κυρίου διὰ τὴν αὐτῶν ἐπαρνησιθείαν λήξει παρ' αὐτοῖς ἡ βρῶσις ἡ [6] ἀγγελικὴ καὶ ἐπουράνιος, ὅπερ μάννα παρ' αὐτοῖς κέκληται.

Κεφ. γ'. Πανταχόθεν δὲ ἡ ἁγία θεοῦ ἐκκλησία περὶ τῆς χρείας ταύτης τῆς μυσταγωγίας συλλέγουσα τὸν σύνδεσμον οὐ διαπίπτει τῆς ἀληθείας. Κέχρηται γὰρ οὐ μόνον τῇ τεσσαρεςκαιδεκάτῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑβδομάδι τῇ κατὰ περίοδον ἀνακυκλουμένῃ τάξει τῶν τοῦ σαββάτου ἑπτὰ ἡμερῶν· ἵνα κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου γενόμενα κατὰ τὸ πρωτότυπον εἴη ἀνάστασίς τε καὶ εὐωχία. Καὶ κέχρηται οὐ μόνον τῇ τεσσαρεςκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ τῷ δρόμῳ τοῦ ἡλίου· ἵνα μὴ ἑνὶ ἐνιαυτῷ δύο Πάσχα ποιοῦντες ἐν τῷ ἑτέρῳ μηδὲ ἓν Πάσχα τελέσωμεν. Διὸ παρατηρούμεθα μὲν τὴν τεσσαρεςκαιδεκάτην, ὑπερβαίνομεν δὲ τὴν ἰσημερίαν, φέρομεν δὲ ἐπὶ τὴν ἁγίαν κυριακὴν τὸ τέλος τῆς συμπληρώσεως, λαμβάνομεν δὲ τὸ πρόβατον ἀπὸ δεκάτης, ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐπιγνόντες διὰ τὸ ἰῶτα, ἵνα μὴ λάθῃ ἡμᾶς μηδὲν τῶν κατὰ τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν τῆς ζωτικῆς ταύτης τοῦ Πάσχα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ ἀληθινῆς πραγματείας.

pag. 422. Ὑπερβήσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἐμφύσημα τοῦ [1] βέωνος, εἴτουν φυσαλοῦ ὄφεως, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἐπισφραγισάμενος καὶ ἐπὶ τὰς ἑξῆς τὸν νοῦν προτείνων, θεὸν συνήθως ἐπικαλούμενος εἰς βοήθειαν.

ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ

τῆς μὴ δεχομένης τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, ἣν ἐκάλεσεν *Ἀνοήτων, τριακοστὴ πρώτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ πρώτη.

Κεφ. α'. Καθεξῆς δὲ τούτων τῶν αἱρέσεων, μετὰ τὴν κατὰ Φρύγας τε καὶ Κυϊντιλλιανοὺς καὶ Τεσσαρεςκαιδεκατίτας οὕτω καλουμένους, ἀνεφύη

6. *ἀγγελικὴ coniectura est Petavii, pro* εὐαγγελικὴ, *quod libri veteres tuentur.*

Cap. III. — 1. *Franc. Francus (Salmasius) Confutat. Animadv. Ant. Cercoetii pag. 77.:* „Serpentem quem Graeci φύσαλον vocant bufonem facit Petavius, qui in Graecis vocatur βέων. Quasi bufo sit serpens, aut quasi φύσαλος sit bufo. Ita Graeci genus vocant serpentis qui et παρείας dicebatur. Βέων autem rectum est, ut alibi dicam." *Cf. haer.* 40, 8.

eius lumen, quod Iudaeos collustrabat, oriente sole ac lunam abscondente desineret. Etenim a XIV. die deinceps lunae splendor imminuitur. Sic in veteri lege post adventum ac passionem domini Iudaeorum obscurata synagoga evangelicum lumen affulsit; non ut soluta lex sit, sed impleta, neque ut in nihilum figura redacta sit, sed ut veritatem exhibuerit. Ita post Pascha ad Hierichuntem peractum scriptura statim adiecit: *Et comederunt in Galgalis, et defecit manna.* Ios. 5, 12. Quibus verbis idipsum sacrae literae vaticinando testatae sunt, dominica nece propter abnegatum ab illis numen, angelicum ac coeleste pabulum, quod appellabant manna, desiturum.

Ecclesia porro catholica, quae ad id mysterium celebrandum necessaria sunt undique contrahens et in unum conferens veritatem retinet. Cap. III. Nam non solum XIV. diem observat, sed et hebdomadem, hoc est septenos illos sabbati dies, qui perpetuo circuitu ac revolutione redeunt, ut ad eorum exemplar quae sunt a domino gesta resurrectio epulaeque celebrentur. Deinde praeter lunae XIV. diem etiam cursum solis adhibet, ne duplex in eundem annum Pascha ita committatur, ut altero anno ne unum quidem habeatur. Quocirca XIV. illam diem sic tenemus, ut aequinoctium praetergrediamur. Ac demum in sanctam dominicam religiosissimi temporis finem conicimus; sed agnum iam tum a decimo die sumimus; quoniam in iota litera Iesu nomen agnoscimus: ne quid omnino diligentiam nostram effugiat, quod ad ecclesiasticam et germanam ac vitae salutisque conciliatricem Paschatis celebrationem pertinere videatur.

Sed iam pestiferum bufonis huius afflatum Christi potentia velut obsignatus munitusque praeteribo: ac dei ope postulata, animum ad reliquas convertam.

ADVERSUS HAERESIN ILLAM,

quae Ioannis Evangelium et Apocalypsin reiicit, quam Amentium appellat, haeresis XXXI., sive LI.

Post Cataphrygum, Quintillianorum et Quartadecimanorum sectas nova quaedam in orbem terrarum erupit haeresis, velut imbecil- Cap. I.

* „Imo potius Ἀλόγων," *adscripsit Petavius. Cf. cap.* 3 *et* 28., ubi ipse Epiphanius Alogorum nomen interpretatur.

τῷ βίῳ αἵρεσις ἑτέρα, ὥςπερ ἑρπετὸν ἀσθενὲς, μὴ δυνάμενον ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ὀσμὴν τῆς δικτάμνου, ἤτοι στύρακος, ἢ λιβανίτιδος, ἢ τῆς ἀβροτόνου, ἢ τῆς ὀσμῆς τοῦ ἀσφάλτου, ἢ τοῦ θυμιάματος, ἢ τοῦ λίθου τοῦ γαγάτου, ἢ τοῦ κέρατος τῆς ἐλάφου. Φασὶ γὰρ οἱ ἐν συνηθείᾳ γεγονότες καὶ διὰ πείρας τούτων ταῦτα τὰ εἴδη ἀπελαστικὰ εἶναι ἑρπετῶν καὶ ἰοβόλων. Καὶ τὴν μὲν δίκταμνόν τινες καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τοὺς παῖδας τῶν ἰατρῶν κεχρῆσθαι ταύτῃ εἰς τὴν τῶν τικτουσῶν γυναικῶν βοήθειαν· ὥςτε ἀφ' ἡμῶν εἰκότως ἀπεικάζεσθαι εἰς τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα λόγον θεὸν ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων, ἐκ πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως γεγεννημένον. Φησὶ γὰρ ὁ Σολομὼν περὶ τῆς ἄφρονος καὶ φαύλης γυναικὸς ὅτι μισεὶ λόγον ἀσφαλείας. Οὕτως καὶ οὗτοι τὰ στερεὰ τοῦ κηρύγματος μεμισήκασιν, ἐπίγειοι ὄντες καὶ πρὸς τὰ ἐπουράνια ἀπεχθανόμενοι. Ὅθεν δεδιότες τὴν φωνὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὴν λέγουσαν, Φωνὴ κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους· τοῦ εἰπόντος τοῖς αὐτοῦ δούλοις καὶ ἀποστόλοις, Ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπὶ ὄφεις καὶ σκορπίους, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Αὕτη γὰρ ἦν ἡ φωνὴ ἡ καταρτιζομένη ἐλάφους, ἡ δοθεῖσα εἰς τὸν κόσμον διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καταπατῆσαι τὴν τοῦ διαβόλου ἐναντιότητα. Ἐξ ὧν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἀκρότατα ἐπέστησε, καὶ διήλεγξε τὴν δύναμιν τῶν πεπλανημένων καὶ ὀφιομόρφων.

Κεφ. β' ἈΑλλὰ οὐκ ἰσχύουσιν ἐν τῇ κιβωτῷ οἱ τοιοῦτοι. Ἐπιτρέπεται γὰρ
pag. 423. ὁ ἅγιος Νῶε κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου ἐπασφαλίσασθαι τὴν τοιαύτην, ὥς φησι πρὸς αὐτὸν, Ἀσφαλτώσεις αὐτὴν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν· ἵνα δείξῃ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ἐχούσης τῆς ἀσφάλτου τὴν δύναμιν, τὴν ἀποδιώκουσαν τὰ δεινὰ καὶ ὀλετήρια ἑρπετώδη διδάγματα. Ὅπου γὰρ θυμιᾶται ἡ ἄσφαλτος, οὐκ ἰσχύσει στῆναι ὄφις. Ἐκάρωσε τοίνυν τούτους τὸ ἅγιον θυμίαμα τοῦ στύρακος, καὶ παραιτοῦνται τούτου τὴν ὀδμὴν, καὶ τῆς ἀβροτόνου, εἴτουν λιβανίτιδος, ἡ δύναμις κατ' αὐτοῦ τοῦ ὄφεως ἐπιφύσασα, καὶ ἐπάνω τοῦ φωλεοῦ αὐτοῦ ἐκβλαστήσασα. Ἔνθα γὰρ τὸν Χριστὸν ἐκ παρατριβῆς ψιλὸν ἄνθρωπον ἐκήρυττεν ὁ Ἐβίων καὶ ὁ Κήρινθος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς, φημὶ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐκεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνέτειλε τῷ κόσμῳ ταύτην τὴν ἁγίαν βοτάνην, εἴτουν θάμνον, τὴν ἀποδιώξασαν τὸν ὄφιν καὶ λύσασαν τὴν τοῦ διαβόλου τυραννίδα. Ἐκεῖ γὰρ ὁ ἅγιος Ἰωάννης μεθ' ἡλικίαν γηραλέαν ἐπιτρέπεται ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου κηρύξαι καὶ ἀνακάμψαι τοὺς ἐν τῇ ὁδῷ πεπλανημένους, οὐ μετὰ ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ προαιρέσεως τοῖς πειθομένοις ἀποκαλύψας θεοῦ τὸ φῶς, τὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ θεοῦ διδασκαλίᾳ. Ἀλλ' ἕως πότε μηκύνω τὸν λόγον; Καὶ γὰρ τῷ μένοντι ὅπου ἀναφυῇ ἀβρότονος, ἐκεῖ ὄφις οὐκέτι ἐγκαταμένει, οὔτε ἐμφωλεύει, καὶ ὅπου θεοῦ ἀληθὴς διδασκαλία, οὐ κατισχύσει κατοικητήριον ἑρπετώδους διδασκαλίας, ἀλλὰ διόλλυται.

lus serpens, qui dictamni, vel styracis, aut libanitidis, aut abrotoni, aut bituminis, aut suffitus, aut gagatae lapidis, aut denique cervini cornu odorem non sustinet. His enim rebus serpentes ac venenatas bestias abigi proditum ab iis est qui id usu experientiaque didicerunt. Quod vero ad dictamnum pertinet, inde esse dictum plerique censent, quod ad parturientium remedia a medicis adhibetur. Quare merito id divino verbo, deo inquam qui de coelo delapsus est, et a patre sine ullo tempore est aut initio genitus, a nobis accommodatur. Quod vero Salomon de stolida ac nequam muliere dicit, *odisse illam securitatis sermonem*, hoc ad istos transferri potest, qui solidam ac constantem doctrinam penitus oderunt. Terrae siquidem affixi sunt et a coelestibus abhorrent. Ideoque vocem illam sancti spiritus perhorrescunt: *Vox domini praeparantis cervos.* Qui quidem servis Psalm. 28, 9.
suis et apostolis dixit, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super ser-* Luc. 10, 19.
pentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici. Haec enim illa vox erat *cervos praeparans*, quae per sanctos apostolos et evangelistas per orbem est dissipata uti diaboli hostilis ad repugnandum vis et audacia proculcaretur. Sed ex apostolorum numero praecipue Ioannes extitit, qui animum intendens caecorum istorum ac serpentibus similium potentiam reprimeret.

Quamquam nihil adversus arcam conatus istorum proficit. Quam Cap. II.
ideo munire ac firmare sanctus Noë divina voce commonetur. Sic enim deus praecipit: *Linies eam bitumine intus et foris.* Ut sanctae Gen. 6, 14.
dei ecclesiae speciem praeberet, quae bituminis vim habet, qua perniciosa ac letifera serpentum dogmata propulsantur. Ubicumque enim bitumen suffiunt, nullus ibi serpens moratur. Quinetiam sancto styracis nidore sopiuntur, cuius odorem fugiunt, ut et abrotoni sive libanitidis vim, si supra serpentis latibulum consita fuerit atque pullularit. Etenim iisdem illis in locis, in quibus nudum hominem, et ex utriusque sexus coniunctione satum esse Christum Ebion et Cerinthus cum suis asserere ausi sunt, hoc est in Asia, ibidem spiritus sanctus illam velut herbam sanctissimam aut fruticem in orbem extulit, quo et serpens abigeretur et tyrannicus diaboli dominatus everteretur. Illic siquidem b. Ioannes affecta iam aetate praedicare sancti spiritus hortatu iubetur, et errantes a via revocare; non ut vi ac necessitate cogeret, sed ut sponte ac volentes induceret, iisdemque postea divinum coelestis doctrinae lumen impertiret. Verum quid ego de ea re diutius disputo? Quicumque enim in eo loco manet, ubi abrotonum consitum est, nullus ibi manebit latebitque serpens. Sic ubi vera est dei doctrina, nulla venenatae doctrinae latebra vim habebit aliquam, sed funditus occidet.

Κεφ. γ'. [1] *Τί φάσκουσι τοίνυν οἱ Ἄλογοι; Ταύτην γὰρ αὐτοῖς [2] τίθημι τὴν ἐπωνυμίαν· ἀπὸ γὰρ τῆς δεῦρο οὕτως κληθήσονται, καὶ οὕτως, ἀγαπητοὶ, ἐπιθῶμεν αὐτοῖς ὄνομα, τουτέστιν [3] Ἄλογοι. Εἶχον γὰρ τὴν αἵρεσιν καλουμένην, ἀποβάλλουσαν Ἰωάννου τὰς βίβλους. Ἐπεὶ οὖν τὸν λόγον οὐ δέχονται τὸν παρὰ Ἰωάννου κεκηρυγμένον, Ἄλογοι κληθήσονται. Ἀλλότριοι τοίνυν παντάπασιν ὑπάρχοντες τοῦ κηρύγματος τῆς ἀληθείας ἀρνοῦνται τὸ καθαρὸν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὔτε τὸ τοῦ Ἰωάννου εὐαγγέλιον δέχονται, οὔτε τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν. Καὶ εἰ μὲν ἐδέχοντο τὸ εὐαγγέλιον, τὴν δὲ Ἀποκάλυψιν ἀπεβάλλοντο, ἐλέγομεν ἂν μή πη ἄρα κατὰ ἀκριβολογίαν τοῦτο ποιοῦνται, ἀπόκρυφον μὴ δεχόμενοι, διὰ τὰ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει βαθέως καὶ σκοτεινῶς εἰρημένα.*

pag. 424. *Ὁπότε δὲ οὐ δέχονται φύσει τὰ βιβλία τὰ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κεκηρυγμένα, παντί τῳ δῆλον εἴη, ὅτι οὗτοί εἰσι καὶ οἱ ὅμοιοι τούτοις περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐπιστολαῖς ὅτι, Ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ἠκούσατε ὅτι Ἀντίχριστος ἔρχεται· καὶ νῦν ἰδοὺ Ἀντίχριστοι πολλοὶ, καὶ τὰ ἑξῆς. Προφασίζονται γὰρ οὗτοι, αἰσχυνόμενοι ἀντιλέγειν τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ, διὰ τὸ εἰδέναι αὐτοὺς καὶ αὐτὸν ἐν ἀριθμῷ τῶν ἀποστόλων ὄντα, καὶ ἠγαπημένον ὑπὸ τοῦ κυρίου, ὃς ἀξίως τὰ μυστήρια ἀπεκάλυψε, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀνέπεσε. Καὶ ἑτέρως αὐτὰ ἀνατρέπειν πειρῶνται. Λέγουσι γὰρ μὴ εἶναι αὐτὰ Ἰωάννου, ἀλλὰ Κηρίνθου, καὶ οὐκ ἄξια αὐτά φασιν εἶναι ἐν ἐκκλησίᾳ.*

Κεφ. δ'. *Καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπιβολῆς εὐθὺς ἐλέγχονται μήτε ἃ λέγουσιν νοοῦντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Πῶς γὰρ ἔσται Κηρίνθου τὰ κατὰ Κηρίνθου λέγοντα; Κήρινθος γὰρ πρόσφατον καὶ ψιλὸν τὸν Χριστὸν ἔχει ἄνθρωπον, ὁ δὲ Ἰωάννης ἀεὶ ὄντα τὸν λόγον κεκήρυχε, καὶ ἄνωθεν ἥκοντα καὶ σαρκωθέντα. Ἀπ' αὐτῆς τοίνυν τῆς εἰςβολῆς ἐλήλεγκται ἡ τούτων ματαιοσυκοφαντία, μωρία τις οὖσα, καὶ μὴ νοοῦσα πόθεν διελέγχεται. Δοκοῦσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰ ἴσα ἡμῖν πιστεύειν· μὴ κατέχοντες δὲ τὰ ἀσφαλῆ τοῦ ἐκ θεοῦ οἰκονομηθέντος ἡμῖν διὰ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κηρύγματος, εὑρεθήσονται διελεγχόμενοι ἐν οἷς ἀγνοοῦσι, πῶς κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπαίρονται γνῶσιν. Καὶ ἐάν γε θελήσωσιν ἀνανῆψαι καὶ κατανοῆσαι, γνώσονται. Ἡμεῖς γὰρ τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διδασκαλίας ἀξιολόγως καὶ ἠσφαλισμένως οὔσας οὐκ ἀποβάλοιμεν. Φάσκουσι γὰρ καθ' ἑαυτῶν, οὐ γὰρ εἴποιμι κατὰ τῆς ἀληθείας, ὅτι οὐ συμφωνεῖ τὰ αὐτοῦ βιβλία τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις. Καὶ δοκοῦσι λοιπὸν ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς ἁγίας καὶ ἐνθέου διδασκαλίας, καὶ, Τί, φησὶν, εἶπεν; ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ ὅτι, Ὁ λόγος σὰρξ*

Cap. III. — 1. Τί φάσκουσι; *scribendum videbatur pro* Φάσκουσι, *quod libri habent.*
2. *Cod. Venet.* ἐπιτίθημι.
3. *Cod. Venet.* ἀλόγων.

Haec igitur Alogorum est opinio. Nam eiusmodi eis nomen imponimus, nec a nobis deinceps aliter vocandi sunt. Et vos mecum, o carissimi, Alogos illos nominate. Quorum haeresis Ioannis libros repudiat. Quamobrem cum verbum a Ioanne praedicatum respuant, Alogi, hoc est a verbo alieni nuncupandi sunt. Ergo illi a doctrina veritatis funditus abhorrentes sinceram fidem abnegant, nec Ioannis evangelium aut Apocalypsin approbant. Atqui si Apocalypsi duntaxat reiecta evangelium admitterent, dici id possent subtili quodam et accurato iudicio fecisse, ut apocrypha respuerent, quod pleraque in Apocalypsi altissimos et obscuros sensus habeant. Sed cum universos Ioannis libros proprie reiiciant, dubitare nemo potest quin ii eorumque similes illi ipsi sint quorum in catholicis epistolis Ioannes meminit: *Novissima hora est*, inquit, *et audistis*, *quoniam Antichristus venit: et nunc ecce Antichristi multi*, *etc.* Quamquam illi nonnihil ad excusandam suam audaciam conantur afferre. Pudet enim palam b. Ioanni contradicere, quod et ipsum inter apostolos fuisse numeratum et a domino praecipue dilectum non dubitent, qui et sacra mysteria pro rei dignitate patefecit, et supra domini pectus incubuit. Quare aliam damnandorum apostoli scriptorum caussam commenti sunt. Negant haec Ioannis esse, et Cerintho tribuunt, nec esse digna putant quae ab ecclesia probentur. — Cap. III. — 1. Ioann. 2, 18.

Verum vel hoc ipso sui conatus initio convincuntur, *nec quid dicant intelligere*, *nec de quibus affirment.* Qui enim fieri potest, ut haec a Cerintho scripta sint, quae Cerintho potissimum repugnent? Hic enim recentem ac nudum hominem esse Christum asseruit. Contra Ioannes perpetuo fuisse verbum, atque e coelo delapsum, et carnem esse factum pronuntiat. Quocirca statim aditu ipso deprehenditur, vanam istorum calumniandi licentiam meram esse stultitiam, nec unde redargui possit satis animadvertere. Nam illi nobiscum alioqui eadem ac paria sentire videntur. Sed cum ad eius doctrinae, quam per b. Ioannem divina nobis sapientia providit, soliditatem nequaquam adhaerescant, in iis quae nesciunt contra veritatis scientiam insolenter illos efferri cognoscimus. Atque hoc ipsimet intelligere poterunt, si resipiscere modo ac mentem advertere voluerint. Nos enim ea monumenta, quibus spiritus sancti doctrina continetur, quae quidem fide digna probataque sint, nullo modo reiicimus. At illi contra se potius quam contra veritatem illud afferunt Ioannis libros cum ceterorum apostolorum scriptis minime consentire. Ex quo deinceps sacrosanctam ac divinam illius doctrinam redarguunt. Quid enim, inquiunt, scripsit? *In principio erat verbum*, *et verbum erat apud deum*, *et deus erat verbum.* Item: *Et verbum caro factum* — Cap. IV. — 1. Tim. 1, 7. — Ioann. 1, 1 et 14 sq.

ἐγένετο, καὶ κατεσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας· καὶ εὐθέως, Ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, καὶ κέκραγε, λέγων ὅτι, Οὗτός ἐστιν
pag. 425. ὃν εἶπον ὑμῖν· καὶ ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ καθεξῆς φησι, Καὶ εἶπον αὐτῷ οἱ ἀκούσαντες, Ῥαββὶ, ποῦ μένεις; ἅμα δὲ ἐν ταὐτῷ, Τῇ [1] ἐπαύριον, φησὶν, ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀκολούθει μοι. Καὶ μετὰ [2] τοῦτο ὀλίγῳ πρόσθεν φησὶ, Καὶ κατὰ τρεῖς ἡμέρας γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐκλήθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς [3] τὸν γάμον, καὶ ἦν ἐκεῖ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ φάσκουσιν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποιηκέναι τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειραζόμενον ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τότε ὑποστρέψαντα καὶ παραλαβόντα τοὺς μαθητὰς, καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ ἀπαρακολούθητοι ὅτι ἑκάστῳ εὐαγγελιστῇ μεμελέτηται συμφώνως μὲν τοῖς ἑτέροις λαλῆσαι τὰ ὑπ' ἐκείνων εἰρημένα, ἀλλὰ [4] δὴ τὰ [5] μὴ ὑπ' ἐκείνων ῥηθέντα, παραλειφθέντα [6] δὲ, οὕτως ἀποκαλύψαι. Οὐ γὰρ ἦν αὐτῶν τὸ θέλημα, ἀλλὰ ἐκ πνεύματος ἁγίου [7] ἡ διδασκαλία καὶ ἡ ἀκολουθία. Εἰ γὰρ τούτου βούλονται ἐπιλαμβάνεσθαι, μαθέτωσαν ὅτι οἱ [8] ἄλλοι τρεῖς οὐκ ἀπ' αὐτῆς ἐνήρξαντο τῆς ἀκολουθίας. Ματθαῖος γὰρ πρῶτος ἄρχεται εὐαγγελίζεσθαι· τούτῳ γὰρ ἦν [9] ἐπιτεταγμένον τὸ εὐαγγέλιον κηρύξαι ἀπ' ἀρχῆς, ὡς καὶ ἐν ἄλλῃ αἱρέσει περὶ τούτου διὰ πλάτους εἰρήκαμεν. Οὐδὲν δὲ ἡμᾶς λυπήσει καὶ αὖθις περὶ τῶν αὐτῶν [10] διαλαμβάνειν, εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας καὶ ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων.

Κεφ. ε'. Οὗτος τοίνυν ὁ Ματθαῖος καταξιοῦται τὸ εὐαγγέλιον, ὡς ἔφην, καὶ δικαιότατα ἦν. Ἔδει γὰρ τὸν ἀπὸ πολλῶν ἁμαρτημάτων [1] ἀποστρέψαντα καὶ ἀπὸ τοῦ τελωνείου ἀναστάντα [2] καὶ ἀκολουθήσαντα [3] τῷ ἐλθόντι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων καὶ λέγοντι, Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, εἰς ὑπόδειγμα [4] ὑμῖν τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι, [5] τῷ ἐν τῷ [6] τελωνείῳ ἀναχθέντι καὶ ἀπὸ ἀδικίας ἀναστρέψαντι παρασχέσθαι τὸ κήρυγμα τῆς σωτηρίας, ἵνα ἀπ' αὐτοῦ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι τὴν τῆς παρουσίας φιλανθρωπίαν. Μετὰ γὰρ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐδωρήσατο αὐτῷ καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν

Cap. IV. — 1. αὔριον cod. Venet.
2. τούτω ed. pr. et cod. Rhedig.
3. τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου cod. Ven.
4. δὲ cod. Venet.
5. μὴ, quod vulgo omissum, restitui ex cod. Veneto.
6. δὲ, quod vulgo abest, reposui ex cod. Veneto.
7. ἡ ἀκολουθία καὶ ἡ διδασκαλία cod. Venet.
8. ἀλλότριοι οὐκ cod. Ven.
9. ἐπιτετραμμένον cod. Ven.
10. διαλαβεῖν cod. Venet.

Cap. V. — 1. Ita cod. Ven. Vulgo ἐπιστρέψαντα.
2. Verba καὶ ἀκολουθήσαντα, quae vulgo desiderantur, debemus cod. Veneto, qui habet ἀκολουθήσαντι.
3. Construe Ἔδει γὰρ τὸν ἀπὸ π. ἁμαρτ. ἀποστρέψαντα κ. ἀπὸ τ. τελ.

est, et habitavit in nobis; et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Et statim: *Ioannes testatur, et clamat dicens: Hic est quem dixi vobis.* Et: *Hic est agnus dei, qui tollit peccata mundi.* Deinde ita scribit: *Et dixerunt illi qui audierant, Rabbi ubi manes?* Postea vero, *Postera die*, inquit, *voluit abire in Galilaeam, et invenit Philippum, et dicit ei Iesus, Sequere me.* Paulo post vero ita prosequitur: *Et post triduum nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et vocatus est Iesus et discipuli eius ad nuptias, et erat ibi mater eius.* Evangelistae vero ceteri narrant XL dies illum in deserto mansisse, et a diabolo fuisse tentatum, ac tum demum redeuntem discipulorum habuisse delectum. Nec illud, quae eorum inscitia est, animadvertunt, id evangelistarum unumquemque studuisse, ut, quae ab aliis essent prodita, ea consentanee cum illis exponeret, interim tamen nonnulla, quae ab iisdem essent praetermissa, memoraret. Neque enim id in eorum voluntate situm fuit, sed a spiritu sancto omnis illorum doctrina scribendique ordo profectus est. Nam si reprehendendum illud existimant, intelligant tres alios evangelistas non ab ipso rerum gestarum initio narrationis suae sumpsisse primordia. Matthaeus enim primus evangelium scribere aggressus est. Cui quidem initio praedicandi evangelii munus est commissum. De qua re in alia haeresi copiose disputavimus, et nunc eadem hoc loco repetere cum ad veritatis fidem, tum ad illorum convincendos errores, minime pigebit.

Matthaeus igitur primus evangelii scribendi provinciam nactus est, ut diximus; idque ex iure merito contigit. Oportebat enim eum ipsum qui ad conciliandam humano generi salutem advenerat, quique ita dixerat: *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam*, ad eorum qui servandi erant exemplum, ei homini potissimum praedicandae salutis munus iniungere, qui ab innumeris peccatis conversus et a telonio suscitatus fuerat, ac se ab omni scelere et iniustitia revocarat, ut ab illo quanta sibi esset adventu Christi humanitas collata mortales discerent. Quippe post peccatorum condonationem hoc eidem concessit, ut et mortuos excitare posset ad vi- Cap. V. Matth. 9, 13.

ἀναστάντα καταξιοῦσθαι (quod quidem verbum cogitatione repetendum est, ne cum Petavio omnia hic corrupta esse suspicemur) τῷ ἐλθόντι cett.
4. ὑμῖν τοῖς μέλλουσι cod. Ven. Vulgo ἡμῖν τῶν μελλόντων.
5. Fortasse rectius reponas τοῦ pro τῷ, cuius infinitivi cum τοῦ iuncti frequens est apud Epiphanium usus; sed etiam τῷ, quod libri tuentur, vindicari poterit. Verto: in exemplum vobis, qui salutem adepturi estis, inde quod homini qui in telonio ab omni se scelere et iniustitia revocasset atque reversus esset, salutis praedicationem mandaret. Participium ἀναχθέντι igitur cum ἀπὸ ἀδικίας etiam struendum est.
6. τελωνίῳ cod. Venet.

καὶ κάθαρσιν λέπρας καὶ ἰαμάτων δυνάμεις καὶ ἀπέλασιν [7] δαιμόνων, ἵνα μὴ μόνον ἀπὸ τοῦ λόγου πείσῃ τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἔργου [8] κηρύξαι [9] εὐαγγέλια τοῖς ἀπολλυμένοις, ὅτι εὑρεθήσονται
pag. 426. διὰ μετανοίας, καὶ τοῖς πεπτωκόσιν, ὅτι ἀναστήσονται, καὶ τοῖς τεθνηκόσιν, ὅτι ζωογωνηθήσονται. Καὶ οὗτος μὲν οὖν ὁ Ματθαῖος Ἑβραϊκοῖς γράμμασι γράφει τὸ εὐαγγέλιον καὶ κηρύττει, καὶ ἄρχεται οὐκ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλὰ διηγεῖται μὲν τὴν γενεαλογίαν ἀπὸ τοῦ Ἁβραάμ. Ἁβραὰμ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας. Καὶ ἀπ' ἀρχῆς τάττει, λέγων· Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ· εἶτά φησιν, Υἱοῦ Ἁβραάμ. Εἶτα ἐλθὼν ἐπ' αὐτὸ τὸ ζητούμενόν φησι· Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν· Μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρινὴ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Καὶ Ἰωσὴφ δίκαιος ὢν, ἐζήτει ἀπολῦσαι αὐτὴν λάθρα· καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐφάνη αὐτῷ κατ' ὄναρ λέγον· Μὴ ἀπολύσῃς τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Ἰδοὺ γὰρ γεννήσει υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ ἁμαρτιῶν. Καὶ τοῦτο, φησὶ, γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐγερθεὶς, φησὶν, ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν οὕτως ὁ Ἰωσὴφ, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος, φησὶ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ, Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱερουσαλὴμ, λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ τὸν ἀστέρα αὐτοῦ ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ποῦ οὖν ἡ πραγματεία τοῦ Ζαχαρίου; ποῦ τὰ τῷ Λουκᾷ πεπραγματευμένα; ποῦ ἡ ὀπτασία τοῦ ἀγγέλου; ποῦ ἡ προφητεία Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ; ποῦ τοῦ Ζαχαρίου ἡ ἐπιτίμησις, τοῦ μὴ δύνασθαι αὐτὸν λαλεῖν ἄχρις οὗ γένηται τὰ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου λελαλημένα; ποῦ τὰ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ τῇ παρθένῳ λεχθέντα; ποῦ ἡ παράστασις τῆς ἀσφαλείας τῆς μετὰ συνέσεως, τῆς Μαρίας αὐτῷ τῷ ἀγγέλῳ ἀποκριθείσης, ὡς ἠρώτα λέγουσα, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ ἡ μετὰ ἀκριβείας καθαρὰ ὑφήγησις, ὡς εἶπεν αὐτῇ, πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι;

Κεφ. ς'. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἐπεὶ μὴ κατήγγελλεν ὁ Ματθαῖος τὰ ὑπὸ τοῦ Λουκᾶ ῥηθέντα, ἄρα ἀσύμφωνος εἴη ὁ ἅγιος Ματθαῖος πρὸς τὴν ἀλή-
pag. 427. θειαν; Ἀλλ' οὐκ ἀληθεύει ὁ ἅγιος Λουκᾶς, εἰπὼν περὶ τῶν πρώτων τῷ Ματθαίῳ πεπραγματευμένων; οὐχὶ ἑκάστῳ ἐμέρισεν ὁ θεὸς, ἵνα

7. δαιμονίων cod. Ven.

8. κηρύξῃ corrigit Petavius.

tam, repurgare lepram et morbos depellere, daemonesque propulsare, ne dicendo solum persuaderet auditoribus, sed evangelicam doctrinam factis etiam ipsis praedicaret, atque et perditis hominibus nuntiaret posse illos poenitendo recuperari, et iis qui ceciderant resurrecturos se esse, et qui mortui essent, vitam esse denuo consecuturos. Hic igitur Matthaeus Hebraica lingua scripsit ac praedicavit evangelium, nec ab eius initio duntaxat exorsus est, sed primum Christi genealogiam ab Abraamo pertexuit. *Abraam*, inquit, *genuit* Matth. 1.
Isaac, Isaac autem genuit Iacob etc., usque ad Iosephum et Mariam. Et illud quidem initio praefixit: *Liber generationis Iesu Christi filii David.* Addit deinde, *Filii Abraam.* Tum ad id quod instituerat progressus, *Christi*, inquit, *generatio sic erat: Cum esset desponsata mater ipsius Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem, cum esset iustus, quaerebat occulte dimittere illam. Et ecce angelus domini apparuit illi in somnis, dicens, Noli dimittere coniugem tuam; quod enim in ipsa est, de spiritu sancto est. Ecce enim pariet filium et vocabis nomen eius Iesum. Hic salvabit populum suum a peccatis. Et hoc*, inquit, *factum est, ut impleretur, quod dictum est a domino per prophetam dicentem, Ecce virgo concipiet etc. Exsurgens autem a somno ita fecit Ioseph. Et accepit uxorem suam, et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, et vocavit nomen eius Iesus.* Pergit deinde: *Cum* Matth. 2.
natus esset Iesus in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes, Ubi est qui natus est rex Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, et venimus adorare eum. Ubi igitur est Zachariae illa omnis historia? Ubi sunt Luc. 1.
quae a Luca narrantur? Ubi visum illud angeli? Ubi Ioannis Baptistae prophetia? Ubi increpatio Zachariae, ut loqui ante non posset quam perfecta essent omnia quae ab angelo erant allata? Ubi sunt quae angelus Mariae locutus est? Ubi cautio illa ac prudentia quam suo illo ad angelum responso Maria prae se tulit, cum ita illum interrogavit: *Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco?* aut Id. 1, 26.
sincera illa angeli accurataque rei gerendae propositio? *Spiritus*, inquit, *sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi.*

Quinam ergo factum putabimus ut quae Lucas exposuit, ea sint Cap. VI.
a Matthaeo praetermissa? Num Matthaeum ab rei veritate discrepare statuemus? An contra in primis illis rebus gestis, quas Matthaeus perscripsit, Lucam ipsum minime vera narrasse? Nonne sin-

9. συναγγελίᾳ cod. Venet.

οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ ὀφείλοντες κηρύξαι εὕρωσιν ἕκαστος τί ἐργάσωνται· καὶ τὰ μὲν συμφώνως [1] καὶ ἴσως κηρύξωσιν, ἵνα δειχθῶσιν ὅτι ἐξ αὐτῆς τῆς πηγῆς ὥρμηνται, τὰ δὲ ἑκάστῳ [2] παραλειφθέντα ἄλλος [3] διηγήσεται, ὃς ἔλαβε παρὰ τοῦ πνεύματος μέρος τῆς ἀναλογίας; Τί δὲ ποιήσομεν Ματθαίου μὲν κηρύττοντος ἐν Βηθλεὲμ τὴν Μαριὰμ γεγεννηκέναι, κατὰ τὰς παρ' αὐτῷ γενεαλογίας, ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν, ὡς οὐχ εὑρίσκεται ὁ ἅγιος Μάρκος ταῦτα λέγων, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ πραγματείας ποιεῖται τὴν εἰσαγωγὴν τοῦ εὐαγγελίου καί φησιν· Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου, ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ; Οὕτω καὶ τὰ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ πεπραγματευμένα καὶ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἠσφαλισμένα τὴν φροντίδα ἔσχεν οὐ περὶ τῶν ἤδη κεκηρυγμένων πολλάκις μόνον λέγειν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ τῶν ἄλλων εἰς [4] αὐτὸν κηρυγμάτων καταλειφθέντων. Ἡ γὰρ πᾶσα τῶν εὐαγγελίων ὑπόθεσις τοιοῦτον εἶχε τρόπον.

Ματθαίου μὲν γὰρ κεκηρυχότος τὸν Χριστὸν γεννηθέντα καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου συλληφθέντα, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα οἰκονομηθέντα, πλάνη τισὶ γεγένηται τοῖς μὴ νενοηκόσιν (οὐ τοῦ εὐαγγελίου αἰτίου [5] ὄντος αὐτοῖς εἰς τὸ πλανηθῆναι, ἀλλὰ τῆς αὐτῶν διανοίας πεπλανημένης) εἰς παράστασιν [6] τῆς περὶ τῶν αὐτῶν πληροφορίας τὰ ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου κακῇ ὑπονοίᾳ [7] ἐπινενοημένα. Ἔνθεν γὰρ οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Ἐβίωνα ψιλὸν [8] τὸν ἄνθρωπον κατέσχον, καὶ [9] Μήρινθον, καὶ Κλεόβιον, εἴτουν Κλεόβουλον, καὶ Κλαύδιον, καὶ Δημᾶν, καὶ Ἑρμογένην, τοὺς ἀγαπήσαντας τὸν ἐνταῦθα αἰῶνα, καὶ καταλείψαντας τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας. Ἀντιλέγοντες γὰρ τοῖς τοῦ κυρίου μαθηταῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ γενεαλογίας τὴν αὐτῶν ἄνοιαν παριστᾶν ἐπειρῶντο, [10] οὐ καλῶς μὲν οἰόμενοι, πλὴν ἐντεῦθεν τὴν πρόφασιν θηρώμενοι. [11] Ἀντελέγοντο γὰρ πολλάκις ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου καὶ τῶν ἀμφ' [12] αὐτὸν,
pag. 428. *Λευκίου, καὶ ἄλλων πολλῶν. Παρατρίψασα δὲ ἑαυτῆς τὸ μετώπιον ἡ ἀναισχυντία [13] ἑαυτῇ κακὰ ἐπισπάσασθαι ἐφιλοτιμήσατο.*

Εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον ἀκόλουθος γενόμενος ὁ Μάρκος

Cap. VI. — 1. καὶ om. cod. Rhedig.
2. παραληφθέντα libri omnes.
3. διηγήσηται cod. Rhedig. διηγήσεται reliqui libri.
4. αὐτὸν scripsi cum Petavio.
5. Cod. Venet. om. ὄντος.
6. τῆς om. cod. Venet.
7. Retinui veterem scripturam, sed, Gatakerum secutus Opp. Critt. p. 809 sq., verbis οὐ τοῦ εὐαγγελίου — πεπλανημένης parenthesi inclusis. Alioquin scripsissem ἐπινενοημένης. Petavio nonnihil deesse visum est. Ceterum codd. Venet. et Rhedig. pro ἐπινενοημένα habent νενοημένα.
8. αὐτὸν pro τὸν habet cod. Venet.

gulis propria quaedam deus attribuit, ut evangelistae quatuor ad praedicandum evangelium delecti suum quoddam praecipuum munus haberent? Ita quidem, ut nonnulla concordi ac consentanea voce narrarent, quo se ex eodem hausisse fonte monstrarent, quaedam vero ab singulis praetermissa alius exponeret, cui privatim illud esset a spiritu sancto pro rata portione concessum. Quid igitur faciemus, cum Matthaeus Mariam Bethleemi peperisse scribat, secundum perscriptam ab eodem genealogiam, qua Christum cum carne venientis originem ab Abraamo ac Davide pertexuit, Marcus vero nihil habeat eiusmodi, sed ab eo quod ad Iordanem gestum est, evangelium ordiatur, ita scribens: *Initium evangelii: sicut scriptum est in Isaia propheta: Vox clamantis in deserto?* Marc. 1.
Sic in iis quae beatus Ioannes mandavit memoriae, quaeque spiritu sancto gubernante fide omni ac veritate stabilita sunt, id videlicet actum est, ut non solum ea, quae saepius nuntiata fuerant, proponerentur, sed et necessaria quaedam adderentur dogmata, quae ceteri ante illum minime scriptis attigissent. Eiusmodi nempe totum evangeliorum argumentum fuit.

Cum Matthaeus genitum Christum atque e sancto spiritu conceptum, ac de Davidis et Abraami, quod ad carnem attinet, genere prognatum sua narratione descripsisset, nonnullis ignorantibus erroris istud occasionem dedit. Cuius quidem caussa non evangelio ipsi tribuenda, sed falsa illorum accusanda mens, qui ad id, quod certo sibi persuaserant, perperam acceptas ex evangelio auctoritates accommodabant. Hinc enim Cerinthus et Ebio nudum hominem fuisse Christum asseruit, ut et Merinthus et Cleobius, sive Cleobulus, et Claudius ac Demas et Hermogenes, *qui dilexerunt hoc seculum, et* 2.Tim.4, 10.
viam veritatis reliquerunt. Quippe domini discipulis per id tempus contradicentes illi ex Christi genealogia ab Abraamo et Davide perducta insaniam suam corroborare studuerunt. Quod etsi perperam in animum induxerant, nihilominus illinc occasionem nacti sunt. Et Ioannes quidem eiusque discipuli, maximeque Lucius, et alii plerique istorum conatibus saepius obstiterant. Sed nimirum ubi semel frontem suam impudentia perfricuit, mala sibi multa deinceps accumulare non destitit.

Itaque post Matthaeum statim Marco, qui Romae sancti Petri

9. Μήρινθος cod. Rhedig. Rescripserim omnino ὃν καὶ οἱ περὶ Μήρινθον cett., vel Ἔνθεν γὰρ ψιλὸν τὸν ἄνθρωπον κατέσχον οἱ περὶ Κήρινθον, καὶ Ἐβίωνα, καὶ Μήρινθον cett.
10. οὐχ ἁγνῶς cod. Venet.
11. ἀντελέγοντο scripsi ex cod. Veneto, et cum Petavio. Nam reliqui libri habent ἀντέλεγον. Cornarius ita vertit: non recte quidem putantes, verum hinc occasionem et praetextum venantes. Contradixit enim ipsis saepe etc.
12. αὐτὸν rescripsi ex cod. Veneto, et cum Petavio. Libri vulgo habent αὐτῶν.
13. In libris extat ἑαυτῇ.

τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ ἐν Ῥώμῃ, ἐπιτρέπεται τὸ εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι, καὶ γράψας ἀποστέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν. Οὗτος δὲ εἷς ἐτύγχανεν ἐκ τῶν ἑβδομηκονταδύο τῶν διασκορπισθέντων ἐπὶ τῷ ῥήματι, ᾧ εἶπεν ὁ κύριος, Ἐὰν μή τίς μου φάγῃ τὴν σάρκα καὶ πίῃ τὸ αἷμα, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, ὡς τοῖς τὰ εὐαγγέλια ἀναγνοῦσι σαφὴς ἡ παράστασις. Ὅμως διὰ Πέτρου ἀνακάμψας εὐαγγελίζεσθαι καταξιοῦται, πνεύματι ἁγίῳ ἐμπεφορημένος. Ἄρχεται δὲ κηρύττειν ὅθεν τὸ πνεῦμα αὐτῷ παρεκελεύσατο, τὴν ἀρχὴν τάττων ἀπὸ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, μετὰ ἔτη τριάκοντα τῆς τοῦ Ματθαίου πραγματείας. Δευτέρου δὲ γενομένου εὐαγγελιστοῦ, καὶ μὴ περὶ τῆς ἄνωθεν καταγωγῆς θεοῦ λόγου τηλαυγῶς σημάναντος, ἀλλὰ πάντῃ μὲν ἐμφαντικῶς, οὐ μὴν κατὰ ἀκριβολογίαν τοσαύτην, γέγονε τοῖς προειρημένοις εἰς δεύτερον [14] σκότωσις τῶν διανοημάτων, τοῦ μὴ καταξιωθῆναι πρὸς φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου, λεγόντων αὐτῶν ὅτι, Ἰδοὺ, δεύτερον εὐαγγέλιον περὶ Χριστοῦ σημαῖνον, καὶ οὐδαμοῦ ἄνωθεν λέγων τὴν γέννησιν· ἀλλὰ, φησὶν, Ἐν τῷ Ἰορδάνῃ κατῆλθε τὸ πνεῦμα ἐπ' αὐτὸν καὶ φωνὴ, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα.

Κεφ. ζ'. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα οὕτως ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνοήτως ἐτελεῖτο, ἀναγκάζει τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐπινύττει τὸν ἅγιον Λουκᾶν, ὡς ἀπὸ βάθους κατωτάτου [1] κακὴν τὴν διάνοιαν τῶν ἠπατημένων ἀνενέγκαι, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων καταλειφθέντα αὖθις ἐπιβάλλεσθαι, ἵνα μή τις τῶν πεπλανημένων ἡγήσεται μυθωδῶς αὐτὸν ἐκφράσαι τὴν γέννησιν. Ἔπειτα ἀνωφερῆ τὸν λόγον ἐργάζεται, διὰ δὲ τὴν ἀκρίβειαν λεπτομερῶς τὴν πᾶσαν πραγματείαν διέξεισι, καὶ εἰς παράστασιν ἀληθείας ἐμμάρτυρας τοὺς ὑπηρέτας τοῦ λόγου γενομένους παρεισάγει, φάσκων, Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν· ἵνα τινὰς μὲν ἐπιχειρητὰς δείξῃ, φημὶ δὲ τοὺς περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον, καὶ τοὺς ἄλλους. Εἶτα τί φησιν; Ἔδοξε
pag. 429. κἀμοὶ καθεξῆς παρηκολουθηκότι ἄνωθεν τοῖς αὐτόπταις καὶ ὑπηρέταις τοῦ λόγου γενομένοις γράψαι σοι, κράτιστε Θεόφιλε (εἴτουν τινὶ Θεοφίλῳ τότε γράφων τοῦτο ἔλεγεν, ἢ παντὶ ἀνθρώπῳ θεὸν ἀγαπῶντι), περὶ ὧν, φησὶ, κατηχήθης λόγων· τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν μὲν κατήχησιν προτεταγμένην ἔφασκεν, ὡς ἤδη ὑπὸ ἄλλων μὲν κεκατηχῆσθαι, οὐκ ἀσφαλῶς δὲ παρ' αὐτῶν μεμαθηκέναι. Εἶτα τὴν ἀκρίβειάν φησιν. Ἐγένετο ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἐξ ἐφημερίας Ἀβιᾶ τοῦ ἀρχιερέως, ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, καὶ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν, ᾗ ὄνομα Ἐλισάβετ. Καὶ ἄρχεται πρὸ τοῦ Ματθαίου. Ὁ μὲν γὰρ Ματθαῖος ἐσήμανε τριακονταετῆ χρόνον ἀπ' ἀρχῆς, ὁ δὲ Μάρκος τὰ μετὰ τριάκοντα ἔταττεν ἔτη, τὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ γενομένην

14. *Ita correxi. Libri omnes habent* σκότωσιν.

Cap. VII. — 1. κακὴν *reposui pro* κατὰ, *quod libri tuentur, quodque Petavius, mendum subesse suspicatus, uncinis notavit.*

comes fuerat, scribendi evangelii provincia committitur. Quod cum fecisset, a b. Petro in Aegyptum mittitur. Erat hic unus e LXXII discipulis qui ob sermonem illum dispersi sunt quem dominus elocutus fuerat: *Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem,* Ioann. 6, 54.
non est me dignus: uti sciunt qui evangelium legerint. Verum ille Petri opera reversus ac spiritu sancto repletus conscribendi evangelii munus accepit. Inde porro illud exorsus est, unde spiritus eum sanctus impulit, et a XV. Tiberii Caesaris anno sumpsit initium, qui est XXX. ab eo unde Matthaeus narrationem inchoavit. Quamobrem cum secundus hic evangelii scriptor extitisset, nec de verbi dei in terras e coelo delapsu perspicue significasset, quamquam expresse id omnino declaravit, — verum cum minus id accurate pertractasset, hinc novae quaedam tenebrae illorum, quos paulo ante commemoravi, ingeniis obortae sunt; ne eos evangelicus ille splendor illustraret. Sic enim illi iactabant: Ecce tibi novum de Christo proditum est evangelium, in quo nulla de coelesti illa generatione mentio: sed hoc unum memorat: *In Iordane descendit spiritus in illum, et vox:* Marc. 1, 10 et 11.
Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Cum igitur iis in rebus tam incredibilis illorum versaretur amen- Cap. VII.
tia, spiritus sanctus b. Lucam occultis quibusdam stimulis cogit et excitat, ut ex altissima illa voragine caecorum hominum mentes educeret, et quae fuerant ab aliis praetermissa scriptis commendaret, ne quis a veritate longius aberrans crederet Christi generationem ab eo velut fictam fabulam fuisse propositam. Sed orationem ille suam deinceps effert altius, ac cum subtilius exponat omnia, rei gestae seriem accurate prosequitur, et ad veritati faciendam fidem testes illos proponit in medium, qui divini verbi fuerant administri. Sic enim loquitur: *Quoniam quidem multi conati sunt* (ut nonnullos, qui Luc. 1.
id conati fuerant, indicaret, Cerinthum videlicet, Merinthum et alios): pergit vero: *Visum est mihi deinceps assecuto a principio diligenter eos qui ipsi viderunt, et ministri sermonis fuerunt, scribere tibi, optime Theophile:* sive ad Theophilum quempiam scribens ita dixerit, sive amantem dei quemlibet alloquatur: *Eorum*, inquit, *verborum de quibus eruditus es veritatem.* Ubi nonnullam institutionem antecessisse significat, qua ab aliis iam erat imbutus, sed ab iisdem certi nihil accepisse. Post haec rei veritatem exponit: *Fuit in diebus Herodis regis de vice Abia pontificis sacerdos quidam nomine Zacharias, et uxor eius de filiabus Aaron, nomine Elizabeth.* Altius ergo quam Matthaeus exorsus est. Matthaeus enim tricesimum aetatis annum initio declaravit. Marcus vero quae post tricesimum gesta sunt ex-

ἐν ἀληθείᾳ πραγματείαν, ὅμοια τῷ Ματθαίῳ καὶ τῷ Λουκᾷ· ὁ δὲ Ματθαῖος ἀπὸ τριακονταέτους χρόνου πρὸ τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ τοῦ βαπτίσματος πραγματείας τὸ διήγημα ἐποιεῖτο. Λουκᾶς δὲ πρὸ τοῦ χρόνου τοῦ συλληφθῆναι τὸν σωτῆρα ἐν γαστρὶ ἀπὸ ἓξ μηνῶν τὸν χρόνον ἐδήλου, καὶ ἐννέα μηνῶν πάλιν καὶ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς συλλήψεως τοῦ κυρίου· ὡς εἶναι τὸν πάντα χρόνον τριάκοντα ἓν ἔτος καὶ ἐπέκεινα. Διηγεῖται δὲ καὶ τὴν τῶν ποιμένων διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ἀγγέλων θεοπτίαν, καὶ ὡς ἐγεννήθη ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐσπαργανώθη ἐν φάτνῃ, καὶ τῇ ὀγδόῃ περιετμήθη, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις τὰ κατὰ τὸν νόμον προσφόρια ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπετέλουν, καὶ ὡς ὁ Συμεὼν ἐν ἀγκάλαις ἐδέχετο, καὶ ὡς Ἄννα ἀνθωμολογεῖτο, θυγάτηρ Φανουὴλ, καὶ ὡς ἐκ Ναζαρὲτ ἀπῄει εἰς Ἱερουσαλὴμ ἅμα τοῖς γονεῦσι τελοῦσιν ὑπὲρ αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον· ὧν οὐδὲν τῷ Ματθαίῳ ἐπείργασται, οὐδὲ τῷ Μάρκῳ, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ Ἰωάννῃ.

Κεφ. η'. Ὅθεν καί τινες ἄλλοι ἐξ Ἑλλήνων φιλοσόφων, φημὶ δὲ Πορφύριος, καὶ Κέλσος, καὶ Φιλοσαββάτιος, ὁ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὁρμώμενος, δεινὸς καὶ ἀπατεὼν ὄφις, εἰς τὴν κατὰ τῆς εὐαγγελικῆς πραγματείας διεξιόντες ἀνατροπὴν τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν κατηγοροῦσι, ψυχικοὶ καὶ σαρκικοὶ ὑπάρχοντες, κατὰ σάρκα δὲ στρατευόμενοι, καὶ θεοῦ εὐαρέστησιν ἀδυνάτως ἔχοντες, καὶ τὰ τοῦ πνεύματος μὴ νενοηκότες.
pag. 430. Ἕκαστος γὰρ προσκόπτων τοῖς λόγοις τῆς ἀληθείας, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τύφλωσιν τῆς ἀγνωσίας, εἰς τοῦτο ἐμπίπτοντες ἔλεγον, Πῶς δύναται ἡ αὐτὴ ἡμέρα εἶναι τῆς ἐν Βηθλεὲμ γεννήσεως, αὐτὴ καὶ περιτομὴν ἔχειν ὀκταήμερον, καὶ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἄνοδον, καὶ τὰ ἀπὸ Συμεῶνος καὶ Ἄννας εἰς αὐτὸν τετελεσμένα, ὁπότε ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ ἐγεννήθη πέφηνεν αὐτῷ, φησὶν, ἄγγελος, μετὰ τὴν τῶν Μάγων ἔλευσιν τῶν ἐλθόντων προσκυνῆσαι αὐτῷ, καὶ ἀνοιξάντων τὰς πήρας, καὶ προσενεγκάντων, ὡς λέγει; Φησὶν, Ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος λέγων· Ἀναστὰς λάβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν γυναῖκά σου, καὶ πορεύου εἰς Αἴγυπτον, ὅτι ζητεῖ Ἡρώδης τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. Εἰ τοίνυν ἐν ταύτῃ νυκτὶ ᾗ γεγέννηται παρελήφθη εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐκεῖ ἦν ἕως ὅτου ἀπέθανεν Ἡρώδης, πόθεν τὸ ἐπιμεῖναι, καὶ ὀκταήμερον περιτμηθῆναι; ἢ πῶς τὸ μετὰ τεσσαράκοντα εὑρίσκεται Λουκᾶς ψευδόμενος, ὥς φασι βλασφημοῦντες κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, ὅτι φησὶν, Ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ἀνήνεγκαν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖθεν εἰς Ναζαρέτ; Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ ἀγνωσίᾳ κατεχόμενοι τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δύναμιν.

Κεφ. θ'. Ἑκάστῳ γὰρ τῶν εὐαγγελιστῶν ἐδωρήθη ἑκάστου χρόνου καὶ καιροῦ διηγεῖσθαι τὰ ἐν ἀληθείᾳ πληρωθέντα. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος διη-

posuit, et in iis quae ad Iordanem contigerunt enarrandis Matthaeo ac Lucae consentaneus est. Sed Matthaeus ab anno ipso tricesimo, ante illam omnem baptismi ac rerum ad Iordanem gestarum historiam, narrationem inchoavit. Lucas porro a sexto mense, ante salvatoris in utero generationem, principium deduxit, quibus novem deinde menses addit, una cum paucis quibus genitus est diebus, ut supra unius ac triginta annorum spatium colligatur. Narrat praeterea quemadmodum pastores ab internuntiis angelis admoniti deum conspexerint, utque is Bethleemi in lucem editus ac pannis involutus in praesepi, et octavo die circumcisus fuerit, nec non post dies XL pro eodem oblata sint quae lex praescripserat. Tum ut eum Symeon in ulnas acceperit, Phanuelis filia confessa sit, utque Nazareto cum parentibus Hierosolymam abierit, qui quod lex iusserat illius nomine dependerunt. Quae nec Matthaeus nec Marcus nec Ioannes attigerunt.

Ex quo factum est ut gentiles quidam philosophi, Porphyrius Cap. VIII.
scilicet ac Celsus, et Philosabbathius, genere Iudaeus, veterator ac nequissimus coluber, cum adversus evangelicam historiam scriberent, sacros evangelistas arguerint, animales illi quidem et carnales homines, ac secundum carnem militantes, qui nec deo placere poterant, nec ea quae sunt spiritus sancti cognoverant. Nam omnes illi ad sermones veritatis offendentes, prae inscitiae caecitate, atque ad ea delapsi iactare identidem solebant, fierine potest ut eadem dies et Bethleemi natum viderit, et, quod post octiduum solebat fieri, circumcisum, et post dies XL Hierosolyma deportatum, ut item Symeonis et Annae acta illa in eandem diem inciderint; praesertim cum qua nocte Iesus est in lucem editus, Iosepho angelus apparuerit, post Magorum adventum, qui illius adorandi caussa venerant, quique munera sua apertis sacculis obtulerant? Tum enim *Apparuit*, Matth. 2, 13.
inquit, *ei angelus dicens, Surge, accipe puerum, et coniugem tuam, et vade in Aegyptum; quoniam quaerit Herodes animam pueri.* Quamobrem si eadem qua natus est nocte in Aegyptum delatus est, et illic fuit donec Herodes mortuus est, quomodo permanere in Iudaea potuit, et octavo die circumcidi? aut quid tandem post dies XL factum esse Lucas mentitus est? Sic enim per summam illi blasphemiam, id quod in eorum caput vertat, obiiciunt. Nam *Quadragesimo*, ait Luc. 2, 39.
Lucas, *die tulerunt illum in Hierusalem, et inde in Nazaret.* Sed ignari videlicet homines quae vis sit sancti spiritus nequaquam intelligunt.

Etenim unicuique evangelistarum concessum est, ut quae singu- Cap. IX.
lis et temporibus et opportunitatibus gesta erant verissime perscribe-

γησάμενος μόνον ὅτι ἐγεννήθη ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ὅτι συνελήφθη
ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς, οὐδὲν περὶ τῆς περιτομῆς εἶπεν, οὐδὲ πρὸ
τῶν δύο ἐτῶν τι τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων, ἀλλὰ διηγεῖται τὴν ἔλευ-
σιν τῶν Μάγων, ὡς ἐπιμαρτυρεῖ ἡμῖν ὁ ἀληθὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἐρω-
τῶντος τοῦ Ἡρώδου παρὰ τῶν Μάγων τὸν [1] χρόνον καὶ ἀκριβοῦντος τοῦ
γενομένου ἀστέρος, καὶ τῶν Μάγων ἡ ἀπόκρισις, ὅτι ἀπὸ δύο ἐτῶν
καὶ κατωτέρω· ὡς μὴ εἶναι τὸν χρόνον τοῦτον, τὸν τῷ Λουκᾷ πε-
πραγματευμένον, ἀλλ' ὁ μὲν Λουκᾶς τὰ πρὸ δύο ἐτῶν διηγεῖται, Ματ-
θαῖος δὲ εἰπὼν τὴν γέννησιν ἀπεπήδησεν εἰς τὸν διετῆ χρόνον, καὶ
ἐδήλωσε τὰ γενόμενα μετὰ δύο ἔτη. Διὸ καὶ ὁ Ἡρώδης διανοηθεὶς
τοῦτο μετὰ τὸ ἀπονεῦσαι τοὺς Μάγους δι' ἑτέρας ὁδοῦ ᾠήθη ἐν τῷ πλή-
θει τῶν παίδων καὶ αὐτὸν γεννηθέντα εὑρεθήσεσθαι, καὶ σὺν αὐτοῖς
[2] ἀποκτέννυσθαι. Ἐκέλευσε γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ὁρίοις Βηθλεὲμ παῖδας
pag. 431. ἀποκτανθῆναι, τοὺς ἀπὸ δύο ἐτῶν καὶ κατωτέρω, ἕως αὐτῆς τῆς ἡμέ-
ρας ἧς οἱ Μάγοι παρ' αὐτῷ ἐγένοντο. Ἔνθεν τίνι οὐ φανεῖται ὅτι, ὅτε
ἦλθον οἱ Μάγοι, δύο ἦν ἐτῶν ὁ παῖς γεγενημένος; καὶ γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ
πραγματεία, τὴν πᾶσαν ἀκρίβειαν σαφηνίζει. Ὁ μὲν γὰρ Λουκᾶς λέ-
γει ἐσπαργανῶσθαι τὸν παῖδα εὐθὺς τετεγμένον, καὶ κεῖσθαι ἐν φάτνῃ,
καὶ ἐν σπηλαίῳ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον ἐν τῷ καταλύματι. Ἀπογραφὴ
γὰρ ἦν τότε, καὶ οἱ διασκορπισθέντες ἀπὸ τοῦ χρόνου τῶν πολέμων
τῶν ἐπὶ τοῖς Μακκαβαίοις γεγονότων ἐπὶ τὰ πανταχοῦ γῆς διεσκορπί-
σθησαν, καὶ ὀλίγοι παντελῶς ἔμειναν ἐν Βηθλεὲμ κατοικοῦντες. Διὸ
ἔν τινι ἀντιγράφῳ τῶν εὐαγγελιστῶν καλεῖται πόλις τοῦ Δαβίδ· ἐν ἄλλῳ
δὲ κώμην αὐτὴν καλοῦσι, διὰ τὸ εἰς ὀλίγην γῆν αὐτὴν ἡκέναι. Ὅτε
δὲ γέγονε τὸ κέλευσμα τοῦ βασιλέως Αὐγούστου, καὶ ἀνάγκην ἔσχον οἱ
διεσκορπισμένοι, [3] κατὰ τὰ αὐτῶν γένη ἦλθεν εἰς τὸν τόπον, ἵνα ἀπο-
γραφῶσιν ἐπιρρέοντα τὰ πλήθη, καὶ ἐνέπλησε τὸν τόπον, καὶ οὐκ ἦν
τόπος ἐν τῷ καταλύματι, διὰ τὴν συνέχειαν. Λοιπὸν δὲ μετὰ τὴν ἀπο-
γραφὴν ἀπῆλθεν ἕκαστος, ὅποι γῆς τὴν καταμονὴν τῆς κατοικήσεως
εἶχε· διὸ καὶ πλάτος ἐτύγχανεν ἐν τῇ γῇ. Ἐρχόμενοι δὲ, ὡς εἰπεῖν,
μνήμης ἕνεκα τῶν ἐκεῖ γεγεννημένων, πρώτου ἐνιαυτοῦ τελεσθέντος
καὶ τοῦ δευτέρου πληρωθέντος, ἦλθον οἱ γονεῖς ἐκεῖσε ἀπὸ Ναζαρὲτ,
ὡς εἰς τὴν πανήγυριν ταύτην. Διὸ καὶ ἡ ἔλευσις τῶν Μάγων γεγένη-
ται, [4] καὶ κατὰ τὴν τοιαύτην συγκυρίαν, οὐκέτι ἴσως τῇ καταλύσει
τότε τῆς Μαρίας καὶ Ἰωσὴφ διὰ τὴν ἀπογραφὴν τῇ ὑπὸ τοῦ Λουκᾶ
εἰρημένῃ. Οὐ γὰρ ηὗραν τὴν Μαριὰμ ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὅπου ἐγέννη-
σεν. Ἀλλὰ ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, ὅτι, ὡδήγει, φησὶν, αὐτοὺς ὁ

Cap. IX. — 1. χρόνον καὶ ἀκριβοῦντος *scripsi meo periculo. Confer evangelii verba. Cod. Rhedig. et editi libri habent* χρόνον. καὶ ἠκρίβωτο, *quod mendosum esse nemo est qui non videat. Cornarius interpretatus est ita:* sed exponit adventum Magorum, velut attestatur nobis vera dei doctrina, interrogante Herode a Magis tempus, declarabat ipsum exortae stellae ac Magorum responsio, *cett.*

2. ἀποκτέννυσθαι *cod. Rhedig. et ed. pr.* ἀποκτίννυσθαι *ed. Petav.*

3. κατὰ τὰ *scripsi cum Petavio. In libris tam scripto quam editis extat* καὶ τά.

4. *Particulam* καὶ *delendam esse suspicor.*

ret. Itaque Matthaeus, cum id unum exposuisset, de spiritu sancto
susceptum illum ac genitum, de circumcisione tacuit, nec ullam
earum rerum attigit quae ante biennium acciderunt, sed Magorum
demum enarravit adventum, quemadmodum verissimus dei sermo te-
statur; cum scilicet *tempus a Magis exquisivit Herodes*, ac de stella Matth. 2, 7.
quae apparuerat accurate sciscitatus est. Ad haec Magorum comme-
morata responsio, de *duobus annis et infra:* ut diversum ab eo tem-
pus esse constet quod Lucas narratione sua complexus est. Hic
enim quae ante biennium illud gesta sint exponit. At Matthaeus a
nativitate statim ad secundum annum se contulit, et quae post bien-
nium acciderint declarat. Quod Herodes animo reputans, postquam
Magi alia via discesserunt, in illa infantium turba deprehendi pueru-
lum illum atque interfici posse crediderat. Infantes enim omnes, Matth. 2, 16.
quotquot in agro Bethleemitico forent, a bimatu et infra iussit occidi,
ad illam usque diem qua apud se Magi fuissent. Ex quo quis non
videat tum cum Magi venerunt bimulum fuisse puerum? Siquidem
ea rei gestae narratio veritatem ipsam accuratissime demonstrat. Et-
enim Lucas puerum, simulac natus est, fasciis involutum esse scri-
bit, et in praesepi ac spelunca iacuisse, quod nullus in diversorio
locus esset. Tum enim census habebatur, et qui bellorum tempori-
bus, quae sub Macchabaeis extiterant, dispersi fuerant, quovis ter-
rarum pervaserant, adeo ut pauci omnino Bethleemi remanerent.
Quare in quodam evangelistarum exemplari Davidis urbs dicitur;
in alio vero vicus appellatur, quod agrum haberet angustissimum.
Cum igitur Augusti imperatoris edictum esset allatum, qui huc illuc-
que dissipati erant, cum familiis suis ad illum locum censendi gratia
venire coacti facile compleverunt, ut propter hominum frequentiam
nihil esset in diversorio loci relictum. Post censum vero unusquis-
que eo ubi domicilium collocarat reversus est. Unde laxius ad ha-
bitandum spatium fuit. Itaque priore iam anno finito, et altero in-
super, ob eorum quae gesta illic erant memoriam eo se parentes
Nazareto, velut ad eandem celebritatem, contulerunt. Quo tem-
pore Magorum adventus eiusmodi quadam opportunitate contigit.
Tametsi non in eodem illo fortassis diversorio versabantur, in quo
Mariam ac Iosephum descriptionis tempore mansisse Lucas testatus
est. Neque enim Mariam in spelunca, ubi pepererat, repererunt,
sed, ut evangelium narrat, stella illos ad eum locum perduxit, *ubi*

ἀστὴρ ἄχρι τοῦ τόπου οὗ ἦν ἐκεῖ τὸ παιδίον, καὶ εἰςελθόντες εἰς τὸν οἶκον εὗρον τὸ βρέφος μετὰ Μαρίας, οὐκέτι ἐν φάτνῃ, οὐκέτι ἐν σπηλαίῳ, ἀλλ' ἐν οἴκῳ· ἵνα γνωσθῇ τῆς ἀληθείας ἡ ἀκρίβεια, καὶ τοῦ χρόνου τῶν δύο ἐτῶν τὸ διάστημα, τουτέστιν ἐξότου ἐγεννήθη ἕως ὅτε παρεγένοντο οἱ Μάγοι. Καὶ κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα, μετὰ δύο ἔτη τῆς γεννήσεως, ὤφθη ὁ ἄγγελος, καὶ εἶπε παραλαβεῖν τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα εἰς γῆν Αἰγύπτου. Διὸ οὐκέτι Ἰωσὴφ ἀνακάμπτει εἰς Ναζαρὲτ, ἀλλὰ ἀποδιδράσκει ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἄλλα δύο ἔτη ποιεῖ ἐκεῖσε. Καὶ οὕτως πάλιν ὁ ἄγγελος μετὰ τὴν τοῦ Ἡρώδου τελευτὴν ἐπιστρέφει τὸν αὐτὸν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ.

pag. 432. Τῷ γὰρ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τοῦ Ἡρώδου γεννᾶται ὁ κύριος· τριακοστῷ πέμπτῳ ἦλθον οἱ Μάγοι· τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τελευτᾷ ὁ Ἡρώδης, καὶ διαδέχεται Ἀρχέλαος υἱὸς αὐτοῦ τὸ βασίλειον, ποιήσας ἔτη ἐννέα βασιλεύων, καθάπερ μοι ἐν ἄλλοις τόποις εἴρηται. Ἀνεχώρησεν οὖν ἀκούσας περὶ Ἀρχελάου, καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Ναζαρέτ. Καὶ ἐκεῖθεν πάλιν κατ' ἔτος ἀνῄει εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὁρᾷς ὅση τυγχάνει ἀκρίβεια ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις, περὶ ἑκάστης πραγματείας; Οἱ δὲ ἀγνοίᾳ φερόμενοι, τὸν ἑαυτῶν νοῦν σκοτώσαντες, οὐκ ἴσασι τὸ τέλος ἑκάστου λόγου, ἀλλὰ ἁπλῶς κατὰ τῶν ἁγίων ἐπαίρουσι τὸ στόμα, καὶ χαλῶσι τὴν γλῶτταν, μηδὲν μὲν λέγοντες ἐν ἀληθείᾳ, ἑαυτοὺς δὲ τῆς ζωῆς ἀλλοτριοῦντες.

Κεφ. ι'. Ἔνθεν οὖν ὁ Λουκᾶς, μετὰ τὸ διηγήσασθαι τὰ πρῶτα πάλιν λέγει, πῶς ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ· ἵνα μὴ παραλείψῃ τόπον τοῖς νομίσασιν αὐτὸν ἁπλῶς ἄνδρα τέλειον ἐν κόσμῳ πεφηνέναι, καὶ εἰς τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην ἡκέναι, ὡς ὑπεβλήθη ὑπὸ Κηρίνθου καὶ Ἐβίωνος, καὶ τῶν ἄλλων. Δεινὸς γὰρ ὄφις σκαληνῶς διαβαίνων ἐν μιᾷ γνώμῃ οὐχ ἵσταται· ἀλλὰ τοῖς μὲν δοκεῖ ἐκ παρατριβῆς καὶ σπέρματος ἀνδρὸς γεγενῆσθαι, τοῖς δ' ἄλλοις ἁπλῶς ἄνθρωπος πεφηνέναι. Διὸ κατὰ τὸ λεπτὸν τὰ πάντα διηγούμενοι οἱ ἅγιοι εὐαγγελισταὶ ἀκριβολογοῦσι. Καὶ φύσει ὁ Λουκᾶς, ὡς ἀπὸ κάτωθεν ἐπὶ τὰ ἄνω ἀναφέρων τὴν διάνοιαν, φάσκει, Ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ. Τὸ δὲ νομίζεσθαι οὐκ ἀληθῶς ἐστιν· ἀλλὰ ἐν τάξει μὲν πατρὸς ἐτύγχανεν ὁ Ἰωσὴφ, διὰ τὸ οὕτως τῷ θεῷ δεδόχθαι· οὐκ ἦν δὲ πατὴρ ὁ μὴ πρὸς τὴν Μαριὰμ ἐσχηκὼς συνάφειαν, ἢ μόνον ὅτι ἀνὴρ ἐκλήθη, διὰ τὸ μεμνηστεῦσθαι πρεσβύτης ἐτῶν ὀγδοήκοντα τυγχάνων πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ ἔχων υἱοὺς ἓξ, ἀπὸ τῆς ὄντως αὐτοῦ γαμετῆς πρώτης, τὴν δὲ δι' οἰκονομίαν παρειληφὼς, ὡς καὶ ἄλλῃ που ἀκριβέστερον περὶ

erat puer: et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria; non in praesepi, vel in spelunca, sed in domo scilicet; ut accurata rei veritas, ac biennii intervallum exprimeretur, quod ab eius natali ad Magorum adventum effluxerat. Eadem illa vero nocte, duobus a nativitate annis elapsis, angelus apparuit, ac puerum cum matre in terram Aegypti iussit abducere. Idcirco non iam Nazaretum Iosephus regreditur, sed cum puero ac matre fugit in Aegyptum, ubi biennio altero commoratus est: atque ita rursum post Herodis obitum angelus eundem ut in Iudaeam rediret admonuit.

Quippe XXXIII. Herodis anno natus est dominus, eiusdemque XXXV. Magi venerunt. Deinde XXXVII. imperii anno moritur Herodes, cui successit Archelaus; isque novem regnavit annis, ut alio a me loco dictum memini. Quare cum de Archelao accepisset, recessit Iosephus ac se Nazaretum habitandi caussa contulit. Unde quotannis Hierosolymam proficisci consueverat. Vides quanta sit in sacris evangeliis cuiuslibet rei narrandae quamque accurata diligentia? At isti ignorantia coeci, quorum est tenebris obducta mens, uniuscuiusque narrationis exitum ignorant; sed adversus sacrosancta quaeque os suum arroganter extollunt, ac linguam relaxant; adeo ut neque veri quicquam afferant, et a vita nihilominus ac salute semetipsos alienent.

Post haec Lucas ubi priora persecutus est, exponit quemadmodum anno XII. Hierosolyma perrexerit; ne quem illorum errori locum relinqueret, qui illum arbitrati sunt perfecta ac virili iam aetate in mundo repente fuisse conspectum, itaque conveniendi Ioannis gratia ad Iordanem accessisse; quae fuit Cerinthi, Ebionis et aliorum opinio. Siquidem callidus ille serpens obliquis flexibus adrepens nihil unum ac constans asserit. Sed aliis placet ex utriusque coniunctione sexus ac virili semine Christum esse procreatum. Alii simpliciter hominem apparuisse statuunt. Quae caussa fuit cur subtiliter accurateque omnia sancti evangelistae narrando complexi sint: praecipue Lucas animum ab inferioribus ad superiora referens ita scribit: *Et erat Iesus incipiens esse quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Iosephi.* Quod autem solummodo putatur, minime est reipsa. Sed patris vicem Iosephus gerebat ille quidem, quod ita deo placuerat; pater vero non erat, ut qui nunquam se cum Maria copularat, nisi quod illius vir appellatus est, quod eam senex duxisset, anno aetatis plus minus LXXX., cum iam liberos sex e priori coniuge sustulisset, hanc vero posteriorem singulari dei providentia sibi,

(Cap. X. — Luc. 3, 23.)

τούτου διῆλθον. Πῶς οὖν ὁ μὴ ἔχων συνάφειαν πατὴρ αὐτοῦ ὑπῆρχεν; Ὅπερ ἀδύνατον.

Κεφ. ια΄. Ἀλλὰ ἐρεῖς μοι, Πῶς οὖν ἀνὴρ αὐτῆς ἐκέκλητο, εἰ μὴ ἔσχε ταύτην; Ὁ δὲ ταῦτα ἀμφιβάλλων ἀγνοεῖ τὰ κατὰ τὸν νόμον, ὅτι ἐξότε pag. 433. ὀνομάζεται γυνὴ ἀνδρὶ, κἄν τε παρθένος ᾖ, κἄν τε ἐν οἴκῳ πατρὸς ἔτι ὑπάρχει, γυνὴ τοῦ ὀνόματος μόνου λέγεται ἡ τοιαύτη. Τούτου ἕνεκα ὁ ἅγιος ἄγγελός φησι· Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου. Καὶ ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι πλάνη τις ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ἔκπληκτον γὰρ τὸ μυστήριον, καὶ ἡ διήγησις ὑπὲρ ἄνθρωπον, μόνοις δὲ τοῖς υἱοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματός ἐστι λεία πᾶσά τε καὶ πεφωτισμένη. Ἦν οὖν ὡς ἐτῶν λ΄, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ, τοῦ Ματθάν. Καὶ ἀναφέρει τὴν γέννησιν ἐπὶ τὸν Ἁβραὰμ, ὅθεν καὶ ὁ Ματθαῖος ἐνήρξατο· ὑπερβαίνει δὲ τὸν Νῶε, καὶ φθάνει ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, ἵνα τὸν ἀπὸ πρώτης πλασθέντα σημάνῃ ζητούμενον διὰ τοῦ ἀπὸ τοῦ φυράματος αὐτοῦ ἐλθόντος, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας. Ἦλθε γὰρ δι' ἐκεῖνον τόν ποτε πλασθέντα, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ γεγεννημένους, θέλοντας ζωὴν αἰώνιον κληρονομῆσαι. Ὑπερβὰς δὲ τὸν Ἀδὰμ λέγει, Τοῦ θεοῦ.

Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἦν φανέρωσις ὅτι τοῦ μὲν θεοῦ ἦν υἱὸς, διὰ δὲ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀδὰμ κατὰ διαδοχὴν ἐν σαρκὶ παρεγένετο. Ἀλλὰ οὐκ ἔσχον πάλιν φωτισμὸν οἱ πεπλανημένοι· ἀντέλεγον δὲ τῷ λόγῳ, ἑαυτοὺς πλανῶντες ὑπὲρ τὴν ἀλήθειαν. Ἔφασκον δὲ ὅτι, Ἰδοὺ, τρίτον εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Λουκᾶν. Τοῦτο γὰρ ἐπετράπη τῷ Λουκᾷ, ὄντι καὶ αὐτῷ ἀπὸ τῶν ἑβδομήκοντα δύο τῶν διασκορπισθέντων ἐπὶ τῷ τοῦ σωτῆρος λόγῳ, διὰ δὲ Παύλου τοῦ ἁγίου πάλιν ἐπανακάμψαντος πρὸς τὸν κύριον, ἐπιτραπέντος δὲ αὐτοῦ κηρύξαι τὸ εὐαγγέλιον. Καὶ [1] κηρύττει πρῶτον ἐν Δαλματίᾳ καὶ Γαλλίᾳ, καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Μακεδονίᾳ. Ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλίᾳ· ὡς καὶ περί τινων τῶν αὐτοῦ ἀκολούθων λέγει ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐπιστολαῖς ὁ αὐτὸς Παῦλος· Κρίσκης, φησὶν, ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Οὐ γὰρ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὥς τινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀλλὰ ἐν τῇ Γαλλίᾳ.

Κεφ. ιβ΄. Πλὴν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐλεύσομαι. Ἀνενέγκαντος γὰρ τοῦ Λουκᾶ τὰς γενεαλογίας ἀπὸ τῶν κάτω ἐπὶ τὰ ἄνω, καὶ φθάσαντος τὴν ἔμφασιν ποιήσασθαι τῆς ἄνωθεν τοῦ θεοῦ λόγου παρουσίας, ὁμοῦ τε συναφθέντος τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ οἰκονομίᾳ, ἵνα ἀποτρέψηται ἀπὸ τῶν πεπλανημένων τὴν πλάνην, οὐκ ἐνενόησαν. Διὸ ὕστερον ἀναγκάζει τὸ pag. 434. ἅγιον πνεῦμα τὸν Ἰωάννην παραιτούμενον εὐαγγελίσασθαι, δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην, ἐπὶ τῇ γηραλέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ, μετὰ ἔτη

Cap. XI. — 1. *Fortasse corrigendum est* λόγῳ. Διὰ δὲ τοῦ Παύλου — — — ἐπιτραπέντος δὲ αὐτοῦ κηρύξαι τὸ εὐαγγέλιον, κηρύττει πρῶτον *cett., deleta par-*

ut alio loco fusius disputamus, adscivisset. Qui igitur nullum cum matre consuetudinem habuerat, qui filii pater esse potuit? Fieri istud omnino non potest.

At enim dices, Cur ergo vir illius appellatus est, nisi eam obtineret? Cap. XI. Qui sic dubitat, quid lex vetus ferret ignorat. Nimirum enim ex quo viro femina desponsa fuerat, sive virgo esset, sive paterna adhuc in domo degeret, nomine tenus uxor dicebatur. Quare angelus sic Iosephum alloquitur: *Noli timere accipere coniugem tuam.* Matth. 1, 20. Ac ne quis errorem in evangeliis ullum esse suspicetur. Est enim plane stupendum hoc mysterium, ac supra humanum captum tota ista narratio, et quae solis spiritus sancti filiis clara sit et exposita. *Erat igitur,* inquit, *quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Iosephi, qui fuit Eli, qui fuit Matthan.* Tum ad Abrahamum usque generationis seriem retexit, a quo Matthaeus exorsus est. Sed et Noëmum superat, et ad Adamum pervenit; ut eum qui primus omnium formatus erat ab eo qui ex illius massa, beata nimirum virgine, propagatus fuerat, ad salutem monstraret esse quaesitum. Nam et huius ipsius, qui fictus est quondam, et posterorum ipsius caussa descendit, eorum duntaxat qui sempiternae vitae hereditatem assequi student. Demum vero Adamum quoque praetergressus ait, *Qui fuit dei.*

Inde porro manifesto constat dei illum extitisse filium, qui ex Adami semine continuata successione carne praeditus advenit. Verum ne sic quidem caeci homines tantam lucem percipere potuerunt, sed ultro a veritate aberrantes et errorem asciscentes catholicae doctrinae contradicebant. Sic enim obiiciebant: Ecce tertium iam evangelium a Luca conscriptum. Ea quippe provincia Lucae commissa uni e LXXII discipulis quos Christi ille sermo dissiparat, quem deinde Paulus apostolus revocavit. Huic igitur praedicandi evangelii munus est creditum: idque ipse primum in Dalmatia, Gallia, Italia et Macedonia praestitit; sed in Gallia prae ceteris: ut de nonnullis comitibus suis Paulus in epistolis testatur: *Crescens,* inquit, *in Gallia.* Non enim, in Galatia, legendum est, ut quibusdam immerito placuit, sed in Gallia.

Sed ut ad institutum redeam. Cum Lucas ab inferioribus ad Cap. XII. superiora generationes perduxisset, ac divinum verbum e coelo delapsum esse significasset, simulque susceptae carnis ab eodem mysterium attigisset, uti caecos homines ab errore revocaret, hoc illi tamen assequi nequiverunt. Ob id deinde spiritus sanctus Ioannem, invitum licet ac religione quadam et animi moderatione defugientem, ad scribendum evangelium impulit, affecta iam aetate, utpote qui iam

ticula καὶ, *ut quae facile ex prima vocis* κηρύττει *syllaba potuit subnasci.*

ἐνενήκοντα τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Πάτμου ἐπάνοδον, τὴν ἐπὶ Κλαυδίου γενομένην Καίσαρος. Καὶ μετὰ ἱκανὰ ἔτη τοῦ διατρίψαι αὐτὸν [1] ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἀναγκάζεται ἐκθέσθαι τὸ εὐαγγέλιον· καὶ οὐκ ἦν αὐτῷ χρεία περὶ τῆς ἐνσάρκου πραγματείας λεπτολογεῖν, (ἤδη γὰρ ἠσφάλιστο), ἀλλὰ ὡς κατόπιν τινῶν βαίνων καὶ ὁρῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν ὄντας καὶ ἐπὶ τὰ τραχύτερα ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας καὶ πλάνας καὶ ἀκανθώδη, ἀνακαλέσασθαι αὐτοὺς εἰς εὐθεῖαν ὁδὸν προνοοῦντος καὶ ἀσφαλιζομένου [2] ἐπικηρυκεύσασθαι αὐτοῖς, κατεῖπε, Τί πλανᾶσθε; ποῖ τρέπεσθε; ποῖ πλανᾶσθε, Κήρινθε, καὶ Ἐβίων, καὶ οἱ ἄλλοι; οὐκ ἔστιν οὕτως ὡς νομίζετε. Ναὶ ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, δῆλον. Ἰδοὺ γάρ, αὐτὸς ὁμολογῶ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· ἀλλὰ μὴ ἐξότε ἐγένετο σάρξ, νομίσητε τὸν αὐτὸν εἶναι. Οὐκ ἔστι γὰρ ἀπὸ χρόνων Μαρίας μόνον, ὡς ἕκαστος ἡμῶν ἀφ' ὅτου γεννᾶται ὑπάρχει, πρὶν δὲ τοῦ γεννηθῆναι, οὐκ εἶναι· ὁ δὲ ἅγιος θεὸς λόγος, υἱὸς τοῦ θεοῦ Χριστὸς κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, οὐκ ἔστιν ἀπὸ χρόνων Μαρίας μόνον, οὔτε ἀπὸ χρόνων Ἰωσὴφ μόνον, οὔτε Ἠλὶ, οὔτε Λευὶ, οὔτε Ζοροβάβελ, οὔτε Σαλαθιὴλ, οὔτε Νάθαν, οὔτε Δαβὶδ, οὔτε ἀπὸ Ἰακὼβ, οὔτε ἀπὸ Ἰσαὰκ, οὔτε ἀπὸ χρόνων τοῦ Ἀδὰμ, οὔτε Νῶε, οὔτε Ἀβραὰμ, οὔτε ἀπὸ τῆς πέμπτης ἡμέρας, οὔτε ἀπὸ τῆς τετάρτης ἡμέρας, οὔτε ἀπὸ τῆς τρίτης, οὔτε ἀπὸ τῆς δευτέρας, οὔτε ἐξότου οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ γεγένηται, οὔτε ἐξότου ὁ κόσμος, ἀλλὰ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ εἴδομεν αὐτόν. Εἶτα, Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ. Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω· εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν,
pag. 435. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων καὶ σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, φησὶ, καὶ κατεσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ἰωάννης μαρτυρεῖ, καὶ κέκραγε λέγων, Οὗτος ἦν ὃν εἶπον ὑμῖν· καὶ ὅτι, Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Καὶ λέγει, Οὐκ εἰμι ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.

Cap. XII. — 1. *Reponendum videtur* ἐπὶ τῆς Ἀσίας.

2. *Cornarius vertit:* revocare ipsos in rectam viam cogitavit, et ipsis praedicare constituit, et dixit *cett. Accuratius ea verba reddideris ita:* cum revocare eos in rectam viam cuperet et, ut tutos redderet, denuntiare eis. *Nam infinitivus* ἐπικηρυκεύσασθαι *cum genitivo* ἀσφαλιζομένου *pendet a* προνοοῦντος. *Pro* καὶ εἶπε, *quod libri habent, restitui* κατεῖπε, *facili quidem mutatione, quam postulabat structura.*

nonagesimum annum excederet, postquam a Patmo insula reversus est, quod quidem Claudio imperante contigit. Quamobrem cum multos iam annos mansisset in Asia, evangelium scribere coactus est. In quo nihil opus habuit accuratius ea mandare literis quae Christus, quatenus carne erat praeditus, edidisset. Haec enim stabilita iam ac constituta fuerant. Sed perinde egit ac si post alios ambularet, quos et antecedentes cerneret, et per confragosa ac spinis obsita loca et diverticula gradientes in viam revocare cuperet, et in tutum reducere, ita illis denuntians et exclamans: Quid erratis? quo vos convertitis? quos anfractus quaeritis, tu Cerinthe, tu Marcio, vosque ceteri? Non ita se res habet, ut creditis. Christus quidem secundum carnem natus est, neque hoc obscurum est. Ultro id ego fateor, *Verbum*, inquam, *caro factum est.* Verum ne ab eo solum Ioann. 1.
tempore quo caro factum est, eundem fuisse putatote. Neque enim a Mariae tempore duntaxat extitit, quemadmodum quilibet nostrum tum cum natus est, esse coepit; nec antequam nasceretur ullo modo fuit. At sacrosanctus deus ac verbum dei filius, Christus Iesus dominus noster non a Mariae solum tempore esse coepit, neque Ioseph, vel Eli, vel Levi, vel Zorobabel, vel Salathiel, vel Nathan, vel David, neque ab Iacob, aut Isaac, aut ab Adami, ac Noëmi Abraamique temporibus, sed nec a die quinta, vel quarta, vel tertia, vel secunda, imo ne ex eo quidem tempore quo coelum ac terra mundusque fabricatus est, sed, *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est, etc. Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus illud.* Deinde: *Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex sanguinibus et carne, sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est,* ait, *et habitavit in nobis. Ioannes testimonium perhibet, et clamat, dicens: Hic erat quem dixi vobis,* et, *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Et dicit, *Ego non sum Christus, sed vox clamantis in deserto.*

Κεφ. ιγ. Καὶ ὅτε διηγεῖται ταῦτα πάντα, λέγει, Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾶ ἐγένετο· ἐν ἄλλοις δὲ ἀντιγράφοις, ἐν Βηθανίᾳ, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ μετὰ ταῦτα δείκνυσιν, ὅτι εἶπον αὐτῷ οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰωάννου μαθηταὶ, Ῥαββὶ, ποῦ μένεις; ὁ δὲ εἶπε, δεῦτε καὶ ἴδετε· καὶ ἀπῆλθον, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Καὶ τῇ αὔριον, Ὥρα ἦν ὡς δεκάτη, ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ· εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ, Εὑρήκαμεν Μεσσίαν, τὸν μεθερμηνευόμενον Χριστόν. Οὗτος ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Σὺ εἶ Σίμων υἱὸς Ἰωνᾶ, σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος. Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀκολούθει μοι. Ἦν δὲ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου· εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναὴλ, Ἐκ Ναζαρὲτ [1] δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; λέγει αὐτῷ ὁ Φίλιππος, Ἔρχου καὶ ἴδε. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, λέγει περὶ αὐτοῦ, Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. Λέγει αὐτῷ Ναθαναὴλ, Πόθεν με γινώσκεις; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε. Ἀπεκρίθη αὐτῷ Ναθαναὴλ, καὶ εἶπε, Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, σὺ βασιλεὺς εἶ τοῦ Ἰσραήλ. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι εἶπόν σοι, Εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων ὄψει. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ τὰ ἑξῆς· ἵνα δείξῃ μετὰ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας
pag. 436. τοῦ πειρασμοῦ, καὶ μετὰ τὴν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πειρασμοῦ ἐπάνοδον καὶ ὁρμὴν τὴν ἐπὶ Ναζαρὲτ καὶ Γαλιλαίαν, ὡς οἱ ἄλλοι τρεῖς εὐαγγελισταὶ ἔφησαν, πάλιν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην αὐτὸν ἡκέναι· ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου Ἰωάννου δειχθήσεται, φήσαντος οὕτως· Ὅτε εἶδεν αὐτὸν ἐρχόμενον τῇ ἐπαύριον, εἶπεν, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ πάλιν τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ, ὡς εἶδεν αὐτὸν περιπατοῦντα, ἔφη, Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον ὑμῖν, Ὁ ὀπίσω μου [2] ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Καὶ ἐμαρτύρησε, φησὶν, Ἰωάννης λέγων ὅτι, Τεθέαμαι τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς καταβαῖνον, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν· τὸ δὲ Ἐμαρτύρησε, καὶ ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν, ὡς ἤδη περὶ ἄλλου καὶ ἄλλου καιροῦ παρῳχημένου λέγων, ἵνα δείξῃ οὐ τὸν αὐτὸν εἶναι καιρὸν τοῦτον ἐκεῖνον, τὸν

Cap. XIII. — 1. δύναταί τι ἀγαθὸν cod. Rhedig.

Quibus expositis ita deinde prosequitur: *Haec in Bethabara facta sunt.* In aliis exemplaribus scriptum est, *Bethania, trans Iordanem.* Post haec narrat Ioannis discipulos interrogasse, *Rabbi, ubi habitas?* Quibus ille respondit, *Venite, et videte. Et abierunt, et apud eum manserunt die illa. Et postera die, hora erat quasi decima: erat Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui secuti fuerant eum. Invenit hic primus fratrem suum Simonem, et dicit ei, Invenimus Messiam, qui interpretatur Christus. Hic adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona; tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilaeam, et invenit Philippum, et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida civitate Andreae et Petri. Invenit Philippus Nathanaël, et dicit ei, Quem scripsit Moyses in lege, et prophetae, invenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanaël: A Nazaret potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni et vide. Videns autem Iesus Nathanaël venientem ad se dixit de ipso, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël, Unde me nosti? Respondit Iesus et dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael et dixit, Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, et dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? Maius his videbis. Et dixit ei, Amen, Amen dico vobis: Videbitis coelum apertum, et angelos dei ascendentès et descendentes super filium hominis. Et die tertia nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, etc.* Ut hoc evidenter ostenderet, post XL dies, quam tentatus fuerat, et ab ea tentatione Nazaretum et in Galilaeam reversus, quod alii tres evangelistae commemoraverant, iterum ad Iordanem venisse; ut ex Ioannis oratione constabit, cum ita scribit: *Cum vidisset illum venientem sequenti die, dixit, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi.* Item: *Alia die cum vidisset illum ambulantem, dixit, Hic est, de quo dixi vobis, Qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat. Et testimonium,* inquit, *perhibuit Ioannes, dicens, Quia vidi spiritum descendentem columbae specie, et venientem super eum.* Quae verba, *Testimonium perhibuit,* et, *Hic est quem dixi vobis,* ad aliud et aliud significandum tempus usurpat, ut non idem cum baptismi tempore, sed diversum esse de-

2. ἔρχεται cod. Rhedig.

τοῦ βαπτίσματος χρόνον, ἀλλὰ ἄλλον παρ' ἐκεῖνον. Οὔτε γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἀφικνεῖται, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἔπειτα δὲ ἀπὸ Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ὅπερ ἦν τοῦτο πρὸς τὸν Ἰωάννην. Διὸ λέγει, Οὗτος ἦν ὃν εἶπον ὑμῖν. Καὶ ὅτι τὸ εὐαγγέλιόν φησι, Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, ὅτι τεθέαμαι· ὡς ἤδη τοῦ πράγματος πρὸ καιροῦ τινος γεγονότος.

Κεφ. ιδ'. *Μετὰ ταῦτα ἀρχὴ κλήσεως τῶν περὶ Πέτρον ἀπὸ Ἀνδρέου σημαίνεται. Ἀνῆλθε γὰρ παρ' αὐτῷ Ἀνδρέας εἷς τῶν δύο τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ, μαθητευομένων μὲν παρ' Ἰωάννου, ἔτι δὲ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ παραμενόντων, καὶ καιροῦ τῷ Ἰωάννῃ σχολαζόντων. Καὶ εὐθὺς μείναντος Ἀνδρέου ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ὥρα ἦν ὡς δεκάτη, συμβέβηκεν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι αὐτὸν τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ Σίμωνι καὶ εἰπεῖν τὰ προειρημένα ὅτι, Εὑρήκαμεν Μεσσίαν, καὶ ἀγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν κύριον, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ὡς ἔχει ἡ ἀκολουθία, ὅτι εἶπεν αὐτῷ, Σὺ κληθήσῃ Κήφας, καὶ, Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησε, φησὶν, ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀκολούθει μοι· ἦν δὲ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου. Καὶ ὁρᾷς ὅτι τὸ διανοηθῆναι ἡμῖν δίδωσιν, ὅτι τῶν δύο τῶν ἀκολουθησάντων μαθητευομένων μὲν τῷ Ἰωάννῃ, ἐξ ὧν ἑνὸς τὸ ὄνομα εἴρηκεν ὅτι Ἀνδρέας ἦν, τοῦ δὲ ἄλλου οὐκ εἴρηκεν, ὡς διανοεῖσθαι* pag. 137. *ἡμᾶς τοῦτον εἶναι οὗ τὸ ὄνομα οὐκ εἴρηκε διὰ τὸ ὁμόχωρον, διὰ τὸ σύσκηνον, διὰ ὁμότεχνον, διὰ τὸ ὁμοεργὲς, ἢ τὸν Ἰωάννην εἶναι, ἢ τὸν Ἰάκωβον, ἕνα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. Ἔδει γὰρ τούτους πρῶτον κληθῆναι· ἔπειτα τὸν Φίλιππον, κατὰ τὴν ἀκολουθίαν, ὡς τέτακται ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· Πέτρος πρῶτος, ἔπειτα Ἀνδρέας, εἶτα Ἰάκωβος, εἶτα Ἰωάννης, μετὰ τούτους Φίλιππος. Ἀλλὰ περὶ τούτων τὰ νῦν ἐάσθω λέγειν. Πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ τῆς πραγματείας ταύτης ἀκολουθία.*

Κεφ. ιε'. *Εἰς δὲ τὸ ζητούμενον ἀνακαμπτέον, ὅπερ ἔστι κατανοῆσαι, ὅτι καθάπερ τῷ Ἰωάννῃ ἤδη μαθητευόμενοι καὶ τῇ μαθητείᾳ προσανέχοντες ὡσαύτως καὶ παρὰ τῷ Ἰησοῦ ποιήσαντες πρώτην ἡμέραν, τῇ ἑξῆς ἀπελθόντες, πάλιν ἐν τῇ ἁλίᾳ ἐσχόλαζον, ὡς ἔρουσιν αἱ ἀκολουθίαι τῶν ἑτέρων εὐαγγελίων. Μετὰ γὰρ τὸ τὴν αὔριον ἐξελθεῖν τὸν Ἰησοῦν εὐθὺς ἡ ἀκολουθία φάσκει ὅτι, Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἐκεῖ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ. Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον. Ἀπὸ δὲ ἑκατέρων τῶν τῆς λεπτολογίας ῥημάτων καὶ ὑποθέσεων ἰστέον ἐστὶν ὅτι καὶ ἑτέρους συμπαρείληφε μαθητὰς οἵτινες σὺν αὐτῷ ἔμειναν, τάχα δὲ οἱ περὶ Ναθαναὴλ καὶ Φίλιππον, καὶ ἄλλοι τινές. Οἱ γὰρ περὶ Ἀνδρέαν ἀνεχώρησαν. Οἱ δὲ παρ' αὐτῷ μεμενηκότες ἐκλήθησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τοὺς γάμους. Καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τοῦτο πρῶτον σημεῖον κατελ-*

monstraret. Non enim repente post baptismum ad Ioannem accessit, sed primum in Galilaeam, inde ad Iordanem, hoc est ad Ioannem, perrexit. Unde dixit, *Hic est quem dixi vobis.* Ad haec cum evangelium ita narrat: *Et testimonium perhibuit Ioannes, quia vidi,* aliquanto id ante tempore contigisse declarat.

Post haec vocationis Petri atque Andreae initium describitur. Cap. XIV. Ad Christnm enim Andreas adiit, unus ex ambobus qui eum secuti sunt, quique Ioannis erant discipuli et adhuc in Galilaea manebant ac Ioanni interim operam dabant. Deinde postquam illo die cum Christo moratus est Andreas, ac iam hora decima esset, forte accidit ut eadem die in Simonem fratrem incideret, eaque diceret quae paulo ante commemoravimus, *Quia invenimus Messiam*, sicque illum ad Christum perduceret, etc. Secuta sunt illa deinceps, ut ei diceret, *Tu vocaberis Cephas. In crastinum voluit*, inquit, *exire in Galilaeam, et invenit Philippum, et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreae et Petri.* Vides quemadmodum cogitandum nobis illud relinquat, ex duobus illis Ioannis discipulis qui Christum secuti sunt, quorum unius nomen, Andreae scilicet, expressit, alterius tacuit, hunc ipsum esse Philippum, cuius nomen est omissum, quod et popularis eius esset, et contubernalis, et eandem artem atque opificium exerceret. Nisi forte Ioannem mavis, aut Iacobum Zebedaei filium. Primos enim vocari illos oportuit, tum deinceps Philippum, quo in evangeliis ordine numerantur. Petrus primus, deinde Andreas, tum Iacobus, inde Ioannes, postea Philippus. Sed de iis hactenus. Longius enim patet ista disputatio.

Nunc ad id quod erat in quaestione redeundum est, nimirum Cap. XV. observandum illud esse, quemadmodum illi cum Ioannis essent discipuli, eique navarent operam, apud Iesum prima die manserunt. A quo postridie digressi iterum ad piscandum reversi sunt, uti ceterorum evangelistarum narratio continet. Etenim ubi Iesus postera luce discessit, statim evangelica illud historia subiicit: *Die tertia* Ioann. 2, 1. *nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem et Iesus, et discipuli eius ad nuptias.* Ubi ex enucleatis utrimque minutisque verbis ac sententiis colligitur Christum alios secum adduxisse discipulos, qui cum eo remanserant. Cuiusmodi forte Nathanaël fuit et Philippus, aliique nonnulli. Nam Andreas cum suis recesserat. Qui vero apud illum manserant, cum eo ad nuptias invitati sunt. Postea cum primum illud prodigium fecisset,

θὼν εἰς τὰ μέρη τῆς Καφαρναοὺμ [1] κατῴκισε, καὶ λοιπὸν σημεῖα ἐκεῖ ἄρχεται ἐργάζεσθαι ἕτερα, ὅτε τὴν τοῦ ξηρὰν ἔχοντος χεῖρα ἰάσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν πενθερὰν τοῦ Πέτρου, τοῦ μὲν ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ ὄντος, γήμαντος δὲ ἀπὸ Καφαρναοὺμ, [2] οὐ μακρὰν ὄντων τῶν τόπων τούτων τῷ διαστήματι· ταύτην ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ διασώζει, καὶ θεραπευθεῖσα διηκόνει, [3] ὥςτε εἶναι ταύτην ἀκολουθίαν. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν αὐτοῦ ἀναστρέψαντος εἰς τὴν Ναζαρὲτ, ὅπου ἦν ἀνατεθραμμένος, τότε ἀνέγνω τὸ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· αὐτοῦ λοιπὸν [4] προλαβόντος αὐτοὺς, καὶ λέγοντος ὅτι, Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν, Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν σημεῖα γενόμενα ἐν Καφαρναοὺμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου. Καὶ ὁρᾷς ὡς ἔστι τῆς ἀληθείας ἡ ἀκολουθία; Καὶ οὐκ ἐποίησε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, φησὶν, οὐδέν. Κἀκεῖθεν παρελθὼν εἰς τὴν Καφαρναοὺμ πόλιν κατῴ-
pag. 138. κισε, καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη τῆς θαλάσσης, ὥς φησιν ὁ Ματθαῖος, εἶδε Σίμωνα Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βάλλοντας τὰ δίκτυα, καὶ πάλιν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ τὸ τέλεον αὐτοὺς ἐκάλεσε, καὶ ῥίψαντες λοιπὸν τὰ δίκτυα ἠκολούθησαν αὐτῷ. Ὁ δὲ Λουκᾶς καὶ τὴν ἀκρίβειαν σημαίνει τοῦ πράγματος, [5] διὸ καὶ ἠκολούθησαν λοιπὸν ἀμετάτρεπτοι, [6] μηκέτι ἀναβαλλόμενοι, τῆς κλήσεως, φήσας ὅτι, Ἐλθόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν λίμνην Γεννησαρὲθ, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν καταρτίζοντας τὰ δίκτυα, καὶ ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον, ὃ ἦν Σίμωνος, φησὶ, Πέτρου καὶ Ἀνδρέου. Τοῦτο δὲ σημαίνει, ὡς ἤδη ὄντος [7] αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐν γνώσει. Διὸ διὰ τὴν συνήθειαν καὶ προςήκαντο, καὶ ἀνελθὼν ἐκάθισεν. Εἶτα λέγει τῷ Πέτρῳ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα. Οἱ δὲ εἶπον, Ἐπιστάτα. Ἤδη γὰρ διὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίαν ἐπιστάτην αὐτὸν ἐκάλουν, οἱ πρότερον αὐτοῦ ἀκούσαντες ὅτι, Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ ὅτι παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν, καὶ εἰς τὴν δευτέραν ἐξῆλθον, μετέπειτα ἐν τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων θαυμασάντων αὐτῶν, καὶ Πέτρου λέγοντος, Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, κύριε. Τάχα γὰρ καὶ μετεμέλετο διὰ τὸ πρότερον αὐτὸν κεκλῆσθαι, καὶ στρέψαι ἐπὶ τοὺς ἰχθύας καὶ τὴν ἀνεργασίαν τῆς [8] ἁλείας. Ὁ δὲ εἶπε, Μὴ φοβοῦ, παραθαρσύνων αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀπηγορεύθη, ἀλλ' ὅτι δύναται τῆς κλήσεως ἔχεσθαι, ὅτι, φησὶν, Ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν· ὅτε καὶ [9] τοῖς συμμετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ ἔνευσαν εἰς σύλληψιν ἥκειν τῆς αὐτῆς ἄγρας. Ἦσαν γὰρ κοινωνοὶ, ὥς φησι τῷ Σίμωνι,

Cap. XV. — 1. *Delevi vocem* ἐλθὼν *quae vulgo extat ante* κατῴκισε.

2. *Negationem* οὐ *non agnoscunt libri. Addidi eam, postulante sententia, suasore Petavio. Evanuit scilicet in terminatione vocabuli praegressi. Sed pro* ὄντων *fortasse etiam reponendum est* ἀπόντων.

3. *H. e.* Adeo ut quae apud evangelistas narrantur haec omnia bene constent.

in Capharnaïticum agrum profectus ibidem habitavit, ex quo tempore alia deinceps miracula coepit edere; ut cum aridam hominis manum sanitati restituit. Tum Petri socrum curavit. Hic enim Marc. 3.
Bethsaida oriundus ex oppido Capharnaum uxorem duxerat, quae Luc. 6. Matth. 8, 14.
duo oppida haud procul a se invicem dissita sunt. Socrus igitur Marc. 1, 30. Luc. 4, 38.
Petri a febribus liberata repente ministravit. Sic enim narrationis ordo pertexitur. His ista gestis Nazaretum, ubi educatus fuerat,
denuo revertitur. Tum demum Isaiae prophetae librum legit, quando Luc. 4, 17.
et occupatione quadam sic illos allocutus est: *Utique dicetis mihi hanc parabolam: Medice, cura teipsum. Quanta audivimus signa facta in Capharnaum, fac hic in patria tua.* Viden' quam sit veritatis conserta continuataque series? Ceterum nullum ibi propter illorum incredulitatem signum edidit. Inde Capharnaum profectus in eo oppido resedit. Post ad maritima loca digrediens, auctore Matthaeo, *vidit Simonem Petrum et Andream fratrem eius mittentes retia:* tum Iacobum et Ioannem filios Zebedaei, ac perfecte demum illos evo-
cavit: *Qui retibus abiectis secuti sunt ipsum.* Quam rem accuratis- Matth. 4, 18.
sime Lucas expressit, cur ita secuti sint, nunquam ut amplius dis- Luc. 5, 3.
cesserint, nec vocati distulerint. Ita quippe scripsit: *Cum ad lacum Genesareth venisset, vidit Simonem et Andream reficientes retia, et ascendit in navim, quae erat Simonis Petri et Andreae.* Quod quidem declarat iam inter ipsos aliquam intercessisse notitiam. Hunc igitur propter familiaritatem accipiunt, et is conscenso navigio sedit. Tum ut docere populum desiit, Petrum ita compellat: *Reduc in altum, et laxate retia. At illi dixerunt: Praeceptor.* Iam enim ob Ioannis testimonium praeceptorem illum vocabant, cum ab eo primum au-
diissent, *Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi*, et eadem die Ioann. 1, 29.
cum eo commorati postridie recessissent. Post haec in piscatu ve-
hementer illum admirantibus, ac dicente Petro, *Discede a me, quia* Luc. 5, 8.
homo peccator sum (fortassis enim poenitebat ipsum, quod ab illo vocatus initio ad piscaturam denuo rediisset), ita dominus alloquitur: *Noli timere;* ut illum ab eo metu confirmaret, nec se repudiatum omnino putaret esse, sed pristinae vocationi inhaerere posse confideret. Quare, *Ex hoc*, inquit, *eris iam homines capiens.* Quo tempore sociis, qui in altera navi erant, innuerunt, ut ad convehendum piscatum sibi auxilium ferrent. Erant enim Simoni socii,

4. *Cornarius:* ipso de cetero praeoccupante ipsos ac dicente.

5. δι' ὃ *volebat Petavius.*

6. *Transponenda suspicor haec esse ita:* ἠκολούθησαν μηκέτι ἀναβαλλόμενοι, λοιπὸν ἀμετάτρεπτοι τῆς κλήσεως.

7. αὐτοῖς *coniectabat Petavius.*

8. ἁλείας *cod. Rhedig. Initio capitis legimus* ἐν τῇ ἁλίᾳ ἐσχόλαζον.

9. *Ita correxi. Nam libri habent* σὺν τοῖς μετόχοις. *Apud Lucam* 5, 7. *legitur* Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις.

καθάπερ ἄνω κἀμοὶ προδεδήλωται ἐκ τῆς ὑποθέσεως ταύτης· δύο μὲν
ἀκολουθησάντων αὐτῷ παρὰ Ἰωάννου ἀκηκοότων, ὧν δύο εἷς ἦν ὁ
Ἀνδρέας, ἐφ' ἡμῖν δὲ [10] διανενοημένοις καλλίστως τὸν ἕτερον εἶναι τάχα
ἕνα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, διὰ τὸ συνεργὸν καὶ μέτοχον καὶ κοινω-
νικόν. Καὶ λοιπὸν μετὰ ταῦτα πάντα καταλείψαντες οἱ τέσσαρες, τά
τε πλοῖα, εἰς τὴν γῆν ἠκολούθησαν, ὡς ἔχει ἡ τοῦ Λουκᾶ μαρτυρία.
Ὥςτε ἐξάπαντος δείκνυσθαι ὅτι οὐδεμία σκολιότης, οὔτε ἐναντιότης ἐν
τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, οὔτε παρὰ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς εὑρίσκε-
ται, ἀλλὰ πάντα σαφῆ, χρόνων δέ εἰσι διαστάσεις. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ
ἐπέκεινα, τῶν περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην λοιπὸν συναφθέντων καὶ
pag. 139. ἀκολουθούντων, ἐγένετο διδάσκων ἐν πάσῃ τῇ Γαλιλαίᾳ, καὶ ἐν τῇ
Ἰουδαίᾳ, καὶ λοιπὸν πλατυνομένου τοῦ κηρύγματος τὰ ἑξῆς τῶν θεο-
σημείων ἐπετέλει. Ὥςτε εἶναι τὴν ἀκολουθίαν ἐξάπαντος οὕτως.

Κεφ. ιϛ'. Πρῶτον μὲν βαπτισθέντος αὐτοῦ κατ' Αἰγυπτίους, ὡς ἔφημεν,
Ἀθὺρ δωδεκάτῃ πρὸ ἓξ εἰδῶν Νοεμβρίων, τουτέστι πρὸ ἑξήκοντα
ἡμερῶν [1] πλήρων τῆς ἡμέρας τῶν Ἐπιφανίων, ἥ ἐστιν ἡμέρα τῆς αὐ-
τοῦ γεννήσεως κατὰ σάρκα, ὡς ἔχει ἡ μαρτυρία τοῦ κατὰ Λουκᾶν
εὐαγγελίου, ὅτι, Ἦν Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν
υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ. Ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα
ἐτῶν καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἧκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν,
ἀλλ' οὐ πλήρης· διὸ λέγει, Ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα. Ἀπεντεῦ-
θεν αἱ τεσσαράκοντα τοῦ πειρασμοῦ, καὶ αἱ δύο ἑβδομάδες μικρῷ
πλεῖον αἱ ἐν Ναζαρὲτ ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τοῦ πειρασμοῦ, καὶ πρώτη
ἡμέρα πρὸς Ἰωάννην, καὶ δευτέρα, καὶ πάλιν ἀπὸ Ἰωάννου πρώτη
καὶ δευτέρα, ὅτε ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ περὶ Ἀνδρέαν, ἔπειτα Σίμων
Πέτρος. Καὶ τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ, ὡς ἔφημεν καὶ ἔχει ἡ ἀκολουθία τοῦ
εὐαγγελίου, Φιλίππου κλῆσις καὶ τοῦ Ναθαναὴλ, καὶ λοιπὸν τῇ τρίτῃ
ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὰς δύο τὰς προει-
ρημένας· ὅπερ πρῶτον σημεῖον καὶ πλήρωμα τριάκοντα ἐτῶν ἀπὸ γεν-
νήσεως τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. Ἐν αὐτῇ γὰρ εὑρίσκεται τῇ
ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως πεποιηκὼς τὸ πρῶτον πάλιν
σημεῖον τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον, ἐν τῷ πληρῶσαι αὐτὸν τριάκοντα ἔτη,
ὡς πολλάκις εἶπον, ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ γεννήσεώς τε καὶ παρου-
σίας, ὡς ὑποτίθεται ἡμῖν συνιέναι καὶ καταλαμβάνειν ἡ τῶν εὐαγγε-
λίων ἀκρίβειά τε καὶ ἀκολουθία. Καὶ λοιπὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου σημείου
τούτου τά τε ἄλλα σημεῖα, καὶ τὸ κήρυγμα λοιπὸν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα
τῆς θαυμαστῆς αὐτοῦ πληρώσεως τῆς φιλανθρωπίας καὶ εὐαγγελικῆς
θαυματουργίας τε καὶ διδασκαλίας, ὡς πολλάκις ἔφην, καὶ ἀναγκάζομαι

10. *Correxi* διανενοημένοις. *Vulgo exstat* διανενοημένοι. *Cornarius vertit:* ita ut nobis cogitandum reliquerit evangelista, alterum *cett.*

quemadmodum paulo ante diximus, cum ita disputavimus: Duos il-
los Ioannis audita voce Christum secutos, quorum unus erat An-
dreas. Alterum verum unum e Zebedaei liberis fuisse, propter artis
societatem ac communionem rectissima coniectura suspicati sumus.
Quamobrem relictis deinceps omnibus, adeoque navigiis ipsis, ad
terram quatuor illi secuti sunt; quod Lucae testatur historia. Ex
quibus omnibus efficitur nihil in sacris evangeliis eorumque scriptori-
bus perplexum esse vel repugnans, sed plana et expedita esse
omnia, si temporum intervalla distinguas. His ita gestis, cum iam
Petrus ac Ioannes ceterique penitus adhaesissent ac sequerentur,
per totam Galilaeam ac Iudaeam docere coepit. Atque ita longe
lateque dissipata evangelii praedicatione cetera prodigia perfecit: ut Matth. 4, 23.
hic subductis omnibus rerum gestarum ordo, ac series instituenda sit.

Inprimis baptizatus est, si Aegyptiorum mensium rationem ha- Cap. XVI.
beas, Athyr XII. a. d. VI. Id. Novemb., hoc est LX. ante fe-
stum Epiphaniorum die, qua is secundum carnem natus est, id quod
ex evangelio Lucae constare potest. Sic enim scribit: *Erat Iesus* Luc. 3, 23.
incipiens esse quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Iosephi. Nam
si accuratam temporis rationem ineas, nonnisi XXIX annorum erat
ac X mensium, cum ad baptismum sese contulit, ut triginta anno-
rum, non tamen plenorum, fuisse dicatur. Ideoque scriptum est,
Incipiens quasi annorum XXX. Deinceps XL tentationis dies secuti
sunt. Tum hebdomades plus minus duae, quas Nazareti post ten-
tationem exegit: tum, apud Ioannem prima alteraque dies, ac, post-
quam a Ioanne discessit, totidem, cum Andreas illum una cum socio
secutus est, deinde Simon Petrus. Altera vero die, ut et nos di-
ximus et evangelicae narrationis ordo postulat, Philippus vocatus ac
Nathanael. Tertio postea die nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae, Ioann. 2, 1.
post biduum illud, idque primum prodigiorum omnium extitit, ac tum
annorum XXX numerus ab eius natali completus est. Eadem
quippe die, qua secundum carnem natus fuerat, primum illud con-
versae in vinum aquae miraculum edidisse creditur, cum triginta
iam annos solidos ab ortu suo secundum carnem adventuque clau-
sisset; id quod saepe commemoravimus, et ut ad eum modum acci-
piamus evangelicae narrationis exacta series postulare videtur. Iam
post primum illud miraculum reliqua prodigia subsecuta, nec non et
coelestis doctrinae praedicatio, et id genus cetera quae ad singula-
rem in nos humanitatem evangeliique mirificam vim ac doctrinam
praestandam ac demonstrandam pertinent. Quod cum a me est non

Cap. XVI. — 1. *Ita correxi. Libri scripti et editi habent* πλήρης, *quo vocabulo quid faciendum esset dubitasse videtur Petavius; uncinis enim illud notavit.*

πλειστάκις λέγειν, ² διὰ τὴν ἄτην τῶν ἀπατωμένων καὶ προφασιζομένων, θηρᾶσθαι ἑαυτοῖς τὰ τῆς ἀπιστίας καὶ τοῦ ἀντιλέγειν τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ τῇ θαυμαστῇ τῶν εὐαγγελίων ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. ιζ'. pag. 440. Πάντη γὰρ τοὺς ἐναντιουμένους τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ προλήψεται ἡ τοσαύτη ἀκριβολογία, δηλοῦσα ὅτι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἡ ἀρχὴ τῆς λοιπῆς πραγματείας, ¹ ὡς ἔχει οὕτως. ² Ὅ τι ἕπεται κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ βαπτίσματος ἐν τῷ πειρασμῷ γενομένου αὐτοῦ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ³ παρὰ θεοῦ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ διὰ Ἰωάννου οὐ πεφρόντισται σημᾶναι· ἤδη γὰρ ἦν τοῦτο διὰ τῶν τριῶν εὐαγγελιστῶν σημανθέν. Καὶ πάλιν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς περὶ τῶν ἄλλων οὐ πεφρόντισται, διὰ τὸ ἕκαστον ἀφ' ἑκάστου βοηθεῖσθαι καὶ παρὰ πάντων συλλεγομένη ἡ ἀλήθεια δείκνυται μία τις οὖσα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν μὴ στασιάζουσα. Ἐκεῖθεν γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ, ὡς ἔφην, εἰς τὴν Ναζαρὲτ ἔρχεται, καὶ μένει ἐκεῖ οὔπω τινὸς μαθητοῦ μετ' αὐτοῦ ὄντος. Κἀκεῖθεν κατέρχεται πρὸς Ἰωάννην, ὅτε εὐθὺς διὰ τοῦ Ἀνδρέου καλεῖται ὁ Πέτρος, εἶτα Φίλιππος, καὶ διὰ Φιλίππου ὁ Ναθαναήλ. Μηδεὶς δὲ καὶ τοῦτο ἀμφιβάλλων περιεργαζέσθω, ὁρῶν ὅτι Ἀνδρέας πρῶτος ὑπήντησε τῷ Ἰησοῦ, ἔπειτα Πέτρος, καὶ δι' αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ ἄρξηται καὶ περὶ τούτου ἀσχάλλειν. Ἡ μὲν γὰρ συνάντησις τῷ Ἀνδρέᾳ πρώτη γεγένηται, μικροτέρου ὄντος τοῦ Πέτρου τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας. Ὕστερον γὰρ πάλιν, ὅτε ἡ τελεία αὐτοῖς ἀπόταξις γεγένηται, ἀπὸ τοῦ Πέτρου γεγένηται· ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀφηγεῖτο τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ, καὶ ἔτι δὲ κατὰ τοῦτο, ὅτι θεός ἐστιν εἰδὼς τὰς ⁴ κλήσεις τῶν καρδιῶν, καὶ γινώσκων τίς ἐν πρώτοις ἄξιος τάττεσθαι. Καὶ ἐξελέξατο τὸν Πέτρον ἀρχηγὸν εἶναι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὡς πάντη σαφῶς ἀποδέδεικται. Μετέπειτα γὰρ ἐλθόντων αὐτῶν παρ' αὐτῷ, καὶ μεινάντων τὴν πρώτην ἡμέραν, ὡς ἔφην, τῇ ⁵ δὲ δευτέρᾳ ὁδευσάντων, τῇ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ θεοσημείου τοῦ πρώτου γενομένου, καί τινων συνόντων αὐτῷ, οὐ τοῦ Ἀνδρέου, ⁶ οὔτε τοῦ Πέτρου, οὐδὲ τοῦ Ἰωάννου, οὐδὲ τοῦ Ἰακώβου, ἑξῆς μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καφαρναοὺμ, καὶ ἀνελθεῖν πάλιν εἰς Ναζαρὲτ, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Καφαρναοὺμ, καὶ ποιῆσαι μέρος τι τῶν σημείων, τοῦ τὴν ξηρὰν χεῖρα ἔχοντος καὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου τὴν ἴασιν, ἀνελθεῖν πάλιν εἰς Ναζαρὲτ, καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον Ἡσαΐου, καὶ κατελθεῖν πάλιν εἰς Καφαρναοὺμ, ⁷ τότε ἡ τελεία κλῆσις τῶν περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην γεγένηται. Καὶ οὕτως ἡ πᾶσα ἀκολουθία ἀναλογεῖται, οὐ-

2. *Libri habent* διὰ τὴν τῶν. *Revocavi voculam* ἄτην *in* διὰ τὴν *delitiscentem. Petavius sat habuit adscripsisse in margine editionis suae: deest nonnihil. Cornarius vertens* propter erroneos illos qui sibimet ipsis venantur *cett.*, *illud* τὴν *plane induxisse videtur. Gatakerus Opp. Crit. p. 810. haec verba tentavit, et voculam* καὶ *ante* ἀναγκάζομαι *delendam esse statuit.*

Cap. XVII. — 1. *Istud* ὡς *mihi suspectum est, ne aut ex terminatione* ας *eius quod praecedit vocabuli succreverit, aut corruptela sit voculae* πως.

2. Ὅ τι ἕπεται *scripsi meo periculo. In libris est* ὅτι ἔπειτα.

3. παρὰ θεοῦ *ego correxi. Libri habent* περὶ θεοῦ. *Pro quo Petavius* πέρι *(quod videlicet ad* τεσσαρ. ἡμερῶν *referendum esset)* θεοῦ τῷ πνεύματι *vel* περιττοῦ τῷ πν., *vel* περὶ οὗ τῷ πν., *restituendum censuit.*

4. κλίσεις *placebat Petavio.*

5. δὲ *particulam, quae desideratur in libris, revocavi ex prima syllaba vocis* δευτέρᾳ.

6. *An* οὐδὲ?

7. *Delevi* ὅτε *quod libri ante* τότε *inserunt. Olim placuerat* Καφαρναοὺμ τότε, τότε ἡ τελεία: *sed rectius illud* ὅτε *pro glossemate habendum nunc quidem suspicor magistri alicuius de sententiae ordine aberrantis.*

semel dictum, tum ob caecorum hominum, qui infidelitatis asserendae atque et sancto spiritui et evangeliorum constantissimo ordini contradicendi occasionem undique captant, cogor saepe repetere.

Etenim tam enucleata accurataque ratio illos omnes occupando Cap. XVII. summovet qui adversus evangelium pugnare non dubitant, cum idipsum demonstrat, secundum baptismum ceterarum rerum gestarum initia hunc in modum secuta: deinde quae post baptismum in illa XL dierum tentatione ac deserto contigerunt, non sine sancti spiritus afflatu a Ioanne praetermissa, quod a tribus evangelistis Ioann. 1. antea memoriae essent prodita. Quemadmodum alia alii evangelistae praetereunda putarunt, quod alterius alter velut subsidio niteretur; ita tamen, ut una sit ex omnibus collecta ac subducta veritas, nec a se ipsa dissentiat. Nam post baptismum statim illinc Nazaretum, uti dixi, proficiscitur, ibique sine ullis adhuc discipulis mansit. Hinc ad Ioannem contendit; quo tempore Petrus Andreae vocatus est opera, tum Philippus, et per Philippum Nathanael. Nec est quod ista scrupulosius exquirens dubitet quispiam, quod Andream primum occurrisse Iesu videat, deinde Petrum, qui per illum sit vocatus, ob eamque caussam succenseat. Etenim Andreas prior in dominum incidit, quod Petrus erat aetate iunior. Postea vero, cum absoluta illa suscepta est omnium rerum abdicatio, initium est a Petro factum. Tunc enim et ipse fratri suo praeivit. Accedit quod deus humanorum cordium nutus ac propensiones animadvertit, ac qui sit primo loco dignus intelligit. Quare Petrum discipulorum suorum principem elegit, uti perspicue declaratum est. Secundum haec igitur, cum ad Christum illi venissent, ac prima, ut diximus, die commorati postera discessissent, ac deinde alii se quidam adiunxissent, ab Andrea, Petro, Ioanne ac Iacobo diversi, quibuscum Capharnaum abiens inde Nazaretum perrexit, indidemque rursus Capharnaum rediit, ac miracula quaedam edidit, cuiusmodi est arefactae manus ac socrus Petri curatio: inde Nazaretum denuo reversus Isaiae volumen legit, et Capharnaum sese iterum recepit. Tum demum perfecte Petrus Ioannesque vocati sunt. Atque hic tandem

pag. 441. δενὸς ἀντιθέτου ὑπάρχοντος, ἀλλὰ πάσης τῆς ἀληθείας τηλαυγεστάτης οὔσης, καὶ ἐν ἀληθείᾳ κεκηρυγμένης. Φασὶ γὰρ οὕτως οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ, ὅτι φυγὰς ᾤχετο ἀπὸ προσώπου Ἡρώδου, καὶ μετὰ τὴν φυγὴν ἐλθὼν κατέμενεν εἰς Ναζαρὲτ, καὶ μετὰ τὴν Ναζαρὲτ λαβὼν τὸ βάπτισμα ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνέκαμψε, καὶ μετὰ τὸ ἀνακάμψαι ἤρξατο κηρύττειν.

Κεφ. ιη'. Τὸ δὲ εὐαγγέλιον τὸ εἰς ὄνομα Ἰωάννου, φασὶ, ψεύδεται. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν ὅτι, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ὀλίγα ἄλλα, εὐθὺς λέγει ὅτι, Γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. Καὶ οὐ μέμνηνται οἱ ἀφροσύνην ἑαυτοῖς ἐπισπώμενοι, ὡς Ἰωάννης μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγει, Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν ἄνθρωπον γεγονέναι, καὶ ὅτι ἦλθε πρὸς τὸν Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπ' αὐτοῦ, Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ μαρτυροῦντος, μετὰ τὴν πάλιν ἐπάνοδον ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου λέγοντος ὅτι, Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον ἡμῖν· καὶ πάλιν, ὅτι, Τεθέαμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καταβαῖνον ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· καὶ, Οὗτός ἐστιν ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐδὲν κατὰ λησμονὴν ὑφηγεῖται· παρέλειψε δὲ τὰ τῷ Ματθαίῳ πραγματευθέντα. Οὐ γὰρ ἦν χρεία ἐκείνων οὐκέτι, ἀλλὰ τῆς θείας φράσεως πρὸς ἀντίρρησιν τῶν νομιζόντων ἀπὸ Μαρίας καὶ δεῦρο Χριστὸν αὐτὸν καλεῖσθαι, καὶ υἱὸν θεοῦ ψιλὸν ἄνθρωπον, κατὰ προκοπὴν δὲ ἡκέναι εἰς τὸ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Διὸ τῶν ἀναγκαίων ἐπιμελεῖται, πάντων μὲν οὖν μεγάλων ὄντων καὶ ἀναγκαίων, περιττότερον δὲ ποιούμενος τῶν ἐπουρανίων τὴν ἄνωθεν οἰκονομίαν. Λέγουσι δὲ τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, ἐπειδὴ μὴ τὰ αὐτὰ ἔφη, ἀδιάθετον εἶναι, καὶ μὴ δέχεσθαι αὐτοὺς αὐτὸ, κατὰ πάντα πεπλανημένοι, καὶ τυφλώττοντες τὴν διάνοιαν.

Κεφ. ιθ'. Τέταρτος γὰρ κατὰ διαδοχὴν ἐλθὼν ὁ μακάριος, πρῶτος μὲν ὢν, ὕστερος δὲ τοῖς ἔτεσιν εὐαγγελισάμενος, τὰ πρὸ αὐτοῦ καλῶς τεταγμένα οὐκ ἐμερίμνησεν ἐκθέσθαι, ἀλλὰ προλαμβάνει τῶν ῥηθέντων τὰ μὴ ῥηθέντα. Ὁ Ματθαῖος γὰρ ἄρχεται ἀπὸ Ἀβραὰμ, μετὰ δὲ τὴν ἀρ-
pag. 442. χὴν καὶ μετὰ δύο ἔτη τῆς γεννήσεως πάλιν ποιεῖται τὴν ὑφήγησιν. Μάρκος δὲ ἄρχεται ἀπὸ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου, [1] μεσότητι τῶν μετὰ τὴν ἀρχήν. Λουκᾶς δὲ ἀρχὴν πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐπήνεγκε τὴν πρὸ τῆς γεννήσεως ἐν τῇ συλλήψει τῆς γαστρὸς Μαρίας καὶ τῆς Ἐλισάβετ [2] γεγονυῖαν. Ἰωάννης δὲ ἔτι πρότερον, ὕστερος ἐλθὼν, ἐπα-

Cap. XIX. — 1. μεσότητι (vel etiam μεσαίτατα) reponendum erat pro vulgata μεσότητα. Petavius locum mutilum esse iudicavit.
2. γεγονυῖαν non habet cod. Rhedig.

totius historiae nexus est, secum ipse consentiens, nec ulla parte dissidens; ut et clarissima sit gestarum rerum veritas et certissime praedicatur. Ita enim evangelistae ceteri testantur, metu illum Herodis fugisse, ac post fugam venientem haesisse Nazareti. Unde baptismi caussa digressus post hunc secessit in desertum. Deinde rediens praedicare est aggressus.

Cap. XVIII. Atenim, inquiunt, mendax est editum nomine Ioannis evangelium. Postquam enim ista dixit: *Verbum caro factus est, et habitavit in nobis*, aliaque nonnulla, statim adiicit: *Nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae.* (Ioann. 2, 1.) Nec intelligunt isti, qui eam sibi ultro insaniam arcessunt, Ioannem post illas voces, *Et verbum caro factum est*, addidisse, *Et habitavit in nobis*, (Ioann. 1. 14.) quod idem est, atque hominem extitisse: praeterea ad Ioannem baptistam et Iordanem accessisse, ab eoque baptizatum, ut idem ille evangelista commemorat, cum post illam tentationem discessisset, cum et istud Ioannes baptista pronuntiavit: *Hic est de quo dixi vobis.* Item: *Vidi spiritum sanctum descendentem in specie columbae, et manentem super ipsum*, et: *Hic est qui tollit peccatum mundi.* (Ib. 30.) Animadvertis igitur nihil ab eo per oblivionem esse praeteritum, sed ea duntaxat relicta quae iam Matthaeus exposuerat. Quibus cum nihil opus erat amplius, tum divina illa adhibenda vox, qua eorum iugulari posset error qui Christum a Maria tantum, atque ex illo primum tempore nominatum crederent, quique dei filium nudum hominem fuisse dicerent, eundemque certis accessionibus et incrementis eo progressum, ut filii dei appellationem obtineret. Ob id Ioannes eam sibi partem deposcendam putavit quae necessaria videretur. Licet enim magna omnia sint ac necessaria, tamen in divinis potissimum explicandis ac coelesti illa administratione defixus est. Quod igitur Ioannis evangelium ob id a novo testamento repudiant nec admittunt, quod non cum aliis haud satis consentiat, summo in errore ac mentis caecitate versantur.

Etenim sanctissimus hic evangelista ordine ac successione quartus, ac, tametsi primus esset omnium, scribendi tamen tempore postremus, quae ante se praeclare erant aliorum opera digesta repetere noluit, sed ante ea, quae iam dicta fuerant, quae non erant dicta proposuit. Matthaeus quidem ab Abraamo scribendi initio facto post incunabula Christi et alterum a natali eius annum narrationem pertexit. Marcus vero ab a. XV. Tiberii, circumscriptis medii temporis rebus gestis, exorsus est. At Lucas altius ista repetens ab eo tempore coepit quod Christi ortum antecessit, et tam huius quam Ioannis in Mariae atque Elizabeth utero conceptum exposuit. Ioannes denique postremus accedens altissime omnium nar- Cap. XIX.

σφαλίζεται τὴν πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας πραγματείαν. Πνευματικὰ γὰρ ἦν τὰ πλεῖστα ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα, τῶν σαρκικῶν ἤδη ἐπασφαλισθέντων. Διὸ πνευματικῶς τὴν ὑφήγησιν ποιεῖται τῆς ἄνωθεν ἀπὸ πατρὸς ἀνάρχου δωρεᾶς ἡμῖν ἐλθούσης κατὰ εὐδοκίαν πατρὸς ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ οἰκονομηθείσης. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τὰ ἴσα τούτοις συμφώνως εἰπόντες ὧν ἦν χρεία ἐπεμελήσαντο· ὁ δὲ Ἰωάννης [3] κατὰ τὴν πρόθεσιν, ἵνα ἀπὸ τεσσάρων εὐαγγελιστῶν τὴν πᾶσαν κατά τε τὴν σάρκα καὶ κατὰ τὴν θεότητα ἀκρίβειαν κατάσχωμεν.

Κεφ. κ΄. Τελειωθέντων γὰρ τῶν πάντων τῶν κατὰ τὸ βάπτισμα, καὶ κατὰ τὸν πειρασμὸν αὐτοῦ, εὐθὺς ἐλθόντος καὶ συμπαρειληφότος τοὺς μαθητὰς, τοῦτο πρῶτον σημεῖον πεποίηκε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ κηρύγματος ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· οὔτε γὰρ πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ἐν γάμῳ φάσκει τὸν Χριστὸν ἡκέναι. Οὐ γὰρ ὅλως τι τῶν θεοσημείων καὶ τοῦ κηρύγματος πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ὁ Χριστὸς εἰργάσατο, εἰ μή τι ἃ ᾄδεται περὶ αὐτοῦ ἐν παιδὶ πεποιηκέναι, ὡς ἐν παιγνίῳ, [1] ὥς τινες φάσκουσι. Καὶ ἔδει τῷ μὲν ὄντι καὶ παιδαρικὰ αὐτὸν ἔχειν, ἵνα μὴ πρόφασις γένηται ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι, ταῖς λεγούσαις ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ἦλθε Χριστὸς εἰς αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ περιστερά. Διὸ καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει σαφῶς δείκνυσιν ὁ Λουκᾶς ὅτι προςδιαλεγόμενος τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἔφη τῇ Μαρίᾳ ὅτι, Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; ἵνα πέσῃ ὁ λόγος τῶν λεγόντων ὅτι ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῦ βαπτίσματος κατέβη εἰς αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ σαφῶς γνωσθῇ ὅτι ἄνωθεν ἐπεδήμησεν ὁ λόγος, καὶ ἐσαρκώθη ἀπὸ Μαρίας, καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ κατῆλθεν ἐπ' αὐτὸν τὸ
pag. 443. πνεῦμα· ἵνα σημανῇ τίς ἐστιν ὁ μαρτυρούμενος ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε, καὶ ἵνα γένηται τοῦτο ὑπόδειγμα τοῖς μέλλουσιν ἐν αὐτῷ φωτίζεσθαι, ὅτι καταξιωθήσονται πνεύματος ἁγίου ἐν τῷ λουτρῷ τῆς δωρεᾶς καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν χάριτος τῆς ὑπ' αὐτοῦ δοθείσης.

Κεφ. κα΄. Ἀφ' ὅτου δὲ τὰ τέλεια ἤρξατο ποιεῖν θεοσήμεια ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κηρύγματος, τοῦτο πρῶτον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, φησὶν, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· οὐχὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ὡς πολλάκις ἔφην, ἀλλ' ὅτε ἀνέκαμψεν ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὰς δύο ἅςπερ ἔμειναν παρ' αὐτῷ οἱ δύο μαθηταὶ τοῦ Ἰωάννου, οἱ ἀκούσαντες

3. *κατὰ τὴν πρόθεσιν emendatio est Petavii; nam vulgo extat καὶ τὴν πρόθεσιν. Cornarius vertit:* Ioannes vero etiam priorum (sc. curam habuit).

rationem accessit, et quae Christi temporaria illa generatione priora sunt, stabilire ac munire instituit. Spiritalia enim ferme sunt quae ille memoriae commendavit, cum quae ad corpus attinerent abunde essent aliorum scriptis corroborata. Quamobrem spiritalem de divino illo dono narrationem aggreditur, quod initio carens omni ab coelesti in nos patre transfusum est, et de huius consilio ac voluntate in beatam virginem illapsum, atque in virgineo eius gremio cum carne coniunctum. Ceteri porro ita iisdem illis consentanea dixerunt, ut id, quod erat necesse, potissimum spectarent. Ioannes vero eius quod sibi proposuerat rationem habuit. Ita fit ut ex IV evangeliis eorum quae ad Christi carnem et ad divinitatem attinent accurata nobis veritas ac certissima constet.

Etenim toto illo baptismi tentationisque negotio perfunctus venit, ac discipulis adiunctis primum illud in Cana Galilaeae miraculum fecit, tertia quam praedicare coeperat die. Non enim ante tentationem Christus nuptiis interfuisse dicitur, nec ullum omnino prodigium ante illud tempus edidit; nisi si quae forsan ludicra fecisse in pueritia dicitur, quod a nonnullis affirmari video. Atqui nonnulla puerilis aetatis argumenta praebere illum oportuit, ne qua haeresibus aliis occasio daretur, quae Christum ad Iordanem fluvium in illum descendisse columbae specie praedicant. Quare duodecimo aetatis anno manifeste Lucas id expressit, disputantem illum cum sacerdotibus, ac senioribus Mariae dixisse, *Nesciebatis quod in his quae patris mei sunt oportet me esse?* ut eorum rationem excluderet qui ab eo primum tempore quo baptizatus est spiritum sanctum in illum putant esse delapsum, e contra vero homines intelligerent verbum ipsum e coelo descendens carnem e Maria traxisse, cumque ad Iordanem accessisset sanctum se in illum infudisse spiritum; quo et illud declarari posset, quis esset ille de quo pater tam insigne testimonium dedisset: *Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.* Illud vero praeterea exemplo esse ac documento voluit iis qui divina per illum luce perfunderentur futurum omnino ut et ipsi spiritum sanctum, nec non coeleste beneficium ac peccatorum veniam et communicatam ab eodem gratiam in baptismo consequerentur.

Cap. XX. (margin) — Luc. 2, 49. (margin) — Matth 3, 16. (margin)

Sed ubi maiora illa perfectioraque miracula praedicationis suae tempore est aggressus, *Hoc*, inquit, *primum signum fecit Iesus in Cana Galilaeae.* Non ante baptismum, ut saepe dixi, sed tum primum id accidit, postquam a tentatione reversus est, tertia die post biduum illud quo ambo apud ipsum haesere Ioannis discipuli, qui et

Cap. XXI. (margin) — Ioann. 2, 11. (margin)

Cap. XX. — 1. *Evangelium de infantia Iesu significari observavit Petavius.*

καὶ ἀκολουθήσαντες αὐτῷ. Ὡς εὐθὺς μετὰ τὰς δύο ἡμέρας, ἃς ἐποίησαν παρ' αὐτῷ, ἐπεισάγει λέγων, Καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρὼν Φίλιππον, εἶπεν, Ἀκολούθει μοι. Εἶτα εὐθὺς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· ἔδει γὰρ αὐτὸν ἀπελθόντα εὐθὺς γάμων τελουμένων εἰς τὴν τιμὴν αὐτοῦ κληθῆναι, ἐπ' εὐλογίᾳ τοῦ γάμου. Καί φησι, Γάμος ἐγένετο τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ· ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ οἱ μετ' αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον· καὶ ὑστερήσαντος οἴνου λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, Οἶνον οὐκ ἔχουσι· καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. Μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ καὶ διελθεῖν διὰ τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ Ἰορδάνου, τὴν ὁρμὴν ἐσχηκότος ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, ἀπελθὼν ἔνθα ἀνετράφη πρὸς τὴν μητέρα ἐν Ναζαρὲτ, καὶ παραμείνας δύο [1] ἡμέρας, λοιπὸν ἐπειγομένου εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων τοῦ κηρύγματος ἄρξασθαι ἐπιμελεῖσθαι. Καὶ ἔμεινε μὲν δύο ἡμέρας διὰ τὸ διὰ χρόνου ἡκέναι, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ οὓς ἤδη παρείληφε μαθητὰς, ἀπολύσας τοὺς δύο τοὺς ἀκολουθήσαντας αὐτῷ, εὐθὺς ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ἐξελθεῖν διὰ τὸ κήρυγμα καὶ τὸ ἔργον τοῦ θεοσημείου, τοῦ ἐν τῷ γάμῳ ἐπιτελεσθέντος. Βλέπε γὰρ πῶς ἐπασφαλίζεται ὁ λόγος, ὡς Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς μαρτυρεῖ, λέγων, ὡς παρῳχηκότος ἤδη τοῦ λόγου, ὅτι, Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλὰ ὁ πέμψας με βαπτίζειν, εἶπέ μοι, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν. Ἀποστέλλων γὰρ ὁ πατὴρ τὸν Ἰωάννην βαπτίζειν, τοῦτο αὐτῷ
pag. 111. τὸ σημεῖον ἐδωρήσατο, ἵν' ὅταν ἴδῃ ἐπιγνῷ τὸν ἄνωθεν ἐν τῷ κόσμῳ ἀποσταλέντα σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ἀνατρέπονται τοίνυν οἱ τοιοῦτοι ἀπὸ τῆς ἀληθείας τῶν τοιούτων γραφῶν, καὶ τῆς ἀκριβείας, μάλιστα ἀπὸ τῆς συμφωνίας τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν. Οὐ γάρ τις τῶν εὐφρονούντων ἀποβάλλοι τὰ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις ἀκριβῶς πάντῃ πεπραγματευμένα.

Κεφ. κβ'. Κατηγοροῦσι δὲ πάλιν οἱ αὐτοὶ τοῦ ἁγίου εὐαγγελιστοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελίου, ὅτι, [1] φασὶν, ὁ Ἰωάννης ἔφη περὶ δύο Πασχῶν τὸν σωτῆρα πεποιηκότα, οἱ δὲ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ περὶ Πάσχα ἑνός. Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ ἰδιῶται, ὅτι οὐ μόνον δύο Πάσχα ὁμολογεῖ τὰ εὐαγγέλια, ἀλλὰ δύο μὲν πρῶτα λέγει καὶ αὐτὸ δὲ ἐν ᾧ πέπονθεν ὁ σωτὴρ, τρία Πάσχα τῶν ἐν τῷ κηρύγματι πεπραγματευμένων. Εὐθὺς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, ὡς ὁ Λουκᾶς φησιν, ἦν ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτέρω. Γεννᾶται μὲν γὰρ ὁ σωτὴρ τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει Αὐγούστου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, ὅπερ ἦν

Cap. XXI. — 1. *Ita emendavit Petavius. Libri habent* ἡμερῶν.

audierunt illum, et secuti sunt. Statim enim post biduum, quo apud illum isti commorati sunt, subiicit, *Et abiit in Galilaeam, et inveniens* Ioann. 1, 43.
Philippum dixit, Sequere me: deinde, *Tertia die nuptiae factae sunt* Ioann. 2, 1.
in Cana Galilaeae. Siquidem par erat illum, cum discederet, commodumque nuptiae celebrarentur, honoris caussa ad easdem invitari, uti nuptiis benediceret. Quare ita scribit: *Nuptiae factae sunt tertia die in Cana Galilaeae: et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem et Iesus, et discipuli eius ad nuptias: deficiente autem vino dicit mater Iesu, Vinum non habent: dicit ei Iesus, Quid mihi et tibi, mulier? nondum venit hora mea.* Quae tum gesta sunt, cum post tentationem, mari ac Iordane traiecto, iter in patriam convertit, Nazaretum scilicet, ubi educatus a matre fuerat. Ubi cum biduum haesisset, humanae salutis studio curaque succensus praedicandi munus obire coepit. Biduum igitur ibidem manens, quod longo intervallo redierat, discipulorum aliquot quos iam adsciverat comitatu septus, duobus qui secuti erant remissis, statim in Galilaeam praedicandi caussa profectus est, simul ut prodigium illud ederet quod in nuptiis ab eo factum legimus. Vide quanta cum circumspectione istud ipsum scriptura declaraverit; quemadmodum Ioannes tanquam facto iam sermone testetur his verbis: *Et ego nesciebam illum, sed qui misit* Ioann. 1, 33.
me baptizare dixit mihi, Super quem videris spiritum in specie columbae descendentem, hic est. Ioannem quippe baptizandi gratia mittens pater hoc ei signum praebuerat, ex quo salvatorem illum de animis nostris optime meritum agnosceret, qui de coelo missus in hunc orbem venisset. Quamobrem ex istiusmodi veritate scripturarum accurataque ratione id genus homines redargui possunt, ac praesertim ex IV evangelistarum consensu. Nemo enim, qui quidem recte sentiat, reiicienda illa sibi persuadebit quae a spiritu sancto in sacrorum evangeliis exactissime sunt peracta.

Ceterum ex alio praeterea capite sanctum evangelistam, vel Cap. XXII.
ipsius potius evangelium, accusant, quoniam, inquiunt, Ioannes duo ab Christo celebrata Paschata commemorat, cum unius duntaxat ceteri mentionem fecerint. Nec illud ineptissimi homines animadvertunt, non duo solum in evangeliis Paschata comprehendi, sed ad priora illa duo tertium accedere, in quo salvator est passus; ut omnino tria sint toti illi praedicationis tempori tribuenda. Etenim statim ut a Iordane digressus est, *Erat*, ut a Luca scriptum est, *Iesus incipiens esse quasi annorum XXX, filius, ut putabatur, Ioseph,* Luc. 3, 23.
qui fuit Eli, etc. Anno quippe Augusti Imperatoris XLII. natus est

Cap. XXII. — 1. φησὶν *vulgata scriptura est.*

Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους συναφείας εἰκοστὸν ἔνατον ἔτος. Βασιλεύει μὲν γὰρ Αὔγουστος τρισκαίδεκα ἔτη πρινὴ τὴν Ἰουδαίαν συναφθῆναι τελείως Ῥωμαίοις. Ἦν δὲ καὶ ἐξότε ἐβασίλευσεν Αὔγουστος μετὰ ἔτη τέσσαρα τῆς αὐτοῦ βασιλείας πλείω ἢ ἐλάσσω φιλία μὲν Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους, καὶ συμμαχία πεμπομένη, καὶ ἐπίτροπος καθιστάμενος, καὶ μέρη φόρων ἐπὶ πέντε ἔτεσι πλείω ἢ ἔλασσω· ἕως ὅτου τέλεον παρεδόθη ἡ Ἰουδαία καὶ ὑπὸ φόρον γεγένηται τελειότατα, ληξάντων τῶν ἀπὸ Ἰούδα ἀρχόντων, καὶ Ἡρώδου ἐξ ἐθνῶν κατασταθέντος, προσηλύτου μέν τοί γε· εἶτα Χριστοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐλθόντος τε ἐπὶ τὸ κήρυγμα, ληξάντων καὶ Χριστῶν ἡγουμένων, διαρκεσάντων ἕως Ἀλεξάνδρου ἡγουμένου καὶ Σααλίνας τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας· ἅτινα ταῦτα πάντα ἐτελεῖτο, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς ἐν Βηθλεὲμ ἐν τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πάσης βασιλείας Αὐγούστου, ὃς ἦν ἔνατος ἐνιαυτὸς ἀπὸ τῆς ἐπιτροπῆς Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς Ἡρώδου, ὅτε φιλία ἦν Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους
pag. 445. καὶ μέρη δομάτων, καὶ τέταρτον ἔτος [2] κατασταθέντος ὑπὸ Αὐγούστου, μετὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος Ἡρώδου, ἐπιτροπῆς τε πέντε ἐτῶν πλείω ἢ ἐλάσσω Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, λοιπὸν παραδοθείσης τῆς Ἰουδαίας τελείως, ἕως τριακοστοῦ τρίτου ἔτους Ἡρώδου, τεσσαρακοστοῦ δευτέρου ἔτους Αὐγούστου πληρώσαντος, κρατηθείσης τῆς πάσης Ἰουδαίας, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ ποιῆσαι αὐτὴν εἰκοσιεννέα ἔτη ὑπόφορον Ῥωμαίοις, καὶ μετὰ τὸ κατασταθῆναι ἐπίτροπον τὸν Ἀντίπατρον Ἡρώδου πατέρα. μετ᾽ αὐτὸν δὲ, Ἡρώδην βασιλέα κατασταθῆναι ὑπὸ Αὐγούστου ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας. Ταῦτα δὲ ἐπραγματεύθη ἐν ὑπατείᾳ Ὀκταυΐου Αὐγούστου τὸ τρισκαιδέκατον καὶ Σιλανοῦ ὑπάτου, [3] ἥντινα ὑπατείαν διεδέξαντο αἱ ὑποτεταγμέναι ὑπατείαι ἀκολουθῶς οὕτως·

β'. [4] Λεντούλου καὶ [5] Πίσωνος τὸ δεύτερον.
γ'. Λουκίου [6] Καίσαρος καὶ Παύλου.
δ'. [7] Οὐϊνδουκίου καὶ Οὐάρου.
ε'. [8] Λαμίου καὶ Σερουϊλίου.
ς'. [9] Μάγνου καὶ [10] Οὐαλερίου.
ζ'. Λεπίδου καὶ Ἀρουνκίου.
η'. [11] Καίσαρος καὶ Καπίτωνος.
θ'. [12] Κρητικοῦ καὶ Νερούα.
ι'. Καμίλλου καὶ Κυϊντιλλιανοῦ.

2. Ἡρώδου κατασταθέντος *supplevit Ios. Scaliger.*
3. ὡς πολλάκις ἔφην ἦν τινα *cod. Venetus.*
4. *Pro* Λεντούλου *ed. princ. habet* Λεντούλλου.
5. *Ita cod. Venetus. Vulgo* Πίσσωνος. *Verba* τὸ δεύτερον *absunt a cod. Veneto.*
6. *Vox* Καίσαρος *desideratur in cod. Veneto. Gaium, quem Epiphanius* Lucium, *Fasti Siculi appellant* Publium.

Christus, qui erat XXIX., ex quo Romani sibi Iudaeos adiunxerant. Siquidem Augustus XIII annis imperavit, antequam Iudaea penitus esset Romanis adiuncta. Quamquam post annos fere quam imperare coeperat plus minus quatuor foedus inter Romanos ac Iudaeos initum fuerat, auxiliaque submissa. Quin et procurator in Iudaea constitutus, ac nonnihil tributorum quinque propemodum annis indictum, donec Romanorum ditioni cessit penitus, et omnino vectigalis est facta, cum iam principes e tribu Iudae defecissent, et Herodes ex gentibus, sed tamen proselytus, regnum obtineret. Postea vero Christus Bethleemi Iudaeae natus est, et ad auspicandam praedicationem prodiit; quo tempore Christi duces plane desierant, qui quidem ad Alexandrum usque principem et Saalinam, quae et dicta est Alexandra, persliterunt. Ea vero cuncta ab eo tempore coepere quo Christus Bethleemi natus est, anno totius imperii Augusti XLII., qui erat nonus a procuratione Antipatri Herodis parentis, cum Romanos inter ac Iudaeos amicitia foret ac nonnulla tributa penderentur, et quarto iam anno Herodes esset ab Augusto praepositus. Qui cum annos in ea administratione quatuor exegisset, Antipater vero illius pater quinque fere procuratione perfunctus esset, tandem Iudaea prorsus Romanorum potestati cessit, ad Herodis annum XXXIII., Augusti vero XLII.; cum, ut diximus, Iudaea esset omnis occupata, ac iam XXIX annis Romanis facta vectigalis, postquam et Antipater Herodis parens procurationem gessit, et Herodes post illum Iudaeae rex ab Augusto creatus est. Acta haec sunt Octavio Augusto XIII. et Silano coss. Secundum quos hi deinceps extitere consules:

II. Lentulus et Piso II.
III. L. Caesar et Paulus.
IV. Vinucius et Varus.
V. Lamia et Servilius.
VI. Magnus et Valerius.
VII. Lepidus et Aruntius.
VIII. Caesar et Capito.
IX. Creticus et Nerva.
X. Camillus et Quintillianus.

7. Οὐϊνδικίου καὶ Οὐμίρλου *cod. Venet.*
8. *Sic cod. Venet. Reliqui libri:* Λαμία καὶ Σερουϊλίου Νομμίου.
9. Μάγνου καὶ *cod. Ven. Reliqui libri* Μάγνου Πομπηΐου καὶ.
10. Οὐαλερένου *cod. Venet.*
11. *De hoc consulatu v. adnott. Petavii*
12. *Pro* Κρητικοῦ *cod. Venet. habet* Κρητίου.

ια'. [13] Καμηρίνου καὶ Σαβίνου.
ιβ'. Δολαβέλλα καὶ Σιλουανοῦ.
ιγ'. Λεπίδου καὶ Ταύρου.
ιδ'. [14] Καίσαρος καὶ Σκιπίωνος.
ιε'. [15] Φλάγκου καὶ Σιλανοῦ.
ιϛ'. [16] Τῶν δύο Σέκστων, Πομπηΐου καὶ Ἀπουληΐου.
ιζ'. [17] Βρούτου καὶ Φλάγκου.
ιη'. Ταύρου καὶ [18] Λίβωνος.
ιθ'. Φλάκκου καὶ Ῥούφου.
κ'. Τιβερίου Καίσαρος [19] τὸ δεύτερον, καὶ Δρούσου [20] Γερμανικοῦ τὸ δεύτερον.
κα'. [21] Σιλανοῦ καὶ [22] Βάλβου.
κβ'. Μεσσαλᾶ καὶ Γράτου.
κγ'. Τιβερίου Καίσαρος [23] τὸ τρίτον, καὶ [24] Δρούσου Γερμανικοῦ τὸ τρίτον.
κδ'. Ἀγρίππου καὶ [25] Γάλβου.
κε'. Πολλίωνος καὶ [26] Οὐέτερος.
κϛ'. Κεθήγου καὶ Οὐάρου.
κζ'. Ἀγρίππου τὸ δεύτερον, καὶ [27] Λεντούλου Γάλβου.
pag. 446. κη'. [28] Γαιτουλικοῦ καὶ Σαβίνου.
κθ'. Κράσσου καὶ Πείσωνος.
λ'. [29] Σιλανοῦ καὶ Νερούα.

Κεφ. κγ'. Καὶ ὁρᾷς ὅτι τριακονταέτης ἐστὶ χρόνος. Διὸ ἐφιλοτιμησάμεθα τὰς καθεξῆς ὑπατείας ἀκριβῶς θέσθαι, εἰς τὸ τοὺς διερχομένους ἰδεῖν ὅτι οὐκ ἔστι τι παραπεποιημένον ἐν τῷ θείῳ δόγματι τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας τὰ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ κεκήρυκται. Τίς [1] γὰρ ἀριθμήσας τὰς μὴ δυναμένας σφαλῆναι καθ' εἱρμὸν ὑπατείας οὐ καταγνώσεται τῶν νομιζόντων διαφωνίαν εἶναι ἐν τῷ τῶν ἐτῶν ἀριθμῷ, τῷ παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς ᾀδομένῳ; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ [2] ἔπεσαν [3] αἱ πρότερον αἱρέσεις, αἱ μυθωδῶς ἀναγραψάμεναι τοὺς τριάκοντα

13. *Reposui* Καμηρίνου *pro vulgata* Καμήρου, *vel* Καμίριλου, *ut est in cod. Veneto.*
14. *Unus cod. Venetus hunc h. l. consulatum servavit.*
15. *Vulgo* Φλάκκου καὶ Σιλουανοῦ. *Cod. Venet.* φλάγκου καὶ σιλανοῦ. *Fortasse rescribendum* Πλάγκου καὶ Σιλίου.
gelo ecclesiae Thyatirorum. Atqui nulla Thyatiris Christianorum ecclesia fuit. Qui igitur ad eam, quae nusquam erat, ecclesiam scripsit? Verum ex illis ipsis, quae adversus veritatem obiiciunt, eidem suffragari confessione sua coguntur. Nam ut illud opponant, nullam iam esse Thyatiris ecclesiam, plane Ioannem afflatu prophetico futura praevidisse significant. Cum enim illic tam haeretici illi quam Phryges habitaverint, et eorum fidelium qui simpliciores sunt animas luporum more diripuerint, oppidum universum ad suam haeresin traduxerunt. Qui cum Apocalypsin, atque omnem illam doctrinam respuerent, ad evertendam religionem vires suas ac velut exercitus compararunt. Iam vero singulari dei beneficio his temporibus accidit, ut post centum ac duodecim annos illic ecclesia cresceret, ad quam aliae deinceps accederent. Tunc vero ecclesia omnis sese in Phrygas exhauserat. Quamobrem spiritus sanctus id aperire potissimum studuit: ecclesiam post apostolorum, hoc est Ioannis, ac ceterorum tempora, ad errorem esse declinaturam, annis post ascensum Christi tribus ac nonaginta, quo tempore in er-

καὶ χωνεύεσθαι ἐν τῇ κατὰ Φρύγας αἱρέσει. Οὕτω γὰρ εὐθὺς διε-
λέγχει ὁ κύριος· Γράψον τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας·
τάδε λέγει ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐ-
τοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· οἶδά σου τὴν πίστιν καὶ ἀγάπην, καὶ τὴν
διακονίαν, καὶ ὅτι τὰ ἔσχατά σου πλείονα τῶν πρώτων· ἔχω δὲ κατά
σου, ὅτι ἀφεὶς τὴν γυναῖκα Ἰεζάβελ ἀπατᾶν τοὺς δούλους μου, λέ-
γουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκουσαν φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορ-
νεύειν· καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον μετανοῆσαι, καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι
pag. 456. ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς, οὐχ ὁρᾶτε, ὦ οὗτοι, ὅτι περὶ τῶν γυναικῶν
λέγει τῶν ἐν οἰήσει προφητείας ἀπατωμένων καὶ ἀπατωσῶν πολλούς;
Φημὶ δὲ περὶ Πρισκίλλας καὶ Μαξιμίλλας καὶ Κυϊντίλλας, ὧν οὐ λέ-
ληθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἡ αὐτῶν ἀπάτη· ἀλλὰ προεθέσπισε προ-
φητικῶς ἐν τῷ στόματι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, ὅπερ ἐγένετο μετὰ τὴν
τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κοίμησιν. Αὐτοῦ δὲ προφητεύσαντος ἐν χρόνοις
[1] Κλαυδίου Καίσαρος ἀνωτάτω, ὅτε εἰς τὴν Πάτμον νῆσον ὑπῆρξεν
(ὁμολογοῦσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐν Θυατείροις ταῦτα πεπληρῶσθαι), [2] ἄρα
γοῦν κατὰ προφητείαν ἔγραφε τοῖς ἐκεῖ ἐν Χριστῷ κατ' ἐκεῖνο πεπολιτευ-
μένοις, ὅτι ἤμελλεν ἑαυτὴν γυνὴ προφῆτιν καλεῖν. Καὶ διέπεσεν ὁ κατὰ
τῆς ἀληθείας ἐπεγειρόμενος πανταχόθεν ἐπινενοημένος λόγος, δεικνυ-
μένου τοῦ κατὰ τὴν Ἀποκάλυψιν λόγου προφητικοῦ ὄντος ἐκ πνεύμα-
τος ἁγίου κατὰ ἀλήθειαν.

Κεφ. λδ'. Ἐπαίρονται δὲ πάλιν τῇ διανοίᾳ οἱ αὐτοὶ λεξιθηροῦντες ἀπείρως,
ἵνα δόξωσι παρεκβάλλειν τὰ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου βιβλία, φημὶ δὲ
Ἰωάννου τό τε εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, τάχα δὲ καὶ τὰς ἐπι-
στολάς· συνᾴδουσι γὰρ καὶ αὗται τῷ εὐαγγελίῳ καὶ τῇ Ἀποκαλύψει.
Καί φασιν ὅτι, Εἶδον, καὶ εἶπε τῷ ἀγγέλῳ, Λῦσον τοὺς τέσσαρας
ἀγγέλους τοὺς ἐπὶ τοῦ Εὐφράτου· καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρα-
τοῦ, μύριαι μυριάδες καὶ χίλιαι χιλιάδες, καὶ ἦσαν ἐνδεδυμένοι θώ-
ρακας πυρίνους καὶ θειώδεις καὶ ὑακινθίνους. Ἐνόμισαν γὰρ οἱ
τοιοῦτοι, μή πη ἄρα γελοῖόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια· ἐὰν γὰρ λέγῃ τοὺς τέσ-
σαρας ἀγγέλους τοὺς ἐν τῷ Εὐφράτῃ καθεζομένους, ἵνα δείξῃ τὰς τέσ-
σαρας διαφορὰς τῶν ἐκεῖσε ἐθνῶν καθεζομένων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην,
οἵτινές εἰσιν Ἀσσύριοι, Βαβυλώνιοι, Μῆδοι καὶ Πέρσαι. Αὗται γὰρ
αἱ τέσσαρες βασιλεῖαι κατὰ διαδοχὴν ἐν τῷ Δανιὴλ ἐμφέρονται, [1] ὡς
πρῶτοι Ἀσσύριοι ἐβασίλευον, καὶ Βαβυλώνιοι ἐν χρόνοις αὐτοῦ, Μῆ-
δοι δὲ διεδέξαντο, μετ' αὐτοὺς δὲ Πέρσαι, ὧν πρῶτος γέγονε Κῦρος
ὁ βασιλεύς. Τὰ γὰρ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους τεταγμένα εἰσὶν, ὡς ἐπιμαρ-
τυρεῖ μοι Μωϋσῆς ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ θεράπων, τὸν λόγον κατὰ ἀκο-
λουθίαν ἑρμηνεύων καὶ λέγων, Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου καὶ ἀναγ-

Cap. XXXIII. — 1. Mendose pro Domitiano. (*Petav.*)

rorem incidere, atque in Phrygum haeresin velut eliquari illius loci
deberet ecclesia. Unde et coarguendi gratia statim ita dominus lo-
quitur: *Scribe angelo ecclesiae quae est Thyatiris: haec dicit qui* Apoc. 2, 18 sqq.
habet oculos sicut flammam ignis, et pedes eius similes aurichalco.
Novi fidem tuam et caritatem et ministerium, et opera tua novissima
plura prioribus. Sed habeo adversus te quia permittis mulierum Ieza-
bel seducere servos meos, quae se dicit prophetissam, docentem mandu-
care idolothyta et fornicari. Et dedi illi tempus, ut poenitentiam age-
ret, et non vult poenitere a fornicatione sua. Num illud videre tan-
dem potestis, de mulieribus illorum loqui quae falsa prophetici spi-
ritus persuasione deceptae, quamplurimos deceperunt, hoc est de
Priscilla, Maximilla ac Quintilla, quarum fraus latere spiritum san-
ctum minime potuit, sed per beati Ioannis os fore ista praedixit,
quae post eius obitum acciderunt? Qui cum olim imperante Claudio
Caesare vaticinium illud ediderit, cum in Patmo insula versaretur
(istud vero illi quoque Thyatiris contigisse non negant), omnino
Christianis, qui tum illic erant, non sine prophetico instinctu scri-
psit venturam aliquando mulierem quae se prophetissam appellaret.
Ex quo omnis illa ad oppugnandam veritatem comparata ratio cor-
ruit; cum Apocalypsis ille liber prophetici esse generis, et a spiritu
sancto verissime profectus ostenditur.

Pergunt illi vero imperitissimi vocum aucupatores, ac sese im- Cap. XXXIV.
pudenter efferunt, ut beati apostoli scripta, hoc est Ioannis evan-
gelium et Apocalypsin, non immerito reiicere videantur, adeoque
et epistolas ipsas, quae cum evangelio et Apocalypsi consentiunt.
Sic igitur obiiciunt: *Vidi,* inquit ille, *et dixit angelo: Solve quatuor* Apoc. 9, 14.
angelos, qui sunt in Euphrate. Et audivi numerum exercitus decies
millies dena millia, et millies mille; et habebant loricas igneas, et sul-
phureas, et hyacinthinas. At illi veritati ipsi subesse ridiculum quid-
dam suspicati sunt. Atqui cum quatuor angelos ad Euphraten col-
locat, totidem nationes significat, quae ad Euphraten habitant. Cu-
iusmodi sunt Assyrii, Babylonii, Medi atque Persae. Haec enim
imperia quatuor apud Danielem ordine commemorantur. Quorum
primi regnarunt Assyrii: tum Babylonii, qui Danielis tempore re-
rum potiebantur: secuti sunt Medi; ac postremo Persae, quorum
primus rex Cyrus extitit. Gentes porro angelis esse subiectas te-
stis et Moyses dei servus, qui Danielis orationem velut interpretans
ait: *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, seniores tuos, et di-* Deut. 32, 7.

2. ἄρα γοῦν *habent libri.*

Cap. XXXIV. — 1. ὧν *volebat Petavius.*

γελεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου καὶ ἐροῦσί σοι· Ὅτε διεμέριζεν ὁ
pag. 457. ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ· καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Εἰ οὖν τὰ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους εἰσὶ τεταγμένα, δικαίως εἶπε, Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐν τῷ Εὐφράτῃ καθεζομένους, καὶ ἐπεχομένους ἐπιτρέπειν τοῖς ἔθνεσιν εἰς πόλεμον, ἕως καιροῦ μακροθυμίας κυρίου, ἕως προστάξει δι' αὐτῶν ἐκδικίαν γενέσθαι τῶν αὐτοῦ ἁγίων. Ἐκρατοῦντο γὰρ οἱ ἐπιτεταγμένοι ἄγγελοι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μὴ ἔχοντες καιρὸν ἐπιδρομῆς, διὰ τὸ μήπω λύειν αὐτοῖς τὴν δίκην, τοῦ τὰ λοιπὰ ἔθνη λύεσθαι ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς ἁγίους ὕβρεως. Λύονται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἐπέρχονται τῇ γῇ, ὡς Ἰωάννης προφητεύει καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται. Καὶ γὰρ κινούμενοι οἱ ἄγγελοι κινοῦσι τὰ ἔθνη εἰς ὁρμὴν ἐκδικίας. [2]Ὅτι δὲ πυρίνους καὶ θειώδεις καὶ ὑακινθίνους θώρακας σημαίνει, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει. Ἐκεῖνα γὰρ τὰ ἔθνη ἀπὸ τῆς τοιαύτης χρόας ἔχει τὴν ἀμφίασιν. Τὰ μὲν γὰρ θειώδη ἱμάτια χρόα τίς ἐστι μηλίνη οὕτω καλουμένη ἐρέα· τὰ δὲ πύρινα, ἵνα εἴπῃ τὰ κοκκηρὰ ἐνδύματα, καὶ ὑακίνθινα, ἵνα δείξῃ τὴν καλλαΐνην ἐρέαν.

Κεφ. λε'. Ἀλλὰ οὗτοι μὴ δεξάμενοι πνεῦμα ἅγιον ἀνακρίνονται μὲν πνευματικῶς, μὴ νοοῦντες τὰ τοῦ πνεύματος, καὶ κατὰ τὸν λόγον βουλόμενοι λέγειν, καὶ οὐκ εἰδότες τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ χαρίσματα, ἅτινα ἀληθῶς καὶ εὐσταθῶς ἐν παρακολουθήσει καὶ ἐρρωμένῳ νῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διηγήσατο, οἵ τε ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· ἐν οἷς καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης διὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐκ τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος τοῦ ἁγίου μεταδέδωκε Φθάνει δὲ καὶ ἐπ' αὐτοὺς τὸ εἰρημένον ὅτι, Τῷ βλασφημοῦντι εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὐδὲ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ γὰρ κατὰ τῶν ῥημάτων τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος εἰρημένων οὗτοι ἐστρατεύσαντο.

Τῶν δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων εἰρημένων κατὰ τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ἱκανῶς ἔχειν νομίσας, καὶ ὡς σκολόπενδραν ἢ ἴουλον καλούμενον ἑρπετὸν πολύποδα, ὀλίγον μὲν τῇ δυνάμει, τῇ [1]περιοδυνίᾳ τοῦ ἰοῦ, πολύπουν δὲ καὶ [2]μακροείκελον, τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ ἀλη-
pag. 458. θείᾳ καταπατήσαντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς πάλιν προβαίνοντες σὺν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει ἴωμεν ἀγαπητοί.

2. ὅ τι rescribit Petavius.
Cap. XXXV. — 1. Sic libri. At supra haer. 44, 7. bis extat περιωδυνία scriptum.

cent tibi, Quando dividebat altissimus gentes, dispergebat filios Adam. Constituit terminos populorum, iuxta numerum angelorum dei. Et fuit pars domini populus eius Iacob; funiculus hereditatis eius Israel. Igitur cum angelis nationes subiectae sint, merito dixit, Solve quatuor angelos, qui sedent in Euphrate, ibique detinentur, ut gentes bellis inter sese committant, usque ad tempus patientiae domini, donec per illos sanctos suos vindicari iubeat. Etenim angeli isti, quibus hoc spiritus edicit, coercebantur interim, nec invadenditempus est illis concessum; quos nondum dei iustitia solvebat, ut ceterae gentes ad persequendam sanctorum iniuriam solverentur. Iidem tamen soluti denique terram obeunt, ut Ioannes ac prophetae ceteri vaticinati sunt. Angeli enim dum commoventur, gentes ipsas ad ulciscendum commovent. Iam cur loricas illis igneas et sulphureas et hyacinthinas tribuat, nemini dubium est, propterea quod hisce coloribus gentium illarum vestes infectae sunt. Nam quod ad sulphureas attinet, melinus iste color est, a quo et lanae quaedam appellantur. Igneae porro vestes coccineas indicant, quemadmodum hyacinthiarum vocabulo callaicae lanae, hoc est ferrugineae, significantur.

At illi cum sancti spiritus expertes sint, eiusdem vi spiritus Cap. XXXV.
quae eius sunt nescire facillime iudicantur. Qui cum divino verbo consentanea loqui videri volunt, coelestia illa in ecclesiam collata dona, vaticinia scilicet, ignorant, quae vere ac constanter per eos homines, qui ea quae dicerent intelligerent, ac firma et robusta mente praediti erant, spiritus sanctus exposuit. Quales sancti prophetae et apostoli fuerunt. Quorum e numero b. Ioannes per evangelium suum atque epistolas et Apocalypsin idem coeleste munus impertiit. Ceterum in illos quadrat haec Christi sententia: *Qui bla-* Marc. 3, 29.
sphemaverit in spiritum sanctum, ei neque in praesenti, neque in futuro seculo peccatum remitti. Nam illi expressissimis spiritus sancti verbis aperte repugnant.

Atque haec adversus illam haeresin hunc in modum copiose disputata sufficere credimus. Quam velut scolopendram, qui et iulus dicitur (serpentis id genus est multipes imbecillum, cuius virus haud magnum affert dolorem, sed et pedes, ut dictum est, plures habet, et oblongum est) cum divina virtute ac veritate protriverimus, ad reliquas, carissimi, cum eadem dei ope progrediamur.

2. μακροείκελλον habent editi.

ΚΑΤΑ ΑΔΑΜΙΑΝΩΝ,
λβ' ἡ καὶ νβ'.

Κεφ. α'. Ἀσφάλακα καλοῦσί τι ζῶον ἐν τῇ γῇ κάτω ἐμφωλεῦον, τετράπουν. [1] Ὀρύττει τὴν γῆν, καὶ ἐν τοῖς μυχοτάτοις αὐτῆς ἔχει τὴν οἴκησιν· τὰ δὲ πάντα τοῦ ζώου ὑπάρχει ὡςεὶ μικροῦ σκύλακος κυνός, [2] τὴν περιφέρειαν τῆς ἡλικίας ἔχον, ᾧ οὐδὲ ὅλως ὑπάρχει ὅρασις. Ἐρημωτικὸν δὲ ὂν τὸ ζῶον, κάτωθεν ἐκριζοῦν πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων γεωργήματα, τά τε σικυηρὰ τὰ μάλιστα καὶ τὰ [3] δριμέα φυτεύματα, κρομμύων τε καὶ σκορόδων, βολβῶν καὶ τῶν τοιούτων, κρίνων τε καὶ τῶν ἄλλων· ἐὰν δὲ λαθὸν ἐν τῷ ὀρύττειν φθάσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἔξω εἰς τὸν ἀέρα γενέσθαι, ἢ ἁλοὺς θηρευθείη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, γέλοιόν τι ἐμποιεῖ πᾶσι τοῖς τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύσασιν. Οὕτως καὶ αὐτὸς ἐπιχειρῶ λέγειν περὶ τῆς νυνὶ μετὰ χεῖρας αἱρέσεως, ὡς μὲν κατὰ τὴν καρδίαν τυφλώττει καὶ ἀνοηταίνει, ἐρημίαν δὲ ἑαυτῇ ἐργάζεται, καὶ τὴν σύστασιν ἑαυτῆς κάτωθεν ἐκτέμνει, ῥιζῶν τε πολλῶν, τῶν εἰς αὐτὴν ἐκπεπτωκότων ἀνδρῶν, τὴν λύμην ἀπεργάζεται. Τοῖς δὲ συνετοῖς εἴ ποτε γένοιτο κατοπτευθῆναι αὐτὴν, γέλωτα οὐ τὸν τυχόντα παρασκευάζει· ὡς καὶ τὸ προειρημένον ζῶον διὰ τὴν ἑαυτοῦ τύφλωσιν ἐμπαιζόμενον διὰ τὴν [4] ἀορασίαν, καὶ μὴ εὑρίσκον ποῦ τὴν εἰςαγωγὴν ποιήσασθαι· ὡς καὶ [5] αὕτη ἡ αἵρεσις. Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς τοῦ Ἀδὰμ τὸ ὄνομα. Τοῦτο δὲ ἀπὸ ἀκοῆς ἀνδρῶν πολλῶν ἀκηκοότες φαμὲν, οὐ γὰρ ἐν συγγράμμασιν ηὕραμεν, ἢ περιετύχομεν τοιούτοις τισί. Πολλῶν οὖν εἰρηκότων ἄξιον καὶ αὐτῆς μνησθῆναι ἐδικαιώσαμεν. Διὸ καὶ δικαίως ταύτην παρεικάσαμεν τῷ προειρημένῳ τυφλῷ [6] ζώῳ καὶ ἀνδράσιν οὐ τάχιον [7] φαινομένῳ, διὰ τὸ κρύβδην ἐν τῇ γῇ εἶναι, καὶ κάτωθεν τὴν λύμην ἐργάζεσθαι. Περιγέλαστος δέ ἐστι, καὶ ἐσκεπτόμην μηδ' ὅλως εἰς ἀριθμὸν αὐτὴν φέρειν· διὰ δὲ τὸ ὅλως ἦχον αὐτῆς εἶναι ἐν κόσμῳ οὐδὲν λυπήσειε τὸν συνετὸν ἀκροατὴν
pag. 459. περὶ πάντων εἰδέναι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ὑπὸ τοῦ διαβόλου ζιζανιωδῶς ἐσπαρμένων. Εἴτε γάρ ἐστιν ἡ τοιαύτη, εἴτε μὴ ἔστι, πολλῶν λεγόντων ἀκηκοότες ἀσφαλείας χάριν καὶ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν εὔλογόν μοι πέφηνε, καὶ μὴ παραλεῖψαι, κἄν τε [8] καταλύεται, καὶ οὐκέτι ὑπάρχῃ. Οὐ γὰρ ἀσφαλῶς ἐπίσταμαι εἰ ἔτι ἔστιν, ἢ μὴ ἔστι. Τί δὲ εἰς μακρὸν

Cap. I. — 1. ὅπερ ὀρύττει coniecit Petavius.
2. H. e. τὴν αὐτήν. — Ceterum adverte anacoluthiam participii ἔχον.
3. Vulgo δρυμέα.
4. Ita correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent ἀκρασίαν.
5. Libri habent αὐτή.
6. ζώῳ, quod sententia postulat, rescripsi auctoritate etiam cod. Rhedig. Vulgo extat ζῶον
7. Libri habent φαινόμενοι.
8. Suspicor καταλέλυται — ὑπάρχει.

CONTRA ADAMIANOS,
haeresis XXXIII., sive LII.

Talpam genus quoddam animalis nuncupant, quadrupes quod Cap. I. sub terra latebras habet, eaque effossa in intimis illius penetralibus domicilium collocat. Est autem canino catulo specie quam simillimum, eodemque staturae ambitu constans, sed visu penitus caret. Idem agris vastitatem adfert, et eorum, quae hominum labore consita sunt, radices evellit, sed cucumerum inprimis, tum quicquid acriorum est seminum, cuiusmodi sunt caepae, allia, bulbi, ceteraque id genus, item lilia, atque alia pleraque. Quod si fodiendo demum ad exteriorem terrae superficiem apertumque aërem pervenerit, aut hominum insidiis captus fuerit, iis a quibus captus est ludicrum de se spectaculum praebet. Idem nobis de ea, quam prae manibus habemus, haeresi dicendum videtur, quae excaecati cordis est ac desipit, sibi vero vastitatem affert; et idipsum, ex quo constat radicitus excidit. Quinetiam radicibus quamplurimis, illis scilicet hominibus, qui ad se confugerint, perniciem consciscit. E contrario vero prudentibus, si in conspectum aliquando venerit, non mediocrem de se risum concitat. Quemadmodum illud, de quo diximus, animal, quod, quia caecum est, nec receptum invenire ullum potest, ab omnibus illuditur. Non absimilis est illius haeresis conditio. Quam qui sequuntur, Adami nomen usurparunt. Hoc autem, quod a multis auditione didicimus, de eo hominum genere proponimus, non ullis scriptorum monumentis compertum, aut cuiusquam ex illo grege usu ac consuetudine perceptum. Quamobrem cum ea quae dicturus sum plerique narraverint, merito huius sectae mentionem aliquam faciendam esse duximus, ac iure eandem cum caeco illo animalculo comparavimus, quod ad hominum aspectum haud ita frequenter erumpit, propterea quod sub terra delitescit, indidemque stirpibus pestem atque exitium molitur. Sed ridicula inprimis haeresis illa est. Ac diu sane dubitavi, num ea ab ceterarum numero excludenda prorsus esset. Verum, quod eius in mundo utcumque sonus exauditur, non erit auditori sapienti molestum, si lolii genera omnia cognoverit quae in orbe terrarum a diabolo disseminata sunt. Sive enim eiusmodi est qualem accepimus, sive non est, tamen cum ita plerosque narrantes audierimus, visum est securitatis caussa non absurdum, si de ea nonnihil ageremus, neque praetermitteremus penitus, tametsi iam eversa foret, nec uspiam resideret; utrum enim supersit necne, nondum exploratum habuimus. Quid autem attinet

ἀποτείνομαι χρόνον τῷ προοιμίῳ χρώμενος πρὸς διήγησιν; Ἄρξομαι τὸ γέλοιον διηγεῖσθαι, μᾶλλον δὲ τὸ πένθος· πένθος, ὅτι πως ὁ διάβολος ἐνῴκησεν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων διανοίᾳ, χλευάσαι τὸ πλάσμα τὸ ἐκ θεοῦ πεπλασμένον, γέλοιον δὲ, περὶ τῶν μήτε ὁρώντων, μήτε τὸ συνετὸν διανενοημένων.

Κεφ. β'. Πρῶτον γάρ φασι τοὺς τοιούτους τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας, ἤτοι φωλεοὺς καὶ σπήλυγγας (οὕτω γὰρ εἴποιμι τὰς τῶν αἱρέσεων συνελεύσεις) ἐν ὑποκαύστοις οἰκοδομεῖσθαι, ὑποκαίειν δὲ κάτω διὰ τὸ εἶναι [1] ἔθμην εἰς θάλψιν τῶν ἔνδον ἐν τῷ οἰκίσκῳ συναγομένων. Ἐν δὲ τῷ εἰσιέναι ἱματιοφύλακές εἰσί τινες πρὸς ταῖς θύραις δίκην [2] καμψαρίων ὑπ' αὐτῶν ἐπιτεταγμένοι, καὶ ἕκαστος εἰσιὼν, ἤτοι ἀνὴρ, ἤτοι γυνὴ, ἐκδυόμενος ἔξω εἴσεισι γυμνὸς, ὡς ἀπὸ μητρὸς, ὅλῳ τῷ σώματι, οἵ τε δοκοῦντες αὐτῶν ἀρχηγοὶ καὶ διδάσκαλοι πάντες ὡς ἐκ μητρὸς καθεζόμενοι, οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω, ἀναμὶξ καὶ σποράδην. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς ἐγκρατεῖς δῆθεν λεγόμενοί τε καὶ κομπάζοντες, καὶ παρθένοι, ὡς ἑαυτοὺς ἀπατῶσι· τάς τε ἀναγνώσεις καὶ τὰ ἄλλα αὐτῶν πάντα γυμνοὶ ὄντες τελοῦσιν. Εἰ δὲ δόξειέ τινα, ὡς καὶ τοῦτο λέγουσιν, ἐν παραπτώματι γενέσθαι, οὐκέτι τοῦτον συνάγουσι. Φάσκουσι γὰρ αὐτὸν τὸν Ἀδὰμ τὸν βεβρωκότα ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ κρίνουσιν ἐξεῶσθαι, ὡς ἀπὸ τοῦ Παραδείσου, τουτέστι τῆς αὐτῶν ἐκκλησίας. Ἡγοῦνται γὰρ τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν εἶναι τὸν Παράδεισον, καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς περὶ Ἀδὰμ καὶ Εὔαν. Τίνι οὖν τῷ λόγῳ ὑποκαίουσι τὸν οἰκίσκον, ἵνα μὴ τὸ κρύος αὐτῶν ἐφάψηται; Ἀδὰμ γὰρ καὶ Εὔα οὐκ ἐν ὑποκαύστῳ οἴκῳ τὴν δίαιταν εἶχον, οὔτε ἐν φλογμῷ τινι ὑπεπιέζοντο, οὔτε κρύος αὐτοὺς ἐφόρτου. Ἦν δὲ αὐτοῖς ἀὴρ καθαρώτατος καὶ πάσης εὐκρασίας εὐτάκτως ἐκ θεοῦ [3] μεμελημένος, οὔτε ἀπηνότητι ψυχρίας τετονωμένος, οὔτε ἀηδεστάτῃ ἐκπυρώσει καύσωνος ἐπηρτημέ-
pag. 460. νος, διαίτῃ δὲ ἀμβροσίᾳ μάλα ἐκ θεοῦ πεποιημένη. Ὁ χῶρος ἐτέτακτο θυμηδίας καὶ εὐζωΐας [4] πεποιημένος, καὶ οὔτε ῥίγει ὑπέπιπτον, οὔτε καύσωνι, ὡς ἔφην. Τούτων δὲ τοιούτων ἐπιδεομένων μάλα παρ' αὐτοῖς ἡ χλεύη γίνεται.

Κεφ. γ'. Εἶτα δὲ καὶ τὸ ἕτερον σκοπήσωμεν, πῶς ἡ πᾶσα πλάνη διελέγχεται, ὅτι οὐ μίαν ὥραν ἐκεῖνοι γυμνοὶ ἦσαν, ἀλλὰ διηνεκῶς, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. Τούτοις δὲ οὐ διὰ τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι ἡ γύμνωσις, κἄν τε οὕτως αὐτοὶ νομίσωσιν, ἀλλ' ἕνεκα ἀκορέστου ἡδονῆς, κόραις ὀφθαλ-

Cap. II. — 1. *V. Hesych. s. v., cum interprr.*

2. *Praeter ea quae Petavius de hoc vocabulo offert, v. etiam Suicerum in Thesauro s. v. et Du Cangium in Glossario Med. et Inf. Latinitatis tom. II, p. 154. ed. Hensch. s. v.* Capsarius, *et inprimis p. 71. s. v.* Campsa, *et in Gloss. Med. et Inf. Graecitatis p. 565. s. v.* Καμψάριος.

in illius narrationis exordio diutius immorari? Age ridiculam illam narrationem, vel luctuosam potius, aggrediamur, luctuosam quidem, quod diabolus in hominum mentibus sedem constituerit, dei ut opificio posset illudere, ridiculam vero, quatenus nihil isti neque vident neque prudenter intelligunt.

Inprimis enim haereticos istos ferunt ecclesias suas, sive latibula potius et cavernas (sic enim haereticorum libet appellare conventicula), in hypocaustis extruere. Quippe subter ignem excitant, ad eos vaporandos ac fovendos qui in illud cubiculum conveniunt. In ingressu vestimentorum custodes pro foribus capsariorum instar appositi sunt. Tum intrantium quisque tam vir quam femina foris vestibus exuens sese toto corpore, perinde ut ex utero matris exiit, nudus ingreditur. Sed qui principes inter illos habentur et magistri, peraeque nudi consident, alii in superiore loco, alii in inferiore, promiscue ac passim. Ad haec nonnulli ex eorum numero sunt, qui scilicet continentes appellantur, idque prae se ferunt, ac virgines habentur, seque ipsos hunc in modum decipiunt. Iam vero lectiones ac reliqua id genus obeunt nudi. Quod si quis, ut dicere solent, in culpam lapsus esse videatur, hunc in conventum suum minime amplius recipiunt. Adamum enim illum esse dicunt qui de ligno comederit, atque e Paradiso, hoc est ecclesia sua, exterminandum iudicant. Nam ecclesiam suam Paradisum esse statuunt, seipsos vero Adamum et Evam. Cur igitur subter cubiculum illud ignem excitant, ne frigore infestentur? Etenim Adamus et Eva neque in hypocausto degebant, neque ardore ullo atque aestu premebantur, nec ullum eis frigus erat molestum, sed purissimo aëre fruebantur ac mirifice a deo temperato, qui nec frigoris atrocitate vehementior, nec molestissimo incendii ardore violentus immineret. Victus iisdem ambrosia erat a deo parata. Locus ipse denique ad omnem erat voluptatem iucunditatemque factus. Ita, ut neque algori neque aestui, quemadmodum diximus, essent obnoxii. At illi cum istiusmodi vitae necessitatibus expositi sint, omnino ridiculi sunt.

Cap. II. (margin, beside "Inprimis enim…")

Gen. 3. (margin, beside "…qui de ligno")

Quin illud una considerandum est, quemadmodum ex eo refelli omnis istorum error possit. Nam primi nostri parentes non una duntaxat hora, sed perpetuo nudi sine ullo pudore perseverabant. At isti non quod pudore careant, propterea nudantur, tametsi ita sibi persuadeant, sed id insatiatae libidini tribuunt, quae eiusmodi

Cap. III. (margin)

Gen. 3, 7. (margin, beside "…tametsi ita")

3. *Correxi* μεμελημένος. *Nam in libris legitur* μεμερημένος, *quod mendum esse videtur. Cornarius vertit* „et omni temperamento ordinate ex deo refertus.“

4. *Vereor ne sit reponendum* πεπληρωμένος. *Cornarius:* et diaeta immortalis, et locus ex deo factus ipsis dispositus erat, iucunditate et vitae opulentia redundans *cett.*

μῶν ἐμποιούσης τὴν θέλξιν. Ἀφῄρηται γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἡ αἰδὼ, ἡ ἐν πάσαις ἁγίαις γραφαῖς ἐπαινουμένη, καὶ ἀληθῶς πεπλήρωται τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ εἰρημένον τὸ, Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχυντήσας πρὸς πάντας. Μετὰ δὲ τὴν ὥραν ἐκείνην ἔξω ἱματίοις ἀμφιέννυνται, καὶ οὐκέτι εἰσὶν [1] ὁ Ἀδάμ. Οὔτε γὰρ εὐθὺς ἐκεῖνος ἱματίοις ηὐπόρησεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν φύλλα συκῆς, ἔπειτα δὲ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ὡς μετὰ πολὺν χρόνον τῆς αὐτῶν ζωῆς ἡ παμποικίλος τοῦ θεοῦ σοφία τὴν εἴδησιν αὐτοῖς ἐνέβαλε τῶν ἀμφίων. Καὶ κατὰ πάντα τρόπον αὐτοὶ χλευασθήσονται, λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι τοὺς περὶ Ἀδὰμ, καταψευδόμενοι ἑαυτῶν, καὶ ἅμα ἀληθεύοντες. Ὅτι μὲν γὰρ οὗτοι Ἀδὰμ οὐχ ὑπάρχουσι, τοῦτο δῆλον ἐκ πολλῶν τεκμηρίων, ὡς καὶ ὑπεδείξαμεν, ὅτι δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ὄφεως ἐμπαίζονται, τοῦτο δῆλον παρὰ τῆς πεποιημένης αὐτῶν σχηματουργίας, καὶ γυμνώσεως, καὶ αἰσχύνης, καὶ χλεύης. Οὐκ ἄξιον δὲ ἡμᾶς περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τούτων τὴν ἀνατροπήν. Οὔτε γὰρ τὸ ὅμοιον αὐτῶν ζῶον σκευῶν πολεμικῶν ἢ μεγάλων ὅπλων ἐπιδέεται πρὸς ἀναίρεσιν. Διὰ γὰρ μικρᾶς ῥάβδου τοῦτο ἀφανίζεται, πολλάκις δὲ μετὰ τὸ ἀνενεχθῆναι ἐκ τοῦ φωλεοῦ καταλιμπάνεται μόνον, καὶ ἑαυτῷ διαφθείρεται, γελώμενον καὶ ἐμπαιζόμενον, καὶ μὴ εὑρισκόμενον, διὰ τῆς παγγελάστου χλεύης καὶ ἀσέμνου διαγωγῆς καὶ ὑποθέσεως τῆς ληρωδίας. Τὰς δὲ ἑξῆς διασκοπήσαντες πάλιν εὐξώμεθα θεὸν συνεργεῖν ἡμῖν εἰς τὴν τῶν ἄλλων εὕρεσίν τε καὶ ἀνατροπὴν, καὶ ἡμῶν καὶ τῶν ἐντυγχανόντων σωτηρίαν.

pag. 461.

ΚΑΤΑ ΣΑΜΨΑΙΩΝ,
τριακοστὴ τρίτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. Σαμψαῖοί τινες ἐν τῇ Περαίᾳ, περὶ ὧν ἤδη ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν ἐπεμνήσθημεν, τῶν δὴ καὶ Ἐλκεσαίων καλουμένων, αἵρεσίς τις ὑπάρχει ἐν τῇ Περαίᾳ οὕτω καλουμένῃ χώρᾳ, πέραν τῆς Ἁλυκῆς, ἤτοι Νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης, ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ, περὶ τὸν χειμάρρουν Ἀρνῶν, καὶ ἐπέκεινα, ἐν τῇ [1] Ἰτουραίᾳ καὶ [2] Ναβαττίδι, ὡς καὶ ἤδη μοι πολλάκις περὶ τούτου δεδήλωται. Οὗτοι γὰρ αὐχοῦσι τὸν Ἠλξαῖον αὐτῶν εἶναι διδάσκαλον, ἔτι δὲ καὶ εἰς δεῦρο τοῦ γένους αὐτοῦ ὑπαρχούσας δύο γυναῖκας προσεκύνουν, ὡς θεὰς δῆθεν, διὰ τὸ εἶναι αὐτὰς ἐκ σπέρματος εὐλογημένου. Κέχρηνται δὲ τῇ βίβλῳ [3] τούτου καὶ Ὀσσαῖοι καὶ Ἐβιωναῖοι καὶ Ναζωραῖοι, ὡς ἤδη πολλάκις εἶπον· φύσει δὲ οὗτοι οἱ Σαμψαῖοι ἐξ αὐτῆς ὁρμῶνται, οὔτε Χριστια-

Cap. III. — 1. *Fortassean* ὁ Ἀδάμ.
Cap. I. — 1. *Libri* Ἰτουρέα.
2. *Corrige* Ναβατίτιδι *vel* Ναβατίδι, *scripsit etiam Salmas. in Solin. p. 433., quem cf. de hoc loco, si placet.*

oculis illecebras obiicit. Siquidem omnem illi verecundiam deposuerunt, quae in omnibus sacris scripturis est laudata saepius. Ac verissime in illis prophetae dictum illud impletur: *Fons meretricis facta est tibi, pudorem apud omnes abiecisti.* Hier. 3, 3. Ceterum post illam horam foris rursum vestes induunt et Adami esse desinunt. Neque enim is vestium subinde copiam habuit, sed primum ficus folia, deinde pelliceas tunicas. Ita non nisi longo tempore, quam creati fuerant, vestimentorum usum divina illos sapientia perdocuit. Quamobrem omni explodendi ludibrio sunt homines isti, qui sibi Adami conditionem vindicant; in quo partim mentiuntur, partim vera iactitant. Quod enim Adami non sunt, multis, ut ostendimus, est argumentis perspicuum; quod autem ab intelligibili serpente ludificentur, id vero ex affectato illorum habitu ac nuditate, pudendoque ac ridendo illo instituto constat. Enimvero tanti illorum refutationem facere minime convenit. Neque enim animal illud, cui similes sunt, bellicis machinis aut maioribus armis expugnari conficique debet, sed exigua aliqua virga profligatur. Saepe etiam cum ex foramine emerserit, si ibidem destitutum fuerit, per sese extinguitur, risu omnium ac ludibrio vexatum, nec amplius reperitur, posteaquam sic illusum fuerit ac ludicrae occupationis materiem praebuerit. Iam vero ad ceteras considerandas haereses divinam opem rursus imploremus, quo et illas investigare atque evertere possimus, et hoc ipsum tam ad nostram quam ad lectorum salutem referatur.

ADVERSUS SAMPSAEOS,
haeresis XXXIII., sive LIII.

Sampsaeorum in ea regione quae Peraea dicitur haeresis quaedam est, qui et Elcesaei vocantur; de quibus in superioribus haeresibus mentionem fecimus. Cap. I. Hi ultra Salsum sive Mortuum mare habitant in Moabitide, ad torrentem Arnon, et in ulteriore tractu, Ituraeae ac Nabattide, de quo saepius iam egisse me memini. Iactant enim illi conditorem sectae suae ac magistrum Elxaeum. E cuius stirpe duas ad hoc tempus mulierculas tanquam deas adorabant, quod ex benedicto semine essent oriundae. Utuntur hoc eorum libro et Ossaei et Ebionaei et Nazaraei, ut non semel antea dixi; sed Sampsaei potissimum illo nituntur. Qui cum nec Christiani sint,

3. *Ita corrigendum esse visum est. Libri habent* ταύτῃ, *quod Cornarium movit ut ante* κέχρηνται *aliquot verba excidisse statueret. Certe in versione eius Latina ante illud vocabulum lacunae signum est conspicuum. — De Elxai propheta eiusque libro v. supra haer.* 19, 1.

νοὶ ὑπάρχοντες, οὔτε Ἰουδαῖοι, οὔτε Ἕλληνες, ἀλλὰ μέσον ἁπλῶς ὑπάρχοντες οὐδέν εἰσι. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλο βιβλίον ἔχειν, τὸ λεγόμενον ἀδελφοῦ τοῦ Ἠλξαΐ. Θεὸν δὲ ἕνα λέγουσι, καὶ δῆθεν αὐτὸν σέβουσι βαπτισμοῖς τισι χρώμενοι· πρόςκεινται δὲ Ἰουδαίοις ἐν ἅπασιν. Ἀπέχονται δὲ καὶ ἐμψύχων τινὲς ἐξ αὐτῶν· ὑπεραποθνήσκουσι δὲ τῶν ἐκ γένους τοῦ Ἠλξαΐ. Καὶ ἐν μὲν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀκηκόειν [4] ὅτι τέθνηκεν ἡ μία γυνὴ ἡ Μαρθοῦς καλουμένη, ἔμεινε δὲ καὶ νῦν Μαρθάνα· εἰ μὴ καὶ αὐτὴ τέθνηκεν. Εἴ ποτε δὲ ἔξοδον εἶχον αἱ τοιαῦταί ποι βαδίζουσαι, συνεπόμενοι οἱ ὄχλοι αὐτῶν τὸν χοῦν τῶν ποδῶν λαμβάνοντες, ἰάσεως δῆθεν ἕνεκεν, τὸν σίελον τῶν πτυσμάτων ὡςαύτως, μεγάλως ἐμπαιζόμενοι ἐχρῶντο ἐν φυλακτηρίοις τε καὶ περιάπτοις. Πᾶσα γὰρ πλάνη ἔσχε πρῶτον τὴν τύφλωσιν, ἔπειτα τὴν κενοφωνίαν. Καὶ οὔτε προφήτας δέχονται οἱ τοιοῦτοι, οὔτε ἀποστόλους· τὰ πάντα δὲ παρ' αὐτοῖς ἠπάτηται. Τετίμηται δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τοῦτο ὡς θεὸν ἡγοῦνται, σχεδὸν φάσκοντες εἶναι τὴν ζωὴν ἐκ τούτου. Χριστὸν δὲ ὀνόματι ὁμολογοῦσι, κτίσμα αὐτὸν ἡγούμενοι, καὶ ἀεί ποτε φαινόμενον, καὶ πρῶτον μὲν πεπλάσθαι [5] αὐτὸν τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ,
pag. 462. καὶ πάλιν ἐνδύεσθαι, ὅτε βούλεται· καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Χριστὸν, καὶ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἀδελφὴν αὐτοῦ, θηλυκῷ σχήματι ὑπάρχουσαν, ἐνενηκονταὲξ μιλίων τὸ ὕψος ἕκαστον αὐτῶν [6] ἔχον, ὅ τε Χριστὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τὸ πλάτος εἰκοσιτεσσάρων καὶ πολλὰ ληρώδη ἕτερα.

Κεφ. β'. Ἤδη δὲ περὶ τούτου πολλάκις ἐν ἄλλαις αἱρέσεσι διηγούμενος τὰς ἀνατροπὰς πεποίημαι, διὸ οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμην περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι τὴν περὶ τούτων ζήτησιν τῆς ἀνατροπῆς, ὡς ἤδη ἡμῶν ἐργασαμένων εἰς αὐτὸν τὸν Ἠλξαῖον, εἴτ' οὖν Ἠλξαΐ, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ταῖς ἄλλαις προδεδηλωμέναις αἱρέσεσι. Πᾶσι γὰρ φωρατὸς ὁ τοιοῦτος καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ αἵρεσις, ὅτι πεπλάνηται. Ὡς οὖν [1] σαύραν ἡλιακὴν πεπαικότες ῥάβδῳ ἐλπίδος Χριστοῦ καὶ τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν. Ἄξιον γάρ ἐστιν, ᾧ ὀνόματι ἑαυτοὺς καὶ οὗτοι ὠνόμασαν, τῷ αὐτῷ κεχρῆσθαι αἰνίγματι εἰς φράσιν τῆς αὐτῶν παραπεποιημένης ἐπωνυμίας. Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται Ἡλιακοί. Διὸ καὶ τοῦ ζώου ἐπεμνήσθημεν. Ταύτην γὰρ [2] σαύραν οὕτω κικλήσκουσιν ἡλιακὴν οἱ ἄνθρωποι. Χείρων δὲ αἵρεσις αὕτη τῆς σαύρας, μηδὲ τὸ ἀκαριαῖον τῆς ὠφελείας ἑαυτῆς ἔχουσα. Ἐκείνη γὰρ ἀμβλυωπήσασα χρόνῳ ἀνα-

4. *Vulgo* ὅτε.
5. *Fortassean* αὐτῷ *vel* αὐτῷ. *Cornarius:* Et primum quidem formatum esse ipsum in corpus Adam, et rursus induere *cett.*

nec Iudaei, nec gentiles, medii cuiusdam generis, sive potius nihil omnino sunt. Quinetiam alium habere se librum praedicant quem fratri Elxaei tribuunt. Unum esse deum asserunt, ac certis usurpatis baptismis eundem venerantur. Iudaeis porro in omnibus adhaerescunt. Sunt inter eos qui ab animatis omnibus abstinent. Pro Elxai vero stirpe morti sese committere non dubitant. Ceterum per id tempus audieram unam e duabus illis feminam obiisse, quae Martho nominabatur, superstite adhuc Marthana; nisi iam et ipsa decesserit. Ambas illas quoties domo progressae aliquo se conferrent, ingens hominum multitudo comitabatur, qui non modo pedum pulverem, sed et sputa, morborum ad remedia colligentes non sine magno ludibrio ad amuleta et phylacteria reservabant. Siquidem error omnis caecitate primum, tum vanitate et arrogantia laborat. Iidem illi prophetas non minus quam apostolos reiiciunt, et, ut summatim dicam, fraudibus ac mendaciis illorum omnia sunt referta. Aquam magnopere venerantur ac propemodum instar numinis habent, quod ab ea propagatam esse vitam asserunt. Christum verbo tenus confitentur, quem creaturam esse putant, et identidem apparere. Ac primum Adami corpus fabricasse, rursumque, cum ei visum est, induere. Ei Christo nomen esse: huius sororem spiritum esse sanctum, muliebri videlicet specie. Utrumque vero, tam Christum quam spiritum sanctum, nonaginta sex millarium altitudine, viginti quatuor latitudine constare. Ad haec innumeras alias nugas adiiciunt.

Sed de istiusmodi dogmate cum in aliis haeresibus crebro mentionem iniecerim, quemadmodum confutandum esset ostendimus. Cap. II.
Quo minus necessarium existimavi in eo refellendo magnopere commorari, cum id iam in antecedentibus haeresibus, tam adversus Elxaeum, sive Elxai, quam eius sectarios sit abunde praestitum. Accedit neminem esse qui non et hunc et huius haeresin a veritate plurimum aberrare cognoscat. Quocirca cum solarem illam lacertam spei in Christo et crucis virga percusserimus, ad ceteras pergamus. Est enim rationi consentaneum ut quo nomine seipsos afficiunt, idem ad illos adumbrandos atque ementitam illam appellationem declarandam adhibeamus. Sampsaei quippe idem ac Solares significant. Unde et illius animalis meminimus. Nam eiusmodi lacertam solarem homines nuncupant. Quamquam longe haec haeresis lacerta deterior est, quae ne minimum quidem utilitati suae consulit. At lacerta, cum oculi caligare coeperint, aliquanto postea vi-

6. *Repono* ἔχοντα, τόν τε Χριστὸν *vel* ἔχειν τόν τε Χριστόν.

Cap. II. — 1. *Libri* σαῦραν.
2. *Libri* σαῦραν.

βλέπει, διὰ ἡλιακῆς στροφάλιγγος ἐν φωλεῷ πρὸς ἀνατολὴν προσέχοντι ἑαυτὴν προσθλίψασα καὶ νηστεύσασα, πρὸς ἀνατολὴν κατανοοῦσα. Αὕτη δὲ, φημὶ ἡ αἵρεσις, ἐν ἅπασιν ἀφροσύνην κέκτηται τοῦ ζώου, οὐ μὴν κἂν τὸ ὀλίγον τοῦ ἐπαίνου. Ὡς οὖν καὶ αὕτη ἡ αἵρεσις, [3] σαύρα ἡμῖν λεχθεῖσα ἡλιακὴ, καὶ καταπατηθεῖσα ὑπὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ μενέτω, μηδὲν κατισχύουσα [4] περὶ θεοῦ ἀληθείας· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὰς ἄλλας, ὡς εἴπομεν, ἐξορμήσωμεν.

ΚΑΤΑ ΘΕΟΔΟΤΙΑΝΩΝ,
τριακοστὴ τετάρτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ τετάρτη.

Κεφ. α'. Ἀνέστη πάλιν Θεόδοτός τις, ἀπόσπασμα ὑπάρχων ἐκ τῆς προειρημένης Ἀλόγου αἱρέσεως, τῆς ἀρνουμένης τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἐν ἀρχῇ ὄντα θεὸν λόγον, καὶ τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι ταῖς προειρημέναις συγγενόμενός τε καὶ συνυπάρξας, καὶ κατὰ τὸν χρόνον αὐτὰς διαδεξάμενος, ἐξ οὗπερ οἱ Θεοδοτιανοὶ καλούμενοι. Καὶ εἰ μὲν ὑπάρχει ἡ αἵρεσις ἔτι αὕτη [1] ἀγνοοῦμεν, τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς ἀπὸ συγγραμμάτων ἐλθόντα ἐροῦμεν.

pag. 463.

Οὗτος ὁ Θεόδοτος ἀπὸ Βυζαντίου μὲν ὡρμᾶτο, τῆς νυνὶ καλουμένης Κωνσταντίνου πόλεως, σκυτεὺς τὴν τέχνην, πολυμαθὴς δὲ τῷ λόγῳ. Οὗτος ἅμα τισὶ πλείοσιν ἐν καιρῷ διωγμοῦ ἐνστάντος, οὐκ οἶδα εἰπεῖν [2] ἐν τῷ τοιούτῳ διωγμῷ, ἀπὸ τοῦ τῆς πόλεως ἄρχοντος συλληφθεὶς μετὰ πλειόνων καὶ ἐξετασθεὶς σὺν τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ Χριστοῦ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες θεοῦ δοῦλοι τὸ νῖκος ἀπενεγκάμενοι βραβείων ἔτυχον ἐπουρανίων, ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες, οὗτος δὲ Χριστὸν ἀρνησάμενος, καὶ παραπεσὼν τοῦ σκοποῦ τῆς ἀληθείας, ἐν παρεκβάσει γεγένηται, καὶ ἀπὸ αἰσχύνης πολλῆς ὑπὸ πολλῶν ὀνειδιζόμενος ἀπέδρασε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, καὶ ἀναβὰς εἰς Ῥώμην ἐκεῖσε διέτριβεν. Ὑπό τινος δὲ ἐπιγνωσθεὶς τῶν ἐν Ῥώμῃ καὶ πάλιν καὶ ἐκεῖ τῷ αὐτῷ ὀνείδει ὑποπίπτει, διὰ τὸ [3] ἐγκαλεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν αὐτὸν εἰδότων ἕνεκεν τῆς πολυμαθείας, ὅτι ἀνὴρ πολυμαθής [4] πως ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας. Εἰς ἑαυτοῦ δὲ δῆθεν κακὴν ἀπολογίαν ἐπινενόηκε τουτὶ τὸ κενὸν δόγμα, φήσας ὅτι, Θεὸν ἐγὼ οὐκ ἠρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἠρνησάμην. Εἶτα ἐρωτώμενος ποῖον ἄνθρωπον, ἀποκρίνεται λέγων, Χριστὸν ἠρνησάμην ἄνθρωπον. Ἐντεῦθεν οὕτως ἑαυτῷ ἐδογμά-

3. *Libri* σαῦρα.
4. τῆς περὶ *volebat Petavius.*
Cap. I. — 1. ἀγνοοῦμεν *rescripsi ex emendatione Petavii. Vulgo* ἀγνοουμένη. *Ita Cornarius vertit:* Et quamvis haeresis haec adhuc sit ignota, tamen *cett.*

sum solaris circuitus beneficio recipit. Nam in angustum foramen, quod ad orientem obversum est, subiens sese comprimit, pabuli expers, et ad orientem respiciens. Contra haeresis ista stoliditatem quidem in omnibus animalis huius exprimit, quod in eo vero laudabile est, ne minima quidem ex parte obtinet. Igitur quae a nobis haeresis *lacerta solaris* appellatur, a veritate proculcata modo relinquatur, cum nihil adversus divinam veritatem efficere potuerit. Nos interim ad alias, ut dictum est, progrediamur.

CONTRA THEODOTIANOS,
haeresis XXXIV., sive LIV.

Theodotus iterum nescio quis emersit, velut appendix quaedam illius haeresis quam Alogorum nomine comprehendimus, quae Ioannis evangelium et deum illum verbum, quod a principio ibidem fuisse dicitur, nec non et Apocalypsin respuit. Sed et aliarum ante commemoratarum haereseon consuetudine usus est Theodotus, et eodem tempore vixit, atque illis postea successit, a quo Theodotiani nomen acceperunt. Iam vero sitne hodie superstes haec haeresis plane nescimus: quae quidem librorum monumentis ad nostram memoriam commendata pervenerunt, ea narrabimus. Cap. I.

Theodotus igitur iste Byzantio oriundus, quae hodie Constantinopolis dicitur, arte coriarius erat, homo apprime literis eruditus. Qui cum aliis plerisque ineunte persecutione comprehensus (quaenam vero ea persecutio fuerit, nondum comperi), sed tum ab urbis praefecto cum pluribus correptus, cum de omnibus quaestio ob Christi nomen haberetur, ceteri quidem dei famuli reportata victoria coeleste praemium consecuti sunt, martyrio pro Christo perfuncti. At ille Christum negans, et a scopo veritatis excidens, transgressor est factus. Qua ex re cum probro omnium appetitus pudorem sustinere non posset, relicta patria profugus Romam contendit, et illic habitavit. Sed et Romae a quodam agnitus in eandem ignominiam incidit, cum qui illum ob insignem eruditionem noverant, ob id eum incusarent, quod homo excellenti doctrina praeditus a veritate excidisset. Quare ad sui excusationem vanum dogma commentus est, atque ita iactare coepit. Ego, inquit, non deum negavi, sed hominem. Interrogatus quem demum hominem, Christum, inquit, hominem negavi. Hinc praedicandae falsae huius opinionis occasio-

2. ἐν ὁποίῳ διωγμῷ *rescribendum esse videbatur Petavio, non advertenti, suspicor, illud* τῷ *pro* τίνι *esse positum.*
3. ἐγκαλεῖσθαι *rescripsi cum Petavio pro* ἐκκαλεῖσθαι, *quod vulgo extat.*
4. *Vulgo* πῶς. *Quod ferri potest.*

τισε δόγμα, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ συσταθέντες Θεοδοτιανοὶ, ψιλὸν ἄνθρωπον φάσκοντες εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγενῆσθαι. Εἶτα εἰς κακὴν ἑαυτοῦ ἀπολογίαν ὅσαπερ χρήσιμα εὗρεν, οὐχ ἁγνῶς οἰόμενος, ἀλλὰ προφάσει τῆς ἑαυτοῦ παρεκτροπῆς, ταῦτα ἑαυτῷ ἐπισωρεύων συνήγαγεν, ὅτι, φησὶν, Ὁ κύριος ἔφη, *Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα.* Ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν.

Κεφ. β΄. *Ἀλλὰ οὐκ ἔγνω ὁ τάλας ὅτι ἐν ταὐτῷ ὁ Χριστὸς λέγει, Τὴν ἀλή-*
pag. 464. *θειαν, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου.* Πατέρα δὲ ἑαυτοῦ λέγει θεόν· οὐ γὰρ ἄνθρωπον. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώπου ἀκήκοεν, οὐκ ἐκαυχᾶτο τῇ μαρτυρίᾳ τῆς ἀληθείας, λέγων παρὰ ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν ἀκηκοέναι· ἀλλ' ἵνα σημάνῃ θεὸν αὐτὸν ὄντα ἐκ πατρὸς ἄνωθεν γεγεννημένον, ἄνθρωπον δὲ δι' ἡμᾶς γενόμενον, καὶ σαρκὶ ἀποκτανθέντα, θεότητι δὲ ἀεὶ ζῶντα. Εἶτά φησι μηδὲ ἁμαρτίαν πεποιηκέναι ἀρνησάμενον τὸν Χριστὸν, αὐτοῦ, φησὶ, τοῦ Χριστοῦ εἰπόντος, *Πᾶσα βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὁ λέγων λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀφεθήσεται αὐτῷ, τῷ δὲ βλασφημοῦντι εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ.* Καὶ ἀγνοεῖ ὁ ἐλεεινὸς ἄνθρωπος ὅτι βουλόμενος ὁ κύριος ἀσφαλίσασθαι τὴν σωτηρίαν τὴν τῶν ποτε αὐτὸν βλασφημησάντων καὶ ἐπανακαμπτόντων εἰς μετάνοιαν, ἵνα μὴ ὁρίσῃ αὐτοῖς καταδίκην, τὸν λόγον προθεσπίζει δι' ὑπερβολὴν πρᾳότητος καὶ φιλανθρωπίας, καὶ διὰ τὸ εἰδέναι αὐτὸν μέλλοντάς τινας ἐπανίστασθαι καὶ βλασφημεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐν τάξει δούλου αὐτὸ ὁρίζεσθαι, καὶ κτιστὸν καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας. Διὸ ἐπασφαλιζόμενός φησιν, *Ὁ δὲ βλασφημῶν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι,* οὐκ ἐπαινῶν τοὺς βλασφημοῦντας αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ πρόγνωσιν καὶ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν δείκνυσι προασφαλιζομένην τὴν σωτηρίαν ἀπὸ βλασφημίας [1] αὐτοῦ μετανοούντων. Αὐτὸς γὰρ πάλιν φησὶν, *Ὁ ἀρνησάμενός με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνηθήσεται ἐνώπιον τοῦ πατρός μου·* καὶ πάλιν, *Ἀρνήσομαι αὐτόν·* καὶ πάλιν, *Ὁ ὁμολογῶν ἐν ἐμοὶ, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου.*

Κεφ. γ΄. Καὶ πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς Θεόδοτός φησι, Καὶ ὁ νόμος περὶ αὐτοῦ ἔφη, *Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐγερεῖ κύριος, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσετε.* Μωϋσῆς δὲ ἦν ἄνθρωπος· ὁ δὲ ἐκ θεοῦ ἐγειρόμενος, φησὶ, Χριστὸς οὗτος οὐκ ἦν θεὸς, ἀλλὰ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ ἐξ αὐτῶν ἦν,

Cap. II. — 1. αὐτοῦ *ego rescripsi. Petavius coniciebat* τῶν. *Libri habent*

nem accepit, ut et Theodotiani, quorum ille auctor extitit. Qui nudum hominem esse Christum afferunt, atque ex humano semine genitum. Deinde quae ad erroris sui patrocinium accommodata reperit, non casto ac sincero mentis iudicio, sed ut impietatis suae speciem aliquam et colorem quaereret, undique arcessita collegit. Veluti quod a domino dictum est: *Nunc autem quaeritis me interfi-* Ioann. 8, 40.
cere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum. Vides, inquit, hominem illum esse.

Verum quod in eodem loco Christus usurpavit, infelix ignorat: Cap. II.
Veritatem quam audivi a patre meo. Quibus patrem suum appellat deum, non hominem utique. Nam si ab homine illud audiisset, nequaquam veritatis testimonio gloriaretur, ut ab hominibus veritatem se accipere diceret. Sed ideo ista dixit, ut esse se deum ostenderet a patre initio genitum, hominemque nostra caussa factum, itaque, quod ad carnem attinet, interfectum, ut divinitate perpetuo viveret. Addebat nullum se in eo peccatum admisisse, quod Christum negasset, quandoquidem ita Christus ipse locutus est, *Omnes blasphemia remittetur hominibus, et qui dixerit verbum in filium hominis, remit-* Matth. 12, 31.
tetur ei. Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum, non remittetur ei. Sed nimirum miserrimus homo non intelligit Christum dominum, cum eorum qui in se olim contumeliosi fuerant et ad poenitentiam sese traduxerant, confirmare salutem cuperet, ne ullam adversus eos poenam constitueret, pro sua incredibili humanitate ac clementia oraculum illud edidisse. Quod autem nonnullos fore cognosceret qui in spiritum sanctum insurgerent ac blasphemiis appeterent, quique et ad servilem conditionem redigerent, et creatum atque a dei natura alienum esse dicerent, quo hunc errorem excluderet, adiecit: *Qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro seculo.* In quo non eos qui se blasphemarent laudare voluit, sed praescientiam suam humanitatemque monstravit, quae eorum qui post blasphemiam poenitentiam suscepissent, stabiliendae saluti consuleret. Etenim idem alio loco dixit, *Qui negaverit me coram hominibus, negabitur coram patre* Luc. 12, 9.
meo: item, *Negabo illum.* Contra, *Qui me confessus fuerit, confi-* Matth. 10, 33.
tebor ipsum coram patre meo.

Obiicit praeterea Theodotus: Lex ita de Christo narrat, *Prophe-* Cap. III.
tam e fratribus vestris suscitabit dominus tanquam me: ipsum audietis. Deut. 18, 15.
Atqui Moses homo erat. Quare qui a deo suscitatus est, Christus iste, non deus erat, sed homo; quandoquidem a Iudaeis ipsis oriundus erat,

αὐτοὺς. *Recte Cornarius, vertens:* quae certos facit de salute eos qui a blasphemia eius poenitentiam agunt.

ὡς καὶ Μωϋσῆς ἄνθρωπος ἦν. Καὶ οὐκ οἶδεν ἐν ἑαυτῷ ὁ ἐν παρα-
πτώματι γεγονὸς Θεόδοτος πῶς πάλιν ἑκάστη λέξις ἔχει τὴν ἑαυτῆς
ἀσφάλειαν, ὅτι μὲν ἐξ ἀδελφῶν αὐτὸν ἤγειρε κύριος διὰ τὸ ἐκ Μαρίας
pag. 465. αὐτὸν γεγεννῆσθαι, ὡς λέγει, Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ
τέξεται υἱόν· καὶ παρθένος μένουσα ἐν γαστρὶ ἕξει, οὐκ ἐκ σπέρματος
ἀνδρὸς, καὶ τέξεται υἱὸν, δῆλον ἐν σαρκὶ τὸ γέννημα ἀπὸ παρθένου
γεννώμενον, ἀλλὰ, Καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὃ ἑρμη-
νεύεται, Θεὸς μεθ' ἡμῶν· ἔστι γὰρ θεὸς ἄνθρωπος, ἀπὸ πατρὸς μὲν
γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἄνθρωπος δὲ ἀπὸ Μαρίας, διὰ τὴν
ἔνσαρκα παρουσίαν. Εἶτα, φησὶ, καὶ αὐτὸ τὸ εὐαγγέλιον ἔφη τῇ Μα-
ρίᾳ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ οὐκ εἶπε, Πνεῦμα κυ-
ρίου γενήσεται ἐν σοί. Διὸ ἐκ πανταχόθεν φιλονεικῶν ὁ ἀνόητος ἄν-
θρωπος ἐκπίπτει τῆς ἀληθείας. Ἀσφαλιζομένη γὰρ ἡ γραφὴ παντα-
χόθεν τὴν ἡμετέραν ζωὴν, ἵνα τὴν τριάδα δείξῃ πάντη τε καὶ ἐν παντὶ
εἴδει συνοῦσαν ἑαυτῇ καὶ συνεργοῦσαν, ἵνα μή τινες εἴπωσιν, ὡς καὶ
πολλοὶ προφασίζονται ἑαυτοῖς κακὰ, ἀλλοτριοῦντες τὸ ἅγιον πνεῦμα
τοῦ Χριστοῦ καὶ πατρὸς, τούτου ἕνεκεν ὁ ἄγγελος λέγει τῇ Μαριὰμ,
πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι·
διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Καὶ οὐκ
εἶπε μόνον, Τὸ γεννώμενον, ἀλλὰ, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον. Ἵνα
δείξῃ ἄνωθεν θεὸν λόγον καὶ ἐν μήτρᾳ γεννώμενον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ
ἐνανθρώπησιν, καὶ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ εὐδοκίαν, καὶ δι' ἣν ᾠκονόμησεν
ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν εἰς ἡμῶν σωτηρίαν, προστίθησι, Διὸ καὶ τὸ
γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Εἰ γὰρ εἶπε, Πνεῦμα ἅγιον
εἰσελεύσεται εἰς σὲ, οὐκέτι υἱὸν θεοῦ ἦν ἡγεῖσθαι ἐν σαρκὶ παραγεγο-
νότα, ἀλλὰ πνεῦμα ἅγιον ἐν σαρκὶ παραγεγονέναι. Ὅτι δὲ ἄνωθέν
ἐστιν ἐλθὼν ὁ λόγος, Ἰωάννης σαφηνίσας τὴν τοῦ ἀγγέλου εὐαγγελι-
κὴν φωνὴν λέγει, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν,
καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγέ-
νετο οὐδὲ ἕν. Εἶτα μετὰ ταῦτα, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ οὐκ
εἶπε, Τὸ πνεῦμα σὰρξ ἐγένετο, οὐδὲ εἶπε, Χριστὸς ἄνθρωπος ἐγεν-
νήθη. Πάντη γὰρ ἀσφαλιζομένη ἡ θεία γραφὴ θεὸν καὶ ἄνθρωπον
αὐτὸν ἐπίσταται, θεὸν ἀπὸ θεοῦ ἄνωθεν ἥκοντα, ἄνθρωπον ἀπὸ
pag. 466. Μαρίας ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένον. Τῶν δὲ δύο τούτων
ἀληθινῶν ὁ ἐκτὸς βαίνων οὐχ ὑπάρχει τῆς ἀληθείας.

Κεφ. δ'. Προφασίζεται πάλιν ὁ τάλας Θεόδοτος, λέγων ὅτι καὶ ὁ Ἱερεμίας
περὶ αὐτοῦ ἔφη ὅτι, Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Καὶ

quemadmodum et Moses homo fuit. Verum nescit impius ille desertor
Theodotus quam egregie unaquaeque dictio sua cautione munita sit.
Nam quod e fratribus illum dominus excitavit, eo referendum est quod
e Maria sit genitus. Quo sensu illud accipiendum est: *Ecce virgo in*
utero habebit, et pariet filium. Virgo, inquam, *manens*, *in utero* Isai. 7, 14.
habebit, non ex viri semine, filiumque pariet, fetum utique carne
praeditum, et a virgine genitum. Ad haec, *Nomen eius vocabunt*
Emmanuel, quod interpretatur, *Nobiscum deus*. Est enim homo deus
a patre nullo neque principio neque tempore genitus, et ex Maria
factus homo, quatenus carne praeditus advenit. Sed et illud oppo-
nit, quod in evangelio Mariae responsum legitur: *Spiritus domini* Luc. 1, 35.
super veniet in te. Non enim dixit, *Spiritus domini erit in te*. Hunc
in modum stolidus homuncio ubique studio contentionis elatus veri-
tate desciscit. Etenim scriptura sacra, quo vitam nostram unde-
quaque firmaret, utque sacrosanctam triadem ubique et in omni
actionum genere convenire secum ipsam ac communiter efficere de-
clararet, ac ne qui fortasse iactare aliquid possent, quod a pluribus
usurpatum est qui pravorum dogmatum occasiones sibi captarunt, et
a Christo simul ac patre spiritum sanctum abalienarunt, propterea
sic Mariam angelum allocutum esse scriptura commemorat: *Spiritus*
sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque
et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Nec id solum
dixit, *Quod nascetur*, sed, *Ideo et quod nascetur*, deum ut verbum
a principio fuisse monstraret, et in matris utero genitum, cum na-
turam hominis sponte sua ac voluntate suscepit. Ut igitur salutis
nostrae gratia totum illud naturae susceptae negotium administratum
intelligeres, ista subiecit: *Ideoque et quod nascetur sanctum, voca-*
bitur filius dei. Quod si ita dixisset, *Spiritus sanctus ingredietur*
in te, non iam dei filius carne praeditus, sed spiritus sanctus venisse
crederetur. Quod autem e coelo verbum advenerit, Ioannes evan-
gelicam illam usurpatam ab angelo vocem explicans ita testatur: *In* Ioann. 1, 1.
principio erat Verbum, et Verbum erat apud deum, et deus erat Ver-
bum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.
Deinde paulo post: *Et Verbum caro factum est*. Non dixit, *Spiritus*
caro factus est: ac ne illud quidem: *Christus homo genitus est*.
Quippe scriptura, sacra omni ex parte munita stabilitaque eundem
deum atque hominem agnoscit, deum quidem a deo coelitus profe-
ctum, hominem vero sine virili semine a Maria progenitum. Qui
extra haec duo longe verissima graditur, a veritate est alienus.

Aliud insuper Theodotus opponit, quod de ipso Ieremias pro- Cap. IV.
nuntiavit, *Homo est, et quis cognoscet illum?* Nec intelligit, pro Ier. 17, 9.

οὐκ οἶδεν ὁ ἑαυτὸν τῆς ἀληθείας ἀποξενώσας ὅτι, ὡς ἔφην, ἑκάστη λέξις ἔχει τῆς ἑαυτῆς δυνάμεως τὴν ἑρμηνείαν. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὢν πάντως ὑπὸ πολλῶν γινώσκεται τῶν αὐτὸν γινωσκόντων, φημὶ δὲ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀδελφῶν τε καὶ συγγενῶν, συσκήνων τε καὶ γειτόνων, πολιτῶν τε καὶ οἰκετῶν. Ἐνταῦθα δὲ ἡ γραφὴ τὸ θαυμαστὸν διηγουμένη τῆς ὅλης αὐτοῦ πραγματείας ἄνθρωπον μὲν ἔφη διὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν· τὸ, Τίς δὲ γνώσεται αὐτόν; ἐσήμανε περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος τῆς ἀκαταλήπτου. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ τὸν πατέρα οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν ἀποκαλύψῃ, οὐδεὶς οὖν γνώσεται αὐτὸν, ἐὰν μὴ αὐτῷ ἀποκαλύψῃ. Ἀποκαλύπτει δὲ δι' ἁγίου πνεύματος τοῖς αὐτοῦ δούλοις τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν τοῦ αὐτοῦ πατρὸς θεότητα καὶ δόξαν, καὶ τὴν αὐτοῦ ζωὴν αἰώνιον τὴν μέλλουσαν, καὶ τὰ αὐτοῦ μυστήρια καὶ διδασκαλίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ δι' ἡμᾶς ἔνσαρκον ἀληθῆ παρουσίαν, ὅτι θεὸς ἄνωθεν, καὶ ἄνθρωπος ἀπὸ Μαρίας.

Κεφ. ε'. Εἶτα ὁ αὐτὸς πάλιν φησὶ Θεόδοτος ὅτι καὶ Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ ἔφη ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτως εἰπὼν, Ἄνθρωπος εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· καὶ εἴδομεν αὐτὸν ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει, καὶ ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Ἀλλ' οὐκ οἶδε πῶς πάλιν ἐλέγχεται ὁ κτηνώδης. Ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς λέξεσιν Ἡσαΐας οὕτως εἶπεν, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Εἶτά φησι, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς τῶν ἀνθρώπων ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ εἶπεν, Αἴρεται ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ, Ἀπὸ ἀνθρώπων. Ἀεὶ γὰρ ὁ λόγος ζῶν ὑπάρχων, καὶ τὸ ζῆν ἐφ' ἑαυτοῦ ἔχων, καὶ ζωὴν τοῖς αὐτὸν ἀγαπῶσι διδοὺς· ἐξ ἀνθρώπων μὲν ἡ ζωὴ αὐτῷ ἤρθη, ἀφ' ἑαυτοῦ ζωὴ ὤν. Ζωὴ γὰρ ὁ λόγος, καὶ πᾶσι ζωὴν παρέχων τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίσασιν ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ τὸ, Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; εἰ ἦν ἄνθρω-

pag. 467. πος ψιλὸς ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένος, εὐδιήγητος ἄρα ἦν ἡ αὐτοῦ γέννησις. Ἐπειδὴ δὲ ἔστι πρὸ τοῦ Δαβὶδ, πρὸ τοῦ Ἀβραάμ· Ἀβραὰμ γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, φησὶν, ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν μου, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη, εἶτα αὐτῶν θαυμαζόντων καὶ λεγόντων, Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ τὸν Ἀβραὰμ ἑώρακας; ἐλέγχων Θεόδοτον καὶ τοὺς ἀπίστους καὶ ἐπαρνησιθέους Ἰουδαίους ἔφη, Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ὅτι πρὸ Ἀβραὰμ ἐγώ εἰμι. Ἦν γὰρ πρὸ Ἀβραὰμ ἀληθῶς, καὶ πρὸ Νῶε, καὶ πρὸ Ἀδὰμ, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου, καὶ πρὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πρὸ τοῦ χρόνου [1] τοῦ κόσμου παντὸς καὶ κτισμάτων. Διὸ ἄχρονος ὢν καὶ ἄφραστος καταγγέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ

Cap. V. — 1. *Libri habent* τοῦ κόσμου, πρὸ παντὸς (προπαντὸς *cod. Rhedig.*) καὶ κτισμάτων. *Petavius correxit:* πρὸ κόσμου παντὸς καὶ κτ. *Male. Cornarius vertit:* et ante tempus mundi, et ante universa, et ante creaturas.

eo atque a veritate remotus est, unamquamque dictionem notionis suae ac potestatis interpretationem habere coniunctam. Nam qui homo sit, plane a plerisque cognoscitur quibus haud ignotus esse potest, puta ab utroque parente, fratribus, cognatis, contubernalibus, vicinis, civibus ac servis. At illic scriptura totius ab illo suscepti negotii miraculum explicans hominem quidem propter assumptam carnem nominat: iisce porro verbis: *Quis cognoscet illum?* ad eius divinitatem, quae comprehendi nequit, declarandam uti voluit. Nam cum *Filium nemo norit nisi pater, neque patrem norit ullus, nisi* Matth. 11, 27.
filius, et is cui revelavit, sequitur, ne ipsum quidem, nisi cui revelaverit, ab ullo posse cognosci. Ceterum patris ille sui ac suam et Luc. 10, 22.
adeo divinitatem et gloriam servis suis per spiritum sanctum revelat, necnon et futuram illam sempiternam vitam, reliquaque mysteria ac doctrinam, atque inter cetera veram illam suam incarnationem, ac quemadmodum deus e coelo, homo ex Maria prodierit.

Pergit idem ille Theodotus, et ab Isaia hominem illum esse af- Cap. V
firmari docet, his verbis: *Homo sciens tolerare infirmitatem: et vidi-* Isai. 53, 3.
mus eum percussum et male habitum: et ignominia affectus est, nec reputatus. Verum quomodo iterum redargui possit pecus ista non videt. Quippe Isaias eodem in loco ita loquitur: *Tanquam ovis ad* Ibid. 7.
occisionem ductus est, et ut agnus coram tondente se mutus, sic non aperit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Subiicit deinde: *Generationem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra hominum vita eius.* Non dixit, *Tollitur vita eius*, sed, *Ex hominibus*, adiecit. Cum enim Verbum perpetuo vivat, atque in sese vitam habeat, eamque iis qui sese ament impertiat, ex hominibus est illius quidem vita sublata, ipse tamen nihilominus est vita per sese. Verbum enim vita est, omnibusque qui vere in se sperant vitam largitur. Quod autem scriptum est: *Generationem eius quis enarrabit:* si homo nudus esset a Maria genitus, illius utique generatio enarratu facilis esset. Sed quoniam ante Davidem est et Abrahamum: *Abraham enim pater vester*, inquit, *concupivit videre diem* Ioann. 8, 56.
meum. Vidit, et gavisus est: ad haec mirantibus illis et dicentibus, *Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?* ad Theodotum una cum incredulis deumque negantibus Iudaeis refellendum, ita respondit: *Amen amen dico vobis, quoniam ante Abraham ego sum.* Vere siquidem ante Abrahamum extitit. Imo ante Noëmum et Adamum, ante mundum ipsum ac coelum, ante mundi tempus, ante universum, ac quicquid est omnino creatum. Quocirca temporis expers

Ἡσαΐου ὅτι, *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἐκ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.* Ἀλλὰ, φησὶν, εἶπον οἱ ἀπόστολοι, *Ἄνδρα ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς σημείοις καὶ τέρασι*, καὶ οὐκ εἶπον, Θεὸν ἀποδεδειγμένον. Ἐλέγχῃ δὲ πάλιν, Θεόδοτε, ὅτι πάλιν οἱ [2] αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν αὐταῖς Πράξεσιν ἔφησαν, ὡς ὁ μακάριος Στέφανός φησιν, *Ἰδοὺ, ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ.*

Κεφ. ϛ'. Πάλιν δὲ προφασίζεται λέγων ὅτι, Ἔφη περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος ὅτι, *Μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς Ἰησοῦς*· καὶ οὐκ οἶδε πάλιν πῶς καθ' ἑαυτοῦ ἐπεγείρει. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς Ἰησοῦς*, αὐτὸς ἐσαφήνισε λέγων, *Προορισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν*· καὶ πάλιν, *Γενόμενος ὑπὸ νόμον.* Τούτων δὲ ποιούμενος τῶν λέξεων τὴν ἀσφάλειάν φησιν, *Εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ, ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα.* Εἰ δὲ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος εἴη ὁ μονογενὴς ἀπὸ Μαρίας καὶ δεῦρο, οὔτε ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός. Ἐπεὶ πῶς δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἠδύνατο εἶναι, πρὸ αὐτοῦ γενόμενα κατὰ τόν σου λόγον, εἰ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος; ἢ πῶς εἴη δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πρὸ αὐτοῦ ἐπιγνωσθέντα καὶ γενόμενα; Καὶ ἐκ πανταχόθεν ἐξέπεσε τούτου ἡ ληρῳδία.

pag. 468 Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ διαλόγῳ ἅμα τήν τε περὶ αὐτοῦ γνῶσιν εἰπόντες καὶ τὴν ἀνατροπὴν καθ' ἑκάστην λέξιν, ὑπερβησόμεθα, κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἀκολουθίας, ὥςπερ τι μέρος ἑρπετοῦ ἔτι σκαρίζοντος, τῇ τῆς ἀληθείας ἐλπίδι καὶ πίστει πεπαικότες, καὶ ἀνελόντες τὰς ἑξῆς διασκοπήσωμεν, καὶ περιβλέπεσθαι τὰς θηριωδεστάτας αἱρέσεις σπεύσωμεν.

ΚΑΤΑ ΜΕΛΧΙΣΕΔΕΚΙΑΝΩΝ,
λε', ἡ καὶ νε'.

Κεφ. α'. Μελχισεδεκιανοὺς πάλιν ἕτεροι ἑαυτοὺς καλοῦσιν, ἀποσπασθέντες τάχα ἀπὸ τῶν Θεοδοτιανῶν καλουμένων. Οὗτοι τὸν Μελχισεδὲκ τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς λεγόμενον δοξάζουσι, μεγάλην τινὰ δύναμιν [1] ἡγούμενοι, εἶναι δὲ αὐτὸν ἄνω ἐν ἀκατονομάστοις τόποις, [2] καθὼς εἶναι

2. αὐτοὶ *emendavit Petavius.* αὐτοῦ *habent libri tam scripti quam editi.*

Cap. I. — 1. ἡγούμενοι *omissum est in edit. Petav.*

et inexplicabilis a spiritu sancto per Isaiam praedicatur: *Generationem*, inquit, *eius quis enarrabit? Quoniam tollitur e terra vita eius.*
Atenim, inquit, si de illo apostoli locuti sunt: *Virum probatum in* Act. 2, 22.
vos signis et prodigiis, nec deum probatum dixerunt. Sed hoc ipsum te rursus, Theodote, iugulat, quod in iisdem Actis apostoli dixerunt, ac beatus praecipue Stephanus usurpat: *Ecce video coelum* Act. 7, 55.
apertum, et filium hominis stantem a dextris dei.

Rursum instat haereticus et obiicit: Apostolus, ait, ita de Cap. VI.
Christo loquitur, *Mediator dei et hominum Christus Iesus.* Sed ni- 1. Tim. 2, 5.
mirum ignorat quemadmodum istud ipsum contra se producat. Qui
enim hoc dixit: *Mediator dei et hominum Christus Iesus*, ille ipse Rom. 1, 4.
declaravit his verbis: *Qui praedestinatus est filius dei in virtute, se-* Gal. 4, 4.
cundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri: item: *Factus sub lege.* Quae quidem verba
uti firmius stabiliusque muniret, ita scripsit: *Si sunt qui dicuntur* 1. Cor. 8, 5.
dii multi, et domini multi, nobis vero unus, ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Igitur si Christus est per quem omnia, et nos ad ipsum referimur, nudus profecto non est homo censendus unigenitus ille de Maria natus, atque in hac terra editus, neque ex virili semine susceptus. Nam quomodo fieri per illum omnia potuere, quae ipso priora sunt, si, ut asseris, homo ille nudus extiterit? Quinam porro per ipsum omnia esse potuerint, quae ante ipsum cognita ac producta fuissent? Ex his igitur aniles istius nugae penitus evanescunt.

Iam vero cum ea quae ad Theodoti haeresin cognoscendam ac singillatim evertendam pertinere videbantur hac in dissertatione proposuerimus, ad ea quae deinceps sequuntur more nostro transibimus, postquam velut serpentis cuiusdam partem adhuc palpitantem veritatis spe ac fide, velut fuste, percussimus atque extinximus. Proinde ad sequentes haereses belluarum in modum efferatissimas contemplandas tractandasque properemus.

CONTRA MELCHISEDECIANOS,
haeresis XXXV., vel LV.

Qui Melchisedecianos appellari sese volunt, ac, nisi fallor, a Cap. I.
Theodotianis avulsi sunt, Melchisedecum illum, de quo in scripturis mentio fit, cumprimis celebrant, et praeclaram quandam esse virtutem arbitrantur. Quem etiam in supremis atque inexplicabilibus

2. καθὼς *rescripsi pro* καὶ ὡς, *quod vulgo legitur.*

τοῦτον οὐ μόνον δύναμίν τινα, ἀλλὰ καὶ μειζότερον τοῦ Χριστοῦ φάσκουσι. Χριστὸν δὲ ἡγοῦνται ἁπλῶς ἐληλυθότα καὶ καταξιωθέντα τῆς ἐκείνου τάξεως, δῆθεν ἐκ τοῦ ῥητοῦ τοῦ εἰρημένου, Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· ὡς εἶναι, φησὶν, αὐτὸν ἔτι ὑποδεέστερον τοῦ Μελχισεδέκ. Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἐν δευτέρᾳ τινὶ ἀγωγῇ κείμενος, οὐκ ἂν τῆς ἐκείνου τάξεως ἐπεδέετο. Περὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Μελχισεδέκ φασιν ὅτι ἀμήτωρ, ἀπάτωρ, ἀγενεαλόγητος, ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους τοῦ Παύλου ἐπιστολῆς παριστᾶν βουλόμενοι. Πλάττουσι δὲ ἑαυτοῖς καὶ βίβλους ἐπιπλάστους, ἑαυτοὺς ἀπατῶντες. Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ῥητῶν ἡ αὐτῶν ἀνατροπὴ γίνεται. Ὡς γὰρ λέγει περὶ τοῦ κυρίου ὁ Δαβὶδ προφητεύων κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱερέα αὐτὸν καθίστασθαι, ἐν ταὐτῷ ἔσεσθαι τὸν Χριστὸν ἱερέα διηγεῖται ἡ θεία γραφή. Εὑρίσκεται δὲ εὐθὺς [3] λέγων, Ἀφομοιούμενος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Εἰ δὲ ἀφομοιοῦται τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, οὐκ ἴσος τυγχάνει τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ. Πῶς γὰρ δύναται τὸ δοῦλον εἶναι ἴσον τῷ δεσπότῃ; Ὁ μὲν γὰρ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπος ἦν· τὸ δὲ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι. Πολ-
pag. 469. λοὺς γὰρ ἐφαντασίασε τὰ βαθύτατα τῆς θείας γραφῆς καὶ ἔνδοξα, καὶ ὑπεραίροντα διάνοιαν ἀνθρωπίνης φύσεως. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τῇ Πετραίων [4] Ῥωκὼμ τε καὶ Ἐδὼμ καλουμένῃ, τὸν Μωϋσέα διὰ τα θεοσήμεια θεὸν νομίζουσι, προσκυνοῦσί τε τὴν αὐτοῦ εἰκόνα, ἣν ἀνατυπωσάμενοι ἀπεπλανήθησαν, οὐ τοῦ δικαίου αὐτοῖς αἰτίου γενομένου, ἀλλὰ τῆς πλάνης αὐτοῖς διὰ τοῦ δικαίου ἐν τῇ ἀγνοίᾳ φαντασίαν πράγματος αὐτοῖς συναγούσης· ἐν δὲ τῇ Σεβαστῇ τῇ ποτε Σαμαρείᾳ καλουμένῃ τὴν θυγατέρα Ἰεφθάε θεοποιήσαντες ἔτι [5] ταύτην τελετὴν κατ᾽ ἔτος ἄγουσιν. Οὕτως καὶ οὗτοι ἀκούοντες τὰ σοφὰ καὶ ἔνδοξα τῆς γραφῆς ῥήματα εἰς ἀνοησίαν ἐξέτρεψαν, καὶ εἰς ὑπέρογκον διάνοιαν ἀρθέντες τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας κατέλιπον, καὶ μύθους ἑαυτοῖς πλασάμενοι κατὰ πάντα ἐλεγχθήσονται.

Κεφ. β΄. Καὶ γὰρ παρά τισι τοῦ Μελχισεδὲκ ὁ πατήρ τε καὶ ἡ μήτηρ ἐμφέρεται· οὐκ ἔχει δὲ κατὰ τὰς ῥητὰς γραφὰς καὶ ἐνδιαθέτους. Εἶπον δέ τινες Ἡρακλᾶν καλεῖσθαι αὐτοῦ πατέρα, μητέρα δὲ Ἀσταρὼθ, τὴν καὶ Ἀστερίαν. Ἦν δὲ οὗτος υἱὸς τῶν ἐπιχωρίων, κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τῇ τῆς Σαβῆς πεδιάδι κατοικούντων. Σαλὴμ δὲ ἡ πόλις ἐκαλεῖτο· περὶ ἧς ἄλλος ἄλλως ἐξέδωκε, καὶ ἄλλος ἄλλως. Οἱ μὲν γὰρ λέγουσιν

3. *Intellige* ὁ ἀπόστολος. *Sed corrigendum, ni fallor*, λέγουσα.

4. *H. e.* Ῥεκέμ.

5. *Fortasse* ταύτῃ.

locis constituunt. Neque solum virtutem illum esse quandam asserunt, sed ipso etiam Christo maiorem esse dictitant. Christum vero simpliciter advenisse, atque illius ordine dignatum esse narrant, ex illo videlicet Davidis dicto: *Tu es sacerdos in aeternum secundum or-* Ps. 109, 4.
dinem Melchisedech. Qua re Melchisedeco dignitate sit inferior. Nisi enim secundum ab eo existimationis locum haberet, nequaquam ordine illius indigeret. Iam de eodem illo Melchisedeco ferunt, sine matre illum, ac patre, et genealogia fuisse, idque ex Pauli ad He- Hebr. 7, 1.
braeos epistola affirmare conantur. Praeterea commentitios quosdam libros ac confictos habent, quibus sibimetipsis illudunt. Verum ex ipsis scripturae verbis facile est istorum errorem convincere. Quod enim de domino a Davide pronuntiatum est, cum sacerdotem illum secundum ordinem Melchisedech fore praedixit, una et Christi sacerdotium iisdem est illis literis consignatum. Ac statim illud a divo Paulo subiectum legitur: *Assimilatus filio dei manet sacerdos in* Hebr. 7, 3.
perpetuum. Iam vero si dei filio Melchisedec assimilatur, aequalis eidem esse non potest. Quomodo enim servus domino esse possit aequalis? Nam Melchisedec homo utique fuit. Patris vero ac matris expers dicitur, non quod ambobus illis caruerit, sed quod nulla sit illorum in divinis literis expressa mentio. Sane quam plurimos scripturarum profunda illustriaque quaeque humanae naturae mentem omnem ac cogitationem superant, in errorem adduxerunt. Siquidem Arabiae Petraeae incolae, quae regio Rochom et Edom appellatur, Moysem propter edita ab illo prodigia pro deo venerantur, et eius imaginem adorant, qua effecta in errorem delapsi sunt. Cuius quidem caussam non vir ille iustus sustinet, sed horum dementia potius, quae illius occasione veri opinionem numinis per ignorantiam excitavit. Sebaste vero, quae olim Samaria dicebatur, Iephtae filiam divinis honoribus consecrarunt, in cuius memoriam solenne quotannis festum celebrant. Sic haeretici isti, cum sapientiae ac dignitatis plenas scripturae voces audiissent, ad vecordiam traducti sunt, ac mente insolentius elati veritatis viam dereliquerunt, adeoque nihil illos sibi praeter fabulas finxisse planissime convincemus.

Enimvero nonnulli utriusque Melchisedecis parentum nomina Cap. II.
commemorarunt, sed ea nusquam expressis scripturae verbis et in utroque testamento declarantur. Sunt qui Heraclam patrem illius appellatum, matrem vero Astaroth, sive Asteriam, dicant. Porro filius ille cuiusdam ex indigenis temporis illius fuit, qui tum in Sabae planitie degebant. Urbem ipsam Salem nominabant, de qua aliter est ab aliis traditum. Ac nonnulli eam esse censent, quae

αὐτὴν τὴν νῦν Ἱερουσαλὴμ καλουμένην, ποτὲ δὲ Ἰεβοὺς λεγομένην, ἄλλοι δὲ ἔφασαν ἄλλην τινὰ Σαλὴμ εἶναι ἐν τῷ πεδίῳ Σικίμων, κατ' ἀντικρὺς τῆς νυνὶ Νεαπόλεως καλουμένης. Εἴτε οὖν ἐντεῦθεν, ἢ καὶ ἐκεῖθεν (οὐ μακρὰν ἀλλήλων διεστήκασιν οἱ τόποι), [1] ὅμως ἡ ὑπόθεσις δηλοῖ τὸ ἔργον. Ἐξήνεγκε γάρ, φησὶ, τῷ Ἀβραὰμ ἄρτους καὶ οἶνον, καὶ ἦν ἱερεὺς τοῦ ὑψίστου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὃς ηὐλόγησε τὸν Ἀβραάμ, καὶ δεκάτην ἔλαβε παρ' αὐτοῦ. Ἔδει γὰρ τὸν ἱερέα τοῦ ὑψίστου παρὰ δούλου θεοῦ τιμηθῆναι, καὶ πρῶτον μὲν τὸν Ἀβραὰμ προσενέγκαι τῷ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἱερεῖ ἱερουργοῦντι, καὶ ἐπειδὴ ἐξ αὐτοῦ ἤμελλεν ἐκ περιτομῆς γίνεσθαι ἡ ἱερωσύνη, ἵνα πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ διὰ τῆς γνώσεως καθαιροῖτο, πρὸς τὸ μὴ αὐχοῦσαν τὴν περιτομὴν περὶ ἱερωσύνης δύνασθαι ἀντιλέγειν τῇ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἱερωσύνῃ. Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ τῷ Μελχι-
pag. 470. σεδὲκ προσήνεγκε δεκάτην, οἱ δὲ ἀπὸ Ἀβραὰμ τῷ Λευὶ προσφέρουσι καὶ τῷ Ἀαρών, μετὰ χρόνον δὲ τοῦ πάλιν εἶναι τὴν ἱερωσύνην ἐκ περιτομῆς διὰ Ἀαρών, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ καθεξῆς, φάσκει ἡ γραφὴ διὰ τοῦ Δαβίδ, μετὰ γενεὰς δεκαδύο τῆς τοῦ Λευὶ γεννήσεως, ἑβδόμης δὲ ἀπὸ τῆς Ἀαρὼν διαδοχῆς, φύσει ἔδοξεν οὐκ ἐν τῇ παλαιᾷ ἱερωσύνῃ τὸ ἱερατικὸν ἵστασθαι, μετατιθεμένης [2] δὴ εἰς τὴν πρὸ τοῦ Λευὶ καὶ πρὸ Ἀαρὼν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ τῆς ἱερωσύνης· ὅπερ νυνὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πολιτεύεται, ἀπὸ Χριστοῦ καὶ δεῦρο μηκέτι τοῦ σπέρματος κατὰ διαδοχὴν ἐκλεγομένου, ἀλλὰ τοῦ κατὰ ἀρετὴν τύπου ζητουμένου.

Κεφ. γ'. Πρώτη γὰρ ἱερωσύνη ἐν ἀκροβυστίᾳ διὰ τοῦ Ἄβελ τελεῖται, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑξῆς διὰ τοῦ Νῶε, [1] τρίτη δὲ διὰ τοῦ Μελχισεδέκ, [2] τοῦ οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ ἐν δικαιοσύνῃ μὲν, τελειότητι καὶ ἀρετῇ, ἐν ἀκροβυστίᾳ δὲ σαρκὸς θεῷ ἱερατεύσαντος. Καὶ ὅτι μὲν ὁ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπος ἦν, αὐτὸς [3] ὁ ἅγιος θεοῦ ἀπόστολος ἐν τῇ ἐπιστολῇ δηλώσει. Φάσκει δὲ οὕτως· Ὁ δὲ [4] μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν πατριάρχην. Δῆλον [5] οὖν ὅτι [6] ἐξ αὐτῶν οὐ γενεαλογεῖται, [7] ἐξ ἄλλων δὲ γενεαλογεῖται. Πόσοι δὲ ἄλλοι οὐ γενεαλογοῦνται κατὰ τὸ φανερώτατον; Δανιήλ, Σεδράχ, Μισάκ, Ἀβδεναγώ, Ἠλίας ὁ Θεσβίτης· καὶ ἐν πάσαις ῥηταῖς βίβλοις οὐδαμοῦ ἐμφέρονται τούτων οἱ πατέρες τε καὶ μητέρες. Ἵνα δὲ μὴ κατὰ τοῦτο πλάνη τις γένηται, οὐδὲν λυπήσει ἃ καὶ ἐν παραδόσεσι κατειλήφαμεν λέγειν. Εὑρήκαμεν γὰρ τοῦ Δανιὴλ τὸν πατέρα Σαβαάν τινα καλούμενον· τοῦ δὲ Ἠλία

Cap. II. — 1. *Fortasse* ὁμῶς.
2. *Reposui* δὴ *pro* δὲ, *quod libri tuentur.*
2. *Verba* τοῦ οὐκ - - ἱερατεύσαντος *vulgo non extant. Adieci ea ex cod. Veneto.*

Cap. III. — 1. τρίτον *cod. Venet.*
3. *Edidi haec verba secundum auctoritatem cod. Venet. Vulgo extat* ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἐν τῇ Ἐπιστολῇ φάσκει οὕτως.
4. μὴ *desideratur in editis.*
5. οὖν ὅτι *desideratur in cod. Veneto.*
6. *Pro* ἐξ αὐτῶν οὐ *Petavius volebat* ἐξ ἑτέρων.
7. *Verba* ἐξ ἄλλων γενεαλογεῖται *vulgo non extant. Restitui ea ex auctoritate cod. Veneti.*

nunc Ierusalem, olim Iebus vocabatur. Alii Salem alteram in agro Sicimitico esse putant, quae Neapolim ex adverso respicit. Sed sive hinc, sive illinc venisse dicatur, non longe ambo haec loca a se invicem distant. Ac nihilominus quid ab eo gestum sit ipsa historiae expositio declarat. *Protulit* enim, inquit, *Abrahamo panes* Gen. 14. 18.
et vinum: Et erat sacerdos altissimi per illud tempus. Qui Abrahamo benedixit, et ab eo decumam accepit. Ita enim fieri decebat, ut a dei famulo altissimi sacerdos honoraretur, utque primus Abraamus praeputiato sacerdoti sacra celebranti munus offerret, quandoquidem futurum erat aliquando ut circumcisionis proprium sacerdotium originem ab illo ipso duceret, quo sublimitas omnis adversus dei cognitionem elata cognitione deprimeretur, ac ne circumcisio gloriosius sese iactitans de sacerdotio posset cum ecclesiae sanctae sacerdotio contendere. Cum enim Abrahamus Melchisedeco decumam obtulerit, illiusque posteri Levi et Aaroni deinceps offerrent, ac nihilominus postea, cum attributum circumcisioni sacerdotium adhuc penes Aaronem eiusque stirpem maneret, divina per Davidem scri- Ps. 109. 4.
ptura, duodecim ab origine Levi generationibus evolutis, ab Aaronis vero successione septem, oraculum illud ediderit, argumento illud fuit sacerdotii dignitatem in testamento vetere perpetuo non esse mansuram, sed in eum ordinem esse transferendum qui Levi et Aaronem antecessit. Quod ipsum a Christo ad hodiernum usque diem in ecclesia factum et administratum cernimus, ubi sacerdotalis generis non ex ipsa stirpe, sed ex virtutis forma ac ratione delectus instituitur.

Etenim primum in praeputio sacerdotium per Abelem perfectum Cap. III.
est, inde per Noëmum, ac tertio demum per Melchisedecum [, dei sacerdotem, non in circumcisione, sed quamquam in iustitia, in perfectione atque virtute, tamen in praeputio]. Quod autem Melchisedec homo fuerit, sanctus apostolus in eadem epistola declarat his verbis: *Cuius vero genealogia narratur ex illis, decimavit patriar-* Hebr. 7. 6.
cham. Apparet itaque generationem eius non illis adnumerari [, sed aliis]. Verum quam multi sunt quorum origines aperte non produntur, puta Daniel, Sidrac, Misac, Abdenago, Elias Thesbites, quorum qui parentes fuerint, nusquam in scripturis commemoratum legimus. Sed ne cuiquam erroris ex ea re occasio praebeatur, non gravabor ea hoc loco referre, quae nonnullorum traditione didicimus. Igitur Danielis patrem Sabaam fuisse quendam accepimus.

φύσει καὶ τὴν πατριαρχίαν ὡσαύτως εὕρομεν· ἥντινα καθ' εἱρμὸν ὑφηγήσομαι οὕτως. Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ἀδελφὸς γέγονεν Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ἐξ ἱερέων δῆλον καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, υἱὸς δὲ τοῦ Ἀχιμαάμ, Ἀχιμαὰμ δὲ υἱὸς τοῦ [8] Σαδώκ, Σαδὼκ δὲ τοῦ Ἀχιτώβ, τοῦ Ἀμωρία, Ἀμωρίας υἱὸς τοῦ [9] Μωρία, Μωρίας τοῦ Ζαρᾶ, τοῦ Ἀζία, Ἀζίας τοῦ Φινεές, Φινεὲς υἱὸς τοῦ Ἐλεάζαρ, Ἐλεάζαρ υἱὸς τοῦ Ἀαρών, τοῦ ἱερέως δηλονότι, Ἀαρὼν υἱὸς τοῦ Ἀμράμ, Ἀμρὰμ τοῦ Καάθ, Καὰθ τοῦ Λευί, Λευὶ τρίτος υἱὸς τοῦ Ἰακώβ, Ἰακὼβ δὲ ἀδελφὸς μὲν Ἠσαῦ, παῖς δὲ τοῦ Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ υἱὸς τοῦ Ἀβραάμ. Ἐν δὲ ταῖς [10] ῥηταῖς βίβλοις οὐ πάνυ σαφῶς αἱ τούτων γενεαλογίαι ἐμφέρονται, ἢ μόνον ἐν ταῖς Παραλειπομέναις τῆς κατὰ τὸν Ἠλίαν ὑποθέσεως μέρη. Φύσει δὲ τῶν
P. I. 61. τριῶν παίδων Σεδράχ, Μισάκ, Ἀβδεναγὼ οὔτε ἐν ἀποκρύφοις, οὔτε ἐν παραδόσεσιν εὕρομέν [11] τι. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἆρα κἀκεῖνοι, οἱ περὶ Σεδρὰχ λέγω, φαντασιάσουσιν ἡμᾶς λογίζεσθαι ἃ μὴ χρή, καὶ ὑπερόγκως θαυμάζειν ὑπὲρ τὸ μέτρον τὰ ἑκάστης ὑποθέσεως; Ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Καὶ ὅροι γὰρ ἐτέθησαν ἡμῖν, καὶ θεμέλιοι, καὶ οἰκοδομὴ τῆς πίστεως, καὶ ἀποστόλων παραδόσεις, καὶ γραφαὶ ἅγιαι, καὶ διαδοχαὶ διδασκαλίας, καὶ ἐκ πανταχόθεν ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἠσφάλισται, καὶ μηδεὶς ἀπατάσθω καινοῖς μύθοις.

Κεφ. δ'. Ἐπανελεύσομαι δὲ πάλιν εἰς τὰ προκείμενα, ὡς οὗτοι φαντάζονται περὶ τοῦ Μελχισεδέκ. [1] Ὅτι μὲν γὰρ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ, καὶ βασιλεὺς τῆς Σαλήμ, ἀλλ' οὐκ ἐν οὐρανῷ ὑπάρχων καὶ ἀπ' οὐρανοῦ καταβεβηκώς. Οὐδεὶς γὰρ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν ὁ ἅγιος καὶ ἀψευδὴς θεὸς λόγος. Τὴν δὲ τάξιν τοῦ Μελχισεδὲκ κρατύνουσα ἡ θεία γραφὴ καὶ τὸ πνεῦμα ῥητῶς διδάσκον τὴν μετάθεσιν ἔδειξε τῆς ἱερωσύνης ἀπὸ τῆς παλαιᾶς συναγωγῆς καὶ τοῦ ἔθους εἰς ἔθος κάλλιστον καὶ ὑπέρτατον, καὶ οὐ μέτοχον σαρκικῆς διαδοχῆς [2] ἢ ἡνωμένον. Ὁ γὰρ Μελχισεδὲκ ὁ ἅγιος οὗτος οὐκέτι μετ' αὐτὸν διαδοχὴν ἔσχηκεν, ἀλλ' οὔτε ἀφαίρεσιν τῆς ἱερωσύνης. Ἔμεινε γὰρ αὐτὸς ἱερεὺς τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ ἔτι ἐν τῇ γραφῇ ᾄδεται ἱερεύς, μηδενὸς [3] αὐτῶν διαδεξαμένου, ἢ ἀνατρέψαντος τὴν κατὰ τὸν χρόνον αὐτοῦ ὑπηρεσίαν τῆς ἱερωσύνης. Οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν οὐκ ὢν ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἐκ θεοῦ ἅγιος θεὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἀεὶ σὺν πατρὶ ὤν, γενόμενος δι' ἡμᾶς ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός. Τὴν δὲ

8. σαδοὺκ edit. princ.
9. Μοσία editi libri.
10. ῥητοῖς editi libri.
11. τι abest a libris.
Cap. IV. — 1. „Deest verbum" Petavius annotavit.

Quod ad Eliam attinet, eiusmodi illius stemma ac prosapiam reperimus, quam ordine hunc in modum percenseo. Fuit Elias Thesbites Iodaae sacerdotis frater, proindeque ex sacerdotali stirpe, filius Achimaami, Achimaamus Sadoci, Sadocus Achitobi, hic Amoriae, Amorias Moriae, Morias Zazae, iste Aziae, Azias Phineesi, Phineesus Eleazari, hic Aaronis sacerdotis, Aaron Amrami, hic Caathi, Caathus Levi, qui tertius Iacobi filius fuit. At Iacobus Esau frater, Isaaci filius, Isaacus Abrahami. At vero in sacris literis non omnino perspicue istorum origines indicantur; nisi forte quod in libris Paralipomenon nonnulla quae ad Eliam pertinent comprehensa sunt. Quod autem ad tres pueros spectat Sidrach, Misach, et Abdenago, nihil de iis neque in apocryphis, neque in traditionibus invenimus. Quidnam ergo dicemus? An et illi tres pueri nos in eum errorem coniicient, ut quod nefas est de illis cogitemus, et unamquamque rem supra quam par est et impensius admiremur? Absit ut id unquam in animum inducamus. Nam et termini praescripti nobis sunt, et fundamenta posita, et fidei structura, et apostolorum traditiones, et sacrae literae, et coelestis doctrinae propagata successio, ac denique divina veritas ex omni parte munita est, et constituta. Proinde nemo se inanibus fabulis in errorem abduci patiatur.

Redeo iam ad id quod mihi proposueram, ea videlicet, quae Cap. IV.
de Melchisedeco ineptissime confingunt. Fuit enim iustus ille quidem ac dei sacerdos et rex Salem, sed neque in coelo fuit, nec e coelo descendit. *Nemo enim ascendit in coelum, nisi qui de coelo de-* Ioann. 3, 13.
scendit, filius hominis, ait sanctissimus verissimusque deus idem et verbum. Illum vero Melchisedecis ordinem cum scriptura sacra confirmat ac sanctus spiritus expressis verbis asserit, sacerdotii translationem ostendit, quod ab vetere synagoga rituque egregium ac praestantissimum in ritum, neque carnali successione devinctum, postea transiit. Etenim sanctus ille Melchisedec nullum neque post se successorem habuit, nec ei sacerdotium est abrogatum, sed sacerdos toto vitae suae tempore mansit. Quare adhuc in sacris literis eadem sacerdotii dignitate celebratur, cum nemo ei successerit, aut illam sacerdotii functionem, quam suo tempore nactus est, everterit. Eodem plane modo dominus noster non nudus homo, sed ex deo deus verbum deique filius, ab eodem nullo initio aut tempore genitus, qui est cum patre perpetuo, sed homo tamen de Maria nostra caussa factus est, nec ex virili semine procreatus. Qui quidem

2. ἢ ut adiceretur sententia postulavit. * Desideratur autem in libris omnibus.
3. Repono αὐτόν.

ἱερωσύνην τῷ πατρὶ προσφέρει, ἐξ ἀνθρωπότητος τὸ φύραμα λαβὼν, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς καταστῇ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν. Μένει γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὸ διηνεκὲς δῶρα προσφέρων, πρῶτον μὲν ἑαυτὸν προσενέγκας, ἵνα λύσῃ θυσίαν παλαιᾶς διαθήκης, τὴν ἐντελεστέραν ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας, αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστή-
pag. 172. ριον, αὐτὸς θεὸς, αὐτὸς ἄνθρωπος, αὐτὸς βασιλεὺς, αὐτὸς ἀρχιερεὺς, αὐτὸς πρόβατον, αὐτὸς ἀρνίον, τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος, ἵνα ἡμῖν ζωὴ κατὰ πάντα τρόπον γένηται, καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὸ ἀμετάστατον ἑδραίωμα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπεργάσηται, οὐκέτι κατὰ σπέρμα τὰς διαδοχὰς μερίζων, ἀλλὰ κατὰ τὸ δικαίωμα φυλάττεσθαι ἐν πνεύματι ἁγίῳ δωρούμενος.

Κεφ. ε΄. Φαντάζουσι δὲ [1] ἄλλοι περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ λέγοντες. Σαρκικῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀνεκρίθησαν, πνευματικῶς μὴ νενοηκότες τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἑβραίους εἰρημένα. Καὶ ὁ μὲν Ἱέραξ τοῦτον νομίζει Μελχισεδὲκ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ ἀφομοιούμενον, φησὶ, τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένει γὰρ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές· ὡς ἀπὸ τῆς λέξεως ἧς εἶπεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Τὸ δὲ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Ὁ δὲ ἐπιστάμενος τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος οἶδεν ὅτι ὑπὲρ ἐκλεκτῶν ἐντυγχάνει τῷ θεῷ. Ἐξέπεσε δὲ καὶ οὗτος παντελῶς τοῦ προκειμένου. Οὐ γὰρ σάρκα ἐνεδύσατο τὸ πνεῦμά ποτε, σάρκα δὲ μὴ ἐνδυσάμενον, οὐκ εἶχεν εἶναι βασιλεὺς τῆς Σαλὴμ, καὶ ἱερεὺς τόπου τινός. Καιρῷ δὲ ὅτε περὶ τούτου τοῦ Ἱέρακος καὶ τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως τὴν ἀνατροπὴν ποιήσομαι, τότε ἐν πλάτει περὶ τούτων διηγήσομαι, τῆς δὲ ἀκολουθίας τὰ νῦν ἐπιλήψομαι. Πόσα δὲ περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἄλλοι φαντάζονται;

Κεφ. ς΄. Σαμαρεῖται μὲν γὰρ τοῦτον νομίζουσιν εἶναι τὸν [1] υἱὸν τοῦ Νῶε Σήμ. Καταγέλαστοι δὲ καὶ αὐτοὶ εὑρεθήσονται. Ἀσφαλιζομένη γὰρ ἡ θεία γραφὴ πάντα μετὰ εὐταξίας κατὰ πάντα ἀλήθειαν ὠχύρωσεν, οὐκ εἰς μάτην τοὺς χρόνους τάξασα καὶ τὰ ἔτη. Ὅτε γὰρ Ἀβραὰμ ὑπῆρχεν ὀγδοηκονταοκτὼ ἐτῶν, ἢ καὶ ἐνενήκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, ὁ Μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀπήντα τότε καὶ [2] ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον, προτυπῶν τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα ἀντίτυπα τοῦ κυρίου ἡμῶν, λέγοντος ὅτι, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, καὶ ἀντίτυπα τοῦ αἵματος τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ νυχθέντος [3] καταρρεύσαντος εἰς κάθαρσιν τῶν κεκοινωμένων καὶ ῥαντισμὸν καὶ σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ὁ

Cap. V. — 1. *Rescribendum videtur* ἄλλα.

Cap. VI. — 1. υἱὸν τοῦ Νῶε Σὴμ *scripsi Cornarium secutus, qui vertit:* Samaritae equidem hunc putant esse filium Noe ipsum Sem. *Desideratur*

sacerdotale patri suo munus offert, accepta ex natura hominum massa, ut pro nobis sacerdos secundum ordinem Melchisedec successione omni carentem constituatur. Manet enim, et assidue dona pro nobis offert. Inprimis quippe semetipsum obtulit, ut perfectiore vivaque pro totius mundi salute mactata hostia veteris testamenti sacrificium aboleret. In quo idem ipse victima fuit, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse deus, ipse homo, ipse rex, ipse pontifex, ipse ovis, ipse agnus, adeoque omnia in omnibus propter nos est factus, ut modis omnibus nobis vita suppeteret ac sacerdotii sui constantem et immutabilem firmitatem in sempiternum statueret, ut non iam stirpis habita ratione successiones distribueret, sed ex iustificatione conservari propagarique in spiritu sancto singulari beneficio vellet.

Aliud praeterea nonnulli de eodem Melchisedeco somniant. Cap. V.
Eiusmodi enim homines carnaliter examinati sunt; cum spiritaliter 1.Cor. 2, 14.
ea quae ab apostolo in epistola ad Hebraeos dicta sunt nequaquam intellexerint. Quamobrem Hierax Melchisedecum spiritum esse sanctum existimat; quod ita de eo scriptum sit, *Assimilatus filio dei: manet enim sacerdos in perpetuum.* Hebr. 7, 3.
Quod et aliis apostoli verbis illustratur, cum dicit: *Spiritus vero pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus.* Rom. 8, 26.
At qui spiritus sancti interiores sensus novit, non ignorat illum deo pro electis supplicare. Sed et iste nihilominus a proposito penitus aberravit. Non enim unquam spiritus sanctus carnem induit. Qua quidem si caruit, rex esse Salem, aut illius loci sacerdos non potuit. Verum opportuniori tempore, cum Hieracis illius haeresin refellam, de iis ipsis uberius disputabo. Nunc ut ordine cetera pertexam, quas de Melchisedeco alii fabulas serant, hoc loco proponam.

Igitur Samaritani Sem esse illum arbitrantur. In quo ridiculi Cap. VI.
plane sunt. Siquidem divina scriptura consentanee cuncta ac congrue stabiliens corroborandae in omnibus veritati studuit, neque frustra temporum annorumque seriem expressit. Cum itaque Abrahamus octuagesimum octavum, vel nonagesimum plus minus, aetatis annum ageret, ei Melchisedecus occurrit, ac panem ipsi vinumque Gen. 14, 18.
protulit. Quo facto mysteriorum significationes adumbravit, quae domini figuram exprimebant, qui dixit, *Ego sum panis vivus.* Sed Ioann. 6, 51.
et sanguinis illius figuram, qui e perforato ipsius latere ad eorum qui inquinati erant expiationem aspersionemque manavit. Iam vero

enim in libris vetustis vocabulum Νῶε. *Aliter placuit Petavio, qui verba* υἱὸν τοῦ *expungenda censebat.*

2. *Reposuerim* ἐξέφερεν *vel* ἐξήνεγκεν. *Sed etiam infra cap. 9. reperitur* ἐξέβαλεν.

3. καταρρεύσαντος *ego correxi. Libri habent* καὶ ῥεύσαντος.

δὲ τοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ Θάῤῥα ἑβδομηκοστὸν κατάγων ἔτος τὸν Ἀβραὰμ
pag. 173. ἐγέννησε, καὶ γέγονεν ἔτη ρξ΄ πλείω ἢ ἐλάσσω. Ναχὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Θάῤῥα ἑβδομηκονταεννέα ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γέγονε σλθ΄ ἔτη. Σερούχ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναχὼρ, ρλ΄ ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γεγόνασιν ἔτη τξθ΄. Ῥαγαὺ δὲ ἐγέννησε τὸν Σερούχ, ὑπάρχων ρλβ΄ ἐτῶν, καὶ γέγονε πεντακοσιοστὸν πρῶτον ἔτος. Φαλὲκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥαγαὺ, ὢν ἐτῶν ρλ΄, καὶ γέγονεν χλα΄ ἔτος. Ἕβερ δὲ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, ἐν ἔτει [4] ρλδ΄ τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ γεγόνασι ψξε΄ ἔτη. Σάλα δὲ γεννᾷ τὸν Ἕβερ, ρλ΄ ἔτος κατάγων τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ γέγονεν ωϛε΄ ἔτη. Ἀρφαξὰδ δὲ ρλε΄ ἐτῶν ὢν ἐγέννησε τὸν [5] Σαλὰ, καὶ γέγονε αλ΄ ἔτη. Σὴμ δὲ ἑκατοστῷ ἔτει ὁ προειρημένος, ὁ καὶ φαντασιαζόμενος παρὰ τοῖς Σαμαρείταις εἶναι Μελχισεδὲκ, ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, καὶ ὁμοῦ γέγονεν ἔτη αρλ΄, ἕως τοῦ χρόνου τοῦ Ἀβραὰμ καθ᾽ ὃν συνήντησε τῷ Μελχισεδὲκ, ἐπανιὼν ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν περὶ Χοδολλογομὸρ καὶ Βάρσα καὶ Συμοβὺρ καὶ Ἀμαρφὰλ τῶν βασιλέων. Οὐκ ἔζησε δὲ Σὴμ τοσαῦτα ἔτη, κατὰ τὴν τούτων λῃρώδη φαντασίαν, ἀλλὰ ρε΄ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει μετὰ τὸν κατακλυσμόν. Καὶ ἔζησε μετὰ ταῦτα φ΄ ἔτη, ὥς φησιν ἡ θεία γραφὴ, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. Τοίνυν αὐτοῦ ζήσαντος ἑξακόσια πέντε ἔτη, καὶ τελευτήσαντος, πῶς ἠδύνατο φθάσαι εἰς αρλ΄ ἔτη, ἵνα ὁ Σὴμ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πρὸ δέκα γενεῶν καλούμενος Μελχισεδὲκ παρὰ τούτοις μετέπειτα μετὰ δέκα γενεὰς καὶ αρλ΄ ἔτη νομισθείη; Καὶ ὢ τῆς πολλῆς τῶν ἀνθρώπων πλάνης. Κατὰ δὲ ψῆφον ἄλλων ἀντιγράφων ἀπὸ τῆς τοῦ Σὴμ ἡλικίας, ἐξότε γεγέννηται ὁ αὐτὸς Σὴμ, ἕως τοῦ προδεδηλωμένου χρόνου τῆς τε τοῦ Ἀβραὰμ συναντήσεως [6] τῷ Μελχισεδὲκ, ἥτις ἦν ἐν ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἢ ἐνενηκοστῷ, γίνεται χκη΄ ἔτη πλείω ἢ ἐλάσσω, ὥςτε ἐξάπαντος μὴ δύνασθαι εἰς τὸν προδεδηλωμένον τοῦ Ἀβραὰμ χρόνον τὸν Σὴμ φθάνειν, ἵνα καὶ Μελχισεδὲκ νομισθείη. Καὶ διέπεσε πανταχόθεν ἡ τῶν Σαμαρειτῶν χυδαιολογία.

Κεφ. ζ΄. Ἰουδαῖοι πάλιν φάσκουσι τὸν τοιοῦτον δίκαιον μὲν εἶναι καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἱερέα τοῦ ὑψίστου, ὡς ἔχει ἡ θεία γραφὴ, διὰ δὲ τὸν υἱὸν
pag. 174. εἶναι πόρνης, φασὶ, τὴν μητέρα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μηδὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι. Ἐξέπεσε δὲ καὶ τούτων ὁ λῃρώδης λόγος. Καὶ Ῥαὰβ πόρνη ὑπῆρχε καί ἐστι γεγραμμένη, καὶ [1] Ζαμβρὴ πορνεύσας γέγραπται καὶ [2] Χασβιθὴ μετ᾽ αὐτοῦ, καίπερ ἀλλοτρία οὖσα, καὶ οὐκ ἀπὸ γένους Ἰσραὴλ ἀναγομένη. Καὶ πᾶς ὁ μὴ διὰ θύρας εἰςερχόμενος, ὡς ἔφη τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, λῃστὴς, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν ὑπάρχει. Ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ φύσει τινὲς διαφόρως τοῦτον τὸν Μελχισεδὲκ ὁρίζονται. Οἱ μὲν γὰρ [3] αὐτὸν νομίζουσι φύσει τὸν υἱὸν τοῦ

4. *Libri vulgo corrupte* ρδ΄.
5. Σαλὰκ *edit. princ.*
6. *Libri habent* τοῦ *pro* τῷ.
Cap. VII. — 1. *H. e.* Ζαμβρί.

Tharre septuagesimo aetatis anno Abrahamum genuit. Colliguntur Gen. 11.
anni fere centum sexaginta. Nagor vero Tharre genuit annum agens septuagesimum nonum. Ita fiunt anni CCXXXIX. Seruch Nachor genuit anno aetatis CXXX. Colliguntur anni CCCLXIX. Rhagau genuit Seruch anno vitae suae CXXXII. Consurgunt anni DI. Phalec Rhagau genuit anno aetatis CXXX. Fiunt anni DCXXXI. Heber porro genuit Phalec anno vitae suae CXXXIV. Fiunt anni DCCLXV. Sale genuit Heber, cum aetatis annum ageret CXXX. Efficiuntur anni DCCCXCV. Arphaxad anno CXXXV genuit Sale. Fiunt anni MXXX. Porro Sem, quem antea diximus a Samaritanis pro Melchisedeco haberi, genuit Arphaxad, aetatis anno centesimo. Summa annorum MCXXX ad Abrahami tempus quo Melchisedeco obviam venit reversus a caede Chodollogomor et Barsa et Symobor et Hamarphal regum. Verum tot annos, quot illorum somnia ferunt, Sem minime vixit, sed centesimo quinto Arphaxad genuit, altero post diluvium anno. Secundum quod, ut scriptura testatur, quingentos insuper vixit, *Genuit-* Gen 11, 11.
que filios et filias et mortuus est. Qui igitur post sexcentos et quinque aetatis annos mortuus est, quomodo ad MCXXX usque pervenit, ut qui ante generationes decem Sem Noemi filius vocaretur, iis demum exactis, hoc est MCXXX annorum intervallo, Melchisedecus illorum opinione censeretur? O singularem hominum amentiam! Ceterum ex aliorum exemplarium supputatione ab ortu Sem ad illud tempus quo Abrahamo Melchisedecus occurrit, id quod octuagesimo vel nonagesimo vitae illius anno contigit, consurgunt anni plus minus DCXXVIII. Adeo ut quocumque se demum convertant, ad Abrahami tempus illud, quod diximus, pervenire Sem non potuerit, ut Melchisedecus habeatur. Eoque modo Samaritanorum undique vanitas convincitur.

Sed Iudaei iustum eundem ac probum fuisse, et sacerdotem al- Cap. VII.
tissimi, fatentur, ut est in sacris literis proditum, quod autem meretricis filius esset, neque matris nomen esse scriptum, neque patris ullo modo cognitum. Atqui nec illorum ineptissimus sermo procedit. Nam et Rahab meretrix fuit, et eius nihilominus scriptura me- Ios. 2, 1.
minit. Sed et Zambri et Chasbithae adulterium ibidem expressum, Num 25. 15.
tametsi alienae stirpis haec esset, nec Israelitarum ex genere originem traheret. Enimvero *Omnis qui per ostium non intrat, fur est,* Ioann. 10, 2.
non pastor, ut in evangelio scriptum est. Quod ad catholicos attinet, non uno modo de Melchisedeco statuitur. Quidam enim dei

2. *H. e.* Χασβί.
3. *Ita correxerunt Cornarius atque Petavius. Libri habent* αὐτοῦ.

θεοῦ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου τότε τῷ Ἀβραὰμ πεφηνέναι· ἐκπίπτουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ προκειμένου. Οὐ γάρ τις ἑαυτῷ ὅμοιος γεννήσεταί ποτε· ὡς ἔχει ἡ θεία γραφὴ ὅτι, Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Τῷ ὄντι δὲ ὁ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν τὸν Ἀβραὰμ δεδεκάτωκεν, ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν γενεαλογεῖται, γενεαλογεῖται δὲ ἐξ ἄλλων ἀνθρώπων. Τούτων [4] ἕνεκα πάντων τὴν ὑπόμνησιν ποιησάμενοι διὰ τὴν αἵρεσιν ταύτην ὑπεμνήσθημεν, καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει περὶ τούτων διηγησάμεθα.

Κεφ. η'. Εἰς ὄνομα δὲ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἡ προειρημένη αἵρεσις καὶ τὰς προσφορὰς ἀναφέρει, καὶ αὐτὸν εἶναι εἰσαγωγέα πρὸς τὸν θεὸν καὶ δι' αὐτοῦ, φησὶ, δεῖ τῷ θεῷ προσφέρειν, ὅτι ἄρχων ἐστὶ δικαιοσύνης, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ, πνευματικός τις ὤν, καὶ υἱὸς θεοῦ τεταγμένος. Καὶ [1] δεῖ ἡμᾶς αὐτῷ προσφέρειν, φασὶν, ἵνα δι' αὐτοῦ προσενεχθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εὕρωμεν δι' αὐτοῦ ζωήν. Καὶ Χριστὸς μὲν, [2] φασὶν, ἐξελέγη ἵνα ἡμᾶς καλέσῃ ἐκ πολλῶν ὁδῶν εἰς μίαν ταύτην τὴν γνῶσιν, ὑπὸ θεοῦ κεχρισμένος καὶ ἐκλεκτὸς γενόμενος, ἐπειδὴ ἀπέστρεψεν ἡμᾶς ἀπὸ εἰδώλων καὶ ὑπέδειξεν ἡμῖν τὴν ὁδόν. Ἐξ οὗπερ ὁ ἀπόστολος ἀποσταλεὶς ἀπεκάλυψεν ἡμῖν ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἱερεὺς μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ, Θεωρεῖτε πηλίκος οὗτος· καὶ ὅτι τὸ ἔλασσον ἐκ τοῦ μείζονος εὐλογεῖται, διὰ τοῦτο, φησὶ, Καὶ τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην εὐλόγησεν, ὡς μείζων ὤν· οὗ ἡμεῖς ἐσμεν μύσται, ὅπως τύχωμεν παρ' αὐτοῦ τῆς εὐλογίας.

Κεφ. θ'. pag. 175. Καὶ ὡς μάταιος πᾶσα αἱρέσεων ἡ διάνοια. Ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἠρνήσαντο τὸν αὐτῶν δεσπότην, τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ αἵματι, τὸν οὐκ ἀπὸ Μαρίας ἐναρξάμενον, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα πρὸς τὸν πατέρα θεὸν λόγον, γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ὡς πᾶσα γραφὴ διηγεῖται. Φησὶ γὰρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ οὐ τῷ Μελχισεδέκ. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ἐστιν τοῦ ὑψίστου ἐν τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, καὶ οὐκ ἔσχε διάδοχον μετ' αὐτὸν, ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἀπ' οὐρανοῦ καταβάς. Οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ ὅτι, Κατήνεγκε τῷ Ἀβραὰμ ἄρτον καὶ οἶνον, ἀλλὰ, Ἐξέβαλεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν βασιλέων ὑποδεξάμενος τὸν ἐρχόμενον πατριάρχην, καὶ ηὐλόγησεν αὐτὸν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δικαιοσύνην, καὶ τὸ πιστὸν καὶ τὸ εὐλαβὲς τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι ἐν ἅπασι δοκιμασθεὶς ἐν οὐδενὶ ἐξέπεσε τῆς δικαιοσύνης ὁ πατριάρχης. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ συνεργὸν

4. *Rescribendum arbitror* ἀνέκαθεν *pro* ἕνεκεν. — *Cornarius vertit*: horum sane gratia, omnium aliorum propter hanc haeresin mentionem fecimus, et velut in digressione de his narravimus.

filium hunc existimant Abrahamo tum humana specie sese videndum obtulisse. Verum illi penitus aberrasse videntur. Neque enim sibi ipsi similis appellari quispiam potest, cum de Melchisedeco scriptura hunc in modum loquatur: *Qui assimilatus filio dei manet sacerdos in* Hebr. 7. 3
aeternum. Ceterum verum illud est, cum, cuius ex ipsis origo minime duceretur, decumas ab Abrahamo cepisse, quoniam ex aliis hominibus quam Israelitis genus illius pertexitur. Haec omnia propter haeresin istam a nobis commemorata sunt, ac velut digressione quadam instituta narratio.

Iam vero in eiusdem Melchisedecis nomine etiam oblationes Cap. VIII.
suas eadem secta celebrat, quem apud deum internuntium esse praedicat. Quamobrem huius, aiunt, interventu offerre deo par est, eo quod iustitiae sit princeps, et ad id ipsum a deo in coelo constitutus, utpote spiritalis ac dei filius. Itaque primum ei debemus offerre, ut per eundem pro nobis repraesententur, ac vitam per eum consequamur. Etenim Christus, aiunt, ob id electus est, ut nos ad unam hanc scientiam ac multiplici viarum divortio revocaret, et idcirco a deo unctus et selectus est, quoniam nos a cultu simulacrorum avertit et iter ostendit. Unde et apostolus a deo missus istud ipsum nobis aperuit: *Magnum esse Melchisedecum, et sacerdotem in* Hebr. 7. 4
aeternum manere. Intuemini, inquit, *quantum est ille*. Tum, quoniam quod minus est a maiore benedicitur. Ob id, inquiunt, Abrahamo patriarchae benedixit, utpote eo maior. Cuius nos mystae sumus, ut ab illo benedictionem impetremus.

Sed quam inanis est haereseon omnium sensus! Nam et isti Cap. IX.
dominum suum abnegarunt, qui illos suo sanguine redemit, quique non a Maria, ut illi putant, initium traxit, sed apud patrem semper extitit, deus verbum, a patre sine ullo initio aut tempore genitum, ut universa scriptura declarat. Sic enim loquitur: *Faciamus homi-* Gen. 1, 26.
nem ad imaginem, et similitudinem nostram. Non Melchisedeco dixit; qui tametsi dei altissimi sacerdos aetate sua fuerit, nec ullum post se successorem habuerit, minime tamen e supremis est, neque e coelo descendit. Proinde scriptura non dixit, *Demisit Abrahamo* Gen. 14, 18.
panem et vinum, sed *Protulit*, tam ipsi quam iis qui cum eo erant, ut a regum profligatione venientem patriarcham exciperet. Huic igitur pro ea qua praeditus erat iustitia ac fide et religione benedixit. Quoniam in omnibus probatus nulla officii sui parte ab iustitia patriarcha deciderat. Quinetiam deum in illa expeditione opitulatorem

Cap. VIII. — 1. δεῖ *restituerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* δι' ἡμᾶς. 2. *Libri habent* φησίν.

ἔσχε τὸν θεόν, κατὰ τῶν ἀληθῶς ἐπελθόντων τῇ τῶν Σοδομιτῶν χώρᾳ, καὶ ἀφελομένων καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ τὸν ἅγιον Λώτ, ὃν καὶ ἀπέστρεψε μὲν μετὰ πάσης τῆς σκυλεύσεως καὶ λαφυραγωγίας. Καὶ πόθεν γὰρ οὐ δείξωμεν ὅτι ἦν ἀεὶ υἱὸς σὺν πατρί; Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ Μελχισεδὲκ ἐν ἀρχῇ ἦν. Καὶ πάλιν, Ἦλθεν οὖν κύριος πρὸς Ἀβραάμ, καὶ ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου πῦρ καὶ θεῖον ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα. Καὶ ἅγιος ἀπόστολός φησιν, Εἷς θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα. Καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ, Οὐκοῦν ποῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, ἐπειδὴ περὶ ἑνὸς καὶ ἑνὸς διηγεῖται; οὐκ ἔδει τὸ πνεῦμα αὐτοσύστατον αὐτὸ γενέσθαι ἑαυτοῦ. Ἀεὶ γὰρ φυλάττεται ἡ θεία γραφὴ ὑπογραμμὸς ἡμῖν γίνεσθαι. Ἐφθέγγετο οὖν ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὁ ἀπόστολος καὶ ἔλεγεν, Εἷς θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα. Ἦν δὲ σὺν πνεύματι ἁγίῳ λέγων τοῦτο· οὐ γὰρ ἵνα λείψῃ ἡ τριάς. Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος σαφῶς λέγει ὅτι, Ἀπελθόντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Καὶ πάλιν ὁ ἀπόστο-
pag. 176. λος λέγει, Ἓν δέ ἐστιν τὸ πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται πρὸς τὸ συμφέρον. Ἰδοὺ τοίνυν πατήρ, ἰδοὺ υἱός, ἰδοὺ πνεῦμα ἅγιον, καὶ οὐδαμοῦ Μελχισεδέκ. Οὔτε ἐν τοῖς χαρίσμασιν εἶπεν ὅτι δωρεῖται, οὔτε ἐν τοῖς ὑψώμασι. Καὶ μάτην παρὰ τούτοις ᾄδεται τὰ ψευδῆ καὶ ἐπινενοημένα τῶν προσκομμάτων, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ συρίγματος τοῦ δράκοντος, ὡς ἑκάστην ἠδυνήθη ἀπατῆσαί τε καὶ πλανῆσαι.

Καὶ περὶ τούτων δὲ ἱκανῶς διαλεχθέντες καταλείψωμεν, ὥσπερ μυογαλλίδιον λίθῳ πεπαικότες διὰ τῆς στερεᾶς πίστεως καὶ ἑδραιώματος, καὶ φυγόντες τὸ ἰοβόλον δηλητήριον. Τὸ γὰρ [1] μυογαλλίδιόν φασι πρὸς μὲν τὴν ὥραν μηδὲν ἀδικεῖν τὸν δακνόμενον, χρόνῳ δέ τινι τὸ σῶμα ἀφανίζειν, καὶ εἰς λώβησιν [2] κελεφίας ἕως ὅλων τῶν μελῶν ἄγειν τὸν ἐπιβουλευθέντα. Οὕτω καὶ αὕτη ἡ διάνοια τοῖς εὐθὺς περὶ τού-

Cap. IX. — 1. *De muris aranei veneno v. Schneid. ad Colum. de Re Rust. VI, 17, 1.*

2. *Non piget huc ea transcribere quae Cl. Salmasius sub nomine Francisci Franci in Confutatione Animadversorum Antonii Cercoetii adversus Petavii ad h. v. dictata disputavit p. 80:* „Fatetur se diu ignorasse quid esset λώβησις κελεφίας, tandem tamen a Graecis ipsis edoctum esse vulgari Graecorum idiotismo κελεφὸν appellari τὸν λεπρόν, et κελεφίαν λέπραν, qua in significatione vocis acquiescendum arbitratur. Narro tibi, Cercoeti, quod male ab illis Graecis didicisti, tibi nunc esse dediscendum. Apud Achmetis Onirocritica cap. CVII. titulus ita concipitur in manuscripto codice quem vidi: Περὶ λωβώσεως καὶ κελεφίας. Nam vulgo legitur: Περὶ λωβῶν καὶ κελυφῶν. At caput CX. est Περὶ λέπρας. Quo uno argumento satis revincitur aliud esse κελεφίαν, aliud λέπραν. Κελεφία est quum to-

adversus hostes habuit, qui in Sodomitarum agrum eruperant, indeque fratris filium sanctum Lot abduxerant, quem cum omni praeda ac spoliis incolumem reduxit. At illud quam copiose demonstrari
potest, filium cum patre perpetuo fuisse? *In principio*, inquit, *erat* Ioann. 1. 1.
verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Non dixit, *In principio erat Melchisedec.* Item: *Venit igitur dominus ad Abraham, et pluit dominus a domino ignem et sulphur super Sodoma et*
Gomorrha. Praeterea, *Unus deus*, ait apostolus, *ex quo omnia*, *et* 1. Cor. 8. 6.
unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Ac ne quis obiiceret, Ubi est igitur spiritus sanctus, cum unius atque unius duntaxat mentionem faciat? Sed spiritum sanctum suimet ipsius commendatorem ac praedicatorem esse minime congruebat. Illud enim scriptura sacra perpetuo servat, ut se nobis exemplaris instar proponat. Quocirca haec in spiritu sancto loquebatur apostolus: *Unus deus ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Atqui cum spiritu sancto ista dicebat, neque mancam esse triadem volebat.
Ad haec dominus ipse perspicue dicit: *Euntes baptizate omnes gentes* Matth. 28, 19.
in nomine patris et filii et spiritus sancti. Apostolus quoque: *Unus* 1. Cor. 12, 11.
vero est spiritus, inquit, *dividens unicuique prout vult, ad eius utilitatem.* En igitur pater, en filius, en spiritus sanctus. Nusquam Melchisedec. Neque cum de coelestibus donis mentio fit, impertiri haec ab illo dixit, neque cum de sublimibus disseruit. Proindeque frustra eiusmodi ab illis mendacia ad animorum offensionem conficta praedicantur. Quae quidem non ex veritate, sed draconis sibilo profecta sunt, pro eo ac quamlibet sectam decipere atque in errorem abducere potuit.

Cum autem abunde iam de illis disputatum sit, missos demum faciamus, quos muris aranei instar solida ac stabili fide velut lapide percussimus, ac letiferum virus evasimus. Hanc enim muris aranei naturam esse ferunt, ut e vestigio quidem nullam ei qui morsus est perniciem inferat, verum paulatim corpus extinguat, ac membra eius omnia labe illa quam *κελεφίαν* vocant inficiat. Sic haeresis illius dogma primo statim auditu levissimi esse momenti videtur, sed ubi

tum corpus in bullas sive pustulas surgit sanguinolentas et saniosas, in modum siliquae folliculorum extumidas. Φλυκτίδας vocat Aëtius in eodem morbo describendo. Κελεφίαν vocarunt recentiores quasi κελυφίαν. Nam κέλυφος est folliculus, pro quo κέλεφος infima dicit Graecia. Λόβωσιν etiam dixerunt, ἀπὸ τῶν λοβῶν, a folliculis. Λόβωσις autem scribendum, non λώβωσις aut λώβησις. Nam aliud λωβᾶσθαι, aliud λοβοῦσθαι. Hinc σὰρξ λοβουμένη Pisidae quae hoc πάθει infecta est: Καὶ σὰρξ ἐχιδνῶν ἀντιφάρμακος δόσις, Καὶ σφίγμα σαρκὸς γίνεται λοβουμένης. Τὸν ῥοῦν γὰρ ἱστᾷ, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέει, Καὶ σωματουργεῖ τὰς ῥεούσας εἰκόνας, Μορφοῦσα τὰ πρόσωπα τῆς ἀμορφίας. Hic verbis τὴν κελεφίαν, sive λόβωσιν, plane expressit. Sed de his alibi plura.“ — *V. infra haer. 66, 9. et quae ibi adnotata.*

των ἀκούσασι φαίνεται ὡς οὐδὲν, προςεντριβομένη δὲ ἡ τῶν λόγων παρολκὴ ζήτημα ἐμποιεῖ, καὶ ὥςπερ ἀφανισμὸν τοῖς μὴ τυχοῦσι τοῦ βοηθήματος τῆς ἀντιδότου ταύτης. Οὐ τάχιον δὲ φαίνεται τὸ ζῶον. Ἐν νυκτὶ γάρ ἐστι πορευόμενον, καὶ οὕτω τὴν βλάβην ἐργάζεται, μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ· ὡς ἰστέον ἐστὶ τοῖς τὴν γνῶσιν τοῦ ζώου ἐπισταμένοις, ὅτι οὐ παρέργως, οὔτε σεσυκοφαντημένως τῆς τοῦ ζώου ὑποθέσεως πεποιήμεθα τὴν μνήμην. Τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ δικαίωμα ὑπάρχει. Ἑφεξῆς δὲ βαδιοῦμαι ἐπὶ τὰς ἄλλας, ὅπως τὸ ἐπάγγελμα ἐν θεῷ πληρῶσαι καταξιωθέντες τῷ θεῷ εὐχαριστήσωμεν.

ΚΑΤΑ ΒΑΡΔΗΣΙΑΝΙΣΤΩΝ,
τριακοστὴ ἕκτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α'. Τούτοις καθεξῆς συνέπεται Βαρδησιάνης τις οὕτω καλούμενος.
Ὁ δὲ Βαρδησιάνης οὗτος, ἐξ οὗπερ ἡ αἵρεσις τῶν Βαρδησιανιστῶν γε-
γένηται, ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν
πόλιν κατοικούντων. Ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἄριστός τις ἀνὴρ ἐτύγχανε,
λόγους δὲ οὐκ ὀλίγους συνεγράψατο, ὁπηνίκα ἐρρωμένην εἶχε τὴν διά-
νοιαν. Ἐκ γὰρ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὡρμᾶτο, λόγιός τις ὢν
pag. 477. ἐν ταῖς δυσὶ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ.
Αὐγάρῳ δὲ τῷ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστῃ ἀνδρὶ ὁσιωτάτῳ [1] καὶ λογιω-
τάτῳ ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπράττων τε ἅμα καὶ τῆς αὐτοῦ
μετασχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν
χρόνων [2] Ἀντωνίνου Καίσαρος, οὐ τοῦ Εὐσεβοῦς καλουμένου, ἀλλὰ
τοῦ [3] Οὐήρου, ὃς πολλὰ Ἀβειδὰν τὸν ἀστρονόμον κατὰ εἱμαρμένης
[4] ψέγων συνελογίσατο. Καὶ ἄλλα δὲ κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐμφέρεται
αὐτοῦ [5] συγγράμματα. Ἀπολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ [6] Ἀντωνίνου ἑταίρῳ
[7] ἀντῆρε παραινούμενος ἀρνήσασθαι τὸ Χριστιανὸν ἑαυτὸν λέγειν. Ὁ
δὲ σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας κατέστη, λόγους τε συνετοὺς ἀπεκρίνατο,
ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείως ἀπολογούμενος, θάνατον μὴ δεδιέναι φήσας,
ὃν ἀνάγκη ἔσεσθαι, κἄν τε τῷ βασιλεῖ μὴ ἀντείποι. Καὶ οὕτως ὁ ἀνὴρ
τὰ πάντα μεγάλως ἦν κεκοσμημένος, ἕως ὅτε τῷ ἀστοχήματι τῆς ἑαυτοῦ
αἱρέσεως περιέπεσε, δίκην νηὸς γεγονὼς καλλίστης, φόρτον δὲ ἀσυνεί-
καστον ἐμβαλλομένης, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ λιμένος λακισθείσης
καὶ ἀπολεσάσης τε τὴν πᾶσαν πραγματείαν, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐπιβάταις
θάνατον ἐμποιησάσης.

Cap. I. — 1. *Verba* καὶ λογιωτάτῳ *adieci ex cod. Veneto.*

2. Ἀντωνίνου *cod. Ven.* Ἀντωνίου *habent reliqui libri.* — *Grabe Spicil. SS. PP. I, p. 317. Antoninum Eliogabalum, cognomine* Varium *significari est suspicatus.*

3. βήρου. ὃς πολλὰ αὐειδὰν *cod. Ven.*

4. *Scripsi* ψέγων *pro* λέγων, *quae verba non semel in vetustis membranis confusa deprehendi. Petavius, Cornarium secutus qui vertit* „Et multa in Abidan astronomum contra fatum disserens“ *cett., huic loco mederi sibi visus est scribendo* πολλὰ πρὸς Ἀβειδὰν — λέγων. — *Ceterum de Bardesanis contra fatum libro cf. Euseb. Praep. Evang. VI, 8.*

5. συντάγματα *cod. Ven.*

6. Ἀντωνίνου *cod. Ven. Vulgo* Ἀντωνίου.

7. *Ita cod. Venet. Vulgo* ἀντήρει. — *De Apollonio hoc cf. Casaub. ad Iul. Capitolin. p. 53.*

paulatim progressi illorum sermones irrepserint, quaestiones primum ac dubitationes, deinde exitium afferunt iis qui hoc praesidio ac velut antidoto minime sunt instructi. Ceterum non temere se animal illud ostendit, sed nocte grassatur, et illam quam dixi perniciem consciscit, atque in Aegypto potissimum: ut qui naturam eius noverint, non dubitent haud abs re, neque per calumniam huius a nobis mentionem esse factam, cum istiusmodi sit natura praeditum. Deinceps vero ad reliquas progredior, ut, posteaquam id quod suscepimus divina ope perfecerimus, eidem gratiam vicissim habeamus.

CONTRA BARDESIANISTAS,
haeresis XXXVI., sive LVI.

Proxime ab illis Bardesianes quidam numerandus est, a quo Cap. I.
Bardesianistarum haeresis initium accepit. Hic e Mesopotamia oriundus, ex urbe Edessa, principio longe optimus vir fuit, ac libros quamplurimos conscripsit, cum adhuc sana atque integra mente esset. Quippe in ecclesia catholica versabatur, utriusque linguae, Graecae videlicet, ac Syriacae peritus. Cumque Abgaro Edessenorum regulo viro sanctissimo familiaritate coniunctus esset, ac cum eo concorditer se in omnibus gereret, et eiusdem disciplinae esset particeps, post eius obitum ad Antonii Caesaris usque tempora perseveravit, non Pii, sed Veri. Idem adversus Abidam astrologum contra fatum pluribus disputavit. Nec alia pauca illius monumenta feruntur rectae fidei consentanea. Quinetiam Apollonio Antonini familiari, ut se Christianum negaret, suadenti acquiescere noluit, ac propemodum inter fidei confessores relatus est. Etenim pietatis patrocinio fortissime suscepto sapienter inprimis respondit, negavitque mortem se timere, cuius, etsi imperatori non resisteret, sibi nihilominus necessitas immineret. Ita vir ille praeclarissimis ornamentis praeditus hactenus fuit, donec infelici fato suum illum in errorem incidit; similiter atque egregia navis, quae infinitis onusta mercibus ad portum illisa non modo iacturam rerum omnium facit, sed et vectoribus exitium affert.

Κεφ. β'. Προςφθείρεται γὰρ οὗτος [1] Οὐαλεντίνοις, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἀνιμᾶται τὸ δηλητήριον τούτων, καὶ ζιζανιῶδες. Πολλάς τε καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἀρχὰς καὶ [2] προβολὰς διηγήσατο, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενος ἐδογμάτισε ταύτην τὴν αἵρεσιν. Χρῆται δὲ νόμῳ καὶ προφήταις, παλαιᾷ τε καὶ καινῇ διαθήκῃ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶν ὡςαύτως. Ἀνατραπήσεται δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀπαλλοτριώσας ἑαυτὸν τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς ἀπὸ λαμπάδος πυρὸς φωτεινῆς εἰς ἀσβόλην μεταβεβλημένος. Περὶ μὲν γὰρ νεκρῶν ἀναστάσεως ἤδη ἡμῖν ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν εἴρηται· οὐ λυπήσει δὲ καὶ αὖθις ἐν τῇ πρὸς τοῦτον ἀνατροπῇ χρήσασθαι ὀλίγοις λόγοις. Εἰ μὲν γὰρ τὴν παλαιὰν διαθήκην δέχῃ, ὦ οὗτος, καὶ τὴν καινὴν ὡςαύτως, πόθεν οὐκ ἐλεγχθήσῃ παραφθείρων τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενῶν τῆς τοῦ κυρίου ἐν ἀληθείᾳ ζωῆς; Ὅτι μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος πρῶτος, ἵνα γένηται ἡμῖν ἀῤῥαβὼν τῆς ἀναστάσεως καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἀνέστη. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐν δοκήσει πέπονθεν.
Pag. 478. Ἐτάφη γὰρ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ βεβαστάχασι. Καὶ μαρτυρεῖ μὲν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, μαρτυροῦσι καὶ αἱ φέρουσαι μῦρα εἰς τὸ μνῆμα, καὶ ἡ τῶν ἑκατὸν λιτρῶν ἀλόης ὁλκὴ, ὅτι οὐκ ἦν δόκησις, οὐδὲ φαντασία, μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξὶ πεφηνότες ὅτι, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; καὶ οὐκ εἶπον ὅτι, Οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ, Ἀνέστη, ὁ πεπονθὼς ἐν σαρκὶ, ζῶν δὲ ἀεὶ ἐν πνεύματι, καὶ ἀπαθὴς ὢν ἐν τῇ ἰδίᾳ θεότητι, ὁ ἄνωθεν ἀεὶ ἐκ πατρὸς γεγεννημένος ὑπάρχων, ὁ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου γενέσθαι ἄνθρωπος, ὡς μαρτυρεῖ Παῦλος ὁ ἁγιώτατος λέγων, Γενόμενος ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον. Ἆρά γε οὔπω ἤκουσας τοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος ὅτι, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν; ἢ οὐκ ἔπεισέ σε Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων, Καὶ ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις; αὐτὸς δὲ ὁ κύριος λέγων ὅτι, Ἐγερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν; ἢ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἄβελ μετὰ θάνατον τῆς πρὸς θεὸν ὁμιλίας, ὡς οὐ τὴν ψυχὴν λέγει ἐντυγχάνειν καὶ βοᾶν πρὸς τὸν θεὸν, ἀλλὰ τὸ αἷμα; Αἷμα δὲ οὐ ψυχὴ ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ αἵματι ἡ ψυχή ἐστι. Σῶμα γάρ ἐστι τὸ αἷμα ὁρατὸν, ἡ δὲ ψυχὴ ἀόρατός τις ὑπάρχουσα ἐν τῷ αἵματι ἔχει τὸν χῶρον. Καὶ πανταχόθεν ἐλήλεγκταί σου, ὦ Βαρδησιάνη, ἡ κακοπιστία, ἀνατρεπομένη ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας.

Κεφ. γ'. Περὶ δὲ πολλῶν ἀρχῶν ἐπειδήπερ πολλάκις κατὰ τῶν οὕτως λε-

Cap. II. — 1. Repone Οὐαλεντινιανοῖς.

Cap. II. Nam cum ad Valentinos miserrime sese applicasset, ex eorum improbitate pestiferum illud virus ac lolium contraxit. Multa hic perinde et alia principia et productiones invexit. Mortuorum resurrectionem sustulit, itaque privatam haeresin condidit. Porro legis ac prophetarum libros, adeoque vetus ac novum testamentum, necnon apocryphos quosdam adhibet. Verum iste cum iis omnibus, qui eum antecesserunt aut postea secuti sunt, facile confutabitur, ut qui a veritate seipsum abalienaverit, ac velut ex ignea splendentique face in fuliginem conversus sit. Quod enim ad mortuorum excitationem attinet, licet de ea saepius in aliis haeresibus disputatum sit, non gravabor iterum paucis ad eum refellendum eadem de re disserere. Nam si vetus testamentum ac novum admittis, nonne et corrupisse veritatis viam, et a verissima domini vita abhorrere manifeste convinceris? Siquidem princeps ipse dominus, uti nobis resurrectionis arrhabo quidem esset ac primogenitus e mortuis, nostra
caussa mortuus est, ac resurrexit: neque specie tenus est passus, (Col. 1, 18.)
utpote qui sit sepultus, eiusque corpus nonnulli gestaverint, testis
est Iosephus Arimathaeensis, testes illae mulieres quae ad monu- (Matth. 27, 57. Matth. 28.)
mentum unguenta detulerunt, testes centum illae aloës librae, non eam inanem opinionem atque imaginem fuisse. Testes denique angeli, qui id mulieribus declararint. *Surrexit*, inquiunt, *non est hic.* (Marc. 16, 6.)
Quid quaeritis viventem cum mortuis? Neque vero dixit, *Non est mortuus*, sed *Surrexit*, qui in carne passus spiritu perpetuo vivit, ac secundum divinitatem suam perpessionis omnis est expers. Qui e supremis ortus et a patre genitus perpetuo existit. Idem tamen novissimis temporibus ex Maria virgine homo fieri voluit; ut Paulus testatur his verbis: *Factus ex muliere, factus sub lege.* Nunquamne (Gal. 4, 4.)
illam scripturae sententiam exaudisti: *Oportet corruptibile induere in-* (1. Cor. 15, 53.)
corruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem? An non tibi Isaias propheta persuasit, cum ita loquitur: *Et mortui resurgent, et* (Isai. 26, 19)
excitabuntur qui in monumentis sunt? Ad haec dominus ipse, *Resur-* (Matth. 25, 46.)
gent, inquit, *hi in vitam aeternam, et isti in supplicium?* Non illud denique Abelis post mortem cum deo colloquium recordaris, utque (Gen. 4, 10.)
non illius animam, sed sanguinem supplicare dicat, ac deum clamoribus interpellare? Sanguis porro nequaquam anima est, sed in sanguine anima potius inest. Quippe sanguis aspectabile corpus est, anima vero, cum visum omnem effugiat, in sanguine residet. Ita dogmatis tui, o Bardesiane, pravitas ipsius vi veritatis eversa penitus concidit.

De pluribus vero principiis, quoniam adversus alios, qui in eo- Cap. III.

2. Libri habent προςβολάς.

γόντων πολλὰ [1] εἶπον, ἐνταῦθα οὐ πολλὴν ποιοῦμαι τὴν περὶ τούτου
διαλογὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ὑπομνήσει τοῦ ἁγίου ἀποστόλου φάσκοντος ὅτι,
Ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς
κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Πῶς
οὖν πολυθεΐα ἔσται, καὶ πολλαὶ ἀρχαὶ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χρι-
στὸς, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ;
Ἆρα οὖν εἷς ἐστιν ὁ ποιητὴς, καὶ οὔτε πολλοὶ θεοὶ, οὔτε πολλοὶ Αἰῶ-
νες. Ἔφη γὰρ ὅτι, Εἴπερ εἰσὶ πολλοὶ θεοὶ λεγόμενοι, τὸ δὲ Λεγό-
μενοι ὡς οὐχ ὑπαρχόντων ἀπεφήνατο, διὰ δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λεγο-
pag. 479. μένους οὓς ἐθεοποίησαν, ἥλιον καὶ σελήνην, ἄστρα τε καὶ τὰ τούτοις
ὅμοια, ἀποφηνάμενος ἀπέκλεισε πάντων τῶν πεπλανημένων τὴν διά-
νοιαν.

Τῆς δὲ ὑγιοῦς πίστεως πανταχόθεν σωζομένης ἑδραίωμα οὔσης
καὶ σωτηρίας τῶν πιστῶν, ῥᾳδίως ἡ πασῶν τῶν αἱρέσεων ἐπινενοημένη
κενολογία προσανετράπη· ὡς καὶ οὗτος ἀνατραπεὶς, καὶ ἐλεεινὸν ἑαυ-
τὸν καταστήσας, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενώσας τῆς ζωῆς. Φησὶ γὰρ ὁ προ-
φήτης πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὅτι, Θήσομαι ἄνθρακα τὸν
λίθον σου, καὶ τοὺς θεμελίους σου σάπφειρον, καὶ τὰ τείχη σου λί-
θους ἐκλεκτοὺς, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν. Εἶτα ὕστερόν φησι,
Πᾶσα φωνὴ ἢ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις, ἐπὶ δὲ
σὲ οὐ κατευοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ κατισχύσει πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας
πίστιν, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ
κατισχύσουσιν αὐτῆς, ὡς ἐπηγγείλατο αὐτῇ ὁ ἅγιος θεὸς λόγος, ὁ βα-
σιλεὺς αὐτῆς καὶ νυμφίος, καὶ κύριος αὐτῆς καὶ δεσπότης, ᾧ ἡ δόξα,
τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
αἰώνων, ἀμήν. Ταύτης δὲ καὶ αὐτῆς καταπατηθείσης τῆς αἱρέσεως
(ὡς ἀπὸ τομῆς ὄφεως οὖσα κεφαλὴ, καὶ ἔτι σκαρίζουσα, τῷ ξύλῳ τῆς
ζωῆς [2] πιασθεῖσα) αὐτοὶ θεῷ εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τὰς ἄλλας πάλιν δια-
σκοποῦντες ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

ΚΑΤΑ ΝΟΗΤΙΑΝΩΝ,
τριακοστὴ ἑβδόμη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α'. Ἕτερος πάλιν μετὰ τοῦτον Νοητὸς ὀνόματι ἀνέστη, οὐ πρὸ ἐτῶν
πλειόνων, ἀλλ' ὡς πρὸ χρόνου τῶν τούτων ἑκατὸν τριάκοντα, πλείω
ἢ ἐλάσσω, Ἀσιανὸς, τῆς Ἐφέσου πόλεως ὑπάρχων, ὃς ἀλλοτρίῳ πνεύ-
ματι φερόμενος ἠθέλησεν ἀφ' ἑαυτοῦ ἃ μήτε προφῆται, μήτε ἀπόστο-
λοι, μήτε ἐξ ὑπαρχῆς κατέσχεν ἡ ἐκκλησία, μήτε ἐνενοήθη, λέγειν τε

Cap. III. — 1. Vulgo εἰπόντες. 2. Ed. Petav. πιεσθεῖσα.

dem errore versantur, iampridem multa diximus, longam hoc loco
disputationem non instituam. Sed illud ex apostolo duntaxat in me-
moriam revocabo: *Nobis unus est deus pater, ex quo omnia, et nos* 1. Cor. 8, 6.
in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, propter quem omnia, et per
quem omnia, et nos per ipsum. Quomodo igitur deorum illa multi-
tudo principiorumque constabit? *Et unus*, inquit, *dominus Iesus*
Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum.
Quamobrem unus est tantummodo conditor, neque plures dii sunt,
Aeonesve plures. Sic enim dixit: *Si sunt multi qui dicuntur dii.* 1. Cor. 8, 5.
Quam particulam, *Qui dicuntur*, adiecit ideo, ut non esse revera
significaret. Sed cum propter eos qui ab ethnicis esse dicuntur,
quosque illi deos constituunt, puta solem, lunam, sidera, reliqua-
que id genus istud protulerit, nullum aberrantium hominum opinioni
locum reliquit.

Ceterum cum sincera fides undique sarta tecta custodiatur, in
eaque fidelium salus ac firmamentum sit positum, facile universarum
haereseon conficta mendacia dissolvuntur. Quemadmodum et haere-
ticus iste disiectus est, qui se miserrimum in statum redegit, et a
vita penitus alienavit. Etenim propheta ita sanctam dei ecclesiam
alloquitur: *Ponam carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sap-* Isai. 54, 11.
phirum, et muros tuos lapides electos, et propugnacula tua iaspidem.
Deinde subiicit, *Omnis vox, quae adversus te consurget, omnes illos* vers. 17.
vinces; contra te vero non prosperabitur. Nihil enim est quod ve-
ram fidem expugnare possit, quia *super petram aedificata est, et por-* Matth. 16, 18.
tae inferi non praevalebunt adversus illam. Quod eidem deus ver-
bum, rex inquam ipsius ac sponsus ac dominus promisit: cui gloria,
honor, imperium, patri videlicet in filio, cum spiritu sancto, in
secula seculorum, Amen. Postremo cum haec a nobis proculcata
sit haeresis, ac velut avulsum a trunco serpentis caput adhuc pal-
pitans quodam quasi vitae fuste comminutum sit, superest ut actis
rite deo gratiis, ad reliquas contemplandas haereses transeamus.

CONTRA NOETIANOS,
haeresis XXXVII., sive LVII.

Post hunc alius quidam haereticus Noëtus nomine prodiit; ne- Cap. I.
que multis abhinc annis, sed ante hos fere centum ac triginta, in
Asia oriundus, urbe Epheso. Qui alieno spiritu afflatus ea dicere
ac docere ausus est quae nec prophetae nec apostoli nec ecclesia ab
initio tenuit, ac ne cogitavit quidem. Igitur velut quadam elatus

καὶ διδάσκειν. Οὗτος ἀφ' ἑαυτοῦ [1] ἐπάρμασι μανίας ἐπαρθεὶς ἐτόλμησε λέγειν τὸν πατέρα πεπονθέναι. Ἔτι δὲ μείζονί τινι τύφῳ καὶ παραφροσύνῃ ἐνεχθεὶς ἑαυτὸν ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ
pag. 480. Ἀαρών. Ἀλλὰ μεταξὺ τούτων ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἐνηχήσεως οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι τῆς ἐκκλησίας προςκαλεσάμενοι αὐτὸν ἐξήταζον περὶ τούτων ἁπάντων, καὶ εἰ ταύτην τὴν βλασφημίαν περὶ πατρὸς προηγάγετο. Ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἠρνεῖτο ἐπὶ τοῦ πρεσβυτερίου ἀγόμενος, διὰ τὸ μηδένα πρὸ αὐτοῦ ἐξεμέσαι ταυτηνὶ τὴν δεινὴν καὶ ὀλετήριον πικρίαν, ὕστερον δὲ ἀφ' ἧς εἶχε λύσσης εἴς τινας ἄλλους ἐμβαλὼν, ὡς εἰπεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ ὥςπερ δέκα ἄνδρας ἐπαγόμενος, εἰς τύφον μείζονα καὶ θράσος ἐπαρθεὶς, τολμηρὸς γεγονὼς, παρρησίᾳ λοιπὸν τὴν αἵρεσιν ἐδογμάτιζε. Πάλιν δ' αὖ οἱ αὐτοὶ πρεσβύτεροι προςκαλεσάμενοι αὐτόν τε καὶ τοὺς προςφθαρέντας αὐτῷ ἀνθρώπους περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἠρώτων. Ὁ δὲ ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοις ὑποτρίψας τὸ μέτωπον, λοιπὸν παρρησίᾳ ἀντέλεγε, φάσκων, Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα; Ἕνα θεὸν δοξάζω, ἕνα ἐπίσταμαι, καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ, γεννηθέντα, πεπονθότα, ἀποθανόντα. Ὡς οὖν ἐν τούτοις ἔμενεν, ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δόγμα μεμαθητευμένοις. Τελευτᾷ δὲ ὁ αὐτὸς ἔναγχος ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ, οὐχ ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐν δόξῃ, οὐδὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ὁ Ἀαρὼν ἐτάφη ἐν τιμῇ. Ἐρρίφησαν γὰρ ὡς παραβάται, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς τῶν θεοσεβῶν περιέστειλε. Μετὰ τοῦτο οἱ ὑπ' αὐτοῦ τὸν νοῦν φθαρέντες ἐκράτυναν τουτὶ τὸ δόγμα, τούτοις τοῖς ῥητοῖς ὑπαχθέντες οἷς καὶ ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἐξ ἀρχῆς. Ὅτε γὰρ ἐρωτώμενος ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἔφη ἕνα θεὸν δοξάζειν, ἤκουε παρ' αὐτῶν φιλαλήθως ὅτι, Ἕνα θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτοὶ, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν· καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν ἕνα Χριστὸν υἱὸν θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.

Κεφ β'. Ἐκ τούτου οἱ Νοητιανοὶ ἀπόσπασμα ὄντες αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ, τουτὶ τὸ δόγμα δοξάζουσιν, ἐκ τῶν ῥητῶν τούτων πειρώμενοι συνιστᾶν τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμμανῆ διδασκαλίαν [1] ἀφ' ὧν εἶπεν ὁ θεὸς
pag. 481. πρὸς Μωϋσῆν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν· ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔλεγον οὖν, Ἡμεῖς τοίνυν αὐτὸν οἴδαμεν μόνον. Εἰ τοίνυν ἐλθὼν Χριστὸς ἐγεννήθη, αὐτός ἐστι πατὴρ, αὐτὸς υἱὸς, ἄρα αὐτός ἐστι θεὸς ὁ ἀεὶ καὶ νῦν ἐλθὼν, ὡς λέγει ἡ γραφὴ, Οὗτος ὁ θεός σου, οὐ λογι-

Cap. I. — 1. *Ita cod. Rhedig. Editi libri* ἐπ' ἅρμασι.

insania passum esse patrem non dubitavit asserere. Sed et maiori quadam arrogantia ac vecordia elatus sese Moysem, fratrem vero suum Aaronem esse dixit. Inter haec beatae memoriae presbyteri eius rei fama permoti hominem advocant, deque his omnibus interrogant, utrumnam tam contumeliosum in patrem dogma proposuisset. At ille coram presbyterorum consessu productus inficiari primo, quod ante ipsum nemo atrox illud atque exitiale virus evomuisset. Postea vero, cum rabiem suam nonnullis, ut ita dicam, aspersisset, ac decem fere homines sibi adiunxisset, maiorem in superbiam atque insolentiam elatus atque audacior factus palam haeresin suam disseminavit. Proinde rursum idem illi presbyteri tam ipsum quam qui se ad eum infeliciter aggregarent arcessunt, atque iisdem de rebus sciscitantur. Ille cum grege suo frontem perfricans audacter contradicere coepit. Ac quid, inquit, mali feci? Unum deum veneror, unum novi, nec praeter ipsum alterum natum, passum, mortuum. Ad quam opinionem cum constanter adhaeresceret, eum pariter atque eius discipulos ab ecclesia pellunt. Moritur deinde paulo post cum fratre suo; neque tamen aut ille pari ac Moyses olim, aut eius frater, eadem qua Aaron honorificentia sepulti sunt; tanquam enim desertores abiecti sunt, nec ab ullo catholicorum sepulturae mandati. Post haec qui corruptam ab eo doctrinam hauserant istud ipsum dogma corroborarunt, iisdem quibus ipsorum magister initio verbis adducti. Nam cum presbyterorum concilio percontanti dixisset unum se deum colere, vere hoc ab illis responsum audiit: Et nos unum quoque deum colimus, sed quemadmodum legitime illum colere novimus. Itidemque Christum habemus unum, sed quemadmodum novimus, unum Christum dei filium, passum, quomodo passus est, mortuum, quomodo mortuus est. Qui et resurrexit, et in coelum ascendit, et ad patris dexteram manet, et venturus est iudicare vivos et mortuos. Haec nos ac scripturis sacris accepta profitemur, quae et novimus.

Hinc Noëtiani velut ab eo avulsi ac propagati atque universi eius asseclae idem dogma profitentur, ac fanaticam illam doctrinam eiusmodi verbis affirmare conantur quibus Moysem deus affatus est: *Ego sum deus patrum vestrorum. Ego primus, et ego posterior. Non erunt tibi dii alteri etc.* Ex quibus ita colligebant: Nos ipsum novimus solum. Quare si veniens Christus natus est, idem ipse pater est et filius, idem denique deus est qui et semper fuit et in praesentia venit, ut scriptura declarat: *Hic est deus tuus. Non reputa-* Baruch. 3, 35—37.

Cap. II. — 1. *Correxi* ἀφ' ὧν, *quod postulat sententia. Libri habent* ἀφ' ἧς.

σθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ὁρᾷς, [2] φασὶ, πάλιν πῶς ἡ θεία γραφὴ ἡμᾶς συνετίζει, τοῦ μὴ ἄλλον καὶ ἄλλον θεὸν ἡγεῖσθαι, φάσκουσα ὅτι αὐτὸς θεός ἐστι μόνος ἐλθὼν, καὶ αὐτὸς πάλιν ὕστερον ὀφθείς; Πάλιν δὲ ἄλλῳ ῥητῷ κέχρηνται τούτῳ, ὡς λέγει, *Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπόρια Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ δοῦλοι ἔσονται, καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προςκυνήσουσι, καὶ ἐν σοὶ προςεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ.* Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς αἱ θεῖαι γραφαὶ ἕνα θεὸν σημαίνουσι καὶ καταγγέλλουσιν αὐτὸν ἐμφανῆ; καὶ ὁμολογουμένως εἷς ἐστιν ὁ αὐτὸς, ἀεὶ ὤν. Καὶ τούτου ἕνεκα οὐ πολλοὺς θεοὺς λέγομεν, ἀλλ' ἕνα θεὸν τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ, αὐτὸν υἱὸν, καὶ πεπονθότα, ἵνα σώσῃ ἡμᾶς ἐν τῷ ἰδίῳ πάθει, καὶ οὐ δυνάμεθα ἄλλον λέγειν· δῆθεν ἀπὸ τοῦ ἐπιστάτου αὐτῶν μεμαθηκότες ταύτην τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν πονηρὰν ταύτην ὑπόνοιαν καὶ λυμαντικὴν μανίαν Εἶτα ἄλλα ῥητά φασιν εἰς σύστασιν ἑαυτῶν, ὡς ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἔλεγεν, ὅτι καὶ ὁ ἀπόστολος τούτοις μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις. *Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* Βούλονται δὲ διηγεῖσθαι μονοκώλως τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Θεόδοτος. Ἐκεῖνος μὲν φύσει ἀκροτάτως ἄνθρωπον ψιλὸν διηγησάμενος, οὗτος δὲ πάλιν ἄλλην ἀκρότητα μονοτύπως τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐν σαρκὶ πεπονθότα καὶ γεννηθέντα ἡγησάμενος. Οὔτε οὖν ἐκεῖνοι οἱ ἀπὸ Θεοδότου τι ἐν ἀληθείᾳ ἔφασαν, οὔτε οὗτος ὁ Νοητὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἀνόητος δὲ
pag. 482. μᾶλλον τῇ δυνάμει, καθάπερ αἱ θεῖαι γραφαὶ ἀμφοτέρους καὶ πάντας τοὺς πεπλανημένους διελέγχουσι.

Κεφ. γ'. Πάντη δὲ τῷ τὸν νοῦν εἰς θεὸν κεκτημένῳ, καὶ ἐν θείᾳ γραφῇ καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένῳ εὐθυέλεγκτος ὁ αὐτῶν λόγος, καὶ πάσης ἀνοίας ἔμπλεως φαίνεται. Τόλμης γὰρ τὸ ἔργον, καὶ τυφλώσεως ἡ διάνοια, φάσκουσα τὸν αὐτὸν πατέρα ὄντα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, καὶ τὸν αὐτὸν πεπονθότα· ὡς καὶ ἀπὸ ὀρθοῦ λογισμοῦ κριθήσονται οἱ τὰ τοιαῦτα φάσκοντες. Πῶς γὰρ εἴη πατὴρ ὁ αὐτὸς καὶ υἱὸς ὑπάρχων; Εἰ γὰρ υἱὸς ὑπάρχει, πάντως τοῦ τινος υἱὸς εἴη ἀφ' οὗ γεγέννηται· εἰ δὲ πατήρ ἐστιν, ἑαυτὸν γεννᾶν ἀδύνατον. Πάλιν γὰρ τὸ

2. *Libri habent* φησί.

bitur alius ad ipsum. Invenit omnem viam scientiae, et dedit illam Iacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est. Ex his, inquiunt, animadvertere potes quemadmodum scriptura nos sapienter informet, ne alium atque alium deum arbitremur, cum illum deum esse solum asserit qui venerit quique postea sit visus. Alia praeterea ex sacris literis auctoritate contendunt. *Laboravit*, inquit, *Aegyptus et negotiatio Ae-* Isai. 45, 14.
thiopum, et Sabain viri sublimes ad te transibunt, et servi tui erunt. Et ambulabunt post te vincti manicis, et in te adorabunt, et in te deprecabuntur. Quoniam in te deus est, et non est deus praeter te. Tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israel salvator. Vides, opinor, inquiunt, in scripturis unum indicari deum ac manifeste praedicari. Adeoque in confesso est unum illum esse ac semper existere. Ob idque non plures deos affirmamus, sed unum duntaxat deum, qui et pati nihil possit et idem filii pater sit ac filius, qui ideo passus sit, ut nos sua perpessione servaret, nec alium ab eo pronuntiare possumus. Quam quidem fidei professionem ac depravatam opinionem, vel pestiferam potius insaniam, a magistro didicerunt. Quinetiam alia scripturae verba ad errorem stabiliendum adferunt, quibus et eorumdem praeceptor utebatur. Nimirum his verbis apostolum suae opinioni suffragari: *Quorum sunt patres, ex quibus Christus secun-* Rom. 9, 5.
dum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Sic igitur simplex quiddam deo uniusque formae tribuunt, ac Theodotum imitantur. Nam ut iste ad unum extremum declinans, nudum hominem Christum esse disseruit, sic ille aliud ad extremum desciscens eumdem esse patrem, filium et spiritum sanctum, uniusque personae statuit, et hunc ipsum passum ac natum existimavit. Sed neque Theodoti sectatores veri aliquid elocuti sunt, neque Noëtus aut Noëti discipuli, qui Anoëtus, hoc est insipiens, quod ad vim ingenii ac facultatem pertinent, potius est dicendus, cum utrosque ac ceteros omnes a veritate aberrantes sacrae literae redarguant.

Quocirca qui mentem in deo defixam habeat, quique sacrarum Cap. III.
literarum ac spiritus sancti splendore illuminatus fuerit, ei tota illorum doctrina cum facilis ad refellendum, tum amentia omni plena videatur. Est enim insignis cuiusdam hoc audaciae facinus, ac magnopere excaecatam mentem illam oportet esse quae eundem patrem esse dicat et eundem filium, atque eundem denique esse passum. Quae qui garriunt, satis eos recta ipsa ratio discernet. Etenim qui fieri potest ut idem pater sit ac filius? Nam si filius est, necesse est alicuius sit filius, a quo sit genitus. Sin pater est, se ipsum generare nihil potest. Neque enim id ipsum, quod filius di-

καλούμενον υἱὸς ἑαυτὸν οὐκ ἐγέννησεν, ἀλλὰ ἐκ πατρὸς γεγέννηται.
Καὶ ὦ τῆς τῶν ἀνθρώπων πολλῆς φρενοβλαβείας καὶ ἀκατορθώτου
λογισμοῦ. Ἔστι γὰρ τὸ εὔλογον οὐχ ὡς οὗτοι δοξάζουσιν, ἀλλ᾽ ὡς ἡ
ἀλήθεια διὰ τῆς θείας γραφῆς ἡμῖν ὑποδείκνυσιν. Εὐθὺς γὰρ φάσκει
ὁ κύριος, λέγων, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ὃν ᾑρέτισα,
ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· θήσομαι τὸ πνεῦμά μου ἐπ᾽ αὐτῷ. Καὶ
ὁρᾷς πῶς μὲν φωνὴ πατρὸς δεικνύουσα φύσει υἱὸν, ἐφ᾽ ᾧ καὶ τὸ
πνεῦμα αὐτοῦ τίθησιν; Εἶτα δὲ αὐτὸς ὁ μονογενὴς φησι, Δόξασόν
με, πάτερ, ἐν ᾗ δόξῃ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι.
Ὁ δὲ λέγων, Πάτερ, δόξασόν με, οὐχ ἑαυτὸν πατέρα καλεῖ, πατέρα
δὲ τὸν αὐτοῦ γινώσκει. Πάλιν δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, Ἦλθε φωνὴ ἀπ᾽
οὐρανοῦ, ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, αὐτοῦ ἀκούετε. Καὶ οὐκ εἶ-
πεν, Ἐγώ εἰμι ὁ υἱός μου, ἐμοῦ ἀκούσατε, οὐδὲ πάλιν, Γέγονα υἱὸς,
ἀλλὰ, Οὗτος ὁ υἱός μου, αὐτοῦ ἀκούσατε. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἐγὼ καὶ
ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν, οὐκ εἶπεν ὅτι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου εἷς εἰμι,
ἀλλὰ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν. Τὸ δὲ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ,
ὄντος τοῦ ἄρθρου τοῦ Ὁ καὶ τοῦ Καὶ ἀναμέσον, σημαίνει πατέρα φύ-
σει πατέρα, καὶ υἱὸν φύσει υἱόν.

Κεφ. δ'. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Ἐὰν ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἔρ-
χεται, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Πολὺ δὲ σαφέστατόν ἐστι τοῦτο τὸ,
Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ἐκεῖνος ἔρχεται. Οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ, Ἐγὼ
ἔρχομαι, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Ἐγὼ καὶ Ἐκεῖνος ἐσήμανεν ἐνυπόστατον τὸν
υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ πάλιν, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀλη-
pag. 483. θείας τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ἵνα δείξῃ
ἐνυπόστατον τὸν πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον
πνεῦμα. Πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ἄνωθεν ὁ πατὴρ ἐλάλει, υἱὸς
δὲ ἐν Ἰορδάνῃ κατήρχετο, τὸ δὲ πνεῦμα μεσαίτατον ἐν εἴδει περιστερᾶς
ἐφαίνετο καὶ ἦλθεν ἐπ᾽ αὐτὸν, καιτοί γε τοῦ πνεύματος μὴ φορέσαντος
σάρκα, μὴ ἐνδυσαμένου σῶμα. Διὰ δὲ τὸ μὴ νομίζεσθαι συναλιφὴν
εἶναι πρὸς τὸν υἱὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, σχηματίζεται ἐν εἴδει περιστερᾶς,
διὰ τὸ ὀπτάνεσθαι φύσει ἐνυπόστατον τὸ πνεῦμα. Πόθεν δὲ ἀλλαχό-
θεν οὐκ ἔχομεν δεῖξαι κατὰ τούτων τῶν τὴν φρενοβλάβειαν ἑαυτοῖς
ἐγκισσησάντων; Εἰ μὲν γὰρ ἀληθεύει ἡ αὐτῶν διάνοια καὶ ὁ λόγος ὁ
ἕωλος καὶ μὴ ἔχων σύστασιν, μήτε δύναμιν, μήτε συνέσεως λογισμὸν
ἢ ἔμφασιν, ἄρα οὖν ἐκβλητέαι εἰσὶν αἱ γραφαὶ, αἱ γραφαὶ αἱ πάντη
μὲν πατέρα πατέρα γινώσκουσαι, καὶ υἱὸν υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα
ἅγιον πνεῦμα.

Ἀλλὰ τί φάσκεις, ὦ οὗτος; Μὴ πολυθεΐαν ἡγήσοιντο οἱ τὸ σέ-
βας ἀληθινῶς τῇ τριάδι προσφέροντες, οἵτινές εἰσιν υἱοὶ τῆς ἀληθείας

citur, se ipsum genuit, sed est a patre genitus. O incredibilem ho-
minum amentiam et absurdum abhorrensque iudicium! Est enim
profecto rationi consentaneum, non quod opinantur isti, sed quod
per sacras literas veritas ipsa demonstrat. Sic enim dominus loqui-
tur: *Ecce intelliget filius meus dilectus, quem elegi, quem dilexit* Isai. 42, 1.
anima mea: ponam spiritum meum in ipso. Ubi vox illa, *Patris,* eum
qui proprie sit filius manifeste declarat, in quo etiam spiritum suum
collocat. Deinde unigenitus ipse filius, *Glorifica me, pater,* inquit, Ioann 17, 5.
ea gloria quam habuit apud te priusquam mundus fieret. Iam vero
qui sic loquitur, *Pater, glorifica me,* non sese patrem appellat, sed
suum patrem agnoscit. Item alio in loco: *Venit vox de coelo: Hic* Matth. 17, 5.
est filius meus, ipsum audite. Non dixit, *Ego sum filius meus, au-
dite me,* neque, *Natus sum filius,* sed, *Hic est filius meus, ipsum
audite.* Praeterea cum dixit, *Ego et pater unum sumus,* non ita lo-
cutus est, *Ego et pater meus unus sum,* sed, *Ego et pater unum* Ioann. 10, 30.
sumus. Haec enim vocabula, *Ego et pater,* addito articulo ὁ, et
interiecta copula *et,* non obscure declarant patrem proprie esse pa-
trem, filiumque proprie filium.

De spiritu vero sancto sic loquitur, *Si ego abiero, ille veniet,* Cap. IV.
spiritus veritatis. Sed multo illud apertius, *Ego vado, et ille venit.* Ioann. 16, 7.
Neque vero dixit, *Ego vado, et ego venio.* Sed hisce vocibus, *Ego,*
et *Ille,* tam filium hypostasi sua constare quam spiritum sanctum iti-
dem sua demonstrat. Item: *Spiritus veritatis qui a patre procedit,
de meo accipiet.* Quibus verbis ostendit et hypostasin patri propriam
et filio et spiritui sancto esse tribuendam. Ad haec pater ad Iorda- Matth. 3.
nem de coelo locutus est, filius vero ad Iordanem descendit, spi-
ritus sanctus inter utrumque sub columbae specie apparuit, et in hunc
illapsus est. Quamquam spiritus sanctus minime carnem suscepit,
neque corpus induit. Sed ne filius cum spiritu sancto coalescere
confundique crederetur, sub imagine columbae videndum se prae-
buit, uti nimirum spiritus cum singulari ac propria persona cerne-
retur. Denique quam multis illud argumentis adversus istos demon-
strare possumus, qui insanam hanc opinionum amentiam in animo
suo conceperunt! Etenim si verus est illorum sensus et oratio, ab-
surda ea quidem minimeque cohaerens, ac nulla vi neque prudenti
ratiocinatione, ac ne minima quidem huius significatione praedita,
consequens est ut omnes scripturae repudientur, quae ubique et pa-
trem esse patrem, et filium filium, spiritum sanctum spiritum san-
ctum agnoscunt.

Tu vero, mi homo, quid tandem adfers? An illud vereris, ne
deorum illi multitudinem invehant, qui sacrosanctae triadi verum

καὶ τῆς μόνης καθολικῆς ἐκκλησίας; Καὶ οὐχ οὕτως. Τίς γὰρ [1] οὐχ αἱρεῖ ἕνα θεὸν εἶναι τῆς ἀληθείας πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗπερ ὁ μονογενὴς υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ θεὸς λόγος, ἐνυπόστατος λόγος γεγεννημένος ἀληθινὸς ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; Διὸ ἕνα θεὸν ἀσφαλῶς κηρύττει ἡ ἐκκλησία, πατέρα καὶ υἱόν· διότι, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν, τουτέστι μία θεότης, καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία κυριότης. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐνυπόστατον ὂν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τέλειον πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας, τὸ φωτίζον τὰ πάντα, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός, τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ. Διὸ μίαν θεότητα οἶδεν ἡ ἐκκλησία, εἷς θεὸς ὁ τῆς ἀληθείας πατὴρ, πατὴρ τέλειος ἐνυπόστατος, υἱὸς τέλειος ἐνυπόστατος, καὶ ἅγιον πνεῦμα τέλειον ἐνυπόστατον, μία θεότης, μία δεσποτεία, μία κυριότης. Διὸ πάντη σαφῶς κεκηρύχασιν αἱ θεῖαι γραφαὶ ἕνα θεὸν, τουτέστι τριάδα ὁμοούσιον, ἀεὶ οὖσαν τῆς αὐτῆς ταυτότητος, τῆς αὐτῆς κυριότητος.
pag. 484. Καὶ διέπεσεν ἐκ πανταχόθεν ὁ τῆς ἀνοησίας σου λόγος, ὦ ἀνόητε. Τοίνυν τούτων εἰρημένων καὶ ἀντιθέτως πρὸς τὰς τοῦ προειρημένου Νοητοῦ φωνὰς σκοπεῖν ἐξ ὑπαρχῆς χρὴ, καὶ οὕτως τὰ αὐτὰ κεφάλαια ἀνατρέπειν.

Κεφ. ε'. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπειδὴ παρήγαγε τὸ κεφάλαιον ὅτι, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, οὐχ ὁρᾷς ὅτι, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, πῶς τὴν μίαν ἀρχὴν σημαίνει, ἵνα μὴ εἰς πολλὰς ἀρχὰς τρέψῃ τὴν διάνοιαν καὶ εἰς πολυθεΐαν ἀγάγῃ πάλιν τὸν πλανηθέντα νοῦν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ κενοφωνίᾳ τῆς πολυθεΐας; Ὁρᾷς γὰρ πῶς ἑνὶ ὀνόματι κέχρηται, καὶ μιᾷ ὀνομασίᾳ, οὐκ ἀρνούμενος τὸν μονογενῆ θεόν. Οἶδε γὰρ αὐτὸν κύριον, καὶ οἶδεν αὐτὸν θεὸν, διὸ ἀσφαλιζόμενος λέγει, Καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ κύριος τοῦτο λέγων οὐ τὸν αὐτὸν ἐσήμανε πατέρα εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, ἀλλὰ ἔδειξε τὸν μὲν πατέρα πατέρα ὄντα, τὸν δὲ υἱὸν υἱὸν ἀληθῶς, ἐπειδὴ τὸ εἰπεῖν, Εἷς θεὸς, ἐπὶ τῷ πατρὶ οὐχ ὡς ἀρνούμενος ἐπὶ τῷ υἱῷ τὸ εἶναι θεὸς (εἰ γὰρ μὴ θεὸς, οὔτε κύριος· ἐπειδὴ δὲ κύριος, καὶ θεὸς), ἀλλ' εἰς μίαν ὀνομασίαν ἀνάγειν ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἔφραξεν ἡμῖν τὴν πίστιν, ἐναργῶς ἕνα κύριον σημαίνων, ἄρα γε καὶ θεόν. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω, ἐπειδὴ λέγει ἕνα

Cap. IV. — 1. οὐχ αἱρεῖ ego (quamquam magis placeat οὐ χωρεῖ). οὐ χαίρει libri. Οὐκ ἐρεῖ suspicio Petavii fuit.

sincerumque cultum adhibent, quique veritatis et unius catholicae ecclesiae sunt filii? Vehementer erras. Quis enim non asserat unum deum esse veritatis patrem omnipotentem, a quo unigenitus filius vere progressus est, deus verbum, verbum, inquam, in propria persona consistens, et a patre revera sine ullo initio ac tempore genitum? Unum itaque deum caute ac prudenter ecclesia praedicat,
patrem videlicet et filium. *Quoniam*, inquit, *ego in patre, et pater* Ioann. 14, 10.
in me est, et, *Ambo unum sumus*, hoc est una divinitas, et voluntas Id. 10, 30.
una, et una dominatio. Ceterum ex patre spiritus quoque procedit, suapte constans hypostasi, ac re ipsa perfectus veritatis spiritus, qui
illuminat omnia, qui a filio accipit, veritatis, inquam, *spiritus, spi-* Ioann. 16, 14.
ritus patris, spiritus Christi. Itaque unam ecclesia divinitatem agnoscit, estque deus unus veritatis pater, perfectus pater, hypostasi sua praeditus, perfectus filius, suam peraeque habens hypostasin, perfectus denique spiritus sanctus, et suam sibi hypostasin vindicans, una divinitas, unaque dominatio. Quibus de caussis deum unum sacrae ubique literae pronuntiant, nimirum consubstantialem triadem ac semper existentem, cui eadem identitas idemque dominatus attribuitur. Ex quo tua illa, stolidissime mortalium, inepta ratio concidit. His animadversis adversus illas Noëti voces opponendum modo aliquid et ab ipso principio repetendum est, atque eo modo singula capita refellenda.

Quod igitur inprimis illud obiicit: *Unus est deus ex quo omnia,* Cap. V.
et nos in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, et nos per ipsum, 1. Cor. 8, 6.
propter quem omnia, et nos per ipsum, nonne iis ipsis verbis, *Unus deus ex quo omnia, et nos in ipsum*, unum significari principium vides? Ne animum nostrum ad plura cogitanda principia converteret, ac mortalium ingenia vanissima illa deorum multitudine decepta rursus ad eandem asserendam copiam adduceret. Vides enim quemadmodum uno nomine sit usus et appellatione una, non ut unigenitum deum abnegaret. Dominum quippe esse illum intelligit, eundemque deum. Ideo singulari quadam cautione illud adiecit, *Et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Quod cum voci illi, *Dominus*, praecipue affinxit, non eundem indicavit esse patrem, eundemque filium, sed eum qui pater est esse patrem, qui filius, vere filium esse declaravit. Nam et cum de patre loquens unum deum esse dixit, nequaquam filio divinitatem detraxit. Nam si deus non est, neque dominus est, cum autem dominus sit, deus quoque sit oportet. Verum apostolus, ut ad unam appellationem reduceret, a spiritu sancto compulsus ita fidei mysterium nobis aperuit, ut unum dominum, proindeque et deum, aperte monstraret. Nec est tamen, quod

καὶ ἕνα, μὴ ἄρα παρέλιπε τὸν ἀριθμὸν τῆς τριάδος, ἐπειδὴ οὐκ ὠνόμασε τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ὀνομάσας γὰρ πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ κύριον, ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν, Εἷς θεὸς, περὶ πατρὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι κύριον, οὐδὲ πάλιν ἐπειδὴ εἶπε, Καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι θεόν· ἀλλὰ καθάπερ ἐπὶ τῷ πατρὶ ἠρκέσθη ἐπὶ τῇ μόνῃ ὀνομασίᾳ, λέγων, Εἷς θεὸς, σὺν δὲ τῷ Θεὸς δηλονότι ἐστὶ καὶ Κύριος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ υἱῷ ἠρκέσθη [1] τὸ, Εἷς κύριος, σὺν δὲ [2] τῷ, Εἷς κύριος, σύνεστι καὶ τὸ Θεός. Λέγων οὖν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐ [3] κοῦφος ἦν ἀπὸ πνεύματος ἁγίου, ἀλλὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἔφην,
pag. 485 ἐφθέγγετο. Εἴωθε δὲ ἀεὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα οὐ σύστασιν ἑαυτοῦ [4] ποιούμενον, ἵνα μὴ ἡμῖν ὑπογραμμὸν δώσει τοῦ περὶ ἑαυτῶν καὶ ἡμᾶς τὴν σύστασιν ποιήσασθαι. Ἄρα οὖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, ἢ δι᾽ ὃν τὰ πάντα, καὶ ἓν τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀλλότριον θεοῦ, ἐνυπόστατον δὲ ὂν, διότι πνεῦμα θεοῦ, καὶ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ πνεῦμα πατρὸς, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ.

Κεφ. ϛʹ. Εἰ δὲ περὶ τοῦ, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, [1] καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ [2] τοῦ, Σὺ εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, καί σοι δοῦλοι ἔσονται, καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλήν σου· σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ, Οὐχ ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι εἷς θεός ἐστιν; Ἐκ τῶν τοιούτων γὰρ ῥητῶν, ὡς ὑπεδείξαμεν, οὐ νοῶν τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ πανούργως περικόπτων τὰς γραφὰς, λοξὰ μὲν διηγούμενος, ἀνθυπερβάτως δὲ εἰςάγων τοὺς λόγους, οὐκ ἀκολούθως καὶ περὶ πόδα φθέγγεται, οὔτε καθ᾽ εἱρμὸν διηγεῖται ὁ Νοητὸς ἢ οἱ ἐξ αὐτοῦ Νοητιανοὶ νοοῦσιν. Ὥςπερ γε κακῷ κυνὶ ὄνομα Λέων, καὶ τοὺς μηδὲ ὄντως ὁρῶντας καλοῦσι πολλὰ βλέποντας, καὶ τὰς χολὰς γλυκείας φάσκουσι, καὶ τὸ ὄξος μέλι τινὲς ἐπωνόμασαν, καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας τινὲς ἐπωνόμασαν, οὕτω καὶ οὗτος καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ Νοητοῦ ἔχων ὄνομα ἀνόητος ὑπάρχει καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀνοητοῦντες, μηδὲ ὅλως τὴν ἀκολουθίαν ὧν [3] φάσκουσι καὶ ὧν προβάλλονται νοοῦντες, ὡς καὶ πληροῦσθαι ἐπ᾽ αὐτοὺς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου, Μήτε ἃ λέγουσι νοοῦντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

Cap. V. — 1. *Petavius suspicatus est* τῷ.
2. *Vulgo* τὸ.
3. *An* κωφός?
4. *Petavius suspicatus est* ποιεῖν.

Cap. VI. — 1. καὶ *om. libri vulgo. Adieci vero cum etiam supra cap.* 2. *extare viderem.*
2. *Vulgo* τὸ.
3. φάσκουσι *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri vulgo habent* φάσκει.

quisquam existimet, pro eo quod *unum* atque *unum* solummodo dixerit, aliquid de triadis numero esse detractum; quasi spiritus sancti mentionem nullam fecerit. Etenim cum patrem et filium deum nominavit, ac dominum, in spiritu sancto utique nominavit. Nam neque cum de patre agens, *Unus deus*, inquit, *ex quo omnia*, esse illum dominum negavit. Neque contra subiiciens, *Et unus dominus Iesus Christus*, hunc esse deum inficiari voluit. Sed quemadmodum in patre una appellatione contentus hoc tantum dixit, *Unus deus*, qua voce etiam altera, *Dominus*, continetur, ita in filio, *Unus dominus*, duntaxat expressit, qua cum voce dei quoque est appellatio coniuncta. Quare cum de patre ac filio disserebat apostolus, non spiritu sancto vacuus erat, sed in eodem loquebatur, ut diximus. Solet autem spiritus sanctus sui minime commendationem facere, ne exemplum nobis commendandi nostri praebuisse videatur. Est igitur unus deus pater ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, sive propter quem omnia, et unus spiritus sanctus, a deo nequaquam alienus, qui propriam habet personam; quoniam *Dei spiritus est et veritatis spiritus, spiritus*, inquam, *patris ac Christi*.

Quod autem nobis istud obiicit, *Laboravit Aegyptus et negotiatio Aethiopum, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt*, item illud, Cap. VI. Isai. 45, 14.
Tu es deus, et nesciebamus, et tibi servierunt, et ibunt post te vincti manicis, et in te orabunt, quoniam in te deus est, et non est deus praeter te, tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israel salvator, vides, inquit, ex iis, quemadmodum unus duntaxat sit deus? His enim scripturae locis potissimum fretus, ut ante diximus, nec illorum sensum intelligens, sed sacras literas fraudulenter amputans, atque et obliquas narrationes instituens, et sacras auctoritates perverso ordine ac nonnullis praeteritis in medium afferens, nihil consequenter ac seriatim eloquitur, nihil denique penitus intelligit tam Noëtus, quam qui ab eo Noëtiani dicuntur. Atque ut pessimo cuidam cani nonnunquam leonis nomen imponitur, ac caecos multa videntes appellant, et fel dulce nominatur, et acetum mel a quibusdam vocatum est, ac denique Furias nonnulli Eumenidas nuncuparunt, ita in illis accidisse videmus, ut et Noëtus, hoc est intelligens, appellaretur ineptus et insipiens homo, et hoc ipsum nomen perinde inepti illius discipuli consequerentur. Qui quidem eorum quae dicunt ac palam proponunt rationem consequentiamque non intelligunt, ut in his apostoli dictum illud impleatur: *Nec quae dicunt intelligen-* 1. Tim. 1, 7.
tes, nec de quibus asserunt.

Κεφ. ζ. Ὁρᾶτε γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀδελφοὶ, πῶς ἀνώτερον εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ κύριος, ὡς ἔχει ἡ ἀρχὴ τοῦ κεφαλαίου (ὅθεν καὶ δεικτέον ἐπὶ πάσης ἐν αὐτῷ τῷ κεφαλαίῳ ἀληθείας τε καὶ ὑποθέσεως) ὅτι, Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. Ἐγὼ ἐποίησα, φησὶ, τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς, ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην, ἐγὼ ἤγειρα μετὰ δικαιο-
pag. 486. σύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι· οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐ μετὰ δώρων, εἶπε κύριος Σαβαώθ. Εἶτα λοιπὸν, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ αἱ ἐμπορίαι Αἰθιόπων, καὶ τὰ ἑξῆς, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστιν. Ἐν τίνι δὲ φαίημεν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ πατρῴῳ λόγῳ; Καὶ γὰρ ἀληθῶς θεὸς λόγος ὁ υἱὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ πατὴρ γινώσκεται· ὡς λέγει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακεν τὸν πατέρα, καὶ, Ἐγὼ ἐδόξασά σου τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶτα πάλιν ὅτι, Ἐγὼ ἤγειρα βασιλέα. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι φωνή ἐστι πατρὸς ἡ ἰδιάζουσα, ἡ ἐγείρουσα ἐξ αὐτῆς τὸν ἀληθινὸν λόγον βασιλέα ἐπὶ πάντας, τὸν ἐξ αὐτοῦ ἀληθινῶς γεννηθέντα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; ὃς καὶ ἤγειρε πάλιν αὐτὸν τὸν βασιλέα, ὡς λέγει ὁ ἅγιος ἀπόστολος, φάσκων, Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος πνεύματος αὐτοῦ ἐι ὑμῖν· ὅπως συνᾴδῃ τὰ προφητικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ τὰ εὐαγγελικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς προφητικοῖς. Εἶτα, Ἤγειρα βασιλέα· καὶ ὧδε ὁ ἐγείρων Χριστὸν ἐκ νεκρῶν. [1] Τὸ δὲ, Ἐν σοὶ θεός ἐστιν, ὡς μυστηριωδῶς τὰ πάντα καὶ θαυμασίως διηγεῖται ἡ θεία γραφή. Ὥςπερ γὰρ ἐν ναῷ [2] ἐν σαρκὶ προεωρᾶτο, καὶ προκατηγγέλλετο τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδι, διὰ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστροφῆς ἡ θεότης. Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ θεοῦ θεὸς λόγος ὡς ἐν πόλει ἁγίᾳ καὶ ἐν ναῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐνανθρωπήσει καὶ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, θεὸς ὢν κατοικῶν ἐν ναῷ ἁγίῳ λέγει, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Διότι μυστικῶς τὰ πάντα οἰκονομεῖ [3] θεός. Λόγος ἀποσταλεὶς ἀπὸ πνεύματος ἐν σαρκὶ, καὶ σύνδεσμον ἀγάπης δεικνὺς, ἐφέλκεται, καὶ σμικρύνας ἑαυτὸν μέγας ὢν θεὸς, αὐτὸς ὁ λόγος, ἐκ παρθένου διὰ πνεύματος ἁγίου γεννηθεὶς υἱὸς θεοῦ, εἷς ὢν, ἑαυτὸν σαρκὶ καὶ πνεύματι ἕνα τελέσας, ὡς λέγει, Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

Cap. VII. — 1. *Vulgo* ὁ δὲ. 2. ἐν *praepositionem, quae desideratur in libris, adiciendam esse viderunt iam Cornarius atque Petavius.*

Animadvertite enim, fratres carissimi, quid ante scriptura di- Cap. VII.
xerit, seu potius dominus ipse, ut initio capitis scriptum est. Unde ex verissima illa, quae in toto capite est, narratione argumentoque, Christiana fides est commonstranda. Sic enim ait: *Interrogate me* Isai. 45, 11 sqq.
de filiis meis et filiabus, et de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci, inquit, *terram, et hominem in ipsa. Ego manu mea fundavi coelum, ego omnibus stellis praecepi, ego suscitavi cum iustitia regem, et omnes viae eius rectae. Iste aedificabit civitatem meam, et captivitatem convertet: non cum pretio, non cum muneribus, ait dominus exercituum.* Deinde subdit, *Laboravit Aegyptus et negotiationes Aethiopum*, et cetera. *Quoniam in te deus est.* In quo vero alio quam in paterno verbo deum inesse dicemus? Vere quippe deus verbum filius est, in eoque cognoscitur pater, quemadmodum ipse testatur: *Qui vidit me, vidit et patrem.* Item: *Ego glorificavi* Ioann. 14, 9.
nomen tuum in terra. Deinde: *Ego suscitavi regem.* In quo nonne Ioann. 17, 4. Isai. 45, 13.
propriam patris vocem agnoscis, quae verum ex sese verbum excitans regem omnium constituit, eum scilicet quem vere ex se sine ullo initio ac tempore genuit? Qui quidem eundem rursus regem excitavit, ut apostolus his verbis expressit: *Quodsi spiritus eius qui* Rom. 8, 11.
suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum suum in vobis. Ut et prophetarum oracula cum apostolicis, et apostolica cum evangelicis, et evangelica cum apostolicis, apostolica denique cum propheticis consentiant. Sequitur: *Suscitavi re-* Isai. 45, 13.
gem. Et hic declaratur ille qui Christum a mortuis excitavit. At cum dicit, *In te deus est*, quanto cum mysterio, quamque admira- Isai. 45, 14.
biliter omnia scriptura sacra proponit? Etenim in carne velut in templo quodam praevidebatur atque hominum spei per conversionem ad deum ostendebatur divinitas. Siquidem dei filius ac deus ipse verbum, quasi in sancta quadam urbe religiosoque templo, nimirum in assumpta hominis natura et incarnatione deus existens, in sanctissimo inquam templo habitans ita loquitur: *Solvite templum hoc,* Ioann. 2, 19.
et in tribus diebus excitabo illud. Quoniam per mysterium administrat omnia cum carne missus a spiritu deus verbum, atque arctissimum caritatis nexum ostendens allicit, cum se praesertim extenuavit magnus ipse deus, verbumque de virgine interventu spiritus sancti genitus dei filius, qui unus atque idem sese carne spirituque perfecit. Quo illud pertinet: *Qui descendit, ipse est et qui ascendit* Ioann. 3, 13.
filius hominis, qui est in coelo.

3. *Vulgo sine distinctione* θεὸς λόγος ἀποσταλεὶς *cett.*

Κεφ. η΄. Τί οὖν ἐρεῖ Νοητὸς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀνοησίᾳ; Μὴ ἐν τῷ οὐρανῷ σὰρξ ἦν; Δηλονότι οὐκ ἦν. Πῶς οὖν ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ αὐτός pag. 487. ἐστιν ὁ ἀναβάς; ἀλλ' ἵνα τὸν κατελθόντα λόγον σημάνῃ οὐ κάτωθεν ὄντα, ἀλλὰ ἄνωθεν κατελθόντα. Ἐπεὶ δὲ ἐνηνθρώπησεν ἐν σαρκὶ, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἐκ πνεύματος δὲ καὶ σαρκὸς, ἐτελείωσε τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν. Διὰ τοῦτο μίαν ἑνότητα σημαίνων τῆς τοῦ λόγου συνενώσεως καὶ τῆς ἀνθρωπήσεως φάσκει τὸν ἄνωθεν ἥκοντα ἄνω ἀνιέναι ἐν τελειώσει θεότητος. Καὶ γὰρ νῦν ὁ μὴ ὤν ποτε σάρξ ἐστιν ἐκ πνεύματος καὶ παρθένου, ὁ προσενεχθεὶς πατρὶ τέλειος λόγος, ὃς πρὸ τούτου ἐν οὐρανῷ οὐκ ἦν σάρξ. Τί οὖν ἦν ὁ ἐν οὐρανῷ; ἀλλὰ λόγος ὁ ἀπὸ οὐρανοῦ ἀποσταλεὶς, ἔχων τὴν εἰς μίαν θεότητα ἕνωσιν, κατὰ δύναμιν πατρὸς συνηνωμένην, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ ὁ αὐτὸς θεὸς λόγος ὑπῆρχεν, ἄτρεπτος ὢν καὶ ἀναλλοίωτος. Λόγος γὰρ ἦν θεὸς, ἦν ἀεὶ, πνεῦμα ἦν, δύναμις ἦν, [1] ὃς τὸ κοινὸν ὄνομα καὶ παρὰ ἀνθρώποις χωρητὸν ἀνελάμβανεν εἰς ἑαυτὸν, οὕτω καλούμενος υἱὸς ἀνθρώπου, υἱὸς ὢν θεοῦ, καὶ ἐν προφήταις [2] προὼν ὀνομάζετο ὅπερ οὔπω ἐν σαρκὶ ἦν, διὰ τὸ μέλλον ἐν αὐτῷ τελειοῦσθαι. Ὡς καὶ Δανιὴλ ἔφη, Εἶδον ὡς υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Διὸ δικαίως ἐν οὐρανῷ τῷ ὀνόματι [3] τούτῳ τὸν λόγον [4] εἶδε πνεύματι ἁγίῳ ὁ προφήτης υἱὸν ὑψίστου ἀποκαλῶν. Διὸ τὰ πρῶτα ὕστερα σημαίνων ὁ μονογενὴς φάσκει, Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· οὐχ ὅτι δὲ ἄνω ἦν ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ἄνωθεν κατήρχετο, τούτῳ τῷ λόγῳ μέλλων καλεῖσθαι.

Κεφ. θ΄. Ἀλλὰ τί ἐστιν ὃ ἐρεῖς, ὦ οὗτος, ὅτι Οὗτος φησὶν, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ λογισθήσεται ἄλλος; Καλῶς πάνυ ἔφη, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος διαβεβαιοῦται, λέγων, Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός. Θαυμαστῶς διηγεῖται. Οὗτος γὰρ ὁ ὢν ἐστιν ἐπὶ πάντων θεός. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς διδάσκει ἡμᾶς λέγων, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, διὰ τοῦτο ἐπὶ πάντων ἐστὶ θεός. pag. 488. Οὕτω καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ λέγων, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν. Καὶ πάλιν φησὶν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, Ὁ ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὁ ἐρχόμενος

Cap. VIII. — 1. ὃς cod. Rhedig. Vulgo ὡς. 2. Libri πρὸ ὢν. 3. Libri τοῦτον.

Quid ad haec Noëtus cum sua stoliditate atque amentia potest Cap. VIII. obiicere? Num in coelo caro ante versabatur? Minime profecto. Quomodo igitur qui descendit de coelo, ipse est qui ascendit; nisi illud significare voluit, verbum ipsum, quod descenderat, non ex inferiori esse loco, sed e coelo esse delapsum? Posteaquam vero carnem hominis assumpsit, non illam quidem e viri semine susceptam, e spiritu pariter ac carne totum administrationis suae negotium perfecit. Quamobrem ut divini verbi humanaeque naturae coniunctionem et in unam eandemque rem consociationem monstraret, illum ipsum dixit qui e coelo venerat eodem cum absoluta divinitate rediisse. Nunc enim, id quod ante non erat, caro est, de spiritu susceptus ac virgine, perfectum nempe verbum oblatum patri deo, quod antea caro in coelo non fuerat. Quid igitur in coelo fuit aliud praeter verbum e coelo demissum? Cui in unam divinitatem coniunctio conveniebat, secundum paternam vim copulata atque conflata. Quo et illud una declararet, in terra coeloque eundem esse deum verbum, conversionis omnis ac mutationis expertem. Erat quippe verbum, deus erat semper, erat spiritus, vis erat denique. Qui commune illud nomen, quodque homines capere possent, in seipsum suscepit, cum hominis filius appellatus est, quamvis dei filius esset. Qui insuper a prophetis id ipsum quod in carne nondum erat esse ante pronuntiabatur, propter id quod erat in eo perficiendum. Quare ita Daniel loquitur: *Vidi quasi filium hominis venientem in nubibus.* Dan. 7, 13. Unde merito in coelo hoc affectum nomine verbum sancti spiritus afflatu propheta perspexit qui *Filium altissimi* vocavit. Quocirca quae prima sunt posteriori ordine declarans unigenitus dei filius, *Nemo*, inquit, *ascendit in coelum nisi qui de coelo descendit, filius* Ioann. 3, 13. *hominis.* Non quod caro esset in coelo, sed quod e coelo descenderet, qui eiusmodi esset vocabulo nominandus.

Verum quid tandem, mi homo! proferes? Scriptum est, inquit, Cap. IX. *Iste deus est noster, et non aestimabitur alius.* Praeclare vero, quem- Baruch. 3, 36. admodum et apostolus affirmat: *Quorum*, inquit, *patres, ex quibus* Rom. 9, 5. *Christus secundum carnem, qui est super omnia, deus.* Quae quidem admirabiliter ab eo dicta sunt. Hic enim qui est super omnia deus est. Nam cum iis ipse nos verbis doceat: *Omnia mihi tradita sunt* Matth. 11, 27. et *a patre meo*, propterea *super omnia deus est.* Atque ita quoque Luc. 10, 22. Ioannes testatur: *Quod fuit*, inquit, *ab initio, quod audivimus, et* 1. Ioann 1, 1. *oculis vidimus, et manus nostrae contrectaverunt.* Ac rursus in Apocalypsi: *Qui est ab initio, et qui venturus est omnipotens.* Egregie Apoc. 1, 8.

4. εἶπε coniecit Petavius. Verba τῷ ὀνόματι iungenda sunt cum ἀποκαλῶν.

παντοκράτωρ. Καλῶς κατὰ πάντα εἶπε. Καλῶς γὰρ εἶπε, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ ἀκριβῶς ὑπετίθετο. Ἐπὶ πάντας μὲν οὖν ὢν θεός, ἔχων δὲ ἴδιον αὐτοῦ πατέρα, ἐν τῷ λέγειν, Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα. Εἰ δὲ ἦν αὐτὸς πατήρ, πρὸς ποῖον πατέρα ἄρα ἀπῄει, ὦ ἀνόητε; Πάλιν γὰρ λέγει, Ἵνα ὦσιν ἕν, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.

Κεφ. ι'. Ἀεὶ γὰρ ἡ γραφὴ ἀσφαλιζομένη τὰς κατὰ τὸ ἄκρον πτώσεις τῶν ἀνθρώπων ἐκ πανταχόθεν τὸν νοῦν συνάγει ἐπὶ τὴν μέσην τῆς ἀληθείας ὁδόν. Καὶ πρὸς τούτους μὲν τοὺς νομίζοντας ἀλλότριον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, φημὶ δὲ ὡς Ἄρειος νομίζει καὶ ἄλλαι αἱρέσεις, λέγει, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, πρὸς δὲ τοὺς νομίζοντας αὐτὸν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι υἱὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, λέγει, Ποίησον αὐτοὺς ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν· ἵνα καταισχύνῃ Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ σχολὴν, παραγαγὼν εἰς τὸ μέσον τὴν τῶν μαθητῶν ἕνωσιν. Πῶς γὰρ ἠδύνατο Πέτρος καὶ Ἰωάννης, καὶ οἱ καθεξῆς, εἶναι ἓν ὡς κατὰ [1] συναλοιφήν; ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι ἐν μιᾷ ἑνότητι θεότητος, καὶ ἐν μιᾷ γνώμῃ, καὶ δυνάμει, εἰς τὸ ἀποκρούσασθαι πᾶσαν ὑπόνοιαν κατὰ θάτερον τῆς ἀληθείας ἐπανισταμένην. Φίλιππος δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος φάσκει, Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου. Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τὸ Ἐμέ σημαῖνον [2] τὸ Ἑαυτόν λέγων, τὸ δὲ Ἑώρακε τὸν πατέρα, οὐχ Ἑαυτόν λέγων. Ἄλλο γὰρ τὸ Τόν καὶ ἄλλο τὸ Ἐμέ, καὶ ἄλλο Ἐγώ, καὶ ἕτερον τὸ Ἐμέ. Εἰ γὰρ ἦν ὁ αὐτὸς πατὴρ, ἔλεγεν, Ἐγώ εἰμι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀλλὰ ὁ υἱὸς, ἀληθῶς λέγει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ἵνα ἀποκρούσηται τὴν τοῦ Ἀρείου βλασφημίαν, τὴν τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀλλοτριοῦσαν.

Διὸ τῆς πάσης γραφῆς σαφῶς περὶ ἀληθείας ἡμῖν τὴν ὁδὸν ὑποτιθεμένης, καὶ τοῦτον τὸν Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν, Νοητιανῶν
pag. 489. φημι, σὺν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι παρωσάμενοι, ὥςπερ [3] ὀστρακίτην τὸν καλούμενον δράκοντα, τὸν μὴ δυνάμενον κάμπτεσθαι ἐν τῷ καταδιώκειν ἄνθρωπον μήτε δεξιὰ, μήτε εὐώνυμα, ἐκκλίναντες ἀπὸ αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ σχολῆς καὶ μοχθηρίας ἐπὶ τὰς ἑξῆς δυνάμει θεοῦ τὸν νοῦν ἀκοντίσωμεν, πρὸς διήγησιν καὶ ἔλεγχον τῶν ἐν αὐταῖς ἐπινενοημένων κατὰ τῆς ἀληθείας ξενολεξιῶν.

Cap. X. — 1. συναλιφήν *libri omnes. Nec hoc tantum loco.*
2. *Libri vulgo* τὰ ἑαυτόν.
3. *Cf. supra haer.* 40, 8.

plane haec ab illo pronuntiata sunt. Recte, inquam, dixit, *Omnia mihi tradita sunt a patre meo*, accurateque nos docuit. Ille itaque supra omnes deus existit, cum nihilominus patrem babeat suum.
Quod iis verbis expressit: *Vado ad patrem.* At si pater esset ipse, Ioann. 16, 10.
quem tandem ad patrem, o stulte, discederet? Ita quippe rursus
loquitur: *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus.* Ioann. 17, 22.

Etenim scriptura hoc potissimum cavens, ne homines ad ex- Cap. X.
trema quaeque deflectant, medium in veritatis iter ubique sensum intelligentiamque compellit. Quamobrem ut illis occurrat, qui alienum a patre filium esse praedicant, quae est Arii et aliarum secta-
rum opinio, sic loquitur: *Ego et pater unum sumus.* Contra vero, Ioann. 10, 30.
ut eos refellat qui eundem esse patrem et filium asserunt, pro eo
quod dixit, *Ego et pater unum sumus*, ita alio loco precatur: *Fac* Ioann. 17, 21.
ipsos ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus. Quo Noëto eiusque scholae pudorem incutiat, dum illam discipulorum coniunctionem in medium adducit. Qua enim ratione Petrus et Ioannes et ceteri unum esse, velut in unum coalescentes confusique potuerunt? Sed eo nimirum illa dicta sunt quod in unius divinitatis coniunctione eademque sententia ac virtute consistant, ut error omnis excludatur ac falsitas, quae utravis ex parte contra veritatem insurgat. Philippus
vero apostolus hunc in modum Christum alloquitur: *Ostende nobis* Ioann. 14, 8.
patrem tuum. Cui ita respondit: *Qui videt me, videt et patrem meum.* Non dixit, *Ego sum pater*, sed *Me*, quod idem est ac seipsum, adiecit. Item, *Videt*, inquit, *patrem*, non utique seipsum commemorat. Aliud enim est articulus ille τὸν, aliud pronomen ἐμὲ, aliud ἐγὼ, aliud ἐμέ. Nam si ipse pater esset, diceret profecto, *Ego sum.* Quare cum ipse pater minime sit, sed filius vere istud usurpavit: *Qui videt me, videt et patrem*, ad refutandam Arii blasphemiam, quae filium alienat a patre.

Quae cum ita sint ac cum sacrae omnes literae viam nobis veritatis certissime demonstrent, postquam Noëtum istum, ab eoque propagatam Noëtianorum sectam, una cum reliquis repulimus, perinde ac draconem illum qui ostracites, sive testaceus, dicitur, qui cum hominem persequitur, neque in dextram neque in sinistram partem flectere se ullo modo potest, ab illo demum eiusque schola et improbitate declinantes ad ceteras divina ope freti animum adiiciamus, ut peregrinas et absurdas dicendi rationes adversus veritatem in illis excogitatas pertexere ac redarguere possimus.

ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΗΣΙΩΝ,

τριακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α΄. Περὶ Οὐαλησίων ἀκούομεν πολλάκις, οὐ [1] μέντοι ἔγνωμεν ποῦ, τίς, ἢ πόθεν ὡρμᾶτο, ἢ τί λέγων ἢ νουθετῶν ἢ φθεγγόμενος ὁ Οὐάλης οὗτος. [2] Τὸ μὲν ὄνομα Ἀραβικὸν ὑπάρχον τινὰ ὑπόνοιαν ἡμῖν δίδωσι διανοηθῆναι τοῦτον καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν εἰςέτι δεῦρο φέρεσθαι ὡς ἐν ὑπονοίᾳ, καθάπερ ἔφην, τινὰς ὄντας ἐν Βακάθοις τῆς [3] Φιλαδελφηνῆς χώρας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ οἱ μὲν ἐπιχώριοι τούτους Γνωστικοὺς βούλονται λέγειν, οὔκ [4] εἰσι δὲ τῶν Γνωστικῶν· ἕτερα γὰρ τούτων τὰ φρονήματα. Τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα [5] περὶ αὐτῶν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἐν μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ πλείους συνήγοντο ἕως καιροῦ τινος, [6] ἕως εἰς πλάτος ἦλθεν ἡ αὐτῶν ἄνοια, καὶ ἀπεβλήθησαν τῆς ἐκκλησίας. Εἰσὶ δὲ πάντες [7] ἀπόκοποι· καὶ αὐτοὶ [8] δὲ περὶ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν καὶ ἄλλων [9] οὕτως δοξάζουσι. Καὶ ὅταν λάβωσιν ἄνθρωπον εἰς μαθητείαν, καθ᾽ ὅσον μὲν χρόνον [10] οὔπω τῶν μορίων ἀπετμήθη, ἐμψύχων οὐ μεταλαμβάνει, ὅταν δὲ πείσωσι τὸν τοιοῦτον ἢ μετὰ ἀνάγκης αὐτὸν ἀποτέμωσι, τότε πᾶν ὁτιοῦν μεταλαμβάνει, ὡς ἤδη πεπαυμένος ἀγῶνος καὶ μηκέτι ἐπικίνδυνος ὢν εἰς τὸ ἐποτρύνεσθαι διὰ τῶν ἐδεσμάτων εἰς ἡδονὴν ἥκειν ἐπιθυμίας. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἰδίους [11] τοῦτον ἀπαρτίζουσι τὸν τρόπον, ἀλλὰ [12] πολλάκις καὶ ξένους παρερχομένους καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ἐπιξενωθέντας ταύτῃ διέθεντο τῇ [13] ἀγωγῇ, ὡς πολὺς περὶ τούτου [14] θρυλεῖται λόγος. Ἁρπάζουσι γὰρ τοὺς τοιούτους ἔνδον καὶ [15] ἐπὶ συμψελίοις δήσαντες μετὰ
pag. 490. ἀνάγκης τὸ χειρότευκτον ἐργάζονται τῆς τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ τούτων εἰς ἡμᾶς ἧκεν, οὕςπερ γνόντες ἐν ποίῳ τόπῳ τὴν καταμονὴν ἔχουσι, καὶ ὡς τὸ ὄνομα τοῦτο πολὺ τυγχάνει ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις, καὶ ὡς τῆς αἱρέσεως ἕτερον ὄνομα οὐ κατειλήφαμεν, ἐνομίσαμεν ταύτην εἶναι.

Cap. I. — 1. μέν τοί γε *cod. Venet.*
2. καὶ τὸ μὲν *cod. Ven.*
3. Φιλαδελφικῆς *cod. Ven.*
4. εἶναι (*sic*) *cod. Ven.*
5. περὶ αὐτῶν τοῦτον ἔχει τὸν *cod. Venet. Vulgo extat* περιέχει τοῦτον τόν.
6. ὡς *cod. Ven.*
7. ἀπόκοποι πλὴν ὀλίγων, καὶ *extat in cod. Ven.*
8. δὲ *non agnoscit cod. Ven.*
9. *Uti nimirum* Ἀρχὰς *illas et* Ἐξουσίας *exsectas esse et genitalibus carere statuant. Aliam enim haec verba interpretationem non admittunt. At sunt corrupta, aut manca, id quod Petavium suspicatum esse video, quodque patet ex verbis Nicetae Panopl. IV, 30. (Bibl. Patr. Lugd. tom. XXV, p. 129.)*: „Valens quidam Arabs natione fuisse fertur, ex quo evenit, ut eius haeresis in Bacathis pullularet. Sunt autem Bacatha Metrocomia, hoc est primarium oppidum eius Philalphiae, quae in Arabia trans Iordanem sita est. Eadem itaque Valentii quoque de Principiis et Potestatibus cum Archonticis, Sethianis, et ceteris huius

CONTRA VALESIOS,

haeresis XXXVIII., sive LVIII.

Saepenumero de Valesiis audivimus; ita tamen ut de illorum Cap. I.
auctore Valente, ubinam is gentium fuerit, aut undenam excitatus fuerit, quae illius dicta, quae praecepta ac sermones extiterint, nondum comperire potuerimus. Quamquam ex eius nomine, quod Arabicum est, nonnulla nobis suspicio est in eadem illum opinione fuisse, atque ipsius hoc tempore versari sectam, quam esse nonnullorum diximus, qui in Bacathis Philadelphenae provinciae ultra Iordanem habitant. Qui quidem ab eius loci incolis Gnostici nominantur. Quamvis minime Gnostici sint, et ab iis opinionum varietate dissentiant. Verum quae de illis nosse potuimus, ea fere sunt huiusmodi. Principio itaque ecclesiam plerique frequentabant, quod eo usque tenuit donec amplificata diffusaque illorum insania ab ecclesiae consortio segregati sunt. Universi porro castrati sunt. Ac de Principatibus et Potestatibus, ceterisque hunc in modum sentiunt. Quemcumque vero in suam disciplinam receperint, quamdiu nondum ei exsecta virilia sunt, ab animatis abstinet. Posteaquam autem sive illi persuaserint, sive violenter exsecuerint, tum demum, quasi ab omni certamine liber, atque extra periculum omne positus, ne ciborum usu ad libidinum voluptates inflammetur, quodcumque ciborum genus permittitur. Neque vero suos eo modo duntaxat afficiunt, sed etiam peregrinos saepe transeuntes et ad sese divertentes, quemadmodum frequenti de illis rumore spargitur. Hos enim intus correptos, et manicis ac vinculis alligatos, violenter membris suis mutilant. Haec sunt quae de hisce haereticis accepimus; de quibus cum id cognoverimus, quoniam in loco domicilium habeant, ac quemadmodum frequens sit istud in illis regionibus nomen, cum alterius haeresis appellationem nullam acceperimus, iure hanc eandem esse nobis persuasimus.

farinae sentiunt. Sunt autem omnes exsecti; praecipuam enim collocant in eo operam, ut quam plurimos eunuchos habeant."
10. οὕτω *cod. Venet.*
11. τοῦτον γὰρ ἀπαρτίζουσι *cod. Ven.*
12. καὶ πολλάκις καὶ *cod. Ven.*
13. *Ita cod. Ven. Vulgo* διαγωγῇ.
14. θρυλλεῖται *edit. Petav.*
15. *Petavius edidit* ἐπισυμψελίοις, *et margini suae editionis adscripsit*: „Vox ista mihi quidem obscura." *Cod. Venetus habet* ὀπίσω συμψελίοις. Συμψέλιον, *vel* συμψέλλιον, *ut voluit scribi Gatakerus Opp. Critt. p. 810. et Diss. de Novi Instr. Stylo cap. 2. (pag. 9. Opp. Crit.)*, *Latinorum est* subsellium. *Cf. etiam Franc. Francus (Salmasius) in Confutat. Animadv. Antonii Cercoetii p. 79 sq., et Du Cangii Gloss. s. v.* Συμψέλλιον.

Κεφ. β'. Πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τοιούτων. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ βούλονται πληροῦν, τὸ, Ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἓν τῶν μελῶν σου, ἀπόκοψον ἀπὸ σοῦ, συμφέρει γάρ σοι [1] εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἢ χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ κυλλὸν, πῶς δύναται ἐν βασιλείᾳ τινὰ ἠκρωτηριασμένον; Εἰ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τὰ πάντα ἐστὶ τελειοῦσα, οὐδὲν ἀτελὲς ἔχει ἐν ἑαυτῇ. Καὶ ὁπότε τοῦ σώματός ἐστιν ἀνάστασις, πάντα τὰ μέλη ἀναστήσεται, καὶ οὐδὲ ὁπότερον αὐτῶν καταλειφθήσεται. Καὶ εἰ ὅλως τὸ μέλος οὐκ ἐγείρεται, οὐδὲ πᾶν σῶμα ἀναστήσεται. Καὶ εἰ τὸ ἓν μέλος τὸ σκανδαλίζον αὐτὸ μόνον καταλιμπάνεται, οὐδὲν ὅλως καταλειφθήσεται, οὐδὲ ὁπότερον τῶν μελῶν. Πάντα γὰρ ἡμᾶς ἐσκανδάλισε. Τίς δὲ ἀναρρήξει αὐτοῦ τὴν καρδίαν πάντα σκανδαλίζουσαν; Ἔσωθεν γὰρ, φησὶν, ἐκπορεύονται πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀσέλγειαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τίς οὖν ῥήξει τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν; Εἰ δὲ οὐκ ἐγείρεται τὸ σῶμα κατὰ τήν τινων ἄνοιαν καὶ ἀσέβειαν, πῶς ἄρα διοίσει ὁ περὶ τούτων ὁριζόμενος λόγος. Τῶν γὰρ μελῶν ἁπάντων μὴ εἰςερχομένων εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, τίς ἔτι χρεία παρὰ ἓν μέλος γίνεσθαι, τῶν ἄλλων μὴ τοῦτο πληρούντων; Εἰ δὲ ἐγείρεται τὸ σῶμα, ἐγείρεται γὰρ, πῶς ἐνδέχεται ἔτι ἐν βασιλείᾳ οὐρανῶν λώβησις γίνεσθαι; ἢ πῶς οὐκ ἔσται ἀπρεπὴς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐπισινῆ σώματα ἔχουσα πρὸς δόξαν; Εἰ δὲ ὅλως καὶ τμηθείη τὸ μέλος τὸ σκανδαλίζον, ἄρα τέτμηται, καὶ οὐχ ἥμαρτε· τμηθὲν δὲ καὶ μὴ ἁμαρτῆσαν αὐτὸ δεῖ πρῶτον πάντων ἀναστῆναι, μὴ ἁμαρτῆσαν.

Κεφ. γ'. Ὅσοι δὲ εἰς τὸ πρόχειρον τοῦτο ἔργον ἔντολμοι, ἀπὸ πάντων ἑαυτοὺς ἠθέτησαν καὶ ἀπηλλωτρίωσαν. Οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσὶ, διὰ τὸ pag. 491. ἀφῃρημένον, οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν. [1] Προέλαβε δὲ καὶ ἡ τοῦ στεφάνου τοῦ ἀγῶνος καὶ βραβείου τούτου ἐπωνυμία. Οὐδὲ ὁπότεροι γὰρ φανήσονται οὗτοι τῶν τριῶν τάξεων τῶν εὐνούχων τῶν ὑπὸ κυρίου εἰρημένων. Εἰσὶ γὰρ, φησὶν, εὐνοῦχοι, οἳ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῶν ἐγεννήθησαν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀναίτιοί εἰσι τῆς αὐτῶν εὐνουχίας, οὔτε μὴν ἁμαρτίαν ἔχοντες, διὰ τὸ οὕτως γεγενῆσθαι, οὔτε πάλιν ἁμαρτίαν δυνάμενοι πράττειν, τὴν ἀφροδισίων φημὶ, ἐπειδὴ μὴ πέφυκε αὐτοῖς τὰ παιδοποιὰ ὄργανα, τὰ ἐκ θεοῦ κεκτισμένα. Ἀλλ' οὔτε μισθὸν ἔχουσιν εὐνουχίας [2] βασιλείας οὐρανῶν,

Cap. II. — 1. εἰςελθεῖν *in libris Epiphanii tam scriptis quam editis desideratur.*

Cap. III. — 1. „Verbum illud προέλαβε suspectum mihi est.“ *Petavius. Cornarius vertit:* Sed et coronae certaminis ac praemii huius cognomen anteverterunt. *Si sana scriptura est, necesse est* προλαβεῖν *hoc loco interpretemur* temere occupatum esse.

2. *Mallem* βασιλείαν.

Sed horum insignis quaedam est stultitia. Nam si illud exequi Cap. II. volunt quod est in evangelio scriptum: *Si scandalizaverit te ullum ex* Matth.18, 8. *membris tuis, abscinde abs te: expedit enim tibi intrare in regnum coelorum claudum, aut mancum, aut curvum etc.*, quomodo regnum coelorum ingredi mutilus quispiam potest? Nam si coelorum regnum perfecta habeat omnia, nihil in se habet imperfectum. Itaque cum hominum corpora resurgent, universa simul membra resurgent, sic ut eorum nullum penitus relinquatur. Ac si omnino resurgere membrum aliquod negemus, ne totum quidem corpus resurget. Quod si membrum illud unum, quod scandalizat, relinquendum sit, consequens est nullum ut prorsus relinquatur. Etenim membra nos omnia scandalizaverunt. Quis autem est qui cor suum in omnibus scandalum obiiciens avellere atque amputare possit? Quippe, *Ex interioribus*, inquit, *exeunt fornicationes, adulteria, libidines, et id genus cetera.* Matth. 15, 19. Ecquis igitur cor suum abrumpet? Ac si, ut nonnullorum fert impietas et amentia, corpus minime resurgit, quid tandem nostra refert, quod ab illis asseritur? Cum enim universa membra coeleste regnum minime ingredi possint, quid attinet uno solum mutilari membro, cum id alia nequaquam perficiant? Iam vero si corpus excitatur (uti vere accidit), estne ut in regno coelorum mancum aliquid sit aut mutilum? Nonne turpis quaedam coelestis illius regni futura species est, si truncata membra ad sempiternam illam gloriam admittantur? Praeterea si membrum illud, quod scandalum praebet, abscissum fuerit, amputatum utique est, ac proinde nec peccavit. Quod cum ita sit, primum omnium resurgere ipsum oportet, quod minime peccaverit.

Verum quicumque ad hoc perpetrandum facinus prompti sunt, Cap. III. et audaces, ab omni genere hominum alienos se extorresque fecerunt. Nam neque viri sunt, propter amputatam illam corporis partem, neque feminae, repugnante scilicet naturae conditione, esse possunt. Sed et istiusmodi certaminis corona ac praemium appellatione nulla concipi potest. Siquidem ex tribus spadonum ordinibus, quos dominus recensuit, ad nullum omnino revocari possunt. *Sunt* Matth. 19, 12. *enim*, inquit, *eunuchi, qui ex ventre matris suae nati sunt.* Illi vero nullam castrationis suae culpam sustinent, neque ullo se scelere obstrinxerunt, eo quod ita in lucem prodierint. Sed neque peccatum ullum admittere possunt, quod ad rem quidem veneream attinet, cum membris illis careant quae ad sobolis propagationem a deo sunt condita. Ideoque nullum ex ea castratione regni coelestis praemium

διὰ τὸ ἀγῶνος μὴ [3] μεμνῆσθαι. Εἰ δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν [4] μεμύηνται οἱ τοιοῦτοι, μὴ δυνάμενοι πράττειν [5] ὃ μὴ δεῖ πράττειν, καὶ μὴ πράττοντες μισθὸν οὐκ ἔχουσιν. Οὐ γὰρ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸ ἔργον παρ᾽ αὐτοῖς οὐ πέπρακται, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι. Καὶ αὕτη μὲν ἡ ἀγωγὴ τῆς πρώτης ὑπὸ κυρίου εἰρημένης εὐνουχίας, τῆς διὰ τῶν μητέρων [6] γεννωμένης, ἐξ ὧν οὐ δύνανται οὗτοι [7] ὑπάρχειν.

Κεφ. δ'. [1] Καί εἰσιν εὐνοῦχοι οἵτινες ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχίσθησαν, φησὶν ὁ σωτήρ. Καὶ οὔτε ἀπὸ τούτων εἰσὶν οἱ προειρημένοι. Οὗτοι μὲν γὰρ γεννῶνται, οἱ [2] δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων εὐνουχισθέντες ἕνεκεν χρήσεως, ἢ βασιλικῆς, ἢ ἀρχοντικῆς. Βουλόμενοι γάρ τινες τῶν βαρβάρων βασιλεῖς, ἢ καὶ τύραννοι, ζηλοτυπίας χάριν καὶ ὑπονοίας τῆς πρὸς τὰς γαμετὰς τὰς ἰδίας ἔτι κομιδῇ νέους τοὺς παῖδας λαμβάνουσι, καὶ εὐνουχίζουσι τούτους, πρὸς τὸ ἀνδρυνθέντας [3] πιστεύεσθαι τὰς ἰδίας αὐτῶν, ὡς ἔφην, γαμετάς, καὶ οὕτως ἐν τῷ κόσμῳ γέγονεν ἡ περὶ τούτου αἰτία. Ὅθεν τάχα οἶμαι καὶ τὸ εὐνοῦχον καλεῖσθαι, [4] ἀπὸ τοῦ εὐνοεῖν δύνασθαι [5] ἀφαιρουμένων τῶν μελῶν, [6] καὶ μὴ ἐπεντρίβεσθαι μίξει τῶν σωμάτων, ὡς [7] τῶν ὀργάνων ἀφῃρημένους. Ἑτέρα τοίνυν αὕτη ἡ τάξις ἐκ παιδὸς λαμβανομένη καὶ εὐνουχιζομένη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐχὶ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Κεφ. ε'. Καί εἰσι, [1] φησὶν, εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν [2] τῶν οὐρανῶν. Τίνες τοίνυν εἶεν οὗτοι, ἀλλ᾽ ἢ οἱ γενναῖοι ἀπόστολοι, [3] καὶ μονάζοντες, καὶ οἱ καθεξῆς παρθένοι; Ἰωάννης μὲν καὶ Ἰάκωβος, υἱοὶ Ζεβεδαίου, μείναντες [4] ἐν παρθενίᾳ, μήτε μὴν
pag. 492. ἰδίαις χερσὶ τὰ μέλη ἀποτεμόντες, μήτε συναφθέντες γάμῳ, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ καρδίᾳ ἀγωνισάμενοι, καὶ θαυμασίως τὸ κλέος [5] τοῦ στεφάνου τούτου τοῦ ἀγῶνος ἀπενεγκάμενοι. Μετ᾽ αὐτοὺς δὲ [6] ὅσαι μυριάδες ἐν τῷ κόσμῳ μονάζοντες, καὶ ἀπὸ μοναστηρίων, καὶ παρθενώνων τουτὶ τοῦ ἀγῶνος τὸ κλέος ἀπηνέγκαντο, οἵτινες σώμασι γυναικῶν οὐκ ἐμίγησαν, ἀλλὰ ἤθλησαν ἐν ἀγῶνι τελειοτάτῳ. Ὡς καὶ Ἡλίας ἐν παλαιᾷ διαθήκῃ εὑρίσκεται, καὶ Παῦλος, λέγων, *Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις, ὅτι καλὸν αὐτοῖς, ἐὰν μείνωσιν οὕτως ὡς κἀγώ· εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν.* Πῶς οὖν αὐτὸς ἔμεινεν; Εἰ μὲν γὰρ ἀποτετμημένος ἦν, καὶ κατ᾽ αὐτὸν ἔμειναν ὁμοιούμενοι αὐτῷ, ἵνα πληρώσωσι τὸ, Ὡς

3 *Ita codd. Venet. Vratislav., et editi. Petavius corrigi voluit* μεμνῆσθαι.
4. *Petavius coniecit* μέμνηνται.
5. *Verba* ὃ μὴ δεῖ πράττειν *restitui ex cod. Veneto.*
6. γεννωμένης ἐν εὐνουχίᾳ *cod. Ven.*
7. ὑπαρέχειν διὰ τὸ χειρότευκτον *cod. Venet.*
Cap. IV. — 1. *Cod. Venetus habet* ἐστὶ καὶ εὐνοῦχοι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχισθέντες.
2. δὲ *om. cod. Venet.*
3. ἐμπιστεύεσθαι *cod. Venet.*
4. *Cornarius vertit:* „ab eo quod εὐνοεῖν, hoc est benevolus esse, ac fidem servare possit, ablatis membris" *cett.*
5. καὶ ἀφαιρουμένων *cod. Venet.*
6. τοῦ μὴ *cod. Venet.*

obtinent, quod certaminis ipsius ne meminerint quidem. Quod si cupiditatum illecebrarumque recordentur, cum quod factu est nefas efficere nullo modo possint, in eo quod abstinent nihil mercedis promerentur. Neque enim ex eo quod admittere noluerint, sed quod non potuerint, non est ab illis facinus illud reipsa profectum. Atque hoc primum est spadonum genus domini oratione declaratum, quod iam tum matris ex utero prodiit. Inter quos nemo illos retulerit.

Et sunt eunuchi, ait salvator, *qui ab hominibus eunuchi facti* Cap. IV.
sunt; a quibus priores diversi sunt. Hi enim cum hac clade nascuntur, posteriores autem ad aliquem regum aut principum usum castrati. Quippe barbari quidam reges aut tyranni, zelotypia atque in uxores suas suspicione commoti admodum pueros exsecant, quos ubi adoleverint, suis, ut dictum est, coniugibus custodes adhibeant. Atque hoc modo calamitatis illius caussa inter homines accidit. Hinc fortassis et eunuchorum appellatio derivatur, a verbo scilicet εὐνοεῖν, quod amputatis hisce corporis partibus benevoli esse possint, neque, utpote membris illis mutilati, ad corporum complexum coitumque sint utiles. Hic igitur alter eunuchorum ordo est, qui a puerili aetate hominum istud manu non coelestis regni caussa patiuntur.

Sequitur deinde, *Et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter* Cap. V.
regnum. Quinam illi esse possunt, nisi egregii illi primum apostoli, tum monachi, ac reliqui virginitatis cultores. Cuiusmodi fuere Ioannes et Iacobus, Zebedaei filii, qui in virginitate persistentes ac neque membra sua propriis amputantes manibus, neque copulati nuptiis, sed animo ac pectore dimicantes certaminis illius coronam ac gloriam summa cum admiratione reportarunt. Secundum quos infinita hominum millia, quae in hoc mundo monasticam vitam amplexa sunt, in monasteriis virginumque coenobiis eiusdem certaminis decus adepta sunt. Quae videlicet nullam cum mulieribus consuetudinem habuerunt, sed omnibus suis numeris absolutum certamen obierunt. Qualem in vetere testamento Eliam fuisse legimus, ac deinceps Paulum, qui dixit, *Dico autem nonnuptis, quoniam bonum est ipsis si* 1.Cor. 7, 8.
maneant sicut ego: si autem non continent, nubant. Quomodo igitur ipse permansit? Si enim exsectus est, et ad illius exemplum accommodati manserunt qui ei similes essent, ut eam consilii partem

7. τῶν *om. cod. Venet.*
Cap. V. — 1. φησὶν *om. cod. Ven.*
2. τῶν οὐρανῶν, *quod vulgo desideratur, ex cod. Ven. adieci.*
3. καὶ οἱ καθεξῆς παρθένοι καὶ μονάζοντες *cod. Venet.*
4. ἐν τῇ παρθενίᾳ *cod. Venet.*
5. τοῦ στεφάνου *non comparet in cod. Ven.*
6. ὅσοι ἐν μυριάδων ἀριθμῷ ἐν τῷ κόσμῳ *cod. Venet.*

κἀγὼ, πῶς ἀποτετμημένος τις ἐδύνατο γῆμαι, εἰ μηκέτι ἐνεκρατεύετο; Καὶ τὸ, Γαμείτωσαν, καὶ μὴ πυρούσθωσαν, ὁρᾷς ὅτι περὶ ἐγκρατείας φάσκει, καὶ οὐχὶ περὶ μελῶν ἀφαιρέσεως; Εἰ δὲ φάσκουσιν οὗτοι διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἑαυτοὺς εὐνουχικέναι, πῶς ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριώσουσι τοῦ εἰρημένου ῥήματος ὅτι, Εἰσί τινες οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἰδίαις χερσὶν ἑαυτὸν εὐνουχίζει, ἄνθρωπός ἐστι, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ τὸ ἀθέμιτον τοῦτο εἰργάσαντο· εἰ δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ οὐδὲν δύναται πρᾶξαι, ὑπὸ ἄλλων δὲ εὐνουχισθῇ, οὐκέτι ἔσται διὰ βασιλείαν οὐρανῶν, διότι ὑπὸ ἀνθρώπων εὐνουχίσθη, ἤτοι δι' αὐτοῦ, ἤτοι διὰ τῶν τοῦτο πεποιηκότων. Πεσεῖται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ στεφάνου καὶ ἀπὸ τοῦ βραβείου, οὐκέτι χάριν ἔχων διὰ τὴν ἀποχὴν τῆς τοιαύτης χρήσεως, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι χρῆσθαι, ἀφῃρημένων τῶν τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως μελῶν. Ἓν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ κριθήσεται, ὡς ὁ λυμαινόμενος ἑαυτοῦ τὸ μέλος, καὶ ὡς ὁ τέμνων ἀλλότριον ἀμπελῶνα. Οὐ γὰρ κατὰ θεὸν ἐπολιτεύσατο, ἀλλὰ κατὰ ἐπιβουλὴν τῷ δημιουργῷ κυρίῳ θεῷ ἀντέστη τοιοῦτος. Ἐπιθυμίᾳ δὲ περισσοτέρᾳ ὁ τοιοῦτος ἐνεχθήσεται. Καὶ γὰρ ὁ εὐνοῦχος ᾄδεται παρὰ τῷ Σοφῷ οὐκ ἀπεχόμενος τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ μὴ δυνάμενος τὴν ἐπιθυμίαν ἐπιτελέσαι, ὡς λέγει, Ἐπιθυμία εὐνούχου ἀποπαρθενεύσει νεανίδα. Καὶ [7] ἐκ πανταχόθεν ὢ τῆς πολλῆς ματαιότητος τῆς ἐν τῷ κόσμῳ πολυτρόπως ἐπινενοημένης.

pag. 493. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ τούτων ἔγνωμεν. Διὸ ἐν συντόμῳ περὶ αὐτῶν εἰρηκότες καὶ, ὡς ἔφην, ὑπονοήσαντες εἶναι τούτους τοὺς προειρημένους, καταλιπόντες τοὺς αὐτοὺς, καὶ καταγελάσαντες ὥςπερ σκορπίου δικέντρου τοῖς μὲν [8] πέρασι καὶ χηλαῖς ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν τῶν πατέρων βίοις ἐναντιωθέντας, ἐν δὲ τῷ κέντρῳ τῷ τύπῳ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἀνθισταμένους, ὑποδήματι ἐστηριγμένῳ καταπατήσαντες τούτους καὶ καταγελάσαντες, τουτέστι διὰ τῶν ῥητῶν τοῦ εὐαγγελίου, κατὰ τὸ ἔθος ἐπὶ τὰς λοιπὰς μεταβαίνοντες ἐνταῦθα λήξωμεν τῆς τούτων ἀβελτηρίας.

ΚΑΤΑ ΚΑΘΑΡΩΝ,

τριακοστὴ ἐννάτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἐννάτη.

Κεφ. α΄. Καθεξῆς δὲ τούτων Καθαροί τινες λεγόμενοι ἐφύησαν, ἀπὸ Ναβάτου τινὸς, ὡς πολὺς ᾄδεται λόγος. Οὗτος ὁ Ναβᾶτος ἐπὶ τῆς Ῥω-

7. *Cornarius vertit:* Et o ingentem vanitatem, undiquaque in mundo multiformiter excogitatam!

implerent, *Sicut ego*, fierine potuit ut exsectus quispiam, nisi continentiam servare posset, uxorem duceret? Illud vero, *Uxores ducant, et non urantur*, nonne ad continentiam pertinere, non ad membrorum mutilationem animadvertis? Quodsi propter regnum coelorum semetipsos castrasse se dixerint, qui tandem ab illa sententia secernere sese possunt, quae nonnullos esse dicit, *qui ab hominibus eunuchi facti sunt*. Cum enim sese aliquis suis manibus exsecat, homo utique est, eiusque manibus scelestum illud facinus admissum est. Sin ille cladem istam sua sibi manu consciscere non potest, sed ab aliis castratus fuerit, non iam illud coelestis regni caussa patietur, eo quod sive per se, sive aliorum opera sibi istud intulerit, ab hominibus eunuchus est factus. Quamobrem coronae spe ac praemii iste prorsus excidet, cum nullam amplius gratiam mereatur, quod ab eiusmodi voluptatis usu temperet, sed ideo illud non possit, quod necessariis ad eam functionem membris sit destitutus. Quocirca par idemque de eo iudicium est ac de illo qui aliquod corporis membrum violarit, aut alienam vitem succiderit. Neque enim divinam ad voluntatem vivendi rationem instituit, sed opifici suo dominoque deo maligne repugnavit. Quinetiam vehementiori cupiditate flagrabit. Etenim spado non a sua cupiditate abstinere, sed eam perficere non posse, a Sapiente dicitur: *Concupiscentia spadonis*, inquit, *devirginabit iuvenculam*. Proindeque o stultitiam incredibilem, varie in hoc orbe terrarum excogitatam! Sir. 20, 4

Atque haec sunt quae de hoc haereticorum genere explorare potuimus. De quibus cum breviter dixerimus, eosdemque esse suspicemur quos antea commemoravimus, relictis ac cum ludibrio reiectis illis qui scorpionis instar bifido aculeo armati prodigiosis brachiorum forcipibus iam tum institutis a patribus vitae rationibus adversati sunt, et adversus sanctae dei ecclesiae formam ac praescriptum infestos aculeos erigunt, iis, inquam, firmiter impresso calceamento, hoc est sacrosancti evangelii, ut solemus, voce protritis et elisis ad reliquas haereses translata oratione hic de illorum stoliditate disputandi finem faciamus.

CONTRA CATHAROS,

haeresis XXXIX., sive LIX.

Proximi ab illis Cathari quidam exorti sunt, a Novato, ut fama percrebuit. Novatus porro Romae persecutionis illius tempore Cap I.

8. πέρασι *emendarunt Cornarius, qui* „extremitatibus ac chelis“ *vertit, et I. B. Cotelerius Eccl. Gr. Monum. III, p.* 581. *Libri habent* τέρασι *vulgo.*

μαίων ὑπῆρχεν, ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ [1] πρὸ Μαξιμίνου γενομένου πρώτου· τάχα οἶμαι Δεκίου τότε ἦν, ἢ Αὐρηλιανοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς προφάσεως τῆς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων ἐπάρματι ἀρθεὶς, ἅμα τοῖς [2] ἐπαγομένοις αὐτῷ μὴ θελήσας κοινωνῆσαι τοῖς μετανοοῦσιν ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, εἰς αἵρεσιν ταύτην [3] τέτραπται, λέγων μὴ εἶναι σωτηρίαν, ἀλλὰ μίαν μετάνοιαν, μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν μηκέτι [4] δύνασθαι ἐλεεῖσθαι παραπεπτωκότα.

Καὶ αὐτοὶ δέ φαμεν εἶναι μετάνοιαν μίαν, καὶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας [5] ταύτης γενέσθαι τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' οὐκ ἀναιροῦμεν τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, εἰδότες τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας καὶ τὸν ἔλεον τοῦ δεσπότου, καὶ τὸ συγγνωστὸν τῆς φύσεως, τὸ εὐρίπιστον τῆς ψυχῆς, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς, τὸ πολύβλυστον τῆς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεως. Διότι οὐδεὶς ἀναμάρτητος, καὶ καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν [6] μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἡ μὲν τελεία μετάνοια ἐν τῷ λουτρῷ τυγχάνει. Εἰ δέ τις παρέπεσεν, οὐκ ἀπόλλει τοῦτον ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία· δίδωσι γὰρ ἐπάνοδον, καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν. Τῷ γὰρ Κάϊν εἶπεν ὁ θεὸς,
pag. 494. Ἥμαρτες, ἡσύχασον, καὶ τῷ παραλυτικῷ, Ἰδοὺ, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε. Καὶ Πέτρον ἀνακαλεῖται ὁ κύριος μετὰ τὸ ἀρνήσασθαι, καὶ ἀντὶ τῶν τριῶν ἀρνήσεων τρὶς αὐτὸν προςκαλεῖται εἰς ὁμολογίαν, Ἀγαπᾷς με, Πέτρε; καί φησι, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.

Κεφ. β'. Σφάλλει δὲ αὐτοὺς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου εἰρημένον, Ἀδύνατον τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας· γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας, ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι τοὺς ἅπαξ ἀνακαινισθέντας καὶ παραπεσόντας ἀνακαινίζειν ἀδύνατον. Οὔτε γὰρ ἔτι γεννηθήσεται Χριστὸς, ἵνα σταυρωθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, οὔτε ἀνασταυροῦν δύναταί τις τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν μηκέτι σταυρούμενον, οὔτε δύναταί τις λουτρὸν δεύτερον λαμβάνειν, ἓν γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα, καὶ εἷς ὁ ἐγκαινισμός. Ἀλλὰ εὐθὺς ἐπιφέρει τὴν τούτων ἴασιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, τὴν ἐκκλησίαν ἰατρεύων, καὶ τῶν αὐτῆς μελῶν ἐπιμελούμενος,

Cap. I. — 1. ὑπὸ *correxit Ios. Scaliger. An potius* πρὸς Μαξιμίνου? — πρὸ τοῦ Μαξιμίνου *legitur in cod. Veneto.*
2. αὐτῷ ἑπομένοις μὴ θελήσασι *cod. Venet.*
3. τέτρεπται λέγειν *cod. Ven.*
4. δύνασθαι τινὰ ἐλεεῖσθαι *cod. Ven.*
5. ταύτην *corr. Petavius.*
6. μιᾷ ἡμέρᾳ *corr. Ios. Scaliger.*

fuit quae eam antecessit quam Maximinus excitavit; quae Decii, ut opinor, aut Aureliani fuit. Quamobrem propter eos qui in illa persecutione lapsi fuerant cum arrogantia una cum suis inflatus eos in communionem nollet admittere qui post persecutionem poenitentiam susceperant, ad eam se convertit haeresin, nullam ut esse spem salutis assereret, atque unam duntaxat esse poenitentiam. Qui autem post baptismum delinqueret, nullam erga eum misericordiam adhiberi posse.

Atqui nos unam esse poenitentiam ultro concedimus, ac per eam iteratae generationis lotionem ad salutem perveniri, sed dei humanitatem ac clementiam minime tollimus, cum et veritatis dogma, et misericordiam domini, et naturae nostrae conditionem venia sane dignam, et animorum inconstantiam, et imbecillitatem carnis, et sensuum in plerisque hominibus distractas ac dissipatas vires perspectas habeamus. Quoniam nemo peccati expers est, *neque mundus a sordibus, ne is quidem cuius est unius diei vita super terram.* Iob. 14, 4. Enimvero perfecta in baptismo quidem poenitentia est. Sed si quis exciderit, non illum sanctae dei ecclesia perditum velit, imo et receptum, et post poenitentiam mutandi consilii facultatem indulget. Nam et Caino deus dixit, *Peccasti, quiesce.* Item paralytico: *Ecce sanus es, noli amplius peccare.* Gen. 4, 7. Ad haec Petrum post negationem revocat dominus, et ad triplicem illam negationem compensandam ter ipsum ad confessionem induxit: *Petre,* inquit, *amas me?* Deinde, *Pasce oves meas.* Ioann. 5, 14.

Sed illos apostoli dictum illud in errorem impellit: *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, et gustaverunt bonum dei verbum ac virtutes futuri seculi, et ceciderunt, rursum renovare crucifigentes sibimetipsis filium dei, et traducentes. Terra enim, quae supervenientem in se saepius imbrem biberit, et produxerit herbam opportunam illis, per quos colitur, particeps est benedictionis. Proferens autem spinas et tribulos reproba est, et maledicto proxima, cuius finis est in combustionem.* Cap. II. Hebr. 6, 4–8. Nam revera qui semel renovati ceciderunt, renovari amplius non possunt. Neque enim nascetur amplius Christus, ut pro nobis in crucem agatur. Neque dei filium in cruce suspendere quispiam potest, qui id ultra perpeti nequit. Neque alteram quis usurpare lotionem potest, quod unus baptismus sit, unaque renovatio. Verum horum omnium remedium statim apostolus subiicit, ut et ecclesiae medicinam faciat, et illius membris consulat. Ait

καί φησι, Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτως λαλοῦμεν· οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου ὑμῶν. Καὶ ὁρᾷς πῶς τὸν ἐγκαινισμὸν μὴ δύνασθαι δεύτερον γενέσθαι τελείως ἀπεφήνατο, τῆς δὲ σωτηρίας οὐκ ἀπέτρεπε τοὺς ἔτι μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας ἐχομένους, καὶ θεὸν ἀντιλήπτορα τῆς ἀγαθοεργίας αὐτῶν καὶ ἀπὸ τῶν παραπτωμάτων τελειότατα μετανοούντων καὶ ἐπιστρεφόντων καὶ μεταμελομένων; Δέχεται οὖν ὁ ἅγιος λόγος καὶ ἡ ἁγία θεοῦ ἐκκλησία πάντοτε τὴν μετάνοιαν, οὐκ ἐξυδαρευομένη, οὐδὲ ῥαθύμους τοὺς τὸν δρόμον τελοῦντας παρασκευάζουσα, ἀλλὰ θεοῦ τὴν χάριν καὶ τὴν φιλανθρωπίαν μὴ [1] ἀνακάμπτουσα, γινώσκουσα δὲ τὸν τρόπον ἑκάστης ὑποθέσεως. Ὡς γὰρ τὴν παρθενίαν ἀπολέσας ἀδυνάτως [2] ἔχει ταύτην κτήσασθαι σωματικῶς, μὴ ἐνδεχομένης τῆς φύσεως, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ λούτρου ἐν
pag. 495. μεγάλοις τισὶ παραπτώμασι περιπεσών· καὶ ὥσπερ ὁ ἀπὸ παρθενίας παραπεσὼν δευτέραν τιμὴν τὴν ἐγκράτειαν ἔχει, οὕτω καὶ [3] εἰς τὸ λουτρὸν ὁ ἐν παραπτώματι μείζονι γενόμενος ἔχει δευτέραν ἴασιν, οὐ τοιαύτην ἐνάρετον κατὰ τὴν πρώτην, οὐκ ἀποβεβλημένην δὲ ζωῆς ἔχει τὴν δευτέραν ἣν κέκτηται. Οὐκ ἀθετεῖ τοίνυν ὁ θεῖος λόγος τὸν μισθὸν, τῶν ἐν μετανοίᾳ καμνόντων.

Κεφ. γ'. Ἔπειτα δὲ αὐτοὶ πάλιν ἀπὸ τούτου προπηδήσαντες καὶ ἄλλα τινὰ ἐφηύραντο. Καὶ γὰρ αὐτοὶ τὴν αὐτὴν ἣν καὶ ἡμεῖς κεκτήμεθα πίστιν λέγουσιν ἔχειν. Οὗτοι δὲ οὐ βούλονται [1] διγάμοις ἐπικοινωνεῖν. Εἰ γάρ τις μετὰ τὸ βάπτισμα συναφθείη γυναικὶ δευτέρᾳ, παρὰ τούτοις οὐκ εἰςδεχθήσεται ἔτι· καὶ τὸ πᾶν ἐστιν ἠλίθιον. Ὡς γὰρ εἴ τις θεάσηταί τινα νηχόμενον ἐν ὕδατι, καὶ ἀγνοῶν τὴν πεῖραν τῆς διανήξεως ἑαυτὸν ἔκδοτον τοῖς ὕδασι δῴη καὶ ὑποβρύχιος γένηται, μὴ ἐν πείρᾳ ὢν, μηδὲ σαφῶς γνοὺς τῶν διὰ χειρῶν τε καὶ ποδῶν τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς προςποριζομένων τὴν ἐπιστήμην, νομίζει δὲ ἁπλῶς τὸ ὕδωρ διαβαστάζειν τὸν ἄνθρωπον, δίχα τῶν ἰδίων χειρῶν· ἢ ὡς εἴ τις ἀκούοι τὸν ἡγεμόνα τιμωροῦντα τούς τι δρῶντας [2] καινῆς φαυλότητος ἄχρι καὶ ἐλαχίστων, καὶ νομίζει μὲν τὴν δίκην ἴσην διεξιέναι κατὰ πάντων, ὡς ἐπὶ τοῦ φόνου, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ διαβάλλοντος τὸν πέλας, ἢ μαχησαμένου· ἢ ὡς ἐὰν ᾖ τις παντάπασιν ἰδιώτης, καὶ θεάσηται τὸν εἰληφότα ἄρχοντα τὴν ἐξουσίαν κατ' ἀλιτηρίων ἀποσπάσαντα μάχαιραν, ἢ κατὰ γοήτων καὶ βλασφήμων, ἢ ἀκαθοσιώτων, νομίζει δὲ τοὺς

Cap. II. — 1. reflectens *vertit Cornarius.* ἀνακόπτουσα *corr. Petavius.*
2. *Suspicor* ἔχεις ταύτην.
3. *H. e.* qui in sacrum lavacrum maius quid peccavit. *Quare non est cur Petavium sequamur mutantem* μετὰ τὸ λουτρὸν *cett.*

itaque, *Confidimus autem de vobis, carissimi, meliora et viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est deus, ut obliviscatur boni operis vestri.* In quo vides quemadmodum et instaurationem illam secundam fieri non posse omnino pronuntiaverit, neque tamen a salute illos excluserit quos peccati sui poeniteret, sed et saluti propinquos esse dixerit, et deum recte ab iis factorum esse susceptorem, qui delictorum suorum absolutam poenitentiam capesserent, seque adeo converterent, animumque mutarent. Quamobrem cum divinus sermo, tum sancta dei ecclesia perpetuo poenitentiam approbat, non quod mollior ac dilutior sit, aut pigriores illos faciat qui in illo stadio decurrunt, sed ut dei gratiam humanitatemque non reiiciat, ac cuiusque caussae modum ac rationem consideret. Ut enim is, qui virginitatem amisit, quod ad corpus attinet, repraesentare illam non potest, cum id minime natura patiatur, ita qui post baptismum in maiora quaedam crimina prolapsus est, perinde ac qui virginitate excidit secundum habet in continentia commendationis gradum: sic ille post baptismum graviore obstrictus scelere secundum habet sanitatis genus. Quod tametsi cum tanta, quanta prius, virtute minime coniunctum sit, non est tamen a consequendae vitae spe ac salutis alienum. Igitur eorum, qui in capessenda poenitentia laborant, fructum ac praemium divinus sermo non reiicit.

Hebr. 6, 9.

Cap. III. Praeterea iidem illi longius ex illo dogmate prosilientes alia quaedam adiecerunt. Aiunt enim se eandem nobiscum habere fidem; sed tamen cum digamis communicare detrectant. Nam si quis post baptismum secundam uxorem duxerit, ab illis non amplius admittitur. Quod quidem plane stolidum est. Ut enim si quis natantem aliquem in aqua viderit, ac natandi usum ignorans sese in aquam commiserit, ac pessum ierit, quod et eius rei sit expers et eorum qui manibus ac pedibus saluti suae consulunt scientia minime sit praeditus, sed ultro aquam existimet citra manuum agitationem hominem sustinere. Aut quemadmodum si quis praefectum audiat in eos animadvertentem qui ulla in re etiam minima deliquerint atque eandem in omnes poenam constitutam arbitretur, quemadmodum in eos qui patricidium commiserint, sic in illos qui aliis calumniati fuerint, aut pugnando lacessiverint. Vel perinde ac si rudis quispiam et imperitus magistratum videat potestate praeditum gladium in sceleratos distringere, velut veneficos aut blasphemos aut perduelles,

Cap. III. — 1. διγάμοις, *quod sententia postulat, habet codex nescio qui manu exaratus, cuius scripturas discrepantes hic illic annotavit A. Schottus in sui libri margine. Vulgo extat* διδαγμοῖς. *Neque aliter cod. Rhedig.*
2. καινῆς *mea est emendatio. Libri habent* καὶ τῆς.

πάντας ἐξουσίαν ἔχειν τῆς τοιαύτης αἰτίας ποιεῖσθαι τὴν δίκην, θεασάμενος δὲ δίκην δόντας ἀνθρώπους καὶ αὐτὸς δὲ τὰ ἴσα [3] μιμησάμενος θελήσει ἀποκτεῖναί τινας, ὡς δῆθεν τοὺς ἠδικηκότας δικάζων, ἁλοὺς δὲ ὁ τοιοῦτος αὐτὸς δίκην δώσει, μὴ εἰληφὼς παρὰ βασιλέως ἐξουσίαν τῶν τοιούτων, καὶ ὅτι τὴν ἴσην ἐνόμιζε κατὰ πάντων ἐξιέναι ψῆφον ἀπὸ τῆς δίκης τῶν νόμων, ἑαυτὸν δὲ ἐν τῇ ἀδικίᾳ διὰ τῆς ἰδίας ἀπειρίας καὶ ἀπαρακολουθησίας ἔκδοτον ἀπωλείας παρασκευάσας· οὕτω καὶ αὐτοὶ τὰ πάντων ὁμοῦ μίξαντες ἐκ πάντων ἐξέπεσαν, καὶ μὴ pag. 496. νοήσαντες τὰ ἀκριβῆ τῆς τοῦ θεοῦ διδασκαλίας ἐπὶ ἑτέραν τρίβον σφαλέντες ἐτράπησαν, οὐκ εἰδότες ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς θείας γραφῆς παράδοσις καὶ ἀκολουθία.

Κεφ. δ'. Τὰ γὰρ εἰς ἱερωσύνην παραδοθέντα διὰ τὸ ἐξοχώτατον τῆς ἱερουργίας εἰς πάντας ἐνόμισαν ἴσως φέρεσθαι. Ἀκηκοότες ὅτι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, ἐγκρατῆ, ὡσαύτως καὶ τὸν διάκονον καὶ τὸν πρεσβύτερον. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι οὐ δέχεται τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ κήρυγμα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνδημίαν τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικὸς δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης. Καὶ ταῦτα ἀσφαλῶς ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία μετὰ ἀκριβείας παραφυλάττεται. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα, μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον ἢ χηρεύσαντα διάκονόν τε καὶ πρεσβύτερον καὶ ἐπίσκοπον καὶ ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί.

Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι ἔν τισι τόποις ἔτι τεκνογονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ ὑποδιακόνους. Τοῦτο οὐ παρὰ τὸν κανόνα, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων κατὰ καιρὸν ῥαθυμήσασαν διάνοιαν, καὶ τοῦ πλήθους ἕνεκεν, μὴ εὑρισκομένης ὑπηρεσίας. Τὸ πρεπωδέστερον γὰρ ἀεὶ ἡ ἐκκλησία ὁρῶσα ἁγίῳ πνεύματι εὖ διαταχθεῖσα ἔγνω ἀπερισπάστους θεῷ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖσθαι σπουδάζειν, καὶ τὰ πνευματικὰ τῶν χρειῶν μετὰ πάσης εὐνουστάτης συνειδήσεως τελειοῦσθαι. Φημὶ δὲ ὅτι πρέπον ἐστὶ διὰ τὰς ἐξαπίνης λειτουργίας καὶ χρείας σχολάζειν τὸν πρεσβύτερον καὶ διάκονον καὶ ἐπίσκοπον θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ λαοῦ προστάσσει ὁ ἅγιος ἀπόστολος λέγων, ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι τῇ εὐχῇ, πόσῳ γε μᾶλλον τῷ ἱερεῖ τὸ αὐτὸ προστάσ-

3. μισάμενος edit. princ.

ac penes universos esse potestatem arbitretur, ut illius criminis poenas constituant, cumque punitos ob id homines viderit, imitari et ipse velit, ac tanquam de reis iudicium exercens mortem illis inferre conetur. Eiusmodi quippe poenas ipse persolvet; tum quod nullam a principe eius rei potestatem acceperit, tum quod aequalem in omnes legibus constitutam poenam esse sibi persuaserit, ac denique per imperitiam inscitiamque suam tali scelere exitium sibi ac perniciem consciverit. Ita etiam illi, cum simul omnia permisceant omnibus exciderunt, cumque divinae disciplinae accurata cognitione careant, alienum in tramitem summo errore deflexerunt. Istud enim nequaquam discernunt, talem esse qualem diximus, in scripturis sacris modum ac rationem praescriptam.

Si quidem quae sacerdotio propter singularem functionis illius dignitatem praecipue tributa sunt, ea ad omnes communiter pertinere iudicant. Cap. IV. Illud quidem audierunt: Episcopum irreprehensibilem esse oportere, unius uxoris virum, continentem, similiter et diaconum et presbyterum. 1. Tim. 3, 2. Ita enim profecto sese res habet, ut post Christi in orbem terrarum adventum, eos omnes qui secundum priores nuptias mortua uxore alteri sese nuptiis illigarint sanctissima dei disciplina reiiciat, propterea quod incredibilis est sacerdotii honor ac dignitas. Atque istud ipsum sacrosancta dei ecclesia cum omni provisione diligentiaque servat. Quin eum insuper, qui adhuc in matrimonio degit ac liberis dat operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, episcopi aut hypodiaconi ordinem admittit, sed eum duntaxat qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit, aut ea sit orbatus; quod in illis locis praecipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur.

Atenim nonnullis adhuc in locis presbyteri, diaconi et hypodiaconi liberos suscipiunt. Respondeo, non illud ex canonis auctoritate fieri, sed propter hominum ignaviam, quae certis temporibus negligenter agere ac connivere solet, ob nimiam populi multitudinem; cum scilicet qui ad eas se functiones applicent non facile reperiuntur. Quod ad ipsam quidem ecclesiam attinet, ea, utpote a sancto spiritu bene ordinata atque constituta, quod decentius est omnibus in rebus considerans, ei rei studere potissimum instituit, ut quae divino numini ministeria praestantur, nulla re, quoad fieri potest, distrahantur, utique spiritalia omnia officia quam optima laetissimaque conscientia gerantur. Hoc igitur dico propter subitas functiones atque officia convenire, ut presbyter ac diaconus, et episcopus deo penitus vacet. Nam si illis etiam qui e populo sunt id ipsum apostolus praecipit: *Ut*, inquit, *ad tempus vacent orationi*, 1. Cor. 7, 5.

σει; Τὸ ἀπερίσπαστον δὲ λέγω εἰς τὸ σχολάζειν κατὰ θεὸν ἐν ταῖς χρείαις ταῖς πνευματικαῖς [1] τελεσιουργουμένη ἱερωσύνη. Ἔξεστι δὲ τῷ λαῷ δι' ἀσθένειαν διαβαστάζεσθαι, καὶ μὴ δυνηθέντας ἐπὶ τῇ πρώτῃ
pag. 497. γαμετῇ στῆναι δευτέρᾳ μετὰ θάνατον τῆς πρώτης συναφθῆναι. Καὶ ὁ μὲν μίαν ἐσχηκὼς ἐν ἐπαίνῳ μείζονι καὶ τιμῇ παρὰ πᾶσιν ἐκκλησιαζομένοις ἐνυπάρχει, ὁ δὲ μὴ δυνηθεὶς τῇ μιᾷ ἀρκεσθῆναι τελευτησάσῃ, [2] ἢ εἰ ἕνεκέν τινος προφάσεως, [3] πορνείας ἢ μοιχείας ἢ κακῆς αἰτίας, χωρισμοῦ γενομένου [4] συνήφθη εἶτα δευτέρᾳ γυναικὶ, ἢ γυνὴ δευτέρῳ ἀνδρὶ, οὐκ αἰτιᾶται ὁ θεῖος λόγος, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ζωῆς ἀποκηρύττει, ἀλλὰ διαβαστάζει διὰ τὸ ἀσθενὲς, οὐχ ἵνα δύο γυναῖκας ἐπὶ τὸ αὐτὸ [5] σχῇ ἔτι περιούσης τῆς μιᾶς, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀποσχεθεὶς δευτέρᾳ, [6] εἰ τύχοι, ἐν νόμῳ [7] συναφθῆναι. Ἐλεεῖ τοῦτον ὁ ἅγιος λόγος καὶ ἡ ἁγία θεοῦ ἐκκλησία, μάλιστα εἰ τυγχάνει ὁ τοιοῦτος τὰ ἄλλα εὐλαβὴς καὶ κατὰ νόμον θεοῦ πολιτευόμενος. Καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ ἀπόστολος ταῖς χήραις, Γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν· οὐδὲ πάλιν ἔλεγε τῷ ἀνδρὶ τῷ τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἔχοντι, καὶ παραδοθέντι τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον σαρκὸς, Ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου· οὐκ ἔλεγε πάλιν, Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Ἔλεγε γὰρ πάλιν, Ὧι τι χαρίζεσθε, κἀγώ· διότι εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς κεχάρισμαι ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Καὶ ὁρᾷς πῶς δίδωσι μετάνοιαν, καὶ μετὰ τὰ παραπτώματα;

Κεφ. ε΄. Πάλιν δὲ ὁ κύριός φησιν, Ἄφετε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν οὐρανῷ ἀφήσει ἡμῖν. Ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ οὕτως φησὶ, Πενθήσω πολλοὺς τοὺς ἐν ἡμῖν παραπεσόντας, καὶ μὴ μετανοήσαντας· ὡς δεικνὺς ὅτι εἰ καὶ παρέπεσαν καὶ μετενόησαν, εἰςδεκτοὶ οὗτοι γίνονται, καὶ οὐκ ἀποβληθήσονται, τοῦ κυρίου γινώσκοντος τί μετὰ ἑκάστου ποιήσειε. Καὶ ὅτι μὲν ὁ κανὼν τῆς ἀληθείας τοιοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα παντί τῳ σαφές ἐστι. Μετὰ γὰρ τὴν πρώτην μετάνοιαν τὴν διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, ἐν ᾗ μετανοίᾳ ἀνεκαινίσθη πᾶς ἄνθρωπος, δευτέρα τις τοιαύτη οὐχ ὑπάρχει. Οὔτε γὰρ δύο εἰσὶ βαπτίσματα, ἀλλὰ ἕν, οὔτε δὶς ἐσταυρώθη Χριστὸς, ἀλλ'

Cap. IV. — 1. τελεσιουργουμένη *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri habent* τελεσιουργημένη *vulgo.*

2. ἢ εἰ ἕνεκεν *de coniectura mea supplevi; nam verba* ἢ εἰ *in libris desiderantur. Petavius cogitavit* ἢ ἕνεκεν.

3. ἢ πορνείας *cod. Venet.*

4. συνήφθη εἶτα *mea est emendatio. Libri habent* συναφθέντα. *Cornarius vertit:* „Qui vero non potuit una mortua contentus esse, ob aliquam caussam, scortationem, aut adulterium, aut separationem ob aliquam malam caussam facta, cum divina scriptura non accusat, si aut vir secundae coniugatur uxori, aut uxor secundo viro, neque ab ecclesia et vita abdicat, sed suffert, propter debilitatem."

5. σχοίη *cod. Venet.*

6. *Vulgo* εἰ τύχοιεν, νόμῳ συναφθῆναι. *Cod. Ven. habet* ἐννόμως, εἰ τύχοι, συναφθῆναι.

7. *Suspicor rescribendum esse* συναφθῇ. Καὶ ἐλεεῖ *cett.*

quanto id magis sacerdoti praescripsit? Nimirum nullis ut impedimentis avocetur, quo in spiritualibus secundum deum negotiis, in ipso usu sacerdotii administrationeque ferietur. Ceterum in populo, propter eius imbecillitatem, tolerari istud potest, ut qui uxore prima contenti esse non possint, ea mortua secundam sibi copulent. Quamquam qui unam duntaxat habuit, maiori ecclesiae iudicio honore dignus est. Sed cui mortua una non sufficit, cum occasione aliqua stupri adulteriique, aut alterius flagitii, cum ea divortium fecerit, is si alteram uxorem duxerit, aut alteri viro mulier nupserit, sacrarum literarum auctoritas ab omni culpa illos absolvit, neque ab ecclesia, aut aeterna vita reiicit, sed propter imbecillitatem tolerandos existimat. Non ita tamen, duas ut altera superstite uxores simul habeat, sed ut ab una separatus, alteram sibi legitime, si lubet, adiungat. Quamobrem erga eiusmodi hominem tam divinus sermo quam ecclesia dei misericordiam adhibet; praesertim si ceteris in rebus religiosus ille sit, et ad divinae legis praescriptum vitae suae rationes accommodet. Quod nisi ita esset, nunquam viduis apostolus dixisset,
Nubant, filios procreent, familiae praesint. Sed neque de homine 1. Cor. 7, 9.
illo qui patris uxorem duxerat, ob idque Satanae in interitum carnis 1. Cor. 5, 5.
traditus fuerat, ita loqueretur: *Ut spiritus salvus sit in die domini.*
Neque illud usurparet: *Confirmate in illum caritatem, ne abundan-* 2. Cor. 2, 7 et 8.
tiore tristitia absorbeatur eiusmodi. Quibus haec adiecit: *Cui aliquid* 2. Cor. 2, 10.
donastis, et ego quoniam si quid donavi, propter vos donavi in facie Christi, ne circumveniamur a Satana: neque enim illius astutias ignoramus. Vides ut poenitentiae locum etiam post delicta concedat?

Ad haec domini illa vox est: *Dimittite invicem peccata, ut et* Cap. V.
pater vester qui in coelis est dimittat vobis. Deinde sic alio loco Matth. 6, 14.
scripsit apostolus: *Lugebo multos, qui in vobis ceciderunt, neque* 2. Cor. 12, 21.
poenitentiam egerunt. Ut ostendat, tametsi ceciderint, ac poenitentiam susceperint, admitti nihilominus, nec omnino reiici. Novit enim dominus quid unicuique facturus sit. Quod igitur veritatis regula ad eam sese formam habeat, nemini est obscurum. Quippe post priorem poenitentiam, quae per secundae generationis lotionem obtinetur, in qua poenitentiae beneficio quilibet renovatus est, eiusmodi secunda amplius nulla poenitentia suppetit. Non enim baptismi duo sunt, sed unus duntaxat. Neque bis in crucem Christus actus

pag. 498. ἅπαξ, οὔτε δὶς ἀπέθανεν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνέστη. Καὶ τούτου χάριν ἐπασφαλίσασθαι δεῖ, ἵνα μὴ παραπεσόντες τὸν στέφανον τοῦ ἀνακαινισμοῦ ἀπολέσωμεν. Ἀλλὰ ἐάν τις παραπέσῃ, καὶ προληφθῇ ἔν τινι παραπτώματι, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἐάν τις οὖν προληφθῇ παραπτώματι ἐν οἵῳ δ' ἂν εἴη, μετανοείτω. Δέχεται γὰρ ὁ θεὸς τὴν μετάνοιαν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἐάν τις παραπέσῃ. Πῶς δὲ μετὰ τοῦτο ποιεῖ αὐτὸς μόνος γινώσκει. Ἀνεξερεύνητα γὰρ τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς παρουσίας οὐ δεῖ κρίνειν, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ ἀποκαλύψει τὰ ἀπόκρυφα τῆς καρδίας, καὶ τότε ἔπαινος ἑκάστου φανερὸς γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται.

Κεφ. ϛ΄. Οὔτε οὖν ἐπαγγελλόμεθα ἐλευθερίαν παντάπασι τοῖς μετὰ τὸ βάπτισμα παραπεπτωκόσιν, οὔτε ἀπαγορεύομεν τὴν αὐτῶν ζωήν. Θεὸς γὰρ ἐλεήμων ἐστὶ καὶ οἰκτίρμων, καὶ ἔδωκε τοῖς μετανοοῦσιν ἐπάνοδον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτόν ἐστι σαφές· τὸ δὲ δεύτερον, οἴδαμεν ὅτι ἐλεήμων ἐστὶν ὁ θεὸς ἐὰν ἐξ ὅλης ψυχῆς μετανοήσωμεν ἀπὸ παραπτωμάτων. Ἔχει γὰρ ἐν χειρὶ ζωὴν καὶ σωτηρίας φιλανθρωπίαν. Καὶ τί μὲν αὐτὸς ποιεῖ αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσται. Πλὴν ὅτι ζημία οὐκ ἔνι ἀπὸ τῆς μετανοίας, οὐδὲ ἀπηγόρευται ὁ μετανοῶν ἀπὸ πάντων σφαλμάτων. Πόσῳ γε μᾶλλον ὁ κατὰ νόμον συναφθεὶς δευτέρᾳ γυναικί; Καὶ ἡ μὲν πρώτη γυνὴ ἐκ θεοῦ τεταγμένη, ἡ δὲ δευτέρα ἐξ ἀσθενείας ἀνθρώπων. Καὶ ἔτι περισσοτέρᾳ εἰ συναφθείη, τὸ ἀσθενὲς ἀεὶ διαβαστάζεται. Φησὶ γὰρ, Γυνὴ δέδεται γάμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλῃ γαμηθῆναι, ἀποφηνάμενος μετὰ τελευτὴν ἀνδρὸς τὸ ἐλευθέριον ἀπὸ ἁμαρτίας, χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, μετὰ τῆς προσθήκης σημάνας [1] τῷ, Ἐν κυρίῳ, ὡς οὐκ εἶναι αὐτὴν ἀλλοτρίαν κυρίου τὴν μετὰ τελευτὴν ἀνδρὸς συναπτομένην ἄλλῳ ἀνδρὶ, ἢ τὸν μετὰ τελευτὴν γυναικὸς συναπτόμενον δευτέρᾳ γυναικὶ, μόνον ἐν κυρίῳ, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος. Καί φησι, Μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν μείνῃ οὕτως. Τὸ, Ἐν κυρίῳ, μὴ ἐν πορ-
pag. 499. νείᾳ, μὴ ἐν μοιχείᾳ, μὴ ἐν κλεψιγαμίᾳ, ἀλλ' ἐν παρρησίᾳ, ἐν σεμνῷ γάμῳ, ἐπιμένειν ἐν τῇ πίστει, ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἐν εὐποιΐαις, ἐν εὐλαβείᾳ, ἐν νηστείαις, ἐν εὐνομίᾳ, ἐν ἐλεημοσύναις, ἐν σπουδαιότητι, ἐν ἀγαθοεργίᾳ. Ταῦτα γὰρ συνόντα καὶ παραμένοντα οὐκ ἀργοὺς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν.

Cap. VI. — 1. *Fortasse* τῆς, Ἐν κυρίῳ, *vel* τοῦ, Ἐν κυρίῳ.

est, sed semel; non bis denique pro nobis mortuus est ac resurrexit. Quamobrem summa ob id adhibenda cautio est, ne, si in peccatum prolapsi fuerimus, instaurationis illius corona nobis pereat. Sed si quis tamen lapsus fuerit, *fueritque in aliquo delicto*, ut apostolus loquitur, *praeoccupatus, vos qui spiritales estis eiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne et tu tenteris.* Quocirca si quis peccato aliquo, quodcumque demum illud sit, occupatus fuerit, huius illum poeniteat. Poenitentiam enim vel post baptismum accipit deus, si quis forte deliquerit. Quid autem deinceps faciat, solus ipse novit. *Inscrutabilia* siquidem *illius iudicia sunt, et investigabiles viae eius;* nec ante illius adventum iudicare quemquam oportet, *donec veniat dominus, qui et revelabit abscondita cordis. Et tunc laus uniuscuiusque manifesta erit. Dies enim declarabit, quoniam in igne revelabitur.*

Gal. 6, 1. — Rom. 11, 33. — 1. Cor. 4, 5. — 1. Cor. 3, 13.

Cap. VI. Quae cum ita sint, neque libertatem iis omnino qui post baptismum deliquerint ostendimus, neque illis spem salutis eripimus. Misericors enim deus est et benignus, ac receptum poenitentibus indulsit. Ac prius quidem est manifestum. De secundo vero illud novimus, misericordem esse deum, si nos ex animo peccatorum poeniteat. Etenim in manu ille vitam et in salutem propensam humanitatem tenet. Quidnam vero faciat, soli est ipsi perspectum. Illud quidem constat, nemini fraudi esse poenitentiam, neque quem peccatorum omnium poenitet reiici aut excludi. Quanto ergo magis idem ei tribuendum est qui cum altera uxore legitimis sese nuptiis illigarit? Nam ut prima uxor a deo constituta est, ita imbecillitati hominum posterior indulta. Quod si alteram praeterea sibi copulet, huius hac in parte toleratur infirmitas. Scriptum est enim, *Mulier alligata est nuptiis, quanto tempore vivit vir eius: sin autem mortuus fuerit vir, libera est, cui vult nubere.* Quo quidem declarat post viri obitum ab omni illam peccato liberam esse, adeo ut contradicere nemo possit. Quod hoc addito significavit, *In domino*, quasi minime a domino sit aliena quae post viri obitum alteri se viro coniunxerit, ut nec illum vicissim qui uxore mortua sese ad secundam applicarit. *Tantum in domino*, ait apostolus. Addit tamen, *Beatior autem est, si sic manserit.* Illud autem, *In domino*, idem est ac non in stupro aut adulterio violationeque matrimoniorum, sed in fiducia et honestis nuptiis persistere, in fide, praeceptis, bonis operibus, religione, ieiuniis, legum observantia, eleemosynis, bonitate, beneficentia. Haec enim cum in nobis insunt ac permanent, non otiosos et infructuosos constituunt in adventum domini.

1 Cor. 7, 39. — 1. Cor. 7, 40.

Καὶ τῇ μὲν ἱερωσύνῃ τὸ πρῶτον τάγμα καὶ ἡ περὶ πάντων ἀκριβολογία, τῷ δὲ λαῷ τὸ σύμμετρον καὶ τὸ συγγνωστόν· ἵνα πάντες διδάσκωνται καὶ κατελεῶνται. Ἐλεήμων γάρ ἐστιν ὁ δεσπότης, καὶ δυνατὸς πάντας σώζειν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ εὐνομίᾳ καὶ ἀληθινῇ πίστει τῆς τοῦ κηρύγματος καθαρότητος. Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ καθαρός. Οὗτοι δὲ ἑαυτοὺς φήσαντες Καθαροὺς ἀπ' αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἀκαθάρτους ἑαυτοὺς ἀποτελοῦσι. Πᾶς γὰρ ὁ ἑαυτὸν ἀποφήνας καθαρὸν ἀκάθαρτον ἑαυτὸν τελείως κατέκρινε.

Κεφ. ζ'. Πολλὴ δὲ ἄνοια τῶν τοιούτων νομιζόντων εἶναί τι, εἰ καὶ ἦν ἀληθὲς τὸ κήρυγμα, περὶ παντὸς τοῦ λαοῦ οὕτως φάσκον. Ἔδει δὲ γνῶμα ὅτι οὐ περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης μόνον τὸ ἔγκλημα ὑπάρχει ψυχῇ, ἢ τὸ διὰ τοῦτο ἐνάρετον γενέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ λοιδορεῖν, μὴ ὀμνύναι ὅρκον, μήτε ἐν ἀληθείᾳ, μήτε ἐν ψεύδει, ἀλλὰ Ναὶ, ναὶ, καὶ Οὒ, οὒ λέγειν, μὴ δολιεύεσθαι, μὴ διαβάλλειν, μὴ κλέπτειν, μὴ [1] ἐμπορεύεσθαι. Ἐκ τούτων γὰρ πάντων συνάγεται ἡμῖν τὰ ῥύπη τῶν ἁμαρτημάτων. Ὡς γὰρ, φησὶν, ὁ πάσσαλος ἀνὰ μέσον τῶν δύο λίθων συντρίβεται, οὕτως ἡ ἁμαρτία ἀνὰ μέσον ἀγοράζοντος καὶ πωλοῦντος. Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πλήθους πάντως καὶ μέθυσοι καὶ πόρνοι καὶ πλεονέκται καὶ τοκισταὶ, καὶ πάντως ὅτι τὰ τοιαῦτα ἔχουσι καὶ τούτοις ὅμοια, ὅτι καὶ ψεύσματα ἑκάστῳ αὐτῶν παρακολουθεῖ. Πῶς οὖν δύνανται ἑαυτοὺς Καθαροὺς ἀποκαλεῖν, διὰ τῆς μιᾶς ὑποσχέσεως τῆς πάσης κατὰ θεὸν πραγματείας περὶ πάντων τῶν σφαλμάτων ἀσφαλιζομένης; Οὐκ ἔγνωσάν τε οὗτοι τὰ ἀκριβῆ τοῦ κηρύγματος, οὐδὲ τίνι ἀφώρισε τὸ ἀκρίβασμα τοῦτο τῆς διγαμίας.

pag. 500. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ παραπεπτωκότες καὶ ἑαυτοὶ, ἐὰν ἐνδείξωνται τελείαν τὴν μετάνοιαν, ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθεσθέντες καὶ κλαύσαντες ἐνώπιον κυρίου, δύνατός ἐστιν ὁ εὐεργέτης καὶ αὐτοὺς ἐλεῆσαι. Οὐ γάρ τι φαῦλον γίνεται ἀπὸ μετανοίας. Δέχεται οὖν τοὺς μετανοοῦντας ὁ κύριος καὶ ἡ αὐτοῦ ἐκκλησία. Ὡς ἐπέστρεψε Μανασσῆς ὁ υἱὸς Ἐζεκίου καὶ ἐδέχθη ὑπὸ κυρίου, καὶ ὁ ἀρνησάμενος πρὸς ὥραν ἅγιος Πέτρος, καὶ κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων, ὃς γέγονεν ἡμῖν ἀληθῶς στερεὰ πέτρα θεμελιοῦσα τὴν πίστιν τοῦ κυρίου, ἐφ' ᾗ ᾠκοδόμητο ἡ ἐκκλησία κατὰ πάντα τρόπον· πρῶτον μὲν ὅτι ὡμολόγησε Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἤκουσεν ὅτι, Ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ τῆς ἀσφαλοῦς πίστεως οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ

Cap. VII. — 1. ἐμπονεύεσθαι edit. princ. ἐμπορνεύεσθαι edit. Petav.

Iam vero sacerdotio primus ordo, accurataque in omnibus vitae ratio tribuitur. Populo vero moderatum quiddam, et ad eorum captum accommodatum et cum quadam indulgentia coniunctum; ut omnes doceantur ac misericordiam consequantur. Misericors quippe dominus est, et servare universos potest, cum praeclaris legum suarum institutis, tum vera puraque Christianae religionis fide. Ille enim purus solus est. At isti dum seipsos Puros esse praedicant, illo ipso suo dogmate impuros sese faciunt. Nam quisquis purum sese ipse pronuntiat, extremae se impuritatis suopte iudicio condemnat.

Sed incredibilis quaedam horum stultitia est, dum aliquam eiusmodi scripturae sententiam esse putant (tametsi verum esse illorum dogma fateamur) quae de universo populo hunc in modum statuat. Scire enim illud debuerant, non in hoc solum genere hominum animos aut culpam contrahere, aut virtute praeditos esse, sed illud praeterea requiri, ut neque convicientur, nec omnino vere falsove iurent, nec aliud quicquam praeter, *Etiam, etiam, Non, non,* usurpent, ne dolo circumveniant, ne calumnientur, ne furentur, ne stuprum committant. Quibus ex omnibus criminum sordes colligimus. Atque, *Ut palus*, inquit, *inter duos lapides conteritur, sic peccatum in medio eius qui emit et vendit.* Ad haec necessarium esse, ut et ebrii et stupratores, et avari, et foeneratores, et eiusmodi, ac similibus vitiis obstricti in populi multitudine versentur, quandoquidem unicuique mendacia adhaerescunt. Quanam igitur fronte puros appellare seipsos singulari illa professione possunt, cum omnis Christianae vitae instituendae ratio ab omni delictorum genere cavendum esse constituat? Igitur Christianae doctrinae accuratam illi formam non norunt, neque cuinam exacta illa de secundis nuptiis praescriptis lex fuerit, prorsus intelligunt. — Cap. VII. — Sir. 27, 2.

Quod ad eos vero spectat, qui in persecutione prolapsi sunt, etiam illis, si in sacco ac cinere sedentes coramque domino flentes perfectam prae se poenitentiam tulerint, beneficus ille deus misericordiam adhibere potest. Nihil enim ex poenitentia mali redundat. Excipit ergo poenitentes dominus, nec non et eius ecclesia. Quemadmodum Manasses Ezechiae filius conversus est, et a domino receptus. Itemque princeps apostolorum Petrus, qui dominum aliquando negavit. Qui quidem solidae petrae instar nobis extitit, cui velut fundamento domini fides innititur, supra quam ecclesia modis omnibus extructa est. Inprimis quidem, quod Christum dei vivi filium esse confessus est, idque vicissim audiit: *Supra hanc* solidae fidei *petram aedificabo ecclesiam meam.* Quoniam diserte verum il- — 2. Par. 33, 13. — Matth. 16, 18.

σαφῶς [2] αὐτὸν ὡμολόγησεν υἱὸν ἀληθινόν. [3] Τῷ γὰρ εἰπεῖν υἱὸν [4] θεοῦ ζῶντος ἔδειξεν υἱὸν γνήσιον εἶναι, μετὰ προσθήκης τῆς Ζῶντος, ὡς ἐν πάσῃ μοι σχεδὸν αἱρήσει περὶ τούτου εἴρηται.

Κεφ. η΄. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ αὐτὸς ἀσφαλίζεται ἡμᾶς, λέγων τοῖς περὶ Ἀνανίαν, Τί ὅτι ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς, ψεύσασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἀνθρώπῳ ἐψεύσασθε, ἀλλὰ τῷ θεῷ. Διότι ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα καὶ οὐκ ἀλλότριον θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα στερεὰ πέτρα οἰκοδομῆς καὶ θεμέλιος οἴκου θεοῦ γεγένηται, ἐν τῷ ἀρνησάμενον αὐτὸν καὶ πάλιν ὑποστρέψαντα, εὑρεθέντα τε ὑπὸ κυρίου καὶ καταξιωθέντα πάλιν ἀκοῦσαι, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, καὶ, Ποίμαινε τὰ ἀρνία μου, καὶ, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Ὁ γὰρ Χριστὸς τοῦτο λέγων εἰς ἐπιστροφὴν ἡμᾶς ἤγαγε μετανοίας, ἵνα ἐν αὐτῷ πάλιν οἰκοδομηθείη ἡ εὐθεμελιώτατος πίστις, ἡ μὴ ἀπαγορεύουσα ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι ἐμπνέουσι τῷ βίῳ καὶ μετανοοῦσιν ἐν ἀληθείᾳ καὶ διορθοῦνται τὰ ἑαυτῶν σφάλματα ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ.

Κεφ. θ΄. Καὶ ἐν τῷ Ἄισματι τῶν ᾀσμάτων, ἔφη αὐτὴ ἡ νύμφη πρὸς τὸν νυμφίον λέγουσα, Ἀποκρίνεται ὁ ἀδελφός μου καὶ λέγει μοι, Ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου, ὅτι ὁ χειμὼν παρῆλθε, τὰ στυγερά τε καὶ ζοφώδη τῆς συννεφίας, καὶ φοβερώτατα, ὡς εἰπεῖν, παρῆλθε, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ· τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, ὁ καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασε, φωνὴ τῆς τρυγόνος pag. 501. ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· ἡ συκῆ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, αἱ ἄμπελοι ὑμῶν κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν· ἵνα δείξῃ πάντα τὰ παρῳχημένα παρελθόντα, ἔαρος δὲ ἄρτι ἀνθοῦντος, καὶ θαλάσσης γαληνιώσης τε καὶ φόβου τοῦ ὑετοῦ διελθόντος, καὶ τῶν παλαιῶν τῆς ἀμπέλου τετμημένων, καὶ τῆς πόας μηκέτι ποαζούσης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνθη ἐκβαλούσης, καὶ τοῦ κηρύγματος τῆς φωνῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ βοώσης, τουτέστιν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, καὶ συκῆς, τῆς ποτε καταραθείσης, ἐκβαλλούσης τοὺς ὀλύνθους, τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας, ἤδη ἐπὶ τοῖς κλώνεσι καὶ δένδρεσι φαινομένους, [1] ἀμπέλους δὲ ἤδη κυπριζούσας τὸ εὔοδμον, τῆς τοῦ εὐαγγελίου πίστεως κήρυγμα. Ἐπειδὴ δὲ εὐθέως κέκληκε τὴν τοιαύτην καὶ εἶπεν, Ἀνάστα, ἐλθὲ, Ἀνάστα ἀπὸ νεκρότητος ἁμαρτημάτων, καὶ Ἐλθὲ ἐν δικαιοσύνῃ, Ἀνάστα ἀπὸ παραπτώματος, καὶ Ἐλθὲ ἐν παρρησίᾳ, Ἀνάστα ἀπὸ ἁμαρτιῶν, καὶ Ἐλθὲ εἰς μετάνοιαν, Ἀνάστα ἀπὸ παραλύσεως, καὶ Ἐλθὲ ἐν τελειότητι, Ἀνάστα ἀπὸ λωβήσεως, καὶ Ἐλθὲ ἐν ὑγείᾳ, Ἀνάστα ἀπὸ ἀπιστίας, καὶ Ἐλθὲ ἐν πίστει, Ἀνάστα ἀπὸ ἀπωλείας, καὶ Ἐλθὲ ἐν εὑρέσει. Ἐπειδὴ δὲ ᾔδει τὸ ὅλον λόγιον, ὅτι μετὰ τὴν πρώτην μετάνοιαν καὶ μετὰ τὴν πρώτην κλῆσιν καὶ ἴασιν, ὡς εἰπεῖν, συμβαίνει τῇ ἀν-

2. αὐτὸν *om. cod. Rhedig.* 3. *Libri habent* Τὸ γὰρ εἰπεῖν *cett.*

lum esse filium asseruit. Cum enim vivi dei filium dixit, adiecta Matth. 16, 16.
Vivi particula, germanum illum esse filium docuit. Id quod in omnibus pene refutandis haeresibus a nobis repetitum meminimus.

Porro de spiritu sancto idem ille nos Petrus certiores efficit, Cap. VIII.
cum sic Ananiam alloquitur: *Quid utique tentavit vos Satanas mentiri* Act. 5, 9.
spiritui sancto? Non homini mentiti estis, sed deo. Hoc enim eo dictum est, quod et ex deo spiritus profectus sit, nec ab eo sit alienus. Verum et ille quoque firmissimus structurae lapis ac divinae domus fundamentum fuit, cum negato Christo reversus ad sese, velut repertus a domino et honore tanto affectus audiit, *Pasce oves meas:* et, *Pasce agnos meos*, ac tertio, *Pasce oves meas.* Quae Ioann. 21, 15—17.
Christus cum dixit, ad poenitentiae nos conversionem induxit, quo rursum in illo solidissime fundata fides aedificaretur, quae nulli hominum vitam ac salutem subtrahit, quamdiu vivi ac spirantes sunt, atque ex animo poenitentiam suscipiunt, ac denique sua in hoc mundo delicta corrigunt.

Siquidem in Cantico Canticorum eadem sponsa hunc in modum Cap. IX.
sponso loquitur: *Respondet frater meus, et dicit mihi, Surge propinqua mea; formosa mea, columba mea, quoniam hiems transit.* Cant. 2, 10.
Hoc est, tristis illa ac tenebrosa terribilisque, ut ita dicam, nebularum caligo transiit. *Imber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra* Cant. 2, 11.
nostra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineae nostrae germinarunt, dederunt odorem. Ut praeterita omnia transiisse monstraret, ac vernum modo tempus florere, pacatum mare ac tranquillum esse, imbrium timorem praeteriisse, vetera sarmenta vitis amputata, herbas porro non modo virescere, sed et flores edidisse. Cum et praedicationis vox in deserto, hoc est in terra nostra, clamaret, ac ficus illa quondam execrata grossos suos produceret, nimirum poenitentiae fructus, qui in ramis sunt arboribusque conspicui, vites denique parturire flores, id est fragrantem evangelicae fidei praedicationem coepissent. Postquam autem subito eam compellavit, ac dixit, *Surge, veni*, surge a morte peccatorum et veni in iustitia, surge a delicto, et veni cum fiducia, surge a peccatis, et veni ad poenitentiam, surge ab affecta valetudine, et veni in sanitate, surge ab infidelitate, et veni in fide, surge a perditione, et veni in recuperatione. Ac cum scriptura sacra nequaquam ignoraret post priorem poenitentiam ac vocationem et sanitatem, ut ita dicam, quamplurima

4. ζῶντος θεοῦ *cod. Rhedig.*

CAP. IX. — 1. *Corrigendum videtur* ἀμπέλους δὲ ἤδη κυπριζούσης.

θρωπότητι πολλὰ παραπτώματα, πάλιν λέγει, Ἀνάστα, ἐλθὲ σὺ, περιστερά μου. Δεύτερον ταύτην καλεῖ, καὶ οὐχ ἅπαξ. Τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἴσον τῷ πρώτῳ. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ προτέρᾳ κλήσει οὕτως, Ἀνάστα ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. Τὸ μὲν πρῶτον, Ἀνάστα, ἐλθὲ, καὶ οὐκ εἶπε καὶ, Ἐλθὲ σύ. Καὶ τὸ δεύτερον προςτίθησι τὸ ἄρθρον, ἵνα δείξῃ κλῆσιν [2] δευτέραν οὐ παρηλλαγμένην μετὰ τὴν πρώτην, [3] ἀλλ' ἢ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἀπὸ παραπτωμάτων πάλιν ὀρεγομένην χεῖρα ἐπιδέξιον καὶ ἐπουράνιον φιλανθρωπίας. Καὶ ἐλθὲ, φησὶ, περιστερά μου, ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος· ἐν σκέπῃ πέτρας, ἐν φιλανθρωπίᾳ Χριστοῦ καὶ ἐν ἐλέει κυρίου, τουτέστι σκέπῃ πέτρας, σκέπῃ ἐλπίδος καὶ πίστεως καὶ ἀληθείας· ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος, τουτέστι πριν ἢ κλεισθῆναι τὴν πύλην, πριν ἢ ἔσω περιβόλων γενόμενος ὁ βασιλεὺς μηκέτι εἰςδέξηται μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν τε καὶ θάνατον, ὅτε οὐκέτι ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος, ἀλλὰ ἀπεκλείσθησαν αἱ πύλαι, καὶ οὐκέτι ἔνι διορθώσασθαι.

Κεφ. ι'. Ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι αἰῶνι, μετὰ τὴν ἀνθρώπου ἀπαλλαγὴν, οὐ
pag. 502. νηστείας πορισμὸς, οὐ μετανοίας κλῆσις, οὐκ ἐλεημοσύνης ἐπίδειξις, ἀλλ' οὔτε ἐγκλημάτων ἔργα, οὐ πόλεμος, οὐ μοιχεία, οὐκ ἀσέλγεια, ἀλλ' οὔτε δικαιοσύνη καὶ μετάνοια. Ὡς γὰρ μετὰ θερισμὸν τοῦ στάχυος οὐκ ἔνι παχυνθῆναι τὸν κόκκον, οὐκ [1] ἀνεμόφθορον γενέσθαι, οὐκ ἔνι εὐπάθειά τις ἑτέρα, — ἀλλὰ μὴ λέγε μοι τῆς ἀποθήκης τὰ φθάρματα, τουτέστι καὶ σκώληκας καὶ σῆτας, ταῦτα γὰρ διὰ τὰ ἐν τῷ αἰῶνι γίνεται, τὸ δὲ ἀπεικονισμένον καὶ ἐν πύλαις ἡμῖν [2] ᾑρημένον καὶ ἀποθήκῃ ἠσφαλισμένον πίστεώς ἐστιν ὑπόδειγμα καὶ ὑπογραμμὸς, ἔνθα οὔτε λῃσταὶ διορύττουσιν, οὔτε σῆτες ἀφανίζουσιν, ὡς ἔφη ὁ θεῖος λόγος, — οὔτε μὴν πορισμὸς εὐσεβείας, οὔτε μετανοίας, ὡς ἔφην, μετὰ θάνατον. [3] Οὐ γὰρ Λάζαρος ἀπέρχεται πρὸς τὸν πλούσιον ἐκεῖ, οὔτε ὁ πλούσιος πρὸς τὸν Λάζαρον, οὔτε Ἀβραὰμ ἀποστέλλει [4] σκύλων τὸν πένητα [5] πλουτῆσαι ὕστερον, οὔτε ὁ πλούσιος ὢν [6] αἰτεῖται λαμβάνει, καίπερ μετὰ ἱκεσίας τὸν ἐλεήμονα Ἀβραὰμ παρακαλέσας. Ἐσφράγισται γὰρ τὰ [7] ταμιεῖα, καὶ πεπλήρωται ὁ χρόνος, καὶ ὁ ἀγὼν ἐτελέσθη, καὶ ἐκενώθη τὸ σκάμμα, καὶ οἱ στέφανοι ἐδόθησαν, καὶ [8] οἱ ἀγωνισάμενοι [9] ἀνέπαυσαν, καὶ οἱ μὴ φθάσαντες ἐξῆκαν, καὶ

2. *Rescripsi* δευτέραν οὐ *pro* οὐ δευτέραν, *quod in libris vulgo reperitur, secutus Cornarium qui vertit*: ut ostendat vocationem secundam immutatam. *Petavius illud* οὐ *uncinis inclusit et spurium iudicavit.*

3. *Praeter auctoritatem librorum vett., qui habent* ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ *rescripsi de mea coniectura* ἀλλ' ἢ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ. *Petavius volebat* ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ πρώτῃ.

Cap. X. — 1. *Vulgo* ἀνεμοφθόρον.

2. *Scripsi* ᾑρημένον, *Cornarium secutus, qui vertit* intra portas receptorum. *Pari iure et probabilitate possit* εἱργμένον. *Librorum scriptura est* εἰρημένον.

3. Οὔτε γὰρ *cod. Ven.* — *Exscripsit haec, sed admodum negligenter, Anastasius Sin. Quaestt. p.* 302.

4. σκύλλων *edit. Petav. Et ita etiam cod. Venet. Cornarius vertit*: Neque Abraham demittit spolia, ut ditescat pauper postea. Neque dives accipit quae petit, etiamsi magnis precibus misericordem Abraham roget. Σκύλων ἀποστέλλει *verto* ex pannis dimittit. *Nam* σκύλον *Hesychius interpretatur etiam* „ῥάκος ἢ τριβώνιον.“

5. πλουτήσαντα ἐς ὕστερον *cod. Venet.*

6. πλούσιος πένης γενόμενος ὢν αἰτεῖται λαμβάνει *cod. Venetus. Reliqui libri habent* πλούσιος αἰτεῖται, *ceteris omissis.*

7. ταμία *cod. Venet.*

8. οἱ *vulgo desideratur. Adieci ex codd. Rhedig. et Veneto.*

9. ἀνέπαυσαν (*intell.* τὸν ἀγῶνα) *ego.* ἀνεπάησαν *codd. Rhedig. et Venet.* ἀνε-

in peccata humanum genus incidere, ita rursum loquitur, *Surge, veni, columba mea*, nec semel, sed secundo ipsam appellat, ita ut posterior priori vocatio non sit aequalis. Nam in priori sic illam alloquitur: *Surge propinqua mea, formosa mea, columba mea.* Pri- Cant. 2, 13.
mum igitur, *Surge, veni,* dixit, non autem et, *Veni tu.* At in secunda articulum adiecit, ut diversam ab altera vocationem esse significaret, quae tamen post priorem illam benignam manum ac coelestem clementiam ostenderet. Et, *Veni*, inquit, *columba mea, in tegmen petrae prope antemurale.* In tegmen petrae dixit, hoc est Christi benignitatem misericordiamque domini. Hoc enim est petrae tegmen, tegmen, inquam, spei, fidei atque veritatis. Prope antemurale vero, hoc est antequam porta claudatur, antequam rex introgressus non amplius post exitum ab hac vita mortemque recipiat. Cum non amplius prope antemurale sumus, sed clausae sunt portae, nec ullus emendandi sui locus est.

Etenim in futuro seculo post hominis obitum nullus amplius ie- Cap. X.
iunii quaestus est, non poenitentiae vocatio, non eleemosynae ostensio est. Sed neque criminibus ullis locus, non bellum, non adulterium, non libidines, neque e contrario iustitia vel poenitentia. Nam sicut demessa spica granum nec turgere deinceps, neque vento corrumpi atque evanescere, nec affici amplius potest. Nec est quod illam mihi corruptelam obiicias, quae in horreis accidit, cuiusmodi sunt vermes ac tineae. Haec enim ad ea quae in seculo geruntur adumbranda spectant. Quod autem similitudine illa declaratur, et in portis esse dicitur, atque in horreis conditum, ad exemplum fidei ac delineationem refertur. *Ubi neque fures effodiunt, neque tineae* Matth. 6, 20.
corrumpunt, ut scriptum est. Sed neque pietatis ullum lucrum est, aut poenitentiae uti diximus, post mortem. Non enim Lazarus illic ad divitem pergit, neque dives ad Lazarum. Neque Abraham pauperem mittit, aut ei laborem indicit, ut postea ditescat. Neque dives ea quae postulaverat impetrat, tametsi misericordem Abrahamum magnis precibus obsecrat. Siquidem obsignata sunt promptuaria, atque expletum tempus est, certamen confectum, vacuum stadium, distributae coronae; athletae quieti se dederunt, at qui certamen non attigerunt, nullam amplius eius copiam habent, et qui

οἱ μὴ ἀγωνισάμενοι οὐκέτι [10] εὐπορουσι, καὶ οἱ ἐν τῷ σκάμματι [11] ἡττηθέντες ἐξεβλήθησαν, καὶ τὰ πάντα σαφῶς τετελείωται μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν. Ἔτι δὲ ὄντων ἐν τῷ [12] ἀγῶνι πάντων καὶ μετὰ πτῶσιν ἔνι ἀνάστασις, ἔτι ἐλπὶς, ἔτι θεραπεία, ἔτι ὁμολογία, κἂν εἰ μὴ τελειότατα, ἀλλ' οὖν γε τῶν ἄλλων οὐκ ἀπηγόρευται ἡ σωτηρία.

Κεφ. ια'. Πᾶσα δὲ αἵρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐξοκείλασα ἐν σκότῳ τυφλώττει καὶ μυωπάζει, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων διανοουμένη. Ἐοίκασι γὰρ οὗτοί τισιν ἀτέχνοις καὶ μὴ γινώσκουσι τὰ ἑκάστης ποιότητος καὶ χρήσεως καὶ κόσμου ἑκάστου μέλους, καὶ ὡς εἰπεῖν ληρῶδές τι εἰς ὃ προβάλλομαι λέγειν ὅμοιον τῆς αὐτῶν ἀνοησίας, ὡς περιτιθέασι τὰ ὑποδήματα τῇ κεφαλῇ, τὸν δὲ στέφανον τοῖς ποσὶ, καὶ κλοιὸν χρύσεον περὶ τὴν γαστέρα, τὰ δὲ ἄλλα, [1] πόδια ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν [2] ὀδώνια κέκληται ἢ [3] βράκαι, χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν. Οὕτω γὰρ ἡ τῶν ἄγνοιαν κεκτημένων σφαλερὰ
pag. 503. καὶ ἄτακτος διαταγή. Τὰ γὰρ ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης ἠσφαλισμένα περὶ δευτέρου γάμου καὶ τῶν ἄλλων οὗτοι εἰς πάντα τὸν λαὸν νενομίκασι, καὶ τὰ δι' ὑπερβολὴν στρυφνότητος ὑπὸ θεοῦ κεκηρυγμένα, ἵνα μὴ ῥαθυμήσαντές τινες παραπέσωσιν, αὐτοὶ εἰς ἀπανθρωπίαν θεῷ συνῆψαν. Καὶ ὡς [4] ἐὰν εἴ τις ἱματίου [5] χειρίδια κατασχὼν, καὶ ἕως μόνον ἀγκῶνος ἀπὸ καρποῦ χειρὸς τοῦ καλουμένου σκεπάζει ἑαυτὸν, προςφέρει δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν καθ' ἑκάστην ὥραν τὴν χειρίδα, καὶ ἐπιτωθάζει τοῖς ἄλλοις, [6] ἐπικληθεὶς ὅτι ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ γυμνητεύει, οὕτω καὶ οὗτοι σεμνυνόμενοι μὴ δέχεσθαι διγάμους τὰς πάσας ἐντολὰς τὰς ὁμοίας ταύτης, καὶ ἔτι μεθ' ὑπερβολῆς καλλίονας καὶ ἐπιθανατίους, τὴν μίαν ἀπαγορεύουσι, τὰς δὲ ἄλλας καταλελοίπασι, καὶ ἐπιλαθόμενοι ὅλον μὲν τὸ σῶμα γυμνητεύουσιν, ἀπὸ ὅλων τῶν ἐνταλμάτων ἀργήσαντες, καὶ τὴν μίαν ἐντολὴν οὐχ ἁγνῶς κατασχόντες.

Κεφ. ιβ'. Καὶ ὢ τῆς πολλῆς τῶν ἀνθρώπων ματαιοφροσύνης. Πᾶσα δὲ πρόφασις ἑκάστην αἵρεσιν, κἄν τε βραχειά τις ὑπῆρξεν, ἀπὸ τῆς ἀληθείας παρείλκυσε, καὶ εἰς πολλὴν [1] κακίαν κατήγαγεν. [2] Ὥςπερ γὰρ

πάγησαν edit. princ. ἀνεπαύσαντο edit. Petav. Olim placuit καὶ οἱ ἀγῶνα ἀγωνισάμενοι ἀνέπαυσαν. Sed nihil refert. Ceterum ἀγῶνα intellege etiam ad verbum quod sequitur ἐξῆκαν.

10. εὐποροῦσι cod. Rhedig. et edit. princ

11. τεθέντες cod. Ven.

12. αἰῶνι cod. Venet. Bene.

Cap. XI. — 1. πόδια emendarunt Petavius, Salmasius (in Aelium Lampridium p. 221., quem videsis de interpretatione horum verborum), Hemsterhusius (ad Polluc. Onomast. X, 11. p. 1204.). Libri vulgo πέδια.

2. V. de hoc vocabulo Salmasium et Hemsterhusium l. l.

in stadio superati sunt, eiecti fuerunt. Denique omnia plane, ubi ex hac vita discessum est, absoluta sunt ac perfecta. Quamdiu quidem in certamine adhuc universi consistunt, vel post casum surgere licet, spesque adhuc superest, adhuc remedium atque confessio. Ac licet non perfectissimus ille status sit, nihilominus aliorum nequaquam desperata salus est.

At omnis haeresis ubi a veritate semel excidit, caecutit in tenebris et hallucinatur, atque alia pro aliis mente concipit. Nam illi rudibus quibusdam atque imperitis similes sunt qui uniuscuiusque membri conditionem atque usum et ornatum nesciunt. Iuvat porro absurdum quiddam et illorum amentia simile ad id quod volumus exprimendum afferre. Perinde ergo illi faciunt ac si capiti calceos inducant, et coronam pedibus, et ventri torquem aureum, cetera vero, cuiusmodi sunt pedulia ornamenta, quos nonnulli udones vocant, aut braccas, manibus circumdent, annulos pedibus. Talis est ab imperitis illis instituta ratio, erroris perturbationisque plenissima. Quae enim de secundis nuptiis, aliisque id genus sacerdotii caussa decreta sunt, ea ad universum populum transtulerunt, et quae ad constituendam severissimam disciplinam a deo mandata sunt, ne forte aliqui prae animi socordia in delictum inciderent, haec illi dum ad omnes pertinere volunt, divino numini atrocitatem et inhumanitatem adscribunt. Ac velut si quis vestem manu tenens ab carpo manus duntaxat cubito tenus brachium operiat, atque identidem manicam oculis suis obiiciat, et alios irrideat, oblitus toto se corpore esse nudatum, perinde et illi faciunt qui dum digamos a se repudiari iactitant, reliqua praecepta illius vel similia, vel sine ulla comparatione praestantiora, quorum violatoribus mortis poena proponitur, contemnunt et abiiciunt et uno illo interdicto contenti cetera negligunt. Quare sic tanquam obliti sint, toto corpore nudi sunt, dum et universa dei praecepta relinquunt, neque unum illud caste ac sincere custodiunt. Cap. XI.

O admirandam hominum insaniam! Sane quaelibet occasio, quantumvis exigua, unamquamque haeresin a veritate distraxit, atque ad infinita mala perduxit. Quemadmodum enim si quis inter- Cap. XII.

3. βράχαι scriptum extat in Gloss. Nomicis, ubi legitur hic Epiphanii locus, ap. Hemsterhusium l. l.

4. Ex usu Epiphanii rescripserim ὡς ἂν εἴ τις

5. χειρίδα κατασχὼν mea est emendatio, et structurae voc. ἱματίου et sententiae plane accommodata. Libri habent vulgo ἱματίου χειρὶ διακατασχών.

6. ἐπιληςθεὶς edit. Petav., dubito num altera auctoritate ductus quam verborum quae paulo post sequuntur καὶ ἐπιλαθόμενοι cett. In edit. princ. extat ἐπικλησθεὶς.

Cap. XII. — 1. Libri vulgo κακῶν.

2. Reposuerim Ὥςπερ γὰρ εἴ τις — — βαδίζειν, καταλιπὼν cett., restituta conditionali εἰ ante τις, et deleta copula καὶ ante καταλιπών.

τις διασφαγὴν εὑρὼν ἐν φραγμῷ παρὰ λεωφόρῳ, καὶ νομίσας διὰ ταύτης βαδίζειν, καὶ καταλιπὼν τὴν ὁδὸν τρέπηται, νομίσας ἐγγύτατον ἔχειν ὅθεν διακάμψας πάλιν τῆς ὁδοῦ ἐπιλάβοιτο, ἀγνοήσει δὲ ὅτι τεῖχός ἐστιν ὑπέρβατον καὶ μακρῷ διαστήματι ᾠκοδομημένον, ἐπιτρέχοι δὲ μὴ εὑρίσκων διὰ ποίας τὴν διέξοδον ποιήσεται, ἀντὶ ἑνὸς [3] σημείου, ἤτοι μιλίου, [4] προκόπτων κατὰ χεῖρα ἔτι πλέον μὴ εὕροι τὴν ὁδὸν, καὶ οὕτως τρέπηται ἐπὶ τὰ πλείω, κάμνων δὲ οὕτω καὶ μὴ εὐπορῶν διὰ ποίας ἐπὶ τὴν ὁδοιπορίαν ἀγάγοι [5] τάχα γε μήτε εὑρεῖν δυνηθείη, εἰ μή τι ἀνακάμψει δι᾽ ἧς καὶ εἰσῆλθεν, — οὕτως ἑκάστη αἵρεσις, ὡς συντομίαν τινὰ ἐφευρεῖν δυνηθεῖσα, παρεξώκειλε διὰ τῆς μακροδίας, εὑρέθη δὲ αὐτῇ τεῖχος ἀρραγὲς ἡ τῆς ἀγνοίας καὶ ἀγνωσίας [6] παλιμπλοκὴ, καὶ οὐκ ἂν εὕροι ἡ τοιαύτη ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν ἥκειν ὁδὸν, εἰ μή τι ἀνακάμψει εἰς τὸ ἀρχέτυπον τῆς ὁδοῦ, τουτέστι τῆς βασιλικῆς· ὡς καὶ ὁ νόμος διαῤῥήδην ἐβόα τοῦ ἁγίου Μωϋσέως, λέγοντος τῷ βασιλεῖ Ἐδὼμ ὅτι, *Τάδε λέγει ὁ ἀδελφός σου Ἰσραήλ· Παρὰ τὰ ὅριά σου διελεύσομαι εἰς γῆν ἣν ὤμοσε κύριος τοῖς πατράσιν ἡμῶν δοῦναι,*
pag. 504. *γῆν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα, τὴν γῆν τῶν Ἀμορραίων καὶ Φερεζαίων καὶ Ἰεβουσαίων καὶ Εὐαίων καὶ Χαναναίων καὶ Χετταίων, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, οὐκ ἐκκλινοῦμεν δεξιὰ ἢ ἀριστερά· ὕδωρ ἐν ἀργυρίῳ πιώμεθα, καὶ βρώματα ἀργυρίου φαγώμεθα· οὐκ ἐκκλινοῦμεν ἐντεῦθεν ἢ ἐντεῦθεν, ὁδῷ βασιλικῇ βαδιοῦμεν.* Ἔστι γὰρ ὁδὸς βασιλικὴ, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία καὶ ὁδοιπορία τῆς ἀληθείας. Ἑκάστη δὲ τούτων τὴν βασιλικὴν καταλείψασα, κλίνασα δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἢ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ, ἐπὶ πολὺ λοιπὸν ἑαυτὴν ἐπιδιδοῦσα εἰς πλάνην παρελκυσθήσεται, καὶ οὐκέτι μέτρον ἔχει παρ᾽ ἑκάστῃ αἱρέσει ἡ τῆς πλάνης ἀναίδεια.

Κεφ. ιγ΄. Ἄγε τοίνυν θεοῦ δοῦλοι, υἱοί τε τῆς ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας, οἱ τὸν κανόνα ἀσφαλῆ γινώσκοντες καὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας βαδίζοντες, μὴ φωναῖς [1] ἀνθελκόμενοι, καὶ φωνῇ ἑκάστης παραπεποιημένης ἐπιτηδεύσεως. Σφαλεραὶ γὰρ αἱ τούτων ὁδοὶ, καὶ ἀνάντης ἡ τρίβος τῆς αὐτῶν παραπεποιημένης ἐννοίας. Μεγαλαυχοῦσι, καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ἴσασιν. Ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλονται, αὐτοὶ δοῦλοι ὄντες τῆς ἁμαρτίας. Τὰ μείζονα αὐχοῦσι, καὶ τῶν μικρῶν οὐδ᾽ ὅλως ἐπελάβοντο.

Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων τῶν δὴ Καθαρῶν λεγομένων, ἀκαθάρτων δὲ εἰ δεῖ τ᾽ ἀληθῆ λέγειν, ἀρκετὸν ἡγοῦμαι ἕως ἐνταῦθα ἱκανῶς εἰρῆσθαι. Ταύτην δὲ παραλείψαντες ὡς βασιλίσκου πρόσωπον, τῷ μὲν προσχήματι τοῦ ὀνόματος ἐξοχωτάτην τινὰ ἐπωνυμίαν κεκτημένου, καὶ

3. σημίου *edit. princ. et cod. Rhed.* 4. προκόπτων *coniecerunt Cornarius atque Petavius.* προσκόπτων (*ed. princ.* προσκόπτον) *vulgo scriptum est.* 5. τάχα γε *ego rescripsi. Libri habent* τάχα τε.

ruptam sepem ad publicam viam repererit, et illac iter esse sibi credens relicta via paululum deflexerit, ratus propinquum esse exitum, per quem redire in viam iterum possit, nec illud sciens, altissimum illic esse murum ac longissimo spatio interceptum, atque ita discurrat, nec qua possit egredi uspiam reperiat, cumque uno alterove miliari progressus fuerit, longius deinceps iter supersit, nec viam expediat, sed huc illucque se conferat, hic igitur ad eum modum laborans, neque ullum ad rectam viam iter expediens, non aliter fortassis inveniet quam si eadem qua ingressus erat revertatur: sic haeresis omnis, cum itineris compendium haberet in promptu, per longas ambages digressa in solidissimum murum incidit, cuiusmodi est ignorantiae inscitiaeque impedita ac tortuosa flexio. Neque vero invenire unquam illa poterit, qua se ad rectam viam referat, nisi ad primariam viam, hoc est regiam, iter retorserit. Id quod sanctissimi Mosis lex aperte vociferabatur, cum Idumaeo regi ita mandaret: *Haec dicit frater tuus Israel: Praeter terminos tuos transibo in terram, quam iuravit dominus dare patribus nostris, terram melle et lacte manentem, terram Amorrhaeorum, et Pharesaeorum, et Iebusaeorum, et Evaeorum, et Chananaeorum, et Chettaeorum, terram fluentem melle et lacte. Non declinabimus ad dexteram aut sinistram, aquam in argento bibemus, et cibos argenti comedemus. Non declinabimus hac aut illac, via regia gradiemur.* Est enim regia quaedam via, nimirum ecclesia dei ac veritatis iter. Unaquaeque vero istarum haereseon regia derelicta via ad dexteram sinistramve deflectens deinceps in immensum errorem sese committens abripitur, adeo ut nullum deinceps modum habeat in qualibet erroris insolentia. Num. 20, 17. et 21, 22.

Agite itaque, dei servi ac sanctae dei ecclesiae filii, qui certam fidei regulam agnoscitis ac viam veritatis inceditis, ne vos contrariae voces abstrahant, aut cuiuslibet ementitae sectae sermones decipiant. Lubricae quippe viae sunt ac depravatae illorum intelligentiae acclivis est arduaque semita. Etenim magnifice sese iactant, et interim minora nesciunt. Libertatem ostendunt, cum peccatorum servi sint. De maioribus gloriantur, neque tamen vel parva sunt assecuti. Cap. XIII.

Verum de eo genere haereticorum, qui Cathari, hoc est *Puri* vocantur, Ἀκάθαρτοι, hoc est *Impuri*, rectius appellentur, satis arbitror a me hactenus esse dictum. Quamobrem eadem haeresi praetermissa, perinde ac basilisci ore, qui, quod ad speciem nominis attinet, excellenti quadam nominis appellatione censetur, hoc igitur

6. παλιμπλοκὴ *ego. Libri habent* πάλιν πλοκή.

Cap. XIII. — 1. *An* ἀνθελκώμεθα?

τῇ τοῦ ξύλου δυνάμει τοῦτον παίσαντες ἐπὶ τὰς ἑτέρας πάλιν ὁρμήσωμεν, αὐτὴν ἐπαγόμενοι τὴν τοῦ θεοῦ ἱκετείαν, εἰς τὸ συνοδεῦσαι. συμπαραμεῖναι, συνεῖναι, συνεργῆσαι, διασῶσαι, παιδεῦσαι, καταξιῶσαι τἀληθῆ λέγειν, ἵνα μήτε αὐτοὶ ψεῦδός τι λέγοντες τοῖς αὐτοῖς ὑποπέσωμεν ὁποίοις αἱ τὰ ἀληθῆ τὸν κόσμον μὴ διδάξασαι αἱρέσεις.

Ἔτι δὲ οἱ ἐν τῇ Ἀφρικῇ τε καὶ [2] Βιζικανίᾳ οἱ ἀπὸ Δωνάτου τινὸς Δωνατιανοὶ οὕτω καλούμενοι τὰ ὅμοια τούτοις φρονοῦντές εἰσιν ἀφηνιασταί, καὶ αὐτοὶ δῆθεν διὰ τὸ μὴ συγκοινωνεῖν τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσοῦσι τοῖς αὐτοῖς ἀνατραπήσονται καθάπερ καὶ οἱ ἑτεροζυγοῦντες αὐτοῖς Ναυατιανοί, εἴτ' οὖν Καθαροὶ οὕτω λεγόμενοι. Διὸ οὐ
pag. 505. χρείαν ἐσχήκαμεν περὶ τούτων τι ἐπεργάσασθαι, ἀλλ' ὁμοῦ αὐτοὺς τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς συνήψαμεν. Περιττότερον δὲ οὗτοι πάλιν καὶ χεῖρον ἐξέπεσον. Τὴν γὰρ πίστιν κατὰ τὸν Ἄρειον φρονοῦσιν· ἀνατραπήσονται δὲ ὡσαύτως περὶ πίστεως, ἧς κακῶς φρονοῦσιν, ὡς καὶ ὁ Ἄρειος ἀνετράπη διὰ λόγων ἀληθείας, τὰ αὐτὰ τούτοις φρονῶν, καὶ οὗτοι ἐκείνῳ. Καὶ ταύτην δὲ πάλιν παρελευσόμενοι ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμεν, ὥσπερ ἑρπετὰ δεινὰ καταπεπατηκότες ἐν κυρίῳ.

ΚΑΤΑ ΑΓΓΕΛΙΚΩΝ,
μ' ἢ καὶ ξ'.

Κεφ. α'. Ἀγγελικῶν αἵρεσιν ἀκηκόαμεν, καὶ τὸ ὄνομα μόνον ἐνηχήθημεν, οὐ πάνυ δὲ σαφῶς ἴσμεν τίς ἡ τοιαύτη αἵρεσις, διὰ τὸ τάχα ποτὲ καιρῷ αὐτὴν ἐνστᾶσαν ὕστερον λῆξαι, καὶ καταλυθῆναι εἰς τέλος. Τὸ δὲ ὄνομα διὰ ποίαν αἰτίαν ἔσχεν οὐκ ἴσμεν· ἤτοι γὰρ παρὰ τό τινας ὑπὸ ἀγγέλων τὸν κόσμον γεγενῆσθαι φάσκειν, καὶ εἰ αὐτὴ τοῦτο φάσκουσα τῷ ὀνόματι τούτῳ κέκληται οὐκ ἔχω λέγειν, ἤτοι διὰ τὸ ἐν τάξει ἀγγέλων ἑαυτοὺς σεμνύνειν καὶ βίῳ ἐξοχωτάτῳ ἄγεσθαι, οὐδὲ τοῦτο διαβεβαιοῦμαι, ἢ καὶ ἀπὸ τόπου τινὸς εἰληφότες τοὔνομα, ἐπειδὴ χῶρός τίς ἐστιν [1] Ἰγγιλίνη ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας χώρας κείμενος.

Κεφ. β'. Ἤδη δὲ ἐν ὑπομνήσει σου γινομένου τοῦ ἀκροατοῦ, οὐκ [1] εἰς κατάγνωσιν ἐν ὑπονοίαις γενήσῃ. Ἐπηγγειλάμεθα γὰρ τῶν μὲν τὰς ῥί-

2. Repone Βυζακηνίᾳ.

Cap. I. — 1. Angelina vertit etiam Cornarius.

Cap. II. — 1. Similiter haec verba interpretatus est Cornarius: neutiquam in suspicione ut nos condemnes fueris. Rectius vertisset: in suspicione tua non ad criminationem usque progredieris.

ligni vi ac potentia comminuto ad reliquas transeamus. Sed inprimis eadem divino numini prece supplicemus, ut viae nobis comes esse velit, et nobiscum maneat, adsit, opituletur, conservet, instituat, et ut vera dicamus largiatur; ne forte mentientes ipsimet in eadem incurramus in quae haereses inciderunt illae quae humanum genus falsa docuerunt.

Ad haec qui in Aphrica et Bizacena degunt, et a Donato quodam Donatiani vocantur, eadem cum prioribus illis sentientes, eandemque ob caussam, quod videlicet cum his qui in persecutione lapsi erant nihil habere commune vellent rebellantes, eadem ratione disiicientur qua et Novatiani, sive Cathari, qui commune cum illis iugum trahunt. Quocirca necesse non habuimus privatim de illis amplius aliquid tractare, sed illos cum sui similibus coniungendos putavimus. Sed isti vehementius ac deterius aberrarunt, quippe qui in eandem cum Ario fidem consentiant; unde et, quod ad fidem attinet, de qua male sentiunt, eodem evertentur modo quo Arius veritatis oratione refutatus est, cum a se invicem minime dissentiant. Denique nos illa praeterita ad reliquas progrediemur, posteaquam horrenda veluti serpentium monstra domino adiuvante proculcavimus.

ADVERSUS ANGELICOS,
haeresis XL., sive LX.

Audita a nobis est Angelicorum haeresis, ac solum eius nomen Cap. I.
accepimus, neque cuiusmodi illa demum haeresis sit, compertum habuimus. Quod eo fortasse contigit, quod cum aliquando prodiisset, desiit postea ac tandem penitus extincta est. Illud vero nomen quam ob caussam obtinuerit ignoramus. Nam cum haeretici quidam conditum ab angelis mundum esse dixerint, utrumnam haec secta, quod idem asseveraret, eodem sit affecta nomine, certo affirmare non possum. An potius quod in angelicum sese ordinem arroganter referrent, atque excellentem quandam vitae rationem instituerent; ne hoc quidem pro comperto affero. An postremo ab loco quodam eam appellationem sortiti sint. Quoniam quidem regio quaedam est ultra Mesopotamiam quae Angelina dicitur.

Iam vero quisquis es auditor, si quae a me antea dicta sunt Cap. II.
recorderis, nihil erit quod me in criminis suspicionem adducas. Hoc

ζας καὶ τὰς προφάσεις, ἤ τι τῶν [2] ἐντὸς παρ᾽ αὐτοῖς γινομένων δηλῶσαι, ἄλλων δὲ μόνον τῷ ὀνόματι ἀπομνημονεῦσαι· ὡς δὲ ἡ θεία δύναμις παρεσκεύασε καὶ ἐβοήθησεν, ἕως ταύτης τῆς αἱρέσεως τὰς πάσας διεξελθόντες οὐδεμίαν εἰάσαμεν ἀνερμήνευτον, πλὴν μιᾶς ταύτης. Τάχα δὲ διὰ τὸ ἐπαρθεῖσαν τῷ τύφῳ ὀλίγον καιρὸν [3] καὶ ὕστερον λῆξαι, τὴν αὐτῆς κατάληψιν οὐ πάνυ σαφῶς ἔγνωμεν. Ταύτης δὲ μόνον ἐπιμνησθέντες τῆς ὀνομασίας ἐν τάχει, ὥςπερ ἐκτρώματι τῷ ὀνόματι χρησάμενοι, παρελευσόμεθα τὸν τόπον, ἐπὶ τὰς ἑτέρας [4] δὴ διασκοποῦντες τὴν ὁρμὴν ποιεῖσθαι, καὶ αἰτούμενοι τῶν ὅλων δεσπότην
pag. 506. παραφανῆναι ἡμῖν, καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς γινομένων ἐπιδείξαντα τῷ σμικρῷ ἡμῶν νῷ πάντα κατὰ ἀκρίβειαν σημᾶναι, ἵν᾽ ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς πέλας τὴν διόρθωσιν ποιησώμεθα τοῦ φεύγειν τὰ φαῦλα, ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἀληθεστάτοις τὸ ἑδραῖον ἑαυτοῖς ἐν θεῷ προςποριςάσθαι.

ΚΑΤΑ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩΝ,
μα΄ ἢ καὶ ξα΄.

Κεφ. α΄. Μετὰ δὲ τούτους ἄλλοι ἑαυτοὺς Ἀποστολικοὺς ὠνόμασαν· βούλονται δὲ καὶ Ἀποτακτικοὺς ἑαυτοὺς λέγειν. Φυλάττεται δὲ παρ᾽ αὐτοῖς τὸ μηδὲν κεκτῆσθαι. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ αὐτοὶ ἀπόσπασμα τῶν Τατιανοῦ δογμάτων, [1] Ἐγκρατιτῶν τε καὶ Τατιανῶν καὶ Καθαρῶν, οἵτινες φύσει νόμον οὐ παραδέχονται· παρήλλακται δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ τὰ μυστήρια. Σεμνύνονται δὲ δῆθεν ἀκτημοσύνην, σχίζουσι δὲ μάτην οὗτοι καὶ βλάπτουσι τὴν ἁγίαν θεοῦ ἐκκλησίαν, διὰ τὸ ἐθελοθρησκεύειν, ἐκπεσόντες τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας. Οὔτε γὰρ παραπεπτωκότος τινὸς εἴςδεξις ἔτι γίνεται, τὰ ὅμοια δὲ τοῖς ἀνωτάτω λεγομένοις φρονοῦσι, περί τε τοῦ γάμου καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων. Καὶ οἱ μὲν Καθαροὶ ταῖς ῥηταῖς μόνον γραφαῖς κέχρηνται, οὗτοι δὲ ταῖς λεγομέναις Πράξεσιν Ἀνδρέου τε καὶ Θωμᾶ τὸ πλεῖστον ἐπερείδονται, παντάπασιν ἀλλότριοι τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ὑπάρχοντες.

Εἰ γὰρ βδελυρός ἐστιν ὁ γάμος, ἄρα ὅλοι ἀκάθαρτοι ὑπάρχουσι διὰ γάμου γεγενημένοι. Καὶ εἰ μόνον τυγχάνει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία τῶν τῷ γάμῳ ἀποταξαμένων, οὐκέτι ὁ γάμος ἐκ θεοῦ ὑπάρχων, ἡ πᾶσα παιδοποιουμένη ὑπόθεσις. Ἄρα καὶ αὐτοὶ ἀλλότριοι θεοῦ ὑπάρχουσιν ἀπὸ τοιούτων γεγεννημένοι. Ποῦ τοίνυν τὸ εἰρημένον,

2. Rescripsi ἐντὸς pro ἐν τοῖς, quod vulgo extat.
3. Suspicor καθ᾽ ὕστερον. — Ceterum vulgo distinctum est sic: — καιρὸν, καὶ ὕστερον λῆξαι τὴν αὐτῆς κατάληψιν, οὐ πάνυ cett.

enim de haeresibus recipimus, quarumdam nos radices ac dogmata, aut aliquid eorum quae ab illis fieri solent esse narraturos, aliarum vero nomine tenus mentionem esse facturos. Porro quantum divina nobis ope praesidioque concessum est omnibus ad hanc usque sectis expositis, nullam, hac excepta, praetermisimus quam non oratione declararemus. Sed accidit fortasse ut cum brevi illa tempore sese insolenter extulisset, ac postremo desiisset, nihil de ipsa certi exploratique percipere possemus. Itaque sola eius appellatione celeriter comprehensa, eoque nomine, velut abortivo quodam foetu, functi, hoc loco praetermisso ad contemplandas ceteras animum convertemus. Itaque primum ab universitatis domino postulabimus, ut adesse nobis velit, et ut quae apud illos fiunt exiguo atque imbecillo ingenio nostro subiiciens universa nos quam accuratissime perdoceat, quo et nos ipsos et ceteros erudire possimus, uti cum mala devitent, tum in his, quae bona ac veritati maxime consentanea sunt, firmam in deo stabilitatem ac constantiam obtineant.

ADVERSUS APOSTOLICOS,
haeresis XLI., sive LXI.

Alii secundum illos dici se Apostolicos voluerunt, qui et Apotacticos, hoc est Renuntiatores seipsos nominant. Hoc enim diligenter observant, ne quicquam possideant. Iidem porro a Tatiani dogmatibus velut avulsione quadam propagati, hoc est ab Encratitis, Tatianis et Catharis, qui omnes praecipue legem repudiant habent illi diversa a nostris sacramenta atque mysteria. De inopia rerum omnium gloriantur, ac sacrosanctam dei ecclesiam adscititiis superstitionibus temere dividunt ac labefactant, et a divina clementia excidunt. Neque enim eum qui semel prolapsus sit recipiunt amplius, atque eadem omnino de nuptiis ceterisque id genus cum superioribus illis sentiunt. Cumque Cathari receptis duntaxat scripturis adhaerescant, isti Andreae ac Thomae (ita enim vocant) Actis potissimum nituntur, suntque ab ecclesiae regula prorsus alieni. Cap. I.

Nam si abominandae sunt nuptiae, impuri plane illi ipsi sunt qui e nuptiis originem traxerunt. Ac si ecclesia dei ex iis solis constat qui nuptiis renuntiarunt, neque nuptiae, neque totum propagandae sobolis negotium ex deo est. Quare et ipsi cum indidem nati sint, a deo erunt alieni. Quem igitur locum habebit illud, *Quae* Marc. 10, 9.

4. Rescripsi δὴ, *invitis quidem libris, qui praebent* δὲ.
Cap. I. — 1. *Alibi passim invenio scripturam* Ἐγκρατητῶν, *ab* Ἐγκρατητής, *quae vetusta est ac genuina nominis forma.*

Ἃ ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω; Τὸ μὲν γὰρ ἀπ' ἀνάγκης χωρίζειν ἀπὸ ἀνθρώπου ὑπάρχει, τὸ δὲ μετὰ προαιρέσεως ἐγκρατεύεσθαι οὐκ ἀνθρώπου ἔδειξεν, ἀλλὰ θεοῦ τὸ ἔργον. Καὶ ἔχει μὲν ἡ κατὰ φύσιν ἀνάγκη πολλάκις μέμψιν, ὅτι οὐ μετὰ εὐλογιστίας τὸ ἐπάναγκες ἐπιτελεῖται, ἀλλὰ ἐκτὸς τοῦ κανόνος βέβηκεν. Οὐ γὰρ ἐπά-
pag. 507. ναγκες ἡ θεοσέβεια, ἀλλὰ ἐκ προαιρέσεως ἡ δικαιοσύνη. Τὰ δὲ φύσει εἰς θεοσέβειαν ἐπάναγκες φανερά ἐστιν ἃ τῇ φύσει ἐπιμεμέτρηται, οἷον τὸ μὴ πορνεύειν, τὸ μὴ μοιχεύειν, τὸ μὴ ἀσελγαίνειν, τὸ μὴ ἐν ταὐτῷ δευτερογαμεῖν, τὸ μὴ ἁρπάζειν, τὸ μὴ ἀδικεῖν, τὸ μὴ μεθύειν, τὸ μὴ ἀδηφαγεῖν, τὸ μὴ φαρμακεύειν, τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν, τὸ μὴ φονεύειν, τὸ μὴ καταρᾶσθαι, τὸ μὴ λοιδορεῖν, τὸ μὴ ὀμνύναι, ἀγανακτεῖν τε καὶ ταχὺ πραΰνεσθαι, ὀργίζεσθαι καὶ μὴ ἁμαρτάνειν, μὴ ἐπιδύνειν ἥλιον ἐπὶ τῷ παροργισμῷ· [2] τὸ δὲ γάμῳ συναφθῆναι μετὰ εὐνομίας, ἡ φύσις δηλώσει ἐκ θεοῦ ἐκτισμένη καὶ ἐπιτραπεῖσα. Καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα, κατὰ θάτερον ἔχει τῆς ἐπισκοπῆς τὸ μέτρον.

Κεφ. β'. Ἀλλ' ὡς περὶ τούτων εἰπεῖν προειλήφαμεν, ἐν ὀλίγῳ χώρῳ οὗτοι ὑπάρχουσι, περὶ τὴν Φρυγίαν τε καὶ Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν. Τί οὖν ἄρα ἐκκόπτεται ἡ ἐκκλησία ἡ ἀπὸ γῆς περάτων ἄχρι γῆς περάτων, καὶ οὐκέτι εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν; οὐδὲ οὐκέτι τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον, τὸ, Ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν σεμνότητι ὁ γάμος, καὶ ζωὴν ἔχων ὁ γάμος, γεννηθῶσιν ἄνευ γάμου. Εἰ δὲ ἀπὸ γάμου γεννῶνται, ἄρα βέβηλοί εἰσι διὰ τὸν γάμον. Εἰ δὲ αὐτοὶ μόνοι οὐκ εἰσὶ βέβηλοι, καί τοί γε ὄντες ἀπὸ γάμου, οὐ βέβηλος ὁ γάμος, διότι ἄνευ αὐτοῦ οὐδεὶς γεννηθήσεταί ποτε ἐν κόσμῳ. Καὶ πολλή τίς ἐστιν ἡ τῶν ἀνθρώπων πλάνη, διὰ ποικιλίας καὶ πολλῶν προφάσεων ἐργασαμένη τὸ φαῦλον τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, καὶ πλανήσασα ἕκαστον διὰ προφάσεως ἀπὸ τῆς ἀληθείας.

Κεφ. γ'. Καὶ ἔχει μὲν οὖν ἀποταξίαν ἡ ἐκκλησία, ἀλλ' οὐ βδελύττεται τὸν γάμον. Καὶ ἔχει ἀκτημοσύνην, ἀλλὰ οὐκ ἐπαίρεται [1] τῶν ἐν κτήσει δικαιοσύνης ὑπαρχόντων καὶ ἐκ τῶν ἰδίων γονέων ἐχόντων ὅπως ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἐπιδεομένοις ἐπαρκέσαι. Καὶ ἀπέχονται βρωμάτων πολλοὶ, ἀλλ' οὐ φυσιοῦνται κατὰ τῶν μὴ ἀπεχομένων· ὁ γὰρ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ

2. *Libri vulgo* τῷ δὲ.
Cap. III. — 1. κατὰ τῶν *suspicatus est Petavius. Sed* ἐπαίρεσθαι *h. l. structum est perinde atque* καταφρονεῖν. *Pla-*

deus coniunxit homo non separet? Nam ex necessitate separare ab homine est, sponte vero continere sese non hominis esse, sed dei opus ostendit. Ad haec naturalis illa necessitas habet saepe reprehensionem, quoniam id ipsum, quod necessario impositum est, non recto consilio ac ratione perficitur, sed intra regulam minime continetur. Non enim vi extorquenda pietas est, sed consilio ac voluntate iustitia suscipitur. Porro quae ad pietatem proprie sunt necessaria manifesta sunt, quae scilicet homines naturae velut admetiuntur. Quale est non fornicari, neque adulterium perpetrare, non libidinose se gerere, non secundas eodem tempore nuptias contrahere, non rapere, non iniuriam facere, non inebriari, non se cibis iniurgitare, non veneficium parare, non idola colere, non occidere, non imprecari, non convitiari, non iurare, succensere ac cito placari, irasci nec peccare, solem super iracundiam non occidere. Eph. 4, 26.
Nuptiis vero copulari legitimis, vel natura ipsa a deo condita permissum sibi esse monstrabit. Cetera denique, quae eiusdem rationis sunt, ad alterutrum genus, pro modo suo ac mensura, revocari possunt.

Verum ut, quae de illis tractare cepimus, persequamur, habi- Cap. II.
tant illi in exigua quadam regione Phrygiae, Ciliciae ac Pamphyliae. Quid igitur? Ergone ecclesia, quae ad utramque terrarum extremitatem porrigitur, penitus exscinditur, nec amplius in omnem ter- Psalm. 18, 5.
ram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum? Nec illud valet, quod a servatore dictum est: *Eritis mihi testes usque ad* Act. 1, 8.
ultimum terrae? Enim vero si honestatis nihil habent nuptiae nec ulla eis vitae spes relinquitur, nascantur illi sine nuptiis. Sin ex nuptiis oriuntur, ob eas ipsas impuri sunt et execrandi. Quod si soli illi impuri minime sunt, licet e nuptiis propagati sint, non sunt impurae nuptiae, quoniam sine illis nemo in hanc lucem prodire potest. Magnus omnino hominum illorum error est, qui varia ac multiplici specie humano generi perniciem attulit, et unumquemque inani quodam praetextu a recta via veritatis abduxit.

Habet quidem renuntiationem ecclesia, sed non ideo detestan- Cap. III.
das nuptias existimat. Habet bonorum omnium inopiam, sed non adversus illos insolenter effertur, qui ea iuste possident a parentibus accepta, quibus tam sibi quam aliis indigentibus subveniant. Ad haec a ciborum usu temperant multi, sed non contra eos qui illis utuntur superbe se gerunt. *Qui enim manducat, non manducantem* Rom. 14, 3.
non contemnat, et qui non manducat, manducantem non iudicet. Chri-

ne sic nos struere solemus nostrum „sich überheben", *cum dicimus*, „sich seiner nicht überheben".

κρινέτω· Ἀριστῷ γὰρ ἐσθίει καὶ πίνει. Καὶ ὁρᾷς μίαν ὁμόνοιαν, καὶ μίαν ἐλπίδα, καὶ μίαν πίστιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἑκάστῳ χαριζομένην κατὰ
pag. 508. τὴν ἰδίαν δύναμιν καὶ μετὰ τὸν ἴδιον ἀγῶνα τοῦ καμάτου. Ἔοικε δὲ ἡ ἁγία [2] τοῦ θεοῦ ἐκκλησία νηΐ. Ναῦς δὲ οὐκ ἀπὸ ἑνὸς ξύλου [3] ἁρμόζεται, ἀλλ' ἐκ διαφόρων. Καὶ τὴν μὲν τρόπιν ἀπὸ ἑνὸς ξύλου κέκτηται, ἀλλὰ οὐ μονοβόλως· τὰς δὲ ἀγκύρας ἑτέρων, [4] περιτόναιά τε καὶ σανίδας, καὶ [5] τὰ ἐγκοίλια, σώματά τε καὶ μέρη [6] πρύμνης καὶ τοίχων καὶ ζυγωμάτων, [7] ἱστίων τε καὶ πηδαλίων, [8] ὀκνῶν τε καὶ αὐχενίων, οἰάκων τε καὶ τῶν ἄλλων πάντων, ἐκ διαφόρων ξύλων ἔχει τὴν συναγωγήν. Ἑκάστη δὲ τούτων τῶν αἱρέσεων μονόξυλός τις οὖσα [9] τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐκκλησίας οὐχ ὑποφαίνει. Ἡ δὲ ἁγία [10] θεοῦ ἐκκλησία ἔχει μὲν γάμον σεμνὸν, καὶ τιμᾷ τὸν τοιοῦτον, ἐπειδὴ τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Ἔχει ἐγκράτειαν θαυμασιωτάτην, καὶ ἐπαινεῖ τὴν τοιαύτην, ἐπειδὴ ἀγῶνα ἀγωνίζεται, καὶ κατεφρόνησε τοῦ βίου, ὡς ἔτι δυνατωτέρα. Ἔχει δὲ παρθενίαν, καὶ ὑπερδοξάζει τὴν τοιαύτην ἐνάρετόν τινα οὖσαν, καὶ πτερῷ κουφοτάτῳ κεκοσμημένην. Ἔχει ἀποταξαμένους τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ πεφυσιασμένους κατὰ τῶν ἔτι ἐν κόσμῳ ὑπαρχόντων, ἀλλὰ χαίροντας τοῖς τοιούτοις. Καθάπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ μὲν ἀκτήμονες ὑπάρχοντες, καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ πάντων δεσπότης ὢν, ἐν σαρκὶ γενόμενος, οὐδὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἐκτήσατο, ἀλλ' οὐκ ἀπεβάλετο τὰς αὐτοῦ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διακονούσας γυναῖκας. Λέγει γὰρ, Αἵτινες ἠκολούθησαν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων.

Κεφ. δ'. Ἐπεὶ πῶς ἄρα πληρωθήσεται τὸ εἰρημένον, Δεῦτε ἐκ δεξιῶν μου οἱ εὐλογημένοι, οἷς ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἔθετο τὴν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου; ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, [1] [ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με,] γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με. Πόθεν δὲ οὗτοι ταῦτα εἶχον πράττειν, εἰ μὴ ἀπὸ δικαίων πόνων ἐπετέλουν, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπάρξεων ἐν τῇ δικαιοσύνῃ; Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ ἀποταξάμενοι καὶ ἀποστολικὸν βίον βιοῦντες μετὰ τῶν ἄλλων ἦσαν μεμιγμένοι, οὐκ ἀλλότριος ἦν ὁ χαρακτὴρ, οὔτε ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ διατάξεως ἀπεξενωμένος· καὶ εἰ γυναιξὶν ἀπετάξαντο δι' ἐγκράτειαν, ἐπαινετὴ ἦν ἡ
pag. 509. προειρημένη, εἴπερ τὸν γάμον οὐκ ἐβδελύσσοντο· ἀλλὰ τοῖς ἔτι ἐν γάμῳ

2. τοῦ om. cod. Ven.
3. σκευάζεται, ἀλλὰ cod. Venet.
4. Libri vulgo περιτόνεα, vel περιττόνεα. Pollux (Onomast. I, 89. explicat τὰ περὶ τὴν πρύμναν προὔχοντα ξύλα.
5. Scripsi τὰ ἐγκοίλια, σώματά τε καὶ, vestigia cod. Veneti, optimi, secutus, in quo legitur τὰ ἐγκοίλα (sic) σάματα (sic) τὲ καὶ. Cod. Rhedig. cum editis habet τὰ ἐγκυλίσματά τε καὶ. Petavius suspicabatur τὰ γελύσματά τε καὶ.
6. πρύμνης cod. Venet.

sto enim manducat et bibit. Iamne vides eandem in ecclesia concordiam eandemque spem ac fidem quae unicuique secundum propriam vim propriumque laboris certamen gratificare studet? Etenim sancta dei ecclesia navi cuidam similis est. Navis porro non et unica tabula, sed ex diversis coagmentatur. Habet enim ex uno quidem ligno carinam, sed non uno ac simplici modo: anchorae deinde alterius generis sunt, tum peritonaea, tabulata, statumina ac puppis, laterum transtrorumque partes, vela, temones, phalangas, manubria, clavos ac reliqua omnia vario ex materiae genere coagmentantur. At unaquaeque istarum haereseon unico ligno constans ecclesiae notam ac characterem prae se non habet. Contra dei ecclesia honestas nuptias admittit, ac veneratione prosequitur. *Honestae* Hebr. 13, 4.
enim nuptiae sunt, et torus immaculatus. Habet et continentiam, et quidem singularem, eamque commendat, utpote quae certamen quoddam suscipit, vitamque ipsam quasi potentior despicit. Nec minus virginitatem habet, eamque magnopere praedicat, quasi cum virtute coniunctam, levissimaque penna praeditam. Nec ei desunt certi homines, qui mundo renuntiarunt, nec adversus eos qui adhuc in mundo versantur arroganter insolescunt, sed iis ipsis delectantur. Quales olim apostoli fuerunt, omnium scilicet rerum possessione vacui. Imo et salvator ipse dominus omnium, cum in hac carne viveret, nihil ex hisce terrenis rebus possidere voluit. Neque tamen idcirco mulieres illas reiicere voluit, quae sibi ac suis apostolis ministrarent. Ita enim scriptum est: *Quae quidem secutae fuerant* Luc. 8, 3.
illum a Galilaea, ministrantes ipsi et iis qui cum eo erant, de suis facultatibus.

Quod nisi ita se res haberet, qui tandem impleri posset illud: Cap. IV.
Venite ad dexteram meam benedicti, quibus pater meus coelestis paravit Matth. 25, 34.
regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, sitivi, et dedistis mihi bibere, nudus fui, et cooperuistis me. Quae omnia quomodo facere tandem potuissent, nisi iustis ex laboribus atque ex privatis facultatibus iure comparatis eadem illa praestitissent? Quod si isti qui bonis se omnibus abdicant et apostolicum vitae genus instituerunt, aliis essent admisti, non aliena esset illa vivendi ratio, neque a divinis legibus ac praescriptis abhorreret, ac si uxoribus insuper prae temperantiae studio renuntiarent, laudabile esset institutum illud, pro eo quod nuptias minime detestarentur. Sed cum iis qui matrimonia contraxerint communionem

7. ἱστίου cod. Venet.
8. ὁλκῶν suspicio Petavii fuit.
9. οὐ τὸν cod. Venet.
10. τοῦ θεοῦ cod. Venet.

Cap. IV. — 1. *Haec verba, quae in libris vulgo desiderantur, reducenda fuisse, illud γυμνὸς, in tanta nuditate positum, satis probat.*

κοινωνοῖς ἐχρήσαντο ἂν, εἰδότες ἑκάστου τὸ μέτρον καὶ τὴν τάξιν. Ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ναῦς πάντα ἐπιβάτην δέχεται, δίχα λῃστοῦ. Γνοῦσα γὰρ λῃστὴν καὶ πειρατὴν, τοῦτον οὐκ εἰςδέχεται, οὐδὲ φυγάδα, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων δεσποτῶν ἀφηνιάζοντα. Οὕτω καὶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ δέχεται πορνείαν, οὐ δέχεται μοιχείαν, οὐ δέχεται ἐπαρνησιθεΐαν, οὐδὲ τοὺς ἀθετοῦντας τὴν δεσποτείαν τῆς τοῦ θεοῦ διατάξεως, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, δέχεται δὲ τὸν μὲν ἐν μεγάλῃ πραγματείᾳ, τὸν δὲ ἐν ἐμπειρίᾳ ναυτίλων, τὸν δὲ κυβερνήτην καὶ ἐπιστήμονα, τὸν δὲ ἐν πρωρικῇ, τὸν δὲ ἐν πρύμνῃ, ἔχοντα τὸ ἐμπειρότατον τῆς ἀποσκοπῆς, τὸν δὲ ἐν μέτρῳ τινὶ ὑποστάσεως καὶ ἐνθήκης ὄντα, τὸν δὲ καὶ ἕως τοῦ διαπεράσαι μόνον, καὶ μὴ ἐν θαλάσσῃ καταποντωθῆναι. Καὶ οὐ πάντως ὅτι τὸ μὴ τοσαῦτα κεκτημένῳ τὴν σωτηρίαν οὐ παρέχει, ἀλλ' οἶδε μὲν πάντας σώζειν, ἕκαστον δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν πραγματείαν καὶ σωτηρίαν. Καὶ πόθεν οἱ ἐξ οἰκίας τοῦ Καίσαρος ἀσπάζονται παρὰ τῷ ἀποστόλῳ; πόθεν δὲ τῷ ἀποστόλῳ τὸ εἰρημένον, τὸ, Ἐὰν νομίζῃ ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν ἰδίαν παρθένον, καὶ οὕτως ὀφείλει ποιῆσαι, γαμείτω, οὐχ ἁμαρτάνει. Οὐκ ἐκτὸς δὲ λουτροῦ δύναται πληροῦν τὸ οὐχ ἁμαρτάνειν. Εἰ γὰρ πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ χάριτι, δῆλον διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας. Τὸ γὰρ λουτρὸν ἐκόσμησε τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, ἀπολοῦσαν πᾶν ἁμάρτημα διὰ μετανοίας. Ἄρα γε καὶ ἐπὶ τὴν οὖσαν παρθένον τὸ χάρισμα ἐφήπλωται τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἐπὶ τὴν οὐκ οὖσαν παρθένον, [2] ἐὰν σφραγίζεσθαι ἐπείγηται, διὰ τὸ ἀβαρές.

Κεφ. ε'. Ἀλλὰ μή τινες πάλιν ὑδαρευόμενοι νομίσωσιν, ἐὰν εἴπωμεν περὶ παρθένου, διατάξαντος τοῦ ἀποστόλου τὸ γῆμαι, μὴ τὴν ἅπαξ ὁρίσασαν παρθενεῦσαι θεῷ κατασπάσαι τοῦ ἰδίου δρόμου βουλόμενος ὁ ἀπόστολος ταῦτα διετάξατο. Οὐ γὰρ περὶ τούτων ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ παρθένων ὑπεράκμων, τῶν οὐ διὰ παρθενίαν ἐν τῇ ἀκμῇ παραμεινασῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἠπορηκέναι ἀνδρῶν πρὸς γάμον. Ἐξ Ἰουδαίων γὰρ ὁρμώμενοι οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατὰ τὸν νόμον πολιτευσάμενοι, τὴν ἀρχὴν
pag. 510. τοῦ κηρύγματος ἐποιήσαντο θεσμοῖς ἔτι κατεχόμενοι τοῖς ἐν τῷ νόμῳ, οὐ κατὰ τὴν σαρκὸς δικαίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐμμελῆ τοῦ νόμου ἀσφάλειαν καὶ ἀκριβολογίαν. Θαυμαστῶς ἐκήρυττεν ὁ νόμος μὴ δοῦναι τὰς θυγατέρας Ἰσραὴλ τοῖς ἀλλοφύλοις, ἵνα μὴ ἀποπλανῶσιν αὐτὰς ἐπὶ τὰ εἴδωλα. Ἕκαστος τοίνυν τῶν πιστευσάντων τότε προςετάττετο

2. ἐὰν σφρ. ἐπείγηται ego. *Libri habent* παρθένον σφραγ. ἐπείγεται. ἥτις σφραγίζεσθαι ἐπείγεται *censebat Petavius. Cornarius vertit:* „— expassum est, et in eam, quae non est virgo, concludi festinat, eo quod grave non est."

habere vellent, quod uniuscuiusque mensuram ordinemque cognoscerent. Dei quippe navis vectorum genus omne praedonibus exceptis admittit. Quem enim praedonem ac piratam agnoverit, nequaquam recipit, neque fugitivum, aut eum qui dominorum suorum servitutem excusserit. Ad eundem modum ecclesia dei neque fornicationem admittit, nec adulterium, neque divini numinis eiurationem, nec eos qui dei atque eius apostolorum sanctiones ac decreta rescindunt. Ceterum ex vectoribus illis alium ad magnam quandam negotiationem obeundam adhibet, alium ad nauticos usus, gubernatorem alium constituit, atque alium prorae, alium puppi praeficit, qui speculandi praecipua quadam sit experientia praeditus. Alium velut faecis merciumque loco habet, alium denique transvehendi solum gratia recipit, ne in mari demergatur. Nec ulla omnino exceptione utitur, ut ei qui tantum non possideat salutis viam intercludat, quin imo ita universis novit conciliare salutem, ut habita cuiusque functionis ac salutis ratione conservet. Alioqui cur qui e familia Caesaris erant salutem apud apostolum dicunt? Aut unde apostolicum illud dictum, *Si quis putat turpem se videri super virgine sua, et ita facere debet, nubat, non peccat.* Hoc ipsum vero, non peccare citra baptismum obtineri non potest. *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam*, hoc est secundae quadam lotione generationis. Quae quidem lotio omne per poenitentiam peccatum eluens animum ac corpus exornat. Quamobrem tam ad virginem baptismi gratia pertinet quam ad eam quae virgo non est, quae relevandae sui gratia eo se obsignari sacramento desiderat.

Philipp. 4. 22. 1. Cor. 7, 36. Rom. 3. 23.

Verum ne diluti nimium et insipidi homines existiment, cum apostolum dicimus nuptias virgini praescripsisse, eodem decreto et illam insuper de curriculo suo deiicere voluisse, quae virginitatem deo semel consecrare statuerit. Neque enim ad eas apostolicus ille sermo referendus est, sed ad effoetas virgines, quae non amore virginitatis, sed maritorum inopia in illo suo vigore perstiterint. Etenim apostoli e Iudaeis oriundi, eorumque legibus instituti, ita Christianae religionis praedicationem aggressi sunt, ut veteris adhuc legis sanctionibus essent obstricti, idque ipsum non ad iustificationem carnis, sed ad concinnam atque aptam legis observationem accuratamque officii rationem, faciendum sibi esse duxerunt. Siquidem mirum in modum hoc antiqua lege cavebatur, ne Israelitarum filiae exteris nationibus elocarentur, ut ne ipsas ad simulacrorum cultum pertraherent. Itaque fidelium cuique per illud tempus praeceptum Cap. V.

οὐκέτι Ἰουδαίοις ἐκδίδοσθαι τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, ἀλλὰ Χριστιανοῖς ὁμοδόξοις καὶ ὁμογνώμοσι. Νέου δὲ ὄντος τοῦ κηρύγματος, οὔπω πλῆθος κατὰ τόπον Χριστιανῶν ὑπῆρχε, καὶ Χριστιανικῆς διδασκαλίας. Οἵτινες οὖν τότε ἔσχον θυγατέρας παρθένους, μὴ εὐποροῦντες ἐκδίδοσθαι Χριστιανοῖς, ἐφύλαττον τὰς ἑαυτῶν παρθένους ἄχρι πολλοῦ τοῦ χρόνου, ἐκεῖναι δὲ ὑπερακμάζουσαι περιέπιπτον πορνείᾳ, διὰ τὴν κατὰ φύσιν ἀνάγκην. Ὁ γοῦν ἀπόστολος, ὁρῶν τὸ ἐπιζήμιον διὰ τῆς ἀκριβολογίας συμβαῖνον, ἐπέτρεψε λέγων, *Εἰ δέ τις βούλεται τὴν ἑαυτοῦ παρθένον*, καὶ οὐκ εἶπε, τὴν ἰδίαν παρθενίαν. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος ἔλεγεν, ἀλλὰ περὶ πατρὸς φυλάσσοντος παρθενίαν. Εἰ δὲ τὴν ἑαυτοῦ παρθένον τὸ ἴδιον σῶμα λέγει, οὐδὲν κωλύσει. Φησὶν οὖν, *Ἕστηκεν ἑδραίως ἐν τῷ ἰδίῳ νῷ, καὶ τοῦτο ὀφείλει ποιῆσαι. Γαμείτω*, φησὶν, *οὐχ ἁμαρτάνει*· [1]γαμείτω οὗ γ' ἂν εὐποροίη, οὐχ ἁμαρτάνει. Καὶ διὰ τοῦτο, *Δέδεσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν· λέλυσαι ἀπὸ γυναικὸς, μὴ ζήτει γυναῖκα*. Ὁ λέγων, *Θέλω πάντας εἶναι ὡς ἐμαυτὸν*, ἔλεγεν, *Εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν*.

Κεφ. ς'. Πάλιν δὲ προτρεπόμενος τοὺς [1]γάμους ἔλεγε, *Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ*. Πῶς οὖν πάλιν ἔλεγε, *Δέδεσαι γυναικὶ, μὴ ζήτει λύσιν*; ἢ πῶς οὐκ ἀντινομοθετῶν εὑρεθήσεται τῷ ἰδίῳ κυρίῳ τῷ λέγοντι, *Ὁ μὴ καταλιπὼν πατέρα καὶ μητέρα καὶ ἀδελφοὺς καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ θυγατέρας, οὐκ ἔστι μου μαθητής*; Πῶς δὲ ὁ λέγων ὅτι δεῖ καταλιπεῖν γυναῖκα σεμνὴν, καὶ πατέρα, αὐτὸς πάλιν λέγει, *Ὁ τιμῶν πατέρα καὶ μητέρα, αὕτη γάρ ἐστιν ἐν ἐπαγγελίᾳ πρώτη ἐντολὴ ὑπάρχουσα*· καὶ, *Ὃ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω*; Ἀλλὰ πάντα τὰ θεῖα ῥήματα οὐκ pag. 511. ἀλληγορίας δεῖται, [2]ἀλλὰ ὡς ἔχει ἔχει, θεωρίας δὲ δεῖται καὶ αἰσθήσεως, εἰς τὸ εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν. Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι. Οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι. Διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, ὥς φησιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, *Ὡς παρέδωκα ὑμῖν*· καὶ ἄλλοτε, *Οὕτως διδάσκω, καὶ οὕτως παρέδωκα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*· καὶ, *Εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε*. Παρέδωκαν τοίνυν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἀπόστολοι τῇ ἁγίᾳ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐφάμαρτον εἶναι τὸ μετὰ τὸ ὁρίσαι παρθενίαν εἰς γάμον τρέπεσθαι, καὶ ἔγραψεν ὁ ἀπόστολος, *Ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε*. Πῶς οὖν συνᾴδει τοῦτο

Cap. V. — 1. *Libri habent* γαμείτω οὐδ' ἂν εὐποροίεν. *Petavius suspicatus est* γαμείτω οὗ δ' ἂν εὐποροίη. *Rescripsi* γαμείτω οὗ γ' ἂν εὐποροίη, *eo quem ille affectabat sensu. Cornarius*: Qui constitit firmiter in propria mente, et hoc debet facere, nubat, inquit, non peccat, nubat etiamsi non fuerit copia, non peccat.

erat, ne quis filiam suam virginem Iudaeis in matrimonium daret, sed Christianis duntaxat, qui eadem religione essent ac sententia coniuncti. Cumque nova tunc esset evangelii praedicatio, non magna ubique Christianorum erat, Christianaeque doctrinae copia. Quare quibus filiae virgines erant, cum Christianum cui collocarent neminem haberent, easdem illas virgines diutissime servabant, quae maturam aetatem praetergressae naturalibus ad stupra libidinis stimulis incitabantur. Unde et apostolus, cum ex accurata illa ratione detrimenti plurimum afferri videret, iis verbis indulsit: *Quod si quis* 1. Cor. 7, 36. *virginem suam velit*. Non dixit *virginitatem suam*. Neque enim de proprio corpore, sed de patre virginitatis custode loquebatur. Sed si *virginem suam* proprium corpus appellare dixerimus, nihil admodum nobis obstare potest. Pergit porro: *Stat firmiter in animo suo, et hoc debet facere: Nubat*, inquit, *non peccat. Nubat ei quemcumque nacta fuerit, non peccat*. Atque idcirco, *Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem*. Atque ille qui dixit: *Volo omnes esse sicut meipsum*, illud una dixit: *Si non continent, nubant*.

Praeterea cum innuptis praecepta daret, *Dico autem*, inquit, Cap. VI. *innuptis et viduis bonum est ipsis, si maneant ut ego*. Quomodo igitur istud usurpavit: *Alligatus es uxori, noli quaerere solutionem?* Nonne contrariam domini sui decreto legem statuere videtur, qui ita pronuntiaret: *Qui non relinquit patrem et matrem et fratres et* Luc. 14, 26. *uxorem et filios et filias, non est meus discipulus*. Ad haec qui honestam coniugem patremque relinquere iubet, quomodo idem alio in loco dicit, *Qui honorat patrem et matrem, hoc enim est primum in* Exod. 20, 12. *promissione mandatum*, et, *Quod deus coniunxit homo non separet*. Eph. 6, 2. Matth. 19, 6. Verum divina omnia verba non ad allegorias referenda, sed ut se habent accipienda sunt. Consideratione vero ac sensu opus habent, ut argumenti cuiusque vis ac potestas intelligatur. Sed traditione quoque opus est. Neque enim ex scripturis peti possunt omnia. Idcirco alia scripto, traditione alia sanctissimi apostoli reliquerunt. Quod ipsum ita Paulus affirmat: *Quemadmodum tradidi vobis*. Item 1. Cor. 11, 2. alio loco: *Ita doceo, et ita tradidi in ecclesiis*. 1. Cor. 15, 3. Item: *Si meministis, nisi frustra credidistis*. Iam vero illud ab apostolis sancta dei ecclesia traditum accepit, post decretam virginitatem ad nuptias sese conferre, scelere implicatum videri. Atenim apostolus scripsit: *Si nupserit virgo, non peccavit*. Quinam igitur ambo haec inter se con-

Cap. VI. — 1. ἀγάμους *suspicabatur Petavius. Possis eodem iure, retento* γάμους, *mutare* ἀποτρεπόμενος. 2. ἀλλὰ ὡς ἔχει ἔχει *ego. Libri habent* ἀλλὰ ὡς ἔχει.

τούτῳ; Ἀλλὰ [3] κατ' ἐκείνην τὴν παρθένον λέγει, τὴν μὴ ὁρίσασαν θεῷ. Ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σπάνης τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων κατὰ ἀνάγκην οὕτως ἐπετελεῖτο. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, διδάξει ἡμᾶς ὁ αὐτὸς ἀπόστολος, λέγων, Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. [4] Ἢ τοίνυν εἰ καὶ ἡ μετὰ πεῖραν κόσμου χηρεύσασα γυνὴ διὰ τὸ τετάχθαι θεῷ ἔπειτα γήμασα κρίμα ἕξει, ἀθετήσασα τὴν πρώτην πίστιν, πόσῳ γε μᾶλλον ἡ καὶ αὐτὴν ἄνευ πείρας κόσμου ἀναθεῖσα παρθένος θεῷ γαμήσασα; πῶς οὐχὶ μᾶλλον αὐτὴ ὑπὲρ περισσοῦ κατεστρηνίασε Χριστοῦ, καὶ τὴν μείζονα πίστιν ἠθέτησε, καὶ ἕξει κρίμα ὡς ἀναχαλασθεῖσα τῆς ἰδίας κατὰ θεὸν προθέσεως;

Κεφ. ζ'. Γαμείτωσαν τοίνυν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν, σύντομος καὶ μέσος ὁ λόγος κατὰ τῶν τὰ φαῦλα διανοουμένων περὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς τοῦ κηρύγματος ὑποθέσεως. Παρεκβάλλουσα μὲν τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς Ἀποστολικοὺς καὶ Ἐγκρατίτας, παρεκβάλλουσα τοὺς ὑδαρευομένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀναπείθοντας [1] γύναια ἀπὸ τελείου δρόμου ἀναχαλασθέντα ἀθετεῖν τὴν τοιαύτην τοῦ δρόμου τελειότητα. Καὶ ἔχει μὲν ἁμαρτίαν καὶ κρίμα ὁ ἀθετήσας θεοῦ τὴν παρθενίαν, καὶ καταισχύνας τὸν ἀγῶνα. Παραφθείρας γὰρ ἀγῶνα ὁ ἀθλητὴς μαστιχθεὶς ἐκβάλλεται τοῦ ἀγῶνος καὶ παραφθείρας τις παρθενίαν ἐκ-
pag. 512. βάλλεται τοῦ τοιούτου δρόμου, καὶ στεφάνου, καὶ βραβείου. Ἀλλὰ κρεῖττόν ἐστι κρίμα, καὶ μὴ κατάκριμα. Οἱ γὰρ διὰ τὸ μὴ αἰσχυνθῆναι τοῖς ἀνθρώποις κρυφῇ πορνεύοντες ποιοῦσι πορνείας, [2] προφάσει μονότητος, ἢ ἐγκρατείας, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἔχουσι τὴν ὁμολογίαν, ἀλλὰ πρὸς θεὸν τὸν εἰδότα τὰ κρύφια καὶ ἐξελέγχοντα πᾶσαν σάρκα ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ περὶ ὧν ἕκαστος ἥμαρτε. Κρεῖττον τοίνυν ἔχειν ἁμαρτίαν μίαν, καὶ μὴ περισσοτέρας. Κρεῖττον πεσόντα ἀπὸ δρόμου φανερῶς ἑαυτῷ λαβεῖν γυναῖκα κατὰ νόμον, καὶ ἀπὸ παρθενίας πολλῷ χρόνῳ μετανοήσαντα εἰσαχθῆναι πάλιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς κακῶς ἐργασάμενον, ὡς παραπεσόντα, καὶ κλασθέντα, καὶ χρείαν ἔχοντα ἐπιδέματος, καὶ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βέλεσι κρυφίοις κατατιτρώσκεσθαι [3] πονηρίας ὑπὸ διαβόλου αὐτῷ ἐπιφερομένης.

Κεφ. η'. Οὕτως οἶδεν ἡ ἐκκλησία κηρύττειν, ταῦτα τὰ φάρμακα τῆς ἰά-

3. κατ' ἐκείνην ego. καὶ ἐκείνην libri tam scripti quam editi.

4. Ἢ τοίνυν εἰ καὶ ego rescripsi. Libri enim habent Εἰ τοίνυν εἰ καί. Petavius alterum εἰ uncinis notavit.

Cap. VII. — 1. γύναια emendavit Petavius. Libri habent γυναῖκα.

2. Deesse aliquid suspicatus erat etiam Petavius qui librorum vett. scripturam πορνείας, ἢ μονότητος repetiit. Vocabuli προφάσει quod revocavi pars προφασ latebat in voc. πορνείας, pars ει in particula ἢ. Cornarius: Qui enim, ut ne confundantur apud homines, occulte scortantur, et sub solitudinis aut continentiae specie libidinem exercent, non apud homines habent confessionem, sed apud deum, qui cett.

3. Libri habent καὶ πονηρίας. At illud καὶ, quod etiam Cornarius in versione sua neglexit, accreverat ex finali syllaba eius qui praegreditur infinitivi κατατιτρώσκεσθαι.

sentiunt? Sed nimirum de ea virgine loquitur quae deo virginitatem suam non addixit, adeoque propter Christianorum temporibus illis paucitatem atque inopiam, necessario haec ad eum modum administrabantur. Quod autem ita sese res habeat, eiusdem apostoli testimonio constat, cum ait: *Adolescentiores viduas devita. Postquam* 1.Tim. 5. 11
enim in Christum lasciverint, nubere volunt, habentes iudicium, quoniam priorem fidem irritam fecerunt. Quod si vel ea mulier, quae mundum periclitata vidua facta est, pro eo quod deo consecrata fuerit, si postea nupserit, iudicium habet, quod primam fidem irritam fecit, quae, antequam mundum experiretur, semetipsam deo dicaverit virgo, nonne multo magis lascivit in Christum, maioremque fidem irritam reddidit, ac iudicium ideo sustinebit, eo quod suum illud secundum deum propositum relaxavit?

Ergo illa apostoli verba, *Nubant, filios procreent, familiae cu-* Cap. VII.
ram habeant, brevis est ac medius adversus illos sermo qui de omni 1.Tim. 5. 14
ecclesiasticae doctrinae genere perperam apud se cogitant. Quae quidem doctrina eos omnes respuit qui se Apostolicos et Encratitas nominant: necnon et illos qui in ecclesia molliores quodammodo sunt, quippe mulieribus persuadent ut de perfecti cursus contentione remittentes eam ipsam funditus abiiciant. Verum peccato se ac iudicio implicat, quisquis dei virginitatem tollit e medio, ac certamini ignominiam consciscit. Qui enim ex athletis certaminis leges violat, cum verberibus a certamine deiicitur. Ita qui virginitatem corruperit, ab eo ipso curriculo et corona praemioque repellitur. Verum melius utique iudicium est, quam damnatio. Nam qui, ut ne apud homines in infamiam adducantur, clam stuprum perpetrant, monasticae vitae vel continentiae sponsione non se apud homines obligant, sed apud deum, qui et occulta cognoscit et in adventu suo universam carnem redarguit, in quibus videlicet quisque peccaverit. Quocirca satius est uno se peccato quam pluribus obstringere. Satius est ubi a curriculo exciderit, palam sibi uxorem legitimis nuptiis adiungere, ac post virginitatem longo intervallo suscepta poenitentia iterum ecclesiae reconciliari, utpote qui et peccatum admiserit, et prolapsus fuerit et infractus, et obligatione vulneris opus habeat, ut non occultis in dies immissae a diabolo nequitiae iaculis saucietur.

Hunc in modum praedicare consuevit ecclesia. Haec ad reme- Cap. VIII.

σεως, ταῦτα τὰ εἴδη τῆς μυρεψικῆς ἐργασίας, αὕτη ἡ κατασκευὴ τοῦ ἁγίου ἐλαίου ἐν τῷ νόμῳ, αὕτη ἡ ἀρωματίζουσα καλὴ πίστις, ἐπισφίγγουσα μὲν τὸν ἀθλοῦντα εἰς ἀγῶνα, ἐπικηρυκευομένη δὲ αὐτῷ διατεῖναι τὸν δρόμον, ὅπως δυνηθῇ στεφανθῆναι αὕτη ἡ τοῦ θεοῦ πραγματεία, πάντας συνάγουσα εἰς τὴν βασιλικὴν διάταξιν, καὶ πορφύραν μὲν ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ἔριον ἀπὸ προβάτου, καὶ λίνον ἐκ γῆς, καὶ βύσσον, καὶ σηρικὸν, καὶ δέρματα ἠρυθροδανωμένα, καὶ λίθον τίμιον, τὸν σμάραγδον, καὶ τὸν μαργαρίτην, τὸν ἀχάτην, τοὺς μὲν χρώμασι διαλλάττοντας λίθους, τῇ δὲ τιμῇ ὁμοτίμους ὄντας, ἀλλὰ καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ ξύλα ἄσηπα, καὶ χαλκὸν, καὶ σίδηρον, ἀλλὰ καὶ τρίχας αἰγείας μὴ ἀποβαλλομένη. Καὶ αὕτη μὲν ἦν τότε ἡ σκηνὴ, νῦν δὲ τῆς σκηνῆς ὁ οἶκος ἑδραιωμένος ἐν θεῷ, θεμέλιος δὲ ἐν δυνάμει. Καὶ παυσάσθω πᾶσα αἵρεσις κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρομένη, μᾶλλον δὲ ἑαυτὴν ἀπὸ ἀληθείας διώκουσα.

Καὶ ἕως ὧδε ταῦτα ἐχέτω. Τὴν γαῦρον δὲ ταύτην ἔχιδναν, δίκην [5] ἀκοντίου τοῦ καλουμένου, ἢ τύφλωπος, ἢ μυάγρου, ξύλῳ τῷ σταυροῦ πεπαικότες καὶ καταλείψαντες, ἰὸν μὲν οὐ τοσοῦτον ἔχοντα τὰ ἑρπετώδη ταῦτα, πλὴν καὶ τῷ δρόμῳ καὶ τῷ γαυριάματι καὶ τῇ
pag. 513. ἀκοντιάσει διὰ τὴν αὐτῶν ἐπεντριβὴν οὕτως καλῶς ἀπεικασθέντας, περιφρονήσαντες τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

ΚΑΤΑ ΣΑΒΕΛΛΙΑΝΩΝ,

τεσσαρακοστὴ δευτέρα, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α΄. Σαβέλλιός τις ἐν χρόνοις ἀνέστη, οὐ πολλῷ πρότερον, [1] παλαιοτέροις. Πρόσφατος γάρ οὗτος, ἀφ' οὗπερ οἱ Σαβελλιανοὶ καλούμενοι. Καὶ οὗτος δὲ παραπλησίως τῶν Νοητιανῶν, πλὴν ὀλίγων τινῶν δογματίσας. Πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν καὶ ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Ῥώμης τοῦ αὐτοῦ δόγματος ὑπάρχουσιν, ἀνοίᾳ τινὶ φερόμενοι.

Δογματίζει γὰρ οὗτος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Σαβελλιανοὶ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν υἱὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα· ὡς εἶναι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ὀνομασίας, ἢ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ σῶμα, καὶ ψυχὴ, καὶ πνεῦμα. Καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα ὡς εἰπεῖν τὸν πατέρα, ψυχὴν δὲ ὡς εἰπεῖν τὸν υἱὸν, τὸ πνεῦμα δὲ ὡς ἀνθρώπου, οὕτως καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῇ θεότητι. Ἢ ὡς ἐὰν [2] ᾖ ἐν ἡλίῳ, ὄντι μὲν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, τρεῖς δὲ ἔχοντι τὰς ἐνεργείας, φημὶ δὲ τὸ φωτιστικὸν, καὶ

dium comparata medicamenta sunt, haec seplasiarii operis genera sunt, haec sacri in lege olei confectio, haec aromatum odore fragrans egregia fides, quae athletae ad certamen prodeuntis adstringendi vim habet, eidemque denuntiat, uti cursum contendat, quo coronam possit auferre, hoc dei opus ac negotium est, quod omnes regiam ad administrationem congregat, velut e mari purpuram, lanam ex ovibus, linum e terra, byssum sericum, rubricatas pelles, pretiosum lapidem, smaragdum, unionem, achatem, lapides inquam, qui, etsi coloribus differant, pretio tamen aequales sunt. Sed et aurum et argentum, et incorrupta ligna, aes atque ferrum, adeoque ne caprinos quidem pilos repudiat. Atque eiusmodi quondam tabernaculum fuit, nunc autem tabernaculi domus in deo stabilita, fundamentum eius in virtute consistit. Proindeque desinat haeresis omnis, quae contra veritatem insurgit, vel seipsam potius a veritate removet. Exod. 25.

Atque haec hactenus. Nunc posteaquam superbam hanc viperam, perinde ac serpentis genus illud, quod iaculum vocat, aut typhlopem vel myagrum, crucis ligno percussimus ac reliquimus, quae quidem serpentum genera non tam praesenti veneno sunt, verum tamen tam ob eorum pernicitatem quam insolentiam et eiaculationem ad haereticorum illorum perniciem significandam commode adhibentur, contemptis, inquam, illis et abiectis ad reliquas haereses transeamus.

CONTRA SABELLIANOS,

haeresis XLII., sive LXII.

Non multis abhinc annis Sabellius quidam haereticus emersit, quippe recens ille est; a quo Sabelliani profecti sunt. Qui quidem, paucis quibusdam exceptis, eadem cum Noëtianis asseruit. Atque huius sectae plurimi cum in Mesopotamia, tum Romae versantur, vesania quadam perciti. Cap. I.

Horum haec opinio est: Eundem esse patrem, et filium, et spiritum sanctum, ut ad eandem hypostasin tres appellationes conveniant. Aut perinde atque in uno homine corpus, et anima, et spiritus inest. Ita ut corporis instar sit pater, animae filius, spiritus denique in ipsa divinitate humani spiritus instar habeatur. Quod et solis similitudine declarant, in quo cum una sit hypostasis, triplex nihilominus actus est, nimirum illustrandi vis et calefaciendi, et or-

5. *Cf. supra haer.* 40, 8. *De typhlope cf. Nicandr. Ther.* 492. *Ael. H. A.* VIII, 13. *De myagro Nic. Ther.* 490.

Cap. I. — 1. *Reposui* παλαιοτέροις. *Libri habent* παλαιοτάτοις, *qui error haud infrequens est. Cornarius:* Sabellius quidam surrexit in temporibus non adeo priscis.

2. *Intellege* ἡ θεότης.

τὸ θάλπον, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς περιφερείας σχῆμα· καὶ εἶναι μὲν τὸ θάλ-
πον, εἴτουν θερμὸν καὶ ζέον, τὸ πνεῦμα, τὸ φωτιστικὸν δὲ τὸν υἱὸν,
τὸν δὲ πατέρα αὐτὸν εἶναι τὸ εἶδος πάσης τῆς ὑποστάσεως. Πεμφθέντα
δὲ τὸν υἱὸν καιρῷ ποτε, ὥςπερ ἀκτῖνα, καὶ ἐργασάμενον τὰ πάντα ἐν
τῷ κόσμῳ τὰ τῆς οἰκονομίας τῆς εὐαγγελικῆς καὶ σωτηρίας τῶν ἀν-
θρώπων, ἀναληφθέντα δὲ αὖθις εἰς οὐρανὸν, ὡς ὑπὸ ἡλίου πεμφθεῖ-
σαν ἀκτῖνα, καὶ πάλιν εἰς τὸν ἥλιον ἀναδραμοῦσαν. Τὸ δὲ ἅγιον
πνεῦμα πέμπεσθαι εἰς τὸν κόσμον, καὶ καθεξῆς καὶ καθ' ἕκαστα εἰς
ἕκαστον τῶν καταξιουμένων· ἀναζωογονεῖν δὲ τὸν τοιοῦτον, καὶ ἀνα-
ζέειν, θάλπειν τε καὶ θερμαίνειν, ὡς εἰπεῖν, διὰ τῆς τοῦ πνεύματος
δυνάμεώς τε καὶ συμβάσεως. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ δογματίζουσι.

Κεφ. β'. Κέχρηνται δὲ ταῖς πάσαις γραφαῖς, παλαιᾶς τε καὶ καινῆς δια-
θήκης, λέξεσι δέ τισιν αἷς αὐτοὶ ἐκλέγονται κατὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν πα-
ραπεποιημένην φρενοβλάβειάν τε καὶ ἄνοιαν. Πρῶτον μὲν τῷ ῥητῷ
pag. 514. ᾧ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Μωϋσῆν ὅτι, Ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου
κύριος εἷς ἐστιν· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ θεοὺς ἑτέρους· οὐκ ἔσονταί σοι
θεοὶ πρόσφατοι, ὅτι ἐγὼ θεὸς ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν
ἐμοῦ οὐκ ἔστι θεὸς ἕτερος, καὶ ὅσα ἕτερα κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῶν νοῦν,
εἰς τούτων δὲ παράστασιν, φέρουσι πάλιν ἀπὸ εὐαγγελίου ὅτι, Ἐγὼ
ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν. Τὴν δὲ πᾶ-
σαν αὐτῶν πλάνην, καὶ τὴν τῆς πλάνης αὐτῶν δύναμιν ἔχουσιν ἐξ
Ἀποκρύφων τινῶν, μάλιστα ἀπὸ τοῦ καλουμένου Αἰγυπτίου εὐαγγε-
λίου, ᾧ τινες τὸ ὄνομα ἐπέθεντο τοῦτο. Ἐν αὐτῷ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα
ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἀναφέρεται,
ὡς αὐτοῦ δηλοῦντος τοῖς μαθηταῖς τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν
εἶναι υἱὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα. Εἶτα ὅταν συναντήσωσί τισι
τῶν ἀφελεστάτων ἢ ἀκεραίων, τῶν μὴ τὰ σαφῆ τῶν θείων γραφῶν
γινώσκοντων, τὴν πεῦσιν αὐτοῖς ὑφηγοῦνται ταύτην· Τί ἂν εἴπωμεν,
ὦ οὗτοι, ἕνα θεὸν ἔχομεν, ἢ τρεῖς θεούς; Ὅταν δὲ ἀκούσῃ ὁ ἐν εὐ-
λαβείᾳ ὢν, καὶ μὴ τὰ τέλεια τῆς ἀσφαλείας ἐπιστάμενος, εὐθὺς τὸν
νοῦν ταραχθεὶς συγκατατίθεται τῇ ἐκείνων πλάνῃ, καὶ εὑρίσκεται ἀρ-
νούμενος τὸν θεὸν, καὶ εὑρίσκεται ἀρνούμενος τὸ εἶναι υἱὸν καὶ τὸ
ἅγιον πνεῦμα.

Κεφ. γ'. Ἐν πᾶσι δὲ τούτοις ἐνέπνευσεν ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀντίπαλος ἀπ'
αἰῶνος, ἵνα τὸν μὲν οὕτως, τὸν δὲ οὕτως, τοὺς πλείους δὲ ὁμοῦ ἀπα-
τήσῃ, καὶ πλανήσῃ ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας. Καὶ ὅτι
μὲν ἀληθῶς εἷς ἐστι θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερος, σαφῶς ἐν τῇ ἁγίᾳ
τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ ὡμολόγηται καὶ συμπεφώνηται· ὅτι οὐ πολυθεΐαν
εἰςηγούμεθα, ἀλλὰ μοναρχίαν κηρύττομεν. Μοναρχίαν δὲ κηρύττοντες
οὐ σφαλλόμεθα, ἀλλὰ ὁμολογοῦμεν τὴν τριάδα, μονάδα ἐν τριάδι, καὶ
τριάδα ἐν μονάδι, μίαν θεότητα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύ-

bicularis figura. Ac vim quidem illam calefaciendi, hoc est calorem
atque aestum, spiritui respondere, illuminandi vero vim filio, pa-
trem denique totius hypostasis velut quandam esse formam. Igitur
filium affirmant radii in morem emissum omnia, quae ad evangelii
et humanae salutis procurationem attinerent, in hoc mundo praesti-
tisse, atque ita in coelum rediisse, quemadmodum is qui a sole ma-
navit radius in eundem postea refunditur. Spiritum porro sanctum
in hunc orbem immitti, ac deinceps singillatimque in eos omnes il-
labi qui eo munere digni sunt; eundemque instaurare vitam et ani-
mare fervore, fovere denique ac calefacere, ut ita dicam, vi qua-
dam consensioneque spiritus. Eiusmodi fere illorum dogmata sunt.

Ceterum omnibus tam veteris quam novi testamenti scripturis
utuntur, vel certis potius dictionibus, quas ipsimet pro insana mente Cap. II.
sua ac vecordia deligunt. Principio hanc e sacris literis sententiam
arripiunt, quam Moysi deus elocutus est: *Audi Israel, dominus deus*
tuus dominus unus est. Non facies tibi deos alteros. Non erunt tibi Deut. 6, 4. Exod. 20, 3.
dii recentes. Quoniam ego deus primus et novissimus, et praeter me Isai. 44, 6.
non est deus alius; et si quae alia sunt ad mentem suam accommo-
data quibus ad confirmandum errorem abutuntur. Praeterea ex
evangelio illud usurpant: *Ego in patre, et pater in me est*, et, *Duo*
unum sumus. Hunc autem errorem omnem, eiusque firmamentum Ioann. 10, 38.
ex apocryphis quibusdam hauserunt praesertim ab Aegyptiorum evan-
gelio (hoc enim illi nomen indiderunt), in quo pleraque sunt huius
generis quae ex persona salvatoris clam atque occulte velut myste-
ria proponuntur; quasi discipulis ipse declaret eundem esse patrem,
et filium, et spiritum sanctum. Deinde quoties in aliquem ex sim-
plicioribus ac rudioribus inciderint, qui exactam divinarum litera-
rum scientiam non habent, hunc in modum interrogant: Quid tan-
dem, boni viri, dicemus? Unum habemus deum an tres? Quibus
auditis religiosus ille, nec perfecta ad cavendum scientia perpolitus,
perturbatus illico, eorum assentitur errori ac deum imprudens ne-
gat, negat, inquam, filium ac spiritum sanctum.

Ceterum hos omnes perpetuus ille humani generis hostis afflavit, Cap. III.
ut alium hoc, alium isto modo, utcumque vero quamplurimos cir-
cumveniat, atque a via veritatis abducat. Etenim unum esse revera
deum, neque praeter hunc alterum, manifeste communis ecclesiae
consensio profitetur. Non enim deorum multitudinem invehimus,
sed monarchiam praedicamus. In ea autem praedicanda nequaquam
aberramus, sed una trinitatem confitemur, unitatem, inquam, in
trinitate, et trinitatem in unitate, unamque patris, et filii, ac spi-

ματος. Οὐ γὰρ ὁ υἱὸς ἑαυτὸν ἐγέννησεν, οὐδὲ ὁ πατὴρ μεταβέβληται ἀπὸ τοῦ πατὴρ, τοῦ εἶναι υἱὸς, οὐδὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα Χριστὸν ἑαυτὸν πώποτε ὠνόμασεν, ἀλλὰ πνεῦμα Χριστοῦ, καὶ διὰ Χριστοῦ διδόμενον, ἀπὸ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Ἐνυπόστατος ὁ πατὴρ, ἐνυπόστατος ὁ υἱὸς, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα.
pag. 515. Ἀλλὰ οὐ συναλοιφὴ ἡ τριὰς, ὡς Σαβέλλιος ἐνόμισεν, οὔτε ἠλλοιωμένη τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος καὶ δόξης, ὡς ὁ Ἄρειος κενοφωνῶν ἐδογμάτισεν, ἀλλ' ἀεὶ μὲν ἦν τριὰς τριὰς, καὶ οὐδέποτε ἡ τριὰς προςθήκην λαμβάνει, μία οὖσα θεότης, μία κυριότης, μία δοξολογία οὖσα, ἀλλὰ τριὰς ἀριθμουμένη, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐχ ὡς ἕν τι τρισὶν ὀνόμασι κεκλημένον, ἀλλὰ ἀληθῶς τέλεια τὰ ὀνόματα, τέλειαι αἱ ὑποστάσεις, οὐδὲν παρηλλαγμένον. Πατὴρ δὲ ἀεὶ πατὴρ, καὶ οὐκ ἦν καιρὸς ὅτε οὐκ ἦν ὁ πατὴρ πατὴρ, τέλειος ὢν ἀεὶ πατὴρ ἐνυπόστατος, καὶ υἱὸς ἀεὶ τέλειος ὢν ἀεὶ ἐνυπόστατος, ἐκ πατρὸς ἐν ἀληθείᾳ γεγεννημένος ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως καὶ ἀνεκδιηγήτως, οὐ συνάδελφος τῷ πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι, οὐδὲ διαλιπών ποτε, ἀεὶ δὲ υἱὸς γνήσιος πατρὶ συνυπάρχων, ἐκ πατρὸς ἀχρόνως γεγεννημένος, ἴσως ὢν, θεὸς ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸς ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλὰ οὐκ αὐτὸς πατὴρ, οὐδὲ ὁ πατὴρ αὐτὸς υἱός· εἰ δὲ θεὸς πατὴρ, καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα.

Κεφ. δ'. Ἀεὶ γὰρ τὸ πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, οὐ συνάδελφον πατρὶ, οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐκ ἀδελφὸν υἱοῦ, οὐκ ἔγγονον πατρὸς, ἐκ πατρὸς δὲ ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλὰ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, ἐνυπόστατον ἀεὶ πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα θεῖον, πνεῦμα δόξης, πνεῦμα Χριστοῦ, πνεῦμα πατρός. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· καὶ, Τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ, ἴσον τῇ θεότητι, οὐκ ἠλλοιωμένον παρὰ πατέρα καὶ υἱὸν σύνδεσμος τριάδος, ἐπισφραγὶς τῆς ὁμολογίας. Ὁ γὰρ υἱός φησιν, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς εἰμι, ἀλλὰ τὸ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, σημαίνει ἐνυπόστατον τὸν πατέρα, καὶ ἐνυπόστατον τὸν υἱόν. Καὶ Οἱ δύο εἶπε, καὶ οὐκ εἶπεν Ὁ εἷς. Καὶ πάλιν, Ἕν ἐσμεν, καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς εἰμι. Ὡσαύτως δὲ, Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Μέσων δὲ τιθεμένων τῶν ἄρθρων τῆς συλλαβῆς τοῦ, τοῦ, καὶ τοῦ, καὶ ἐλέγχει τὸν Σαβέλλιον Ματθαῖος,
pag. 516. τὴν συναλοιφὴν παρειςφέροντα. [1] Ὁμοῦ γὰρ καὶ σημαίνει ἀληθῶς πα-

Cap. IV. — 1. *Rescripsi* Ὁμοῦ *cum Petavio, pro* Ὅπου, *quod libri retinent.*

ritus sancti divinitatem. Nam neque seipsum filius genuit, neque pater, ut esset filius, esse pater desiit, neque spiritus sanctus seipsum unquam Christum appellavit, sed spiritum Christi, ac per Christum communicatum, procedentem a patre, et accipientem a filio. Subsistens est pater, subsistens filius, subsistens spiritus sanctus. Sed non confusio quaedam est trinitas, uti Sabellius credidit, nec ab aeternitate sua gloriaque demutatur, ut Arius vanissime docuit. Sed trinitas perpetuo trinitas fuit, nec ei quicquam accessit, cum una sit divinitas, una dominatio, una praedicanda celebrandaque gloria. Eadem nihilominus trinitas numeratur, pater, filius, et spiritus sanctus; non ut idem atque unum triplici appellatione declaretur, sed perfecta revera nomina sunt, perfectaeque personae, neque quiddam varium inest ac diversum. Pater ipse perpetuo pater extitit, nec ullum unquam tempus fuit quo pater non esset. Semper enim perfectus ille pater est, atque subsistens, ut et perfectus semper filius, semperque subsistens, vere a patre genitus, absque initio tamen ac tempore, eoque modo, quem nulla explicare potest oratio. Non is patris velut germanus frater est, nec esse coepit unquam aut aliquando desiit, sed legitimus perpetuo filius est, existens cum patre, ab eoque sine tempore genitus, aequalis, deus ex deo, lumen de lumine, deus verus de deo vero, genitus non creatus. Neque tamen aut ipse pater est, aut pater ipse filius. Ac si deus pater est, et filius utique erit, et spiritus sanctus.

Semper enim cum patre filioque spiritus est; non patris veluti Cap. IV.
frater, non genitus aut creatus, non filii frater, non patris nepos, sed a patre procedens, et accipiens a filio, a patre filioque non alienus, verum eadem ex substantia, eademque divinitate, ex patre et filio, et cum patre ac filio subsistens semper spiritus sanctus, divinus spiritus, gloriae spiritus, Christi spiritus, patris spiritus. Nam
spiritus patris qui in vobis loquitur: et, *Spiritus meus in medio vestri* Matth. 10, 20.
consistit. Idem porro appellatione tertius, divinitate aequalis est, Agg. 2, 6.
nihil a patre filioque discrepans, trinitatis nexus, confessionis sigillum. Sic enim filius loquitur: *Ego et pater unum sumus.* Non di- Ioann. 10, 30.
xit, *Unus sum*, sed haec verba, *Ego et pater*, suam patri personam convenire, suamque filio significant. Duos itaque nominavit, non unum dixit. Item: *Unum sumus*, non, *Unus sum*. Similiter et illud usurpavit, *Euntes baptizate in nomine patris, et filii, et spiritus* Matth. 28, 19.
sancti. Ubi dum articulus ille τοῦ ter repetitus et interiectus est, Sabellius, qui tres in unum personas confundit, Matthaei testimonio redarguitur, cum is vere patrem, vereque filium, ac vere spiritum

τέρα, ἀληθῶς υἱὸν, ἀληθῶς ἅγιον πνεῦμα. Ὁπότε δὲ ὁμόστοιχος ἡ τριὰς, καὶ ἐν ἑνὶ ὀνόματι τριὰς καλουμένη, ἐλέγχει τὸν Ἄρειον, ὑπόβασίν τινα διανοούμενον ἐν τῇ τριάδι, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ παραλλαγήν. Κἄν τε γὰρ ὁ πατὴρ μείζων παρὰ υἱοῦ δογματιζόμενος ἀπαγγέλλεται, πρεπωδεστάτως τῷ υἱῷ τὴν δόξαν περιποιεῖται. Τίνι γὰρ ἔπρεπε δοξάζειν ἴδιον πατέρα, ἀλλὰ τῷ γνησίῳ υἱῷ; Ὅταν δὲ πάλιν τὴν ἰσότητα βούλεται λέγειν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσί τινες, ἧσσον ὡς περὶ υἱοῦ διανοούμενοι, οὕτως φησίν· Ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, οὐκ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ· καὶ, Πάντα τὰ τοῦ πατρός μου ἐμά ἐστι. Τί δέ ἐστι τὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἢ θεὸς ὁ πατὴρ θεός εἰμι, ζωὴ ὁ πατὴρ ζωή εἰμι, πάντα τὰ τοῦ πατρός μου ἐμά ἐστιν;

Κεφ. ε'. Ὅρα δὲ, ὦ Σαβέλλιε, καὶ κατανόει. Διάνοιξον τὸ ὄμμα τῆς καρδίας σου, καὶ μὴ ἀβλέπτει. Συνελθέτω ἡ διάνοιά σου καὶ τῶν ὑπό σου ἠπατημένων Ἰωάννῃ τῷ ἁγίῳ εἰς τὸν Ἰορδάνην. Ἄνοιγε τὰ ὦτά σου, καὶ ἄκουε τῆς φωνῆς τοῦ προφήτου λέγοντος, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἄκουε τοῦ προδρόμου κυρίου, τοῦ ἀγγέλου καταξιωθέντος ὀνομασθῆναι, τοῦ ἀπὸ κοιλίας μητρὸς λαβόντος πνεῦμα ἅγιον, καὶ σκιρτήσαντος τῇ εἰσόδῳ τῆς Μαρίας, ὃς ἔγνω ἔτι ἐν κοιλίᾳ ὑπάρχων εἴσοδον τοῦ ἰδίου δεσπότου, καὶ ἐσκίρτα, ᾧ ἐδόθη τὸ μήνυμα τοῦ προκηρύγματος, καὶ ἡ ἑτοιμασία τῆς ὁδοῦ τοῦ κυρίου. Πείσθητι αὐτῷ, καὶ οὐ διαπέσοις ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τῆς ἀληθείας. Ἰδοὺ γὰρ, αὐτὸς μαρτυρεῖ λέγων, πρῶτον μὲν τὸν δεσπότην ἑαυτοῦ ἐπιγνοὺς, ὅτι, Ἐγὼ σοῦ χρείαν ἔχω, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Καὶ τοῦ σωτῆρος λέγοντος, Ἄφες ἄρτι, ὅπως πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη, καὶ αὐτοῦ βαπτισθέντος ὑπ' αὐτοῦ, ὥς φησι τὸ θεῖον εὐαγγέλιον, ὅτι ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης λέγων, Ὅτι ἠνοίχθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ τεθέαμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατερχόμενον, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν· καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα. Ἄνω ἦν ὁ πατὴρ, ὦ φιλόνεικε, ἄνωθεν ἡ φωνὴ ἤρχετο. Εἰ τοίνυν ἄνωθεν ἡ φωνὴ, διάκρινόν μοι τὴν παραπεποιημέ-
pag. 517. νην σου διάνοιαν. Τίνι ὁ πατὴρ ἔλεγεν, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα; καὶ τίς ἦν οὗτος; διὰ τί δὲ ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα κατελήλυθε, καίτοι γε σῶμα μὴ φορέσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ὁ γὰρ μονογενὴς μόνος ἐνεδύσατο, καὶ τελείως ἐνηνθρώπησεν ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου διὰ πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ἑαυτῷ ἀναπλασάμενος, ὁ ἀρχιτέχνας λόγος, σῶμα ἀπὸ Μαρίας, καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν καὶ νοῦν, καὶ ἔτι ἐστὶν ἄνθρωπος, πάντα τελείως ἀναδεξάμενος καὶ συνενώσας τῇ ἑαυτοῦ θεό-

sanctum exprimit. Cum autem idem in trinitate personarum ordo
constituitur, unoque trinitatis nomine censetur, Arium refellit, qui
inferiorem quendam in trinitate gradum ac varietatem mutationem-
que commentus est. Etenim licet maior a filio pronuntiatus pater
ab evangelista narretur, eidem tamen filio consentanee inprimis glo- Ioann. 14, 28.
riam attribuit. A quo enim celebrari patrem decebat potius quam
ab eo qui legitimus esset filius? Sed rursum ut aequalitatem indicet,
ne errandi quibusdam praeberetur occasio, qui inferiorem aliquem
gradum filio concederent, hunc in modum loquitur: *Qui non hono-* Ioann. 5, 23.
rificat filium, sicut honorificat patrem, non habet vitam in seipso. Et:
Omnia quae patris sunt, mea sunt. Quid est autem illud, *Quae patris sunt,* nisi, quemadmodum deus est pater, ita deus sum, et ut
vita est pater, sic ego vita sum, proindeque omnia quae patris mei
sunt, mea sunt?

Vide sis igitur, o Sabelli; ac diligenter animadverte, aperi Cap. V.
cordis oculos, neque caecus esto, fac ut tua tuorumque mens cum
sancto Ioanne ad Iordanem conveniat. Aures tuas aperi, et hanc
prophetae vocem exaudi: *Ego vox clamantis in deserto.* Audi prae- Matth. 3, 3.
cursorem domini, qui angelus appellari meruit, spiritum sanctum ex
utero matris accepit, et Maria intrante subsiliit. Qui cum adhuc Luc. 1, 44.
matris utero contineretur, domini sui ingressum agnovit, et exiliit,
cui patefaciendae divini verbi praedicationis praeparandaeque domini
viae munus est concessum. Adhibe huic fidem, nec a scopo veritatis aberres. Ecce tibi testimonium ille praebet. Inprimis cum
dominum suum agnoscens ita loquitur, *Ego te opus habeo, et tu ve-* Matth. 3, 14.
nis ad me. Deinde cum dixisset, *Sine modo, ut impleatur omnis iustitia,* et ab illo baptizatus esset, divinum refert evangelium Ioannem his verbis testimonium dedisse: *Quoniam aperti sunt coeli, et* Ioann. 1, 32.
vidi spiritum sanctum in specie columbae descendentem, et venientem
in ipsum. Et vox de coelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi Matth. 3, 17.
complacui. Erat tum in coelo pater, homo contentiosissime, indidemque vox illa venerat. Itaque si coelo delapsa vox est, falsam
illam tuam mentem quaeso discute. Cuinam pater ista dicebat, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit?* Aut quis iste demum erat? Cur spiritus sanctus effigie columbae lapsus est, cum
praesertim corpus haberet nullum? Solus enim id unigenitus induit,
perfecteque ex Maria semper virgine per spiritum sanctum naturam
hominis assumpsit. Neque vero ex virili eam semine suscepit, sed
corpus sibi artifex verbum e Maria finxit, necnon humanam animam
ac mentem, proindeque etiamnum homo est, qui propria hominis
omnia perfecte in sese transtulit ac cum sua divinitate coniunxit;

τητι, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ οἰκήσας, μὴ γένοιτο, αὐτὸς δὲ ὁ ἅγιος λόγος, ὁ θεὸς λόγος ἐνηνθρώπησε.

Κεφ. ς΄. Τὸ δὲ πνεῦμα τίνι τῷ λόγῳ ἐν εἴδει περιστερᾶς φαίνεται; ἀλλὰ ὅπως πείσῃ σε μὴ βλασφημεῖν, ὦ ἐθελόσοφε, καὶ μηδὲν διανοούμενε, ἵνα μὴ νομίσῃς τὸ πνεῦμα συναλοιφὴν εἶναι πατρὶ ἢ υἱῷ. Διὰ τοῦτο καίπερ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου σῶμα μὴ φορέσαντος, ἐν εἴδει περιστερᾶς σχηματίζεται, ὅπως δείξῃ σου καὶ ἐλέγξῃ σου τὴν πλάνην, ὅτι ἐνυπόστατόν ἐστι τὸ πνεῦμα καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐνυπόστατος ὁ πατὴρ, καὶ ἐνυπόστατος ὁ μονογενὴς, ἀλλ' οὐ διαιρουμένης τῆς θεότητος, οὔτε ὑποβεβηκυίας τῆς ἑαυτῆς δόξης. Καὶ ὁρᾷς πῶς ἡ τριὰς ἀριθμεῖται, [1] πατρὸς ἄνωθεν βοῶντος, υἱοῦ δὲ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου, πνεύματος δὲ ἁγίου ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπιφοιτῶντος; Λέγε δέ μοι τίς ἐστιν ὁ εἰρηκὼς, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς ἐφ' ὃν ηὐδόκησα, ὃν ᾑρέτισεν ἡ ψυχή μου· θήσομαι τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ· οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἐν πλατείαις ἡ φωνὴ αὐτοῦ· κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, καὶ τὰ ἑξῆς; Μὴ δὴ ταῦτα δύναται ἔχειν ἔμφασιν τριάδος, ὦ φιλόνεικε; ἆρα περὶ αὐτοῦ ὁ πατὴρ τὰ τοσαῦτα ἐν τῷ προφήτῃ διεξῆλθε; Τίς δέ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; καὶ οὐκ εἶπεν, Εἴςελθε εἰς ἐμέ; ἢ πάλιν ὡς λέγει τὸ εὐαγγέλιον, Καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐν
pag. 518. δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς; ἢ πάλιν, πῶς οὐκ ἔπεισάν σε οἱ δύο ἄνδρες οἱ ἐν ἐσθήσεσι λευκαῖς πεφηνότες, πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰπόντες, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίζοντες; οὗτος Ἰησοῦς ὁ ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθεὶς οὕτως ἐλεύσεται ὡς αὐτὸν εἴδετε ἀναλαμβανόμενον; τίνα δὲ ἔβλεπεν ὁ μακάριος Στέφανος, ὅτε ἔλεγεν, Ἰδοὺ, ἐγὼ ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ; Σὺ δὲ, ὦ κατὰ πάντα ἰδιῶτα, μὴ νοήσας τὴν φωνὴν τῶν ἁγίων γραφῶν σεαυτὸν μᾶλλον ἔβλαψας, καὶ τούς σοι ὑπακούσαντας, ἐκπεσὼν τῆς ἁγίας πίστεως τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας.

Κεφ. ζ΄. Ἔφη γὰρ ὡς ἀληθῶς, Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ πλήν μου οὐκ ἔστιν ἕτερος. Ὡς ἀληθῶς γὰρ οὔκ εἰσι πολλοὶ θεοὶ, ἀλλ' εἷς θεὸς ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐ συναλοιφὴ οὖσα ἡ τριὰς, οὐδὲ διῃρημένη

Cap. VI. — 1. *Vulgo* πατρὸς δὲ ἄνωθεν. *Sed illud* δὲ *iam Petavius notavit.*

non sic tanquam in homine duntaxat habitans (absit ut ita suspicemur), sed sacrosanctum ipsum verbum, deus, inquam, verbum, hominem se fecit.

Iam spiritus sanctus quam tandem ob caussam specie se columbae videndum exhibuit, nisi ut tibi sapientiae opinione inflato, neque quicquam intelligenti, nihil in deum contumeliose iaciendum esse suaderet, ut ne spiritum cum patre filioque confundendum esse crederes? Propterea, licet spiritus sanctus nullo esset corpore praeditus, ad columbae tamen effigiem sese conformavit, quo tuum nimirum et patefaceret, et convinceret errorem, idque ipsum ostenderet, suapte consistere persona spiritum, suapte item persona patrem, ac suapte postremo filium; sic ut non ideo divisa esse divinitas, aut depressum aliquid in eius gloria atque inferius esse putandum sit. Animadvertis, opinor, quemadmodum trinitas ipsa numeretur, cum et pater e coelo clamat, et filius in Iordane tingitur, et spiritus sanctus specie columbae delabitur. Dic sodes, quis est ille qui dixit, *Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi complacui,* Isai. 42, 1.
quem elegit anima mea. Ponam spiritum meum super ipsum, et iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, nec audietur in plateis vox eius. Calamum contritum non confringet, et linum fumigans non extinguet, donec emittat in victoriam iudicium etc. Numquid illa ad exprimendam trinitatem vim habere tibi, hominum contentiosissime, videntur? An de se tot illa pater apud prophetam disseruit? Age quis est ille de quo scriptum est, *Dixit dominus do-* Ps. 109, 1.
mino meo, sede a dextris meis? Non dixit, *In me subiit.* Aut illud rursum, quod in evangelio scriptum est: *Et ascendit in coelum, et* Marc.16,19.
sedit ad dexteram patris, et venturus est iudicare vivos et mortuos? Praeterea cur non duorum illorum virorum tibi persuadet auctoritas, qui in vestibus albis apparentes ita discipulos allocuti sunt: *Viri Ga-* Act. 1, 11.
lilaei, quid statis aspicientes in coelum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet quemadmodum illum vidistis assumptum? Quemnam vero beatus Stephanus intuebatur, cum diceret, *Ecce* Act. 7, 55.
ego video coelum apertum, et filium hominis stantem a dextris dei? Tu vero rudis in omnibus atque imperite, nec quid sacrae literae loquantur intelligens, tibimetipsi ac tuis auscultatoribus magis fraudi fuisti, dum a sacro sancta divinae veritatis fide longius excidisti.

Etenim reipsa quidem hoc ille dixit, *Ego sum primus, et ego* Cap. VII. Isai. 44, 6.
posterior, et praeter me non est alius. Nimirum plures dii nequaquam existunt, sed unus duntaxat primus ac posterior, pater, filius, et spiritus sanctus; non ut confusio quaedam trinitas illa sit, aut ab

τῆς ἑαυτῆς ταυτότητος, ἀλλὰ πατὴρ ἀληθῶς γεννήσας υἱὸν, καὶ υἱὸς
ἀληθῶς γεννηθεὶς ἐκ πατρὸς ἐνυπόστατος ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, καὶ
πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ
πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον ἀεὶ, εἷς θεὸς ὁ πρῶ-
τος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα. Ἄλλης δὲ πάλιν ἕνεκα οἰκονομίας, καὶ ἀπὸ
προσώπου δὲ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ᾄδεται οὕτως, [1] πάλαι ἐπειδὴ πολ-
λάκις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς πέφηνε τοῖς προφήταις, καὶ
κατήγγειλε τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν ἔσεσθαι, τινὲς δὲ αὐτὸν οὐκ ἐδέ-
ξαντο, προσδοκῶντες ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς δεισιδαί-
μονας τῶν εἰδώλων καὶ πολυθεΐαν τῷ κόσμῳ εἰσαγηοχότας, ἵνα μὴ ἐκ-
πλαγέντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καὶ [2] ἐκτραπέντες τὰ εἴδωλα τῶν Ἀμορραίων,
καὶ Χετταίων, καὶ Χαναναίων, καὶ Φερεζαίων, καὶ Εὐαίων, καὶ Γερ-
γεσαίων, καὶ Ἰεβουσαίων, καὶ Ἀρουκαίων, καὶ Ἀσσανναίων προσκυνή-
σωσιν, ὡς καὶ αὐτοῖς προεφητεύετο — προσεκύνησαν γὰρ τῷ Βεελφε-
γὼρ, καὶ τῷ Χαμῶς, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ, καὶ τοῖς Μαζουρὼθ, καὶ τοῖς
Νεασθῶ, καὶ τῷ Βεελζεβὰθ, καὶ τοῖς λοιποῖς εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν, —
διὸ καὶ ἔλεγεν αὐτὸς ὁ κύριος, Ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, ἐγὼ ὁ πρῶτος, καὶ ὁ
pag. 519. μετὰ ταῦτα· ἵνα αὐτοὺς ἀποστρέψῃ τῆς τῶν ἐθνομύθων πλάνης, τῶν
προσκυνούντων τὴν πολυθεΐαν. Καὶ ἐπειδὴ ἔμελλον τὴν παρουσίαν
αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ ἀπωθεῖσθαι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔφη
πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ὁ πρῶ-
τος ἐν σαρκὶ ἐπιδημήσας, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας
καὶ νεκροὺς, ἐπὶ τῷ σταυρῷ πεπονθὼς, καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς, ἐν
δόξῃ μὲν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἀναληφθεὶς, εἰς δόξαν δὲ τῆς αὐτοῦ θεό-
τητος, ἑνωθέντος καὶ φαιδρυνθέντος καὶ μηκέτι ὑπὸ ἁφὴν ἐμπίπτον-
τος, νυνὶ μηκέτι θανάτου μετέχοντος. Ἀνέστη γὰρ, ὥς φησιν ἡ γρα-
φὴ, ὁ Χριστός· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύσει, φησὶν ὁ ἀπόστολος.
Καὶ ὅρα πῶς ἡ ἀκρίβεια κυριεύει καὶ ὁδηγεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ
ἐκπέσῃ κατὰ θατέρων τῶν τῆς ἀληθείας μερῶν, ἵνα, ὅταν μὲν βου-
ληθείη ὁ νοῦς πολυθεΐαν ἐξεργάσασθαι, ἀκούσῃ ὅτι, Κύριος ὁ θεός
σου εἷς ἐστιν, ὅταν δὲ Χριστὸν ἕτερον παρὰ τὸν ἐλθόντα υἱοὶ Ἰσραὴλ
προσδοκήσωσιν, ἀκούσωσιν, Ἐγὼ ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ,
Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̄, τὸ ἄλφα, τὸ κάτω βλέπον, καὶ τὸ ω̄, τὸ
ἄνω βλέπον· ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον, Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστιν ὁ
ἀναβὰς, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ κυριότητος, καὶ παν-
τὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, καὶ ἵνα, ὅταν νομίσῃς διὰ τὸ εἰρηκέναι,
Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ, Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα, καὶ
ἐγώ εἰμι τὸ ω̄, καὶ, Κύριος ὁ θεός σου εἷς ἐστι, καὶ ὅτι, Ἐγώ εἰμι

Cap. VII. — 1. πάλαι rescripsi pro πάλιν, quod vulgo extat.
2. ἐντραπέντες scripturam ex codice ms. nescio quo annotatum invenio in margine exempli Schottiani. Nec improbo hanc scripturam.

unitate sua discreta, sed pater vere filium genuit, et filius vere a
patre genitus, in persona sua subsistens, initio omnis expers ac
temporis. Item spiritus sanctus a patre, et filio, et eadem divini-
tate praeditus *a patre procedit, et a filio semper accipit*, unus deus Ioann. 6, 14.
primus ac posterior. Porro alterius cuiusdam negotii administrandi
gratia, atque ex ipsiusmet Christi persona ad eum modum canitur.
Cum autem Iesus Christus dominus noster saepenumero prophetis
apparuerit, et adventum suum nuntiaverit, ac nonnulli minime illum
receperint, qui alterum loco ipsius expectarent, idcirco ad eos qui
simulacrorum superstitionibus implicati erant, ac deorum multitudi-
nem in orbem terrarum invexerant, ne attoniti et aberrantes Israe-
litae Amorrhaeorum, Chettaeorum, Chananaeorum, Phereseorum,
Evaeorum, Gergeseorum, Iebusaeorum, Arucaeorum, Assennaeo-
rum simulacra colerent, quemadmodum praedictum illis fuerat, quippe
et Beelphegor adorarunt, et Chamos, et Astartem, et Mazuroth,
et Neaste, et Beelzebath, ceteraque simulacra gentium, propterea
dominus ita locutus est: *Ego sum qui sum: ego sum primus et po-
sterior.* Quo illos a confictis gentilium fabulis revocaret, quae deo-
rum multitudinem venerantur. Quod autem eundem filium dominum
nostrum Iesum Christum venientem repudiaturi forent, haec ad Iu-
daeos verba fecit: *Ego sum primus et novissimus.* Primus scilicet,
qui huc carne praeditus advenit, et novissime venturus iudicare vi-
vos et mortuos. Qui quidem in cruce passus ac sepultus, atque
excitatus a mortuis, cum eodem corpore in coelum est gloriose
subvectus, et ad suae divinitatis gloriam cooptatus, ac novo splen-
dore collustratus, ut neque contrectetur amplius, neque mortem
possit sustinere. *Surrexit enim*, ait scriptura, *Christus; mors illi* Rom. 6, 9.
ultra non dominabitur, inquit apostolus. Ac vide quam exacta scri-
pturae ratio constet, tutoque deducat hominem, ne in alterutrum a
veritate partem excidat; ut cum illius mens plures sibi deos effin-
gere voluerit, statim illud audiat: *Dominus deus tuus unus est.* Cum Deut. 6, 4.
autem alterum Christum, praeter eum qui iam advenit, posteri
Israelis expectaverint, audiant vicissim, *Ego primus, et ego novis-* Apoc. 1, 8.
simus: et, *Ego sum A et Ω*, *A* videlicet, quod deorsum respicit,
et Ω, quod sursum obvertitur. Ut et illud impleatur: *Qui descen-* Eph. 4, 10. Eph. 1, 21.
*dit, ipse est qui ascendit: supra omnem principatum et potestatem et
dominationem, et nomen omne quod nominatur.* Ac ne aliud forte
suspiceris, et pro eo quod dictum est, *Ego sum primus et ego no-* Isai. 14, 6. Apoc. 1, 8.
vissimus: et, *Ego sum A et Ω:* et, *Dominus deus tuus unus est:* Deut 6, 4. Exod. 3, 14.

ὁ ὢν, ἵνα μή τις ἀρνήσηται τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, διὰ τοῦτό φησιν, Ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι, καὶ ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν· οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ υἱὸς ἀληθινὸς θεὸς, ἀλλ' ἵνα εἰς μίαν ἑνότητα ἀγάγῃ τὴν τριάδος ὀνομασίαν, καὶ ἐκκλείσῃ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πολυθεΐας εἰς μίαν θεότητα.

Κεφ. η'. Ἐὰν δὲ νομίσῃ ὁ πλανηθεὶς τὴν διάνοιαν τὸν ἕνα μόνον λέγεσθαι ἀληθινὸν θεὸν, τουτέστι τὸν πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν μὲν ὄντα, οὐκ ἀληθινὸν δὲ, πάλιν ἑτέρως τὸν τοιοῦτον ἐλέγχει, λέγων, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· περὶ δὲ τοῦ πατρὸς, ὅτι, Φῶς ὁ θεὸς, καὶ οὐκ εἶπε, Φῶς ἀληθινὸν, ἵνα ἐκ τοῦ, [1] Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ, Φῶς ἀληθινὸν, τὴν ἴσην θεότητα
pag. 520. πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ υἱοῦ πρὸς πατέρα νοήσωμεν, καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν πατέρα φῶς εἶναι καὶ τὸν υἱὸν εἶναι, μὴ ἐπικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα Ἀληθινόν. Οὐ γὰρ ἦν χρεία εἰπεῖν, μηδεμιᾶς ἀμφιβολίας οὔσης. Ἀπὸ γὰρ τοῦ θεὸς καὶ φῶς ἡ μία τελειότης τῆς αὐτῆς γνησιότητος, πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, σαφῶς ἀπεφάνθη, καὶ διαλέλυταί σου ἡ πᾶσα τῆς πλάνης φρενοβλάβεια. Ἔστι γὰρ ὁ πατὴρ πατὴρ, ἔστιν ὁ υἱὸς υἱὸς, ἔστι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα, τριὰς οὖσα, μία θεότης, μία δοξολογία, μία κυριότης, ᾧ δόξα, τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, υἱῷ ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν.

Ταύτην δὲ πάλιν τὴν αἵρεσιν ὡςπερεὶ λύβην, ἢ μόλουρον, ἢ ἔλοπα, ἢ ἕν τι τῶν ἑρπετῶν τῶν φοβερωτάτων, οὐ μὴν δὲ δυναμένων διὰ δηγμάτων βλάπτειν, ἀποσεισάμενοι καὶ δυνάμει τῆς ἁγίας τριάδος καταπεπατηκότες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβαίνοντες, αὐτὸν ἐπικαλεσώμεθα ἀρωγὸν τῆς ἡμετέρας πενίας τε καὶ βραχύτητος, εἰς τὸ ἀξίως τὰ παρ' ἑκάστῃ λεγόμενά τε καὶ γινόμενα καὶ τὴν τούτων ἀντίρρησιν ποιήσασθαι βοηθῆναι.

ΚΑΤΑ ΩΡΙΓΕΝΙΑΝΩΝ

τῶν πρώτων, τῶν καὶ Αἰσχρῶν, τεσσαρακοστὴ τρίτη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ τρίτη.

Κεφ. α'. Ὠριγένιοι καλοῦνταί τινες, οὐ [1] πάντῃ δὲ τοῦτο τὸ γένος ὑπάρχει· καθεξῆς δὲ οἶμαι τούτων τῶν αἱρέσεων καὶ αὕτη ἡ δηλουμένη. Καλοῦνται δὲ Ὠριγένιοι· οὐ πάνυ δὲ σαφῶς ἴσμεν τίνος ἕνεκα, ἢ ἀπὸ Ὠριγένους τοῦ Ἀδαμαντίου, καλουμένου τοῦ Συντάκτου, ἢ ἄλλου τινὸς εἶναι, ἀγνοῶ. Ὅμως τοῦτο τὸ ὄνομα κατειλήφαμεν. Ἡ αἵρεσις

Cap. VIII. — 1. Θεὸν scripsi pro Θεοῦ, quod vulgo reperitur.

et, *Ego sum qui sum:* ne quis filium ac spiritum sanctum abneget, ob id, *Pater*, inquit, *meus maior me est:* et, *Ut cognoscant te solum* Ioann. 14, 28.
verum deum, et quem misisti Iesum Christum. Non quod filius verus Ioann. 17, 3.
deus minime sit, sed ut eandem in unitatem trinitatis nomen coniiciat, et a deorum multitudine ad unam divinitatem hominum animos convertat.

Quod si errore lapsus aliquis existimet, unum solum dici ve- Cap. VIII.
rum deum, nimirum patrem; filium vero esse quidem, non tamen verum, alia hunc ratione convincit, dum ita loquitur: *Ego sum lux* Ioann. 8, 12. et 1, 9.
vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De patre vero ita loquitur: *Deus lux est.* Nec dixit, *Lux vera;* ut ex eo quod et *Deum verum*, et *Veram lucem* appellavit, tam patris divinitatem filio, quam filii patri aequalem intelligeremus. Atque ex eo quod et pater lux, et deus appellatur filius, neque hic Veri nomen adiectum sit, quod quidem neeesse non erat, eo quod nulla foret de ea re dubitatio. His enim vocibus, *Dei* ac *Lucis*, perfecta eademque germanitas, ut ita dicam, patris cum filio, et filii cum patre, perspicue declaratur. Sicque omnis tuae falsitatis insania refellitur. Pater siquidem pater est, et filius filius, et spiritus sanctus spiritus sanctus, eaque ipsa trinitas, deitas una, una gloria, unaque dominatio. Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, filio in patre, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Sed postquam haeresin istam velut lyben, aut molurum, sive elopem, aut aliud quoddam atrocissimum serpentis genus, quod tamen nihil nos morsibus suis laedere potuit, discussimus, ac sanctae trinitatis ope ac virtute protrivimus, ad reliquas oratione promota, eundem prius inopiae nostrae ac tenuitatis adiutorem deum invocemus, cuius praesidio freti quae ab unaquaque haeresi dicuntur aut fiunt simul cum eorum confutatione proponere possimus.

ADVERSUS ORIGENIANOS

priores, qui et Foedi nominantur, quae est haeresis XLIII., sive LXIII.

Nonnulli sunt, quos Origenios appellant, quae hominum secta Cap. I.
non usquequaque diffunditur, proximo tamen loco post superiores illas haec haeresis occurrit. Sed quanam de caussa Origenii vocentur, nondum plane comperi; utrumnam ab Origene Adamantio, qui cognomento Syntactes, hoc est Lucubrator, est dictus, an ab aliquo altero, quod, ut dixi, penitus ignoro, nec aliud praeter ipsum

Cap. I. — 1. Vulgo πάντι.

δὲ παρ' αὐτοῖς νομιστεύεται, ὥςπερ ἀπεικαζομένη τῇ τοῦ Ἐπιφάνους, ἄνω μοι προδεδηλωμένου ἐν ταῖς κατὰ τοὺς Γνωστικοὺς αἱρέσεσι. Γραφὰς δὲ οὗτοι ἀναγινώσκουσι διαφόρους καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης. Ἀθετοῦσι δὲ γάμον, καὶ οὐ παύεται ἀπ' αὐτῶν ἡ λαγνεία. Μολύνουσι δὲ ἑαυτῶν τὸ σῶμα καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἀσελγείᾳ. Οἵ μὲν
pag 521. γάρ εἰσι προσχήματι μοναζόντων, αἱ δὲ σὺν αὐτοῖς οὖσαι προσχήματι μοναζουσῶν. Πεφθαρμένοι δέ εἰσι τοῖς σώμασι, τὴν μὲν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἐκτελοῦντες, τῷ δὲ ἔργῳ κεχρημένοι, ἵνα σεμνότερον εἴπω, τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἰούδα τοῦ Αὐνᾶν καλουμένου. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῷ σώματι μὲν τῇ Θάμαρ συνήπτετο καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐξετέλει, εἰς καταβολὴν δὲ παιδοποιΐας κατὰ τὴν ὑπὸ θεοῦ δοθεῖσαν παιδοποιΐαν οὐκ ἐτελεσιούργει, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἠδίκει ᾧ τρόπῳ τὸ πονηρὸν εἰργάζετο, οὕτω καὶ οὗτοι κέχρηνται μὲν ταῖς [2] νομιζομέναις τελοῦντες ταύτην τὴν ἀθέμιτον ἐργασίαν. Πεφιλοτίμηται γὰρ παρ' αὐτοῖς οὐχ ἡ ἁγνεία, ἀλλ' ὑποκριτικὴ μὲν ἁγνεία τῷ ὀνόματι καλουμένη, φιλοτίμησις δὲ ἕως τοῦ μὴ ἐγκυμονῆσαι [3] τὴν ὑπὸ τοῦ δοκοῦντος πεφθάρθαι γυναῖκα, [4] ἢ κατὰ τὸ μὴ παραστῆσαι τεκνογονίαν ἐν τῷ κόσμῳ, ἢ ἵνα μὴ φωραθῶσιν ὑπὸ ἀνθρώπων, βουλόμενοι ἐν τιμῇ εἶναι διὰ τὴν νομιζομένην παρ' αὐτοῖς τῆς ἁγνείας ἄσκησιν. Ὅμως τοῦτο αὐτῶν ἐστι τὸ ἔργον. Ἕτεροι δὲ αὐτὸ τοῦτο φιλοτιμοῦνται τὸ μυσαρὸν ἐπιτελεῖν, οὐχὶ διὰ γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τρόποις, ἰδίαις χερσὶ μολυνόμενοι, καὶ ὡςαύτως μιμοῦνται τὸν προειρημένον υἱὸν τοῦ Ἰούδα, τὴν γῆν ταῖς ἀθεμίτοις αὐτῶν ἐργασίαις καὶ μυσαραῖς σταγόσιν ἐπιμολύνοντες καὶ ποσὶν [5] ἑαυτῶν ῥύσεις ἀνατρίβοντες ἐν τῇ γῇ, ἵνα μὴ ἁρπαγῶσι τὰ ἑαυτῶν σπέρματα ὑπὸ ἀκαθάρτων πνευμάτων εἰς ὑποδοχὴν ἐγκυμονήσεως.

Κεφ. β'. Κέχρηνται δὲ, ὡς ἔφην, διαφόροις γραφαῖς, καὶ καινῆς διαθήκης, καὶ ἀποκρύφοις τισὶ, μάλιστα ταῖς λεγομέναις Πράξεσιν Ἀνδρέου καὶ τῶν ἄλλων. Ἤδη δὲ κἀκεῖνοι αὐτοὶ ἐκαυχήσαντο πολλάκις, ὡς πεπαρρησιασμένως τοῦτο ἐπιτελεῖν. Κατηγοροῦσι δὲ δῆθεν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς Ἀγαπητὰς λεγομένας [1] συνεισάκτους γυναῖκας κεκτημένων, ὡς καὶ αὐτῶν τοῦτο ἐπιτελούντων κρυφῇ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰδῶ, ἵνα μὲν τῇ πονηρίᾳ συνθάπτωνται, τῷ δὲ προσχήματι τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα τὸ ὄνομα σεμνύνωνται. Διελέχθησαν δὲ ἡμῖν καί τινες περί τινων τελευτησάντων, καὶ δῆθεν ὥς τινων τοῦτο ἐπιτελούντων, ὡς ὑπὸ τῶν βεβιασμένων ὑπ' αὐτῶν γυναικῶν ἀκηκοότες, ἐν οἷς καὶ

2. *Intellege* γυναιξί. *Cornarius vertit:* sic etiam hi usi sunt quidem consueta Venere hanc nefandam operationem perficientes.

3. τὴν οὐ δοκοῦσαν ἐφθάρθαι *volebat Petavius, quod improbum est. Cornarius:* Studium autem eo vergit, ut mulier non concipiat ab eo qui ipsam corrupisse sibi videtur. *Pro* ἕως *fortasse reponendum est* ὡς.

nomen accepi. Horum vero haeresis ad Epiphanis dogma conformata videtur, de quo in Gnosticorum secta sermonem antea fecimus. Iidem diversos ex vetere novoque testamento libros adsciscunt. Nuptias repudiant, neque tamen obscenis libidinibus modum ullum adhibent, adeoque omni genere spurcitiae et corpus suum et mentem animamque contaminant. Quidam enim ex iis monasticam vitam specie ipsa profitentur, itidemque mulieres idem vitae institutum praeferunt. Qui omnes corruptis sunt corporibus, adeo ut cum libidinem ipsi suam expleant, facinus, ut honestius dicam, illud perpetrent quod Iudae filius Onas admisisse legitur. Nam ut iste cum Gen. 38, 9.
Thamare coibat ac libidini suae satisfaciebat, neque quicquam tamen ad propagationem sobolis, cuiusmodi hominibus e deo concessa est, efficiebat, imo vero sibi eo ipso modo, quo flagitium illud patrabat, consciscebat iniuriam: sic Origeniani in detestanda illa sua libidine committenda usitatam Venerem persequi solent. Non enim illi castitatem, sed castitatis simulationem, cui falso nomen illud tribuitur, prae se ferunt. Quae id affectat, ut, quae constuprata sit mulier, praegnans non fiat, aut ne fetus aliquid pariat, neve id homines resciscant; apud quos suo illo castimoniae, ut putant, instituto in pretio atque existimatione esse cupiunt. Atque hoc nihilominus opus illorum est ac facinus. Sed alii turpem illam flagitiosamque rem alia ratione quam cum mulieribus exercent, ac suis ipsi manibus ad foeditatem abutuntur. Nec minus isti Iudae, quem diximus, imitantur filium, dum nefariis suis sceleribus, et abominandi humoris destillatione terram commaculant, imo vero profluvium illud suum in solo pedibus exterunt, ne surreptum ab impuris spiritibus ad ullam fetus procreationem possit excipi.

Ceterum varios, uti dixi, tam veteris quam novi testamenti Cap. II.
Sed hoc dictu infelix detestandumque dicamus, undenam invidia profecta sit adversarius quaerit. Nam si a diabolo respondeas, cur omnino diabolus extitit, si productus est aliquando? Ac profecto qui illum condidit auctor mali debet videri. Atqui malorum caussa deus esse non potest; quare ab nullo productus est diabolus. Quod si ita est, neque pati quicquam potest, et exitii penuriaeque est omnis expers. Nam quod nunquam productum est, huic inesse haec omnia necesse est, at diaboli conatus in nihilum redigitur, idemque punitur. Quod autem punitur, mutatur ac patitur. Atqui pati nihil potest quod productione caret. Non igitur productionis expers, sed productus aliquando diabolus. Iam vero cum et productus ille sit, et quicquid productum est, ab aliquo principio productum sit, consequens est aliquem esse, a quo sit procreatus diabolus. Utrumnam igitur etiam productus ille fuit, an produci non potuit? Verum quod productionis est expers, par est unum duntaxat intelligi deum. Neque enim ullus esse potest omnino praeter illum ipsum opifex. *Ego* Isai. 44, 6.
primus, inquit, *et ego novissimus et praeter me non est alius deus.* Sed neque commutari quicpiam, ac praeter eius voluntatem procreari potest. Etenim filius nihil per sese facere posse confitetur, *nisi id patrem facientem viderit: quae enim*, inquit, *pater facit, haec* Ioann. 5, 19.
et filius facit. Neque vero inimicum quiddam aut repugnans ac deo contrarium est; si quid enim esset quod deo resisteret, esse omnino desineret, eo quod divina virtute ac robore omnis illius constitutio dissolveretur. Quippe solus ille vel ea quae sunt immortalia dissolvere potest qui condidit.

Quidnam igitur tandem diabolum esse dicemus? Spiritum vi- Cap. XXVIII. (XXI.)
delicet, qui circa materiam versatur, quemadmodum dictum est, o Athenagora, a deo procreatum, perinde ac reliqui ab eodem angeli sati sunt, quibus tam materia quam formarum, quibus est affecta materia, procuratio administratioque commissa est. Siquidem ea constituendorum angelorum caussa fuit, ut in iis quae a deo ordinata erant ac disposita providentia moderandis vicariam deo operam navarent. Uti nimirum communem ac generalem omnium curam susciperet deus, qui in omnia dominatum atque imperium obtineret, ac veluti navigium quoddam, sic totam illam universitatem constanter suae gubernaculo sapientiae regeret, cum interim singularem functionem atque curam praepositi ad id angeli sustinerent.

4. πρόνοιαν ᾖ, τὸ κῦρος correxit Petavius, probavit Gatakerus l. l. Vulgo πρόνοιαν, ἢ τὸ κῦρος. Combefisius distinxit πρόνοιαν, ᾖ τὸ κῦρος cett., et pro αὐτὸς ἀνηρτημένος volebat αὐτοῦ ἀνηρτ.
5. Verba οἱ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες ἄγγελοι. Ἀλλ᾽ in edit. Petavii prave omissa sunt.

οἱ μὲν λοιποὶ ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐποίησε καὶ διετάξατο ὁ θεὸς ἔμειναν, ὁ δὲ ἐνύβρισε καὶ πονηρὸς περὶ τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο τὴν διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσήσας καθ' ἡμῶν· ὥςπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοκοιτίαν ὁμιλήσαντες θυγατράσιν. Αὐθαίρετον γὰρ καὶ αὐτοῖς ἔχειν πρὸς ἑκάτερα διετάξατο βούλησιν ὁ θεὸς, οἷα καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἵν' ἢ πειθόμενοι τῷ λόγῳ συνῶσιν αὐτῷ καὶ ἀπολαύωσι μακαριότητος, ἢ μὴ πειθόμενοι κρίνωνται. Ἦν δὲ καὶ ὁ διάβολος ἀστὴρ Ἑωςφόρος· Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωςφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; Τοῦ φωτὸς ἦν ἄστρον πρωϊνὸν, ἀλλ' ἐξέπεσε καὶ εἰς τὴν γῆν συνετρίβη, ἐπιτροπεύσας τῷ ἀνθρώπῳ τὰ ἐναντία. Τὸ γὰρ θεῖον νεμεσᾷ τοῖς ὑπερηφάνοις, καὶ τὰ αὐθάδη φρονήματα [6] κωλύει. Ἐπέρχεται δὲ καὶ ἐμμέτρως εἰπεῖν,

[7] Ὡς πᾶσιν ἀρχὴ καὶ πέρας κακῶν [8] ὄφις,
[9] Οὕτω βαρὺν τίκτουσα θησαυρὸν κακῶν
Πλάνη, τυφλοῦ [10] ποδηγὲ ἀγνοίας βίου,
Χαίρουσα θρήνοις καὶ στενάγμασι βροτῶν,
Ὑμεῖς ἀθέσμους εἰς ὕβρεις ὁμοσπόρων
Τὰς μισαδέλφους ὁπλίσαντες ὠλένας
Κάϊν μολύναι φοινίῳ πρῶτον λύθρῳ
[11] Ἐπείσατο τὴν γῆν, [12] καὶ τὸν ἐξ ἀκηράτων
Πεσεῖν αἰώνων πρωτόπλαστον εἰς χθόνα
Ὑμεῖς [13] ἐτεκτήνασθε.

pag. 545. Κεφ. κθ'. (κβ'.) Καὶ ὁ μὲν διάβολος οὕτως· [1] ὁ δὲ θάνατος πρὸς ἐπιστροφὴν ηὑρέθη, καθάπερ καὶ τοῖς ἀρτιμαθέσι γραμμάτων παιδίοις πρὸς ἐπανόρθωσιν αἱ πληγαί. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο [2] ὁ θάνατος ἢ διάκρισις καὶ διαχωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. Τί οὖν; παραίτιος ὁ θεὸς [3] θανάτου; λέξετε· πάλιν γὰρ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἥκει λόγος. Μὴ γένοιτο. Ἐπεὶ μηδὲ οἱ διδάσκαλοι προκαθηγουμένως τοῦ ἀλγύνεσθαι ταῖς πληγαῖς τοὺς παῖδας αἴτιοι. Καλὸν οὖν ὁ θάνατος, εἰ καθάπερ [4] παισὶ

6. κολούει *volebat Petavius.*
7. Ὦ πᾶσιν *Ios. Scaliger.*
8. *Libri omnes* ὁ ὄφις. *Sed illud* ὁ *iam Petavius spurium iudicavit et uncinis notavit.*
9. ἥτ' ὦ *Ios. Scaliger.*
10. ποδηγὸς *Ios. Scaliger.*
11. Ἐπείσατε τὴν γῆν *emendatio est Petavii. Vulgo* Ἐπείσατο γῆν. *Cod. Venet.* ἔπισα τὸν γῆν. *Ios. Scaliger coniecit:* ἐπ ἴσατ' ὀργήν.
12. καὶ ἀκηράτου πεσεῖν αἰῶνος ἄνδρα πρωτόπλαστον *Ios. Scalig.*
13. ἐτεκτήνασθε *Ios. Scaliger.* — *Cornarius hos versiculos ita convertit:* „Cuncto velut qui principium finisque sit Mortalium serpens malorum statui, Thesaurum habens adeo gravem secum mali. Errore caecus, ignorantiaeque dux, Vitae lachrymis gaudens, simul suspiriis. Ad improbas persuadet hic iniurias, Consanguineas armemus ut contra manus Fratres. Cain perduxit ut resperserit Cruore primus terram saevus rubido. Et primus ut noster parens coelestibus De sedibus miser ruinam fecerit.“

At vero ceteri quidem in ea statione perstiterunt cuius gratia conditi a deo constitutique fuerant. Diabolus vero petulanter egit, et in eorum quae sibi commissa fuerant, administratione concepta adversus nos invidia pessimum se praebuit. Quemadmodum et illi qui Gen. 6, 2. postea concupiscentia corporum flagrarunt, et cum filiabus hominum stupri consuetudinem habuerunt. Etenim quod hominibus concessum, idem et illis a deo tributum est, ut utrimque liberum haberent voluntatis consilium, ut, sive illius sermonibus obtemperarent, ipsius consuetudine fruerentur ac felicitatis essent compotes, sive detrectarent imperium, merito in illos iudicium exerceretur. Erat porro diabolus velut sidus quoddam Luciferi. *Quomodo cecidit e coelo Lucifer, qui mane oriebatur?* Isai. 14, 12. Sed erat nimirum matutinum sidus et lucidum, quod quidem decidit et ad terram allisum est, cum homini noxia quaedam et adversa in eo gubernando procurasset. Deus enim contra superbos indignari solet, insolentioresque spiritus comprimit. Ac libet et illud ipsum declarare versibus:

Caput malorum, et finis, heu, cunctis draco,
Gravem malorum saeve thesaurum paris:
Caeci error, orbis ductor ignorantiae.
Quem tristis hominum luctus ac planctus iuvat:
Vos ad nefanda scelera cognatum in caput
Fratrem perosas impie armantes manus
Inficere primum caede sanguinea Cain
Terram impulistis. Inde felici parens
Quod primus aevo lapsus in terram excidit,
Vestra illa fraus est.

Cap. XXIX. (XXII.) Atque hunc quidem in modum diabolus. Mors ipsa vero castigandis hominibus est reperta, perinde ac puerulis, qui literarum rudimenta condiscunt, corrigendis adhiberi verbera consueverunt. Nihil enim aliud mors est quam corporis ab anima separatio atque disiunctio. Quid igitur? Auctorne mortis est ullo modo deus? Dicere enim hoc potestis, eademque nobis recurrit oratio. Sed absit ut ita dicamus. Nam neque praeceptores primariae ac praecipuae caussae sunt cur pueri dolore plagarum afficiantur. Bona igitur

Cap. XXIX. — 1. *Verba* ὁ δὲ θάνατος – – – καὶ τοῦ χωρισμοῦ *excerpta legimus apud Ang. Maium Scriptt. Vett. N. Coll. vol. III. in Leontii et Ioannis Rerum Sacr. l. II., pag. 102., item quae inde sequuntur usque ad* ὑπερβάντα δικαιοσύνης *eodem libro pag. 92.*
2. ὁ *om. Leontius.*
3. θανάτου λέξεται; *Leontius. Probo. Idem Leontius verba* πάλιν γὰρ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἥκει λόγος *non habet.*
4. φησὶν *Leontius.*

πρὸς ἐπιστροφὴν δίκην πληγῶν ηὑρέθη, οὐχ ὁ τῆς ἁμαρτίας, ὦ σοφώτατοι, ἀλλ' ὁ τῆς διαζεύξεως τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ χωρισμοῦ. Αὐτεξούσιος γὰρ ὢν καὶ αὐτοκράτωρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ αὐτοδέσποτον βούλησιν καὶ αὐτοπροαίρετον πρὸς τὴν αἵρεσιν, ὡς ἔφην, τοῦ καλοῦ λαβὼν, ἀκούσας τε, Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ Παραδείσῳ φάγεσθε, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, [5] ἐνδοὺς ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ φαγεῖν τῷ [6] διαβόλῳ, δεδελεασμένῃ σοφίᾳ [7] ποικίλως πρὸς παρακοὴν [8] πείθοντι, ἠθέτησε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ· καὶ ἐγένετο τοῦτο αὐτῷ εἰς σκάνδαλον [9] καὶ παγίδα καὶ σκῶλον. Οὐ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς κακὸν, οὐδὲ ἔστι τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς τὸ παράπαν αἴτιος [10] κακοῦ· ἀλλὰ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτεξούσιον οὕτως ὑπ' αὐτοῦ γεγονὸς [11] ᾖ πρὸς τὸ φυλάξασθαι καὶ τηρῆσαι νόμον, ὃν αὐτὸς δικαίως διεστείλατο, μὴ [12] τηρῆσαν λέγεται κακόν. Βαρυτάτη δὲ βλάβη τὸ παρακοῦσαι θεοῦ τοὺς ὅρους τῆς κατὰ τὸ αὐτεξούσιον ὑπερβάντα δικαιοσύνης. Ὅθεν ἐπειδὴ κατερυπώθη καὶ κατεμιάνθη τῆς ἀποφάσεως ἀποστατήσας ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, καὶ κηλίδας ἐναπεμάξατο κακίας πολλὰς, ἃς ὁ ἄρχων οὗτος ἀπεκύησε καὶ πατὴρ τῆς πλάνης, πόνον κατὰ τὴν γραφὴν συλλαβὼν, ἵνα τὸν ἄνθρωπον πρὸς ἀδικίαν ἀεὶ φαντάζειν ἔχῃ καὶ κινεῖν, ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἀθάνατον κακὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἰδὼν γεγενημένον, καθάπερ καὶ ὁ διάβολος πλάνος ἦν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας διὰ τοῦτο κατεσκεύασεν, οἱονεὶ νεκρότητα περιβαλὼν αὐτὸν, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ γεννηθὲν κακὸν ἀποθάνῃ.

pag. 546. Κεφ. λ'. (κγ'.) [1] Προηπόρηται δὲ ἤδη καὶ ἀπεδείχθη τοὺς δερματίνους χιτῶνας μὴ εἶναι τὰ σώματα. Ὅμως δὲ καὶ πάλιν (οὐ γὰρ ἅπαξ ῥητέον) [2] φράζωμεν. Αὐτὸς πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ὁ πρωτόπλαστος ὁμολογεῖ καὶ ὀστᾶ ἔχειν καὶ σάρκας, ὁπότε δὴ τὴν γυναῖκα αὐτῷ προσαχθεῖσαν θεασάμενος, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν, ἐφώνησεν, ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· [3] αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται [4] τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Οὐ γὰρ δὴ ἀνέξομαι φληναφούντων τινῶν καὶ βιαζομένων ἀπηρυθριασμένως τὴν γραφὴν, ἵνα

5. ἐνδοὺς omiss. in edit. Petavii.
6. διαβόλῳ δεδελεασμένῃ σοφίᾳ cod. Venet. et Leontius. Vulgo extat διαβόλῳ δὲ δελεασμένῃ ἡ σοφίᾳ. Gatakerus correxit: διαβόλῳ δὲ δελεαζόμενος τῇ σοφίᾳ.
7. ποικιλότητι Gatakerus l. l. p. 803.
8. πείθοντι cod. Venet. et Leontius. Vulgo πείσοντι. Galakerus πείσαντι.
9. καὶ παγίδα καὶ σκῶλον cod. Venet. et Leontius. Vulgo extat καὶ εἰς παγίδα καὶ εἰς σκῶλον.
10. τοῦ κακοῦ cod. Rhedig.
11. ᾖ emendavi cum Gallandio Bibl. Patr. tom. III, p. 772., ubi extat εἰ. Vulgo scriptum est ἢ. Et apud Leontium. Idem vitium iam supra occurrit. — τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς τὸ παράπαν reperitur etiam supra cap. 27. Cf. cap. 31., et capp. 32 et 37.
12. τηρῆσαι Leontius.

Cap. XXX. — 1. Excerpsit priorem huius capitis partem, usque ad verba μετὰ τὸ ἐκπεσεῖν, Leontius l. l. V. quae annotavit Ang. Maius l. l. pag. 50.
2. φράσωμεν habet Excerptum Sirmond. ap. Galland. B. P. tom. III. p. 772.
3. καὶ πάλιν addit Exc. Sirm. ap. Galland.
4. πρὸς τὴν γυναῖκα habet Excerptum Anonymi Sirmondiani ap. Galland. l. l.

mors est, cum plagarum instar ad coercendos pueros reperta sit. Non peccatorum dico mortem, o sapientissimi homines, sed eam qua animus a corporis consortio separatur. Nam cum liber ac sui iuris esset homo factus, et ad honesta capessenda sui ipsius arbitrii consiliique voluntatem accepisset, ac mandatum istud audiisset, *De* Gen. 2. 16.
omni ligno Paradisi comedetis, de ligno autem scientiae boni aut mali non comedetis: quacumque autem die comedetis de illo, morte moriemini, per sese ad comedendum inductus ac diaboli calliditate, qui ad violandum imperium variis modis incitabat, velut inescatus dei praeceptum transgressus est, idque ipsum scandali instar et laquei et offensionis extitit. Malum enim deus non fecit, nec ullo modo auctor illius est. Sed quicquid arbitrii sui potestate praeditum ab eo factum est, ut quam legem iustissime praescripserit observare possit, nisi eam servaverit, malum appellatur. Est autem gravissimum hoc damnum inprimis, dei mandata negligere, ac iustitiae, quae adiuncta libertati est, limites praeterire. Unde posteaquam a dei sententia deficiens homo inquinatus est, ac delicti sordibus obsolevit, vitiique quamplurimas expressit in sese maculas, quas princeps ille et erroris parens indiderat, qui *laborem*, ut scriptura loqui- Ps. 7, 14.
tur, *concepit*, ut hominem ad improbitatem perpetuo fraudibus suis trahere ac circumvenire queat, omnipotens deus aeternum illum daemonis fraudibus malum esse factum videns, ut et impostor diabolus erat, propterea *pelliceas et illas tunicas* fecit, quo illum velut morte quadam indueret, ut ea corporis dissolutione quicquid in eo mali productum fuerat intermoreretur.

Illud vero iam antea disputatum est monstratumque pelliceas Cap. XXX. (XXIII.)
tunicas aliud esse praeter corpora. Sed nihilominus idem rursus (dicendum enim saepius est) hoc loco repetamus. Primus igitur ipse parens, antequam eae tunicae consuerentur, ossa se et carnem habere confitetur, cum nimirum perductam ad sese mulierem contemplatus, *Hoc nunc os*, inquit, *ex ossibus meis, et caro de carne mea:* Gen. 2, 23.
haec vocabitur mulier, quoniam de viro sumpta est: propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam. Neque enim certos homines ferre possum, qui consulto nugantur ac scripturas impudentissime detorquent, quo

αὐτοῖς δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι [5] προχωρήσῃ ἡ ἀνάστασις, ὀστᾶ νοητὰ
καὶ σάρκας νοητὰς ὑποτιθεμένων, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἄνω καὶ κάτω
μεταβαλλομένων ἀλληγορίαις· καὶ ταῦτα οὕτω, ὡς γέγραπται, πα-
ραλαμβάνεσθαι κρατύνοντος τοῦ Χριστοῦ τὴν γραφὴν, ἔνθα πυν-
θανομένοις τοῖς Φαρισαίοις περὶ χωρισμοῦ γυναικὸς ἀποκρίνεται
[6] ὅτι, Ἀπ' ἀρχῆς ὁ κτίσας ἄρσεν καὶ θῆλυ [7] ἐποίησε, καὶ εἶπεν,
Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα [8] καὶ τὴν μητέρα,
καὶ τὰ ἑξῆς. *Πῶς γὰρ ἐπὶ ψυχῶν μόνον τὸ, Αὐξάνεσθε καὶ πληρώ-
σατε τὴν γῆν, παραληπτέον; ἢ τὸ, Ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ θεὸς,
καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, ὃ κυρίως ἐπὶ τοῦ σώματος λελέχθαι φαί-
νεται. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ χοὸς καὶ τῶν βαρυτέρων τὴν οὐσίαν ἐκτήσατο
ἡ ψυχή. Ὥςτε συνέστηκεν ἐκ παντὸς ἀληθέστατα πρὸ τῶν δερματίνων
σεσωματοποιῆσθαι χιτώνων τὸν ἄνθρωπον. Ταῦτα γὰρ πρὸ τοῦ ἐκ-
πεσεῖν αὐτὸν ἅπαντα εἴρηται, τὰ δὲ κατὰ τοὺς χιτῶνας μετὰ τὸ ἐκπε-
σεῖν. Ὅθεν ἴωμεν πάλιν ἐπισκεψόμενοι τὰ ἐν χερσὶν, ἱκανῶς ἀπο-
δείξαντες μὴ εἶναι τοὺς δερματίνους χιτῶνας τὰ σώματα, ἀλλὰ τὴν
ἀπὸ τοῦ λόγου τῶν ζώων νεκρότητα κατεσκευασμένην· τοῦτο γὰρ λεί-
πεται. Ἀμέλει τῶν ὅρων ἔξω τοῦ Παραδείσου κατὰ ταύτην ἐξοικίζε-
ται τὴν αἰτίαν. Οὐ γὰρ ὅτι μὴ θέλων ὁ θεὸς ἀπὸ τοῦ ξύλου δρέψα-
σθαι τῆς ζωῆς αὐτὸν καὶ φαγεῖν ἐξέβαλεν (ἠδύνατο γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα
ζῆν, αὖθις φαγὼν ἀπὸ τῆς ζωῆς), ἀλλ' ἵνα μὴ ἀθάνατον, ὡς ὑπεθέ-
pag. 547. μεθα, γενηθῇ τὸ κακόν. Ἐπεὶ διὰ τί τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν
ἀπέστειλεν εἰς τὴν γῆν, εἰ ὅλως ἠθέλησε ζωῆς τὸν ἄνθρωπον ἄγευστον
ἀποθανεῖν εἰς τὸ παντελές; Εἰ δὲ ἐκ μεταμέλου τοῦτο φαίη πεποιη-
κέναι τὸν θεὸν ὁ ἀντιλέγων, ἀσθενὴς αὐτῶν ὁ λόγος, μεταγινώσκοντα
τὸν θεὸν εἰσάγων. Ἀλλ' οὔτε ἀξύνετος τοῦ μέλλοντος θεὸς, οὔτε κα-
κοποιὸς, ἀλλὰ καὶ ἄκρως ἀγαθὸς, καὶ προγινώσκων τὰ μέλλοντα.
Ὥςτε οὐκ ἄρα διὰ τὸ μὴ σώζεσθαι εἰς τὸν αἰῶνα φαγόντα αὐτὸν ἀπὸ
τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐξέβαλεν, ἀλλὰ διὰ τὸ νεκρωθῆναι πρῶτον θανάτῳ
τὴν ἁμαρτίαν· ἵν' οὕτως μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ἐκτακείσης τῆς ἁμαρτίας
ἐγερθεὶς ἄνθρωπος καθαρὸς φάγῃ τῆς ζωῆς.

Κεφ. λα'. (κδ'.) Μηδεὶς δὲ ἀβέλτερος ὢν παρακινδυνευέτω ὡς τούτων ἑτέρως
λεχθέντων. Ὁ γὰρ ὅλως ὁριζόμενος τὴν σάρκα μὴ εἶναι ταύτην ἀθα-
νασίας δεκτικὴν ὄντως ἀνοίας ὑπαίτιος ὢν νόσῳ βλασφημεῖ. Διὰ τί
γὰρ μετὰ τὴν τῶν χιτώνων τῶν δερματίνων ὁ Ἀδὰμ κατασκευὴν ἐκ-
βάλλεται, κωλυόμενος φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ ζῆσαι, εἰ

5. προχωρήσῃ *emendavit Petavius. Libri vulgo habent* προχώρησις. *Pro* δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι *Galland. ex auctoritate Anonymi Sirmond. rescripsit* δίχα σαρκὸς εἶναι *l. l. p.* 772. — *Pro* αὐτοῖς δὴ σαρκὸς *in cod. Rhedig. legitur* αὐτῆς δὴ σαρκός.

6. Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι *Galland.*

suum illud de tollenda resurrectione dogma procedat; qui ideo et
ossa quaedam intelligibilia et carnes similiter intelligibiles commenti
sunt, ac suis allegoriis alias aliter sursum deorsumque sese con-
vertunt. Atqui haec perinde ac scripta sunt accipienda esse Christi
confirmat auctoritas, ubi interrogantibus Pharisaeis de uxoris divor-
tio respondet, *Ab initio qui creavit masculum et feminam fecit et* Matth. 19, 4.
dixit, Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, etc. Alioqui
quomodo de animis solis intelligi istud potest: *Crescite et replete ter-* Gen. 1, 28.
ram? Item illud: *Accepit deus de limo terrae, et formavit hominem?* Gen. 2. 7.
Quod de corpore proprie dictum videtur. Neque enim de limo de-
que gravioribus illis concretisque rebus suam anima naturam expres-
sit. Ex quo certissime illud efficitur, ante pelliceas illas tunicas
corpore praeditum hominem fuisse. Haec enim omnia ante hominis
lapsum pronuntiata esse constat, cetera vero te tunicis nonnisi post
lapsum. Quamobrem consideranda nobis porro sunt quae in mani-
bus habemus, cum illud abunde demonstraverimus, scorteas illas
tunicas corpora non fuisse, sed illam a ratione velut animalium mor-
tem tunc temporis perfectam; hoc enim demum superest. Quocirca
extra Paradisi terminos ob eam caussam eiicitur. Non enim quod
ex arbore vitae poma decerpere ac comedere nollet hominem deus
ideo deturbavit, poterat quippe in sempiternum vivere, cum subinde
ex vitali illa arbore comedisset: sed ne immortale, uti diximus,
malum esset, sibi cavendum putavit. Alioqui quid attinebat Chri-
stum in terras e coelo mittere, si omnino nulla vitae parte gustata
hominem penitus vellet extingui? Quod si nonnulla veluti poeni-
tentia ductum istud egisse deum adversarius obiiciat, imbecilla ea
ratio est, quae consilii in deum mutationem invehit. Sed neque
ignarus futuri deus est, nec effector mali, sed et bonus inprimis est
et futurorum praescius. Quare non ideo eiecisse putandus est, ne,
si ex arboris vitae fructu comederet, in aeternum servandus foret,
sed ut peccatum primum omnium morte perimeretur, atque ita, cum
esset mortuus, velut consumpto eliquatoque peccato excitatus ad vi-
tam homo ac purior factus vita vesceretur.

Nec est quod stolidus quispiam temere iactare audeat aliter haec Cap. XXXI. (XXIV.)
esse pronuntiata. Nam qui carnem hanc immortalitati capiendae
idoneam esse penitus negat, hic vesaniae morbo laborans contume-
liosis in deum vocibus utitur. Cur enim, posteaquam pelliceae tu-
nicae consutae sunt, Adamus eiicitur ac vitae arborem attingere vi-
vereque prohibetur, si fieri omnino non potest ut in sempiternum

7. ἐποίησεν αὐτοὺς, καὶ *Galland.*

8. *Verba* καὶ τὴν μητέρα *non habet Galland.*

ὅλως ἀδύνατον ἦν μετὰ σώματος εἰς τὸν αἰῶνα ζῆσαι τὸν ἄνθρωπον; Ὡς δυναμένου γὰρ αὐτοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἐὰν ἀπὸ τῆς ζωῆς γεύσηται λαβὼν, ἡ κώλυσις γίνεται. Φησὶ γὰρ, Καὶ ἐποίησε κύριος ὁ θεὸς τῷ Ἀδὰμ, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, Ἰδοὺ, γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· καὶ νῦν μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς ἐκ τοῦ Παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη, καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδάμ. Οὐκοῦν ἠδύνατο ζῆν εἰ μὴ κεκώλυτο γεύσασθαι τῆς ζωῆς. Ἐκωλύθη δὲ ὅπως ἡ μὲν ἁμαρτία συναποκτανθεῖσα τῷ σώματι θάνῃ, τὸ δὲ σῶμα ἀναστῇ τῆς ἁμαρτίας ἀπολομένης. Ἵνα τοίνυν μὴ ᾖ κακὸν ἀθάνατον ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἔφην, ἡ ἀείζωον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν ἁμαρτίαν κρατιστεύουσαν, ἅτε ἐν ἀθανάτῳ βλαστήσασαν σώματι καὶ ἀθάνατον ἔχουσαν τροφὴν, ὁ θεὸς αὐτὸν διὰ τοῦτο θνητὸν ἀπεφήνατο νεκρότητι περιβαλών. Τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες ἐβούλοντο· ἵνα δὴ διὰ [1] τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς διαιρέσεως ἡ ἁμαρτία κάτωθεν αὐτόπρεμνος πᾶσα διαφθαρῇ, ὡς μηδὲ κἂν βραχύτατον ῥίζης ἐαθῆναι μέρος, ἀφ' οὗ νέαι βλάσται πάλιν ἁμαρτημάτων [2] ἀναβλύσονται.

pag. 518. Κεφ. λβ'. (κε'.) Καθάπερ γὰρ ἐν οἰκοδομήμασι ναῶν [1] καλῶν συκῆ γεννηθεῖσα, καὶ εἰς [2] ἔκτασιν καὶ μέγεθος [3] εὐτροφήσασα, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς ἁρμονίας πολυκλημάτοις ῥίζαις τῶν λίθων κεχυμένη, οὐ πρότερον τοῦ φύειν στέλλεται, ἕως πᾶσα ἀποσπασθῇ, λυθέντων τῶν καθ' οὓς ἐβλάστησε τόπους τῶν λίθων (δυνατὸν γὰρ [4] πάλιν εἰς τοὺς ἑαυτῶν ἐναρμοσθῆναι τόπους τοὺς λίθους, τῆς συκῆς ἀφῃρημένης, ὅπως ὁ μὲν ναὸς σώζηται, μηδὲν τῶν ἀφανιζόντων αὐτὸν κακῶν [5] ἑαυτῷ μηκέτι φέρων, ἡ δὲ συκῆ [6] πᾶσα πρόθέλυμνος ἀποσπασθεῖσα ἀποθάνῃ)· κατὰ ταῦτα καὶ ὁ θεὸς ὁ τεχνίτης τὸν ἑαυτοῦ νεὼ, τὸν ἄνθρωπον, δίκην ἀγρίας συκῆς τὴν ἁμαρτίαν βλαστήσαντα, [7] διέλυσε, θανάτου προσκαίροις προσβολαῖς ἀποκτείνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ζωοποιῶν, ἵνα πάλιν τῶν αὐτῶν ἡ σὰρξ μερῶν μετὰ τὸ ξηρανθῆναι καὶ ἀποθανεῖν τὸ ἁμάρτημα δίκην ἀνακαινοποιηθέντος ναοῦ ἀθάνατος καὶ [8] ἀπήμων ἐγερθῇ, τελέως ἐκ βάθρων ἀπολομένης τῆς ἁμαρτίας. Ζῶντος γὰρ ἔτι τοῦ σώματος πρὸ τοῦ τεθνήξασθαι συζῆν ἀνάγκη καὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἔνδον τὰς ῥίζας αὐτῆς ἐν ἡμῖν ἀποκρύπτουσαν, εἰ καὶ ἔξωθεν τομαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν [9] σωφρονισμῶν καὶ τῶν νουθετήσεων ἀνε-

Cap. XXXI. — 1. τῆς ἀναλύσεως τοῦ σώματος ἡ ἁμαρτία Galland. l. l. pag. 77.. ex cod. Rupif.
2. ἀναβλύσονται edit. princ. et cod. Rhedig. ἀναβλύζωνται edit. Petav. et Galland. l. l.

Cap. XXXII. — 1. καλοῖς Galland. l. l.
2. ἔκστασιν vitiose Galland.
3. εὐτραφήσασα Galland.
4. πάλιν non habet Galland.
5. ἐν ἑαυτῷ Galland.

vitam homo cum corpore traducat? Sic enim interdictio illa edita est, tanquam vita ille degustata mortem posset effugere. Sic enim ait: *Fecit itaque dominus deus Adam et uxori eius tunicas pelliceas,* Gen. 3, 21. *et induit illos: et dixit deus, Ecce factus est Adam sicut unus ex nobis, ut cognoscat bonum et malum: et nunc ne forte extendat manum, et sumat de ligno vitae, et comedat et vivat in aeternum: et emisit illum dominus deus e Paradiso voluptatis, ut operaretur terram, ex qua assumptus est, et eiecit Adam.* Quamobrem poterat in aeternum vivere corpus et immortale fieri, nisi ab gustanda vita foret prohibitum. Est autem idcirco prohibitum, ut et peccatum extinctum una cum corpore moreretur, et corpus peccato mortuo resurgeret. Igitur ne immortale quoddam ac sempiternum malum esset homo, ut iam diximus, ac peccati in sese dominationem foveret, utpote quod immortali in corpore pullularet et immortali perinde alimento glisceret, propterea mortalem illum deus esse voluit ac morte damnavit. Hoc enim scorteae illae tunicae significabant, ut dissolutione divisioneque corporis omne ex imo peccatum stirpitus enecaretur, ac ne tenuissimae quidem fibrae remanerent, unde nova subinde germina peccatorum efflorescerent.

Ut enim e magnificorum templorum structura caprificus enascens, atque in maximam amplitudinem adolescens et multiplicibus radicum brachiis per omnes lapidum diffusa compages non prius excrescere desinit quam disiectis ex eo unde prodierit loco lapidibus tota poenitus labefactata concidat (tum enim sublata caprifico suis locis restitui redivivi lapides possunt, ut et templum ipsum incolume servetur, cum nullum amplius ex iis quibus evertebatur incommodis habeat, caprificus vero ab imis radicibus evulsa moriatur), ad eundem plane modum artifex ille deus templum suum hominem, qui peccatum caprifici cuiusdam instar produxerat, dissolvit, eumque mortis ad tempus impressione atque impetu opprimi passus est primum, uti scriptum est, dehinc ad vitam excitavit; ut iisdem praedita partibus caro exsiccato intermortuoque peccato velut templum quoddam instauratum immortalis ac sine ullo damno resurgeret, sublato a fundamentis profligatoque peccato. Etenim quamdiu corpus vivit, nec adhuc mortuum est, cum eo vivere peccatum necesse est, et occultas in nobis ipsis radices agere, quantumvis quibusdam velut castigationum reprehensionumque putationibus coerceatur. Alioqui Cap. XXXII. (XXV.)

6. πᾶσα non habet Galland.
7. διεκώλυσε Galland. l. l., quod interpretatur fruticatione inhibuit.
8. Editi libri praeter Galland. vitiose ἀπήνων, quod correxit iam Gataker. Adverss. Miscell. cap. 34. pag. 783.
9. συμφορῶν cod. Rupif. ap. Galland. l. l.

στέλλετο. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἂν μετὰ τὸ φωτισθῆναι συνέβαινεν ἀδικεῖν, ἅτε παντάπασιν εἰλικρινῶς ἀφῃρημένης ἀφ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας. Νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐλθεῖν τοῦ [10] ἁγνισμοῦ πολλάκις ἐν ἁμαρτίαις ὄντες εὑρισκόμεθα. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἁμαρτίας ἐκτὸς εἶναι ἑαυτὸν [11] καυχήσηται, ὡς μηδὲ κἂν ἐνθυμηθῆναι τὸ σύνολον ὅλως τὴν ἀδικίαν. Ὥςτε [12] συμβέβηκε συστέλλεσθαι μὲν καὶ [13] κατευνάζεσθαι τῇ πίστει νῦν τὴν ἁμαρτίαν εἰς τὸ μὴ [14] οἶσαι καρποὺς βλαβοποιοὺς, οὐ μὴν [15] ἀναιρεῖσθαι καὶ τῶν ῥίζων ἄχρις. Νῦν μὲν ἐνταῦθα τὰς βλάστας αὐτῆς, οἷον τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηρὰς, συστέλλομεν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα [16] ἐνοχλήσῃ, μὴ ἐῶντες ἀναμύειν καὶ διοιγνῦσθαι τὰ μεμυκότα στόμια πρὸς τὰς ἐκφύσεις, τοῦ λόγου δίκην ἀξίνης [17] τὰς ῥίζας αὐτῆς τὰς κάτω φυομένας τέμνοντος. Τότε [18] δὲ καὶ τὸ ὅλως ἐνθυμηθήσεσθαι περὶ κακίας ἀφανισθήσεται.

Κεφ. λγ'. (κς'.) pag. 549. Οὐδὲ γὰρ ἀμάρτυρος ὁ λόγος γραφῶν, τοῖς βουλομένοις εἰλικρινῶς τὸ ἀληθὲς λέγειν, ἐπεὶ οἶδε καὶ ἀπόστολος μηδέπω τὴν ῥίζαν ἐξ ἀνθρώπων τῆς ἁμαρτίας ὁλοσχερῶς ἀνῃρημένην, ὅτε μὲν, Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, φράζων, τὸ ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὔ· οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν τοῦτο πράσσω· εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία· ὅτε δὲ, Συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ ἐκ παντὸς αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Οὕτως οὐδέπω τὴν ἁμαρτίαν αὐτόπρεμνον ἐκ ῥιζῶν διακοπῆναι συνέβη. Οὐ γὰρ εἰς τέλος ἀπέθανεν, ἀλλὰ ζῇ (πῶς γὰρ πρὸ τοῦ περιβεβλῆσθαι θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον;), ἵνα αὐτῷ συμμαρανθεῖσα καὶ συμφθίνασα αὐτὴ μὲν εἰς ἄρδην ἀπόληται καὶ διαφθαρῇ, καθάπερ φυτὸν, λυθέντος ἐν ᾧ κρύπτουσα τὰς ῥίζας αὐτῆς διεσώζετο, ὁ δὲ ἄνθρωπος αὖθις μηκέτι ῥίζαν ἐνθωπεύουσαν πικρίας ἔχων ἐξεγερθῇ. Ὥςπερ οὖν ἀλεξιφαρμάκου τρόπον ὑπὸ τοῦ ἀλεξητῆρος ἡμῶν καὶ ἀληθῶς ἰατροῦ θεοῦ πρὸς ἐκρίζωσιν τῆς ἁμαρτίας παρελήφθη ὁ θάνατος καὶ ἀφανισμὸν, ἵνα μὴ διαιωνίζον ἐν ἡμῖν εἴη τὸ κακὸν, ἀθάνατον, ἅτε ἐν ἀθανάτοις ἀνατεῖλαν, αὐτοὶ δὲ λελωβημένοι καὶ ἐκστάντες, νοσούντων τρόπον, τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐπὶ πολὺ διατρίβωμεν, ἅτε ἐν ὑφεστηκόσιν ἀεὶ καὶ ἀθανάτοις σώμασι τὴν κατὰ τὸ ἁμάρτημα μεγάλην τρέφοντες νόσον. Διὸ δὴ καλῶς ταύτην πρὸς ἄμφω σωτηρίαν, καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, φαρ-

10. ἁγιασμοῦ *Galland.*
11. καυχήσεται *Galland.*
12. *Sic Galland. Vulgo* συνέστηκε.
13. κατευνάζειν *cod. Rupif. apud Galland.*
14. φῦσαι *Galland.*
15. ἀνασπασθῆναι *Galland.*
16. ἐνοχλήσει *edit. Petav.*

post baptismum nullum iam scelus perpetraremus, posteaquam peccatum a nobis funditus esset omne sublatum. Atqui etiam post susceptam fidem sanctissima illa aquae lotione perfusi peccatis saepius obstringimur. Neque enim adeo se immunem ab omni esse peccato gloriari quispiam potest, ut ne cogitatione quidem ullum scelus admittat. Ex quo consequens est reprimi quidem ac consopiri modo fide peccatum, ne perniciosos fructus emittat, non omnino tamen ac radicitus extingui. Quocirca nunc illius quidem germina, pravas nimirum cogitationes, inhibemus, ne qua *radix amaritudinis* erumpens Hebr 12, 15.
molestiam nobis afferat; nec apertas ad pullulandum vias ac spiramenta dehiscere ac patefieri sinimus, proindeque divino verbo velut securi quadam fruticantes identidem ab radice stirpes excidimus. At in futuro illo statu mali omnis vel cogitatio tolletur.

Neque vero quod dicimus scripturarum testimonio caret, si quis veritatem sincere profiteri velit. Cap. XXXIII. (XXVI.) Nam et apostolus peccati radicem nondum ex hominibus sensit omnino sublatam, cum ita loquitur: *Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum: velle* Rom. 7, 18.
enim adiacet mihi, perficere autem bonum minime: non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc facio: si autem quod nolo hoc facio, non iam ego perficio illud, sed quod habitat in me peccatum. Idem illud: *Condelector legi dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et omnino captivantem me legi peccati, quae est in membris meis.* Ita nondum peccatum ab ipsis radicibus excidi penitus potuit. Neque enim funditus est extinctum, sed etiamnum vivit. Qui enim fieri istud posset, antequam homo morti esset addictus, ut cum eo corruptum atque consumptum funditus quidem ipsum extinguatur et pereat, plantae instar, quae dissoluto illo in quo abditis sese radicibus conservabat emoritur, homo vero nullam iam insitam habens amaritudinis radicem ad vitam resurgat? Itaque ad peccatum velut extirpandum penitusque delendum opitulator noster ac vere medicus deus mortem quasi auxiliare quoddam medicamentum adhibuit, ne malum in nobis, utpote immortalibus, excitatum sempiternum maneret, nos autem pessime affecti et a propria virtute aegrotantium more desciscentes diutius in eo statu maneremus, cum ingentem ex peccato morbum in perpetuis ac sempiternis corporibus aleremus. Proindeque ad utriusque repraesentandam salutem animae scilicet ac corporis

17. *Vulgo* πρὸς τὰς ῥίζας, *ut etiam Galland. Sed illud* πρὸς *de proxima linea irrepsit. Retinuit Gatakerus qui vertit:* ,,— sermonis divini ope ad id usi, qui securis instar ad radices positae germina inde identidem progerminantia excidit."
18. δὲ *non habet Galland.*

μακευτικῆς τρόπον καθάρσεως τὸν θάνατον ὁ θεὸς ηὕρατο, ἵνα πανάμωμοι καὶ ἀσινεῖς οὕτως ἐξεργασθῶμεν.

Κεφ. λδ'. (κζ'.) Φέρε γάρ, [1] ἐπειδὴ πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων, ἐντεῦθεν αὐτὰ μάλιστα σκεπτώμεθα, μὴ ἀφιστάμενοι πρὶν ἂν [2] πρῶτον εἰς εὐδηλοτέραν ἑρμηνείαν ἀποτελευτήσῃ καὶ ἀπόδειξιν ὁ λόγος. Φαίνεται τοίνυν ὥςπερεί τις δημιουργὸς ἄκρος ἄγαλμα καλὸν [3] ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένον ἢ ὕλης ἑτέρας αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ μέλη συμμέτρως εἰς κάλλος διακεκοσμένον, πάλιν χωνεύοι, λελωβημένον ἄφνω θεασάμενος ὑπό τινος ἀνθρώπου πονηροτάτου, ὃς οὐκ ἐνεγκὼν pag. 550. ὑπὸ βασκανίας εὐπρεπὲς εἶναι τὸ ἄγαλμα ἐσίνατο, ματαίαν ἡδονὴν [4] καρπούμενος τοῦ φθόνου. Πρόςσχες γάρ, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, ὅτι, εἰ βούλοιτο μὴ εἶναι σεσινωμένον ὅλως ὁ δημιουργὸς καὶ ψεκτὸν τὸ μετὰ τοσαύτης αὐτῷ σπουδῆς τε καὶ φροντίδος [5] πεπονημένον, πάλιν προτραπήσεται συγχωνεύσας αὐτὸ τοιοῦτον ποιεῖν οἷον καὶ πρόσθεν ἦν· εἰ δὲ μὴ ἀναχωνεύοι, μηδὲ [6] ἀνασκευάζοι, ἐᾷ δὲ οὕτως μένειν, θεραπεύων αὐτὸ καὶ ἐπανορθούμενος, ἀνάγκη δὴ πυρακτούμενον καὶ χαλκευόμενον τὸ ἄγαλμα μηκέτι δύνασθαι διατηρηθῆναι τὸ αὐτό, ἀλλὰ [7] διηλλαγμένον ἔσεσθαι καὶ ὑπεσπασμένον. Διὰ τοῦτο εἰ βούλοιτο καλὸν [8] αὐτὸ καὶ ἄμωμον εἶναι τὸ ἔργον, ἀναθλᾶσθαι αὐτὸ καὶ ἀναχωνεύεσθαι δεῖ, ὅπως τὰ μὲν [9] αἴσχη καὶ τὰ ἀλλοιώματα πάντα τὰ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ φθόνου ὑπάρξαντα αὐτὰ μὲν διὰ τῆς ἀνασκευῆς καὶ [10] ἀναχωνεύσεως ἀπόληται, τὸ δὲ εἰς τὸ [11] ἑαυτοῦ εἶδος ἀσινὲς καὶ ἀκίβδηλον αὖθις ἄγαλμα ὁμοιότατον αὐτῷ κατασκευασθῇ. Τῷ μὲν γὰρ ἀγάλματι ἀπολέσθαι οὐκ ἔστιν [12] ὑπὸ τῷ αὐτῷ τεχνίτῃ, κἂν πάλιν εἰς ὕλην [13] λυθῇ, ἀποκατασταθῆναι δὲ ἔστι. Τοῖς αἴσχεσι καὶ λωβήμασιν ἀπολέσθαι μὲν ἔστι, τήκονται γάρ, [14] ἀποκατασταθῆναι δὲ οὐκ ἔστι, διὰ τὸ ἐν πάσῃ τέχνῃ τὸν ἄριστον δημιουργὸν μὴ πρὸς τὸ αἴσχιον ἢ [15] ἀποτευχθησόμενον ὁρᾶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σύμμετρον καὶ [16] εὐθὲς τοῦ δημιουργουμένου. Ταὐτὸν γὰρ φαίνεται [17] δή μοι καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ θεὸς οὕτως διῳκονομηκέναι. Τὸν γὰρ ἄνθρωπον, τὸ εὐπρεπέστατον ἑαυτοῦ τέχνημα, βασκάνοις ἐπιβουλαῖς [18] φθόνου κεκακωμένον ἰδὼν οὐκ ἠνέσχετο τοιοῦτον καταλεῖψαι φιλάνθρωπος ὤν,

Cap. XXXIV. — 1. ἐπειδὰν Galland. l. l. p. 774.
2. πρῶτον non habet Galland. In seqq. pro ἀποτελευτήσῃ vulgo ἀποτελευτήσει.
3. Vulgo ὑπό. Correxit vitium etiam Galland. l. l. p. 774.
4. καρποζόμενος (sic?) cod. Rupif. ap. Galland. l. l. p. 774.
5. πεπονημένος cod. Rupif. ap. Gall. l. l. Idem codex non agnoscit in seqq. αὐτό.
6. ἀνασκευάζοι mea est emendatio, quam postea inveni etiam a Gallandio receptam. In seqq. οὕτως, quod recepi cum Gall., desideratur vulgo. Libri enim vulgo habent ἀναγκάζοι. Sic paulo infra iterum iunguntur ἀνασκευὴ et ἀναχώνευσις.
7. διηγγαλμένον cod. Rupif. ap. Gall.
8. καλὸν καὶ ἄμ. ὅλον αὐτὸ εἶναι Gall. omissis verbis τὸ ἔργον.
9. Mendose libri vulgo ἔσχη.

quasi medicam quandam purgationem ita mortem deus excogitavit, ut nos immunes ab omni damno integrosque praestaret.

Age enim, quoniam multis ad id exemplis opus est, hinc potissimum ista consideremus; neque prius ab eo argumento discedamus quam in clariorem explicationem ac probationem nostra desierit oratio. Perinde igitur contigisse mihi videtur ac si peritissimus quispiam artifex egregiam ex auro aut alia materia statuam a se fabricatam ac membris omnibus concinne eleganterque perpolitam iterum conflet, quod illam subinde ab nequissimo aliquo foedatam animadverterit, qui hanc statuae pulchritudinem prae invidia non ferens labem aliquam inferre studuerit, quo inanem ex invidia sua fructum caperet. Animadverte enim, o sapientissime Aglaophon, si deturpatam ac foedatam illam habere statuam nolit artifex, quam tanto studio diligentiaque elaborarit, rursum in animam inducturum, ut illam conflatam qualis erat antea reficiat. Quod si fundere denuo et in unum cogere non libeat, sed eam duntaxat emendans ac corrigens ita uti se habet relinquat, necesse est igni candefactam ac fabrili arte retractatam effigiem non eandem manere amplius, sed commutatam ac distractam videri. Quare si praeclarum ac labis omnis expers opus suum esse voluerit, confringi conflarique iterum oportet, ut quicquid malevolorum fraude atque invidia turpitudinis ac vitii est allatum, instauratione ac conflatione tollatur, simulacrum porro ipsum integrum et illaesum denuo sibi quam simillimum reddatur. Ita enim statuae ipsi contigit, non ut artifici suo pereat, tametsi in suam materiem solvatur, sed ut in integrum restituatur, labes autem omnes ac foeditates cum ipsa colliquatione pereant, non amplius redeunt, propterea quod in omni arte praestantissimus opifex non id quod in opere suo turpitudinis et offensionis aliquid habeat, sed quod aptissime modulatum affabreque factum est sibi proponat. Idem igitur in nobis fecisse mihi deus et administrasse videtur. Cum enim hominem elegantissimum opus suum fraudulentis artibus atque invidia pessime affectum videret, talem pro sua benignitate relinquere noluit, ne hac in omnem aeternitatem macula

Cap. XXXIV. (XXVII.)

10. χωνεύσεως ἀπόλλωνται Galland.
11. τὸ αὐτὸ εἶδος αὖθις τὸ ἄγ. ὁμοιότ. ἑαυτοῦ ἀσινὲς καὶ ἀκιβδήλευτον κατασθῇ Galland.
12. ὑπὸ recepi ex Galland. Libri vulgo praebent κατά, quod Petavius spurium iudicavit et uncinis inclusit. — Cornarius videtur legisse τῷ αὐτοῦ τεχνίτῃ, siquidem vertit: „per artificem ipsius.“
13. χυθῇ, ἀποκατασθῆναι δέ ἐστι· τοῖς δὲ αἴσχ. Galland.
14. ἀποκατασθῆναι Gall.
15. Sic emend. Galland. Libri habent ἐπιτευχθησόμενον, offensas vertit Cornarius.
16. Fortasse εὐφυές.
17. δὴ Galland. Vulgo δέ. Idem in seqq. om. οὕτως.
18. Editi (praeter Galland.) φθόνῳ, mendose. Antea placuit φθόνῳ τε κεκακ.

ὅπως μὴ δι' αἰῶνος εἴη μεμωμημένον, ἀθάνατον [19] ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ψόγον, ἀλλὰ διέλυσεν εἰς ὕλην πάλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐκτακῶσι καὶ ἐξαφανισθῶσι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ [20] μωμήματα. Τὸ γὰρ ἐκεῖ ἀναχωνευθῆναι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον τὸ ἐνταῦθα ἀποθανεῖν καὶ διαλυθῆναι τὸ σῶμα· τὸ δὲ ἐκεῖ [21] ἀναμορφοποιηθῆναι τὴν ὕλην ἢ [22] ἀνακοσμοποιηθῆναι τοῦτο ἐνταῦθα μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸ ἀναστῆναι. Ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας. Τούτοις γὰρ ἤδη καὶ αὐτὸς ὧδε ταῦτα παρεγγυᾷ, Καὶ κατέβην, λέγων, εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἰδοὺ, αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων, καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον [23] ὃ ἐποίει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐποίησεν [24] αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ [25] ποιῆσαι· καὶ ἐγέ-
pag. 551. νετο λόγος κυρίου πρὸς μὲ, λέγων, Εἰ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦτο [26] ποιῆσαι ὑμᾶς, οἶκος [27] τοῦ Ἰσραήλ; ἰδοὺ, [28] ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν ταῖς χερσί μου.

Κεφ. λε΄. (κη΄.) Πρόσσχες γὰρ ὅπως, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ παραβῆναι τὸν ἄνθρωπον ἡ μεγάλη χεὶρ εἰς [1] νεῖκος καταλεῖψαι τὸ ἑαυτῆς ἔργον οὐκ ηὐδόκησεν, ὡς κίβδηλον, [2] πονηροῦ ἀδίκως αὐτὸ λυμηναμένου βασκάνοις αἰτίαις, ἀλλὰ ἀνατήξας ἀνέδευσεν αὖθις εἰς πηλὸν, οἷα κεραμεὺς [3] ὃς ἀναπλάσσων αὐτὸ, πρὸς τὸ ἀφανισθῆναι μὲν διὰ τῆς ἀναπλάσεως πάντα τὰ ἐν αὐτῷ αἴσχη καὶ θλάσματα, γενηθῆναί [4] τε τὸ πᾶν ἄνωθεν ἀμέμπτως ἀρεστόν. Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι σκεῦος, ὃ μὲν εἰς τιμὴν, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; ὃ δή ἐστι (τοῦτο γὰρ ὁ ἀπόστολός μοι δηλοῦν φαίνεται), Μή τι ἐξουσίαν οὐκ ἔχει ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς ὕλης ἑκάστου τῆς αὐτῆς ἀναπλάσας καὶ ἀνακοσμήσας εἶδος ἕκαστον ἢ εἰς τιμὴν ἡμῶν ἀναστῆσαι καὶ δόξαν, ἢ εἰς ἀτιμίαν καὶ κατάκρισιν; εἰς ἀτιμίαν μὲν τῶν ἐν ἁμαρτίαις φαύλως βιωσάντων, εἰς τιμὴν δὲ τῶν ἐν δικαιοσύνῃ. Καθάπερ ἐδηλώθη καὶ τῷ Δανιὴλ ὅτι, Πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι, λέγοντι, ἐξεγερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον, καὶ οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος. [5] Ἐφ' ἡμῖν γὰρ οὐ τὸ ἀφανίσαι τὴν [6] ῥίζαν τῆς πονηρίας τελείως, ἀλλὰ τὸ μὴ πρὸς [7] ἔκτασιν αὐτὴν ἐᾶσαι φῦναι καὶ [8] καρποφορεῖν. Ἡ μὲν γὰρ καθόλου καὶ παντελικὴ [9] ταῖς ῥίζαις αὐτῆς ἀναίρεσίς τε καὶ ἀπώλεια ὑπὸ [10] τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν τοῦ σώματος, ὡς

19. *Repono* ἔχον.
20. μήματα *edit. princ.*
21. ἀναμορφωθῆναι *cod. Rupif. apud Galland.*
22. ἀνακοσμηθῆναι *cod. Rupif. apud Galland.*
23. ὃ αὐτὸς ἐποίει *Galland.*
24. αὐτὸς *Galland.*
25. ποιεῖν *cod. Rupif. ap. Galland.*
26. ποιεῖν ὑμῖν *cod. Rupif. ap. Galland.*
27. τοῦ *om. Gall.*
28. ὡς ὁ πηλ. *Galland.*

Cap. XXXV. — 1. νεῖκος *correxerunt Cornarius et Petavius. Libri vulgo* νῖκος, *quod retinuit Galland.*
2. τῷ πονηρῷ ἀδίκως ἀπολυμηναμένῳ *Galland. l. l p.* 775.

esset infectum, cum sempiternam in sese labem illam retineret, sed in materiam denuo resolvit, ut quicquid in eo vitiosum erat reformatione ipsa velut eliquatum atque extinctum periret. Quod enim illic est statuae conflatio, idem hic mors est dissolutioque corporis, ac quod illic est iterum conformari materiam atque in pristinum nitorem restitui, idem hic est post obitum resurgere. Cui et propheta Hieremias adstipulatur. Hic enim eadem omnino docet his
verbis: *Et descendi in domum figuli, et ecce ille faciebat opus super* Ierem. 18, 3.
lapidibus, et excidit vas quod fingebat in manibus suis, et rursum finxit ille vas alterum quemadmodum placuit illi, ut faceret: et factum est verbum domini ad me dicens, Si quemadmodum figulus ipse non potero hoc facere vobis, domus Israel? ecce lutum figuli vos estis in manibus meis.

Velim istud attendas, uti dixi, quemadmodum post hominis Cap. XXXV.
delictum ingens illa manus opus suum tanquam adulterinum in tanta (XXVIII.)
contumelia probroque relinquere noluerit, cum eum nefarius hostis ex invidia violasset, sed rursus eliquatum et in lutum subactum figuli more refecerit, ut ea reformatione quodcumque in eo foedatum ac contusione deformatum erat penitus tolleretur, ipsius vero opificium,
ut erat antea, reprehensionis expers ac iucundum existit: *An non* Rom. 9, 21.
habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere vas aliud ad honorem, aliud ad contumeliam? Quod idem est (id enim significare mihi velle videtur apostolus) ac si diceret, Nonne potestatem habet deus ex eadem cuiusque materia singulorum formam reficiens et instaurans, alium ad honorem et gloriam, alium ad infamiam et damnationem excitare? Ad ignominiam quidem eos qui in peccatorum consuetudine turpiter vixerunt, ad honorem vero eos qui vitam ad iu-
stitiam accommodarunt. Quod et a Daniele declaratum est: *Quo-* Dan. 12, 2.
niam multi dormientium in terrae aggere resurgent, hi ad vitam aeternam, et hi ad probrum et dedecus sempiternum: et: *Qui intelligunt, fulgebunt sicut splendor firmamenti.* Est enim hoc in nostra potestate positum, non ut improbitatis radices penitus evellamus, sed ut ne amplius illam excrescere ac fructus edere patiamur. Siquidem absoluta radicum ipsarum extinctio ac profligatio, tum cum, uti

3. ἄγγος ἀνακλάσας πρὸς *Galland.*
4. δὲ *Galland.*
5. *Inde ab his verbis usque ad* ἀρετῆς τὰ ἀμοιβαῖα, *quae sunt cap.* 36., *leguntur inter excerpta Leontii et Ioannis Rer. Sacrarum lib. II., ap. Ang. Maium Vett. Scriptt. N. Collect. vol. VII, p.* 92. — *Pro* ἐφ' ἡμῖν *ibi extat* Ἔφημεν.
6. ῥίζαν τελέως τῆς πονηρίας *Leontius.*
7. ἔκστασιν *Leontius.*
8. καρποφορὰν *Leontius.*
9. τῆς ῥίζας *Leontius.*
10. τοῦ *om. Leontius.*

εἴρηται, διάλυσιν γίνεται, ἡ δὲ ἐκ μέρους πρὸς τὸ μὴ οἶσαι [11] βλαστὸν ὑφ' ἡμῶν. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν [12] ἐκθρέψαντα πρὸς αὔξησιν αὐτὴν μᾶλλον καὶ μέγεθος, ἀλλὰ [13] μή τι στειρώσαντα τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ [14] καὶ συμπιλήσαντα, ἀνάγκη διδόναι δίκην, ὅτι δυνάμενος καὶ ἔχων πρὸς τοῦτο τὴν ἐξουσίαν [15] εἵλατο τὸ βλάπτον [16] τοῦ συμφέροντος μᾶλλον [17] προτιμῆσαι.

Κεφ. λϛ'. (κζ') Ὥςτε μηδείς, [1] αὐτὸς αἴτιος ὢν, ἀκολάστῳ γλώσσῃ μεμφέσθω τὴν θείαν φύσιν ὡς οὐκ ἐν δίκῃ διανέμουσαν ἑκάστῳ κακίας [2] καὶ ἀρετῆς τὰ ἀμοιβαῖα. Τίς γὰρ εἶ, ὦ ἄνθρωπε, ὁ ἀνταποκρινόμενος
pag. 552. τῷ θεῷ, μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ ποιήσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; Πῶς γὰρ, ὁπότε αὐτοδεσπότῳ βουλῇ κακίαν εἵλατο; Διὸ καὶ οὐ λέξει δικαιοσύνης δόγμασιν ἀπαραλλάκτοις κρίνοντι τῷ θεῷ, Τί με ἐποίησας οὕτως; Ὥςπερ ἀκοντιστὴς ὁ ἀπόστολος δεινὸς διεστραμμένα ῥήματα τῶν λόγων εἰς μέσον ἐμβαλὼν ἀσαφῆ μὲν καὶ ἐπικεκαλυμμένην ποιεῖται εἰς βάθος τῶν ἀναγνωσμάτων τὴν ἐξεργασίαν, ἀληθεστάτην δὲ καὶ ὀρθόδοξον, καὶ μηδὲν ἔχουσαν [3] ἀπημελημένον ἢ δύςφημον. Τοῖς μὲν γὰρ μὴ μετὰ σπουδῆς, ἀλλὰ ἀγεννῶς [4] ἐμπίπτουσι τοῖς λόγοις ἀσυνάρτητα ἔσθ' ὅτε δοκεῖ καὶ ἀσύμφωνα λέγειν, τοῖς δ' αὖ σπουδαίως καὶ λογισμῷ νήφοντι ὁπόσης τάξεως ἔμπλεα καὶ ἀληθείας. Δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ τούτων διεξιέναι τὰ νῦν ἱκανὸν ἂν γένοιτο αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον ἔργον. Καὶ γὰρ γελοῖον καταλείψαντάς σου τὴν σκέψιν, ἧς ἕνεκα ταύτην ἐστειλάμεθα, εἰς ἄλλα μετιέναι. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν εἴρηται διὰ τῶν ἐθελοκακούντων τιμωρὸν δίκην. Ἀποδειχθέντος τοίνυν ἐνδηλότατα τὸν θάνατον τῷ ἀνθρώπῳ μεμηχανῆσθαι μὴ ἐπὶ κακῷ τινι, ἀλλὰ χρὴ λοιπὸν τὸν μὴ φαύλως τούτοις ἐγκύπτοντα περὶ τῆς ἀναστάσεως νοεῖν τοῦ σώματος. Πῶς γὰρ οὐκ ὠφέλιμος ὁ θάνατος, διαφθείρων ἡμῶν τὰ ληΐζοντα τὴν φύσιν; εἰ καὶ παρὰ τὸν καιρὸν ἐπαχθὴς καθ' ὃν προςφέρεσθαι δοκεῖ καθάπερ αὐστηρότατον νοσοῦντι φάρμακον. Καὶ ἵνα μὴ πολλάκις τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγώμεθα, φέρε καὶ ἀπὸ τῆς ᾠδῆς τοῦ Δευτερονομίου βεβαιώσαντες τὸν λόγον ἴωμεν τὰ ἑξῆς διαληψόμενοι.

Κεφ. λζ'. (λ'.) Τὸ γὰρ, Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, πατάξω, κἀγὼ ἰά-

11. καρπὸν ἢ βλαστὸν *Leontius.*
12. ἐκθρέψαντα *cod. Rhedig. et Leontius. Vulgo* ἐκτρέψαντα.
13. μή τι *ego reposui. Vulgo* μὴ ὅτι. *Leontius habet* μὴ στειρώσαντα ὅσον.
14. καὶ μὴ συμπλήσαντα *Leontius.*
15. εἵλετο *Leontius.*
16. πρὸ τοῦ *Leontius.*

dixi, dissolvitur corpus, a deo perficitur. Quae autem ex parte fit, ut a pullulando coerceatur, opera nostra praestari debet; ex quo fit ut qui malam illam stirpem ad amplitudinem et magnitudinem educando perduxerit, neque, quoad potuit, sterilem illam effecerit atque compresserit, poenas illum persolvere oporteat, quod cum facere istud posset ac facultatem haberet, certo animi consilio utilitati damnum praetulerit.

Quamobrem nemo, cum eius mali caussam sustineat, divinae naturae intemperantis linguae reprehensionem aspergat, quasi unicuique virtutis vitiique praemia non iuste distribuat. *Quis enim es, o homo, qui respondeas deo? Numquid dicet figmentum factori suo, Cur me ita fecisti?* Qui enim id usurpare potest, cum suopte nutu ac voluntate improbitatem elegerit? Propterea non utique deo, qui ex immutabilibus iustitiae decretis iudicat, potest dicere, Cur me ita fecisti? Etenim apostolus, velut peritissimus quidam iaculator contortas verborum sententias in medium emittens, ut obscuram profundissimisque sensibus occultatam orationem instituit, sic verissimam rectaeque fidei consentaneam, quae nihil aut negligentius dictum aut absurdum continet. Qui enim non studiose, sed oscitanter in illius sermones incurrunt, iis nonnunquam minus sibi consentanea ac cohaerentia dicere videtur: qui vero operam adhibent, et sobria atque experrecta mente in illos incumbunt, ex ordine omnia ac rei veritate pronuntiata iudicant. Verum accuratius de his modo disputare magni per sese laboris opus est. Est vero ridiculum proprio argumento derelicto quod tractandum suscepimus nos ad alia conferre. Nam haec a nobis propter illos dicta sunt qui stultorum more mali et ignavi esse sua sponte cupiunt. Cum igitur manifestissime hactenus demonstratum sit, mortem homini non mali esse caussa ullius inflictam, oportet ut deinceps qui non ad haec negligenter attenderit, corporum resurrectionem intelligat. Nam nonne vel eo nomine utilis mors est, per quam ea profligantur quae naturam nostram quodammodo praedantur? tametsi quo tempore nobis infertur, nonnihil molesta videatur, velut medicamentum quoddam, quod aegrotanti amarissimum praebetur. Sed ne eadem saepius de eodem argumento disputemus, age vero, ubi ex Deuteronomii cantico, quod a nobis dictum est comprobaverimus, ad reliqua transeamus.

Cap. XXXVI. (XXIX.) Rom. 9, 20. Deut. 32, 39.

Haec enim verba: *Ego occidam et vivere faciam: percutiam, et* Cap. XXXVII. (XXX.)

17. τιμῆσαι *Leontius.*
Cap. XXXVI. — 1. αὐτοαιτὴς ὢν *Leontius.*
2. ἢ *Leontius.*
3. *Suspicor* ἀτημελημένον.
4. *Rescripsi* ἐμπίπτουσι. *Nam vulgo extat* ἐκπίπτουσι.

σομαι, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου, λεγόμενον ὑπὸ τοῦ θεοῦ τί ἄλλο διδάσκειν βούλεται ἢ ὅτι διὰ τοῦτο τὸ σῶμα πρῶτον ἀποκτέννυται καὶ θνήσκει, ἵνα αὖθις ἀνασταθῇ καὶ ζήσῃ; Πατάσσεται πρῶτον καὶ θραύεται, ἵνα αὖθις ζῶον πλασθῇ καὶ ὑγιές. Καὶ οὐδὲν ἐξελέσθαι ὅλως τὸ σύνολον τῆς μεγάλης καὶ κραταιᾶς αὐτοῦ χειρὸς πρὸς ἀπώλειαν καὶ ὄλεθρον σθένει οὐ πῦρ, οὐ θάνατος, οὐ σκότος, οὐ χάος, οὐ φθορά. Τίς γὰρ ἡμᾶς, φησὶ, χωρίσει ἀπὸ τῆς
pag. 553. ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; ὃς ἑρμηνεύεται χεὶρ τοῦ πατρὸς καὶ λόγος, θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καθὼς γέγραπται, Ὅτι ἕνεκεν σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς· ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, Ἀληθέστατα, ἵνα πληρωθῇ, καθὼς ἔφην, τὸ, Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἡμᾶς ἐκ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸς ἀπώλειαν· διὸ καὶ ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς, ἵνα ἀποθανόντες τῇ ἁμαρτίᾳ ζήσωμεν τῷ θεῷ. Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τοσούτου διεσκέφθω. Τὰ δὲ συνεχῆ τούτοις ὧδε πάλιν προχειριστέον.

Κεφ. λη'. (λα'.) Εἰ πᾶν τὸ γεννώμενον νοσεῖ (προτείνει γὰρ οὕτως ὁ ἐξ ἐναντίας), καὶ κατὰ τὴν γένεσιν καὶ κατὰ τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν προσιόντων, φησὶν, αὔξεται, καὶ ἀπὸ τῶν ἀπιόντων ἐλαττοῦται, τὰ δὲ μὴ γεννώμενα ὑγιαίνει, μηδὲ νοσεῖ μηδὲ προσδεῖται ἢ ἐπιθυμεῖ, ἐπιθυμεῖ δὲ τὰ γεννώμενα καὶ συνουσίας καὶ τροφῆς, τὸ δὲ ἐπιθυμεῖν νοσεῖν ἐστι, τὸ δὲ μὴ δεῖσθαι μηδὲ ἐπιθυμεῖν ὑγιαίνειν, νοσεῖ δὲ τὰ γεννώμενα ὅτι ἐπιθυμεῖ, τὰ δὲ μὴ γεννώμενα οὐ νοσεῖ, πάσχει δὲ τὰ νοσοῦντα ἢ κατὰ πλῆθος ἢ ἔνδειαν τῶν προσγινομένων καὶ ἀπογινομένων, τὸ δὲ πάσχον καὶ φθίνει καὶ ἀπόλλυται, διόπερ καὶ γεννᾶται, γεννᾶται δὲ ὁ ἄνθρωπος, — οὐ δύναται ἄρα ἀπαθὴς εἶναι ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀθάνατος. Καταπίπτει μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ὁ λόγος. Εἰ γὰρ πᾶν τὸ γιγνόμενον ἢ γεννώμενον ἀπόλλυται (διαφέρει γὰρ οὐδὲν οὕτως εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ οἱ πρωτόπλαστοι οὐκ ἐγεννήθησαν, ἀλλ' ἐγενήθησαν), γενητοὶ δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ αἱ ψυχαὶ (Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα), ἀπόλλυνται ἄρα οἱ ἄγγελοι κατ' αὐτοὺς, αἳ καὶ ψυχαί. Ἀλλὰ οὔτε οἱ ἄγγελοι, οὔτε αἱ ψυχαὶ ἀπόλλυνται. Ἀθάνατα γὰρ ταῦτα καὶ ἀδάμαστα, καθὼς ὁ ποιήσας εἶναι βεβούληται. Ἀθάνατος ἄρα καὶ ὁ ἄνθρωπος. Οὐκ ἀρεστὸν δὲ ἐκεῖνο, τὸ λέγειν εἰς ἄρδην ἀπολεῖσθαι τὸ πᾶν, [1] καὶ γῆν καὶ ἀέρα καὶ οὐρανὸν μὴ ἔσεσθαι. Ἐκπυρωθήσεται μὲν γὰρ πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀνακαινισμὸν καταβὰς [2] ἅπας

Cap. XXXVIII. — 1. καὶ οὐρ. καὶ γῆν κ. ἀέρα Galland. l. l. p. 77. 2. Rescripsi ἅπας, Cornarium atque Petavium secutus. Libri vulgo ὦ πᾶς. Galland. edidit ἀνακαινισμὸν καταβασίῳ πυρὶ πᾶς κατακλυσ. ὁ κόσμος.

ego sanabo, et non est qui eruat de manibus meis, quae a deo proferuntur, quid aliud nos docent, nisi ob id corpus interfici primum atque emori ut postea resurgat atque reviviscat? Percutitur inprimis ac confringitur ut salvum deinceps integrumque formetur. Nec est omnino quicquam, quod ab ingenti illius fortique manu nos ad interitum ac perniciem possit eximere, non ignis, non mors, non tenebrae, non chaos, non corruptio. *Quis enim nos separabit*, in- Rom. 8, 35.
quit, *a caritate Christi?* quem patris manum ac verbum interpretamur: *Tribulatio? angustia? aut persecutio? aut fames? aut nuditas?* Ps. 44, 23.
aut periculum? aut gladius? Quemadmodum scriptum est, Quoniam propter te mortificamur quotidie, aestimati sumus, sicut oves occisionis: sed in his omnibus superamus per eum, qui nos dilexit. Verissime omnino; ut illud impleatur, quemadmodum diximus: *Ego oc-* Deut. 32, 39.
cidam, et ego vivere faciam: percutiam et ego sanabo: et non est qui eruat nos ex caritate dei, quae est in Christo Iesu, ad exitium videlicet. Quocirca *aestimati sumus sicut oves occisionis, ut mortui pec-* Rom. 8, 35.
cato vivamus deo. Sed de his hactenus. Nunc quae his consentanea sint hunc in modum expromenda sunt.

Ἀδὰμ ἐγίνοντο, πιθανὸν ἄν σου τὸ ψεῦσμα, καὶ δυνάμενον ἐξαπατῆσαι. Ὅτε δὲ φαίνεται μετὰ τὴν Εὔαν πλασθῆναι, πόθεν [1] δὴ ἄρα ἐπλάττετο, ἀλλὰ ἀπὸ σώματος; Δῆλον· ἐπέβαλε γὰρ, φησὶν, ἔκστα-
pag. 595. σιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ. Πλευρὰ δὲ οὐδὲν ἕτερον τυγχάνει, ἀλλὰ ὀστέον. Ὠικοδόμησε δὲ σάρκα ἀντ᾽ αὐτῆς. Σαρκὸς δὲ ὀνομαζομένης, πῶς ἔτι προσδοκᾶται ἡ ταύτης ποίησις; Καὶ ἀνωτέρω φησὶ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν· καὶ ἔλαβε, φησὶ, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ χοῦς καὶ σὰρξ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλὰ σῶμα. Εἶτα μετέπειτα, Καὶ ἀναστὰς Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ ὕπνου εἶπε, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Οὔπω δὲ χιτῶνες οἱ δερμάτινοι, οὔπω τὸ παρὰ σοῦ ψεῦσμα ἀλληγορούμενον ὑπῆρχεν. Ὀστοῦν τοίνυν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῶν σαρκῶν μου, δῆλον ὅτι σώματα ἦσαν, καὶ οὐκ ἦν ἀσώματος ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα. Καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγεν, ὡς ὑπενοθεύθη ὑπὸ τοῦ ὄφεως καὶ γέγονεν ἐν παρακοῇ· Καὶ ἤκουσε τὴν φωνὴν τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ Παραδείσῳ τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβη ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἐν τῷ ξύλῳ· καὶ ὁ θεός φησι τῷ Ἀδὰμ, Ποῦ εἶ; ὁ δὲ ἐλεγχόμενος ἀποκρίνεται, Τὴν φωνήν σου ἤκουσα, καὶ ἐκρύβην, ὅτι γυμνός εἰμι. Γυμνὸν δὲ ἄρα ποῖον ἔλεγε, τὴν ψυχὴν ἔλεγεν, ἢ τὸ σῶμα; τὰ δὲ φύλλα τῆς συκῆς τίνα ἔσκεπε, τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα; Καὶ, Τίς σοι εἶπε, φησὶν, ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ᾽ αὐτοῦ ἔφαγες; Καί φησιν, Ἡ γυμνὴ ἣν ἔδωκάς μοι δέδωκέ μοι, καὶ ἔφαγον. Πόθεν δὲ ἐδόθη ἡ γυνὴ, ἀλλ᾽ ἢ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σώματος, πρινὴ τοὺς χιτῶνας αὐτοῖς δοθῆναι; Καὶ τῇ γυναικί φησι, Τί τοῦτο ἐποίησας; Ἡ δὲ, Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον, καὶ ἔδωκα τῷ ἀνδρί μου. Ὁ δὲ θεὸς ἐπάγει τὴν κατάραν, καὶ τῇ γυναικὶ τὴν ὀδύνην, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἐν ἱδρῶτι φαγεῖν τὸν ἄρτον, καὶ μετὰ ταῦτα λέγει, Ἰδοὺ, Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ ἅψηται τοῦ ξύλου καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ μεθ᾽ ἕτερα, Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσε τοὺς περὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Παραδείσου. Καὶ ὁρᾷς ὅτι μάταιος ἡ παρὰ σοῦ καινοτομουμένη κενοφωνία. Πρὸ [2] πόσου γὰρ χρόνου ἦσαν σώματα τοῖς περὶ τὸν Ἀδάμ;

Κεφ. ξϛ'. Εἰ δὲ τοῦτό σε ἀνακρίνει, καὶ οὐ δύνασαι ψυχικῶς διανοούμενος τοῦ πνεύματος δέξασθαι τὴν χάριν, ἄπιστε, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀπίστων
pag. 596. τυγχάνων, λέγε μοι ἑκάστην ὑπόθεσιν ἐκ θεοῦ γεγονυῖαν, πόσην ἔχει τὴν θαυματουργίαν καὶ ἔκπληξιν; Πόθεν ἐξ οὐκ ὄντων οὐρανὸς τέ-

Cap. LXV. — 1. δὴ *ego rescripsi. Libri habent* δὲ.

nihil probabile tuum illud foret mendacium, et in errorem posset inducere. Iam vero post Evam in lucem editam esse confectas apparet. Eva porro undenam est nisi ex corpore formata? Id vero manifestum est: *Immisit enim*, ait, *soporem in Adam, et dormivit,* Gen. 2, 21.
et accepit unam de costis eius. Costa vero praeter os nihil aliud est; *cuius loco carnem aedificavit.* Cum igitur caro nominata sit, qui tandem structura illius expectatur. Sed et paulo ante, *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem nostram et similitudinem: et accepit*, inquit, *limum de terra et formavit hominem.* Atqui limus et caro nihil sunt aliud quam corpus. Deinde sequitur, *Et exsurgens Adam e somno dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea.* Nondum erant pelliceae illae tunicae, nondum confictum illud in allegoria tua mendacium extiterat. Itaque *os ex ossibus meis, et caro de carne mea*, manifeste de corporibus intelligenda sunt, adeo ut Adamus et Eva corporibus minime carerent. *Et accepit de ligno, et comedit;* prout serpentis astu deceptus atque in deum rebellis fuit. *Et audivit vocem dei ambulantis in Paradiso sub vesperam, et abscondit se Adam et Eva ad arborem.* Tum dominus Adamum interrogat, *Ubi es?* At is deprehensus respondit, *Vocem tuam audivi, et abscondi me eo quod nudus essem.* Nudum vero quid tandem dixit? animam, an corpus? Deinde ficulnea folia quemnam obtegebant, animam an corpus? *Et quis tibi dixit*, inquit, *te esse nudum, nisi quod de ligno, de quo praecepi tibi ne comederes, comedisti?* Ad haec Adamus respondit, *Mulier quam dedisti mihi dedit mihi, et comedi.* Cedo unde mulier data fuerit, nisi ex costa, hoc est Adami corpore, antequam tunicae illis attribuerentur? Porro mulieri dixit, *Cur hoc fecisti?* At illa, *Serpens*, inquit, *decepit me, et comedi, et dedi viro meo.* Post haec deus execrationem inflixit, mulieri scilicet dolorem, et viro, *ut in sudore pane suo vesceretur.* Quibus factis adiecit, *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis: ne forte extendat manum, et attingat lignum, et comedat, et vivat in aeternum.* Postea, *Et fecit deus tunicas pelliceas, et induit Adam et uxorem eius, et eiecit illos e Paradiso.* Vides quam inepta sit nova illa a te excogitata et inanis opinio. Nam aliquanto ante tempore corpora primi nostri parentes habuerunt.

Quod si te illud examinat, neque potes animalem in modum Cap. LXVI.
ista cogitans spiritus gratiam percipere, o infidelis homo et infidelibus deterior, dic mihi sodes, quantum unumquodque dei opus habet miraculi? Quomodo coelum ex nihilo in sublimi porrectum est et

2. ποσοῦ *placuit Petavio.*

ταται ἐν μετεώρῳ ἀναπεπετασμένος; πόθεν ἐστιλβώθη ὁ ἥλιος καὶ ἐκτίσθη, καὶ σελήνη, καὶ τὰ ἄστρα; ἐκ ποίου πρωτοτύπου ὕλης ἐλήφθη ἡ γῆ, ἐξ οὐκ ὄντων γινομένη; ἀπὸ ποίων φύσεων ἐτμήθη τὰ ὄρη; πόθεν ἡ σύστασις ὅλου τοῦ κόσμου, ἡ ἐξ οὐκ ὄντων τῷ θεῷ πορισθεῖσα; πόθεν τῶν νεφῶν ἡ σύστασις, ἣ ὑπὸ θῖξιν σκέπει τὸν οὐρανόν; πόθεν τοῦ κώνωπος καὶ τῆς σκνιφὸς διὰ προστάγματος θεοῦ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωϋσῇ ὁ πορισμός; πῶς τὴν ξυλίνην ῥάβδον εἰς ὄφιν μετέβαλεν [1] ἐνεψυχωμένον καὶ ἕρποντα; πόθεν τῇ χειρὶ τοῦ Μωϋσέως [2] τὸ εἰς χιόνα μεταβάλλεσθαι; Οὕτω καὶ τότε ἠθέλησεν ὁ θεὸς, ὦ ἄπιστε, καὶ δερματίνους φύσει χιτῶνας ἄνευ ζώων, ἄνευ τέχνης τινὸς ἀνθρωπίνης καὶ πολυμόρφου ἐργασίας ἅμα θέλων ἐποίησε τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ, ὡς ἀπαρχῆς ἅμα ἠθέλησε, καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ πάντα γεγένηται. Καὶ περὶ τούτων πολλάκις ἔφαμεν καὶ ἐν ἄλλοις τόποις καὶ ἀνωτέρω. Καὶ τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ ζῆν σύντομος ἡ σωτηρία, καὶ εὐθυέλεγκτος ἡ κακοπιστία· τοῖς δὲ μὴ θέλουσι τὸ τῆς σωτηρίας καταδέξασθαι διδασκαλεῖον οὐδὲ ὁ πᾶς αἰὼν πρὸς διαλογὴν ἐξαρκέσειε, κωφευούσης ἀεὶ τῆς ἀκοῆς δίκην ἀσπίδος, καὶ τὰ ὦτα βυούσης, τοῦ μὴ καταδέξασθαι φωνὴν ἐπᾳδόντων, [3] φαρμακοῦταί τε φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ, κατὰ τὸν θεῖον λόγον. Τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς ἀληθείας, οἶμαι, ὠφέλιμος οὐκ ὀλίγως, κἄν τε διὰ πλάτους ὁ λόγος εἰρημένος ἐνταῦθά μοι κεῖται.

Κεφ. ξζ΄. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως [1] λόγον. [2] Ὅταν γὰρ ἐξαπατήσῃς τοὺς ἀγνοοῦντας, τὸ σὸν φρόνημα ὑποβαλλόμενος, ὦ ματαιοπόνε, καὶ εἴπῃς, [3] Τινὲς τῶν ἁπλουστέρων νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς μὴ τεύξεσθαι [4] ἀναστάσεως, || καὶ ὕστερον δείξῃ τοὺς αὐτοὺς ἁπλουστέρους πάλιν ἐρωτωμένους ὑπὸ σοῦ ὅτι, Ποίου σώματος ἔσται ἡ ἀνάστασις; καὶ ὡς ἀντεπαπορήσεις διὰ σεαυτοῦ ἐκ προσώπου τῶν ἁπλουστέρων κατὰ σὲ λεγομένων (καὶ γὰρ τοῦτο [5] ἀνάγκη σαφῶς λέγειν) ἀγαθοὺς ἀποκαλεῖν τοὺς ἁπλουστέρους παρὰ σοὶ λεγομένους, οὐ διὰ σεαυτοῦ ὁ λόγος, οὐδὲ τῷ λόγῳ σου ἡ χάρις, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, τῇ ἀναγκαζούσῃ σε λέγειν τῶν δούλων τοῦ θεοῦ βελτιότητός τε καὶ ἀγαθότητος τεκμήρια. Καὶ γὰρ καὶ [6] ὁ ἐκτὸς λόγος λέγει, [7] Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας. Ἁπλοῦς δὲ εἰώθαμεν τοὺς ἀκάκους λέγειν οἷς ἔπαινος παρὰ τῷ σωτῆρι ἐμφέρεται πολλοῖς τόποις, τὸ, [8] Γίνεσθε ἀκέραιοι ὡς περιστεραὶ, καὶ τὸ, Ἄφετε τὰ παιδία ἐλθεῖν πρός με, τῶν

Cap. LXVI. — 1. *Vulgo* ἐπεψυχωμένον.
2. *Vulgo* τῷ.
3. *Libri vulgo* φαρμακοῦται φαρμακευομένη.

Cap. LXVII. — 1. *Plenius cod. Venet.* σου ἐκ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ λόγον.
2. ὅτ᾽ ἂν *cod. Venet. ubique.*
3. *Cf. supra cap.* 10. *et cap.* 12.
4. *Post vocabulum* ἀναστάσεως *usque ad verba* οὐ μόνον γὰρ τοῦτό ἐστιν *in cod. Rhedig. et Ien. et editis libris lacuna interhiat satis spatiosa, quam nunc demum explere licuit ope codicis Veneti, omnium integerrimi.*
5. ἀνάγκησα φῶς λέγειν *cod. ms.*
6. ὁ ἐκτὸς λόγος. *Cf. haer.* 66, 10., *ubi Marsipus quidam appellatur* „τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφος."
7. *Euripidis est Phoeniss.* 472. *Cf. Seneca Epist.* 49.
8. γίνεσθαι *cod. ms.*

expansum? Undenam solis ille fulgor accensus est, aut ille ipse cum luna sideribusque conditus? Quanam vero ex priore materia translata terra est, quae est ex nihilo producta? Quonam ex naturae genere montes excisi sunt? Unde totius universi constitutio, quam ex nihilo deus peperit? Aut unde nubes conflatae sunt, quibus repente coelum obducitur? Unde culicum cyniphumque vim dei (Exod. 8, 17.) imperio servus eius Moyses comparare potuit? Quomodo ligneam (Exod. 4, 3.) virgam animatum ac prorepentem in colubrum convertit? Qui fieri (Exod. 4, 6.) potuit ut Moysis manus in nivem commutaretur? Sic igitur et tum deo, mortalium infidelissime, placuit, ac pelliceas, et quidem veras tunicas, sine ullis animalibus, sine humanae artis ac multiplicis operis adminiculo primis nostris parentibus simulatque voluit confecit, non secus atque initio simulac voluit coelum atque universa producta sunt. Ceterum de his nos saepius et aliis in locis et supra disputavimus. Atque his quidem, qui vitae desiderio tenentur, salutis est expedita ratio, et infidelissimi erroris confutatio facilis. Iis vero, qui salutis disciplinam ac magisterium repudiant, ne integrum quidem seculum potest ad disputandum sufficere; cum illorum aures perpetuo, *aspidis instar, obsurdescant: quae aures suas obdurat, ut* (Ps. 57, 5.) *non exaudiat vocem incantantium, venefici incantantis sapienter,* ut in sacris literis scriptum est. Veritatis porro filiis fructuosissimum hunc sermonem confido fore, tametsi latius illum hoc loco prosequamur.

Cap. LXVII. Venio itaque ad institutam de resurrectione disputationem. Cum enim ignaros deceperis, ac tuam opinionem pro vero dogmate subieceris, itaque dixeris, Nonnulli e rudioribus impios non putant resurrectionis compotes futuros, || et postea iidem rudiores rursus abs te interrogentur, Cuiusnam corporis erit resurrectio? et cum tu haeseris, ne ipse in eorum qui secundum te rudiores appellantur (nam hoc quoque aperte dicendum est) persona bonos appelles eos qui a te rudiores dicuntur, non per te erit responsum neque tuo gratia habenda responso, sed veritati erit, quae te servorum dei quae sint emendationis atque bonitatis insignia dicere cogit. Nam gentile quoque proverbium, Simplex, ait, narratio veritatis. Simplices vero consuevimus innocentes vocare, quibus multis locis a salvatore laus tribuitur, uti, *Estote simplices tanquam columbae*, et, *Patia-* (Matth. 10, 16. Matth. 19, 14.)

γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, [9] τουτέστι τῶν ἁπλουστάτων. Ἀπεκρίθησαν δέ σοι οἱ ἁπλούστεροι, ὡς λέγεις, τούτου τοῦ σώματος οὗ περικείμεθα εἶναι τὴν ἀνάστασιν. Ἀνταπορούμενοι δὲ ὑπὸ σοῦ καὶ ἐρωτώμενοι, Ὅλου ἢ μέρους; αὐτοὶ ἀνταποκρίνονται λέγοντες ὅτι, Ὅλου τοῦ σώματος. Σοῦ δὲ κατὰ τὴν μέθοδον τῆς [10] πολλῆς φλυαρίας φάσκοντος μηδὲν τοῦτο δύνασθαι, διὰ τὰ ἐκ τῶν σωμάτων ἐκρεύσαντα αἵματά τε καὶ σάρκας καὶ τρίχας, καὶ τὰ ἄλλα διὰ πτυέλων [11] ἐφημέρων ῥέοντα καὶ μυκτήρων καὶ σκυβάλων, πολλῆς σου τῆς ἰατροσοφιστικῆς κακοπίστου γνώμης [12] μαγγανεία, ὡς καὶ ἤδη διὰ πολλῶν ἐξήλεγξέν σου τὴν μυθοποΐαν [13] ὁ καλλίων ἡμῶν πρεσβύτης καὶ μακαριστὸς ἀνὴρ, καὶ Μεθόδιος. Ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἡμῶν, τῶν σμικρῶν, ὀλίγα ἀκούσει. Πᾶν γὰρ ἀεὶ τὸ ζητούμενον καθαρώτατον ζητεῖται, τὰ δὲ περιττὰ τοῦ καθαροῦ ἀποβαλλόμενα ἀκαταζητητά ἐστι. Τὸ γὰρ ἱμάτιόν ἐστιν ὅλον ἐξ ὅτε τῆς ὑφῆς ἔσχεν τὴν ἱστουργίαν, καὶ αὐτὸ μὲν ἔστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ τεμνόμενον, οὔτε αὐτῷ προστιθέμενον οὔτε ἀφαιρούμενον. Κναφεῖ δὲ διδόμενον [14] οὐχ ἧσσον, ὡς παρὰ τοῦ κναφέως, ἀπαιτηθήσεται, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ κναφέως τελειότατόν ἐστι κομιζόμενον, ὡς δῆλον πᾶσι καθέστηκεν, ὡς αὐτὸ μὲν ἔστιν ἐν τελειότητι, οὐδὲν δὲ μεῖον σῶμα γεγένηται πλὴν τῶν ῥίπων καὶ τῆς ἀποβολῆς τῆς ἀκαθαρσίας, καὶ οὐ πάντως που ἐπειδὴ τὸν ῥύπον ἀπέβαλεν, τούτου ἕνεκα μετὰ τοῦ ῥύπου ἀπαιτηθήσεται παρ' ἡμῶν ὁ τεχνίτης, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ ἱμάτιον σῶον καὶ ὑγιὲς καὶ καθαρώτατον. Ἕτερον δὲ πάλιν ὑπόδειγμα. Παρὰ σοὶ μὲν γὰρ περὶ τῶν ἐκκρινομένων διὰ φλεβοτομιῶν καὶ νοσημάτων καὶ σκυβάλων καὶ ἐκκρίσεως [15] πτυέλων τε καὶ μυκτήρων τὸ ζήτημα παρηνέχθη· ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν
pag. 597. ἔφης ἀνατραπήσῃ. || Οὐ μόνον γὰρ τοῦτό ἐστιν ἐν σώματι, ἀλλὰ καὶ κνώδαλα ἐξ ἡμῶν φύεται, ὡς εἰπεῖν, φθεῖρες, καὶ κόνεις, οὔτε ἐκτὸς τοῦ σώματος ὄντα, οὔτε ἀπὸ τοῦ σώματος λογιζόμενα. Καὶ οὐδείς ποτε ἐπεζήτησε κόνιν τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἐκκριθεῖσαν εἰς περιποίησιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἀναίρεσιν, οὐδὲ διαφθορὰν τὴν ἐξ αὐτῆς γεγενημένην, οὐδὲ ζημίαν τὴν ταύτης ἀπώλειαν ἡγήσοιτό τις. Τὰ ἀφ' ἡμῶν ῥυέντα, εἰ καὶ οὕτως ὑπάρχει κατὰ τόν σου λόγον, οὐ μωρῶς παρ' ἡμῶν ζητηθήσεται, οὐδὲ θεὸς ταῦτα εἰς ἡμῶν σύστασιν ἀγάγοι, ἀλλὰ δίκην ῥύπου ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱματίου ὑπάρχοντος, ἀπ' αὐτοῦ δὲ δι' εὐκοσμίαν ἀποβληθέντος, [16] ἐν δευτέρῳ καταλείψειεν, ἐκεῖνο δὲ σαφῶς τὸ ἐντελὲς ἱμάτιον μήτε λεῖπον, μήτε περιττὸν τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι τῆς τέχνης ὁ δημιουργὸς ἀγάγοι. Πάντα γὰρ αὐτῷ δυνατεῖ. Εἰ δὲ οὐχ οὕτως ἦν, [17] ὦ τὰς φρένας ἀδικηθεὶς ἐκ τῆς πολυλόγου σου ἐπινοίας,

9. *Medio vocabulo* τουτέστι *in cod. Veneto incipit fol.* 386. *v.*
10. τῆς ἐκ πολλῆς *habet cod. ms.*
11. ἐξημερῶν *habet cod. ms.*
12. μαγγανία *cod. ms.*
13. *Idem anonymus doctor iam supra cap.* 8. *significabatur, eiusque alibi quoque passim fit mentio.*

mini filios venire ad me, talium enim est regnum coelorum, hoc est simplicissimorum. Responderunt autem tibi rudiores, quos dicis, huius quo circumdamur corporis resuscitationem esse. Tum vero denuo compellati abs te et interrogati, Utrum universi, an partis? illi, Universi corporis respondent. Quod cum tu secundum modulum multifariae tuae nugacitatis fieri posse neges, propter sanguinem qui corpore effluit, propter carnes et crines, propterque alias res quae per sputa quotidiana, per nares et stercora effluunt, ecce grande tuae quae pravam fidem sequitur medicae rationis veneficium, cuius nugas iam supra confutavit ille multo potior nobis senex beatissimus, et Methodius. At etiam a nobis, qui parvi sumus, pauca audies. Quicquid enim quaeritur, purissimum quaeritur, quod autem superest, reiectum a puritate est et non quaerendum. Vestimentum quippe absolutum ex quo texturae opus passum est, ipsumque est illud quod de tela resecatur, neque auctum neque minutum. Quod cum fulloni tradideris, non deterius, ut a fullone, repetetur, sed eiusdem fullonis cura perfectissimum redditur, ut omnibus clarum sit et hoc esse in perfectione et corpus esse nihil imminutum nisi sordibus et spurcitie quas abiecerit, nec futurum esse ullo modo ut iis semel reiectis ideo cum sordibus illud a nobis reposcat artifex, sed ipsum potius vestimentum salvum et sanum et emaculatissimum. Alterum vero rursus exemplum. Apud te enim de eis quae per sanguinis missiones et morbos et stercora, perque sputaminum et mucorum retrimenta excernuntur, quaestio inlata est: at tu iis quae profers ipsis refutaberis. || Non enim unum illud inest in corpore, sed ex nobis etiam bestiae nascuntur, pediculi videlicet ac lendes, quae neque extra corpus sunt neque in corporis ulla parte numerantur. Ac nemo excretam ex corpore suo lendem, ut conservaret, quaesiit, sed ut necaret potius, neque illatam ab ea perniciem adsciscit. Sed neque si perdita illa extinctaque fuerit, id in damno reputabit. Sic quae a nobis fluxerunt, tametsi ita tua fert opinio, a nobis ipsis nequaquam stolide requirentur. Neque illa deus in conflandis nobis componendisque restituet, sed tanquam maculam relinquet, quae ex vestibus exorta nitoris elegantiaeque studio diluitur, illam vero perfectam absolutamque vestem, neque mancam, neque redundantem, pro singulari artis suae peritia artifex reficiet. Omnia quippe in eius sunt potestate posita. Quod nisi ita se res haberet, o hominum insanctissime, atque ex verbosa illa calliditate

14. οὐχ ἧσσον *cod. ms.*
15. *Voce* πτυέλων *in cod. Veneto incipit fol.* 387. *r.*
16. *H. e.* negleget, nihili aestimabit prae ipsa carne. *Male igitur interpretatus est haec verba Petavius.*
17. ὦ *correxerunt Cornarius atque Petavius. Libri habent* ὡς.

εἶχεν ἄρα ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ἐλθὼν δι' ἀσφάλειαν πᾶσαν τῆς ἡμετέρας ζωῆς ποιήσασθαι τὴν ἡμῶν ἐλπίδα, ἐν ἑαυτῷ τε τὰ πλεῖστα ἀνατυπωσάμενος εἰς τὴν τῆς ἀληθείας πρὸς ἡμᾶς σύστασιν, μέρος αὐτοῦ εἶχεν ἀποθέσθαι, μέρος δὲ ἐξεγεῖραι κατὰ τὴν μυθώδη σου ἀνασκευὴν καὶ πλήθους λογισμῶν ματαίων συλλογὴν, ὦ φιλόνεικε. Αὐτὸς γὰρ εὐθὺς διελέγχων σου τὸν τρόπον φάσκει λέγων ὅτι, Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, μόνος μένει, ἐὰν δὲ πεσὼν ἀποθάνῃ, πολλοὺς κόκκους φέρει. Καὶ τίνα ἄρα ἔλεγε κόκκον; Παντί τῳ σαφές ἐστι καὶ ὡμολόγηται παντὶ τῷ κόσμῳ ὅτι περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε, τουτέστι περὶ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς τῆς ἁγίας, ἧς ἀπὸ Μαρίας εἴληφε, καὶ ὅλης αὐτοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Τὸ δὲ πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν, ὡς λέγει, Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ, περὶ τῆς αὐτοῦ τριημέρου τοῦ σώματος κοιμήσεως ἔλεγεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις. Ἡ γὰρ θεότης αὐτοῦ ἀκοίμητος, ἄπτωτος, ἀκράτητος, ἄτρεπτος. Ἀπέθανε τοίνυν ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ ἀνέστη. Ὅλος οὖν ὁ κόκκος ἀνέστη, ἢ λεῖμμα αὐτοῦ ἀνέστη; ἄλλος κόκ-
pag. 598. κος παρὰ τὸν ὄντα, ἢ αὐτὸς ὁ ὢν εἰς τὸ εἶναι, τὸ διὰ τοῦ Ἰωσὴφ κεκηδευμένον ἐν σινδόνι καὶ ἐν μνήματι καινῷ τεθὲν, ἀνέστη; Πάντως ὅτι οὐκ ἀρνήσῃ. Τίνα τοίνυν εὐηγγελίζοντο ἐγηγέρθαι οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξίν; ὥς φασι, Τίνα ζητεῖτε; Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον; ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον. Ὡσεὶ ἔλεγε, Δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, καὶ συνετίσατε τὸν Ὠριγένην, ὅτι οὐκ ἔνι λεῖμμα κείμενον ἐνταῦθα, ἀλλὰ ὅλον ἀνέστη. Καὶ ὅπως γνῷς ὅτι ὅλον ἀνέστη, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε, ἵνα ἀποκρούσῃ σου τὴν φλυαρίαν, ὅτι λεῖμμα αὐτοῦ οὐκ ἐγκατελείφθη, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἡλωθὲν, αὐτὸ τὸ νυχθὲν τῇ λόγχῃ, αὐτὸ τὸ κρατηθὲν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, αὐτὸ τὸ ἐμπτυσθέν.

Κεφ. ξη'. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν πρὸς ἔλεγχον τούτου τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ πολυκόμπου τῆς ἐν αὐτῷ γενηθείσης φλυαρίας; Ἄρα οὖν ὡς ἀνέστη καὶ ἑαυτοῦ τὸ σῶμα ἔγειρεν, οὕτως καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ. Ἀπὸ τούτου γὰρ ἔδειξεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὴν ἡμῶν ἐλπίδα, φήσας ὅτι, Πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται, εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, ματαία καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ, ὅτι εἴπομεν, Ἤγειρε τὸν Χριστὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὕστερον ἐπιφέρει, λέγων, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο

in amentiam converse, poterat utique redemptor noster ac dominus deique filius, qui idcirco venerat ut vitae nobis spem certissimam faceret, quique, ut dictorum suorum fidem nobis adstrueret, pleraque in se ipso voluit exprimere, poterat, inquam, corporis sui parte deposita aliam excitare partem, quemadmodum verbosa illa tua rectae fidei confutatio atque ineptissimarum rationum, o contentionis cupide, multitudo declarat. Verum ipse tuum e vestigio modum ac
rationem redarguens ita pronuntiat: *Nisi granum frumenti cadens in* Ioann.12,24.
terram mortuum fuerit, solum manet: si autem ceciderit, mortuumque fuerit, grana multa parit. Quodnam illud erat granum de quo loquebatur? Nemo est qui dubitet, idque mundi totius confessione constat, de se ipso dominum locutum, hoc est de corpore suo sanctissimaque illa carne quam ex Maria ceperat, ac de humana omni natura. Quod autem cadendi ac moriendi vocabulis utitur, ut et
alio in loco dicit, *Ubi erit cadaver, illic congregabuntur et aquilae,* Matth. 24, 28.
ad triduanum corporis soporem retulit, quod ne ipse quidem diffiteri potes. Nam divinitas ipsa cum somni est expers, tum cadere superarique non potest, nec est omnino mutabilis. Mortuum est itaque frumenti granum, atque iterum excitatum. Utrumnam igitur integrum granum excitatum est, an illius pars est aliqua derelicta? Aliudne porro quam quod antea erat, an idem penitus esse ac revi-
viscere coepit, quod et ab *Iosepho sindone obvolutum ac sepultum et* Matth. 27, 59.
in novo monumento positum surrexit? Tute ipse non negaveris. Quemnam autem mulieribus angeli resurrexisse nuntibant, cum ita
dicerent, *Quem quaeritis? Iesum Nazarenum? Surrexit, non est* Marc. 16, 6.
hic, venite, videte locum. Perinde ac si diceret, *Venite, videte lo-* Matth. 28, 5.
cum, et Origenem docete, nullas istic illius iacere reliquias, sed integrum surrexisse. Atque ut intelligas resurrexisse totum, *Surrexit,* inquit, *non est hic;* ut nimirum nugas tuas discuteret demonstraretque residuum illius nullum abiectum ac relictum fuisse, sed idem esse plane corpus, quod et clavis confixum et lancea perforatum et a Pharisaeis comprehensum est ac sputis adspersum.

Quid autem attinet plura ad infelicem illius et insolentem lo- Cap.
quacitatem congerere? Quocirca non secus atque ille resurrexit LXVIII.
suumque corpus excitavit, ita et nos excitabit. Nam ex eo sanctissimus apostolus spem nostram confirmavit his verbis: *Quomodo di-* 1.Cor.15,12.
cunt quidem in vobis mortuorum resurrectionem non esse? Quod si mortuorum resurrectio non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis ergo est praedicatio nostra, vana est et fides vestra: invenimur autem et falsi testes dei, quoniam diximus, Suscitavit Christum etc. Deinde subiecit, *Oportet corruptibile hoc*

ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ οὐκ εἶπε τὸ θνητὸν μόνον, οὐδὲ τὸ φθαρτὸν μόνον, οὐδὲ τὴν ἀθάνατον ψυχὴν, ἀλλὰ, Τὸ φθαρτὸν τοῦτο, μετὰ προςθήκης τῆς Τοῦτο, καὶ, Τὸ θνητὸν τοῦτο, μετὰ προςθήκης τῆς Τοῦτο. Αὐτὸς οὖν [1] ὅλος ὁ κόκκος αὐτοῦ ἀνέστη· καὶ οὐ μέρος ἀνέστη, ἀλλὰ [2] ὅλος ἀνέστη· καὶ οὐκ ἄλλος κόκκος παρὰ τὸν ὄντα ἀνέστη, ἀλλ' αὐτὸς ὁ πεσὼν ἐν τῷ μνήματι [3] ὅλος ἀνέστη. Καὶ ποῦ ἰσχύει σου ἡ κενοφωνία; Δύο γὰρ κόκκους οἶδεν ἡ θεία γραφὴ εἰρημένους, ἕνα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ ἕνα παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. Καὶ ὁ μὲν εἰς τὴν πᾶσαν σαφήνειαν δηλοῖ κατὰ τὰ τελείως ἐν αὐτῷ ἐνεργηθέντα· ὅπερ ἐστὶ πρωτότυπον τῆς ἀναστάσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ διδάσκων καὶ ποιῶν ὁ σωτὴρ τὰ πάντα ἡμῖν εἰς παράστασιν βεβαίως εἰργάσατο εὐθύς. Ἔλεγε γὰρ περὶ τοῦ κόκκου καὶ τοῦ [4] ἐγεῖραι τὸν κόκ-
pag. 599. κον, ἵνα ἡμῖν τὴν πίστιν τῆς ἐλπίδος βεβαιώσῃ τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως ἐν ἀληθείᾳ. Ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος ὁ ἀπόστολος, πνεύματι ἁγίῳ φερόμενος, τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσομένην δόξαν τῶν ἁγίων διηγούμενος ἡμῖν, καὶ τὴν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀγαθῶν, δείκνυσι πάλιν διὰ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου, κατὰ τῶν ἀπίστων ἐπικηρυκευσάμενος. Ἀλλὰ ἐρεῖς μοι, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; Καί φησι πρὸς τὸν τὰ τοιαῦτα λέγοντα, Ἄφρον. Ὁ γὰρ ὅλως περὶ ἀναστάσεως ἀμφιβάλλων ἄφρων ἐστὶ καὶ ἀσύνετος. Εἶτά φησιν, Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ γενησόμενον σῶμα σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον εἰ τύχοι σίτου, ἢ τῶν ἄλλων σπερμάτων· καὶ οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· ὁ δὲ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα ὡς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων ἴδιον σῶμα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἀλλάσσεται τὸ σῶμα. Οὐδεὶς γὰρ σπείρας κριθὰς ζητεῖ σῖτον. Οὐδὲ μελάνθιον ἔσπειρε, καὶ εὗρε κριθὴν, ἀλλὰ τὸ σπειρόμενον αὐτό ἐστι τὸ ἐγειρόμενον. Ἐὰν δὲ καὶ καταλειφθῇ ἐξ αὐτοῦ κάτω ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀναστῇ ἐξ αὐτοῦ τὸ βλάστημα, ὧδε μὲν ἐν τούτῳ τῷ φθαρτῷ σίτῳ καὶ μὴ εἰς κρίσιν ἐρχομένῳ τὸ μὲν καταλειφθὲν ἄχρηστον, τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἐγειρόμενον κάλλιον. Ἠθέλησε δὲ δεῖξαι τὴν φαιδρότητα, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν μὴ τὴν ἐλπίδα τοῦ θεοῦ καραδοκούντων. Τἀληθῆ μὲν γὰρ ὁ κόκκος τοῦ σίτου λεπτότατος. Ποῦ δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ κόκκῳ τῷ σμικροτάτῳ καὶ ῥίζαι, καὶ βάσεις, καὶ καλάμη, καὶ αἱ γονατίδες, καὶ αἱ τοσαῦται σύριγγες, καὶ κεφαλίδες, καὶ θῆκαι, καὶ ἀνθέρικες, καὶ κόκκοι πολυπλασιάζοντες;

Κεφ. ξθ'. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον εἴπωμεν τὰ ὅμοια τούτοις διηγούμενοι, πόθεν τῷ Μωϋσεῖ υἱῷ τῆς Ἰωχαβὲθ, υἱῷ τοῦ Ἀμρὰμ, τὸ νύξαι πέ-

Cap. LXVIII. — 1. ὁ λόγος pro ὅλος habet edit. princ. 2. ὁ λόγος edit. princ. 3. ὁ λόγος edit. princ.

induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Non dixit mortale solum, neque corruptibile solum, nec immortalem denique animam, sed *corruptibile hoc et mortale,* addito utrobique pronomine *hoc.* Quamobrem granum ipsius, et quidem integrum, non eius tantummodo pars, sed integrum, uti diximus, surrexit, nec aliud quam quod erat antea granum, sed illud ipsum quod in monumentum ceciderat, totum integrumque surrexit. Quid igitur virium habet absurda illa tua sententia? Duo siquidem grana, quae paulo ante retulimus, scriptura commemorat; quorum alterius in evangelio, alterius apud apostolum fit mentio. Primum illud ad rem declarandam efficacissimum est, secundum ea quae perfecte in eo gesta sunt; quod est velut resurrectionis exemplar. Etenim docens istud salvator, et faciens, subinde confirmandis nobis omnia constanter praestitit. Nam de grano deque eodem excitando idcirco disseruit, ut spei nostrae quam de vera resurrectione concepimus fidem assereret. Huic successit apostolus, qui divini spiritus afflatu, sanctorum gloriam, quae post resurrectionem futura est, ac bonorum fructum voluptatemque declarans, eadem grani tritici similitudine demonstrat tale adversus infideles praeconium instituens. *At* Ibid. 35.
dices mihi, Quomodo resurgunt mortui? quonam vero corpore veniunt? Ad haec ita respondit: *Stulte.* Stultus enim est et imprudens, qui omnino de resurrectione dubitat. Ergo ita subiicit, *Stulte, tu quod seminas non vivificatur nisi mortuum fuerit: et quod seminas, non futurum corpus seminas, sed nudum granum, exempli caussa tritici, aut aliorum seminum, et non vivificatur nisi mortuum fuerit: deus autem dat illi corpus sicut voluit, et unicuique semini proprium corpus.* Animadvertis, opinor, non commutari corpus. Nemo enim qui hordeum severit, triticum requirit, neque nigella Romana consita hordeum reperit, sed id ipsum excitatur quod satum est. Ac dummodo aliquid ex ipso relictum in terra fuerit atque ex eo germen effloruerit, sic in corruptibili hoc tritico, quod nulli iudicio obnoxium est, inutile est quod relinquitur, quod excitatur vero praestantius. Illum porro splendorem ac claritatem propter eorum infidelitatem declarare voluit qui nihil a deo quod speretur expectant. Nam revera tenuissimum est tritici granum. In qua quidem tam exigua mole ubinam radices et quasi fundamenta sunt? tum deinde culmus, genicula, tot fistulae, capitella, folliculi, aristae granaque multiplicata?

Clarius quid velim eloquar, atque his similia percurram. Un- Cap. LXIX.
denam Moysi Iochabethae et Amrami filio illa virtus, ut virga sili- Num. 20, 11.

4. Libri vulgo ἤγειρε.

τραν ἐν ῥάβδῳ καὶ προσενεγκεῖν ὕδωρ ἐξ ἀπόρου ὕλης; τὸ ξηρὸν εἰς ὑγρὸν [1] μεταβαλεῖν; τὸ πατάξαι θάλασσαν καὶ διαιρεῖν εἰς δώδεκα ὁδοὺς ὁδοιπορίας ἐν θαλάσσῃ τῷ κελεύσματι; τὸ ποταμὸν εἰς αἷμα μεταβαλεῖν; τὸ βάτραχον ὑπὸ θίξιν συναγαγεῖν τοσοῦτον; τὸ τὴν σκνίφα ἐπιπέμψαι Αἰγυπτίοις; τὸ χάλαζαν μῖξαι μετὰ τοῦ πυρός; τὸ νύκτα μέλαιναν καὶ ἐσκοτισμένην Αἰγυπτίοις ἐπικεράσαι ζοφώδη; τὸ πρωτότοκα κτεῖναι τῶν Αἰγυπτίων ἐν θανάτῳ; τὸ στύλῳ πυρὸς καθοδηγεῖν λαὸν δι' αὐτοῦ ποιμαινόμενον; τὸ ἄρτον ἀγγέλων ἐπενέγκαι εὐχῇ καὶ
pag. 600. ἱκεσίᾳ; τὸ ὀρτυγομήτραν ἀνιέναι, καὶ κορεννύειν τοσαύτας μυριάδας ἀνδρῶν διὰ προστάγματος θεοῦ; τὸ ἀκοῦσαι φωνὴν θεοῦ; τὸ καταξιωθῆναι ἀνὰ μέσον τοσούτων τῶν μυριάδων θεοῦ φωνῆς ἀκούειν καὶ συνομιλεῖν θεῷ; τὸ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν καὶ διὰ τεσσαράκοντα νυκτῶν μὴ ἐπιζητῆσαι τὰ χρειώδη τῶν κατὰ τὴν φύσιν τῆς ἡμετέρας πλάσεως; τὸ μεταβληθῆναι τὴν σάρκα εἰς φαιδρότητα ἡλίου καὶ ἀκτῖνα φωτεινὴν, στροβοῦσαν λαὸν πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; τὸ τὴν χεῖρα σαρκίνην οὖσαν μεταβληθῆναι εἰς χιόνα; τὸ κελεῦσαι τῇ γῇ χᾶναι τὸ στόμα πρὸς ὑποδοχὴν [2] τῶν περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν καὶ Αὐνᾶν; τὸ τέλος ἀκοῦσαι, Ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος, κἀκεῖ τελεύτα; τὸ μὴ γινώσκειν ἄνθρωπον τὴν αὐτοῦ ταφήν; σημαίνοντος τοῦ θείου γράμματος, ὡς ὑπὸ ἀνθρώπων τὸ σῶμα Μωϋσέως μὴ κεκηδεῦσθαι, ἀλλὰ, καθὼς ὑποτίθεται ἡ διάνοια, ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ταῦτα πάντα ἔτι ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἔτι ἐν τῷ ψυχικῷ τούτῳ καὶ πνευματικῷ ἅμα τελείως γενομένῳ, [3] λαβόντες δὲ ἀπεντεῦθεν τὸν ἀρραβῶνα εἰς ὑπόδειγμα τῆς τελείας τότε βλαστήσεως, ὅτε πληροῦται τὸ εἰρημένον, Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ, σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. Πῶς γὰρ οὐκ ἀσθενὲς τὸ σπειρόμενον, καὶ μὴ γινώσκον ποῦ σπείρεται; πῶς οὐκ ἄτιμον τὸ ἐν μνήματι βαλλόμενον καὶ κόνιν ἐπαμώμενον, λακιζόμενόν τε καὶ ῥιπτούμενον, καὶ ἀναισθητοῦν; πῶς οὐκ ἔντιμον τὸ ἐγειρόμενον, καὶ εἰς αἰῶνα διαμένον, καὶ ἐν ἐλπίδι τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας οὐρανῶν βασιλείαν κτώμενον, ὅπου λάμψωσι δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος, ὅπου ἔσονται ἰσάγγελοι, ὅπου μετὰ τοῦ νυμφίου χορεύσουσιν, ὅπου οἱ περὶ Πέτρον καθέζονται ἐπὶ δώδεκα θρόνους, τὰς δώδεκα φυλὰς κρίνοντες τοῦ Ἰσραὴλ, ὅπου λήψονται οἱ δίκαιοι ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; Ἡμῶν τοίνυν ἡ ἀνάστασις ἐν θεῷ, καὶ παντὸς ἀνθρώπου δικαίου τε καὶ ἀδίκου, ἀπίστου τε καὶ

Cap. LXIX. — 1. *Fortasse* μεταβαλών. 2. *Libri vulgo* τοὺς περί. 3. *An fortasse* λαβόντος?

cem perforaret, minimeque idonea ex materia laticem aquae proferret? quod siccum erat in humorem converteret? percussum mare Exod. 14. duodecim in vias atque itinera maritima solo imperio divideret? flu- Exod. 7. vium in sanguinem mutaret? ranarum tantam repente copiam in unum Exod. 8. cogeret? culices Aegyptiis immitteret? misceret igni grandinem? nigerrimam noctem ac densissimis tenebris obductam iisdem illis Aegy- Exod. 9. et 10. et 12. et 13. ptiis offunderet? primos Aegyptiorum partus interficeret? igneae columnae beneficio populo, quem pastoris instar regebat, iter praeiret? angelorum panem oratione ac precibus eliceret? coturnices largis- Exod. 16 et Ps. 77, 25. sime suppeditaret, ac tot hominum millia deo iubente satiaret? eiusdem dei vocem exaudiret? dignus inquam haberetur ex tam infinita Exod. 14, 18. hominum multitudine, qui et dei vocem audiret, et illius colloquio frueretur? quadraginta dies totidemque noctes nullam earum rerum desideraret, quibus naturae necessitate ad vitam sustentandam alimur? illius deinde caro solis in splendorem ac radiantem fulgorem verteretur, qui ita populi oculos perstringeret ut illius faciem fixis oculis contemplari Israelis posteri nequirent? ut illius manus in ni- Exod. 4, 7. vem mutaretur ex carne? ut ad Core, Dathan, Abiron, et Annan Num. 16. hauriendos dehiscere terram iuberet? ut illud audiret denique: *Ascende in montem, et illic morere?* ut illius sepulturam hominum Deut. 32, 49. nemo cognosceret? Quandoquidem sacrae istud literae significant, non esse ab hominibus Moysis corpus sepultum, sed ab angelis videlicet, quod verba ipsa tacite intelligentiae nostrae subiiciunt. Atque haec omnia tum gesta sunt, cum adhuc in hoc mundo versaretur, gesta autem in eo quod animale erat ac spiritale perfecte simul est factum. Sed nos velut quoddam illinc pignus accipimus, ad illius perfectae pullulationis exemplum, quae tum accidet, cum dictum illud implebitur: *Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria: seminatur in infirmitate, resurget in virtute.* 1. Cor. 15, 43. Etenim nonne infirmum est quod ita seminatur, ut ubi seminetur ignoret? Ignobilitate vero nonne plenum illud est quod in sepulchrum abiectum obruitur aggestu pulveris, ac laceratur, proiicitur omnique sensu destituitur? Contra vero nonne gloriosum id est, quod ad vitam excitatur, et in sempiternum permanet, ac cum divinae benignitatis spe ac fiducia coeleste regnum possidet? *Ubi fulgebunt iusti sicut sol?* Ubi an- Matth. 13, 43. *gelis erunt aequales?* Ubi cum sponso choreas agent? ubi cum Pe- Matth. 22, 30. tro apostoli *duodecim in thronis consident, totidemque Israelitarum tri-* Matth. 19, 28. *bus iudicant?* Ubi ea iusti percipient, *quae nec oculus vidit, nec au-* 1. Cor. 2, 9. *ris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit deus diligentibus se?* Nostra igitur resurrectio dei est ope ac virtute futura, generisque hominum omnis, tam iustorum videlicet quam in-

πιστοῦ, τῶν μὲν ἐγειρομένων εἰς ζωὴν αἰώνιον, τῶν δὲ εἰς κρίσιν αἰώνιον.

Κεφ. ό. pag. 601. Καὶ σιώπα Βαβυλὼν, ἡ ἀρχαία πάλιν ἡμῖν ἀνακαινιζομένη σύγχυσις. Πεφίμωσο Σόδομα, καὶ ἡ τῆς πολλῆς σου δεινότητος πρὸς θεὸν κραυγὴ ἀνερχομένη· Ἥξει γὰρ ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος ἀποστρέψαι ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ, καὶ σαλπίσει, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται, καὶ ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα εἰς συνάντησιν αὐτῷ εἰς ἀέρα. Ὡς καὶ ὁ καλλίων μακαρίτης Μεθόδιος εἶπε· τοῖς δὲ αὐτοῖς καὶ αὐτοὶ οἰκοδομοῦντες προςεθήκαμεν. Ἀπὸ γὰρ τῶν συνεζευγμένων ἑκάστης λέξεως ἔστιν ἰδεῖν τὰ [1] ἐπίχειρα. Διαιρῶν γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῶν δύο τρόπων τὸ εἶδος εἰς μίαν ἐλπίδα συνήγαγεν, ἀπὸ τοῦ, Ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, ἵνα δείξῃ ὄντως τοῦτο τὸ σῶμα, καὶ οὐχ ἕτερον παρὰ τοῦτο (ὁ γὰρ ἁρπαγεὶς οὔπω τέθνηκε), δεικνὺς δὲ ὅτι οὐ φθάσομεν τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, ἵνα τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἄπορον θεῷ εὐπόριστον καὶ δυνατὸν ἀποδείξῃ. Ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κεκοιμημένους, καὶ τὴν αὐτῶν ἀνάστασιν· ἔδειξε τοὺς ζῶντας καὶ ἁρπαζομένους, ἵνα ἀπὸ τῶν ζώντων δείξῃ τὰ ἐκείνων σώματα ὁλοσχερῆ ἐγειρόμενα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐκείνους πρωτεύειν τῶν περιλειπομένων ζώντων τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ ἀποδείξῃ. Καὶ ὁρᾶτε οἱ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελόμενοι, ὅτι πάντες οἱ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐνεχθέντες ἑαυτοῖς τὴν ἀδικίαν προσεπορίσαντο. Ὡς καὶ ὁ ἅγιος προφήτης Δαβὶδ λέγει, Συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. Πᾶς γὰρ ὁ ἑαυτῷ συνάγων τὸν πόνον τῶν ἀλλοτρίων διανοημάτων ἑαυτῷ τίκτει τὴν ἀδικίαν καὶ τοῖς πειθομένοις. Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα πάντα εἴ τις ἔχει ἀντιλέγειν, ἡκέτω ἐπὶ τῷ θεῷ, ἀντιπράττων [2] καμέτω. Θεὸς γὰρ ἰσχυρὸς οὐ κοπιάσει, οὐδὲ διψήσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. Ἐν ᾗ τὰ λελυμένα σώματα ἐγείρει, ἐν ᾗ τὸ ἀπολλύμενον σώζει, ἐν ᾗ τὸ τεθνηκὸς ζωογονεῖ, ἐν ᾗ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν ἀμφιέννυσιν, ἐν ᾗ τὸν κόκκον τὸν πεσόντα εἰς ἀνάστασιν φέρει, ἐν ᾗ τὸν σπαρέντα καὶ ἀποθανόντα εἰς περισσοτέραν φαιδρότητα ἄγει ἀνακαινίζων· ὡς ἐν πολλαῖς γραφαῖς ἐμφέρεται, αἰνιττομένης τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως.

Κεφ. οα΄. pag. 602. Ἐν μὲν τῷ Δαβὶδ περὶ τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβὶδ ψαλμὸς, ὡς καραδοκῶν ὁ προφήτης καὶ πνεύματι ἁγίῳ σκοπῶν τὸ μέλλον εὐλόγως περὶ ἀναστάσεως ἔφη, Ὑψώσω σε, κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με,

Cap. LXX. — 1. „Vox τὰ ἐπίχειρα non satis huic sententiae convenit. Fort. ἐπίκαιρα“. *Petavius. Retinendum esse* τὰ ἐπίχειρα *persuadet alter locus haer.* 66, 45., *ubi* ἐπίχειρα *item fere significat* πρόχειρα, *vel* προὖπτα, *h. e.* aperta, prompta.

iustorum, infidelium perinde ac fidelium, quorum *ad vitam alii, ad aeternum alii iudicium resurgunt.* Matth. 25, 46.

Cap. LXX. Sile igitur Babylon, vetus illa nobis instaurata confusio: tacete, inquam, Sodoma, horribiliumque vestrorum scelerum clamor ad deum usque provectus. *Veniet enim ex Sion liberator qui ab Iacob impietates avertat,* atque is *tuba personabit, et resurgent mortui, et nos rapiemur in occursum illius in aëra.* Isai. 59, 20. 1 Cor 15,52. 1. Thess. 4, 17. Id quod longe quam ego praeclarius beatus Methodius pertractavit, et nos iis quae ab eo disputata sunt istud adstruximus. Enimvero ex his quae coniuncta sunt uniuscuiusque dictionis sensum licet intelligere. Atque apostolus duplicis modi speciem distinguens in unam spem contulit, ab iis verbis: *Nos rapiemur in nubibus in occursum illius,* ut hoc ipsum corpus vere esse, non praeter ipsum aliud, ostenderet. Nam qui rapitur, nondum est mortuus. Sed et illud demonstrat, mortuorum nos resurrectionem minime anteversuros esse, ut quod expediri ab hominibus non potest, a deo explicari facile ac fieri posse declararet. *Nos enim,* inquit, *qui vivimus, non praeveniemus eos qui dormiunt;* quorum resurrectionem indicat. Et has voces, *viventium* ac *raptorum,* addidit, ut priori corpora illorum doceret integra resurgere, atque ex eo quod viventes reliquos anteirent dei potentiam indicaret. Videte quaeso quotquot vitae vestrae curam geritis, omnes qui ad oppugnandam veritatem insurrexerunt sibi ipsis iniustitiae labem acquisivisse. Quod iis verbis David propheta testatur: *Concepit laborem, et peperit iniquitatem.* Ps. 7, 14. Nam qui alienarum absurdarumque cogitationem laborum sibi colligit, tam sibi quam quibus persuadere potuerit, iniustitiam parit. *Lacum aperuit, et effodit illum, et incidet in foveam quam fecit.* Ps. 7, 15. Ac si quis his omnibus contradicere potest, prodeat in medium, ac deo, si potest, labore suo resistat. *Deus enim fortis, non laborabit, neque sitiet, neque est investigatio prudentiae ipsius.* Isai. 40, 28. Qua fretus dissoluta corpora excitat, quod perditum est servat, quod mortuum est ad vitam revocat, corruptum incorruptione vestit, granum quod cecidit ad resurrectionem erigit, hominemque qui satus ac mortuus est uberiorem ad splendorem instaurando perducit, uti pluribus in scripturae locis expressum est, in quibus resurrectio nostra significatur.

Cap. LXXI. Sic apud Davidem in illo Psalmo qui *De aedis dedicatione* inscriptus est, in quo velut expectationis suspensus et futura spiritus sancti ope diu ante propheta prospiciens consentanee de resurrectione ita pronuntiat: *Exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me;* instau- Ps. 29, 1.

2. καμέτω *ego. Libri omnes* καμάτῳ. *Petavio placuit* ἀκαμάτῳ.

ἀνακαινίζων μου τὸν οἶκον, τουτέστι τὸ σῶμα τὸ πεσὸν, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐμέ. Καὶ Σολομὼν ἐν Παροιμίαις ὡςαύτως εἰς τὴν ἐκεῖσε ἑτοιμασίαν τὰ πάντα τῆς ἐλπίδος παρασκευάζων προὔτρεπε, φάσκων, Ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, ἔξοδον λέγων τὴν ἀπεντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, καὶ, Ἑτοιμάζου, φησὶν, εἰς τὸν ἀγρὸν, ὁμοῦ πᾶσι τὴν νουθεσίαν ἐπεκτεινόμενος τοῖς κατὰ ἀγρόν τε καὶ κατὰ ἄστυ, λογίοις τε καὶ τοῖς τὰς βαναύσους τέχνας ἐπιχειροῦσιν, οἷς οὐδεμία ἐργασία κατὰ ἀγρὸν ἐπιζητουμένη. Πόθεν γὰρ λινουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις, ποιηταῖς τε καὶ λογογράφοις, ἡ κατὰ τὴν ἄρουραν ἑτοιμασία; — συλλήβδην γὰρ ὁμοῦ ἡ φωνὴ ἀδιακρίτως τοὺς πάντας ἐπειποῦσα κέκληκεν, Ἑτοιμάζου εἰς τὸν ἀγρόν· — ἀλλ' ἢ τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ πολίτῃ τε καὶ ἀγροίκῳ ἀπόθεσις τοῦ σώματος ἀγρὸς, διὰ τὴν ταφὴν καὶ τὸ τέλος. Εἶτα μετέπειτα τὴν αὐτὴν τῆς ἀναστάσεως σημαίνων ἐλπίδα φάσκει, Καὶ ἀνοικοδομήσεις τὸν οἶκόν σου. Ἅπαξ γὰρ ᾠκοδομήθη ἐν τῇ πλάσει τῇ κατὰ τὴν γαστέρα, ὅτε αἱ μητέρες ἐκύϊσκον ἕκαστον ἡμῶν ἐν τῇ πλάσει, ἀπὸ δὲ τῆς γῆς ἡ ἀνάστασις, ἢ ἀπὸ ἀγροῦ, [1] ἔτι οἰκοδομουμένου, διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ καθαίρεσιν ἐν τῷ τῆς ταφῆς πτώματι. Ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἔφη, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, ἢ οἰκοδομῶ αὐτὸν, σοφία ὢν, καὶ ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ, ᾗ οὐκ ἔστιν ὑπὸ ἀνθρώπων ἐξεύρεσις, ἐν ᾗ ἐξ ἀπόρων τόπων, διαχυθέντων ἡμῶν τῶν σωμάτων τῶν μὲν εἰς τέφραν, τῶν δὲ ἐν θαλάσσῃ, [2] τῶν δὲ ὑπὸ σαρκοβόρων οἰώνων, τῶν δὲ ὑπὸ θηρῶν, τῶν δὲ ὑπὸ σκωλήκων φθαρέντων, φέρει.

Κεφ. οβ'. Εἰ γὰρ τὰ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν εἰς τὸ εἶναι, πόσῳ γε μᾶλλον τὸ ὂν εἰς τὴν ἰδίαν κατάστασιν εὐχερῶς ἀποκαταστήσειεν; ἵνα δικαίαν ὁρίσῃ κρίσιν, ἵνα μὴ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου κρίνῃ, ἵνα μὴ ἀποστερήσῃ τὸ καμόν. Εἰ γὰρ ψυχῆς ἡ ἀπόλαυσις καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομία, μετασχέτω τὸ σῶμα ὃ βούλεται. Τρυφάτωσαν οἱ περὶ τὸν Γεδεών· μὴ μάτην καμνέτω Ἰωάννης ἐκ καμήλων ἔχων τὸ ἔνδυμα, μὴ ἐν
pag 603. ἀναχωρήσει τὴν σάρκα ὑπωπιάσωμεν, μὴ τὰ σώματα ἡμῶν δαμάσωμεν τῇ ἁγνείᾳ. Εἰ δ' ἄρα κοινωνεῖ σῶμα ἐν πολιτείαις, ἐν ἁγνείᾳ, ἐν νηστείᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, οὐκ ἄδικος ὁ θεὸς ἀποστερεῖν τὸν κάματον τοῦ κεκμηκότος, καὶ μὴ ἀποτῖσαι τὴν μισθαποδοσίαν τῷ ἅμα τῇ ψυχῇ κεκμηκότι σώματι. Εὐθὺς γὰρ εὑρεθήσεται ἀργὴ ἡ κρίσις. Εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ μονωτάτη εὑρεθήσεται, ἀντιλέξειεν κρινομένη ὅτι, Οὐκ

Cap. LXXI. — 1. *Rescripsi* ἔτι οἰκοδομουμένου, διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ, *Petavium secutus, atque Cornarium, qui vertit:* „— quae reaedificatur propter illatam ipsi destructionem in sepulturae ruina.“ *Libri praebent vulgo:* οὐκέτι οἰκοδομουμένη, διὰ τὴν ἐνεχθεῖσαν αὐτῇ.

2. *Vulgo* τῆς.

randa scilicet domo mea, hoc est corpore quod ceciderat, *et non delectasti inimicos meos super me.* Ita et in Proverbiis Salomon ad futuram illam vitam spem omnem nostram praeparans hunc in modum hortatur: *Praepara in exitum opera tua.* Nam exitus nomine Prov. 24, 27.
decessionem ex hac vita complexus est. Et, *Praeparare*, inquit, *ad agrum.* Quam commonitionem pertinere ad omnes voluit qui in agro aut in urbe degerent, ac tam eruditos quam opifices ac mechanicos, qui nullum in agro opus habent quod exerceant. Quid enim linificibus et aurifabris, aut poëtis ceterisque scriptoribus est cum agrorum cultura commune? Quare vox illa sine ullo discrimine universos simul appellat, *Praepara te ad agrum*, atque illud significat, omnium hominum generi, tam urbano quam rustico, corporis depositionem agri instar esse, propter sepulturam ac vitae exitum. Deinde eandem spem resurrectionis ostentans addit, *Et instaurabis domum tuam.* Quippe semel cum in utero formaretur est exstructa, cum scilicet unumquemque nostrum matres fingendi caussa parturirent. Tum a terra fit agrove resurrectio, cum eversa post illam in sepulchrum deiectionem domus erigitur. Quod et redemptor noster sic locutus aperuit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus su-* Ioann. 2, 19.
scitabo illud, sive aedificabo; utpote cum sapientia sit, et quidem pro summa sua prudentia, quam *nulla hominum investigatio* potest Isai. 40, 28.
assequi. Qua etiam praeditus difficillimis ex locis, delapsis dissolutisque corporibus nostris, ac partim in cineres conversis, partim in mari, partim a carnivoris avibus, partim a bestiis, partim vermibus consumptis, eadem nihilominus restituit.

Nam si quae nihil erant, aliquid ut essent, perfecerit, quanto Cap. LXXII.
id quod iam existit propriam in naturam conditionemque facilius instaurabit, ut et rectum iudicium instituat, et alterum pro altero non condemnet, et quod labore fatigatum est sua mercede non privet? Etenim si ad solam animam fructus et coelestis regni possessio pertinet, sane corpus iis omnibus quae concupiverit fruatur, versetur in deliciis Gedeon, neque frustra Ioannes labore se cruciet, contexto ex camelorum pilis cilicio vestitus, neque in solitudines abditi *car-* Matth. 3, 4.
nem nostram suggillemus, neque corpora castitatis exercitatione domemus. 1. Cor. 9, 27.
Sin autem omnium vitae institutorum, si castimoniae, si ieiunii, si ceterarum virtutum corpus est particeps, *non iniustus est* Hebr. 6, 10.
deus, ut ei qui laboraverit laboris mercedem subtrahat, corporique quod cum anima communiter in laborem incubuerit nullum praemium persolvat. Hoc enim posito inane ac supervacaneum erit iudicium. Nam si sola duntaxat anima sisteretur, obiicere in iudicio posset,

ἀπ' ἐμοῦ τὸ αἴτιον τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φθαρτοῦ, καὶ γηΐνου σώματος, τὸ πορνεύειν, τὸ μοιχεύειν, τὸ ἀσελγαίνειν· ἐξότε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη, οὐδέν μοι τούτων πέπρακται. Καὶ ἔσται εὐαπολόγητος, καὶ παραλύουσα τὴν τοῦ θεοῦ κρίσιν. Εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ ἀγάγοι ὁ θεὸς (δύναται γὰρ, ὡς καὶ ἄνω μοι διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ δεδήλωται, εἰ καὶ διὰ παραβολὴν τὸ ἔργον γεγένηται), ἀλλὰ τὸ εἶδος εἰς ἀλληγορίαν τῆς τότε [1] παραβουλευθείσης ἀληθείας ἐτελειώθη, ὡς συνήχθη ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ ξηρῶν ὄντων τῶν ὀστέων, καὶ οὐδέπω ψυχῆς, οὐδὲ πνεύματος τοῦ κινοῦντος ἐν αὐτοῖς ὄντος· καὶ εὐθὺς τὰ σώματα συνήχθη, καὶ κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἐστερεώθη. Καὶ εἰ θέλει θεὸς, δυνατός ἐστι τοῦτο ποιῆσαι, ἄνευ ψυχῆς παρεῖναί τε καὶ κινεῖσθαι, ὡς καὶ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα σῶμα ὂν μετὰ θάνατον ἐφθέγγετο, καὶ οὐ ψυχὴ (οὐ γὰρ ψυχή ἐστι τὸ αἷμα, ἀλλὰ σῶμά ἐστι τὸ φαινόμενον), ἀλλ' οὐ δυνήσεται σῶμα ἄνευ ψυχῆς κριθῆναι. Ἀντιλέξειε γὰρ καὶ αὐτὸ, λέγον ὅτι, Οὐκ ἐγὼ ἥμαρτον, ἀλλὰ ἡ ψυχή· μὴ ἐξότε ἀπεκινήθη ἀπ' ἐμοῦ, [2] μὴ ἐμοίχευσα; μὴ ἐπόρνευσα; μὴ εἰδωλολάτρησα; Καὶ ἔσται ἀντιλέγον τὸ σῶμα τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ εὐλόγως ἀντιλέγον. Τούτου ἕνεκα τοίνυν, καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα καὶ ἀναγκαῖα, ὁ θεὸς ἐν τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ τὰ τεθνεῶτα ἡμῶν σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἰς παλιγγενεσίαν φέρει ἐν τῇ αὐτοῦ ὑποσχέσει τῆς φιλανθρωπίας, εἰς τὸ τὸν κεκμηκότα ἐν ὁσιότητι ἀπολαβεῖν τὴν πᾶσαν ὑπὸ θεοῦ καλὴν ἀνταπόδοσιν, καὶ τοὺς τὰ μάταια πεποιηκότας ὡσαύτως κριθῆναι, σῶμα ἅμα ψυχῇ, καὶ ψυχὴν ἅμα σώματι.

Κεφ. ογ'. *Ἀλλὰ ἀρκέσει μοι ταῦτα πρὸς τὸν ἐθελόσοφον Ὠριγένην, τὸν ματαίως ἑαυτῷ ἐπιθέμενον ὄνομα Ἀδαμάντιον, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀτοπίαν καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς πίστεως κακῶς ἐπινενοημένην ὀλέθριον διδασκαλίαν.* (pag. 604.) *Παρελθὼν δὲ καὶ τούτου τὴν αἵρεσιν καθεξῆς τὰς ἄλλας, ἐπιπόθητοι, διασκέψομαι, θεὸν συνήθως ἐπικαλούμενος [1] ἀρωγὸν τῆς ἡμῶν ἰδιωτίας, πρὸς τὸ δυνηθῆναι ἀντισχεῖν πρὸς πᾶσαν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρομένην φωνὴν ματαίαν καὶ ἡττῆσαι, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἠσαΐου ῥηθέντα ὅτι, Πᾶσα φωνὴ ἣ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις, οἱ δὲ ἔνοχοι ἔσονται ἐν αὐτῇ· ἵν' οὕτως ἐν θεῷ τὸ ἐπάγγελμα περαιωσάμενοι τοῖς βουλομένοις νουνεχῶς ἐντυγχάνειν, εἰς γυμνασίαν ἀληθείας καὶ φάρμακον ἰάσεως περὶ ἑκάστου θηρὸς καὶ ἰοβόλου ἑρπετοῦ, τῶν προσώπων τῶν*

Cap. LXXII. — 1. παραβολευθείσης placuit *Petavio*. 2. μὴ *uncinis notavit Petavius.*

Non a me peccatum exortum est, sed a corruptibili illo terrenoque corpore stuprum, adulterium ac libidines profectae sunt: nam ex quo tempore a me seiunctum est, nihil est horum commissum. Honesta sane excusandi sui ratio, et ad dei iudicium evertendum idonea. At si corpus ipsum quoque deus produxerit, hoc enim facere potest, ut Ezechiele supra demonstravimus, tametsi figura quadam ac similitudine tum id opus perfectum fuerit: verum ad veritatem, quae tunc similitudine illa referebatur, adumbrandam istiusmodi species est expressa. Cum scilicet os unum ad alterum, et compages (Ezech. 37, 7.) ad compagem accommodata est, ac cum arida essent ossa, nec ulla adhuc anima vel spiritus, quo agitarentur, in ipsis inesset, subinde tamen coagmentata sunt et, ut propheta loquitur, *solidata corpora.* Ac si ita deo libuerit, perficere istud potest, nullo ut animae interventu prodeant, ac sese commoveant. Non secus atque *Abelis sanguis post obitum* (Gen. 4.) loquebatur, non anima. Non enim anima est sanguis, sed corpus illud quod apparet. Verum corpus sine anima iudicari non potest. Nam et ipsum resisteret, et hunc in modum exciperet: Non ego peccavi, sed anima; ex quo enim tempore a me discessit, num adulterium, num stuprum ullum admisi? num simulacra colui? Ita corpus iustissimo dei iudicio, et quidem iure, contradicet. Quibus de caussis, aliisque compluribus ac necessariis, pro infinita sua sapientia deus emortua nostra corpora et animas novam ad generationem perducit, quemadmodum ex ingenti sua humanitate promisit. Ut qui in sanctitatis officiis elaboraverit, eximium a deo praemium omne percipiat, et quorum inania fuerint opera, perinde iudicentur: ut et corpus cum anima, et anima cum corpore ei se iudicio subiiciant.

Atque haec adversus arrogantem illum Origenem dicta sufficiant, qui frustra Adamantii sibi nomen imposuit, atque adversus (Cap. LXXIII.) illius absurda dogmata perniciosamque doctrinam, quam contra veritatem multis in fidei nostrae partibus excogitavit. Nunc illius haeresi praetermissa deinceps me, carissimi, ad alias considerandas transferam, a deo pro more postulans tenuitatis ut nostrae adiutor esse velit, ut adversus inanem vocem omnem quae contra veritatem insurgit resistere ac victoriam obtinere possimus; ut Esaias propheta dicit: *Omnis vox, quae insurget contra te, omnes illos superabis; hi autem rei erunt in illa.* (Isai. 54, 17.) Ut cum dei auxilio quod proposuimus executi, in eorum gratiam, qui sapienter haec nostra legere voluerint, ad illustrationem veritatis et salutare quoddam medicamentum, quod antidoti sit instar, adversus uniuscuiusque serpentis, ac venenati

Cap. LXXIII. — 1. ἀῤῥωγὸν *edit. princ.*

αἱρέσεών φημι, δίκην ἀντιδότου, καὶ ταυτησὶ τῆς τῶν Ὠριγενιαστῶν φρύνου δίκην μεμορφωμένης, ἐκ νοτίδος πολλῆς κυκῶντος καὶ φωνῇ μείζονι ἐπικραυγάζοντος, λαβόμενοι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν προπότιον, ὡς εἰπεῖν, ἀποβλύσωμεν τὸ γλισχρῶδες τοῦ ἰοῦ τοῦ φρύνου καὶ ἑρπετώδους μοχθηροῦ τὴν ἀδικίαν. Συμβέβηκε γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ πάντων τῶν παθῶν. Ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχω καὶ στενάζω ὅτι, Οἴμοι, πῶς ἐβλάβης, πόσους τε ἄλλους ἔβλαψας, ὡς ὑπὸ δεινῆς ἐχίδνης δηχθεὶς, ἀπὸ τῆς κοσμικῆς προπαιδείας φημὶ, καὶ ἄλλοις δηλητήριον γέγονας.

Φασὶ γὰρ οἱ φυσιολόγοι τὸν [2] μυωξὸν ἐμφωλεύειν καὶ τὰ γεννήματα αὐτοῦ ἐπιτοαυτὸ πολλὰ τίκτειν, ἕως πέντε καὶ ἔτι, τὰς δὲ ἐχίδνας [3] τούτους θηρᾶσθαι· καὶ ἐὰν εὕρῃ ὅλον τὸν φωλεὸν ἡ ἔχιδνα, μὴ δυναμένη τοὺς ὅλους καταφαγεῖν ὑπὸ ἓν, ἐσθίει εἰς κόρον ἕνα ἢ δύο, τῶν δὲ λοιπῶν κατακεντήσασα τοὺς ὀφθαλμοὺς σιτία φέρει καὶ ἀνατρέφει τυφλὰ γεγονότα, ἕως ὅτε βούλεται ἕκαστον αὐτῶν προφέρειν, καὶ τοῦτον ἐσθίειν. Ἐὰν δὲ συμβῇ τινας ἀπείρους περιτυχεῖν τοῖς τοιούτοις, καὶ λάβωσιν αὐτὰ εἰς ἐδωδὴν, δηλητήριον ἑαυτοῖς λαμβάνουσιν ἀπὸ τοῦ ἰοῦ τῆς ἐχίδνης ἀνατεθραμμένα. Οὕτω καὶ σὺ, Ὠριγένη, ἀπὸ τῆς προειρημένης Ἑλληνικῆς παιδείας τυφλωθεὶς τὸν νοῦν ἐξήμεσας τὸν ἰὸν τοῖς πεισθεῖσί σοι, καὶ γέγονας αὐτοῖς εἰς βρῶμα δηλητηρίου, δι' ὧν αὐτὸς ἠδίκησαι ἀδικήσας τοὺς [4] πλείους.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

2. μ..ξον *edit. princ. At in versione Latina Cornarius plene scripsit* Myoxum.
3. τούτοις *edit. princ.*
4. *In fine capitis huius et libri in cod. Veneto ab eadem manu addita leguntur haec:* Εἴπαμεν δὲ κατ' αὐτοῦ τοῦ Ὠριγένους ἐν ταῖς ἄνω διαλαλιαῖς ὡς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐβλασφήμησε, ποιητὸν Θεὸν ὁρισάμενος, καὶ μὴ δύνασθαι ὁρᾶν τὸν πατέρα· ὡςαυτῶς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα μὴ δύνασθαι ὁρᾶν τὸν υἱὸν, καὶ ὡς τὴν ψυχὴν προυπάρχουσαν παρεξηγή-

reptilis insidias, hoc est varias haereseon formas, et huius Origenianae potissimum, quae instar rubetae multo ex humore formatae miscet omnia, ac maiori clamore contendit, Christi domini resurrectione sumpta, velut potione quadam ad praecavendum parata, lentum ac viscosum virus exspuamus, nimirum rubetae illius ac serpentis nequissimi perniciem. Hoc enim ipsi ad alias calamitates accessit. Unde illius caussa doleo ac vehementer ingemisco. Hei mihi! quomodo laesus ipsae alios plerosque laesisti, atque ab externis mundi huius disciplinis, quasi ab horribili quadam vipera morsus, ceteris veneni instar és factus!

Κεφ. ια΄. Παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τἄλλα καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπείληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ. Ὁ θεὸς γὰρ ἀεὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζου-
pag. 628. σιν ἑτοιμάζει τὰς ἐκ πνεύματος ἁγίου δωρεὰς ἐπιχορηγούμενος, ὡς καὶ ἐπηγγείλατο ἀψευδὴς ὢν ὅτι, Μὴ μεριμνήσητε τί εἴπητε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ὅτι, [1] Ἀνήρ τις ἦλθεν ἐνταῦθα οἷα δὴ λύκος βαρὺς, καὶ διολέσαι τὴν μάνδραν ἐπιχειρεῖ. Ἀλλὰ παρακαλῶ ἀπόστειλόν μοι τί ἂν πρὸς τοῦτον ποιήσομαι, ἢ ποίοις λόγοις ἀντείπω τῇ [2] αὐτοῦ κακοδιδασκαλίᾳ. Καὶ εἰ μὲν αὐτὸς καταξιοῖς παραγενέσθαι, ἀμέριμνον ποιήσειας τὴν τοῦ Χριστοῦ μάνδραν, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι [3] τὸν Μάνην, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν. Ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος [4] αὐτὸς συνάξασθαι, [5] προσκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν.

7. *Vulgo scriptum extat* διεναντίας.
8. ἀναντισχέτως *aut* ἀναισχυντὶ *correxit Gatakerus l. l.*
9. δεσμῷ *mendosa est editorum scriptura.*
10. *Hic apud Petav. incipit cap. undecimum.*
11. *Cave ne corrigas* ἀποδρὰς. *Haer.* 54, 1. ἀπέδρασε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος. *Sic etiam* φύσασαι *pro* φῦσαι *in Epist. ad Acac.* 2. *et Ancor. cap.* 12. *in loco gemello.*
12. *Suspicetur aliquis* τότε: *at etiam supra haer.* 30, 5. εἰ μὴ ὅτι *occurrebat pro* εἰ μὴ *positum.*
13. καλχάρων *uterque liber scriptus.*
14. *Diodorum appellat Acta Archelai p.* 68.
Cap. XI. — 1. *Integra extat haec epistola Tryphonis, vel Diodori, ad Archelaum data in Actis Archelai p.* 68. *ed. Zac.*

adversarii tela vi sua ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de iudicum sententia veritati victoria cessit. Quod utique mirum nemini esse debet. Veritas enim per se ipsa consistit, nec deiici potest, quantumvis improbitas audacia freta firmissima, quibus est illa constricta, vincula dissolvere conetur. Contra vero mendacium solidi nihil habet, neque fundamento ullo nititur, perinde atque umbra tenebrarum, aut lubricus et instabilis, pro eo quod pedibus caret, serpentis ingressus. Secundum haec Manes fuga sibi consulit. Populus enim lapidibus illum obruere volebat, nisi Marcellus in medium prodiens vultu ipso venerationis pleno aspectuque repressisset. Quod nisi fecisset, iamdudum infelix ille periisset. Inde igitur discedens Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit, ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tum loci illius presbyter.

Ad hunc Manes divertens rursum miscere omnia, ac se arro- Cap. XI.
ganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, et excellenti pietate praeditum, sed orationis praesidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit. Deus enim iis qui in se confidunt spiritus sancti dona praeparat, abunde largitur, prout ipse pollicitus est qui mentiri non potest. *Nolite*, inquit, *sol-* Matth. 10, 19.
liciti esse quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris mei, qui loquitur in vobis. Sed cum Manes iterum cum Tryphone presbytero congredi vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per literas Archelao significat, his verbis: Homo quidam huc accessit qui infestissimi lupi more ovile perdere aggreditur. Verum obsecro te scribe ad me quemadmodum adversus illum me gerere oporteat, ac quibus rationibus perniciosae eius doctrinae resistere. Quod si venire ipse dignaberis, Christi ovile gregemque ab omni sollicitudine liberabis. Archelaus his acceptis literis duos ad eum libros mittit, quos in promptu facileque comprehenderet, contra Manem conscriptos. Ceterum ut adventum suum praestolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum

2. αὐτοῦ *scripti*, αὐτῶν *editi libri.*
3. *Libri habent* καταλαβέσθαι τῷ Μάνῃ. *Petavius annotavit in marg.* „Vitii nonnihil subest huic loco.“ *Cornarius vertit,* misit duos libros per quos ex facili Mani resisteret. *Correxi* τὸν Μάνην, *ut sensus sit* per quos facile haberet confutare Manetem. *Ceterum illorum* λόγων *ab Archelao Tryphoni missorum nulla mentio fit in Actis Archelai.*
4. αὐτὸς συνάξασθαι *rescripsi pro eo quod vulgo in libris extat* ἐν τῷ συνάρξασθαι, *quod Cornarius atque Petavius intactum liquerunt. Verte*, cum ipse ad congrediendum provocaretur.
5. προκαλεῖσθαι *ed. Petav.*

Καὶ τοῦ Τρύφωνος ἰνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ [6] αὐτῷ πρὸς ἔπος ὧν ἤτησε κατὰ τὴν ἐκ θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα τὸν [7] ἠρέμα πως ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδοίαζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥσπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παρρησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. Εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχέλαον, [8] ὑποκοριστικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη, Ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας [9] ἀπεφίμωσεν, τῶν δὲ ὑπ' ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος αὖθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα. Οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι. Ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον Κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν [10] ἀφῖκται.

Κεφ. ιβ΄. *Ἐκεῖθεν δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς γνοὺς τὴν τοῦ Μάνη καταφυγὴν, ἀποστείλας, καὶ χειρωσάμενος αὐτὸν ἐν τῷ προειρημένῳ Καστέλλῳ, εἰς τὴν Περσίδα ἀτίμως καθείλκυσε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ κα-*
pag. 629. *λάμῳ κελεύσας ἐκδαρῆναι, οὕτω τὴν τιμωρίαν αὐτῷ ἀπέδωκεν. Ὅθεν καὶ ἐκδαρέντα καλάμῳ καὶ τὸν ἀσκὸν αὐτοῦ ἐμπλησθέντα ἀχύρων ἔτι καὶ δεῦρο ἐν Περσίδι ἔχουσι. Καὶ οὕτω τὸν βίον κατέστρεψε. Διὸ αὐτοὶ οἱ Μανιχαῖοι ἐπὶ καλάμοις τὰς κοίτας αὐτῶν ποιοῦνται. Οὕτω δὲ αὐτοῦ ἀποθανόντος, καὶ καταλείψαντος τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς οὓς εἴπομεν, Ἀδδᾶν, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἑρμείαν, πρὶν ἢ αὐτὸν τὴν δίκην ἀπολαβεῖν κατὰ τὸν δεδηλωμένον τρόπον, ἦσαν ἀποσταλέντες ὑπ' αὐτοῦ, ὁ μὲν Ἑρμείας εἰς τὴν Αἴγυπτον, ᾧ καὶ συνέτυχον πολλοὶ (οὐκ ἔστι γὰρ [1] ἀρχαΐζουσα ἡ αἵρεσις, καὶ οἱ συντετυχηκότες τῷ προειρημένῳ Ἑρμείᾳ, μαθητῇ ὄντι τοῦ Μάνη, ἡμῖν τὰ κατ' αὐτὸν διηγήσαντο)· Ἀδδᾶς δὲ ἐπὶ τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, Θωμᾶς δὲ ἐπὶ τὴν [2] Ἰουδαίαν, ἐξ ὧν ἐκρατύνθη τὸ δόγμα εἰσέτι δεῦρο. Ἔλεγε δὲ ἑαυτὸν ὁ Μάνης εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον· καὶ ποτὲ μὲν ἀπόστολον φάσκει ἑαυτὸν Χριστοῦ, ποτὲ δὲ πνεῦμα παράκλητον. Καὶ πολλὴ τῆς τυφλώσεως [3] τούτων κακόδοξος ἀλλοιοτροπία.*

Κεφ. ιγ΄. *Ἐντεῦθεν λοιπὸν, ἀγαπητοὶ, χρεία ἡμῖν γίνεται εἰς τὴν αἵρεσιν εἰπεῖν, καὶ εἰς τὴν αὐτῆς ματαιοφροσύνην (τὰ γὰρ παρελθόντα πάντα κατὰ ἱστορίαν ὑφηγησάμην), ὅθεν δὴ ἄρχεται διδάσκειν τε καὶ γράφειν καὶ λέγειν ὁ χαλεπώτατος Μάνης ἐν τῷ περὶ Πίστεως [1] αὐτοῦ λόγῳ. Βίβλους γὰρ οὗτος διαφόρους ἐξέθετο. Μίαν μὲν ἰσάριθμον εἰκοσιδύο στοιχείων τῶν κατὰ τὴν τῶν Σύρων στοιχείωσιν δι' ἀλφαβήτων*

6. αὐτῷ *libri scripti.* αὐτοῦ *editi.*
7. *Libri* ἠρέμα πῶς. *Petav. incidendum censuit esse ante* ἐν ᾧ. *Cornarius vertit*, perstringenteque impostorem placide quodammodo in quibus sibi ipsi non integre constabat, prosilit *cett.*
8. ὑποκριτικῶς *ed. Petav. Colon.*
9. ἀπεφήμωσεν *scripti libri et ed. pr.*
10. ἀφῆκται *scripti et ed. pr.*

se stitisset, et ad omnia quae quaesierat singillatim pro ea quam a deo acceperat sapientia respondisset, atque impostorem lenius agitaret, apud se nonnihil haesitans, repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tanquam acerrimus paterfamilias suorumque studiosissimus audacter in praedonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia, Sine me, inquit, cum Tryphone contendere: tu enim me cum sis episcopus dignitate superas. Archelaus vero, ex eo quod iam illius dogma confutatum erat multo quam verbis exprimi posset simulandi callidiorem esse docuit, osque illi prorsus occlusit. Tum quae ab illo proposita fuerant dissolvens novum ei pudorem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub haec populus ardentibus rursum animis scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.

Sed Persarum rex comperta Manichaei fuga missis satellitibus Cap. XII.
in eodem illo castello comprehensum hominem ignominiose in Persidem abduxit, ubi calamo cute detracta, ultimum de eo supplicium sumpsit. Quam quidem cutem utris in modum, infartis paleis, ad hodiernum diem in Perside servant. Hunc igitur ille exitum vitae consecutus est. Ob id Manichaei lectulis suis arundinem substernunt. Ergo ille sic mortuus eos quos dixi discipulos reliquit, Addam, Thomam et Hermeam, quos antequam illo mortis genere poenas lueret, varia in loca dimiserat. Hermeas enim in Aegyptum profectus est, quo cum plerique versati sunt. Neque enim antiqua est admodum haec haeresis, adeo ut qui cum Hermea Manis discipulo collocuti sunt nobis quae ad illum pertinebant narraverint. Addas in superiorem regionem abiit, Thomas in Iudaeam. Atque ab iis secta illa ad hodiernum usque diem vires atque incrementum habuit. Ceterum Manes spiritum se esse paracletum asserebat. Ac nonnunquam apostolum se esse Christi, alias paracletum spiritum praedicat. Estque prorsus insolens et absurda excaecati hominis illa persuasio.

Iam vero necesse est ut deinceps adversus hanc haeresin stoli- Cap. XIII.
daque illius decreta disputemus. Nam quae hactenus diximus nudam de illo historiam continent. Ab eo igitur ordiemur quod docendi ac scribendi dicendique initium sumpsit improbissimus Manes in eo libro quem de Fide scripsit; libros enim varios edidit, quorum unus viginti duas in partes distributus est, alphabetico ordine pro

Cap. XII. — 1. ἀρχαΐζουσα *emendatum est a Cornario et Petavio. Scripti enim libri cum ed. princ. habent* ἀγαΐζουσαι.
2. Ἰνδίαν *corrigit Petav. ex Theodoreto.*
3. τούτων *scripti*, τούτου *editi libri.*
Cap. XIII. — 1. αὐτοῦ *om. cod. Rhedig.*

συγκειμένην (χρῶνται γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν Περσῶν μετὰ Περσικὰ στοιχεῖα καὶ τῷ Σύρῳ γράμματι, ὥςπερ παρ' ἡμῖν πολλὰ ἔθνη τοῖς Ἑλληνικοῖς κέχρηνται, καί τοί γε ὄντων σχεδὸν κατὰ ἔθνος ἰδίων γραμμάτων· ἄλλοι δὲ δῆθεν τὴν βαθυτάτην τῶν Σύρων διάλεκτον σεμνύνονται, [2] τήν τε κατὰ τὴν Παλμύραν διάλεκτον, αὐτήν τε καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα, εἰκοσιδύο δὲ ταῦτα ὑπάρχει, διόπερ καὶ ἡ αὐτὴ βίβλος [3] εἰς εἰκοσιδύο τμήματα λόγων τέτμηται)· ταύτῃ δὲ ἐπιτίθησιν ὄνομα Μανιχαίου Μυστήρια. Ἑτέρα δὲ Θησαυρός. Καὶ ἄλλας δὴ βίβλους καττύσας φαντάζεται, τὸν Μικρὸν [4] δὴ Θησαυρὸν οὕτω καλούμενον, ἄλλην δὲ τὴν περὶ Ἀστρολογίας. Οὐ γὰρ ἀποδέουσι τῆς τοιαύτης περιεργίας, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοῖς [5] ἐν προχείρῳ καυχήματος πρόκειται ἀστρο-
pag. 630. νομία· καὶ φυλακτήρια, φημὶ δὲ τὰ περίαπτα, καὶ ἄλλαι τινὲς ἐπῳδαὶ, καὶ μαγγανείαι. Ἄρχεται γοῦν ἐν τῇ [6] αὐτοῦ βίβλῳ λέγειν ὁ αὐτὸς Μάνης.

Κεφ. ιδ'. Ἦν θεὸς καὶ ὕλη, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακὸν, τοῖς πᾶσιν [1] ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ. Καὶ οὗτος μὲν ἔστιν ὁ πρόλογος τοῦ ἀγύρτου. Ἐντεῦθεν ἄρχεται τῆς αὐτοῦ κακομηχανίας. Καὶ ἡ μὲν βίβλος ἐν πλάτει κεῖται, τοιαῦτά τινα φαῦλα [2] ἄλλα περιέχουσα, ὧν τὴν δυςκολίαν καὶ τὴν ἐναντιότητα τῶν λόγων καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τοῦ σκοποῦ [3] ἔστι περιληπτέον. Εἰ γὰρ καὶ πολλὴ ἡ λοιπὴ φλυαρία καὶ μυθώδης ὑπόθεσις, ἐκ τῆς εἰςαγωγῆς τὸ πᾶν δειχθήσεται τῆς αὐτοῦ πονηρίας. Τὸ γὰρ, Ἦν θεὸς καὶ ὕλη, οὐδὲν ἀποδέον τῆς τῶν Ἑλλήνων ματαίας ὑπονοίας ὑφηγήσατο. Εὐάλωτον δὲ καὶ ῥάδιον καὶ εὐκατάλυτον τῆς συκοφαντίας τοῦτο τὸ κενοφρόνημα. Δύο γὰρ ἐπιτοαυτὸ [4] εἶναι σύγχρονά τε καὶ ἀΐδια ἐξ εὐλόγων λογισμῶν καὶ συνετῆς εὐνοίας ἀδύνατον [5] εἴη ἂν παρὰ τῷ κρίνειν εὐλόγως γινώσκοντι. Καὶ γνωστέον τοῦτο ἔσται παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ. Εἰ γὰρ τὰ δύο σύγχρονα, οὐδὲ κἂν τῷ ὀνόματι διήλλακται· πᾶν γὰρ τὸ σύγχρονον καὶ συναΐδιον. Τὸ δὲ συναΐδιον καὶ ἀεὶ ὑπάρχον, τοῦτο θεὸς, μάλιστα ἀπό τινος αἰτίου ἀρχὴν μὴ εἰληφός. Οὐδὲν γὰρ ἀΐδιον ἢ μόνον θεός. Διαφόροις γὰρ ὀνόμασι ταύτας τὰς ἀρχὰς ἐξέθου, ὦ βάρβαρε τὴν φρένα καὶ πολέμιε τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. Τὸ μὲν ἐξέθου φῶς, τὸ δὲ σκότος, τὸ δ' αὖ ἀγαθὸν, καὶ [6] τὸ ἕτερον κακόν. Φάσκεις δὲ ὅτι τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐστὶ ταῦτα

2. τήν τε τὴν κατὰ *libri exhibent; sed alterum illud* τὴν *uncinis notavit iam Petavius.*

3. εἰς *desideratur in ed. Petavii Col. repet.*

4. *Fortasse* δῆθεν.

5. *Verto* de qua gloriari in promptu haberent. *Cornarius:* Imo potius ad ostentationem in promptu propositam habent.

6. αὐτοῦ *ed. Petav.*

Cap. XIV. — 1. ἄκρως *ed. Petav. ex emend. Cornarii, qui vertit* extreme. *In scriptis et in ed. princ. legitur* ἄκρος.

2. ἄλλα *rescripsi ex coniectura. Nam libri habent* ἄττα. *In cod. Rhedig. est* ἄττα.

literarum quibus Syri utuntur numero. Nam plerique Persarum praeter elementa Persica Syrorum quoque literis utuntur, quemadmodum apud nos innumerae gentes Graecas adhibent; tametsi singulae fere suas ac proprias habeant. Alii vero reconditissima Syrorum lingua sese venditant, cuiusmodi est Palmyrenorum, quem una cum viginti duobus eius elementis adhibent. Hinc est quod Manichaei liber totidem in sectiones dividitur; huius inscriptio est Manichaei Mysteria. Alius est cui Thesauro nomen inditum. Praeter hos alios quosdam ad illudendos homines contexuit, velut Minorem Thesaurum; item de Astrologia. Neque enim a curiosis illis artibus abhorrent; quin potius astronomiae scientiam prae se ferunt, ac de ea gloriantur. Sed et amuleta, hoc est appensa quaedam e collo, nec non et cautiones magicas ac praestigias usurpant. Verum sic illum quem dixi librum Manes exorditur.

Erat deus et materia, lux et tenebrae, bonum et malum, quae Cap. XIV.
tam penitus sibi invicem erant contraria, nulla ut alterum cum altero communione iungeretur. Hoc modo circulator iste praefatur. Tum pessimum dogma explicare aggreditur. Est autem liber ille fusissime scriptus, ac cetera eiusdem generis mala et inepta complectitur, quorum perplexam obscuritatem, contrarietatemque sermonum iam tum ab ipso argumenti principio animadvertere oportet. Licet enim magnae in reliquis nugae ac fabulae sint, ex ipso tamen primordio tota illius improbitas patefiet. Quod enim scribit, Erat deus et materia, cum vanissima gentilium superstitione congruit. Sed et calumniosa illa inanisque sententia convinci nullo negotio confutarique potest. Etenim duo simul ut existant aequalis aevi ac sempiterna fieri nullo modo potest uti sana ac prudens ratio ei facile persuaserit qui recto iudicio sit praeditus. Atque hoc intelligens quisque cognoscere debet. Nam si aequalia tempore duo sunt, ne appellatione quidem differunt. Quidquid enim aequale est alteri tempore, cum eo quoque aeternitatem habet aequalem. Quod autem aequale est aeternitate, ac semper existit, idipsum deus est, cum praesertim nulla ab caussa initium acceperit. Nihil enim praeter deum est aeternum. Ad haec ista principia diversis nominibus extulisti, homo ingenio barbare, et humani generis inimice. Nam aliud lucem appellasti, aliud tenebras, aliud bonum, aliud malum. Addis summe haec invicem sibi esse contraria, nihil ut uni sit cum

3. ἔστι *scripsi pro* ἔτι, *quod vulgo extat, ex emendat. Cornarii. Is enim interpretatus est:* etiam ex ipso initio scopi deprehendere datur.

4. *Uncinis notavit hoc prius* εἶναι *Petavius, cum alterum mutare deberet.*

5. εἴη ἂν *rescripsi pro* εἶναι, *quod libri tenent.*

6. τῷ ἑτέρῳ *codd. mss. et ed. princ.*

ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ. Οὐκοῦν χωρίζεις ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων. Δῆλον γὰρ ὅτι ἐναντία, ὡς ἔφης. Εἰ δὲ συνόντα πέφυκε, φίλα καὶ σύμφωνα, καὶ ἀλλήλοις συνόντα εὑρεθήσεται, συνδιατρίβοντά τε καὶ συγκοινωνοῦντα, καὶ μηδ' ὅλως ἀπ' ἀλλήλων ἀπαλλαττόμενα δι' ὑπερβολὴν φιλίας. Εἰ δὲ χωρὶς ἀλλήλων ἐστὶ, πάντως ἕκαστον τούτων πεπέρασται. Πᾶν δὲ τὸ πεπερασμένον οὐ τέλειον. Ὁρίζεται γὰρ [7] διὰ τοῦ πεπεράσθαι. Ἄλλως δὲ καὶ ζητηθήσεται ὅριον εἰς διαπερασμὸν ἀμφοτέρων, ἵνα μὴ κατὰ τὰ τέρματα ἀλλήλοις ἐφαπτόμενα ἀμφότερα τὰ ἴδια διὰ τῶν τερμάτων ἀλλήλοις συν-
pag. 631. άπτηται, καὶ ἐπικοινωνήσειε θάτερον θατέρῳ, καὶ τὸν τῆς ἐναντιότητος ἀφανίσῃ ὅρον. Καὶ εἰ δῴης τι διεῖργον ἀναμέσον τῶν ἀμφοτέρων, οὐκέτι τὸ διεῖργον ὅμοιον ἔσται τούτοις, ἀλλ' οὐθ' ἕτερον ἔσται τοῖς ἀμφοτέροις. Εἰ γὰρ ἀπὸ ἑνὸς μέρους ἀφομοιωθήσεται τὸ διεῖργον ἑνὶ τῶν δύο τῶν πρότερον εἰρημένων ἀϊδίων, ἀπὸ τοῦ ἀφομοιουμένου οὐκέτι ἀλλότριον εἴη τὸ διεῖργον, ἀλλὰ συναπτόμενον τῷ ἀφομοιουμένῳ, καὶ διὰ τοῦ ἐξισουμένου μέρους ἔσται ἡ συνάφεια, καὶ οὐκέτι τερματισθήσεται ἐν τῇ τῶν δύο φύσεων ἀπ' ἀλλήλων διαστάσει. Εἰ δὲ καὶ ἔστιν οὔτε ὅμοιον τῶν δύο, οὔτε μέτοχον ἀπὸ μέρους θατέρου, οὐκέτι δύο ἐστὶ τὰ ἀΐδια καὶ ἀεὶ ὄντα, ἀλλὰ λοιπὸν ἔστι τρία, καὶ οὐκέτι δύο ἀρχαὶ, καὶ δύο ἀλλήλοις ἐναντία τὰ πρῶτα, ἀλλὰ τρίτον ἄλλο, καὶ ἐναντίον τῶν ἀμφοτέρων, καὶ ἀνόμοιον τοῖς ἀμφοτέροις, καὶ διεῖργον ἀναμέσον τῶν [8] δυεῖν, καὶ μὴ θατέρῳ ἐπικοινωνοῦν, διὰ τὸ ἀλλόκοτον, καὶ οὔτε ἀμφοτέρων λαμβάνον τὴν ὁμοίωσιν. Καὶ λοιπὸν ἔσται οὐκέτι δύο, ἀλλὰ τρία ταῦτα. Ἄλλως δὲ καὶ ζητηθήσεται ἄλλος, ὁ μεσιτεύσας, καὶ τὸν ὅρον τοῦτον ἐμβαλὼν τέταρτος. Οὐ γὰρ ἠδύναντο οἱ δύο ἐκθέσθαι τὸν ὅρον, ἢ τὸ τεῖχος, εἰ μὴ ἕτερος εἴη ὁ ὁροθέτης, ὁ τὸ διεῖργον [9] ἀναμέσον τῶν ἀμφοτέρων ἐμβαλών. Ἀλλὰ καὶ εἰδήμων τὴν ἐπιστήμην, καὶ συνετὸς τὸν τρόπον, καὶ ἐπιεικὴς, καὶ ἐνδοξότερος, ὥςτε δύνασθαι πεῖσαι ἀμφοτέρους εἰς συμβιβασμὸν εἰρήνης. Ἔσται οὖν εἷς ὁ ὁροθετῶν, καὶ ἓν τὸ διεῖργον, καὶ δύο τὰ τερματιζόμενα, καὶ οὐκέτι δύο ἀρχαὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τρεῖς, καὶ τέσσαρες. Καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπὶ πολλὰς ἀρχὰς τὴν διάνοιαν τρέπειν ἔνεστι, καὶ ἐᾶν τὰ ὄντα, καὶ φαντάζεσθαι τὰ μὴ ὄντα.

Κεφ. ιε'. [1] Ἓν δὲ ὁρῶ ζητεῖν τὸν ἀλιτήριον, κακίαν δῆθεν μὴ [2] προςμῖξαι θεῷ. Καὶ γὰρ καὶ ἄτοπόν ἐστι θεῷ προσάψαι. Ὡμολόγηται γὰρ ἐν

7. διὰ τοῦ *codd. mss.* δι' αὐτοῦ *editi libri: ex quo Petavius restituendum esse censebat* δι' αὐτοῦ τοῦ.

8. δυεῖν *codd. mss.* δυοῖν *editi libri.*

9. μέσον *cod. Rhedig.*

Cap. XV. — 1. Ἓν δὲ ὁρῶ *emendatum a me est. Vulgo extat* Ἐν δὲ τῷ ζητεῖν (ζητεῖ *ed. princ.*) τὸν ἀλιτήριον

altero commune. Igitur a se illa mutua separas, neque dubium est, quandoquidem, ut dicis, contraria sunt. Atqui si ex natura sua una versentur, consequens est ut et amice invicem consentiant, mutuaque coniunctione ac consuetudine socientur, neque a sese prae amore ac concordia divellantur. Quod si invicem separata sunt, horum unumquodque finitum sit oportet. Quod autem finitum est, perfectum non est; est enim fine suo circumscriptum. Quinetiam terminus aliquis requirendus erit, qui utrumque definiat, ne, si se mutuo contigerint, communione aliqua extremis illis in finibus copulentur, atque ita constituta illa contrarietas intercidat. Iam vero si quidpiam, quod illa dirimat, amborum in medio collocaveris, non potest id quod dirimit illorum esse simile, sed ab utraque diversum. Etenim si ab una parte id quod separat alteri ex aeternis illis principiis simile fuerit, ab eo cuius similitudinem habet, non erit alienum, sed cum eo coniunctum. Quippe per hanc ipsam partem, qua ad illud accedit, quaedam contrahetur affinitas; unde nullus iam in ambarum contrariarum invicem naturarum divortio terminus relinquetur. At si neque amborum simile est, nec ulla sui parte cum altero communicat, falsum est aeterna esse duo quae semper extiterint, cum tria consurgant. Itaque neque duo iam erunt principia, neque duo prima invicem contraria, sed tertium quoddam orietur, utrique contrarium ac dissimile, quo eadem illa separantur, quod nihil cum alterutro commune propter diversitatem habeat, nec amborum simile sit. Ita non iam duo, sed, uti dictum est, tria numeranda sunt. Sed et alius quidam, qui medius interveniat, quaerendus est, sive quartus, qui istiusmodi terminum immittat. Neque enim duo soli terminum hunc, ac veluti murum constituere possunt, nisi alter quidam finitor accedat qui inter illa duo quicpiam quo separetur iniiciat. Quinetiam et scientia instructus idem ille debet esse, et prudens, et aequitate praeditus, et illustris, ut ambos illos ad pacem concordiamque revocet. Ex quibus sequitur unum esse finitorem, separatorem alterum, ac duo denique termino illo circumscripta, neque duo iam esse, sed tria quatuorque principia. Qua ratione plura in principia convertendus est animus, et his, quae reipsa sunt, relictis, quae non sunt cogitatione fingenda.

Quod autem nefarius ille quaerit, ut ne deo malitiam affingat, Cap. XV.
est id quidem fateor absurdum istud ipsum tribuere deo. Unde ec-

κακίαν, δ. μ. πρ. *quod quomodo interpretandum sit nescio. Cornarius, non ita longe a vero aberrans, convertit* Unum vero hoc quaerit improbus ille, ut ne malitiam deo ammisceat; *velut si scripsisset Epiphanius* Ἓν δὲ τοῦτο ζητεῖ ὁ ἀλιτήριος, κακίαν δῆθεν *cett.*

2. προςμίξαι *vulgo extat.*

τῷ χαρακτῆρι τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας ἀλλότριον παντάπασι τὸ θεῖον καὶ ἀμιγὲς κακίας ὑπάρχειν. Θεὸς γὰρ οὐδὲν κακὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ πάντα καλὰ λίαν, ἀγαθὸς ὢν τὴν φύσιν, ἀκατάληπτος τὴν οὐσίαν, πάντα περιέχων, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενος. Οὔτε τοίνυν τὸ κακὸν ἦν ἀεὶ, οὔτε ἐκ θεοῦ τὸ κακὸν γεγένηται. Μήτε οὖν
pag. 632. ὄντος τοῦ κακοῦ, [3] μήτε ὄντος ἀεὶ, μήτε ἐκ θεοῦ γεγενημένου, λοιπὸν ζητεῖν ἔστι ποῖον τρόπον τὸ μὴ ὂν ἀεὶ, ἀρχὴν δὲ ἐσχηκὸς τοῦ εἶναι, λῆγον δὲ καὶ ἀπολλύμενον, καὶ εἰς τέλος μὴ παραμένον, πόθεν ἔσχε τὴν ἀρχήν. Καὶ ὅταν τοῦτο ζητήσωμεν, πρῶτον διανοητέον [4] ἐστὶν ὅ τι ἢ ὁποῖόν ἐστι τὸ κακὸν, καὶ ἐν ποίῳ γίνεται τὸ κακὸν, καὶ εἰ ἔστι [5] ἐμπερίγραπτόν τι, ἢ σῶμα, ὡς εἰπεῖν, ἢ ὑπόστασιν ἔχει, ἢ καὶ ῥίζαν δύναται κεκτῆσθαι. Καὶ ὅταν ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς διασκοπήσωμεν, ἀνυπόστατον εὑρεθήσεται τὸ κακὸν, καὶ μηδεμίαν ῥίζαν ἔχον, ἀλλὰ ἕως ἔργων μόνον [6] ἔστι, πρακτικῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας ἀποτελεστικόν. Ἐν τῷ γὰρ ποιεῖν ἡμᾶς τὸ κακὸν [7] ἔστιν, ἐν δὲ τῷ μὴ ποιεῖν οὐχ ὑπάρχει, τῆς ἐννοίας ἐφευρισκούσης τὸ τί ποτέ ἐστι τὸ πονηρὸν ἐργάσασθαι, οὐκ ἀρέσκον θεῷ, καὶ οὔτε δυνάμενον ἀντιλέγειν θεῷ, οὐδὲ ἀντιμάχεσθαι πρὸς τὸ θεῖον. Πᾶν γὰρ τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων δυνάμενον ἐκκόπτεσθαι καὶ ἀναιρεῖσθαι πολλῷ μᾶλλον πρὸς θεὸν ἀντέχειν ἀδύνατον.

Κεφ. ιϛ'. Ἅμα δὲ καὶ περὶ διαβόλου οὕτως διαληπτέον, οὐκ ἀπὸ κτίσεως φυσικῶς κακοῦ κεκτισμένου, ἀλλὰ ἑαυτῷ μετὰ χρόνον [1] τὸ ποιεῖν κακὸν ἐφευραμένου, οὐκ ἀγνοουμένου δὲ ὁποῖος ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἀλλὰ κτισθέντος μὲν ἅμα πᾶσι καλῶς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης χρησιμώτατα, τῷ τὸν θεὸν δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος πάντας καὶ πάντα θελήσαντα εἶναι, καὶ τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ πᾶσι [2] προθέμενον, κατὰ συγχώρησιν δὲ αὐτεξουσιότητος συγχωρεῖν τοῖς ἅπασιν ἰδίᾳ βουλήσει χρῆσθαι ᾧ θελήσειαν ἐπιχειρήματι ἕκαστος, ἵνα αὐτὸς μὲν ἀναίτιος τῶν φαύλων εἴη, διάκρισις δὲ ἔσται τῶν εἰς ἀρετὴν προκοπτόντων, καὶ πάλιν τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος τὰ βραβεῖα εἰςκομιζομένων. Ὁ δὲ μανιώδης οὗτος Μάνης βουλόμενος κακίας [3] ὑπεξαίρειν τὸν θεὸν μᾶλλον αὐτῷ κακίαν πρὸς ἴσον ἀντεκατέστησεν. Ὁμοῦ δὲ κακίζων τὴν πᾶσαν κτίσιν οὐκ αἰσχύνεται, ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν σφαλμάτων γιγνομένων τὰς προφάσεις ἀπεμπολήσας, καὶ εἰς τὴν πᾶσαν δημιουργίαν [4] τῶν ἰσορρόπων συνυφήνας, ὑπέρμαχος μᾶλλον γεγένηται καὶ

3. *Repono* μή γε. *Malum enim existere minime negatur.*

4. ἐστὶν ὅ τι ἢ ὁποῖόν ἐστι *de coniectura reposui. Codd. enim mss. et ed. princ. praebent* ἐστὶν ὅτι ὁποῖον ἐστί. *Petavius edidit* ἐστὶν ὁποῖον ἐστί.

5. ἐμπερίγραφόν τι *uterque cod. ms.* ἐμπερίγραφτόν τι *ed. princ.*

6. *Vulgo* ἐστί.

7. *Vulgo* ἐστὶν.

Cap. XVI. — 1 τὸ *om. in ed. Petav. Coloniae repetita.*

clesiasticae doctrinae forma profitetur divinum numen ab omni penitus pravitate alienum ac remotum esse. Nullum enim ille malum fecit, *sed omnia valde bona*, cum et sit natura bonus, neque com- Gen. 1, 31.
prehendi illius essentia possit, et universa contineat, nec ab ullo ipse contineatur. Quocirca neque malum semper extitit, neque a deo productum est. Itaque cum neque malum sit, neque semper fuerit, nec a deo procreatum, superest illud ut quaeramus, quod semper minime fuerit, et initium aliquod habuerit, et aliquando desinat ac pereat, neque perpetuo maneat, undenam originem acceperit. Sed cum illud inquisierimus illud in primis cogitandum est, cuiusmodi sit, et in quo sit malum. Deinde sitne aliquid quod circumscribi possit, puta corpus, et utrum substantia aliqua constet, aut ulla radice nitantur. Quae cum apud nos perpenderimus, nullam inesse malo subsistentiam, nec radicem ullam habere reperiemus, sed in solis factis consistere, et humanam efficientiam in agendo perficere. Etenim quatenus aliquid faciamus, inest in eo malum, cum vero nihil agimus, nusquam est. In quo illud intelligentia nostra comprehendit, quid sit mali aliquid efficere quod deo displiceat, quod ei tamen refragari ac repugnare non potest. Quicquid enim ab hominibus excidi extinguique potest, multo minus resistere deo poterit.

De diabolo quoque sic habendum est, eum minime ab origine Cap. XVI.
ipsa naturaeque conditione malum extitisse, sed aliquanto postea tempore malum quod faceret excogitasse, ita tamen ut cuiusmodi futurus esset nequaquam lateret. Verum quemadmodum cetera bene atque utiliter esse condita prae excellenti dei iustitia, qui pro singulari sua bonitate existere vult omnia, bonaque sua omnibus in commune proponit. Ac nihilominus tamen pro eo ac libertati cuiusque concessum est privatim id permittit, suae ut voluntati obsequens quicquid libitum erit efficiat, ut et ipse ab omni malorum culpa sit immunis, et eorum qui in virtute progrediuntur, atque ab humanitate bonitateque sua praemia referunt, discrimen aliquod statuatur. At insanus ille Manes, dum ab omni malitiae labe deum eximere studet, non modo id quod vult non assequitur, sed alia ratione aequalem potius illam rependit. Quinetiam conditas a deo res omnes sine ullo pudore vituperat; cuius quidem sic ex iis delictis quae in nobis cernuntur occasionem arripit ut in cetera omnia opificia probrum illud ex aequo derivet. In quo malitiae illius, quam excludi

2. προθέμενον *emendatione Cornarii, etiam a Petavio proposita. In libris vulgo est* προθεμένου.

3. ὑφεξαίρει *cod. Rhed.* ὑφεξαίρειν *ed. pr.*

4. τῶν ἰσορρόπων *librorum scriptura est omnium, ac verissima. At Petavius ariolatus est* ἰσορρεπῶς. *Appellat* ἰσόρροπα *quae sibi contraria invicem obstant,*

ὑπερασπιστὴς ἧς φάσκει ἀπαγορεύειν κακίας, καὶ ἀντὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν
pag. 633. μίσους φιλίαν τινὰ καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὴν ἀσπαζόμενος, ὁπότε σύστασιν αὐτῇ δίδωσι, καὶ ἀϊδιάζουσαν αὐτὴν καταγγέλλει, σὺν θεῷ δὲ ἀεὶ οὖσαν, καὶ μηδέποτε λήγουσαν τοῦ εἶναι. Ὀνόματι δέ τισιν αὐτὴν ἀποκαλῶν διὰ πασῶν τῶν ὑποθέσεων ἐκπεσὼν τῆς ἀληθείας φωραθήσεται, τῆς πάσης κτίσεως ἐκ θεοῦ καλῶς ἐκτισμένης, ἐξ ὧν αὐτὸς παρατίθεται μαρτυριῶν.

Κεφ. ιζʹ. [1] Καὶ πρῶτον μὲν, ὅτι ὕλην ταύτην κέκληκε, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν νοῦν λογίζεται ταύτην εἶναι φθοράν. Καὶ πρῶτον μὲν, εἰ ἔστι φθορὰ, [2] τινὸς ἄρα εἴη φθορά. Καὶ εἰ μὲν ἄλλων φθορὰ ὑπάρχει, αὕτη δὲ ἐμπαράμονός ἐστιν, ἄρα ἔκπαλαι ἔφθειρε τὰ ὄντα, καὶ μόνη αὕτη συνέστηκεν ἐν χρόνῳ τοσούτῳ, τὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἐνεργητικὸν ἐργαζομένη, καὶ μὴ ἐκκοπτομένη. Εἰ δὲ ἑαυτῆς ἐστι φθορὰ, φθείρουσά τε καὶ δαμάζουσα καὶ ἀναλίσκουσα καὶ ἀπόλλουσα, ἀπολλυμένη ἐστὶ, καὶ οὐ σταθήσεται, ἑαυτῆς ἀναλωτική τις οὖσα καὶ φθαρτική. Πῶς οὖν ἕστηκε τοσοῦτον χρόνον ὑπάρχουσα κατὰ τὸν ἀγύρτου λόγον; ἅμα δὲ οὐ συγκοινωνήσει ὅλως τῇ ζωῇ, οὐδὲ ἅμα [3] ζωῆς εὑρεθήσεται, οὔτε ἀγαθότητος. Ὁπότε δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακιζομένων κτισμάτων καὶ ἀγαθότης ἔνεστι, διέπεσε πανταχόθεν ὁ περὶ κακίας αὐτοῦ λόγος, διὰ τὸ ἐπικοινωνεῖν θάτερον τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων θατέρῳ, ὡς εἰπεῖν περὶ ὄφεων, καὶ τῶν ἄλλων ἑρπετῶν ἰοβόλων. Ὅσα γάρ ἐστι ἐπὶ τὸ χρήσιμον κατεσκευασμένα, παρ' αὐτῷ δὲ τῷ ὀνόματι κακιζόμενα, ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀντίθετον τῆς κακίας εὑρίσκεται, ὡς εἰπεῖν περὶ ὄφεως καὶ τῶν ἄλλων. Ἐξ ὧν γὰρ ἰὸς εἰς θάνατον, [4] ἐν αὐτοῖς καὶ ἀντίδοτος, πρὸς ἀντίδοτον θανάτου καὶ κακώσεως κακιζομένων. Καὶ [5] ἡμέρα μὲν εἰς ἐργασίαν ἀνθρώποις, ὡς καὶ εἰς τὸ φωτίζεσθαί τε καὶ ὁρᾶν. Ἀλλὰ καὶ ἡ νὺξ, ἡ παρ' αὐτῷ ὀνόματι κακιζομένη, ἀνάπαυσίς τις εὑρίσκεται ἐκ θεοῦ ἀνθρώποις γεγονυῖα. Καὶ οὕτως τὸ καθ' ἓν ἀγαθὸν ὑπάρχον εὑρίσκεται, καὶ μὴ δυνάμενον ἀπὸ τῶν ἐν ἡμῖν ἁμαρτημάτων τὸ ὄνομα ἔχειν, ἢ τὸ ἴσον τοῦ κακοῦ τὴν ὁμωνυμίαν [6] εὑρίσκον.

Κεφ. ιηʹ. Πάντα γὰρ καλὰ καὶ ἡδέα, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, τῷ, Καὶ ἰδοὺ,
pag. 634. φησὶ, πάντα καλὰ λίαν· καὶ οὐδαμοῦ κακίας ἐστὶ ῥίζα. Τούτου γὰρ

a se praedicat propugnator potius ac defensor apparet, tantumque abest ut illam oderit, ut amicitiam quoque cum ea communionemque suscipiat. Nam et substantiam ille tribuit, et aeternam esse defendit, ac cum deo semper esse, nec unquam desinere profitetur. Porro cum in omni disputatione variis illam nominibus appellet, a veritate procul aberrare deprehendetur, cum ex allatis ab ipso testimoniis liquido constiterit quicquid a deo conditum est bene ac recte fuisse procreatum.

Atque illud primum videndum est, quod eam materiam nominat, Cap. XVII.
id quod ex illius sententia idem est ac corruptio. Verum si corruptio sit, cuius erit tandem corruptio? Si aliorum est, constanter ipsa manens, iamdudum omnia corrumpere debuit, ac sola tam infinito tempore consistere, dum virium suarum efficacitatem exserit, nec ab ullo rescinditur: si vero sumet ipsius est corruptio, corrumpens ac perdomans sese et consumens ac perdens peribit tandem, neque consistet, cum sui consumptricem ac corruptricem vim habeat. Quae cum ita sint, quanam ratione tanto tempore, ut ille circulator asserit, potuit existere? Praeterea nec ullam omnino cum vita communionem habere poterit, neque cum ea aut cum bonitate versabitur. Iam vero cum in unaquaque creatarum rerum, quas ille vituperat, bonitatis insit aliquid, tota eius de malitia disputatio concidat necesse est, eo quod alterius illorum quae commemoravit quaedam sit cum altero societas; ut de serpentibus, ceterisque venenatis bestiis nonnihil dicatur. Haec enim omnia, quae ab illo nomine ipso vituperantur, ad usum aliquem utilitatemque procreata sunt, et in his mali remedium invenitur, quod ad serpentes reliquaque id genus convenit. Ex iisdem enim letale virus et contra mortem inflictamque ab ipsis labem remedium ab iis qui laesi sunt colligitur. Sic dies quidem humanis est exercendis operibus constituta, cuius beneficio collustrantur ac discernunt omnia: Sed et nox, cui probrosum illud nomen attribuit, ad hominum quietem est a deo concessa. Atque ita quamlibet rerum omnium bonam esse reperiemus, neque a peccatis nostris esse denominandam, aut eadem cum malo appellatione censendam.

Sunt enim bona ac iucunda prorsus omnia, neque quicquam est Cap.
quod reiiciendum videatur. Quod ex his verbis apparet: *Et ecce,* XVIII.

ut bonum et malum, dies et nox, et reliqua.

Cap. XVII. — 1. *Intell.* ἐκπεσὼν τῆς ἀληθείας φωραθήσεται, *quod ex superioribus repetendum est. Non magis recte quam Petavius vertit Cornarius:* Et primum quidem materiam hanc vocavit; iuxta eandem autem sententiam existimat hanc esse corruptionem.

2. *Cornarius et Petavius verterunt velut si legissent* τίνος ἄρα εἴη φθορά:

3. ζωῇ (*et* ἀγαθότητι) *coniecit Petavius, quod etiam Cornarius videtur voluisse (interpretatus est enim:* neque simul cum vita, neque cum bonitate reperietur), *et probavit Gatakerus l. l. p.* 799. *At retinenda librorum scriptura; differt enim una esse cum vita et esse vitae, aut bonitatis.*

4. *Ita emendavit Petavius. Libri habent* ἐν ἑαυτοῖς.

5. *Ita emendarunt Cornarius et Petavius.* ἡμέραν *vulgo extat.*

6. *Suspicor* εὑρίσκειν.

χάριν καὶ ὁ θεὸς ἐξ ὑπαρχῆς κτίζων τὸν πάντα κόσμον τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι καθ' ἕκαστον τῶν κτισμάτων τὸ καλὸν ἐπέφερε, λέγων, Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν· ὅπως τῷ καλῷ μαρτυρήσῃ, καὶ ἀνέλοι τὴν τῶν ἐπιβούλων τῆς ἀνθρωπείας φύσεως δεινότητα, τῶν διὰ μύθων πονηρῶν ἐπινοησάντων ἀφανίσαι ἐκ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν. Ἐποίησε γὰρ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ εἶδε, καὶ ἰδοὺ καλὸν, φησὶ ἡ γραφή. Ἄρα γὰρ οὐκ ᾔδει ὅτι καλὸν ἤμελλεν ἐργάζεσθαι, ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι λέγει, Ἰδοὺ καλόν; καὶ οὕτω καθεξῆς ἐπὶ τοῖς ὕδασιν, ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐπὶ τῶν βλαστημάτων, ἐπὶ τῶν ξύλων, ἐπὶ τῶν φωστήρων ἐν οὐρανῷ, ἐπὶ τῶν κτηνῶν, ἐπὶ τῶν πτηνῶν καὶ ἑρπετῶν καὶ ἰχθύων. Καθ' ἕκαστον γὰρ ἔλεγε, Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς, καὶ ἰδοὺ καλόν· οὐ τὸ πρότερον ἀγνοῶν, οὐδὲ μετὰ τὸ γενέσθαι ὡς [1] διὰ πείρας ἐσχηκὼς [2] τοῦ εἰδέναι ὅτι καλὸν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ εἶναι πάντα καλὰ, καὶ οὐδαμοῦ εἶναι κακὸν προεθέσπιζε διὰ τὴν τῶν κακοβούλων δόξαν, τῶν πάντων ἀγαθῶν ὄντων καὶ καλῶν μαρτυρουμένων, [3] κατὰ τὴν τοῦ καλοῦ ἀληθεστάτην μαρτυρίαν τὸ Καλὸν ἔλεγε, στέρησις ὂν παντὸς [4] ἀγαθοῦ καὶ πάσης κακίας. Καὶ ἵνα ἀπὸ τοῦ καλὸν εἶναι τὸ πᾶν ἀναιρῆται ὁ περὶ κακίας [5] ἐν ἀνθρώποις ἐπινενοημένος λόγος, ἵνα τὴν πᾶσαν ὑπόληψιν τὴν κακότροπον τῶν τὴν διδασκαλίαν παρεισφερόντων παντάπασιν ἀνέλοι. Εἶτα ἐλθὼν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκ εἶπεν ὅτι, Καλόν· οὐχ ὅτι κακὸν ὁ ἄνθρωπος, τὸ ἐξοχώτατον παρὰ πάντα τὰ ἐπὶ [6] τῆς γῆς ἐκτισμένα, [7] τὸ ἐπὶ τῷ ἄρχειν ἐκ θεοῦ ἐκτισμένον σοφίᾳ ἀρρήτῳ, ᾧ ἔμελλε παραδιδόναι θεὸς [8] δεσποτείαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ πάντων ἐκτισμένων, ὥς φησι, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἑρπετῶν τῆς γῆς, καὶ κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ πάντων τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ἐπειδὴ κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐκτίσθη, ἠρκέσθη τὸ θεῖον γράμμα τῷ τοσούτῳ ἀξιώματι μὴ χρείαν ἔχειν προσθήκης ἔτι. Εἰ γὰρ αὐτῆς τῆς ἀγαθότητος εἶχε κεκτημένος τὴν εἰκόνα, φημὶ δὲ τοῦ [9] κυρίου θεοῦ, πάσας κτίσεως δημιουργοῦ, καὶ ἀγαθοῦ, ἐξ οὗ
pag. 635. πᾶσα πηγὴ [10] ἀγαθωσύνης, ἐξ οὗ τὸ ἀγαθὸν ἐν πᾶσιν ὑπάρχει, πῶς ἔτι χρείαν εἶχε μαρτυρίας ἀκοῦσαι, ὅτι, Ἰδοὺ καλὸν, ὁπότε τὴν εἰκόνα αὐτοῦ τοῦ καλοῦ εἶχε κεκτημένος; [11] ἐς ὕστερον δὲ ἐπὶ τέλει τῶν ὅλων, μετὰ τὸ ποιῆσαι πᾶσαν δημιουργίαν, ἐπισφραγισάμενος ὁ θεῖος λόγος

Cap. XVIII. — 1. διὰ πείρας *cod. Rhedig.* διαπείρας *reliqui libri.*
2. *Corrigendum suspicor* τὸ εἰδέναι.
3. *Suspicor* κατά τε τοῦ καλοῦ.
4. *Cornarius haud aliter hoc vocabulum interpretatus est quam Petavius. Non dubito quin sit reponendum* ἀντιθέτου, *vel, quod magis arridet,* ἀναγάθου, *aut* μὴ ἀγαθοῦ.
5. ἐν *desideratur in ed. Petavii Colon.*
6. τῆς *non habet cod. Rhedig.*
7. *In libris vulgo extat* τὸν.
8. *Delevi praepositionem* εἰς *quae vulgo deprehenditur ante voc.* δεσποτείαν.

inquit, *omnia valde bona;* nusquam ut malitiae radix ulla cernatur. Etenim propterea deus cum initio mundum pro sua bonitate fabricaret, de unaquaque creatarum a se rerum bonam esse pronuntiavit. *Et vidit*, inquit, *deus quod esset bonum;* ut et de illarum bonitate testimonium ferret et humani generis inimicorum calliditatem excluderet, qui nequissimis fabulis veritatem ex hominibus funditus extinguere conantur. Primo siquidem die coelum ac terram lucemque cum omnibus quae in terra sunt condidit. *Et vidit, et ecce bonum,* ait scriptura. Utrumnam vero bonum se facturum esse nesciebat, eo quod opere denique perfecto, *Ecce bonum,* dixisse legitur? Quam vocem deinceps de aquis, de mari, de germinibus, de arboribus, de coeli sideribus, de pecudibus, deque avibus, reptilibus ac piscibus usurpat. Nam in unoquoque, *Vidit*, inquit, *deus, et ecce bonum.* Non quod aut ignoraret antea, aut ubi procreata sunt, velut experientia quadam bona esse comperisset, sed quod bona omnia revera sint, neque mali quicquam insit, propter improborum hominum opinionem hoc velut oraculo bona esse omnia ac praeclara testatus est, ideoque bonum esse dixit, quod mali ac nequitiae omnis exclusionem continet. Ut nimirum hoc ipso, quod esse bonum omne significavit, tollatur falsa illa de malitia in homines invecta sententia, pessimaque omnis mali dogmatis architectorum opinio profligetur. Postremo ubi ad hominem ventum est, bonum esse non dixit; non quod malum quiddam homo sit, opus omnium quae in terra condita sunt longe praestantissimum, quod ut imperaret ceteris inexplicabili quadam est a deo sapientia productum, cui denique rerum omnium a se creatarum dominatum ac principatum deferre statuerat, quem-
admodum haec verba declarant: *Faciamus hominem ad imaginem no-* Gen. 1, 26.
stram et similitudinem; et praesint piscibus maris, et volatilibus coeli, et reptilibus terrae, et iumentis, et bestiis, et omnibus quae in terra sunt: verum quoniam ad dei imaginem creatus est, tam excellenti dignitate contentae sacrae literae fuerunt, nulla ut accessione opus esse videretur. Nam si bonitatis ipsius erat imagine praeditus, dei nimirum ac domini, qui sit omnium rerum artifex ac bonus, a quo bonitatis fons omnis, adeoque bonum ipsum in universa derivatur, quid attinebat hoc audire testimonium, *Et ecce bonum*, cum boni ipsius imaginem in sese contineret? Postea tamen absolutis omnibus, universoque opere perfecto, velut obsignans, idem de omnibus

Videtur per errorem repetita ex vocabulo θεός.
9. κυρίου *abest a libro Rhedig.*
10. *Sic scriptum in utroque cod. ms. et in ed. princ. Ed. Petav. habet* ἀγαθοσύνης.
11. ἐς *codd. mss.* ἐφ' *editi libri.*

τοῖς πᾶσι τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν προὔθετο φάσκων, *Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν*, μετὰ προςθήκης τοῦ *Λίαν* εἰπών. *Αὕτη* δὲ ἐτύγχανεν ἕκτη ἡμέρα καὶ ἑβδόμη καταπαύσεως, ἵνα τὴν ῥίζαν τὴν περὶ τοῦ κακοῦ ἀνελὼν μηκέτι εὕροι πρόφασίν τις τοῦτο τολμῆσαι, ἀϊδιάζουσαν τὴν κακίαν [12] διανοεῖσθαι. Ἀνῄρηται γὰρ ὁ αὐτὸς περὶ ταύτης λόγος. Οὐδαμοῦ γὰρ ἦν τὸ κακὸν, πάντων καλῶν ὄντων λίαν, καὶ ἐκ θεοῦ ἀγαθοῦ γεγενημένων, καὶ μεμαρτυρημένων.

Κεφ. ιθ'. Ὕλης δὲ διττὴ ἡ ὀνομασία. Τὸ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, κατὰ τὸν νοῦν τοῦ ἀλιτηρίου ἐστὶν ἐνεργείας καὶ φθορᾶς [1] καταναλωτικῆς ὄνομα. Ὕλην δὲ εἰώθαμεν λέγειν τὴν κόσμησιν ἑκάστου πράγματος [2] τοῖς τὰς τέχνας ἐργαζομένοις, ὡς εἰπεῖν ὕλη ξύλων, ὕλη πηλουργίας, ὕλη χρυσοῦ, ὕλη ἀργύρου· λέγεται δὲ ὕλη τις ἐργασίας ἐν τοῖς σώμασιν ἡ ἀπὸ φθαρμάτων κακώσεως συναγομένη. *Λεγέτω* τοίνυν ὁ πρόςφατος ἥκων μάντις, καὶ τὰ πρὸ αἰώνων ἐπαγγελλόμενος. Ἐτόλμησε γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ πνεῦμα παράκλητον ἑαυτὸν λέγειν, ἄλλοτε δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑαυτὸν, ὡς ἔφην, ἐπιφημίζει, οὔτε εἶδος περιστερᾶς ποτε ἐνδυσάμενος, οὐδὲ τὸ ἀπ' οὐρανοῦ εἰς ἔνδυμα ἀφθαρσίας δύναμιν τοῖς ἀποστόλοις πεμφθὲν πνεῦμα παράκλητον, ὃ ἐπηγγείλατο πέμπειν ὁ μονογενὴς οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἐκείνας ὁρισάμενος, ἀλλὰ εὐθὺς αὐτοῦ ἀνελθόντος, ὡς ἔλεγεν, *Ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἐλεύσεται*. Καὶ εὐθὺς ἐν τῷ ὑπερῴῳ ἐπλήσθησαν πνεύματος ἁγίου, ἐν τῷ [3] ἀνακάμψαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς γλῶσσαι πυρὸς διαμεριζόμεναι, καὶ ὁ οἶκος ἐνεπλήσθη ὥςπερ πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπεκάθισε τὸ πνεῦμα ἐφ' ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐλάλουν γλώσσαις τὰ θαυμάσια τοῦ θεοῦ, καὶ ἕκαστος ἤκουσε τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ. Ἦσαν δὲ ἀπὸ παντὸς γένους* [4] *τῶν ὑπὸ τῶν οὐρανῶν*, καὶ ἕκαστος διὰ τοῦ πνεύματος παρεκαλοῦντο, οἵ
pag. 636. τε ἀπόστολοι διὰ τῆς δωρεᾶς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη διὰ τῆς ἐνηχήσεως τῆς τοῦ θεοῦ θαυμαστῆς διδασκαλίας. Εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα παράκλητον, ὅπερ ἐπηγγείλατο τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος, ὁ ἀγύρτης οὗτος ἐτύγχανεν, [5] ὁ ἐμμανὴς ἀληθῶς καὶ φερώνυμος τῆς ἑαυτοῦ ἐπωνυμίας, παρῆλθον οἱ ἀπόστολοι στερηθέντες τῆς ἐπαγγελίας, ἀκούσαντες παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς κυρίου, [6] *Λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας*. Καὶ εὑρεθήσεται ὁ ἀπατεὼν τοῦ Χριστοῦ καταψευδόμενος ὡς μὴ πληρώσαντος τὰ αὐτῷ εἰρημένα. Παρῆλθε γὰρ ἡ γενεὰ τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ ἀπὸ Πέτρου ἄχρι Παύλου καὶ ἄχρι Ἰωάννου, τοῦ καὶ χρονίσαντος ἐν κόσμῳ ἄχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων.

12. νοεῖσθαι *cod. Rhedig.*

CAP. XIX. — 1. καταναλωτικῆς *scripsi pro* καὶ ἀναλωτικῆς *quod libri habent. Petavius voc.* καὶ *delendum iudicavit et uncinis inclusit. Cornarius vertit* actionis et corruptionis consumentis.

2. *Fortasse* σὺν τοῖς τ. τ. ἐργαζομένοις.

testimonium divinus sermo protulit. *Et vidit deus cuncta quae fecerat, et ecce valde bona:* ubi et vocem illam, *Valde*, additam voluit (erat vero tum VI. dies, vel quietis VII.), ut omni perversi illius de malo dogmatis velut radice sublata ansam inde nullus tantae temeritatis arriperet, sempiternam ut esse malitiam cogitaret. Nam eiusmodi de illa sermonum occasio praeciditur. Neque enim malum uspiam erat, cum *valde bona* essent omnia, et a bono deo producta, eiusdemque testimonio comprobata.

Ceterum materiae nomen duplicem significationem obtinet. Al- Cap. XIX.
tera est quae ex detestandi illius hominis sententia actionem et corruptionem ac consumptricem quandam vim exprimit, altera qua vulgo rerum omnium quae ad usum artificis spectant apparatum materiam dicimus, veluti lignorum, figlinae, auri argentique materiem; appellatur et materia in corporibus quae ex humorum corruptela vitioque colligitur. Dicat itaque novus ille vates, qui se ea scire profitetur quae ab omni aeternitate fuerunt. Siquidem et paracletum se spiritum idem ille non dubitavit asserere. Interdum vero et apostolum Iesu Christi, ut ante dixi, nuncupat. Atqui neque columbae figuram unquam induit, neque spiritum illum paracletum, qui ut apostolos virtute incorruptionis indueret, in eos e coelo demissus
est. Quem etiam missurum se unigenitus dei filius promisit, non Act. 1. 5.
post multos hos dies, sed simulatque conscendisset in coelum, ut
ipse definit his verbis: *Si enim abiero ille veniet.* Ac subinde in Ioann. 16. 7.
coenaculo *repleti sunt spiritu sancto, cum ex* Olivarum monte rediis-
sent. Idque adeo his verbis scriptura testatur: *Et apparuerunt ipsis* Act. 2, 3–5.
linguae ignis dispertitae, et domus repleta est quasi vento vehementi, reseditque spiritus supra singulos eorum, et loquebantur linguis magnalia dei, et unusquisque lingua sua loquentes illos audiebat: erant autem ex omni natione quae sub coelo est, singulosque consolabatur spiritus sanctus, apostolos quidem coelesti illo beneficio, universas vero nationes divinae illius admirabilis institutione doctrinae. Et vero si impostor iste spiritus ille sanctus esset, quem discipulis pollicitus erat dominus, et promissione fraudati discessissent apostoli, cum tamen a domino, qui mentiri non potest, pridem illud audis-
sent: *Accipietis donum spiritus sancti, non post multos hos dies.* Ex Act. 1, 5. Ibid. 2, 38.
quo veterator ille convincitur, dum Christum quae dixerat nequaquam implesse mentitur. Apostolorum quippe generatio transiit; nimirum a Petri tempore ad Paulum et Ioannem, qui ad usque Tra-

3. ἀναγκάψαι *cod. Rhedig. Verba* ἐν τῷ *vitium traxisse puto, cum oculi librarii ad verba proximae lineae aberraverint. Repono igitur* ἐκ τοῦ.

4. *Libri habebant* τῆς ὑπὸ οὐρανῶν.

5. ὁ ἐμανὴς *cod. Rhedig.*

6. λήψεσθαι *cod. Rhedig.*

Καὶ παρῆλθεν Ἰάκωβος ὁ πρῶτος ἐπισκοπεύσας ἐν Ἱεροσολύμοις, ὁ ἀδελφὸς ἐπικληθεὶς τοῦ κυρίου, παῖς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ γυναικὸς γεννηθεὶς σὺν τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς, οἷς συναναστραφεὶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἐν τάξει ἀδελφῶν ἔσχε τοῦ καλεῖσθαι αὐτῶν ἀδελφὸς, καὶ οἱ σύνθρονοι αὐτοῦ πάντες οἱ ἅγιοι, καὶ μετ' αὐτῶν Συμεὼν ὁ υἱὸς τοῦ πατραδέλφου αὐτοῦ υἱὸς τοῦ Κλωπᾶ, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωσήφ. Ὧν τοὺς χρόνους καθ' ἑξῆς καὶ καθ' εἱρμὸν ἀπὸ τοῦ Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, τοὺς κατὰ διαδοχὴν ἐπισκόπους ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον βασιλέα ὑπέταξα, ἕως τοῦ χρόνου τοῦ προδηλωθέντος Αὐρηλιανοῦ τε καὶ Πρόβου, ἐν ᾧ οὗτος ὁ Μάνης ἐγνωρίζετο, ἄνθρωπός τις ὢν Πέρσης, ἐγγεννήσας τῷ βίῳ ταυτηνὶ τὴν [7] ἀλλόκοτον διδασκαλίαν. Καὶ ἔστιν οὕτως·

Κεφ. κ'. α'. Ἰάκωβος, [1] ὁ ξύλῳ πληγεὶς, ἐν Ἱεροσολύμοις ἐμαρτύρησε, μέχρι Νέρωνος.
β'. Συμεὼν, ἐπὶ Τραϊανοῦ ἐσταυρώθη.
γ'. [2] Ἰούδας.
δ'. Ζαχαρίας.
ε'. Τωβίας.
ς'. Βενιαμίν.
ζ'. Ἰωάννης, ἕως [3] δεκαεννάτου ἔτους Τραϊανοῦ.
η'. Ματθίας.
θ'. Φίλιππος.
ι'. [4] Σενέκας.
pag. 637. ια'. Ἰοῦστος, ἕως [5] Ἀδριανοῦ.
ιβ'. Λευΐς.
ιγ'. [6] Οὐάφρις.
ιδ'. [7] Ἰωσίς.
ιε'. Ἰούδας, μέχρι ἑνδεκάτου [8] Ἀντωνίνου.

Οὗτοι δὲ ἀπὸ περιτομῆς ἐπεσκόπευσαν τῆς Ἱερουσαλὴμ. Ἐξ ἐθνῶν δὲ οὗτοι·

ις'. Μάρκος.
ιζ'. Κασσιανός.
ιη'. Πούπλιος.
ιθ'. Μάξιμος.

7. ἀλλόκοτον *correxi ego. In libris extat* ἀλλότοκον.

Cap. XX. — 1. *Suspicor* ὃς.

2. Ἰοῦστος *habet Nicephorus in Chronogr.*

3. δεκαεννάτου ἔτους *ego.* δεκαεννέα ἔτων *placuit Petavio. In libris vulgo legitur* δεκαεννέα ἔτους.

4. Σενεκᾶς *Niceph.*

iani imperium superfuit. Praeteriit et Iacobus primus Hierosolymorum episcopus, qui frater domini cognominatus est, fuitque Iosephi filius, et ab eo cum aliis fratribus ex uxore sua susceptus. Quibuscum fratribus dominus noster Iesus Christus e Maria virgine secundum carnem natus ita versatus est ut illos fratrum haberet loco, ac vicissim eorum frater appellaretur. Mortui praeterea sunt et omnes sancti Iacobi in illa dignitate collegae, unaque cum iis et Symeon Cleophae patrui illius ac Iosephi fratris filius. Quorum omnium tempora seriemque subiecimus, hoc est Hierosolymorum episcopos omnes qui Iacobo successerunt, una cum imperatorum nominibus ad Aureliani Probique tempora, quibus Manes emergere coepit, homo Persa, a quo absurdissima illa doctrina edita est et in orbem introducta.

ELENCHUS EPISCOPORUM HIEROSOLYMITANORUM.

I. Iacobus, qui fuste caesus Hierosolymis martyrium obiit, usque ad Neronem. Cap. XX.
II. Symeon, qui sub Traiano in crucem actus est.
III. Iudas.
IV. Zacharias.
V. Tobias.
VI. Beniamin.
VII. Ioannes ad annum decimum nonum Traiani.
VIII. Matthias.
IX. Philippus.
X. Seneca.
XI. Iustus, ad Adriani tempora.
XII. Levis.
XIII. Vaphris.
XIV. Iosis.
XV. Iudas, ad undecimum annum Antonini.

Hic ex circumcisione fuere Hierosolymorum episcopi. Ex gentilibus vero qui sequuntur:

XVI. Marcus.
XVII. Cassianus.
XVIII. Publius.
XIX. Maximus.

5. ἀνδριανοῦ *codd. mss. et ed. princ. Sic infra haer.* 69, 2. Ἀνδριανὸν *pro* Ἀδριανόν.

6. Ἐφραΐμ *Niceph.*

7. Ἰωσήφ *Niceph.*

8. *Libri omnes* Ἀντωνίου.

κ'. Ἰουλιανός.

Οὗτοι πάντες μέχρις δεκάτου ἔτους [5] Ἀντωνίνου Εὐσεβοῦς.

κα'. Γαϊανός.
κβ'. Σύμμαχος.
κγ'. Γάϊος, ἕως ἡμερῶν Οὐήρου, ὀγδόου ἔτους αὐτοῦ.
κδ'. [6] Ἰουλιανός.
κε'. Καπίτων.
κϛ'. Μάξιμος, ἕως ιϛ' Οὐήρου.
κζ'. Ἀντωνῖνος.
κη'. [7] Οὐάλης.
κθ'. Δολιχιανὸς, μέχρι Κομόδου.
λ'. Νάρκισσος.
λα'. Δῖος, ἕως Σευήρου.
λβ'. Γερμανίων.
λγ'. Γόρδιος, ἕως Ἀντωνίνου.
λδ'. Νάρκισσος, ὁ αὐτὸς, ἕως Ἀλεξάνδρου υἱοῦ Μαμαίας, οὐ τοῦ Μακέδονος, ἀλλὰ ἄλλου.
λε'. Ἀλέξανδρος, ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ αὐτοῦ.
λϛ'. [8] Μαζαβάνος, ἕως Γάλλου καὶ Οὐλουσιανοῦ.
λζ'. Ὑμέναιος, ἕως Αὐρηλιανοῦ.

Ὁμοῦ ἀπὸ ἀναλήψεως Χριστοῦ ἕως τοῦ Μάνη καὶ Αὐρηλιανοῦ καὶ Πρόβου [9] βασιλέων ἔτη σοϛ', κατά τινας χρονογράφους, κατὰ δὲ ἄλλους σμϛ'. Καὶ ἀπὸ τότε [10] καὶ ἕως δεῦρο ἄλλοι ἐπίσκοποι [11] η' Βάζας, Ἕρμων, Μάκαρις, Μάξιμος, Κύριλλος, Ἑρέννις, Κύριλλος ἄλλος, [12] Ἱλαρίων, ὁ νῦν κατέχων τὴν ἐκκλησίαν, προσεγκληθεὶς τῇ τῶν Ἀρειανῶν κοινωνίᾳ.

pag. 638. Βασιλεῖς δὲ οἱ καθεξῆς, ὧν καὶ οἱ χρόνοι συνημμένοι. Αὐρηλιανοῦ περιλειφθέντος ἔτος [13] πρῶτον Τάκιτος μῆνας ἕξ, Κᾶρος καὶ Καρῖνος καὶ Νουμεριανὸς μῆνας δύο, Διοκλητιανὸς ἔτη εἴκοσι, Μαξιμιανὸς, Λικίνιος, Κωνσταντῖνος, Κωνστάντιος, Ἰουλιανὸς, Ἰοβιανὸς, Οὐαλεντινιανὸς, Οὐάλης, Γρατιανὸς, ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ εἰρημένου Μάνη ἕως τοῦ παρόντος, τουτέστιν Οὐάλεντος μὲν [14] ἔτους ιγ', Γρατιανοῦ δὲ ἔτους θ', [15] Οὐαλεντινιανοῦ δὲ νεωτέρου [16] ἔτους α',

5. Ἀντωνίου *codd. mss. uterque.*
6. *Post Iulianum in Niceph. Chronogr. interseritur* Ἡλίας.
7. οὐάλις *codd. mss. uterque. Pro* Δολιχιανὸς *Niceph. habet* Δουλιχιανός.
8. Μαζαβάνης *Niceph. Pro* Ὑμέναιος *codd. mss.* ὑμένεως. *ed. pr.* ὑμένεος. — *Item supra pro* Γόρδιος *Niceph.* Γορδίας.
9. βασιλέως *legitur in utroque codd. mss.* — *Pro* ἔτη *in ed. Petav. Colon. repet. vitiose exaratum* ἔτι.
10. καὶ *non agnoscit cod. Rhedig.*
11. *In utroque cod. ms. legitur* Ν.βάζας, *h. e.* Η̄ βάζας, *quem numerum restitui. Omissus est enim in editis. In*

XX. Iulianus.

Hi omnes ad decimum annum Antonini Pii perveniunt.

XXI. Gaianus.
XXII. Symmachus.
XXIII. Caius, ad octavum annum Veri.
XXIV. Iulianus.
XXV. Capito.
XXVI. Maximus, ad annum decimum sextum Veri.
XXVII. Antoninus.
XXVIII. Valens.
XXIX. Dolichianus, ad Commodum usque.
XXX. Narcissus.
XXXI. Dius, ad Severum usque.
XXXII. Germanio.
XXXIII. Gordius, usque ad Antoninum.
XXXIV. Narcissus iterum, usque ad Alexandrum Mammaeae filium, non Macedonem, sed alterum quendam.
XXXV. Alexander, usque ad eundem Alexandrum.
XXXVI. Mazabanus, ad Gallum et Volusianum.
XXXVII. Hymenaeus, ad Aurelianum.

Colliguntur ab ascensione Christi ad Manem, et Aurelianum ac Probum imperatores, anni CCLXXVI, ex quorumdam chronographorum calculo, ex aliorum vero supputatione CCXLVI. A quo tempore ad hodiernam diem hi episcopi numerantur: Bazas, Hermon, Macarius, Maximus, Cyrillus, Herennius, Cyrillus alter, Hilarionus, qui nunc ecclesiae praesidet, qui cum Arianis habuisse communionem accusatus est.

Imperatores vero deinceps hi secuti sunt, quorum cum episcopis tempora coniuncta sunt. Aurelianus anno uno superfuit, Tacitus mensibus sex, Carus et Carinus et Numerianus menses duos, Diocletianus annos viginti, Maximianus, Licinius, Constantinus, Constantius, Iulianus, Iovianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, adeo ut a Manichaei tempore ad hunc annum, qui est Valentis decimus tertius, Gratiani nonus, Valentiniani iunioris primus, anni

seqq. pro Βάζας, Ἕρμων, Μάκαρις, Μ., Κ., Ἑρέννις, Κύριλλος ἄλλος, Ἱλαρίωνος *ap Nicephorum leguntur* Ζαβδᾶς, Ἑρμῶν, Μακάριος, Μ., Κ., Ἀρσένιος, Ἡράκλειος, Ἱλάριος.
12. *Sic correxi. Libri habent* Ἱλαρίωνος νῦν.
13. *Suspicor* ἓν.
14. ἔτη *uterque cod. ms.*
15. *Vulgo* Οὐαλεντιανοῦ.
16. *Libri habent* ἔτους α', Διοκλητιανοῦ δὲ (δὲ *om. cod. Rhedig.*) ἔτη οϛ'. *Cornarius convertit* ut sint a praedicto huuc usque in - - - - Valentiniani Iu-

ἔτη ρβ', ἵνα ἐν τετάρτῳ ἔτει Αὐρηλιανοῦ καὶ ἐν χρόνοις Ὑμεναίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐπίπεμπτος ἐξαποσταλῇ τῷ κόσμῳ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ διαβόλου ἐνεργείας πλάνη, καὶ [17] φαντασίαις ἀποστήσῃ ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἀπατῶσα.

De Adami creatione ita sentit: Eum qui ita locutus est: *Venite, faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem*, sive Gen. 1, 26. ad eam quam vidimus formam, Principem esse qui reliquis Principibus dixerit, Adeste, date mihi ex illa luce quam accepimus, *et faciamus hominem* ad nostrum, qui Principes sumus, effigiem, qualem aspeximus; qui quidem primus homo est. Ita hominem fabricasse. Eadem et Evam ratione condidisse, eique de sua cupiditate ad Adamum decipiendum impertiissent. Ab iis igitur ex Principis opificio mundus iste fabricatus est.

Ad haec deum nihil habere cum hoc mundo commune, nec eo Cap. XXXI.

ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλίψιν. Τούτου χάριν πέμπει καὶ συλᾷ ἀπ' αὐτῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται. Τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως καὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν ἱερέων τὸν Ἄρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους· ὥςτε ἕν εἰσι καὶ τὸ αὐτὸ οἵ τε Χριστιανοὶ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ, τὸν αὐτὸν θεὸν σέβοντες. Ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὢν ἀληθείας θεός. Διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν θεὸν τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα καὶ τῶν προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν θεὸν τῆς ἀληθείας. Ἐκεῖνος γὰρ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. Μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, Ὁ Πρεσβύτης ὅταν προφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὠμοφόρος [1] ἀφίησιν ἔξω τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἀπολύεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. [2] Εἶτα πάλιν ἀφίησι τὸν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. Τότε δὲ ταῦτα γενήσεται, [3] ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ. Αἱ δὲ [4] προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα [5] Κυβερνῆται, καὶ ἡ Παρθένος τοῦ φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσβύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ Ζῶν πνεῦμα, καὶ τὸ Τεῖχος τοῦ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ Τεῖχος τοῦ ἀνέμου, καὶ τοῦ ἀέρος, καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἔσωθεν Πυρὸς τοῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτε ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσται τῶν δύο φύσεων, καὶ οἱ Ἄρχοντες οἰκήσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. Ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκαστον εἰς [6] κλίματα ὁδεύειν. Καὶ ὁ μὲν Ἄδδας, τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο.
pag. 648. Καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ [7] δόγματος ὑπόθεσιν στῆσαι θέλοντες.

Κεφ. λβ'. Ταῦτά ἐστιν ἅπερ ἐθέμην ἀπὸ τοῦ Ἀρχελάου βιβλίου τοῦ προει-

Cap. XXXI. — 1. *Acta Archelai* p. 21. senior cum manifestam fecerit eius imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit. *Ad quem locum* senior autem ille, hoc est πρεσβύτερος, *inquit Zacagnius*, idem esse videtur cum eo quem infra seniorem tertium vocat.

2. *Acta Archelai* et ita dimittitnr magnus ille ignis, qui mundum consumat (*scribe* consummat) universum; deinde iterum dimittunt animam, quae obiicitur inter medium novi seculi, ut omnes animae peccatorum vinciantur in aeternum.

3. *Acta Archelai* cum venerit statuta dies (*magis genuine cod. Bobiens.* cum ista tota venerit, *omissa voce* dies, *quod glossema videtur esse*).

4. probationes, *quomodo in Actis Archelai extat, emenda* prolationes.

5. *Libri vulgo* κυβερνῖται. — *Za-*

delectari, quod ipsum depraedati sint Principes, ac molestiam exhibuerint. Propterea quotidie per sidera ista, solem videlicet ac lunam, animam suam eripere, quibus ab sideribus mundus universus, ac quicquid est creatum, diripitur. Eum qui cum Moyse ac Iudaeis et sacerdotibus locutus est, tenebrarum fuisse Principem existimat; ex quo efficitur Christianos cum Iudaeis ac Gentilibus unum et idem esse, utpote qui eundem deum venerentur. Qui pro suis illos cupiditatibus decipit, cum nihil minus sit quam veritatis deus. Quare qui eiusmodi deo confidunt qui cum Moyse ac prophetis locutus est, vinciendi cum illo sunt, quoniam veritatis in deo minime confidunt. Nam ille alter pro ipsorum, uti dixi, libidine cum eis locutus est. Post haec omnia postremo ille scripsit, Ubi Senex imaginem suam ostenderit, tunc Baiulus terram extra se dimittit, indeque vehemens ignis erumpens mundum consumit universum: deinde glebam novo cum Aeone mittit, ut omnes peccatorum animae in aeternum vinculis constrictae teneantur; quae tum accident, cum simulacrum advenerit. Quicquid vero propagatae sobolis est, puta Iesus, qui minore navigio vehitur, et Vitae mater et Gubernatores XII, et lucis Virgo, et tertius Senex, qui in maiore navigio residet, una cum vivo Spiritu, et ingentis ignis Muro, ventique pariter Muro, et aëris, aquae, vivique et exterioris ignis, apud exiguum sidus habitant, donec incendium universum mundum absumat; id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum nescio. Quibus perfectis naturae duae pristinum in statum restituendae sunt, ac Principes inferiora sedium suarum incolent, superiora Pater occupabit, ac locum suum recipiet. Hanc omnem doctrinam Manichaeus tribus discipulis tradidit, variasque in regiones dimisit. Addae Oriens obtigit, Thomae Syria, Hermeas alius in Aegyptum profectus est, quibus in locis ad hodiernum usque diem manent, ubique dogma suum ac sectam stabilire contendunt.

Haec ego ex Archelai libro proponenda putavi. Atque haec Cap. XXXII.

cagnius haec verba, quorum sententiam Latinus interpres obscuriorem reddidit, ita interpretatus est: Cunctae vero propagationes, seu prolationes, potestatum ex bono deo, nempe Iesus, qui in minori navigio manet, et Vitae mater, et Gubernatores duodecim, et Virgo lucis, et Senior tertius, qui in maiore navigio residet, et Vivens spiritus, et ingentis ignis murus, et murus venti, et aëris, et aquae, et interioris ignis viventis, hae inquam omnes propagationes, seu prolationes, apud exiguum luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat, id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum nescio.

6. *Libri vulgo* κλήματα; plagas *vertit Vet. Interpres.*

7. dogmatis huius gratia praedicandi *vertit Vet. Interpres.*

ρημένου. Καὶ οὕτω [1] συνέστησε τὸ αὐτοῦ διδασκαλεῖον ζιζανιώδους ἐν κόσμῳ σπορᾶς, καὶ τὰ ζιζανιώδη τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐξεμέσας. Πόσα δέ τις ὑπενέγκοι πρὸς τὴν τοσαύτην διαβολὴν τοῦ μιμολόγου τούτου, ὡς παντί που δῆλον εἴη. Κἄν τε μὴ ἐπιξεσθῶσιν αἱ λέξεις πρὸς ἀνατροπὴν, ἀρκέσουσιν εἰς αἰσχύνην μόνον [2] τὸ εἰδέναι ὅτι ταῦτα παρ' αὐτοῖς [3] νομιστεύεται ἀσύστατα ὄντα καὶ μηδεμίαν δύναμιν ἔχοντα. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα ἐν τοῖς δευτέροις καταλύει, τὰ δὲ δεύτερα ἕτερα παρὰ τὰ πρῶτα φθέγγεται. [4] Ὁτὲ μὲν γὰρ τὸν κόσμον ἐκ θεοῦ θέλει γεγενῆσθαι, ὁτὲ δὲ ἐκ τῶν Ἀρχόντων, καὶ τὸν θεὸν μὴ ἔχειν εἰς τὸν κόσμον τι αἴτιον, ἀλλὰ ἀπολλύμενον τὸν κόσμον, ποτὲ δὲ τὸ στερέωμα δέρματα εἶναι τῶν Ἀρχόντων φάσκει, ποτὲ δὲ σταυροῦσθαι [5] αὐτὰ ἄνω ἐν τῷ πόλῳ, κατατρέχειν καὶ [6] συννεφεῖν, καὶ ὀργᾶν καὶ ἐξοιστροῦσθαι πρὸς τὴν τῆς παρθένου θέαν, καὶ πρὸς τὴν ὡραιότητα [7] τοῦ νεανία. Καὶ ὢ πολλῆς αἰσχύνης. Τί γὰρ τούτου μοχθηρότερον ἀηδέστερόν τε καὶ [8] αἰσχρότερον [9] τοῦ θήλειαν [10] ἑαυτὸ ἀνατυποῦν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, [11] ὁτὲ δὲ ἀρρενοειδῶς ὀπτάνεσθαι τοῖς Ἄρχουσιν; Αἰσχρὸν μὲν γὰρ παροινεῖν τὸ ἄνδρα [12] θηλιεύεσθαι καὶ ἐν θηλείας μορφῇ ὑπάρχειν, αἰσχρότατον δὲ πάλιν τὸ τὰ γύναια ἀνδραΐζεσθαι καὶ τοῦ ἀνδρὸς φέρειν τὸ σχῆμα. Καὶ πῶς οὐχὶ ἀρετῆς ὂν πνεῦμα καὶ θεῖον ὑβριζόμενον μᾶλλον εὑρεθήσεται παρὰ τοῦ πλαστουργοῦ τούτου Μάνη; πῶς δὲ οἱ ἐκδαρέντες οἰστροῦνται, λέγε μοι ὦ οὗτος; πῶς δὲ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἐξεδάρησαν; εἰ δὲ καὶ ἐσταύρωνται, πῶς ἐπιτρέχουσι τῇ ἀφαντουμένῃ. Τίς δὲ ἀνέξεται τοῦ βλασφήμου, τοῦ ἀπὸ ἱδρώτων Ἀρχόντων ἡμᾶς τρέφεσθαι ὁριζομένου, καὶ ἀπὸ ἐκκρίσεως [13] αἰσχρότητος τὸν ὑετὸν ἡμῖν καταπέμπεσθαι; Πόθεν δὲ αὐτὸς πόμα πίνει ἐξ ὑετῶν ἀρυόμενος κατὰ τῶν ἰδίων [14] αὐτοῦ μαθητῶν; Πῶς δὲ οὐ καταγέλαστος εἴη, ἡττώμενος τῇ τῶν [15] σωματικῶν χρείᾳ, ἱδρῶτας πίνων; Καὶ γὰρ ἁμαρτία διάφορος μὲν ὑπάρχει· οὐ τοσαύτη δὲ ἔσται ἡ τιμωρία τῷ ἀκουσίως ἁμαρτάνοντι ὡς [16] τῷ μετὰ ἑκουσίας γνώμης
pag. 649. τὸ ἁμάρτημα ἐπιτελοῦντι. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ἦν, ὅπερ μὴ γένοιτο, (φαντάζεται γὰρ ὁ ἐμμανὴς [17] πλάνος) ἀγνοοῦντες ἱδρῶτας καὶ ἐκκρίσεις αἰσχρὰς ὅτι ὑδρεύονται καὶ πίνουσιν σύγγνωστοι μᾶλλον ἐλέους ὑπάρχουσιν ἤπερ ὁ μετὰ τοῦ συνειδότος νενυγ-

Cap. XXXII. — 1. συνέστησε coniecit Petavius. συνέστη librorum scriptura est.
2. Suspicor τοῦ εἰδέναι.
3. νομιτεύεται cod. ms. uterque, et ed. princ.
4. Vulgo ὅτε μὲν — ὅτε δὲ.
5. Repone αὐτούς.
6. Vulgo συνεφεῖν.
7. Retinendum duxi quod libri praebent, quamquam genitivus νεανία sine exemplo est. Adolescens est ipsa Virgo, quae virilem speciem assumpserat. Quo referendum quod infra sequitur τὸ τὰ γύναια ἀνδραΐζεσθαι. V. supra cap. 27.
8. Libri vulgo αἰσχρότατον. Sed rectius fortasse erat rescribendum μοχθηρότερον; Ἀηδέστατόν τε καὶ αἰσχρότατον τὸ cett.
9. Sic correxi. Vulgo τὸ.
10. ἑαυτὸ reposui ex emendat. Cornarii et Petavii. In scriptis et editis vulgo est ἑαυτῷ.

scholae illius disciplinae constituendae ratio fuit, per quam lolium in mundum disseminatum est. Huic enim semini simillimam doctrinam evomuit. Quam multa porro adversus tantam histrionis huius calumniam opponi possunt, quod unicuique constare potest. Ac tametsi perpolita in refutando nequaquam adhibeatur oratio, satis ad incutiendum illis pudorem fuerit, ut id intelligatur, eiusmodi ab illis decreta defendi quae constare sibi nequeant, neque vim ullam aut pondus habeant. Etenim priora posterioribus evertit, posteriora longe a prioribus diversa proponit. Mundum alias a deo productum asserit, alias a Principibus, ut eius nulla ex parte caussa sit deus, sed et ipse mundus intereat. Nonnunquam firmamentum pelles esse Principum docet, quos interdum supra in polo in cruce suffixos esse dicit, ac discurrere, et velut nubes obducere, proritarique, et libidinis stimulis ad aspectum virginis, et adolescentis pulchritudinem concitari. O infamiam singularem! Quid enim fingi potest improbius? quid molestius ac turpius, quam veritatis spiritum muliebri sibi figura describere, eundemque dicere nonnunquam maris specie Principibus apparere? Nam cum turpe sit virum eo temulentiae insolentiaeque progredi, ut muliebrem habitum ac formam induat, tum vero turpissimum est, mulierculas in viros commutari ac virilem cultum induere. Quanto vero maiore a pessimo illo fictore Manichaeo iniuria divinus ille veritatis spiritus afficitur? Sed illud volo mihi dicas, quibus cutis detracta sit, libidinis stimulis agitari qui possint? aut quomodo, postquam in crucem acti sunt, pelle nudati sunt, imo vero, si cruci affixi sunt, quanam ratione ad Virtutem illam, quae repente dispareat, possunt accurrere? Deinde vero quis contumeliosum istum in deum hominem ferre possit, qui nos Principum sudoribus ali sentiat, atque ex foedissimis illorum excrementis imbrem nobis emitti? Cur autem potum ipse cum discipulis suis haurit ex imbre collectum? Nonne statim ridiculus est qui corporis necessitatibus obsequens sudorem bibat? Nam ut dispar sit peccatum, poena tamen ei qui invitus peccat longe minor proponitur quam ei qui sponte commiserit. Licet enim, quod reipsa non est, verum esset quod furiosus ille fingit, ceteri quidem homines, qui sudores ac foedas excretiones ignorant, cum aquantur, aut potant, venia magis

11. Vulgo ὅτε δὲ.
12. Ita scriptorum librr. uterque et ed. princ. In edit. Petavii, qui suspicabatur θηλεύεσθαι, extat θηλυεύεσθαι.
13. Fortasse αἰσχροτάτης. Certe suffragantur quae fine capitis repetuntur ἀγνοοῦντες ἱδρῶτας καὶ ἐκκρίσεις αἰσχράς.
14. αὐτοῦ restitui ex scriptis libris. Editi habent αὐτῶν.
15. σωμᾶτ (h. e. σωμάτων) cod. Rhedig.
16. τῷ restitui ex libris manu exaratis. Editi praebent τὸ.
17. πλάνος de coniectura reposui. In libris est πλὴν οἱ.

μένος μάτην, διὰ τὴν ἧτταν τῆς ἀσθενείας αὐτοῦ, [18] ἐκ τῶν αὐτοῦ πομάτων χρώμενος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς σαρκὸς χρήσεων.

Κεφ. λγ'. Καὶ πολλά ἐστιν ἐν οἷς οὗτος στόματι ψευδηγορίας τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἠπάτησε. Ποῖον γὰρ παρ' αὐτῷ οὐ καταγέλαστον τὸ ἡγεῖσθαι μὲν τὰ σπέρματα βοτανῶν τε καὶ γενημάτων καὶ ὀσπρίων ψυχὰς εἶναι; ὡς καὶ γελοῖον ἐπιχειρήσομεν λέγειν κατὰ τὴν αὐτοῦ μυθοποιΐαν πρὸς ἔλεγχον αὐτοῦ. Ὅτι, [1] εἰ ψυχαὶ τυγχάνουσαι κόκκοι φακοῦ, καὶ [2] φασηλίου, καὶ [3] ἐρεβίνθου, καὶ τῶν ἄλλων, ψυχὴ δὲ καὶ ταύρου ἡ αὐτὴ, ἐπαινετοὶ μᾶλλον οἱ [4] κρεωφαγοῦντες κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον ἤπερ οἱ τὰς πολιτείας ἐξασκοῦντες. Δέδιε γὰρ, κατὰ τὴν αὐτοῦ ῥαψῳδοποιΐαν, μή πως μεταλαβὼν ἐμψύχων, ζώων τε καὶ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτὸς ὅμοιος γένηται. Τοὐναντίον μᾶλλον. Συνελθόντες γὰρ ἄνδρες πεντήκοντα, ἢ καὶ ἑκατὸν, ἐξ ἑνὸς ταύρου οἱ πάντες τραφήσονται, ὡς κατὰ τὴν αὐτοῦ ματαίαν συκοφαντίαν, [5] ὅμως πρὸς ἔλεγχον λεκτέον ὅτι οἱ πεντήκοντα, [6] ἢ οἱ ἑκατὸν, ἔνοχοι γίνονται μιᾶς ψυχῆς, ὁ δὲ τοὺς κόκκους τῶν σπερμάτων ἐσθίων μᾶλλον ἐν ἑνὶ βροχισμῷ μεταλήψεως τριάκοντα καὶ τεσσαράκοντα ψυχῶν ἔσται αἴτιος. Καὶ πάντα αὐτοῦ μάταια καὶ γελοιώδη.

Παντὶ γὰρ τῷ νοῦν ἔχοντι ἐν κυρίῳ τὰ τῆς ἀληθείας τεκμήρια εὔδηλα δήπουθέν ἐστιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθινῆς διδασκαλίας. Καὶ γὰρ τοῦ σωτῆρος οὐδὲν ἀληθέστερον πρὸς ἀποκάλυψιν ζωῆς ἀνθρώπων. Φάσκει γὰρ οὗτος ὁ βάρβαρος ἡμῖν παρελθὼν, Πέρσης, καὶ δοῦλος τὴν γνώμην (οὐδὲν γὰρ ἐλύπει τὸ δοῦλον αὐτὸν εἶναι κατὰ τὸ σῶμα), φησὶ οὖν ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἴσαι εἰσὶν, καὶ ἡ μία ἐν ἅπασι τυγχάνει, ἔν τε ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι, καὶ θηρσὶ, καὶ πετεινοῖς, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ζώοις πτηνοῖς τε καὶ ἐναλίοις, κνωδάλοις τε, καὶ ἐν σπέρμασι γενημάτων, ἐν ξύλοις τε, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὁρατοῖς. Καὶ οὐχ οὕτως ὑπέδειξεν ὁ κύριος ἡμῶν. Ἦ γὰρ, ἐλθὼν σῶσαι τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ τὴν τῶν κτηνῶν ἐποιεῖτο τὴν τῆς ἰάσεως ἐπιμέλειάν τε καὶ θεραπείαν, καὶ ἀνάστασιν τῶν πεπτωκότων ζώων συνάγων. Ἀλλ' οὐχ
pag. 650. οὕτως διηγεῖται, οὐδὲ οὕτως διδάσκει, μὴ γένοιτο. Ἀλλ' οἶδε μὲν αὐτὸς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων σώζειν, [7] ἣ συλλήβδην συνειληφὼς διὰ τοῦ αἰνίγματος ἔφη, Οὐκ ἦλθον, εἰ μὴ διὰ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς, ἵνα εἴπῃ πᾶσαν φύσιν ἀνθρωπείαν. Καὶ τί φησι; Ἐθεράπευε

18. *Suspicor reponendum esse* ἐκ τοιούτων πωμάτων. *Dubito enim* τὰ ἐξ αὐτοῦ πόματα *dici posse lotium quo quis pro potu utitur.*

Cap. XXXIII. — 1. αἱ *cod. Rhedig.*

2. φασηλίου *restitui respectu loci cap.* 28. ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κρίθην, ἢ εἰς στάχυν *cett. Libri habent* φασίλεος. *Petavius suspicatus est* φασίλου *vel* φασιόλου.

3. ῥεβίνθου *cod. Ien.* ρεβίνθου, *sine aspiratione, cod. Rhedig.*

4. κρεωφαγοῦντες *librorum mss. auctoritate restitui. Editi* κρέα φαγοῦντες.

digni sunt quam qui frustra stimulante conscientia imbecillitati suae succumbens eiusmodi potus adhibet, ceterisque carnis necessitatibus obtemperat.

Sed alia sunt quamplurima in quibus iste sectatores suos ore mendacissimo decepit. Quid enim ab eo non ridiculum est allatum? Cap. XXXIII. Cuiusmodi est herbarum stirpiumque ac leguminum semina animas esse credere. Quod quam absurdum sit ad illius refutandas ineptias demonstrare conabimur. Etenim si lentis exempli caussa, vel faseoli, vel ciceris aliaque grana id genus animae sunt, itemque eadem et tauri sit anima, laudandi magis ii sunt ex eorum sententia qui carnibus vescuntur quam qui severioris vitae instituta sectantur. Hoc enim, ut illius fabula continet, metuere videtur, ne, si animatis rebus utatur, velut animalibus ac ceteris, horum similis existat. Atqui contrarium potius accidit. Demus enim quinquagenos, vel centenos tauri unius carnibus nutriri, omnes illi, ut iste quidem nugatur, et a nobis refellendi gratia dicendum est, unius duntaxat animae rei sunt. At qui seminum granis pascitur, tricenarum vel quadragenarum uno haustu absumptarum reus est. Ita nihil non ab eo ridiculum et inane proponitur.

Nec enim ullus est qui paululum rerum divinarum intelligentia sit praeditus, cui non ex sana doctrina plana ac manifesta sint veritatis indicia. Quippe salvatore nostro nihil ad hominum vitam declarandam esse potest verius. Iste vero nobis barbarus Persa, ingenioque servus (nam alioqui nihil ei corporis servitus obesset) hoc inquam asserit, aequales omnes animas esse, et in omnibus unicam reperiri, tam hominibus scilicet quam pecudibus, feris, avibus, serpentibus, animalibus, volucribus, piscibus, bestiis, herbarumque seminibus, et arboribus, ceterisque quae videri oculis possunt. At non istud nobis a domino significatum est. Nam si ita esset, cum ad humani generis salutem advenit, pecudes quoque sanasset, iisque curam ac cultum adhibuisset, ac mortuas bestias rursum ad vitam excitasset. Atqui longe alia narravit, nec istud unquam docuit. Absit. Si quidem hominum se animis salutem tribuere profitetur, quam hoc aenigmate breviter complexus est, cum dixit, *Non veni* Matth. 15, 24.
nisi propter ovem quae perierat. Quibus verbis universam hominis naturam intelligit. Quidnam vero praeterea scriptum est? *Curabat.* Matth. 4, 34.

5. *Excidit aliquid, ni fallor; est enim intolerabile anacoluthi genus. Suspicor ita fere rescribendum esse* τραφήσονται. Παίζω κατὰ τὴν αὐτοῦ ματαίαν συκοφαντίαν. Ὅμως *cett. Olim putaveram* τραφήσονται, ὡς κ. τ. αὐτοῦ μ. συκοφαντίαν (ὅμως πρὸς ἔλ. λεκτέον) οἱ πεντήκοντα, *deleta particula* ὅτι.

6. ἢ οἱ καὶ *cod. Rhedig.*

7. ἣ *reposui pro* ἦν, *quod libri habent tam scripti quam editi.* ὃ *volebat Petavius.*

πάντας, οὓς ἔφερον αὐτῷ, σεληνιαζομένους καὶ κατεχομένους ἐν ποικίλαις νόσοις. Προςέφερον αὐτῷ τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, παραλυτικοὺς, ἀναπήρους, καὶ ἐπὶ πάντας ἥπλου τὴν αὐτοῦ εὐεργεσίαν τε καὶ ἰατρείαν, οὐδαμοῦ δὲ γέγραπται ὅτι προςήνεγκαν αὐτῷ ζῶα. Εἶτα πάλιν ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη τῆς [8] Γεργεσηνῶν, ὡς ὁ Μάρκος λέγει, ἢ ἐν τοῖς ὁρίοις τῶν Γεργεσηνῶν, ὡς ὁ Λουκᾶς φησι, ἢ Γαδαρηνῶν, ὡς ὁ Ματθαῖος, ἢ [9] Γεργεσαίων, ὡς ἀντίγραφά τινα ἔχει (τῶν γὰρ τριῶν κλήρων ὁ τόπος ἀνὰ μέσον ἦν), καὶ ἰδοὺ δύο δαιμονιζόμενοι χαλεποὶ λίαν, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, καὶ ἔκραζον λέγοντες, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, [10] Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ, ὅτι πρὸ καιροῦ ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. Ἦν δὲ ἀγέλη χοίρων ἐκεῖ βοσκομένη, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ δαίμονες λέγοντες, Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησαν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπώλοντο ἐν τοῖς ὕδασιν. Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν. Καὶ ἐν μὲν τῷ Ματθαίῳ περὶ δύο λέγεται δαιμονιζομένων, χοίρους δὲ σημαίνει ἁπλῶς, καὶ οὐ τὸν ἀριθμὸν δηλοῖ. Ὁ δὲ Μάρκος καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν χοίρων διηγήσατο εἰπὼν ὅτι, Ἦλθε δὲ εἰς τὰ μέρη τῆς Γεργεσηνῶν, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ δαιμονιζόμενος, ὃς ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι σιδηραῖς, καὶ διέσπα τὰ δεσμὰ, καὶ ἐν τοῖς μνημείοις διῆγε, καὶ ἔκραζεν, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, [11] Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. Καὶ ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, τί σοι ὄνομά ἐστι; καὶ εἶπεν ὅτι, Λεγεὼν, ὅτι πολλὰ δαιμόνια εἰςῆλθεν εἰς αὐτόν. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, μὴ ἀποσταλῆναι ἔξω τῆς χώρας, ἀλλὰ εἰςελθεῖν εἰς τοὺς χοίρους· ἦν γὰρ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων βοσκομένη, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εἰςελθεῖν εἰς τοὺς χοίρους. Καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, ἦσαν γὰρ ὡς διςχίλιοι, καὶ ἐπνίγησαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ οἱ βόσκοντες αὐτοὺς ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν ἐν τῇ πόλει. Ἆρα οὖν δι' ἄγνοιαν ἠρώτα ὁ θεὸς λόγος, ὁ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ οὐκ ᾔδει τὸ
pag. 651. ὄνομα τοῦ δαιμονίου πρὶν ἐρωτῆσαι; ἀλλὰ εἴωθε τὸ θεῖον ἐκ στόματος τῶν ἐρωτωμένων τὰς προφάσεις ἑκάστης ὑποθέσεως ἐκδήλους παρασκευάζειν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἵνα δείξῃ τὸ φοβερὸν καὶ τὸ πλῆθος τῶν δαιμόνων, τὸ ἐρώτημα ποιεῖται, ἵνα ἐκ στόματος ἐκείνου τὸ θαυμαστὸν ἔργον ὑποδειχθήσεται. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ δαίμονες λέγοντες, Μὴ πέμψῃς ἡμᾶς εἰς τὴν ἄβυσσον, ἀλλ' ἐπίτρεψον ἡμῖν ἵνα εἰςέλθωμεν εἰς τοὺς χοίρους. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς. Καὶ [12] ἐξῆλθον

8. γεργεσθῶν *codd. mss. uterque.* Gergesthorum *vertit Cornarius. Bene Coteler. ad Hesychii Quaestt. in Eccl. Gr. Monum. tom. III, pag.* 520: „temere arguitur sanctus doctor, in tanta exemplarium omnis aetatis varietate. Deinde verisimilius fit scripsisse eum secundo Γερασηνῶν, ut tres sortes faceret, Gergesenorum, Gerasenorum, et Gadarenorum, quam bis Γεργεσηνῶν, quasi Gergeseni a Gergesaeis distinguerentur, idque in eodem confinio.“ *Meliorum exemplarium ope destitutus interim mutare quicquam non audeo.*

9. γεργεσσωῶν *ed. princ.*

10. υἱὲ τοῦ θεοῦ ἰησοῦ *cod. Rhedig.*

11. *Voc.* Ἰησοῦ *non habet cod. Rhedig.*

12. εἰςῆλθον εἰς τοὺς χοίρους, *omissis verbis* οἱ δαίμονες, *cod. Rhedig.*

inquit, *omnes quos offerebant sibi, lunaticos, et variis morbis affectos.* Cum enim caecos, surdos, incurvos, paralyticos, mancos ad eum adducerent, omnibus beneficium suum ac sanitatem largiri solebat, nusquam vero scriptum est pecudes eidem oblatas. Praeterea cum ad Gergesenorum regionem venisset, ut Marcus asserit, aut ad eorum fines, ut Lucas scripsit, aut Gadarenorum, ut Matthaeus, sive Gergesaeorum, ut exemplaria quaedam praeferunt (erat enim trium sortium in medio locus ille positus), *Ecce*, inquit, *dae-* Matth. 8, 29.
moniaci duo difficiles valde e monumentis egressi clamabant dicentes, Sine, quid nobis et tibi, Iesu fili dei, quoniam ante tempus venisti torquere nos? Novimus te qui sis, sanctus dei. Erat autem grex porcorum, qui illic pascebatur, et rogabant eum daemones dicentes, Si eiicis nos ex hominibus, mitte nos in porcos. Et irruerunt in mare, et perierunt in aquis. At pastores fugerunt, et nuntiarunt in urbem. Apud Matthaeum daemoniaci duo fuisse dicuntur. Idem porcos simpliciter concipit, neque numerum exprimit. Marcus vero etiam porcorum numerum accuratius exponit. *Venit autem*, inquit, *in partes* Marc. 5. 1.
Gergesenorum, et occurrit ei daemonium habens, qui alligatus erat catenis ferreis, et disrumpebat vincula, et in monumentis degebat, et vociferabatur, Sine, quid nobis et tibi, Iesu fili dei? Venisti ante tempus torquere nos. Et interrogavit ipsum Iesus, Quod est tibi nomen. Et dixit, Legio, quoniam multa daemonia intraverant in ipsum. Et rogabant ipsum, ne emitterentur extra regionem, sed ut in porcos ingrederentur; erat enim illic grex porcorum qui pascebatur: et permisit ipsis ingredi in porcos, et irruit grex per praeceps in mare; erant enim quasi duo millia, et suffocata sunt in mari. Et qui pascebant ipsos fugerunt, et nuntiarunt in civitatem. Num vero dei verbum, quod propter nos hominem se fecit, eiusmodi quiddam ex ignorantia sciscitabatur, neque daemonis nomen noverat antequam interrogaret? Verum ita deus facere consuevit, ut ex illorum quos interrogat ore cuiusque negotii rationes occasionesque patefaciat. Quamobrem et illic quoque, ut quam terribiles, quantoque numero daemones essent indicaret, interrogare prius voluit, ut ex illius ore admirabile facinus illud ostenderetur. *Daemones porro rogabant* Marc. 5, 13.
ipsum, Ne mittas nos in abyssum, sed permitte nobis, ut ingrediamur in porcos, et permisit ipsis. Et exierunt daemones, et intraverunt in

οἱ δαίμονες εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπώλοντο ἐν τοῖς ὕδασιν.

Κεφ. λδ'. Ὢ μεγάλης θεοῦ φιλανθρωπίας. Πῶς τὸ μὲν ψεῦδος ἐλέγχει, τοῖς δὲ δούλοις αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν ὑποδεικνύει δι' ἔργων καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς ἐπιμελείας. Ἔργῳ γὰρ ἔδειξεν οὐχὶ τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶναι ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τοῖς κτήνεσι καὶ ἐν τοῖς ζώοις. Εἰ γὰρ ἡ αὐτὴ ψυχὴ ὑπῆρχε, τίνι λόγῳ ἕνα μὲν βουλόμενος καθαρίσαι, ἢ μίαν ψυχὴν σῶσαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ δαιμωνῶντος, διςχιλίας ὁμοῦ ψυχὰς ἀπολέσαι οὐκ ἐφείσατο; [1] εἰ ἡ αὐτὴ ἦν, πῶς τὸν ἕνα καθαρίζει, ἢ τὴν μίαν ψυχὴν, εἰς δὲ τὰ ἄλλα σώματα, εἴτ' οὖν ψυχὰς, ἐπιτρέπει τοὺς δαίμονας εἰςέρχεσθαι; οὐκ ἔστι δῆλα τὰ τοῦ φωτὸς ἔργα; [2] οὐκ ἐν φωτί εἰσι οὗτοι οἱ λόγοι εἰργασμένοι; οὐ τῆς ἀληθείας τὸ πρόσωπον φαιδρόν; οὐχὶ πάντα λεῖα τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν; τίς ταῦτα ἀκούσας καὶ συγκρίνας οὐκ ἐλέγχῃ τὸν Μάνην καττύοντα ἃ μὴ δεῖ εἰς τὸ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἐκ τοῦ ὄντος διαστρέφειν; Ἀλλὰ πάλιν οἱ ἀλιτήριοι· ἀκήκοα γὰρ καί τινος οὕτω διαλεγομένου. Ὡς παρ' ἡμῶν ἤκουσε ταυτηνὶ τὴν πραγματείαν, στραφεὶς ὁ κτηνώδης ἐνόμισε μή πη ἄρα [3] δύναται κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, καὶ χλεύης ἔμπλεα ῥήματα ἑαυτῷ προβαλλόμενος [4] ἐνόμισε τὰ ἀληθινὰ τῷ ψεύδει μηχανᾶσθαι, καί [5] φησι, Ἀλλὰ διενήνοχε τοῖς χοίροις τὸ τεθνάναι· ἀπηλλάγησαν γὰρ αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τῶν σωμάτων, καὶ ἐσώθησαν. Καὶ πολλὴ ἄνοια τῶν μὴ βλεπόντων καὶ τὴν διάνοιαν τυφλωττόντων, μηδὲ εἰς αἴσθησιν ἀκοῆς τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα λαμβανόντων. Εἰ γὰρ ὅλως τὸ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῆναι τὰς ψυχὰς σωτηρίαν ἡγεῖται, ἔδει μᾶλλον τὸν σω-
pag. 652. τῆρα [6] ἀποστεῖλαι τὸν δαιμονῶντα ἄνθρωπον, ἵνα σωθῇ ἡ ψυχὴ ἀπὸ σώματος ἀνθρώπου ἀπαλλαγεῖσα. Οὐκοῦν ἠγάπα μᾶλλον τὰς ψυχὰς τὰς ἐν τοῖς χοίροις ὑπὲρ τὴν ψυχὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου. Τίνι γὰρ τῷ λόγῳ οὐχὶ [7] καὶ τὸν ἄνθρωπον μετὰ τῶν χοίρων ἐπέτρεψεν ἐμβληθῆναι εἰς θάλασσαν καὶ ἀποθανεῖν, εἰς τὸ τὰς ψυχὰς ὅλας τοῦ τε ἀνθρώπου καὶ τῶν χοίρων καθαρίσαι καὶ σῶσαι; Ἀλλ' οὐχ οὕτως [8] εἴδομεν, ἀλλὰ Λάζαρον μὲν ἀπὸ μνημείου τεταρταῖον καλεῖ καὶ ἐγείρει, καὶ εἰς κόσμον ἐπιστρέφει, οὐ πονηρίαν αὐτῷ προξενῶν, οὐδέ τι ἀβέλτερον αὐτῷ ἐργαζόμενος. Ἠγάπα γὰρ τὸν Λάζαρον, φησὶ ἡ γραφή. Ὃν ἠγάπα

porcos, et irruit grex porcorum per praecipitium in mare et perierunt in aquis.

O singularem dei benignitatem! quam bene mendacium redar- Cap. XXXIV.
guit, ac servis suis tam factis quam verbis et in omni administratione providentiaque sua veritatem demonstrat! Hoc enim re ipsa significavit, non eandem animam in hominibus, ac pecudibus, et reliquis animantibus inesse. Nam si eadem in illis foret anima, cur qui unum repurgare vellet, aut unam servare correpti a daemonibus hominis animam, duobus animarum millibus non pepercit? Cur unum hominem, sive unam animam ita perpurgat ut in alia corpora, vel animas daemones ingredi permittat! Numquid lucis manifesta sunt opera? non luce palam quae illic narrantur perfecta sunt? nonne hilaris ac splendida veritatis est facies? nonne plana sunt intelligentibus omnia, rectaque iis qui scientiam repererint? Quis haec audiens et apud se perpendens non Manem illum reprehendat, qui ea quae minime oportet consuat, quo hominum mentes a veritate detorqueat? At enim pergunt nefarii. Audivi enim quendam ex illis hoc modo disputantem. Qui cum hanc a nobis ratiocinationem accepisset, conversus in sese pecudis homo similis cogitare coepit, ecquid adversus divinam illam veritatem posset obiicere. Proinde vanum ac ridiculum quiddam opponens mendacio veritatem evertere se posse crediderat. Sic igitur asserebat: utilem porcis mortem illam fuisse. Ita enim a corporibus liberatae ac servatae sunt animae. Sed istiusmodi hominum qui nihil vident et mente caeci sunt, neque quid dicant audire ipsimet videntur, insignis est vecordia. Nam si liberare a corporibus animas salutare esse putat, longe consultius salvator egisset, si correptum a daemonibus hominem ablegasset, ut ab hominis corpore liberata tandem anima salutem obtineret. Ergo animas illas, quae in porcis inerant, pluris hominis anima faciebat. Cur enim non et hominem in mare cum porcis praecipitare et extingui passus est, quo universas animas tam hominis scilicet quam porcorum, repurgaret ac servaret? Verum longe aliter istud intelligimus. Siquidem Lazarum e monumento quatriduanum evocat, atque excitat, et in mundum reducit; nec utique mali quicquam eo facto conciliare voluit, aut absurdum ei aliquid
ineptumque facere. *Amabat enim Lazarum*, ait scriptura. Quem Ioann. 11,36.

Cap. XXXIV. — 1. *Vulgo distinctum legitur* ἐφείσατο, εἰ ἡ αὐτὴ ἦν: πῶς *cett. Suspicor scribendum esse* ἐφείσατο; ἢ εἰ ἡ αὐτὴ ἦν, πῶς *cett. Cornarius vertit:* — perdere non pepercit? Et si eadem esset, quomodo unum mundat *cett.*

2. οὐκ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

3. *Fortasse* τι δύναται. *De structura haec tibi profero exempla, haer.* 51, 3. ἐλέγομεν ἂν, μή πη ἄρα κατὰ ἀκριβολογίαν τοῦτο ποιοῦνται., *ibid.* 32. νομίζοντες, μή πη ἄρα δύνανται., *ibid.* 34. ἐνόμισαν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, μή πη ἄρα γελοῖόν ἐστιν., *haer.* 61, 5. νομίσωσιν -- μὴ -- ταῦτα διετάξατο., *haer.* 69, 30. νομίσαι, μὴ --- ὁ μονογενὴς ἦλθε., *ibid.* 59. νομίζουσι -- μὴ ἄρα - εἴρηται.

4. *Hoc alterum* ἐνόμισε *uncinis inclusit Petavius.*

5. φησὶ, ἀλλὰ φησὶ διενήνοχε *cod. Rhedig.*

6. *Intellege* εἰς τὴν θάλασσαν. *Petavius suspicabatur* ἀποκτεῖναι.

7. καὶ ἄνθρωπον μετὰ χοίρων *cod. Rhedig.*

8. Vidimus, *intell.* fieri. *Alioquin dicendum fuisset* οἴδαμεν.

τοίνυν, πῶς ἐν τῇ σαρκὶ ἀνακάμψαι ἐποίει, εἴπερ πονηρὰ ἡ σάρξ; Πῶς δὲ οὐκ εἴασε μᾶλλον τὸν ἅπαξ ἀποθανόντα καὶ ἀπὸ σώματος σωθέντα; Καὶ μή τις νομίσῃ τὸν Λάζαρον εὐθὺς πάλιν τετελευτηκέναι. Δείκνυσι γὰρ σαφῶς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ὅτι ἀνέκειτο ὁ Ἰησοῦς καὶ ὁ Λάζαρος ἀνέκειτο μετ' αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐν Παραδόσεσιν εὕρομεν ὅτι τριάκοντα ἐτῶν ἦν τότε ὁ Λάζαρος ὅτε ἐγήγερται· μετὰ δὲ τὸ [9] ἀναστῆσαι αὐτὸν ἄλλα τριάκοντα ἔτη ἔζησε, καὶ οὕτω πρὸς κύριον ἐξεδήμησε, [10] καὶ κοιμηθεὶς ἐκλίθη μετὰ σεμνοῦ ὀνόματος, καθάπερ πάντες ἕως τῆς ὥρας τῆς ἀναστάσεως, ὅτε μέλλει ὁ μονογενὴς, ὡς ὑπέσχετο, ἀποκαθιστᾶν τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, καὶ τὴν ψυχὴν τῷ σώματι, καὶ διδόναι ἑκάστῳ καθὰ ἔπραξεν, ἤτοι ἀγαθὸν, ἤτοι φαῦλον.

Κεφ. λε'. Εἰ μὴ γὰρ σωμάτων ἀνάστασις ἦν, πόθεν βρυγμὸς ὀδόντων; Ἀλλὰ μὴ πάλιν τὰ τῆς φρενοβλαβείας τινὲς εἴπωσιν, ὅτι ὀδόντες ἐπὶ τὸ μασᾶσθαι ἡμῖν εἰσι κατεσκευασμένοι. Ποίαν τοίνυν ἐδωδὴν μέλλομεν ἐσθίειν μετὰ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν; εἰ γὰρ μετὰ ἀνάστασιν δεύτερον βέβρωκεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου, καὶ συνηλίσθη τοῖς μαθηταῖς δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, ἆρα οὐκ ἔσται βρῶσις; Καὶ περὶ μὲν βρώσεως σαφές ἐστιν ὅτι, Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡ ὑπόσχεσις ὅτι, Ἔσεσθε καθήμενοι ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ πατρός μου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες. Καὶ τὸ μὲν ἐσθίειν καὶ πίνειν αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσται, ἐπειδὴ, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ
pag. 653. θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐφθάσαμεν ἐπὶ τῷ τόπῳ [1] τούτῳ τὰς διαφορὰς τῶν ψυχῶν ὑφηγούμενοι, [2] κᾆτα ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ὑποδείγματος ἐντελοῦς ὄντος ὅτι ἄλλη μὲν ψυχὴ ἀνθρώπου, ἄλλη δὲ κτήνους, καὶ οὐκ ἦλθε σῶσαι τὴν ψυχὴν τοῦ κτήνους, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου, διότι τὰ κτήνη οὐ κρίνεται. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κληρονομοῦσι βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ἄνθρωποι κρίνονται. Ἀπελεύσονται γὰρ οὗτοι εἰς κρίσιν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, φησὶ ὁ μονογενής.

Κεφ. μ'. Τί δὲ οἱ τὰ ζητήματα κατοπτεύοντες; Ἐπὰν φθάσωσι, καὶ μὴ καταλάβωσι τοῦ ῥητοῦ τὴν σαφήνειαν, ἀσχάλλουσιν ἀντίθετα ἑαυτοῖς διανοούμενοι, ἤπερ χρήσιμα ἑαυτοῖς θηρώμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ματθαῖός φησι, Δύο δαιμονιζόμενοι, ὁ δὲ Λουκᾶς περὶ ἑνὸς διηγεῖται.

9. *Mallem* ἀναστῆναι. *In seqq.* πρὸς τὸν κύριον *cod. Rhedig.*

10. καὶ κοιμηθεὶς ἐκλίθη *emendatio est Gatakeri l. l. p. 800. Petavio placuit* (*quod nec Gatakerus improbabat*) καὶ κοιμηθεὶς ἐκλήθη. *Libri habent* κοιμηθεὶς ἐκλήθη, *omissa particula* καί.

Cap. XXXV. — 1. τούτῳ *om. ed. Petav.* — *Pro* ἐφθάσαμεν *in cod. Rhedig. est* ἔφθασα μέν.

2. κᾆτα *mea correctio est, cum libri habeant* καὶ τά. *Apodosis incipit verbis* καὶ οὐκ ἦλθε.

igitur amabat, cur in carnem, si ea mala est, regredi voluit? cur non mortuum illum semel exsolutumque corpore ita uti erat reliquit? Nec est quod sibi quisquam persuadeat Lazarum subinde esse mortuum. Hoc enim evangelium aperte declarat, accubuisse postea Iesum, et cum eo Lazarum similiter accubuisse. Quin et illud inter Traditiones reperimus, triginta tum annos natum fuisse Lazarum, cum a mortuis excitatus est. Atque idem ille postea triginta aliis annis vixit: atque ita mortuus ad dominum rediit, et cum illustri nominis fama vocatus est, ut et ceteri omnes ad ultimae resurrectionis usque tempus, quando, ut pollicitus est, unigenitus dei filius corpus animae, corporique restituit animam, et *unicuique prout gessit, sive bonum, sive malum*, rependet. 2. Cor. 5, 10.

Etenim nisi corporum futura esset aliquando resurrectio, quid ille sibi vellet *dentium stridor?* Nec est quod aliqui insanis illis vocibus obstrepant, dentes nobis ad mandendum esse fabricatos. Ecquid vero cibi post mortuorum resurrectionem comedemus? Verum cum post resurrectionem Iesus secundo cibum manducaverit, ac de *assato pisce et favo mellis comederit*, nec non et cum *discipulis quadraginta diebus cibum sumpserit*, nonne cibum illo quoque tempore futurum putabimus? Quamquam de cibo perspicuum inde est quod scribitur, *Beatus qui manducabit panem in regno coelorum.* Imo et ipsius domini haud obscura promissio, *Sedebitis ad mensam patris mei, comedentes et bibentes.* Sed quod ad cibum illum potumque pertinet, solus ille novit, quandoquidem *quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit deus diligentibus se.* Sed haec obiter loci huius occasione proposuimus, cum animarum discrimen explicaremus, idque ex rei veritate et exemplo illo longe aptissimo comprobaremus, nimirum aliam esse hominis, aliam pecudis animam, nec ut pecudis animam servaret, sed hominis duntaxat, advenisse Christum, quoniam pecudes minime iudicantur. Nam homines quidem et regni coelorum hereditatem assequuntur, et in iudicium vocantur. *Ibunt enim*, inquit, *ii in iudicium aeternum, et ii in vitam aeternam.*

Cap. XXXV. Matth. 8, 12. Luc. 24, 42. Act. 1, 3. Luc. 14, 15. Luc. 22, 30. 1. Cor. 2, 9. Matth. 25, 46.

Quid ad haec isti quaestionum indagatores? Scilicet cum eo pervenerint, neque verborum sententiam assecuti fuerint, indignantur, ac repugnantia quaedam fingere sibi malunt quam fructum utilitatemque requirere. Matthaeus enim duos a daemone correptos fuisse memorat, Lucas unius duntaxat mentionem facit. Sed et

Cap. XL. Matth. 8, 28. Luc. 8, 27.

Καὶ γὰρ εἷς τῶν εὐαγγελιστῶν λέγει ὅτι οἱ λῃσταὶ οἱ συνεσταυρωμένοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, ὁ δὲ ἄλλος οὐχὶ ὅτι μόνον οὐκ ἐβλασφήμουν οἱ ἀμφότεροι, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν τοῦ ἑνὸς σημαίνει. Καὶ γὰρ ἐπετίμα τῷ ἑτέρῳ, καὶ ἔλεγεν ὅτι, Οὐ φοβῇ σὺ τὸν θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν, οὗτος δὲ ὁ ἅγιος οὐδὲν ἐποίησε; καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐπεφώνει λέγων, Μνήσθητί μου, Ἰησοῦ, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, καὶ τοῦ σωτῆρος πρὸς αὐτὸν εἰπόντος ὅτι, Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἔοικε δὲ ταῦτα ὡς διαφωνίαν ἔχοντα ἐν τῇ γραφῇ. Ἀλλὰ πάντα λεῖα ὑπάρχει. Κἄν τε γὰρ ἐν τῷ Ματθαίῳ δύο εἰσὶ δαιμονιζόμενοι, παρὰ τῷ Λουκᾷ οἱ αὐτοὶ ὑπάρχουσιν. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ εἴωθεν ἡ γραφὴ προφάσεις διδόναι τῶν εἰργασμένων, τούτου ἕνεκα οὐ μνημονεύει Λουκᾶς τῶν δύο, ἀλλὰ τοῦ ἑνός. Δύο μὲν γὰρ ἦσαν οἱ ἀπὸ τῶν [1] δαιμονίων τεθεραπευμένοι, εἷς δὲ παρέμεινε τῇ πίστει, ὁ δὲ ἕτερος ἐξώκειλε. Διὰ τοίνυν τὴν παραμονὴν τῆς πίστεως ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ, ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, εἰς οἷον ἀπήρχετο τόπον. Τούτου ἕνεκα τὸν ἕνα παρέλιπε, καὶ τοῦ ἑνὸς τοῦ ἐν βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐπεμνήσθη. Καὶ οὐδὲν ἐναντιοῦται πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν.

Κεφ. μα΄. Ἤδη δὲ καὶ ἑτέραν πρόφασιν ὁμοίαν ταύτης τῆς ὑποθέσεως τὸ εὐαγγέλιον διηγεῖται, ὡς ὑπὸ ἑνός. Ὁ κύριος δέκα λεπροὺς ἐκαθάρισε, καὶ οἱ ἐννέα ἀπελθόντες οὐκ ἔδωκαν δόξαν τῷ θεῷ. Ὁ δὲ εἷς (pag. 654) ὑποστρέψας ἔμεινεν, ὁ καὶ ὑπὸ κυρίου ἐγκωμιαζόμενος, καθὸ ἔφη, Δέκα λεπροὶ ἐκαθαρίσθησαν, διὰ τί [1] οὐδὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπέστρεψε δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, ἀλλὰ μόνος οὗτος ὁ ἀλλογενής; Καὶ ὁρᾷς ὅτι διὰ τὸ εὐαίσθητον καὶ τῆς εὐγνωμοσύνης ἔργον τοῦ ἑνὸς ἀντὶ τῶν δέκα μνημονεύει. Ὡσαύτως δὲ ἐπειδὴ ὁ εἷς εὐαγγελιστὴς περὶ λῃστῶν ἐμνημόνευσεν. Εἰώθαμεν γὰρ τὰ ἑνικὰ πληθυντικὰ λέγειν, καὶ τὰ πληθυντικὰ ἑνικά. Φάσκομεν γὰρ ὅτι, Διηγησάμεθα [2] ὑμῖν, καὶ [3] Ἑωράκαμεν ὑμᾶς, καὶ Ἥκομεν πρὸς ὑμᾶς. Καὶ οὐ δύο οἱ λέγοντες, ἀλλὰ εἷς ὁ παρών. Ὁ δὲ εἷς κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς χρήσεως ἐκ προσώπου πολλῶν πληθυντικῶς διηγεῖται. Οὕτω πληθυντικῶς περιείληφεν ἡ τοῦ [4] εὐαγγελίου ὑπόθεσις, ὁ δὲ ἕτερος διηγεῖται ὅτι εἷς μὲν ἦν ὁ βλάσφημος, ὁ δὲ εἷς ἐξωμολογεῖτο καὶ ἔτυχε σωτηρίας. Καὶ ὁρᾷς ὡς πάντα τὰ τῆς ἀληθείας σαφῆ ὑπάρχει, καὶ οὐδὲν ἐναντίον ἐν τῇ γραφῇ. Ἀλλὰ πάντα [5] ταῦτα τὴν γραφὴν διεξιόντες εἰς πλάτος ἠλάσαμεν, ὡς οἶμαι, τοῦ λόγου τὸ διήγημα. Καὶ γένοιτο μὲν ἡμᾶς κάμνειν τῷ πλάτει τοῦ

Cap. XL. — 1. δαιμόνων cod. Rhedig.

Cap. XLI. — 1. οὐδεὶς ἀπ᾽ αὐτῶν cod. Rhedig.

2. ὑμᾶς *vitiose est in ed. Petav. Col. repet.*

3. *Verba* ἑωράκαμεν ὑμᾶς, καὶ *desiderantur in ed. Petavii. Colon. repet.*

evangelistarum alter, *Latrones*, inquit, *qui crucifixi erant cum eo,* Luc 23, 39.
blasphemabant ipsum, alter nedum utrumque blasphemasse dicit, sed et unius defensionem commemorat. *Increpabat enim*, inquit, *alterum, ac dicebat, Neque tu times deum, quoniam in eadem damnatione sumus, hic autem sanctus nihil egit?* deinde ita dominum compellat: *Memento mei, Iesu, cum veneris in regnum tuum. Cui ille respondit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Quae tametsi discrepare nonnihil in scriptura videantur, nihilominus plana sunt omnia. Nam quod ad arreptitios attinet, licet apud Matthaeum duo fuisse narrentur, iidem nihilominus sunt de quibus Lucas mentionem facit; sed haec videlicet est scripturae consuetudo, ut eorum quae geruntur rationes et occasiones innuat; ob id non duos, sed unum Lucas nominatim exprimit. Fuere quidem illi duo a daemonum vexatione soluti; sed unus duntaxat in fide perstitit, alter ab ea excidit. Quare quod ille constanter in fide maneret, *sequebatur Iesum*, ut in evangelio scriptum est, *quocumque pergeret.* Hinc est quod altero praetermisso unius duntaxat Lucas meminit, qui coelorum in regno perseveravit, neque quidquam habet ad investigandam veritatem absonum ac diversum.

Nec dissimilis huic de quo agimus argumenti est quod in evan- Cap. XLI.
gelio narratur, utpote ab eodem auctore profecto. Decem leprosos dominus purgaverat, e quibus *novem abeuntes non dederunt gloriam deo*, unus duntaxat rediens permansit, qui a domino propterea commendatur his verbis: *Decem leprosi mundati sunt? Cur nemo ex iis* Luc. 17, 18.
reversus est, qui daret gloriam deo, nisi solus hic alienigena? Viden' ut ob eius gratum animum ac beneficii sentientem non decem, sed unius meminerit? Qua ratione et illud intelligendum est quod de latronibus evangelista commemorat. Solemus enim singularia nonnunquam numero multitudinis efferre, et contra pluralia singulari, velut cum dicimus, Narravimus vobis, et, Vidimus vos, et, Venimus ad vos, cum interim non plures sint, sed unus duntaxat qui loquitur; verum unus communi loquendi consuetudine ex plurium persona sermonem instituit. Sic ab uno evangelista pluralis usurpatus est numerus, alter vero unum e latronibus in Christum maledicum fuisse docet, alterum vero confessum ac salutem fuisse consecutum. Animadvertis, opinor, quam aperta sit in omnibus veritas, neque quidquam sit in scriptura contrarium ac repugnans. Verum enimvero dum haec e scripturis deprompta latius exponimus, longius est a nobis sermo prolatus. Quamquam velim equidem in

4. *Fortasse* εὐαγγελιστοῦ.

5. *Fortasse* ταῦτα κατὰ τὴν γραφὴν διεξ.

λόγου, ἐλέγχειν δὲ τοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας, εὐφραίνειν δὲ τοὺς υἱοὺς
ταύτης διὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἰατρικῶν φαρμάκων.

Κεφ. μβ'. Εἶτα πάλιν εἴδωμεν τὰ ἕτερα τοῦ ἀγύρτου. Φάσκει γὰρ τὰς δύο
διαθήκας ἐναντίας πρὸς ἀλλήλας, καὶ τὸν θεὸν τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ
νόμῳ ἕτερον ὄντα παρὰ τὸν θεὸν τοῦ εὐαγγελίου. Κἀκείνῳ μὲν ὄνομα
Ἄρχοντος τίθησιν, [1] ὧδε δὲ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα Ἀγαθὸν θεὸν
ἑαυτοῦ λέγει. Καὶ εἴθε ἠλήθευε, καὶ οὐ σφαλλόμενος καθ' ἑαυτοῦ
ἐβλασφήμει. Τῷ δὲ [2] αὐτῷ λόγῳ καὶ αὐτοὶ συμφωνοῦμεν, ὅτι ἀγα-
θοῦ πατρὸς τὸ ἀγαθὸν γέννημα, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸς ἐκ θεοῦ, θεὸς
ἀληθινὸς ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ἦλθε πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ. Εἰς
τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οὐκ εἰς τὰ ἀλλότρια· οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.
Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκε αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι,
οἳ οὐκ ἐξ αἵματος, οὐδὲ ἐκ σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. Καὶ
τοί γε οὐδεὶς ἐν τῷ κόσμῳ ἄνευ σαρκὸς ἐγεννήθη καὶ αἵματος, ἀλλὰ
πάντες μέτοχοι σαρκὸς καὶ αἵματος γεγόνασι. Τί γὰρ ἦσαν, πρὶν ἢ
pag. 655. ἐν σαρκὶ γεννηθῶσιν; ἢ τί δυνάμεθα εἶναι ἄνευ σαρκός; ἐπειδὴ δὲ ὁ
κόσμος ἐκ θεοῦ γέγονε, καὶ ἡμεῖς κτισθέντες ἐκ σαρκὸς μέν ἐσμεν γε-
γεννημένοι πατέρων καὶ μητέρων, ἦλθεν ὁ κύριος γεννῆσαι ἡμᾶς ἐκ
πνεύματος καὶ πυρός. Ἐγεννήθημεν γὰρ, καὶ ἔστιν ἀληθὲς, καὶ οὐ
δύναταί τις ἀρνήσασθαι τὴν πρώτην γέννησιν, οὐδὲ τὸ ἐκ σαρκὸς εἶ-
ναι. Τὴν δὲ δευτέραν γέννησιν οὐκ ἐκ σαρκὸς γεγεννήμεθα, οὐδὲ ἐξ
αἵματος, τουτέστιν οὐ τῇ ἀποχρήσει τῆς σαρκὸς κεχρημένοι καὶ τοῦ
αἵματος, ἀλλὰ σάρκα καὶ ψυχὴν ἐν πνεύματι γεγεννημένοι μηκέτι σαρ-
κικὴν οὖσαν, ἀλλὰ αἷμα καὶ σάρκα καὶ ψυχὴν πνευματικῶς συνηνω-
μένα. Τουτέστιν, Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς
μεταβάλλουσι τὴν γνώμην, καὶ διὰ σαρκὸς καὶ αἵματος καὶ ψυχῆς θεῷ
[3] εὐαρεστήσασιν. Ὁ γοῦν εἰς τὰ ἴδια ἐλθὼν οὐκ ἀλλότριός ἐστιν, ἀλλὰ
δεσπότης πάντων. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει, Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις,
Ἰδοὺ πάρειμι. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἔφη, Εἰ Μωϋσεῖ ἐπιστεύετε, ἐπι-
στεύετε ἂν ἐμοὶ, ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε· καὶ, Ἀβραὰμ ὁ πα-
τὴρ [4] ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἰδεῖν τὴν ἡμέραν μου, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη·
καὶ, Οὕτως οἱ πατέρες ὑμῶν ἐποίουν τοῖς προφήταις· καὶ, Μακάριοί
ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσι ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι καθ' ὑμῶν πᾶν πονηρὸν ψευ-
δόμενοι. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς
οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωκον τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν καὶ ἄλ-
λοτε, Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτένουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα
τοὺς ἀπεσταλμένους, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου; Τὸ

Cap. XLII. — 1. ὧδε δὲ *ego.* *Libri habent* ᾧ δὲ. *Petavius suspicabatur* τῷδε. *Satius sane fecisset, si* τοῦ δὲ (*intell.* εὐαγγελίου).
2. *Fortasse* αὐτοῦ.
3. εὐαρεστήκασιν *cod. Rhedig.*
4 ὑμῶν *codd. mss. uterque.* ἡμῶν *editi libri.*

producenda longius oratione laborare, dum et veritatis hostes refel-
lantur, et eiusdem filii veritatis medicamentis ac remediis dele-
ctentur.

Nunc circulatoris illius reliqua videamus. Duo testamenta sibi Cap. XLII.
invicem esse contraria defendit, ac deum illum qui in lege sit locutus
ab evangelii auctore diversum. Proinde Principem illum appellat,
hunc vero patrem, ac filium, et quidem patrem Bonum deum suum
nominat. Utinam vere suum esse dixisset, nec errore falsus tam
contumeliosas in deum voces in suum caput ederet. Nos vero iis
ipsis ab eo dictis assentimur ultro, idque profitemur: Boni patris
bonam sobolem, lumen de lumine, deum de deo, deum verum, de
deo vero ad nos servandi nostri gratia venisse. *In propria quippe* Ioann. 1, 11.
venit, non in aliena, *et sui eum non receperunt. Quotquot autem re-
ceperunt illum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex san-
guine, neque ex carne, sed ex deo nati sunt.* Atqui nemo sine carne
et sanguine in mundo natus est, sed omnes carnis ac sanguinis par-
ticipes nati sunt. Quid enim erant priusquam cum carne gigneren-
tur? aut quid esse sine carne possumus? Sed quoniam mundus a
deo factus est, et nos ab eodem procreati ex parentum nostrorum
carne geniti sumus, venit dominus, ut nos ex spiritu et igne gene-
raret. Geniti itaque sumus, idque ipsum certissimum est, neque
quisquam primam illam generationem eiurare potest, aut ex carne
propagatum se esse diffiteri. Quod ad secundam quidem generatio-
nem attinet, non eam ex carne vel sanguine sortiti sumus, hoc est
non ex usu carnis aut sanguinis accepimus, verum carnem et ani-
mam, posteaquam spiritu geniti sumus, non carnalem amplius ha-
bemus, sed sanguis et caro et anima spiritali quadam ratione copu-
lantur. Atque illud ipsum est quod dicitur, *Dedit eis potestatem filios* Ioann. 1, 11.
dei fieri; quicumque nimirum mutato in melius animo carnem, san-
guinem et animam ad dei voluntatem accommodant. Iam vero *qui
in propria venisse dicitur*, non alienus est, sed omnium dominus.
Quamobrem ita dicit: *Qui loquebar in prophetis ecce adsum.* Quin- Isai. 52, 6.
etiam Iudaeos alloquens, *Si Moysi crederetis*, inquit, *crederitis et
mihi; ille enim de me scripsit.* Item: *Abraham pater noster exulta-* Ioann. 8, 56.
vit ut videret diem meum: vidit et gavisus est. Tum illud: *Sic patres* Luc. 6, 23.
vestri faciebant prophetis. Et: *Beati estis cum exprobraverint vobis,* Luc. 6, 22.
*et dixerint adversum vos omne malum mentientes: gaudete et exultate,
quoniam merces vestra multa est in coelis: sic enim persequebantur
prophetas, qui ante vos fuerunt.* Et alio loco: *Hierusalem, quae oc-* Matth. 23, 37.
*cidis prophetas, et lapidas eos qui missi sunt, quoties volui congregare
filios tuos?* Quae vox *Quoties*, olim ipsum per prophetas congre-

δὲ Ποσάκις δεικνύει διὰ προφητῶν τούτου συνάξαι αὐτὴν ἐπιμελησαμένου. Εἰ γὰρ Ἀποκτένουσα τοὺς προφήτας λέγει ἐλεγκτικῶς, ἄρα τῶν προφητῶν ποιεῖται τὴν ἐπιμέλειαν. Ὁ δὲ τῶν προφητῶν ἐπιμελούμενος οὐκ ἀλλοτρίων ἐπεμελεῖτο, ἀλλὰ τῶν ἰδίων. Καὶ, Ζητηθήσεται, φησὶ, τὸ αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ αἵματος Ἄβελ ἄχρι Ζαχαρίου τοῦ δικαίου, τοῦ ἐκκενωθέντος ἀνὰ μέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ, Ἄρας πάντα, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ εἶπε, Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. Καὶ πρὸς τοὺς περὶ Μαριὰμ καὶ Ἰωσὴφ ἔλεγε, Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; Καὶ εὐθὺς
pag. 656. ἐπιφέρει τὸ εὐαγγέλιον [5] λέγων ὅτι εἶπε, Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, ὡς λέγει, Καὶ ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ ὅτι ἦν γεγραμμένον, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

Κεφ. μγ'. Καὶ πόσα ἔστιν εἰπεῖν διὰ [1] τοιούτων εὐαγγελίων καὶ τῶν ἀποστόλων εἰς ἔλεγχον τῆς τοῦ Μάνη μανίας; καὶ ὡς βούλεται διαιρεῖν καὶ ἀπαλλοτριοῦν τὴν παλαιὰν διαθήκην ἀπὸ τῆς καινῆς, τῆς παλαιᾶς μαρτυρούσης περὶ τοῦ σωτῆρος, καὶ τοῦ σωτῆρος ὁμολογοῦντος τὴν παλαιὰν διαθήκην, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι· ὡς λέγει Δαβὶδ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Εἰ οὖν κύριον αὐτὸν λέγει, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λέγει, Τῶν παίδων κραζόντων Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, καὶ οὐκ ἐπετίμα αὐτοῖς· λέγουσιν οἱ Φαρισαῖοι, Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσι; κώλυσον αὐτά. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, Ἂν οὗτοι σιγήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. Υἱὸς μὲν γὰρ Δαβίδ ἐστι κατὰ σάρκα, κύριος δὲ τοῦ Δαβὶδ κατὰ πνεῦμα, τῶν ἀμφοτέρων λέξεων δυνατῶν οὐσῶν καὶ ἀληθευουσῶν. Οὐδὲν γάρ ἐστι παραπεποιημένον τῇ ἀληθείᾳ.

Ἀλλὰ ἵνα [2] μὴ μηκύνω τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀρκεσθήσομαι ταύταις ταῖς μαρτυρίαις. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὰ ἕτερα, ἐξελέγχων τὸν ἀγύρτην. Εἰ τὸ σῶμα ἑτέρου θεοῦ, ᾧ οὗτος, καὶ ἡ ψυχὴ ἄλλου θεοῦ, τίς κοινωνία τῶν ἀμφοτέρων; Καὶ δέδια ὡς εἰς πόσον ὄγκον βυθοῦ διανοημάτων ἐγκύπτειν πειρᾶται ὁ τῆς ἡμῶν βραχύτητος μικρὸς νοῦς. Διὸ χαλιναγωγήσω ἐμαυτὸν, ἵνα μὴ πολὺν κάματον ποιήσωμαι ἀναγνώσεως τοῖς δυναμένοις. Καὶ ἀπὸ μιᾶς μαρτυρίας ἔστι ἐξελέγξαι τὸν γόητα. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοινωνεῖν οὐκ ἔστι διαφερομένων πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ ἑνὸς τὸ ἔργον, ἢ δύο φίλων ἡ ἐργασία. Τοῦ σώματος τοίνυν καὶ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄντων, ἑνὸς θεοῦ τὸ ἔργον· οὐ γὰρ

5. *Fortasse* λέγον.
Cap. XLIII. — 1. *Suspicor* τούτων τῶν, *vel* τοιούτων τῶν.
2. μὴ, *quod abest ab utroque codd. mss. et ab ed. princ., supplevit Petavius post Cornarium qui convertit ut ne longius extendam cett.*

gandis illis operam adhibuisse demonstrat. Cum enim haec ipsa verba, *Quae occidis prophetas*, aspere et obiurgandi gratia pronuntiaverit, consequens est prophetarum ab eo curam esse susceptam. Iam qui prophetarum curam gerit, non utique est tanquam de alienis, sed tanquam suis propriisque sollicitus. Quo et illud pertinet, *Requiretur sanguis qui effusus est a sanguine Abelusque ad Zachariam iustum, qui fusus est inter templum et altare.* Praeterea alio in loco:
Sublatis omnibus nummulariorum mensas evertit, ac dixit, Nolite fa- Ioann. 2, 15.
cere domum patris mei domum negotiationis. Ad haec Mariae ac Io-
sepho dixit, *Quid erat quod quaerebatis me? Nesciebatis quod in iis* Luc. 2, 49.
quae patris mei sunt oportet me esse? Porro evangelium, postquam
haec ab eo dicta retulit, *Nolite facere domum patris mei domum ne-*
gotiationis, statim illud subiicit: *Et recordati sunt discipuli quod scri-* Ioann. 2, 17.
ptum est: Zelus domus tuae comedit me.

Quam multa ex evangeliis et apostolis afferri ad Manichaei re- Cap. XLIII.
fellendam insaniam possunt, qui vetus testamentum a novo distrahere et alienare contendit? cum tamen et vetus multa de salvatore testimonia contineat, et hic vicissim, imo et eius apostoli veteri testamento auctoritate sua suffragentur. Ut in illo loco qui ex Da-
vide translatus est: *Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis.* Matth. 22, 44.
Si igitur dominus illum vocat, quomodo filius eius est? Ad haec:
Clamantibus pueris Osanna filio David, cum eos non increparet, Pha- Matth 21, 9.
risaei ita ipsum allocuti sunt: *Non audis quid isti dicant? prohibe* Luc. 19, 40.
illos. Ille vero ita respondit, *Si isti tacuerint, lapides vociferabuntur.* Est enim Davidis ille quidem carne filius, eiusdem vero, si spiritum consideres, dominus, cum ambae illae voces aliquid quod fieri possit, verumque significent. Nam nihil est in veritatem confictum.

Verum ne diutius in eo argumento commorer, ero paucis iis testimoniis contentus, meque ad alia impostoris illius dogmata refutanda conferam. Si corpus alterius dei est, et alterius anima, quae potest, mi homo, amborum esse communio? Quamquam cogitandi mihi quam altam in contemplationem mediocris ac perpusilla mens nostra sese committat, subit admodum vereri. Quamobrem inhibebo memetipsum, ne iis qui legere ista possunt plus quam par est laboris imponam, cum praesertim unico testimonio praestigiator iste redargui possit. Etenim in eandem consociationem ac communionem adduci non eorum esse potest quae mutuo dissentiant, sed unius opus est, aut a duobus saltem amicis efficitur. Itaque cum corpus et anima in unum conveniant, unius dei opus illud esse putandum

ἔστι διαίρεσις, [3] διὰ τὸ ἀμφότερα συνεργεῖν πρεπόντως καὶ συνδοξάζειν. Εἰ δὲ κατὰ τὸν τούτου λόγον καταφαγόντες οἱ Ἄρχοντες τὴν ψυχὴν ἐποίησαν αὐτῇ δεσμὸν τουτοῒ τὸ σῶμα, πῶς τὴν βεβρωμένην αὖθις ἐγκλείουσιν εἰς σῶμα; πᾶν γὰρ τὸ βιβρωσκόμενον ἀναλίσκεται, τὸ δὲ ἀναλισκόμενον καὶ εἰς τὸ ἀνύπαρκτον χωρεῖ, τὸ δὲ χωροῦν εἰς
pag. 657. τὸ ἀνύπαρκτον καὶ μηκέτι ὂν οὔτε ἔν τινι τόπῳ περικέκλεισται, οὔτε ἔστιν, οὔτε γενήσεται αὐτῷ τόπος δεσμωτηρίου, τῷ μὴ ὑπάρχοντι.

Praeterea animarum ex aliis in alia corpora transitus edisserit. Cap. LV. Quod mendacium a Platone, vel Zenone Stoico, vel quopiam alio ex fanaticis illis corrogasse videtur. Etenim qui fieri potest ut a corpore in corpus anima transferatur? Nam si corpora iamdudum formata et parata forent, ut animas exciperent, nonnihil scenica ista fabula verisimile proponeret. Nunc cum id quod proseminatur exigua quadam e stilla sit, non video quemadmodum tantillo in corpore tantam ubertatem ac copiam anima reperiat: sic enim finguntur ea omnia quaecumque tandem finguntur. Ita nullus istius narrationi locus est; nec ab uno corpore in aliud animae transfunduntur. Siquidem absque mutua maris ac feminae coniunctione nihil in ullo animalium genere propagatione formatur. Num igitur sic consistit anima ut amborum copulatione corporum circulatoris istius fabulam absolvat? Sane miram illorum stoliditatem oportet esse, qui eiusmodi vel cogitandi sibi finxerint. Nobis autem, ne quae augusta ac religiosa sunt, commutemus, satis esse visum est velut e longinquo argumenti huius informasse speciem. Quocirca perniciosam hanc atque exitiabilem opinionem praetermittam. Nam perabsurda sunt eiusmodi omnia dogmata. Etenim si corporibus corpora mutent animae, ut qui olim homo fuerit postea canis existat, cur non ex homine vel bove canis nascitur? aut cur non avis progignitur? imo contra, si quod infiniti temporis spatio monstrum huius generis oriatur, portenti habetur instar? Ac natura quidem ipsa suis se finibus continet, neque aut hominis, aut pecudis ullius naturam contra quam postulet ipsa commutat, sed in unaquaque specie eadem perpetuo qualitas ac conditio remanet. Iam vero si a corpore aliud pro altero corpus oriri non potest, quanto magis in aliud corpus transgredi hominis anima non poterit? Quae est autem, inquit ille, mutationis illius ratio? Ut nimirum si, cum in homine esset, veritatis scientiam non perceperit, subinde in canem aut equum introducta, ac perdomita, intelligentiaque praedita humanum in corpus denuo revertatur, atque ita compos scientiae facta in orbem lunae recipiatur. In quo per illud sane mirum est, animam, quamdiu in homine fuit, cui scholarum grammaticorum, sophistarum, innumerarum denique artium copia suppetit, qui sermocinatione, auditu, eruditione praeditus est, in eo inquam homine tanta in inscitia animam esse versatam, eandem vero mox ut in porcum translata fuerit, maioris esse scientiae participem. Quo quidem decreto suam

5. ἀνακάμπτει (h. e. ἀνακάμπτῃ) cod. Rhedig.

λον τὴν αὐτοῦ ἐπαγγελίαν τῆς γνώσεως χοίρων οὖσαν, διὰ τὴν αὐτοῦ πλάνην καὶ ἀσέβειαν.

Κεφ. ς'. pag. 668. Περὶ δὲ τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως ὁ αὐτὸς διηγούμενος ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων τῇ πλάνῃ συνυφαίνει, ὅτι, φησὶ, Ὁ εἰπὼν, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, καὶ προστίθησι λέγων τὸ, *Δεῦτε ποιήσωμεν*, ὅπερ οὐ γέγραπται, ἀλλὰ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν*. Ἐλέγχει δὲ τοῦτον ὁ ἅγιος ἀπόστολος λέγων, καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτε οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν ἔφησαν ὅτι, *Οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μονώτατον*, καὶ, *Μωϋσῆς εἶπε διδόναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἐκβάλλειν τὴν γυναῖκα*· καὶ ὁ κύριος πρὸς τοὺς Φαρισαίους τὸν ἔλεγχον ἐπιφέρων ἔλεγε, *Μωϋσῆς κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν, ἀπαρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτως, ἀλλ' ὁ ποιήσας ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησε, καὶ εἶπεν, Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*. Καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει λέγων, *Εἰ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω*· [1] ὁμολογῶν θεὸν, τουτέστι τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα τὸν Ἀδὰμ πεποιηκέναι καὶ τὴν Εὔαν, καὶ τὸν γάμον τὸν σεμνὸν ἐξ αὐτοῦ [2] κεκτίσθαι. Τῇ δὲ αὐτοῦ ἀκολουθίᾳ καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολος κήρυξ ὢν τῆς ἀληθείας λέγει, *Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν*· [3] ἵνα ἀπὸ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ ὑπὸ τοῦ θεοῦ κεκτισμένου, Ἀδάμ τε καὶ τῆς Εὔας· ὅτι ὁ θεὸς ἔκτισε, καὶ εἶπεν ὁ Ἀδὰμ, *Τοῦτο ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῶν σαρκῶν μου*, καὶ, *Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος*, καὶ ὅτι *ᾠκοδόμησεν αὐτῷ τὴν πλευρὰν εἰς γυναῖκα*· καὶ οὐκέτι ἕτερον [4] αὐτῷ φάσκει, ἀλλὰ μυστήριον μέγα. Καὶ εἰ μὲν ἐν ἀνθρώπῳ καὶ γυναικὶ τὴν πλάσιν, κατὰ δὲ τὴν ἀναγωγὴν δι' ἀλληγορίας φέρεται, πῶς οὖν αὐτὸς βδελυκτὰ ἡγεῖται καὶ ἀλλότρια τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, καὶ ὑπὸ Ἄρχοντος τὰ ὑπὸ θεοῦ κεκτίσθαι βλασφημῶν, καὶ παραφέρων τὴν διάνοιαν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, εἶτά φησι, Ἐπειδὴ ἀπ' ἀρχῆς ἡ ψυχὴ ἀποσπασθεῖσα ἄνωθεν θλίψιν ἐμποιεῖ τῇ ἄνω δυνάμει, διὰ τοῦτο καθάπαξ ἀποστέλλει, καὶ συλᾷ ἀπὸ τῶν Ἀρχόντων τὸ λείψανον τὸ ἑαυτοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ, διὰ τουτωνὶ τῶν φωστήρων. Μεγάλαι ἡμῶν αἱ ἐλπίδες, καὶ μεγάλη ἡμῶν ἡ καραδοκία, ὅτι οὐκ ἰσχύει ὁ θεὸς ὁ ἀγαθὸς, καὶ ζῶν, καὶ δυνατὸς σῶσαι, οὐ λέγω τὴν
pag. 669. ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐσπασμένην, ἀλλὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένα καὶ πεπλασμένα· ἐὰν μὴ δι' ἄλλου τινὸς τρόπου [5] ἢ δι' λη-

Cap. LVI. — 1. ὁμολογῶ *habent uterque cod. ms. et ed. princ.*
2. κεκτῆσθαι *codd. mss. et ed. princ.*
3. *Delendum puto hoc* ἵνα, *ut quod accreverit ex terminatione* ίαν *vocabuli praecedentis.*
4. *Suspicor* αὐτὸ.

illam scientiae professionem porcorum propriam magis esse declarat. Tantus est hominis error, et impietas.

De Adami vero fabricatione idem ille cum disputat, alia pro Cap. LVI.
aliis eadem errandi licentia pertexit. Sic enim asserit, eum qui dixit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem*, ad- Gen. 1, 26.
didisse nonnihil, itaque concepisse, *Venite faciamus;* quod in scriptura non legitur, sed illud duntaxat, *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem.* Verum non modo apostolus, sed et dominus ipse in evangelio illum redarguit. Qui cum Pharisaeis ita Gen. 2, 18.
loquentibus, *Non est bonum hominem esse solum*, et, *Moyses iussit* Matth. 19, 7.
dare libellum repudii, et eiicere uxorem, sic istos refellit: *Moyses ad* Matth. 19, 8.
duritiem cordis vestri scripsit; ab initio autem non fuit sic: sed qui Matth. 19, 4.
fecit, masculum et feminam fecit: et dixit, Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam. Quibus dictis statim infert; *Si igitur deus coniunxit, homo non separet.* In quo deum, hoc est patrem suum, Adami et Evae conditorem fuisse atque honestarum nuptiarum auctorem esse confitetur. Huic consentaneum est quod veritatis praeco testatur apostolus, *Mysterium hoc magnum est: ego autem dico in* Eph. 5, 32.
Christo et in Ecclesia; ut ad Adami atque Evae, qui a deo procreati sunt, similitudinem pertineat. Cum enim deus illos condidisset, Adamus dixit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea:* Gen. 2, 23.
propter hoc relinquet homo etc. Siquidem *aedificavit ei costam in* Gen. 2, 22.
mulierem, nec diversum quiddam esse censet apostolus, sed mysterium magnum nominat. Quod primo quidem ad viri et mulieris procreationem refert, deinde altiore quodam ac sublimiore sensu per allegoriam transfert. Quanam igitur fronte Manichaeus eadem illa detestanda, et a dei veritate aliena pronuntiat, et quae a deo condita sunt nescio cui Principi non sine summa in deum contumelia tribuit, atque ab ipsa veritate transversos animos abducit? Quin et illud adtexit: Quandoquidem avulsa ab initio anima superiori virtuti molestiam atque aegritudinem affert, propterea per emissarios quosdam, videlicet solem et lunam, suas a Principibus reliquias, hoc est animam, extorquet. Egregias vero spes nostras, ac magnificam fiduciam, quando bonus ille deus, et vivus, et praepotens satis virium non habet, non dico ad eam virtutem recuperandam, quae a se ipso distracta sit, sed ad ea servanda quae genuit ac finxit, nisi alia quadam ratione ac velut latrocinio tentaverit, ut nisi

5. ἢ δι' *scripsi pro* καὶ *quod libri habent omnes.*

στείας κρυφῇ συλήσας τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἀπεσπασμένην δύναμιν ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων, ὡς ὁ ἀγύρτης οὗτος λέγει, οὐ δύναται ἡμᾶς σῶσαι.

Κεφ. νζ'. Καὶ τί ἔτι κατατρίβομαι κατὰ λέξιν τῆς [1] αὐτοῦ ἀτοπίας χρονοτριβούμενος; ὡς καὶ βλασφημῶν οὐκ αἰσχύνεται ὁ τάλας τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις Ἄρχοντα λέγειν τοῦ σκότους. Μακάριαι ἡμῶν αἱ ἐλπίδες, ὅτι Ἄρχοντι τοῦ σκότους ὁ Χριστὸς ἐλθὼν προςφέρειν ἠνάγκαζε. Καθαρίσας γὰρ τὸν λεπρὸν [2] τὸν ἐν τῷ νόμῳ [3] τραφέντα ὑπ' αὐτοῦ ἐκέλευσεν αὐτὸς τὸ ἐν τῷ νόμῳ ἐπιτελεῖσθαι δῶρον, Ἀπελθὼν προςένεγκε τὸ δῶρόν σου, τῷ καθαρισθέντι ὑπ' αὐτοῦ λεπρῷ λέγων, καθὼς προςέταξε Μωϋσῆς. Δῶρον δὲ ἦν ἐπὶ τῆς λέπρας ὄρνις εἰς θυσίαν, καὶ σεμίδαλις εἰς ὁλοκαύτωσιν. Εἰ δὲ Ἄρχων ἦν τοῦ σκότους, οὐκ ἂν ὁ ἐλθὼν ἄνωθεν λόγος, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ἐλθὼν ἐπιστρέψαι τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ πλάνης τῶν Ἀρχόντων, κατὰ τὸν Μανιχαίου λόγον, οὐκ ἂν ὑποχείριον τὸν ὑπ' αὐτοῦ ἰαθέντα λεπρὸν παρεσκεύαζε γενέσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον παρεσκεύαζεν ἀποδρᾶναι αὐτὸν, [4] τοῦτο μὴ ἐπιτελεῖν διδάσκων, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον (αὐτὸς γὰρ δέδωκε τὸν νόμον), οὔτε προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι, ἵνα πλήρωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν [5] αὐτὸς δείξῃ τὸ [6] ἀπερίσπαστον τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι τῷ μὲν αὐτῷ θεῷ οἱ προφῆται προςεκύνησαν, καὶ νόμος ὑπ' αὐτοῦ ἐδόθη. Νῦν δὲ οὐ διὰ τῶν αὐτῶν δώρων τῷ αὐτῷ θεῷ προςκύνησις [7] τελεῖται, ἀλλὰ δι' εὐχῶν καὶ εὐχαριστιῶν καὶ τῆς ἄλλης πραγματείας. Ἐκείνοις μὲν γὰρ ὡς δούλοις προςέταττε τὰ βαρέα, διότι οὕτως ἠδύναντο πεισθῆναι· τοῖς δὲ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐλαφρότερα ὡς ἐλευθέροις, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. Ἑνός τε ὁμοστοίχου ὑπάρχοντος θεοῦ τοῦ τε νόμου καὶ τοῦ εὐαγγελίου, μὴ παραλελυμένης μηδ' ὁποτέρας χρόνων ὑπηρεσίας, ὁ αὐτὸς εἷς θεός ἐστιν ὁ βασιλεύων τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, θεραπευόμενος ἀπὸ τῶν δούλων, καθ' ἑκάστην [8] δὲ γενεὰν ὡς προςήκει τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ. Καὶ ἐλήλεγκται πανταχόθεν ἡ τούτου
pag. 670. πλάνη, τοῦ σωτῆρος ἐπιτρέποντος τὰ τοῦ νόμου τελεῖσθαι, καὶ μετὰ [9] τὸ ἐπιτρέψαι τὰ τοῦ νόμου τελεῖσθαι λύοντος τὰ τοῦ νόμου, οὐ καταργοῦντος, ἀλλὰ πληροῦντος, προςφορὰς ἑτέρας ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ νόμῳ προςενέγκαι τῷ θεῷ ἐπιτρέποντος, τουτέστιν εὐσεβείας καὶ ἀγαθότητος, ἁγνείας τε καὶ πολιτείας.

Κεφ. νη'. Φάσκει δὲ πάλιν ὅτι, Ἐλεύσεται ὁ Πρεσβύτης, καὶ δείξει αὐτοῦ

Cap. LVII. — 1. αὐτῶν *cod. Rhedig.* 2. τὸν *non habet cod. Rhedig.* 3. τραφέντα ὑπ' αὐτοῦ ἐκέλευσεν αὐτὸς *mea est coniectura. Libri habent* γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ λαλήσαντος. *Verba* ὑπ' αὐτοῦ *refer ad elephantiacum sanatum et iunge cum infin. passivi* ἐπιτελεῖσθαι. 4. τοῦτον *cod. Rhedig.*

sevulsam illam virtutis suae particulam clanculum a coelestibus illis incolis eripiat, quemadmodum impostor ille nugatur, nullo modo servare nos possit.

Quamquam quid in percensendis illius deliriis frustra operam tempusque consumo? Cuius tanta est impudentia ac petulantis in deum linguae licentia ut tenebrarum Principem illum ipsum esse defendat, qui in lege ac prophetis locutus est. O felices ac praeclaras spes nostras! cum tenebrarum Principi Christus munera deferre coëgerit. Posteaquam enim elephantiacum illum purgavit, donum illud quod lege praescriptum est afferre statim iussit. *Vade*, inquit, *offer munus tuum, sicut praecepit Moyses.* Eiusmodi porro munus, quod ob lepram offerebatur, avicula erat in sacrificium, et simila in holocaustum. Atqui si tenebrarum ille Princeps foret, nunquam verbum e coelo delapsum, deique filius, qui, ut Manichaeus arbitratur, idcirco venit ut hominem a Principum errore liberaret, leprosum illum, cui sanitatem restituerat, iisdem subditum esse iussisset, sed fugiendi potius auctor fuisset, ac ne quod imperatum erat praestaret esset hortatus. Sed nimirum ideo ita se gessit quod ad evertendam legem nequaquam venerat, quam dederat ipse, neque prophetas, sed ut potius impleret; ut hoc ipsum legis ac prophetarum complementum in evangelii quiete ac tranquillitate positum esse monstraret. Nam licet idem a prophetis adoratus sit deus, et ab ipso lex tradita, non eodem tamen hodie donorum genere, sed precibus et eucharistiis, et aliis honoribus divino numini adoratio praestatur. Etenim graviora illis tanquam servis imperavit, quod ea ratione ad obsequium adigi posse cognosceret. Contra evangelii discipulis leviora, utpote liberis, pro exquisita sua benignitate mandavit. Quare cum unus sibique consentiens legis evangeliique sit deus, nec alterutra diversorum temporum sublata dissolutaque sit functio, idem est unusque deus, qui seculis dominatur omnibus, et a servis suis ita colitur ut pro eo ac cuivis aetati convenit summa id humanitate deposcat. Superest igitur illius ut error ex omni parte convincatur, quandoquidem ea quae lege praescripta sunt exequi salvatur ipse iusserit. Quae quidem postquam illius mandato perfecta sunt, ab eodem deinceps non soluta, non in nihilum redacta, sed impleta sunt: cum scilicet pro his quae in lege praecepta sunt novas quasdam deo fieri oblationes instituit, pietatis, bonitatis, castitatis, accuratioris denique vitae rationis ac generis. Cap. LVII. Luc. 5, 14.

Pergit vero Manichaeus ac venturum denique Senem illum at- Cap. LVIII.

5. αὐτὸς δείξῃ αὐτὸς τὸ *cod. Rhedig.* 6. *Suspicor* ἀπαράσπαστον. 7. γίνεται *cod. Rhedig.* 8. *Fortasse* δή. 9. *Reposuerim* τοῦ ἐπιτρέψαι.

τὴν εἰκόνα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, καὶ τότε ὁ Ὠμόφορος εἰδὼς αὐτοῦ τὸ πρόςωπον ἀφίησι τὴν γῆν, καὶ οὕτως τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον καταδαπανᾷ τὴν γῆν. Καὶ ἐπελάθετο ὁ κτηνώδης πάλιν ὑλώδη αὐτὴν ὑποφαίνων τὴν πρὸ ὥρας αὐτῷ λεγομένην ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ζῶντος κεκτίσθαι. Ὁμοῦ δὲ τὸν πάντα κόσμον πάλιν ὑπὸ τοῦ πυρος ἀναλίσκεσθαι ὑποτίθεται. Καὶ τότε, φησὶ, μετὰ ταῦτα ἡ ἀποκατάστασις τῶν δύο φύσεων ἐπιτοαυτὸ εἰς τὸ ἀρχέτυπον παρελεύσεται. Ὢ πολλοῦ καμάτου, καὶ μετὰ τὸν κάματον οὐδενὸς [1] ἐπὶ διορθώσει φερομένου. Εἰ γὰρ μετὰ τὸ κτισθῆναι καὶ γενέσθαι δαπανηθήσεται καὶ ἀφανισθήσεται, ἵνα τὰ ἀρχέτυπα μείνῃ πάλιν ἐν ταυτότητι τῶν δύο φύσεων ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ, ἔσται πάλιν ἐπιτριβὴ τοῦ πονηροῦ πρὸς τὸ ἐπιστρέψαι πάλιν, καὶ πόλεμον ἐνστήσασθαι, καὶ ἁρπάξαι πάλιν [2] ἄλλην δύναμιν, ἵνα πάλιν ἄλλος κόσμος γένηται. Εἰ δὲ οὐκέτι τοῦτο γίνεται, ἄρα σωφρονήσει ἡ κακία, τοῦ μηκέτι ἐπιτρίβεσθαι πρὸς τὴν ἀγαθότητα, καὶ ὁ πονηρὸς θεὸς, πρὸς τὸν ἀγαθὸν μηκέτι πόλεμον ἐγείρων. Εἰ δὲ καὶ σωφρονισθήσεταί ποτε, οὐκ ἔσται κακὸν, ὁπότε ἀπὸ τῆς ἀρχαίας αὐτοῦ φύσεως τῆς κακίας μετήλλακται μετατραπείς. Εἰ δὲ καὶ τρεπτὴ τυγχάνει ἡ φύσις τοῦ κακοῦ, [3] πάντως ὅτι ἀπὸ κακοῦ εἰς ἀγαθὸν μεταβάλλεται, καὶ οὐκέτι ἔσται κακὸν ἡ ἔχουσα τροπὴν ἀγαθότητος φύσις. Δύναται γὰρ καὶ σήμερον τραπῆναι, καὶ ἔτι περιόντος τοῦ [4] κόσμου εἰς ἀγαθὸν μεταβληθήσεται τὸ πονηρόν. Καὶ τίνι τῷ λόγῳ ὁ μέλλων τρέπεσθαι ἤδη οὐ τρέπεται; Καὶ εἰ μὲν διὰ τῆς τοῦ θεοῦ μηχανήσεως ὁ πονηρὸς τρέπεται, τοῦ μηκέτι δύνασθαι τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι, οὐκέτι περαίτιος ὁ πονηρὸς ἑαυτοῦ τυγχάνει, ἀλλ' ὁ [5] ἀγαθὸς ὁ δυνάμενος ἀναστεῖλαι αὐτοῦ τὴν κακίαν, καὶ μὴ βουληθεὶς πρὸ χρόνου τὰ τοῦ χρόνου ποιῆσαι. Εἰ δὲ
pag. 671. ἄτρεπτον παντάπασι τὸ κακὸν, οὐδέποτε διαλείψειε πολεμοῦν καὶ πολεμούμενον, καὶ οὐδ' ὅλως ποτὲ ἔσται κατάστασις τῶν δύο φύσεων, ἀτρέπτου μένοντος τοῦ κακοῦ, καὶ [6] ἐπιτριβομένου τοῦ κακοῦ ἐνδείκνυσθαι τῷ ἀγαθῷ κακίαν, καὶ πόλεμον ἐγείρειν κατὰ τῆς ἀγαθότητος. Καὶ εἰ ὅλως ἐπιθυμίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν ἀεὶ ἐπεντριβήσεται, ἄρα οὐκέτι κακὸν ἔσται· ἐπειδὴ τοῦ ἀγαθοῦ γλιχόμενος βούλεται ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν ἐπισπᾶσθαι, ἵνα διὰ τῆς φύσεως τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ πανοπλίας ἐπισπάσας ἑαυτῷ δύναμιν ἐν ταύτῃ [7] δοκῇ ἑαυτὸν τιμᾶν [8] μὲν καὶ λαμπρύνειν, παραθαρσύνειν [9] τε καὶ ἐνδυναμοῦν. Παντὶ γὰρ τῷ βουλομένῳ τὸ ἀγαθὸν πάντως ὅτι ἐξ ἀγαθοῦ ὑπονοίας ἐγκει-

Cap. LVIII. — 1. *Libri vulgo* ἐπιδιορθώσει.

2. καὶ ἄλλην *cod. Rhedig.*

3. *Locutione* πάντως ὅτι, *quae elliptica est, saepenumero utitur Epiphanius, ut infra hoc ipso capite, cap.* 82., *haer.* 42, *p.* 343., *haer.* 61, 4., *alibi.*

4. περιόντος τοῦ κόσμου *mea est emendatio.* παριόντος τοῦ κακοῦ *coniciebat Petavius. Libri habent* περιόντος τοῦ κακοῦ.

que effigiem suam postremis temporibus ostensurum esse dicit: tum vero Baiulum illius conspecta facie terram esse relicturum, moxque terram sempiterno igne conflagraturam. Nec illud homo stupidus animadvertit, eandem illam se cum materia concretam modo facere quam paulo antea vivo ab Spiritu procreatam esse defenderat. Sed universum nihilominus mundum incendio consumptum iri putat. Ac tum, inquit, duarum naturarum idem in archetypum restitutio consequetur. O inanem hominis laborem, quo suscepto nihil tamen ad erroris emendationem proficitur! Nam si posteaquam conditus est et productus hic mundus, consumi extinguique debet, ut exemplaria ipsa rursum in ambarum naturarum, boni scilicet ac mali, ut ita dicam, identitate permaneant, consequens est ut malum rursus congredi audeat, et inferre bellum, ac virtutem aliam intervertat, quo alius subinde mundus existat. Quod si locum istud amplius non habet, iam igitur malitia resipuerit, ut non amplius cum bonitate conflictetur, resipuerit et malus deus, qui bellum amplius nullum cum meliore suscipiat. Hoc vero constituto malum esse desinit, cum ab antiqua naturae pravitate sese ad meliora traduxerit. Iam vero si mutabilis est natura mali, necesse est in malum e bono transferri, atque ita mala haec esse natura desinit, quae illam in bonum commutationem sortita sit. Potest enim vel hodie mutari, sic ut transeunte malo in melius vertatur. Quid autem prohibet quin is, qui aliquando mutandus est, non vel in praesentia mutetur? Ac si deo istud machinante malus minime commutatur, ut malum amplius moliri nequeat, suimetipsius caussa malus non erit, sed ille potius bonus qui cum eius malitiam cohibere possit nolit ea quae suo tempori reservanda sunt ante tempus efficere. Sin penitus immutabile malum est, nullum inferendi belli excipiendique finem faciet, nec unquam ambae illae naturae constituentur, cum et immutabile malum perseveret, et cum bono conflictetur, ac suam ei malitiam ostentet, atque adversus bonitatem dimicationem suscipiat. Atqui si id boni cupiditate malum faciat, ut assidue insurgat, non amplius malum est, quoniam quidem prae eius desiderio bonum sibi conatur arcessere, ut per boni naturam et armaturam ad sese virtutem attrahens, per eam sibi honorem ac splendorem acquirat, seseque confirmet ac corroboret. Etenim quisquis bonum concupiscit, necesse est perinde ex bona cogitatione hanc illi mentem iniectam

5. *Fortasse* ἀγαθὸς θεὸς.

6. *Ita etiam haer.* 30, 12. *dixit* τὸ πῦρ καταδῆσαι - - ἐπετρίβησαν, *h. e. laboraverunt, studium posuerunt, in eo ut ignem ligarent.*

7. *Libri habent* δοκεῖ.

8. *Uncinis notavit hoc* μὲν, *delendumque iudicavit Petavius.*

9. *Reponendum est fortasse* δὲ καί.

ται διάνοια, καὶ οὐκέτι παντάπασι πονηρὸν ἔσται τὸ πονηρὸν, ὁπότε τοῦ ἀγαθοῦ γλιχόμενον εὑρίσκεται. Πᾶν γὰρ τὸ πονηρὸν ἀπέχθειαν ἔχει πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ὡς καὶ τὸ ἀγαθὸν οὐ βούλεται τὸ πονηρόν. Εἰ δὲ ἀναμὶξ ὑπάρχει τῶν ἀμφοτέρων ἡ δύναμις, καὶ ὁ ἀγαθὸς μὲν οἶδε συλᾶν τὸ ἴδιον, πολεμεῖν τε καὶ ἐκδέρειν τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας, ποτὲ δὲ ἀναιρεῖν καὶ ἀφανίζειν τὴν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ γεγενημένην Ὕλην, ποτὲ δὲ ἐξ αὐτῆς πλάσσειν, ποτὲ δὲ ἀφανίζειν, πονηρία καὶ ἀσύστατος διήγησις τῆς τοῦ ἀλιτηρίου [10] τούτου ἡμῖν ἐπεισενεχθείσης ἀδολεσχίας.

Κεφ. νθ'. Φέρε δὴ εἰπεῖν καὶ περὶ τῆς τοῦ κακοῦ φύσεως πάλιν ἀναλαβόντες τὸν λόγον, λέγε ἡμῖν, ὦ οὗτος, ἀπὸ χρόνου Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ δεῦρο ἐλθὼν, καὶ τὰ πρὸ πάντων αἰώνων διηγούμενος, οὔτε που τοῦτο προφητῶν θεσπισάντων, οὔτε αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος τοῦτο δεδιδαχότος, οὔτε ἀποστόλων, εἰ μή τι ἂν φλυαρήσῃς ἐπίπλαστά τινα ἐξ ὀνόματος ἁγίων βιβλία ἑαυτῷ τιθέμενος καὶ προβαλλόμενος, πόθεν οὖν ἥκεις, ὦ οὗτος, τὴν κακοῦ ἀρχαΐζουσαν ἀρχὴν φέρων, ἐρωτώμενος δὲ ὑφ' ἡμῶν, εἰ ταύτην τρεπτήν τινα φάσκει, ἢ ἄτρεπτον; Ἤδη δὲ ἐνηχήθη ἡμῖν ὡς ἄτρεπτον αὐτὴν εἰσηγεῖται, καὶ ποτὲ μὲν τρεπτὴν, ποτὲ δὲ ἄτρεπτον· εἰς μὲν τὸ πονηρὸν ἄτρεπτον, εἰς δὲ τὸ ἀγαθὸν τρεπομένην, ἵνα ἐκ τῶν δύο ὅρων αἰσχύνην τῷ βίῳ ὀφλήσῃ. Εἰ γὰρ ἐν πολλοῖς καὶ ἀπλέτοις αἰῶσιν ἄτρεπτος ἦν ἡ κακία, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἔχουσα τὸ ὄνομα, καὶ οὐδὲν ἕτερον πλὴν τοῦ κακοῦ, τίς ἔτρεψε μετὰ πολλοὺς αἰῶνας τὴν ἄτρεπτον φύσιν κακίας τραπῆναι ἐπὶ
pag. 672. τὰ μὴ προσήκοντα; Εἰ γὰρ οὔπω ἦν ἁρπάξασα δύναμιν, καὶ καταπολεμήσασα, μηδὲ λαβοῦσα πανοπλίαν εἰς αὐτῆς δύναμιν καὶ εἰς ἐδωδὴν, [1] ἔμελλε δὲ ἐν πολλοῖς αἰῶσιν ἄτροφος, μηδὲ τροφῆς ἐπιδεομένη, τίς ἔτρεψε τήν ποτε μὴ ἐπιδεομένην τροφῆς εἰς τροφὴν ἥκειν, καὶ ἐπιζητεῖν ὅπερ ποτὲ οὐκ ἐπεζήτει, καὶ ἐπιδέεσθαι ὅπερ ποτὲ οὐκ ἐπεδέετο; Ἀλλ' εἰ ἄρα ἐτράπη τὴν φύσιν, καὶ πῶς ἡ παρὰ σοὶ ἀτρεψία περὶ τοῦ κακοῦ συσταθήσεται; Εἰ δὲ καὶ πάλιν εἰς ἰδίαν κατάστασιν ἔλθοι, μηκέτι εὐπορῶν ὃ φάγοι, πῶς ὁ πάλιν ἐν συνηθείᾳ γεγονὼς κακὸς, ἢ πονηρὸς, τοῦ βιβρώσκειν καὶ ἐδωδῇ χρῆσθαι δύναται ὑπομένειν εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἄνευ ἐδωδῆς διατελῶν; Εἰ γὰρ ἐν συνηθείᾳ βρωμάτων μὴ γεγονὼς οὐκ ἠδυνήθη ὑποστῆναι, ἀλλὰ ἐτράπη εἰς ἐδωδὴν ἔρχεσθαι, καὶ συλήσας τὴν ψυχὴν βρῶμα ἑαυτῷ περιεποιήσατο, μᾶλλον ἐν συνηθείᾳ βρώματος γεγονὼς ἄσχετος ἔσται τὴν φύσιν, καὶ οὐδὲν ἂν τοῦτον παραπείσειε λίχνον γεγονότα, καὶ ἐν πείρᾳ ἐδωδῆς,

10. *Suspicor* τοῦτο.

Cap. LIX. — 1. *H. e.* cunctabatur. *Petavius* ἔμενε *corrigendum putavit, quod invenit in exemplo Schottiano, quod ego nunc possideo, annotatum ex cod. ms. nescio quo. Signatum ibi est siglo M.*

fuisse, atque hoc pacto non omnino malum erit, quod malum dicitur, cum boni desiderium conceperit. Si quidem malum omne boni inimicum est, quemadmodum abhorret a bono malum. Quod si promiscua confusaque vis est amborum, ut et bonus quod suum est recuperare soleat, ac Principatus et Potestates infestare bello pelleque nudare, nonnunquam productam a malo materiam delere funditus ac tollere, alias opus ex ipsa moliri, interdum e medio tollere, summa nequitia est, et confictae ab detestando illo homine narrationis, sive potius garrulitatis, inconstantia.

Age vero, ut de natura mali denuo sermonem instituamus, dic sodes mi homo, qui ab Aureliani imperatoris tempore ad hoc tempus venisti, et quae seculis omnibus anteriora sunt explicare contendis, quae nec prophetarum oraculis expressa sunt, neque a salvatore vel apostolis tradita, nisi forte supposititios quosdam libros falso sanctorum nomine inscriptos obtrudas, atque in medium proferas: sed amabo te, unde nobis antiquum illud mali principium afferes? Enimvero cum a nobis interrogatus sit, utrum mutabile illud an immutabile constitueret, immutabile ab eo poni didicimus, sive potius interdum mutabile, interdum immutabile definiri, adeo ut ad malum quidem mutari non possit, ad bonum possit, ut ex ambabus illis definitionibus ludibrium humano generi debeat. Nam si infinitis seculis immutabilis malitia fuit, idque unum vocabulum obtinuit, neque quicquam praeter malum habuit, quis immobilem illam mali naturam tanto intervallo mutavit, ut se ad aliena converteret? Si id eo factum est quod nondum praedata virtutem esset, neque bonum expugnasset, aut eius armaturam occupasset, qua se confirmaret ac pasceret, atque ita tot illis seculis omnis expers alimenti, nec vero illius indigens permansit, quis eam naturam, quae alimentum hactenus minime desiderabat, ad illud capessendum impulit, idque ipsum requirendum quod non antea flagitabat? id desiderare denique quod nequaquam antea desideraverat? Naturamne mutavit? Ubi igitur illa est, quam asseris, immutabilis mali conditio? Quod si pristinum illum rursus ad statum redeat, ut quo vescatur habeat nihil, quonam pacto malus ille, posteaquam vesci consueverit, deinceps vitam tolerare sine cibo poterit? Etenim si quo tempore nondum cibis assueverat sustinere nihilominus non potuit, sed ad quaerendum pabulum est impulsus, ac demum praedatus animam eo pro cibo abusus est, ubi ciborum consuetudini indulserit, multo minus cohibere sese poterit, nec ulla ratione ei persuaderi poterit ut posteaquam ligurire, ac cibi suavitatem experiri coeperit, ab illo sese Cap. LIX.

ἄνευ τούτων διατελεῖν, ὡς ὁ σὸς λόγος ἀσύστατος ὑπάρχων τοῦτο βούλεται.

Κεφ. ξ. Ἀλλὰ παρελεύσομαι τοῦτον τὸν τόπον, ἐφ' ἕτερα δὲ πάλιν τῆς αὐτοῦ ληρῳδίας ἐπεκτείνομαι τὴν διήγησιν. Πάλιν γὰρ φάσκει ὅτι οἱ Ἄρχοντες ἐν τοῖς ἰδίοις μέρεσι τότε ἔσονται, καὶ ὁ Πατὴρ τὰ ἴδια ἀπολήψεται μέρη. Τίς [1] ἄρα ὁ ἐπιεικὴς οὗτος, ἵνα τὸν ὅρον διχόθεν ἑκάστου μέρους γεωμετρήσῃ; πῶς δὲ πεισθήσεται ὁ ἀπαρχῆς τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῷ ἀγαθῷ μὴ πειθόμενος; εἰ δὲ μετ' ἀνάγκης παραπείσειεν ὁ ἀγαθὸς τὸν παράνομον ἰδίοις στοιχεῖν, καὶ μὴ ἐπεμβαίνειν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μερίδι, διὰ τί μὴ ἀπαρχῆς τοῦτο ἠδυνήθη ποιῆσαι, πρὶν ἢ ὅλως ἀπ' [2] αὐτοῦ συληθῆναι τὰ μέρη; Πῶς δὲ ἔσονται οἱ δύο ἐπιτοαυτὸ, ἀνὰ μέρος ἕκαστος κεκτημένος; Εἰ γὰρ ὅλως μέρη ἔχει, καὶ τὰ ἕτερα μέρη οὐκ αὐτοῦ, οὐκέτι παντοκράτωρ ὁ παντοκράτωρ κληθήσεται, οὐκέτι θεὸς τῶν ἁπάντων, οὐκέτι ὑποχείριος ὁ κακὸς τοῦ ἀγαθοῦ [3] γενήσεται, ἀλλὰ ἕκαστος αὐτῶν ἔχει τὴν ἰδίαν δεσποτείαν. Τίνος δὲ [4] ἄρα ὁ πονηρὸς δεσπότης ἔσται, μηκέτι ὄντος τοῦ κόσμου, μήτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ζώων τε καὶ ἀνθρώπων κυριευομένων; Εἰ δὲ ὅλως κακός ἐστι καὶ ὕλη καὶ φθορὰ, πῶς μᾶλλον οὐκ ἐφθάρη; εἰ γὰρ ἔκ-
pag. 673. τοτε ἡ οὖσα [5] κακία φθορὰ ὑπῆρχε, καὶ φθείρει μὲν τὰ ἄλλα, [6] αὐτὴ δὲ ἑαυτὴν οὐ φθείρει, οὐκέτι φθειρομένη ὑπάρχει ἡ ἄλλα μὲν φθείρουσα, [7] αὐτὴ μένουσα ἀένναος, καὶ μὴ ἀφανιζομένη. Αὐτῆς δὲ μενούσης ἐν στερεᾷ ὑποστάσει, φθειρούσης δὲ τὰ ἄλλα, καὶ οὐχ ἑαυτὴν, οὐδὲν ἔχει ἐᾶσαι, ἀλλὰ πάντως ἡ φθορὰ τῶν ἑτέρων τὰ ἕτερα φθείρει. Ἐπιμένουσα δὲ ἡ αὐτῆς ὑπόστασις, καὶ οὐκέτι ἐάσει τι τῶν ὄντων, ἀλλὰ [8] αὐτὴ μόνη μενεῖ, τὰ δὲ φθειρόμενα δι' αὐτῆς ἀφανίζεται. Εἰ δὲ καὶ ἑαυτῇ ἐστι κακὴ, καὶ ἑαυτῇ φθορὰ, οὐκέτι ἡ ὑπόστασις αὐτῆς σταθήσεται. Οὐ μόνον ἐν τῷ μέλλοντι εἴποιμι, ἀλλὰ καὶ ἔκτοτε ἀφανισθεῖσα ἂν ὑπῆρχεν, ἤδη [9] δὲ ἐν ἑαυτῇ ἑαυτὴν φθείρασά τε καὶ ἀφανισθεῖσα. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐστὶ τὰ διηγήματα τῆς τοῦ ἄφρονος ματαιολογίας, ἃ κατανοήσαντες οἱ συνετοὶ υἱοὶ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, πίστεώς τε τοῦ κυρίου, διακρίνατε τὸν ἀγύρτην, καὶ καταγελάσατε τῆς αὐτοῦ ληρῳδίας. Ἐπανελεύσεται δὲ εἰς τὰς κακῶς ἑαυτῷ ἐπινενοημένας προφάσεις, καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ὁμοιώσεις, καὶ οὐχ οὕτως ἐχούσας, ἀλλὰ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ κακῶς νοουμένας. Φέρε οὖν ἐκθώμεθα αὐτὰ δὴ κατὰ λέξιν, ἃς ὑποκλέπτων ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ὡς ἔφην, κατὰ τὸν νοῦν αὐτοῦ διηγεῖται· εἰ

Cap. LX. — 1. ἆρα cod. ms. uterque.
2. *Sententia postulabat* αὐτοῦ, *non* αὐτῆς, *quod in libris vulgo extat.*
3. γένηται *vitiose legitur exaratum in ed. Petav. Colon. repet.*
4. ἆρα *codd. mss., uti supra.*
5. κακία *non extat in cod. Rhedig.*
6. *Reposui* αὐτὴ *pro* αὕτη *quod omnes libri habent, sententia persuadente.*
7. *Libri habent* αὕτη, *uti paulo antea. Fortasse reponendum* αὐτὴ δὲ μένουσα.
8. *Libri habent* αὕτη.

contineat, quod tamen vana tua minimeque cohaerens ratio comprobare nititur.

Verum hoc loco praetermisso ad alia eiusdem hominis deliria orationem conferam. Cap. LX. Principes ait postremo illo tempore propriis sedibus restitutum iri, ac Patrem suasmetipsius partes esse recuperaturum. Quis est ille tam aequus, ut unicuique parti terminos suos velut decempeda metiatur? Quinam vero parebit ille, qui veritati ac bono morem gerere initio noluerit? Si id necessitate bonum exorturum dixeris, ut iniustus ille suis rebus contentus sit, nec in boni possessionem involet. Cur non facere illud initio potuit, priusquam suae sibi partes essent ereptae? An vero simul esse duo illi poterunt, cum suam quisque partem obtineat? Age vero si omnino suae omnipotenti partes attributae sint, adeo ut ceterae nihil ad ipsum pertineant, omnipotens appellari desinet? desinet omnium esse deus, desinet malo bonus esse subiectus, cum unusquisque sua se dominatione contineat. Cuius porro malus ille dominus erit, si neque mundus amplius supersit, nec animalia, vel homines ulli, qui illius ditioni subiacent. Praeterea cum idem ille materia simul atque corruptio sit, nonne prae ceteris corrumpi ipse debuit? Nam si ex illo tempore malum et si corruptio foret, ceteraque corrumperet, seipsum minime corrumpit, non est quod corruptioni obnoxium illud esse suspicemur, cum ita corrumpat cetera, ipsum immortale sit, nec extingui possit. Ex quo et illud sequitur, cum solida perpetuaque substantia constet, ac praeter sese consumat omnia, nihil ab illo relictum iri, sed cum ceterorum consumptio sit, illis ipsis interitum allaturum. Quamobrem sic illius substantia permanebit, nihil ut eorum quae sunt residere patiatur, sed sola perseverans universa profligabit. Nam si suam in sese malitiam exerceat, seque ipsa corrumpat, non potest constans eius esse stabilisque substantia. Ac nedum futuris postea temporibus, sed ne praeteritis quidem facere potuit, quin se suapte ipsius pernicie exitioque conficeret. Eiusmodi sunt ineptissimi hominis nugae ac fabulae. Quibus animadversis vos prudentes, sanctae dei ecclesiae ac dominicae fidei alumni, qualis impostor ille sit cum iudicio vestro perpendite, eiusque somnia deridete. Sed ad argumenta quaedam occasionesque perperam ex scripturis sacris ob nonnullam similitudinem expressas confugit, quae cum aliud sibi velint, male ab eo contrarium in sensum trahuntur. Ergo haec ipsa furtim ab eo sacris e literis interversa, et ad ipsius sententiam accommodata iisdem verbis in medium

9. *Fortasse* δὴ ἐν ἑαυτῇ.

καὶ μάλιστα πολλάκις τὰς αὐτὰς διαλαμβάνοντες ἀκρότατα διηλέγ-
ξαμεν.

Κεφ. ξα΄. Πρῶτον μὲν οὖν ὅτι εὑρὼν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς περὶ Παρα-
κλήτου ὀνόματος, καὶ ἀγνοήσας τὴν τοῦ ἁγίου Παρακλήτου δύναμιν,
ἑαυτὸν ὑπεισήνεγκε, νομίσας εἶναι τοῦτο. Καὶ φάσκει μὲν αὐτῷ τὰ
ὑπὸ τοῦ ἁγίου Παύλου εἰρημένα παρακεχωρηκέναι, ὡς τοῦ ἁγίου ἀπο-
στόλου φήσαντος, ἀπὸ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἀπὸ μέρους προφη-
τεύομεν· ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἀπὸ μέρους καταργηθήσεται. Τοῦτο
δὲ περὶ Παρακλήτου οὐδ᾽ ὅλως ἐκτίθεται ὁ ἅγιος ἀπόστολος, ὁ κατα-
ξιωθεὶς [1] αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ ἀπο-
στόλων, ἀλλὰ περὶ τῶν δύο κόσμων διηγεῖτο, περὶ τοῦ ἐνεστῶτος καὶ
μέλλοντος, ὡς ἔφην, τοῖς βουλομένοις περὶ καιρῶν καταλαμβάνειν ὅτι,
Μηδὲν ὑμᾶς [2] πτυρέτω ἐν λόγῳ, ἐν ἐπιστολῇ, ὡς ὅτι ἡ ἡμέρα ἐνέ-
στηκε τοῦ κυρίου· ἐὰν γὰρ μὴ ἀποκαλυφθῇ ὁ υἱὸς τῆς ἀνομίας, ὁ ἄν-
θρωπος τῆς ἀδικίας, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν συνελθόντων τῶν μα-
θητῶν πρὸς τὸν σωτῆρα ἠρώτων αὐτὸν περὶ τῆς συντελείας, καὶ ἔλε-
pag. 674. γεν αὐτοῖς, Οὐχ ὑμῶν [3] ἔστι γνῶναι χρόνους καὶ καιροὺς, οὓς ὁ πα-
τὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ
ἁγίου πνεύματος ἐφ᾽ ὑμᾶς· καὶ πάλιν ἔλεγεν, Ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ
χωρίζεσθε, ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἐπαγγελίαν [4] τοῦ πνεύματος, ἣν ἠκού-
σατε, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ὃ ἔφη, ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω,
ἐκεῖνος ἐλεύσεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὰ πάντα. Τὸ δὲ, Ἀναγγελεῖ
ὑμῖν τὰ πάντα, δι᾽ ἣν ἔμελλον καταξιοῦσθαι δωρεὰν, [5] ἐνοικήσειν ἐν
αὐτοῖς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅπως τὰ πάντα αὐτοῖς σαφῶς διηγήσηται,
ὅσα ἠδύναντο ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ χωρῆσαι. Καὶ ὧδε μὲν ἐν τῷ αἰῶνι
τούτῳ χωρήσαντες τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον ἐπροφήτευσαν, ὡς Ἄγα-
βος ἐπροφήτευσε περὶ λιμοῦ ἐσομένου, καὶ ὅτι προφῆται ἀπὸ Ἱεροσο-
λύμων κατέβησαν, καὶ ὅτι ἦσαν τέσσαρες θυγατέρες τῷ Φιλίππῳ προ-
φητεύουσαι. Ὅταν δὲ [6] προφητεύωσιν, ἀπὸ μέρους προφητεύουσι,
καὶ ἀπὸ μέρους γινώσκουσι· τὸ δὲ τέλειον ἐν τοῖς μέλλουσιν αἰῶσιν
ἐλπίζοντες προσδοκῶσιν, ὅταν τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μεταβληθῇ,
καὶ τὸ θνητὸν εἰς ἀθανασίαν, ὅταν τότε πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.
Ἄρτι γὰρ δι᾽ αἰνίγματος τὰ πράγματα, ἐκεῖ δὲ ἑτοιμάζεται ἃ [7] ὀφθαλ-
μὸς ὧδε οὐκ εἶδεν. Ἐκεῖ ἀποκαλύπτεται ἡ τελειότης, ἃ οὖς ἐνταῦθα
οὐκ ἤκουσεν. Ἐκεῖ τὸ μέγα χάρισμα τοῖς ἁγίοις, ὃ ἐπὶ καρδίαν ἀν-
θρώπου οὐκ ἀνέβη ἐνταῦθα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐχὶ τῷ Μάνῃ ἐταμιεύετο
τὸ εἰδέναι τὰ περιττά. Πῶς γὰρ ᾔδει Μάνης τοῦ σκοποῦ τοῦ ἰδίου
ἐκπεσών; Ἐπεβάλλετο γὰρ ἵνα τὸν Μάρκελλον χειρώσηται, ἤρχετο πρὸς

Cap. LXI. — 1. Repono αὐτός.
2. πτυρετῷ cod. ms. uterque.
3. ἔστι γνῶναι cod. ms. uterque. ἐπι-γνῶναι editi libri.
4. τοῦ ἁγίου πνεύματος cod. Rhedig.
5. ἐνοικήσειν (ἐνοικήσει cod. len.) cod. ms. uterque. In editis est ἐνοικήσει.

afferamus. Quamquam nos ex iis saepius disputantes accuratissime
refellimus.

Inprimis igitur cum divinis in literis Paracleti nomen invenis- Cap. LXI.
set, ac vim illius ignoraret, semetipsum pro vero spiritu supposuit.
Itaque ad sese pertinere illa docet quae ab apostolo Paulo dicuntur:
Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus: cum venerit quod 1. Cor. 13, 9.
perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Atqui de Paracleto nullo
modo haec pronuntiavit apostolus; qui cum sodalibus suis apostolis
spiritum sanctum accipere meruit, sed de duplici mundo sermonem
instituerat, praesenti videlicet ac futuro, propter nonnullos qui de
temporibus scire atque inquirere cupiebant. *Nihil*, inquit, *terreat* 2. Thess. 2, 2.
*vos in sermone, aut epistola, quasi instet dies domini: nisi enim re-
velatus fuerit filius iniquitatis, homo iniustitiae, etc.* Quin etiam
convenientibus salvatorem apostolis, ac de mundi occasu sciscitan-
tibus, ita ipse respondit, *Non est vestrum nosse tempora, vel mo-* Act. 1, 7.
*menta, quae pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem su-
pervenientis spiritus sancti in vos.* Item, *Hierosolymis*, inquit, *ne* Ioann. 16, 8.
discedite, expectantes promissionem spiritus, quam audistis, hoc est
paracletum illum spiritum, de quo dixerat, *Si ego, abiero ille veniet,* Ioann. 16, 14.
et annuntiabit vobis omnia. Quae quidem verba, *Annuntiabit vobis
omnia,* ad coeleste donum illud, quod erant adepturi par est referri;
quod nimirum habitaturus in ipsis esset spiritus sanctus, quo iis
aperte universa declararet, quae quidem capere in hac vita pote-
rant. Quamobrem cum ad eum modum paracleti spiritus essent in
hac vita compotes facti, vaticinati sunt. Quemadmodum *Agabus ventu-* Act. 11, 28.
ram famem praedixit, itemque *propheta Hierosolymis advenerunt.* Sic
et *Philippo quatuor erant filiae prophetissae.* Ceterum quoties Act. 21, 9.
omnes illi prophetant, *ex parte prophetant, et ex parte cognoscunt.* 1. Cor. 13, 9.
Quod vero perfectum est futuro in seculo tribuendum spe et exspe-
ctatione praecipiunt. *Quando corruptibile in incorruptionem, mor-* 1. Cor. 15, 53.
tale in immortalitatem commutatum fuerit, cum et *facie ad faciem in-* 1. Cor. 13, 12.
tuebimur. Nunc enim res nostrae *per aenigmata* et involucra trans-
iguntur: illic ea praeparantur quae hic *oculus non vidit.* Illic per- 1. Cor. 2, 9.
fectio retegitur, quae *hic auris nequaquam audiit.* Illic donum in-
gens sanctis tribuitur, quod *hic in cor hominis non ascendit.* Ex
quibus animadvertis uberiorem illam copiosioremque scientiam Ma-
nichaeo reservatam non fuisse. Quomodo enim ista cognoscet is qui
ab eo quod sibi proposuerat excidit? Nam Marcellum circumvenire

6. προφητεύωσιν cod. ms. uterque. Vulgo προφητεύουσιν.
7. ὀφθαλμὸς codd. mss. ὁ ὀφθαλμὸς editi.

τὸν Ἀρχέλαον, ἵνα αὐτὸν ἡττήσῃ, καὶ οὐ δεδύνηται. Πῶς οὖν ἀγνοῶν τὸ πρόσφατον δύναται εἰδέναι περὶ τῶν μειζόνων; πῶς δὲ οὐκ ἔλαθε τὰς χεῖρας τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν, [8] ὡς ὅτε ἁλοὺς ἔδωκε δίκην; [9] Ἀλλ' ἵνα καταφανῇ τοῖς σύνεσιν κεκτημένοις κατὰ πάντα ψευδόμενος.

Κεφ. ξβʹ. Πάλιν δὲ βούλεται φέρειν μαρτυρίαν, ἵνα παραστήσῃ τὴν παρ' αὐτῷ λεγομένην δυάδα, καὶ διέλῃ ἀναμέσον τῶν δύο Ἀρχῶν κενῶς, ἐν τῷ εἰπεῖν τὸν σωτῆρα, Οὐ δύναται δέντρον ἀγαθὸν καρποὺς κακοὺς ποιῆσαι, [1] οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Καὶ ὅρα μοι τὴν ἐλαφρὰν
pag. 675. διάνοιαν, καὶ μηδὲν ἐν βάθει τὰ τῆς θείας γραφῆς κατανοοῦσαν. Εἰ μὲν γὰρ δένδρα εἰσὶν, ἄρα καὶ γεωργὸν ἔχουσι, καὶ φυτὰ τυγχάνοντα καὶ πάντως ὑπό τινός εἰσι πεφυτευομένα. Πᾶν δὲ τὸ πεφυτευμένον οὐκ ἔστιν ἄναρχον, [2] ἀλλὰ ἀρχὴν ἔχει· ἀρχὴν δὲ ἔχον καὶ τέλος ὑφέξει. Τοίνυν τὸ σαπρὸν δένδρον οὐκ ἦν ἀεὶ, ἀλλὰ πεφύτευται, καὶ τὸ ἀγαθὸν δένδρον τοῦτο οὐ περὶ πάσης τῆς ἄνωθεν ἀγαθότητος [3] διηγεῖται. Ἐκεῖ γὰρ ἄψευστος ἀγαθότης μεταβολὴν μὴ ἔχουσα, καὶ ἐν τιμῇ ἀνεκλαλήτῳ τοῦ ὄντος ἁγίου θεοῦ τὸ διανόημα. Εἰς δὲ τὴν περὶ φυτῶν ἐνέργειαν ἴδωμεν εἰ οὕτως ἔχει, καὶ λάβωμεν λέγειν. Εἰ μὲν γὰρ περὶ τοῦ διαβόλου ἐστὶν ὁ λόγος, ἤδη πολλάκις ἐδείξαμεν ὅτι οὐ πονηρὸς γεγένηται· οὐδὲν γὰρ φαῦλον ὁ θεὸς ἐποίησε, καὶ τοῦτο τοῖς συνετοῖς ἐστι κατάδηλον. Εἰ γὰρ κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμεθα, οὐδὲν λυπήσει ἀποδεῖξαι καὶ ἐν τῷ παρόντι τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοίνυν φαῦλος οὐκ ἦν, ἀπέβη δὲ φαῦλος. Ἰδοὺ, οὐ συσταθήσεται ἐν τῷ μέρει τούτῳ ὁ περὶ τοῦ φυτοῦ λόγος. Ὁρῶμεν γὰρ καὶ Σαῦλον διώκτην γενόμενον, ὕστερον δὲ διωκόμενον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος οὗ ποτε ἐδίωκεν. Ὁρῶμεν τὸν Ἰούδαν ἐκλελεγμένον σὺν τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις, καὶ ὕστερον ἀποβάντα, καὶ ἐν μερίδι πονηρᾷ τεταγμένον. Ὁρῶμεν Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἀλλοτρίαν οὖσαν τοῦ γένους Ἰσραὴλ, ὕστερον δὲ μετανοήσασαν, καὶ λαβοῦσαν θεοῦ τὸν ἔλεον. Ὁρῶμεν τὸν λῃστὴν ἐπὶ [4] κακουργίᾳ ἁλόντα, καὶ κρεμασθέντα ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ ἐξομολογησάμενον, καὶ ἅμα τῷ κυρίῳ ἐν τῷ παραδείσῳ εἰςεληλυθότα. Ὁρῶμεν Νικόλαον καλὸν ὄντα, καὶ ἐκλελεγμένον, ὕστερον δὲ ἀποβάντα πονηρὸν καὶ ἐν τοῖς αἱρεσιάρχαις ταχθέντα. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν; τί οὖν ἐστι τὸ φυτὸν τοῦτο τὸ πονηρὸν ἀφ' οὗ ἀγαθὸν οὐ γίνεται; Ἀλλὰ πάλιν πράξεις εἰσὶν ἀνθρώπων. Οὐ δύναται γὰρ ἐκ πορνείας ἀγαθότης εἶναι· οὐ δύναται ἐκ φθόνου πονηρίας

8. *Suspicor* ὥςτε ἁλούς.
9. *Intellege ac solve* Ἀλλ' ἔλαθε, ἵνα *cett.*
Cap. LXII. — 1. οὐ *cod. Rhedig.*
ἀλλ
2. καὶ ἀρχὴν *cod. Rhedig.*
3. narrat *recte convertit Cornarius.*

primum est aggressus. Tum ad Archelaum venit, ut eum vinceret, quod tamen assequi non potuit. Fierine igitur potest ut qui quod adeo recens est ignorarit, maiora illa cognoscat? Cur non vero Persarum regis manus effugit, cum ab eo comprehensus ac poenis affectus est? Ut aperte constet iis qui prudentiae aliquid habeant illum in omnibus esse mentitum.

Sed quoddam testimonium urget ut suum illud par principiorum affirmet, eaque a se invicem frustra dirimat. Ergo hac salvatoris voce nititur: *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere; ex fructu enim arbor cognoscitur.* Vide hominis levitatem, qui nihil in scripturis penetrare altius possit. Etenim si principia illa arbores sint, habent igitur et agricolam suum, et cum plantae sint, omnino a quopiam plantatae sunt. Quidquid autem plantatum est, principium habet, proindeque et finem habebit. Itaque arbor mala non perpetuo extitit, sed est aliquando consita. Arbor vero bona non ad omne bonitatis supremae genus debet referri. Illic enim certa minimeque mendax et immutabilis bonitas est, utpote quae sit dei cogitatio inexplicabili quodam honore praedita. Utrum vero ad plantarum productionem accommodari possit, videndum ac disputandum nobis est. Etenim si de diabolo sermo sit, saepe illum ostendimus malum ab origine non fuisse; nihil enim deus malum condidit, idque adeo prudentibus est manifestum. Ac licet in eodem argumento versemur, non gravabimur tamen veritatem etiam in praesentia comprobare. Igitur malus initio diabolus non fuit, sed evasit postea. Quare locum hic non habet quod de arbore proponitur. Nam et Saulum videmus persecutorem fuisse, eundemque pro eo quod insecutus fuerat nomine persecutionem esse passum, contra vero Iudam cum duodecim apostolis electum descivisse postmodum et ad improbam factionem aggregatum. Quin et Raab meretricem cernimus ab Israëlitico genere hactenus alienam post poenitentiam receptum ad dei misericordiam habuisse. Videmus et latronem in facinore deprehensum et in crucem sublatum post confessionem una cum domino in paradisum ingressum. Nicolaum praeterea videmus virum bonum et electum, sceleratum postea fuisse, atque inter haereseon auctores adscriptum. Quid hic ceteros commemorem? Quidnam porro malam hanc arborem esse dicemus, e qua bonum oriri nequeat? Plane de hominum actionibus interpretari debemus. Neque enim e stupro derivari bonitas potest, neque ex nequitiae livore iustitia, neque ex adul-

(Margin: Cap. LXII.; Matth. 7, 18.; Act. 9.; Luc. 22, 3.; Iosue 2.; Luc. 23, 40.; Act. 6, 5.)

4. κακουργίᾳ *restitui ex libris mss. In editis est* κακουργίας.

δικαιοσύνη· οὐ δύναται ἐκ μοιχείας ἔπαινος γενέσθαι. Αὐτὸ γὰρ τὸ τῆς ἁμαρτίας δένδρον οὐ δύναται δι' ἀγαθότητος γενέσθαι, τουτέστιν οὐ ποιεῖ δένδρον πονηρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς, οὐδὲ ἀγαθοῦ δένδρου καρποὺς πονηροὺς γενέσθαι. Οἷον τὸ ἀγαθὸν δένδρον τὸ μὴ ποιοῦν καρποὺς πονηροὺς ξενοδοχία γινομένη, κἄν τε ὅσα ἀποβῇ ἀπὸ τῆς ξε-
pag. 676. νοδοχίας, οὐχ ἕνεκεν φαυλότητος ἔχει τὴν [5] δύναμιν ἐλεημοσύνη, ἁγνεία διὰ θεὸν, ἐγκράτεια διὰ τὸν δεσπότην, δικαιοσύνη διὰ τὸν νόμον.

Κεφ. ξγ'. Ταῦτα τὰ δύο δένδρα περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ ἁμαρτίας τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Περὶ δὲ ὧν οὗτος ὁ βάρβαρος Μάνης διανοεῖται, περὶ θεοῦ βούλεται λέγειν, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου. Καὶ ὅτι περὶ θεοῦ οὐδεὶς δύναται τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅτι κακὸν ποιήσει ποτὲ (μὴ γένοιτο), καὶ [1] οὔτε περὶ τοῦ διαβόλου ὅτι ἀγαθὸν ἐργάζεται, τοῦτο δῆλον. Ἀλλὰ διὰ θεοῦ πάντα γίνεται τὰ ἀγαθὰ, καὶ φαῦλον ἐξ αὐτοῦ οὐδὲν κέκτισται, οὐδὲ γίνεται. Εἰ δὲ ἐκ διαβόλου ἐνεργεῖται πονηρά τινα, ἰδοὺ, εὑρήκαμεν καὶ δι' αὐτοῦ στέφανον πλεκόμενον ἁγίοις, καὶ βραβεῖον διδόμενον τοῖς νενικηκόσι. Καὶ διέπεσεν ὁ αὐτοῦ λόγος. Τὸ γὰρ σαπρὸν δένδρον καὶ ἀγαθὸν δένδρον περὶ ἀγαθῶν ἔργων τυγχάνει καὶ περὶ φαύλων, καὶ οὐκ ἔστι περὶ παλαιᾶς διαθήκης καὶ καινῆς, καθὼς βούλεται ὁ τοῦ Μάνη λόγος.

Κεφ. ξδ'. Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς βουλόμενος [1] παριστᾶν τὰς περὶ τῶν δύο Ἀρχῶν προφάσεις, θηρώμενος [2] ἐπιτηδεύεται τὰς αὐτῷ δοκούσας λέξεις, οὕτως ἐχούσας ὅτι, φησὶ, τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν, Ὑμεῖς υἱοὶ τοῦ διαβόλου ἐστέ· ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν· βούλεται δὲ βλασφημεῖν καὶ λέγειν τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς πατέρα εἶναι τοῦ διαβόλου, μηδαμῶς δυνάμενον ὅλως ἐπὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν [3] φέρεσθαι. Εἰ γὰρ ὅλως τοῦ διαβόλου υἱοί εἰσι, διέπεσεν ὁ κατ' αὐτὸν λόγος, καὶ [4] ἑαυτῷ ἀντιμάχεται ὁ Μάνης ἀγνοῶν. Ἀφωρίσθησαν γὰρ λοιπὸν αἱ αὐτῶν ψυχαὶ ἐκ διαβόλου γεγενημέναι, καὶ οὐκέτι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως κατὰ τὸν αὐτοῦ μῦθον, ἢ οὐκ ἔστι μέρος τοῦ φωτὸς ἢ πανοπλίας τοῦ αὐτοῦ, ἢ τοῦ στύλου τοῦ φωτὸς, ἢ Μητρὸς τῆς ζωῆς. Εἰ δὲ ὅλως αὐτοὶ τοῦ διαβόλου, ἄρα καὶ ὁ Ἀβραὰμ ὁ τούτων πατὴρ, οὗ σπέρμα τυγχάνουσιν αὐτοὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ αὐτὸς τοῦ διαβόλου ἐστὶ, κατὰ τὸν τοῦ Μάνη λόγον. Πῶς οὖν [5] ὁ σωτὴρ ἐλεγκτικῶς λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς οὐκ ἐστε τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ,

5. *Sustuli distinctionem post* δύναμιν, *quae in editis vulgo obtinuit.*

Cap. LXIII. — 1. *Suspicor* οὐδὲ.

Cap. LXIV. — 1. παριστᾶν *emendavit Petavius ex auctoritate exempli Scholtiani, in cuius margine ea scriptura annotata est, cum siglo M., ex cod. ni fallor manu exarato, nescio quo. In reliquis, tum scriptis quam edito, extat* περιστᾶν.

2. ἐπιδεύεται *habet edit. princ.* ἐπιδύεται *codd. mss.*

3. φέρεσθαι *emendavit Petavius. Libri*

terio laus. Siquidem arbor illa peccati a bonitate proficisci non potest. Hoc est, *Arbor mala bonos fructus non facit, neque bona ex arbore mali fructus oriuntur.* Exempli gratia arbor illa bona, quae malos fructus edere non potest, fit benigna hospitum exceptio. Quicquid enim ab ea proficiscatur, vis eius ab improbitate non oritur. Similiter eleemosyna, castimonia quae propter deum colitur, continentia propter dominum, iustitia legis gratia suscepta.

Quamobrem ambae illae arbores de iustitia et peccato intelligi Cap. LXIII.
commode possunt. At barbarus ille Manichaeus perperam de deo ac diabolo conatur accipere. Verum neminem eo audaciae progredi posse perspicuum est ut aut deum asserat malum aliquando facturum, aut diabolum bonum. Quinimo bona omnia deus efficit, neque malum quicquam ab eo productum est, aut vero producitur. Quod si diabolus nonnulla mala molitur, nimirum hac illius opera sanctis hominibus corona nectitur, ac praemium victoribus tribuitur. Sicque tota illius ratio corruit. Mala enim arbor et bona de bonis ac malis operibus explicantur, nec ad vetus novumque testamentum pertinent, ut falso Manichaeus existimat.

Sed instat idem ille, et ut suum de duobus principiis dogma Cap. LXIV.
stabiliat, nonnullas e scripturis voces pro sua libidine captat, quae sunt eiusmodi. Iudaeis, inquit, dominus dixit, *Vos filii diaboli* Ioann. 8, 44.
estis: ille homicida fuit, quoniam pater eius mendax erat. Cuius ex occasione loci homo contumeliose in deum garrire non dubitat, et coeli terraeque conditorem patrem esse diaboli dicere, cum nihil eiusmodi locus ille contineat; etenim si diaboli filii habendi illi sunt, falsum est quod alio loco defendit, ac sibi ipse imprudens repugnat. Sequitur enim separatas deinceps, et a diabolo productas illorum animas fuisse, minimeque ab coelesti virtute profectas, ut illius fabula narrabat. Nec iam pars erit ulla lucis, aut illius armaturae, aut columnae luminis, aut matris vitae. Imo vero si diaboli filii sunt, Abrahamus etiam illorum pater, a quo Iudaei propagati sunt, diaboli filius erit, ex illa Manichaei sententia. Quod si ita est,
quanam ratione salvator ipse his illos verbis appellat: *Vos non estis* Ioann. 8, 40.

habent φαίνεσθαι. *Ita supra haer.* 59, 4. *dixit* Τὰ γὰρ εἰς ἱερωσύνην παραδοθέντα διὰ τὸ ἐξοχώτατον τῆς ἱερουργίας εἰς πάντας ἐνόμισαν ἴσως φέρεσθαι.

4. ἑαυτῷ *ex libro ms.* (*qui M. siglo notatus est*) *annotavit in marg. sui exempli Fr. Schottus, unde recepit Petavius.* ἐμαυτῷ (*in cod. Ien. rasura conspicua est*) *codd. mss. et ed. princ.*

5. ὁ σωτὴρ ἐλεγκτικῶς *emendavit Petavius, partim praeeunte Cornario, qui interpretatus est* Quomodo igitur Salvator expresse dicit ad ipsos *cett. Libri vulgo habent* ὁ πατὴρ λεχτικῶς.

ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου· εἰ γὰρ ἦτε τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ,
τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐποιεῖτε· ὑμεῖς γὰρ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, [6] ἄνθρωπον,
pag. 677. ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα ὑμῖν· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε; Καὶ
ὁρᾷς ὅτι καταχρηστικός ἐστιν ὁ λόγος· αὐτῶν γὰρ ὄντων υἱῶν τοῦ
Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ κυρίου ἀπαλλοτριοῦντος αὐτοὺς διὰ τῶν ἔργων,
οὐχὶ διὰ τοῦ πλάσματος, ἢ διὰ τῆς ποιήσεως. Ἤδη δὲ καὶ ἄνω διη-
γησάμεθα περὶ τούτου. Πῶς οὖν τὸ μέρος τοῦ αὐτοῦ σπέρματος
ἔσται, ποτὲ μὲν ἀλλότριον καὶ τοῦ διαβόλου, ποτὲ δὲ μέρος θεοῦ;
ἀλλὰ τοῦτο ἐγκληματικῶς διηγεῖται. Ὧι γάρ τις ἑαυτὸν ὑποτάσσει,
τούτου [7] δοῦλος τυγχάνει, κατὰ τὴν ἐνέργειάν τε καὶ διδασκαλίαν, ὡς
καὶ ὁ Παῦλός φησι, Εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς διδασκάλους ἔχετε, ἀλλ' οὐ
πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς
ἐγέννησα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι τὴν διδασκαλίαν λέγει; Καὶ εἰ μὲν ὁ Μάνης
ἐδέχετο τὸν Ἀβραὰμ, ἐλέγομεν ἂν τὸν μὲν Ἀβραὰμ τοῦ θεοῦ τοῦ φω-
τὸς, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένους ἄλλου. Ἡ δὲ ὑπόθεσις τοῦτον
ἔχει τὸν τρόπον. Ἐμιμοῦντο τὸν φονέα, ἐμιμοῦντο τὴν παράδοσιν
τοῦ Ἰούδα, κατεδέξαντο τὴν διαβολὴν τοῦ προδότου, υἱοὶ γεγόνασι
τῆς αὐτοῦ ἐπαρνησιθείας· αὐτὸς ψεύστης ἐγένετο, τὸ γλωσσόκομον κα-
τέχων, καὶ κλέπτων, καὶ λέγων αὐτῷ, Χαῖρε Ῥαβί, καὶ ἐλεγχόμενος,
καὶ ἀκούων, Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; Οὗτος ὁ Ἰούδας ἐμιμήσατο τὸν
Κάϊν, ἐπειδὴ ἀνθρωποκτόνος ἐγένετο, ψευδόμενος ἐναντίον τοῦ κυ-
ρίου, καὶ λέγων, Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; οὐκ οἶδα ποῦ ἐστι.
Καὶ [8] αὐτὸς κατὰ μίμησιν υἱὸς γεγένηται, καὶ [9] κατὰ θεωρίαν τῆς ἐν
τῷ ὄφει λαλησάσης ψευδηγόρου φωνῆς τῆς λεγούσης, Ἔσεσθε ὡς θεοὶ,
γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. Τουτέστι τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παρὰ
τοῦ σωτῆρος εἰρημένον, Ὑμεῖς υἱοί ἐστε τοῦ διαβόλου. Λέγει γὰρ,
Οὐχὶ δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην; εἷς ἐξ ὑμῶν ἐστι διάβολος. Ἐπειδὴ
ἀπαρχῆς ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἀνθρωποκτόνος, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύ-
στης ἦν. Καὶ λέλυται ἡ τούτου ζήτησις. Οὐ γὰρ τοῦ διαβόλου ἦσαν
τέκνα οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ γένοιτο. Λέγει γὰρ ἡ Σαμαρεῖτις πρὸς τὸν σω-
τῆρα ὅτι, Ὧδε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ
ὑμεῖς δὲ λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυ-
νεῖν. Εἶτα μετὰ πολλὰ ὁ σωτὴρ [10] αὐτῇ ἔφη ὅτι, Ἃ οἴδαμεν λαλοῦ-
μεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστί. Καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος,
Δῆλον ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος. Καὶ πολλά ἐστι περὶ τού-
του λέγειν, καὶ ἐλέγχειν τὴν πλάνην τούτου.

Κεφ. ξε'. pag. 678. Πάλιν δὲ ἐπιλαμβάνεται τῆς λέξεως ταύτης ὅτι, Τὸ φῶς ἐν τῇ

6. ἄνθρωπος cod. Rhedig.
7. υἱὸς suspicabatur Petavius.
8. *Male haec interpretatus est Petavius; non enim de Adamo, sed de Iuda dicit.*
9. κατὰ θεωρίαν *est librorum vett. scriptura, quam restitui.* καταθεωρίσας *ed. princ. (quamquam in latina versione Cornarius significanter sit interpretatus* itemque iuxta intelligentiam). καταθεωρήσας *ed. Petav.*

*filii Abraham, sed patris vestri diaboli: si enim essetis filii Abraham,
illius opera faceretis: vos enim quaeritis me interficere, hominem, qui
veritatem locutus sum vobis; hoc Abraham non fecit.* Vides igitur
per catachresim usurpatum id fuisse, ut Abrahami quidem essent
natura filii, et ab eodem nihilominus domini sententia, non origine
productioneve, sed operibus adiudicentur. De qua re nos antea
disputavimus. Fierine itaque potest uti pars aliqua ab eodem satu
aliena modo sit, ac diaboli propria, modo deo tribuenda? Sed ni-
mirum incusandi ac reprehendendi caussa ista dicuntur. Nam cui se
quisque subiicit, huius et actione et disciplina filius est, ut ex Pauli
verbis apparet: *Nam licet multos praeceptores habeatis, at non mul-* 1.Cor. 4, 15.
tos patres: nam in Christo Iesu per evangelium ego vos genui. Ubi
ad doctrinam, ut vides, ista transfert. Et quidem si Abrahamum
Manichaeus admitteret, hunc ipsum ad lucem spectare diceremus,
liberos vero ab eo productos alteri tribueremus. Verumenimvero
ita sese res habet: imitabantur homicidam Iudae, proditionem imi-
tabantur, eiusque calumniam ac delationem secundis auribus acce-
perant; huius in divini numinis abnegatione filii extiterunt. Ille
enim mendax erat, cum et loculos haberet, et furtum committeret,
et Christum ita salutaret, *Ave Rabbi;* quam ob caussam hac domini Matth. 26, 49.
voce reprehenditur, *Amice ad quid venisti?* Iudas vero Cainum imi- Gen. 4, 9.
tatus est, qui et parricida fuit, et coram domino mentitus est. *Num* Gen. 3, 5.
custos, inquit, *fratris mei sum? nescio ubi sit.* Eiusdem et Adamus
imitatione filius fuit, dum mendacem illam vocem sequitur, quae per
serpentem ita loquebatur: *Eritis sicut dii scientes bonum et malum.*
Atque hoc ipsum est quod in evangelio a salvatore dicitur: *Vos* Ioann. 8, 70.
estis filii diaboli. Sic enim loquitur, *Nonne duodecim vos elegi,* Ibid. 8, 44.
*et unus ex vobis est diabolus? Quoniam ab initio mendax est et ho-
micida, quia pater eius mendax erat.* Qua ratione Manichaei quaestio
dissolvitur; non enim diaboli proprie filii erant Iudaei. Absit ut id
esse credamus. Quippe cum Samaritana mulier Christo domino di-
xisset, *Hic in isto monte adoraverunt patres nostri: vos autem dicitis* Ioann. 4, 20.
Hierosolymis esse locum, ubi oportet adorare, post multa salvator ista
subiecit, *Quae scimus loquimur, quia salus ex Iudaeis est.* Cui et Ioann. 4, 22.
apostolus consentit his verbis: *Quoniam ex Iuda ortus est dominus.* Hebr. 7, 14.
Κεφ. οδ'. Θανάτου δὲ πάλιν ὁρίζεται τὴν διαθήκην τοῦ νόμου, διὰ τὸ εἰρηκέναι τὸν ἀπόστολον, Εἰ δὲ διαθήκη [1] τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, ἀλλ' ὅτι, Ὁ νόμος δικαίῳ οὐ κεῖται, ἀλλὰ πατραλοίαις, καὶ μητρολοίαις, καὶ ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἀντίκειται τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ. Ἐπεὶ οὖν ὁ νόμος δικαίῳ οὐ κεῖται, παράνομος ἆρά ἐστιν ὁ δίκαιος; μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ προέλαβεν ὁ δίκαιος τὰ τοῦ νόμου τελέσαι, οὐκ ἔστι νόμος κατὰ δικαίου τοῦ πεποιηκότος τὸν νόμον. Κεῖται δὲ κατὰ τῶν ἠνομηκότων, δικάζων τοὺς παρανομήσαντας. Οὕτω οὖν ἡ διαθήκη. Ἔλεγε γὰρ τὸν φονέα φονεύεσθαι, καὶ τὸν μοιχὸν [2] ἀποκτέννεσθαι, καὶ τὸν παρανομήσαντα λιθοβολεῖσθαι. Ἐγένετο δὲ ἐν δόξῃ· μεγάλη γὰρ ἐγένετο ἡ ταύτης δόξα. Περιεκράτησε γὰρ τῆς δόξης τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀδικίας, ἐν φωτὶ στύλου [3] πυρὸς τυπουμένη, ἐν σάλπιγξι φοβεραῖς ἠχούσαις μέγα, καὶ ἐν σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἐν μεγάλῃ τότε γενομένῃ δόξῃ. Ἔδει γὰρ προάγειν τὴν διαθήκην τοῦ θανάτου, ἵνα πρῶτον θανόντες τῇ ἁμαρτίᾳ ζήσωμεν τῇ δικαιοσύνῃ· ὡς Χριστὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἐβάστασε, καὶ τὰς νόσους ἀνέλαβεν, [4] ἀνενέγκας πάντα ἐπὶ τῷ σώματι ἐν τῷ σταυρῷ, ἵνα πρῶτον τὰ τοῦ θανάτου, ἔπειτα τὸ τῆς ζωῆς ἐν αὐτῷ δι' ἡμᾶς πληρωθήσεται. Καὶ διὰ τοῦτο πρῶτον ἀποθνήσκει,
pag. 694. ἵνα συστήσῃ τὴν τοῦ θανάτου διαθήκην. Ἔπειτα ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, ἵνα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. Ἐν

Cap. LXXIII. — 1. *Vulgo* ἆρά ἐστι.
Cap. LXXIV. — 1. τοῦ θανάτου *verba absunt a cod. Rhedig.*
2. ἀποκτέννεσθαι *cod. ms. uterque.* ἀποκτένεσθαι *ed. princ.* ἀποκτείνεσθαι *ed. Petav.*
3. πυρὸς *restitui ex codd. mss. Vulgo* πῦρ.
4. ἀνενέγκας *cod. ms. uterque.* ἀνέγκας *ed. princ.* ἐνέγκας *ed. Petav., qui eam scripturam videtur hausisse ex Scholtiano exemplo cuius in marg. ea conspicitur annotata cum siglo M.*

locutus est, qui futura ante praevidit ac praedixit. Nam si futura novit, praescientiae expers non fuit, eritque deus qui futurorum cognitione praeditus est. Porro ideo illa scripsit ut aliquando contingerent; quae si contraria ipsi forent, sic de illis scribi voluisset, ut everteret ac destrueret, ne persuaderi nobis possent. Nunc cum ea commendet ipsa quae in Christo perficienda erant, non dubium est eundem illum esse spiritum qui in lege ac prophetis evangelioque adeo sit locutus, quandoquidem una est omnium concordia. Quod a Moyse quoque declaratum est: *Prophetam*, ait, *e fratribus vestris* Deut. 18, 15.
suscitabit dominus. Imo et dominus ipse, *Moyses*, inquit, *de me* Ioann 5, 46.
scripsit. Qui quidem Moyses ita pergit: *Omnis anima quae non audierit prophetam illum, exterminabitur.* Item dominus: *Si Moysis* Ibid.
literis non creditis, quomodo sermones meos audietis? Ita veritas omni ex parte splendida ac rugae expers apparet.

Atenim Manichaeus testamentum legis mortis esse testamentum Cap. LXXIV.
asserit, quod apostolus dixerit, *Quod si testamentum mortis in lite-* 2. Cor. 3, 7.
ris insculptum lapidibus, gloriosum fuit. Nec eo contenta scriptura illud insuper adiecit: *Lex iusto non est posita, sed patricidis et matri-* 1. Tim. 1, 9.
cidis, et periuris, et siquid aliud contrarium est sanae doctrinae. Cum igitur lex iusto posita non sit, num sceleratus atque exlex dicendus est? Minime vero. Sed quoniam iustus quae lege praescripta sunt facere antevertit, adversus hunc non est constituta lex qui legem observavit, sed adversus eos decernitur qui sceleris aliquid commiserint, ad eos iudicandos qui contra legem peccaverint. Atque hoc modo sese testamentum vetus habuit, quod et homicidam interfici, et adulterum perinde morte damnari, ac legis violatorem lapidibus obrui praeceperat. Idem porro splendorem ac gloriam habuit, et quidem non mediocrem. Gloriam enim inter homines ob Exod. 20, 16.
mutuas illorum iniurias promeruit. Quod ignea in columna traditum et informatum est, tubis vehemens quiddam horrendumque perstrepentibus, in tabernaculo testimonii, reliquaque omni gloria, quae praecipua tum extitit. Oportebat enim praeire testamentum mortis, ut cum *peccatis essemus mortui, iustitiae viveremus.* Qua ratione 1. Petr. 2, 24.
Christus *infirmitates nostras portavit*, morbosque suscepit, quae Isai. 53, 4.
omnia corpori suo imposita in cruce sustinuit, ut primum quae ad mortem pertinent, tum vero quae sunt vitae propria in eadem nostra caussa complerentur. Quam ob caussam moritur primo, ut mortis testamentum commendaret. Deinde a mortuis excitatus est, ut a gloria transiret ad gloriam, tanquam a *domini spiritu.* Nam in cruce

γὰρ τῷ σταυρῷ ἐθριάμβευσεν Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας, ἐν τῷ θανάτῳ κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν, ἐν τῷ ταφῆναι ἔθαψε τὴν ἀνομίαν, ἐν τῷ γεύσασθαι θανάτου κατέκλασε τὸ κέντρον τοῦ θανάτου, ἐν τῷ κατελθεῖν εἰς τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην, ἔλυσε τοὺς πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ἔλαβε τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ διαβόλου. Καὶ ὅρα πῶς ἡ δόξα αὕτη ἀπὸ Μωϋσέως ἄχρι τοῦ κυρίου. Πόσῳ γε μᾶλλον ἡ διαθήκη τῆς ζωῆς ἔσται ἐν δόξῃ, λίθου ἀποκεκυλισμένου, πετρῶν ῥηγνυμένων, μνημάτων ἀνοιχθέντων, ἀγγέλων ἐξαστραπτόντων, γυναικῶν εὐαγγελιζομένων, εἰρήνης διδομένης, πνεύματος παρ' αὐτοῦ τοῖς ἀποστόλοις διδομένου, οὐρανῶν βασιλείας καταγγελλομένης, εὐαγγελίου φωτίσαντος τὴν οἰκουμένην; ὁ καταβὰς αὐτὸς, καὶ ὁ ἀναβὰς ἐπάνω πάντων τῶν οὐρανῶν, καὶ καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός; Οὐκ ἦν θανατοποιὸς ἡ διαθήκη, ἀλλὰ κατὰ τοῦ θανάτου ἡ διαθήκη. Ἐν δόξῃ δὲ ἡ τοῦ θανάτου, ἵνα ἡ ὑπερβάλλουσα δόξα κατὰ τοῦ θανάτου γένηται.

Κεφ. οε'. Εἶτα πάλιν λέγει ὁ αὐτὸς Μάνης, Οὐ δύναται ἑνὸς διδασκαλίου εἶναι παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη. Ἡ μὲν γὰρ παλαιοῦται ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, ἡ δὲ ἀνακαινίζεται ἡμέραν [1] καθ' ἡμέραν· πᾶν γὰρ τὸ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ γίνεται· ἀλλὰ ἐκείνη ἄλλου θεοῦ, καὶ ἄλλου διδασκάλου, καὶ αὕτη ἑτέρου θεοῦ καὶ ἑτέρου διδασκάλου. Καὶ εἰ μὲν εἶχε δεῖξαι δύο διαθήκας παλαιὰς, ἠδύνατο παρ' αὐτῷ πιθανὸν εἶναι τὸ λεγόμενον, ὡς δύο ὄντων τῶν τότε διαθεμένων. Ὡσαύτως δὲ εἰ δύο καινὰς διαθήκας εἶχε δεῖξαι, ἦν εἰς τὴν διάνοιαν λαβεῖν τὸ προειρημένον. Εἰ δὲ ἡ μὲν παλαιὰ ἑνὸς, καὶ ἡ καινὴ τοῦ ἄλλου, τοῦ δὲ καλοῦ θεοῦ [2] εἰ ἔστιν ἡ καινὴ διαθήκη, πονηροῦ δὲ ἡ παλαιὰ, ἄρα εἰ μὴ [3] εἶδεν ὁ ἀγαθὸς θεὸς τὸν πονηρὸν διαθέμενον, οὐκ ᾔδει ὅτι χρὴ διαθέσθαι διαθήκην, καὶ ἔσται μᾶλλον παρ' αὐτοῦ λαμβάνων τὴν πρόφασιν τῆς διδασκαλίας, καὶ ἄπειρος ὢν ἐν τοῖς πράγμασιν. Εἰ γὰρ μὴ ἑώρακεν, οὐκ ἂν ἐμιμήσατο, καὶ ἔδει μᾶλλον τὴν παλαιὰν διαθήκην εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ, ἵνα κἂν ὁ πονηρὸς μιμηλὸς ἀκούσῃ, ἤπερ ὁ ὢν ἀληθινὸς θεός. Λέγει γὰρ ὁ κύριος ἐν
pag. 695. τῷ εὐαγγελίῳ, Ὃ ἐὰν βλέπῃ ὁ υἱὸς [4] τὸν πατέρα ποιοῦντα, [5] οὕτω καὶ αὐτὸς ὁμοίως ποιεῖ. Καὶ ἵνα μὴ [6] εἴξῃ τῷ συμβουλεύοντι, εἰς τὸ μὴ καυχᾶσθαι τὸν διάβολον, καὶ λέγειν διὰ τῆς συμβουλίας αὐτοῦ τι τὸν σωτῆρα πεποιηκέναι, ὥς φησι πρὸς αὐτὸν, Εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γένωνται. Ὁ δὲ οὐκ ἀνέχεται, ἵνα μὴ μαθὼν [7] ὑποληφθείη παρὰ τοῦ διαβόλου λαμβάνων τὴν συμβουλίαν. Καὶ ὁρᾷς ὅτι τὰς

Cap. LXXV. — 1. ἐξ ἡμέρας cod. Rhedig.

2. Voculam εἰ uncinis notavit Petavius.

3. Vulgo εἶδεν. In exemplo F. Schottii in marg. annotatum invenio ex cod. illo nescio quo (siglo M. notato) οἶδεν. Sed vides etiam paulo infra sequi εἰ γὰρ μὴ ἑώρακεν, οὐκ ἂν ἐμιμήσατο.

4. Libri habent πρὸς τὸν πατέρα. Suspicor librarium voluisse τὸν υἱὸν πατρὸς (= πρὸς) τὸν πατέρα cett.

5. οὕτως cod. Rhedig.

6. εἴξῃ emendavit Petav. Vulgo extat ἥξει, in cod. Rhedig. ἤξει. Cornar. vertit Et ut ne admitteret consiliarium cett.

7. ὑπολειφθείη cod. ms. uterque et ed. princ.

Principatus ac Potestates velut in triumpho traduxit. In morte vero Coloss. 2, 15.
peccatum damnavit, in sepultura iniquitatem sepeliit, in degustanda morte *stimulum mortis infregit*, in suo illo ad inferos descensu spo- 1. Cor. 15, 59.
lia detraxit inferis, vinctos fortitudine sua liberavit, adversus diabolum trophaeum crucis accepit. Vide ut a Moyse ad Christum gloria perstiterit, quanto erga maiorem gloriam vitae testamentum obtinebit, cum et lapis revolvitur, et saxa franguntur, et monumenta reserantur, et angeli fulguris instar emicant, et mulieres evangelium praedicant, pax conceditur, spiritus apostolis ab illo tribuitur, regnum coeleste denuntiatur, orbis terrarum evangelio collustratur? Postremo *qui descendit ipse est qui ascendit super omnes* Eph. 4, 9.
coelos, et sedet ad dexteram patris. Non fuit mortiferum testamentum, sed adversus mortem constitutum. Illud porro quod mortis dicitur, gloriam habuit, maior ut adversus mortem gloria compararetur.

Sed obiicit Manichaeus, non posse vetus ac novum testamen- Cap. LXXV.
tum ab eodem esse magistro profectum. Si quidem *vetus de die in* 1. Cor. 4, 16.
diem inveteratur, alterum *vero in dies innovatur: quicquid enim inve-* Hebr. 8, 13.
teratur, ac senescit, interitui proximum est. Quare superest ut illud alterius dei ac magistri, hoc alterius esse dicatur. Verum si vetera duo testamenta demonstrare posset, probabile nonnihil videri posset quod de duplici testatore disputat. Ita etiam si nova duo testamenta nobis ostenderet, utcumque quod narrat intelligi posset. Sed cum vetus quidem alterius, novum testamentum alterius sit, hoc si bono deo tribuere velimus, illud vero malo, consequens illud est, bonum deum, nisi conditum a malo testamentum scivisset, a se quoque condendum ignoraturum fuisse. Quare doctrinae suae divulgandae occasionem ab illo nactus, ac rerum gerendarum imperitus esse videbitur. Nisi enim fieri ab altero vidisset, nunquam esset imitatus, ac bono deo testamentum vetus affingi magis oportebat, ut malus alter potius aemulator appellaretur quam verus germanusque deus. Dominus enim in evangelio dicit, *Quicquid viderit filius patrem facientem, idem et ipse similiter facit.* Tum insuper ne con- Ioann. 5, 19.
sulenti illi cessisse videretur, neve gloriari ac iactare diabolus pos- Matth. 4, 3.
set suo aliquid consilio a salvatore gestum, cum ita suaderet ipsi: *Dic ut lapides panes fiant*, repudiavit penitus, ne didicisse aliquid a diabolo, eiusque consilio usus esse videretur. Quod autem testa-

δύο διαθήκας ἑνὸς λέγει θεοῦ; φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος· ἡ πρώτη δια-
θήκη ἐκ τοῦ ὄρους Σινᾶ ἐδόθη, εἰς δουλείαν γεννῶσα. Τὸ γὰρ ὄρος
Σινᾶ ἐστιν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Εἰ γὰρ δύο εἰσὶ γυναῖκες, ἀλλὰ εἷς ὁ
ἀνὴρ, οὕτω εἰ καὶ δύο εἰσὶ διαθῆκαι, ἀλλὰ εἷς ὁ θεὸς, ὁ τὰς δύο θέ-
μενος. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύο κέκληκε καινὰς, οὐδὲ δύο παλαιὰς,
ἀλλὰ μίαν παλαιὰν, καὶ μίαν καινήν. Καί φησι, *Διαθήκη δὲ ἐπὶ νε-
κροῖς βεβαία ἐστὶ*, διὸ καὶ ἡ πρώτη ἄνευ αἵματος οὐκ ἐγένετο· ἔλαβε
γὰρ Μωϋσῆς τὸ αἷμα τῶν τράγων, καὶ ἐρράντισεν αὐτὸ τὸ βιβλίον
καὶ τὸν λαόν· διὰ τοῦτο καὶ ἡ δευτέρα ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ σωτῆρος
ἐδόθη διαθήκη· ὁπότε μάλιστα αἱ ἀμφότεραι ἀλλήλαις συνᾴδουσιν, ἡ
μὲν λέγουσα, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν
μήρων αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ [8] ᾧ ἀπόκειται· ἡ δὲ δευτέρα ὅτι, θεὸς
ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος [9] ἑαυτοῖς
τὰ παραπτώματα. Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ τούτου λέγειν, διὰ δὲ τὴν
συντομίαν ὑπερβήσομαι.

Κεφ. ος'. Δένδρεσιν δὲ ἐξηραμμένοις καὶ γεγηρακόσιν ἀπεικάζει πάλιν νό-
μον καὶ προφήτας, δῆθεν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ οὗ εἴρηκεν, Ὁ νόμος καὶ
οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου. Καὶ οὐδὲν τούτου ἠλιθιώτερον. Τίνι γὰρ
οὐ σαφὲς ὑπάρχει ὅτι πληρωθέντος τοῦ ὑπὸ τῶν προφητῶν καταγγελ-
λομένου ἐτελέσθησαν οἱ προφῆται; Εἰ γὰρ ἔτι προφῆται ἤρχοντο κα-
ταγγέλλοντες Χριστὸν [1] ἐρχόμενον ἀπὸ Μαρίας, οὔπω Χριστὸς ἐπεδή-
μησεν. Ἔοικε γὰρ [2] ἡ ὑπόθεσις αὕτη τοιούτῳ τινὶ πράγματι, ὡς βα-
σιλεὺς μέλλων ἀποδημεῖν εἰς χώραν προπέμπει [3] ἐνώπιον αὐτοῦ [4] ἐφίπ-
πους, προετοιμαστὰς, προκαταγγέλτορας, καὶ ὅσον ἡ παρουσία φθά-
νει τοῦ βασιλέως, τοσούτῳ πλείους οἱ τῆς παρουσίας κήρυκες προλαμ-
βάνοντες καὶ ἐν ταῖς πόλεσι τὰ τῆς παρουσίας διαγγέλλοντες. Ἐπὰν
δὲ φθάσῃ ὁ βασιλεὺς εἰςελθεῖν εἰς τὴν πόλιν, τίς ἔτι χρεία κηρύκων;
pag. 696. τίς ἔτι χρεία [5] ἐφίππων, ἢ τῶν ἄλλων τῶν προκαταγγελλόντων τὴν τοῦ
βασιλέως παρουσίαν, ὁπότε αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἔνδον ὑπάρχει; Οὕτω
καὶ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἄχρις [6] Ἰωάννου. Ἰωάννου δὲ κηρύξαν-
τος φωνὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ δείξαντος ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς τοῦ
θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, οὐκέτι προφητῶν ἐστι χρεία,
ὅπως ἔλθωσι καὶ κηρύξωσιν ἡμῖν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ παρθένου πα-
ρουσίαν· χρεία δὲ τῶν προκαταγγειλάντων αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, πρὸς
βεβαίωσιν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ὅτι προκατήγγελτο. Ὡς γὰρ εἴ τις
παιδαγωγὸν ἔχοι (καθάπερ καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει ὅτι, Παιδαγωγὸς
ἡμῶν γέγονεν ὁ νόμος εἰς τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν), ἐπὰν δὲ φθάσῃ
ἡλικίας γενέσθαι, καὶ καταλάβοι τὸν διδάσκαλον, οὐ πάντως ἀποβάλ-
λεται τὸν παιδαγωγὸν ὡς ἐχθρὸν ὑπάρχοντα, οὕτω καὶ ἡμεῖς καθω-

8. ᾧ *rescribendum vidit Petavius, cum vulgo extaret* ὃ.

9. *Ita libri omnes.*

Cap. LXXVI. — 1. ἐρχόμενον *abest a cod. Rhedig.*

2. ἡ *codd. mss. Desideratur ea vocula in utroque edito.*

3. ἐν τῷ αὐτῷ *extat in cod. Rhedig. pro* ἐνώπιον αὐτοῦ.

4. *Ita correxit Petavius. Libri vulgo* ἐφ' ἵππους.

5. *Libri omnes* ἐφ' ἵππων.

6. *Vox* Ἰωάννου *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

menta duo dei esse unius affirmet, ex eo potes animadvertere. Sic
enim apostolus: *Prius testamentum ex monte Sina datum est, quod ad* Gal. 4, 24.
servitutem generat: Sina enim mons est in Arabia. Nam tametsi duae
sint uxores, unus tamen vir est. Ita licet duo testamenta sint,
unus duntaxat amborum conditor est deus. Ob id non aut duo nova,
aut duo vetera, nominavit, sed unum vetus, alterum novum. At-
que illud praeterea: *Testamentum vero in mortuis firmum est: quare* Hebr. 9, 19.
*neque primum sine sanguine factum est: accepit enim Moyses sangui-
nem hircorum, eoque librum et populum aspersit: ideoque et secundum
testamentum domini morte sancitum est.* Cum ambo summa inter se
consensione conspirent. Ut enim vetere proditum est, *Non deficiet* Gen. 49, 10.
*princeps e Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repo-
situm est*, ita novum, *Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians*, 2. Cor. 5, 19.
nec imputans illis peccata. Plura de ea re dici possent, quae bre-
vitatis caussa praetereo.

Ceterum Manichaeus cum aridis et effoetis arboribus legem ac Cap.
prophetas comparat, hac potissimum sententia fretus, *Lex et pro-* LXXVI.
phetae usque ad Ioannem; quo nihil afferri potest ineptius. Quis Luc. 16, 16.
enim ignorat ubi id quod a prophetis nuntiabatur impletum est de-
sisse prophetas. Qui si deinceps prodeuntem ex Maria Christum
praedicantes venissent, nondum advenisse illum oporteret. Eius-
modi enim fere illud est, quemadmodum rex in aliquam provinciam
iturus metatores ante se ac nuntios praemittit, ac quo propinquior
illius adventus est, eo plures eius praecones ac praecursores ante-
cedunt: postquam autem princeps urbem ingressus fuerit, quid am-
plius praeconibus opus est, aut veredariis ceterisque regis adventus
praenuntiis, cum iam ipse intra moenia versetur? Eodem modo Ioann. 1, 29.
lex et prophetae ad Ioannem usque perstiterunt. Postquam autem
Ioannes in deserto praedicavit, et agnum illum esse dei monstravit,
qui tollit peccata mundi, nihil amplius prophetas mitti necesse est,
qui nobis Christi ex virgine ortum adventumque denuntient. Olim
quidem necessarii illi fuerunt, qui eundem illum advenire nuntia-
rent, ut adventus eius hoc ipso fides astrueretur, quod ante signi-
ficatus fuerat. Porro quemadmodum si quis paedagogum habeat
(recte enim hac similitudine utimur, cum apostolus dicat, *Paedago-* Gal. 3, 24.
gus noster fuit lex in domini adventum), postquam adoleverit, et
praeceptorem habuerit, non omnino paedagogum velut inimicum re-

δηγήθημεν ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις ἕως τῆς παρουσίας τοῦ διδασκάλου, εὑρόντες δὲ τὸν διδάσκαλον οὐκ ἀτιμάζομεν τὸν παιδαγωγὸν ἀλλὰ καὶ χάριν αὐτῷ ὁμολογοῦμεν, ὅτι τὴν ἡμῶν νηπιότητα καθοδηγήσας εἰς τὰ ἐντελέστερα ἡμᾶς μαθήματα προεπέμψατο. Ἢ καθὼς ἐάν τις μέλλων πλεῖν [7] ἐν θαλάσσῃ ἔχοι μεγάλην τὴν ναῦν, ἐν ἀκατίῳ δὲ μικρῷ ἐπέλθοι τὸ σάλος τὸ παρὰ τὴν ὄχθην τῆς θαλάσσης, καὶ διενέγκῃ τὸ ἀκάτιον εἰς τὴν μεγάλην ναῦν τὸν ἄνθρωπον, οὐ πάντως ὁ ἄνθρωπος βυθίζει τὸ ἀκάτιον, ἐπειδὴ εὗρε τὴν μεγάλην ναῦν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ χάριν ἔχειν τῷ ἀκατίῳ καταλαμβάνει τὸ μειζότερον τῆς αὐτοῦ σωτηρίας πλοῖον. Ἢ καὶ ἑτέρως ἵνα εἴπωμεν, ὡς ἐάν τις ἐκβληθῇ ὑπὸ μητρὸς γεννησάσης, [8] ληφθεὶς δὲ ὑπό τινος τοῦ τυχόντος καὶ ἀνατραφείη χρόνῳ, εἰςύστερον ἀνδρωθέντος αὐτοῦ ἐπιγνῷ τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα τὸν κατὰ φύσιν, ἔχοι δὲ ὁ τοιοῦτος σύνεσιν, μὴ ἐπειδὴ [9] ἐπέγνω τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῆς ἰδίας κληρονομίας, παρὰ τοῦτο ἀτιμάζει τὸν ἀναθρέψαντα; οὐ πολλῷ μᾶλλον χάριν ἔσχε τῷ ἀναθρέψαντι, ὅτι οὐκ εἴασεν αὐτὸν εἰς θάνατον παραδοθῆναι; οὕτω καὶ ἡμεῖς χάριν ἔχομεν [10] θεῷ τῷ δεδωκότι νόμον καὶ προφήτας, καὶ χάριν ἔχομεν αὐτῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καινῆς διαθήκης.

Κεφ. οζ'. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης εἶναι ἡμᾶς μορφὰς Ἀρχόντων, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων γεγονότας, αὐτοῖς δὲ εἰς κατάβρωμα καταβεβλημένους.
pag. 697. Πολλὴ δὲ [1] ἄνοια ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις. Ὁρῶμεν γὰρ οὐχ οὕτως τὰ πράγματα συμβαίνοντα. Πᾶν γὰρ ὁτιοῦν ἐπὶ τῆς γῆς, κἄν τε φαυλοτέρων καὶ ἀγριοτέρων θηρίων ὑπάρχοι, οὐ τῇ ἰδίᾳ μορφῇ ἐπέρχεται, ἀλλὰ ταῖς ἄλλαις. Ὡς οἷον εἰπεῖν, λέοντες λέοντας οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ ἴδιον ἐκτύπωμα καὶ ὁμόστοιχον, ἀλλὰ λιμοῦ μεγάλου πιέζοντος ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς θῆρας, καὶ [2] ἕν τι πολλῷ χρόνῳ αὐτῶν μὴ εὑρισκόντων, ἤτοι διὰ χιόνα, ἢ δι' ἑτέραν ἔνδειαν, ἀναστρέφουσιν ἐν τοῖς φωλεοῖς καὶ χηραμοῖς αὐτῶν λέοντες ἅμα σκύμνοις ὑπάρχοντες, καὶ ἅμα λεαίναις. Καὶ οὐκ ἐπέρχεται θὴρ θηρίῳ, οὐ λύκος λύκῳ, εἰ μή τι ἂν εἰς μανίαν ἔλθοι τὸ ζῶον, καὶ λυσσῆσαν ἀγνοεῖ ὃ πράττει. Εἰ τοίνυν λύκος λύκον οὐκ ἐσθίει, διὰ τὴν ὁμόστοιχον μορφὴν, πῶς δύνανται οἱ Ἄρχοντες ἡμᾶς ἐσθίειν, εἰ τῆς αὐτῆς ὑπάρχομεν, καὶ οὐ μᾶλλον θωπεύουσιν, ἵνα δόξωσιν τὰς ἰδίας αὐτῶν μορφὰς περιποιεῖσθαι; Καὶ πανταχόθεν ἐλέγχονται τοῦ ἀγύρτου οἱ λόγοι.

Κεφ. οη'. Εἶτα πάλιν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου ἐπιλαμβάνεται ὅτι, Οὐ πάντες χωροῦσι τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ἀλλ' οἷς δέδοται. Καὶ οὐκ ἦν ὁ λό-

7. ἐν τῇ θαλάσσῃ cod. Rhedig.
8. Suspicor ληφθείη. Nisi potius malueris ληφθεὶς δὲ - - καὶ ἀνατραφεὶς χρόνῳ cett. Pro ἐὰν in cod. Rhedig. est ἄν.
9. ἔγνω cod. Rhedig.

spuit, ita et nos per legem ac prophetas ad praeceptoris adventum usque perducti, ubi hunc nacti sumus, paedagogum cum ignominia non reiicimus, sed ei gratiam potius habemus, quod infantiam nostram per viam deducens ad perfectiores nos disciplinas promoverit. Item velut si quis in alto mari navigaturus, comparata maiore navi, exiguo lembo vicinum littori salum, in quo maior illa navis fluctuat, traiecerit, et ad eam minoris huius beneficio pervenerit, ubi maiorem attigerit, non statim lembum in profundum deprimit, sed ita grandiori navigio salutem suam committit, ut exiguo illi lembo gratiam habendam putet. Addam et aliud exemplum. Sicut expositus a genitrice quispiam, si ab aliquo forte sublatus et educatus fuerit, posteaquam adoleverit, ac naturalem suum parentem agnoverit, is, si prudentiae aliquantulum habeat, num ubi parentem agnoverit, et hereditatem suam adierit, idcirco nutricium illum aspernabitur, aut non ei potius gratificabitur, quod eius beneficio letum evaserit? Perinde igitur et nos deo gratiam habemus, primum quod legem nobis ac prophetas dederit, tum etiam quod novo nos filii sui testamento dignatus sit.

Idem Manichaeus Principum nos imagines esse, et a Principibus productos affirmat, quibus ad pabulum simus expositi. Quod sane dictu quam impium est. Longe enim aliter omnibus in rebus accidere cernimus. Et vero ex his omnibus quae in terra sunt, licet pessimas ac crudelissimas quasque feras consideres, nulla est quae in sui similem saeviat, sed in alterius generis duntaxat. Exempli caussa leonem leo propter formae ac naturae similitudinem non devorat, sed licet ingens fames in montibus feras illas urgeat, adeo ut propter nives aut inopiam aliquam praedae nihil longo tempore inveniant, in lustris tamen ac latibulis suis cum catulis ac leaenis commorantur; nec ulla omnino bestia in sui similem incurrit, velut lupus in lupum, nisi forte in rabiem concitata quid agat nesciat. Quare cum ne lupus quidem lupum devoret, ob figurae cognationem, quomodo Principes devorare nos possunt, quibus sumus formae similitudine coniuncti? Cur non potius blandiuntur nobis, quo suas ipsorum effigies tueri complectique videantur? Sic impostoris illius undique confutatur oratio. Cap. LXXVII.

Sed illud ex evangelio profert: *Non omnes doctrinam suam ca-* Cap. LXXVIII.
pere, sed quibus datum est. Atqui nulla hic a salvatore de doctrina Matth. 19, 18.

10. θεῷ abest a cod. Rhedig.
Cap. LXXVII. — 1. Ita correxit Petav. Est ea scriptura in margine exempli Schottiani annotata. Libri enim vulgo habent ἀνοσία. Ego olim suspicabar ἀγνωσία.
2. Sic correxi. Libri habent ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ.

γος περὶ διδασκαλίας ἐνταῦθα τῷ Σωτῆρι, ἀλλὰ περὶ εὐνούχων. Εἰ δὲ περὶ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πληροῦται τὸ, Οὐ πάντες χωροῦσιν, ἐνταῦθα τῷ σωτῆρι, ἄρα ἐὰν οὐ χωρήσωσι, κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην οὐ χωροῦσιν. Ἐπαινετοὶ οὖν ἤτοι [1] ψεκτοὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ αὐτεξούσιον κληθήσονται, καὶ οὐκέτι κατὰ φύσιν ἔσται τὸ χώρημα, ἐπεὶ [2] τί ἂν ὠφελήσειε τὴν αὐτῷ καταγγέλλων διδασκαλίαν; Ἐξέπεσε δὲ πανταχόθεν αὐτοῦ ὁ λόγος. Οὔτε γὰρ διδασκαλίαν ὁ σωτὴρ τὸν λόγον ἀπεφήνατο, ἀλλὰ δι' εὐνουχισμόν. Κἄν τε διδασκαλίαν εἴποι, οὐκέτι σταθήσεται τοῦ Μάνη [3] ὁ λόγος. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης, [4] Ἤιδει τοὺς ἡμετέρους· καὶ γὰρ τὰ ἐμὰ πρόβατα γινώσκει με, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ πρόβατα. Ἐν ἅπασι δὲ ψεύδεται. Βουλόμενος γὰρ θωπείᾳ ἁρπάσαι [5] ψυχὰς κατὰ τῶν τότε παρόντων ἐν τῇ συζητήσει τοῦτον ἐξεῖπε τὸν λόγον, ὑποσπείρων δέλεαρ, ὡς εἰπεῖν, ἵνα διὰ τῆς κολακείας δόξωσιν αὐτῷ συνάπτεσθαι· ἵνα ὅταν συναφθῶσιν ἄρξηται κομπάζειν καὶ λέγειν εἰδέναι αὐτοὺς πρὶν ἢ τὴν ἄφιξιν πρὸς αὐτὸν ποιήσονται.
pag. 698. Γέγονε δὲ [6] αὐτῷ ὡς ὁ τῶν Ἑλλήνων μύθος κατὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν μάντιν, μαντευόμενον τοῖς ἄλλοις, ἑαυτῷ δὲ μὴ δυνάμενον μαντεύεσθαι, ἀλλὰ ἐκπεπτωκότα αὐτὸν τοῦ μαντείου, ἐρῶντα τῆς Δάφνης, καὶ ἐκπεπτωκότα αὐτῆς διὰ σωφροσύνην. Οὕτω καὶ οὗτος ὁ Μάνης ἐμαντεύετο μὲν εἰδέναι τοὺς ἰδίους, φύσει δὲ διὰ Μάρκελλον ἧκεν ὑποχείριον αὐτὸν ληψόμενος, διέπεσεν δὲ τὸ αὐτοῦ μαντεῖον. Οὔτε γὰρ αὐτῷ Μάρκελλος ἐπείσθη, οὐδέ τις ἕτερος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων.

Κεφ. οθ'. Εἶτα ἔφη ὅτι, Τὰ παλαιὰ ἔτη οὐδεὶς ἐσώθη, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος ἄχρι τῶν [1] αὐτοῦ χρόνων. Πρόβος δὲ ἦν ὁ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ βασιλεὺς, καὶ Αὐρηλιανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ, ὅτε οὗτος ὁ Μάνης ἐνεδήμει. Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν ἐλέγχεται πάντη, τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων περὶ τῶν ἤδη πρότερον σεσωσμένων. Ὡσαύτως ὁ κύριος λέγει, Ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης πᾶν αἷμα δικαίου ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου μέχρις αἵματος Ζαχαρίου τοῦ ἐκκεχυμένου ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Πόθεν οὖν δίκαιος Ἄβελ, πόθεν Ζαχαρίας, εἰ μὴ ὅτι ἦν ἤδη [2] ἡ σωτηρία, καὶ ὅτι ἔσωσεν ἤδη διὰ νόμου καὶ προφητῶν; Φησὶ, Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως· ὅπως γνῷς ὅτι ἐν Μωϋσεῖ [3] ἀνεκόπη ὁ θάνατος, οὐ παντάπασιν ἀφανισθείς. Ἀπεξεδέχετο γὰρ τὸν τελειωτὴν πάντων Ἰησοῦν, ἵνα ὅταν [4] αὐτὸν παραδῷ ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος,

Cap. LXXVIII. — 1. ψευκτοὶ cod. Rhedig.
2. τί desideratur in ed. Petav.
3. Articulum ὁ adieci ex utroque cod. ms.
4. ᾔδει scripsi ex emendatione Petavii. Libri habent ἤδη. Cornarius vertit dicit amplius idem Manes, nostros iam sermones usurpans.
5. ψυχὰς libri mss.; et Cornarius vertit animas. At in utroque edito extat ψυχήν.
6. αὐτῷ codd. mss. et ed. pr. αὐτοῦ ed. Petav.
Cap LXXIX. — 1. αὐτοῦ revocavi ex libris manu exaratis. In editis male est αὐτῶν.
2. Articulum ἡ restitui ex libris mss.
3. ἀνεκόπει ed. princ.
4. Suspicor αὐτόν. Vocem ὅταν de-

mentio, sed de eunuchis duntaxat instituitur. Verum ut hoc demus, ad ipsius doctrinam dictum illud spectare: *Non omnes capiunt*, igitur si non capiunt, ex propria animi sententia non capiunt. Quare laude aut vituperio digni ex voluntatis suae libertate dicentur, neque ex natura capacitas illa petenda fuerit; alioqui quid praedicanda doctrina sua proficeret? Verum nihil omnino dicit, quandoquidem non ad doctrinam, sed ad spadones salvatoris ille sermo pertinet. Ac tametsi de doctrina loqueretur, non tamen stare posset Manichaei ratio. Atenim Manichaeus, Noverat, inquit, nostros. *Oves* Ioann. 10. 14.
enim meae cognoscunt me, et cognosco oves meas. Sed ubique mentitur. Nam cum ex eorum numero, qui tum illi disputationi praesentes aderant, quempiam vellet per ambitionem ac blanditias rapere, istiusmodi vocibus est usus, ac velut escam et illecebram aspersit, ut hac illi adulatione ad eius se societatem aggregarent, ut cum adiuncti essent, gloriari ac iactare posset se illos, antequam ad se venirent, cognitos habuisse. Sed idem illi contigit quod Apollini vati, qui, ut est in Graecorum fabulis cum aliis futura praediceret, sibi ipsi non praesagiit, sed suo ipsius oraculo fraudatus est, cum scilicet Daphnes amore flagrans ob eius castitatem compos esse non potuit. Ita Manichaeus cum se suos nosse vaticinaretur, ac Marcelli captandi gratia venisset, sua illum frustrata divinatio est. Nam neque Marcello, neque alteri cuiquam per illud tempus dogmata sua probare potuit.

Praeterea, Nemo, inquit ille, priscis temporibus salutem ad- Cap.
eptus est, nisi ab anno decimo quinto Tiberii Caesaris ad aetatem LXXIX.
usque suam, quae in Probi et antecessoris Aureliani imperium incidit, sub quibus Manichaeus vixit. In quo rursus explodendus venit, cum de multis olim salutem assecutis tam evangelii quam apostolorum scripta meminerint; imo et dominus ipse, *Requiretur*, in- Matth.
quit, *ab hac generatione sanguis omnis iustus, qui effusus est a san-* 23, 36.
guine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae, qui effusus est inter templum et altare. Potuitne iustus Abel aut Zacharias esse, nisi iam tum salus comparari potuisset, eamque leges ac prophetarum beneficio tribueret? Propterea scriptum est, *Regnavit mors ab Adam* Rom. 5, 14.
usque ad Moysem, ut intelligas repressam in Moyse mortem esse, non omnino restinctam. Expectabat quippe consummatorem omnium Iesum, donec pro humano sese genere sponte traderet, atque et

ὁ ἀθάνατος θανὼν, ὁ ἀκράτητος κρατητὸς γενόμενος, ἡ ζωὴ ἐν σαρκὶ
τὸ παθεῖν ὑπομένων, καὶ κλάσῃ διὰ τοῦ θανάτου τὸν τὸ κράτος
ἔχοντα τοῦ θανάτου, τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας καὶ τὸν θάνατον· ὅτε
λοιπὸν ἐπληροῦτο, Ποῦ σου θάνατος τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ
νῖκος; Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν Μωϋσεῖ ἀνετράπη ἐπισχεθεὶς ὁ θάνατος, βα-
σιλεύσας ἄχρι Μωϋσέως. Καὶ πρῶτον μὲν δίκαιοι ἦσαν οἱ περὶ Ἄβελ,
καὶ Ἐνὼχ, ὁ μετατεθεὶς τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο.
Ἀλλὰ οὔπω ὁ ἔγγραπτος νόμος, ἀλλὰ ὁ κατὰ φύσιν ἐκ διανοίας, καὶ
ἐκ παραδόσεως, κατὰ διαδοχὴν πατέρων πρὸς τοὺς υἱούς. Ὅτε [5] δὲ
τηλαυγῶς ἐξετέθη ὁ νόμος, ἐγένετο, ὡς εἰπεῖν, μάχαιρα διχάζουσα
pag. 699. τὴν δύναμιν τῆς ἁμαρτίας, ὅτε δὲ ὁ σωτὴρ παρεγένετο, συνετρίβη τὸ
κέντρον τοῦ θανάτου. Καὶ πάλιν καταποθήσεται ὁ θάνατος εἰς νῖκος
τότε. Καὶ ὅρα πῶς ἔσωζεν ὁ θεὸς διὰ πολλῶν τρόπων· τὸ δὲ τέλειον
τῆς σωτηρίας ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν γεγένηται, καὶ γενή-
σεται, ὡς καὶ ὁ εὐαγγέλιον φάσκει ὅτι, Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ
ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Καὶ, Ποῖον, φησὶ, τὸ πλήρωμα; ἀλλ' ὁ νό-
μος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ ἐγένετο.
Ἐκεῖ μὲν ἐδόθη, ὧδε ἐγένετο. Εἰ ἐκ πληρώματος ὁ νόμος, ἡ χάρις,
καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Ἰησοῦ, παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ νόμῳ
καὶ χάριτι καὶ ἀληθείᾳ.

Κεφ. π΄. Ἑτέρᾳ δὲ πάλιν λέξει κέχρηται ὁ αὐτὸς Μάνης φάσκων ὅτι, Ὁ
Χριστὸς ἐξηγόρασεν ἡμᾶς [1] ἀπὸ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος
ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Λεγέτω τοίνυν ποίοις ἀργυρίοις ἡ ἀγορασία γε-
γένηται, ποῖον τὸ τίμημα ὃ δέδοται, ἵνα ἡμᾶς ἀγοράσῃ. Οὐ γὰρ
εἶπεν [2] ὃ ἠγόρασεν, ἀλλ' Ἐξηγόρασεν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἀγορασίαν ἐπί-
σταται, τὸ δὲ τίμημα ἀγνοεῖ· ἡ δὲ ἀλήθεια τὰ ἀμφότερα ὁμολογεῖ.
Ἐξηγόρασε γὰρ ἡμᾶς, καὶ ἠγόρασεν ἀληθῶς ἀπὸ κατάρας τοῦ νόμου,
γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Καὶ πῶς ἠγόρασεν ἡμᾶς, εὐθὺς ἐπι-
φέρει ὁ διδάσκαλος τῆς ἐκκλησίας, [3] φάσκων ὅτι, [4] Τιμῆς ἠγοράσθη-
τε, τιμίῳ αἵματι ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Εἰ τοίνυν
τῷ αἵματι ἠγοράσθητε, οὐχ ὑπάρχεις τῶν ἠγορασμένων, ὦ Μάνη,
ἐπειδὴ τὸ αἷμα [5] ἀρνεῖσαι. Πόθεν δὲ ἡμᾶς ἠγόρασε; λέγε. Ἀλλο-
τρίους ὄντας ὠνήσατο; Ἄρα ἠπόρησεν ὁ πρότερον ἡμῶν δεσπότης,
καὶ ἐπιδεόμενος τοῦ ἡμῶν τιμήματος, λαβὼν ἀπέδοτο ἡμᾶς Χριστῷ;
Καὶ εἰ ἀπεδόθημεν Χριστῷ, οὐκέτι ἐσμὲν τοῦ προτέρου. Εἰ τοίνυν
[6] ὁ πρότερος οὐκέτι ἡμᾶς κέκτηται, ἄρα τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἔξω

lendum iudicavit Petavius, non videns ἵνα *coniunctionem pertinere ad verba* καὶ κλάσῃ, ὅταν *vero ad* αὐτὸν παραδῶν.
5. *Particulam* δὲ *non agnoscit cod. Rhed.*

Cap. LXXX. — 1. ἐκ cod. Rhedig.
2. *Immo* ὦ ἠγόρασεν.
3. λέγων cod. Rhedig.

immortalis obiret mortem, et qui comprehendi non potest compre-
hendi se permitteret, et vita suscepta carne pateretur, ac denique
per mortem eum qui morti dominabatur infringeret peccati cum morte
stimulum. Quo tempore illud impletum est, *Ubi est mors stimulus* 1.Cor. 15, 55.
tuus? ubi est inferne victoria tua? Illic enim mors est eversa pro-
fligataque penitus, quae cum regnum ad tempora Mosis obtinuisset,
sub illo cohibita fuerat. Inprimis ergo iustus Abel extitit et Enoch,
qui translatus est ne videret mortem, nec inventus est. Nec dum Gen. 5, 24.
scripta lex promulgata fuerat, sed naturalis tantummodo vigebat,
quae cuiusque animo infixa, ac per generis successionem a parenti-
bus in filios propagata fuerat. Posteaquam vero palam proposita lex
est, fuit hic velut quidam gladius, quo peccati vis est ac potentia
divisa. Sed accedente salvatore stimulus mortis confractus est. At-
que illo denique tempore *mors in victoriam iterum absorbebitur.* Vi-
des quemadmodum deus homines ad salutem variis modis perduxerit,
at perfecta salus in Christo Iesu domino nostro contigit, continget-
que perpetuo, perinde atque in evangelio scriptum est: *De plenitu-* Ioann. 1, 16.
dine eius nos omnes accepimus. Quaenam vero est illa plenitudo?
Lex, inquit, *per Moysem data est: gratia et veritas per Iesum facta
est.* Illic porro data est, hic facta. Quod si ex illa plenitudine
derivata lex est, gratia et veritas Iesu tribuitur, tam vetus quam
novum testamentum lege et gratia ac veritate continetur.

Quin et illud Manichaeus e scripturis arcessit: *Christus rede-* Cap.
mit nos a maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicat igitur LXXX. Gal. 3, 13.
quibus nummis facta illa sit emptio, quodve pretium pro nobis repen-
sum fuerit. Non enim dixit: *Emit*, sed, *Redemit.* Verum cum
emptionem noverit, pretium tamen ignorat. Utrumque porro veri-
tas ipsa confitetur. Plane quippe nos redemit, ac pro nobis factus
maledictum, a legis nos maledicto pretio vindicavit. Ceterum quo-
nam modo vindicaverit, statim ecclesiae magister subiicit: *Pretio*, 1.Cor. 6, 20.
inquit, *empti estis, pretioso sanguine agni immaculati et incontaminati
Christi.* Quamobrem si sanguine redempti sumus, nequaquam inter
redemptos, Manichaee, numerandus es, cum sanguinem abneges.
Undenam vero nos redemit? dic sodes. An cum alieni iuris esse-
mus acquisivit? Num vero ad inopiam et angustiam prior noster
dominus redactus, ac pretio nostro indigens Christo nos vendidit?
Igitur si Christo venditi sumus, non amplius in prioris mancipio su-
mus. Quod si possidere nos ille desiit, ditione sua deiectus est,

4. τιμῆς *libri scripti.* τιμῇ *editi.*
5. *Correxi* ἀρνεῖσαι, *cum libri haberent* ἀρνῆσαι, *quae forma iterum occurrit infra cap.* 83., *et haer.* 69, 9. *In margine exempli Schottiani annotatum est* ἀρνεῖ, *siglo M. addito.*
6. ἡμᾶς ὁ πρότερος οὐ κέκτηται, ἄρα *cod. Rhedig.*

ἐγένετο, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις οὐκ ἔχει ἐξουσίαν. Πῶς οὖν ἐνεργεῖται ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Ἀλλ' οὔτε πῶς ἠγόρασεν, οὔτε πῶς ἠγοράσθημεν, οὔτε πῶς κατάρα ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε, νοεῖ ὁ κατὰ πάντα μανεὶς, ἀνοίξας αὐτοῦ τὸ στόμα, καὶ μὴ δυνάμενος περὶ ὧν λέγει διαβεβαιοῦσθαι. Ἰδοὺ γὰρ αὐτοὺς ὁρῶμεν [7] λέγοντας ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ κράζοντας,
pag. 700. Ἐν τῷ [8] σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν, καὶ ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. Καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτοὺς, Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ κατηραμένοι, οὔπω ἔγνων ὑμᾶς. Πῶς οὖν αὐτὸν ὁμολογοῦσι, καὶ αὐτὸς αὐτοὺς καταρᾶται; Τί δὲ ἦν ἡ κατάρα τοῦ νόμου; ἀλλὰ κατάρα τοῦ νόμου σταυρὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας. Ἐὰν γάρ τις καταληφθῇ ἐν παραπτώματι, ἔλεγεν ὁ νόμος, Καὶ κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου, οὐ μὴ δύνῃ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ ἐπὶ τῷ θνησιμαίῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καθελόντες καθελεῖτέ τε αὐτὸν, καὶ θάψαντες θάψατε αὐτὸν πρὸ δύσεως τοῦ ἡλίου, ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ [9] τοῦ ξύλου. Ἐπεὶ οὖν διὰ τὴν σταύρωσιν ἡ κατάρα προσετέτακτο, ἐλθὼν δὲ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐπὶ ξύλου, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δεδωκὼς τὸ αἷμα αὐτοῦ ἡμᾶς ἠγόρασε, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἡμῶν τὰς κατάρας ἔλυσε, τουτέστιν λύσας τὰς ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ μετανοίας, καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Οὔτε οὖν ὁ νόμος κατάρα, μὴ γένοιτο, οὔτε τὸ εὐαγγέλιον ἔλαβε τὴν κατάραν, οὔτε ὁ κύριος, ἀλλὰ διὰ τῆς προφάσεως τοῦ αὐτοῦ θανάτου λέλυται ὁ θάνατος ὁ κατὰ τῆς ἁμαρτίας.

Κεφ. πα΄. Εἶτά φησιν ὅτι, Ὁ νόμος διακονία ἦν τοῦ θανάτου. Ἤδη περὶ τούτου πολλὰ εἴπομεν, ὅτι οὐκ αὐτὸς ἦν διάκονος θανάτου. Οὔτε γὰρ ἔλεγε φονεύειν, ἀλλ' ἐκέλευσε λέγων, Μὴ φονεύσῃς. Ἐπειδὴ δὲ ἐφόνευσε τὸν φονεύοντα, ἵνα ἀναιρεθῇ διὰ τοῦ ἑνὸς τοῦ φονευθέντος ἡ τοῦ φόνου ἐνέργεια, καὶ [1] δι' ἕνα φοβηθέντες πολλοὶ κατάσχωσι τὴν ἀδικίαν τοῦ μηκέτι φονεύειν, ἡ διακονία ἦν θανάτου, οὐχ ἵνα θάνατον διακονήσῃ, ἀλλ' ἵνα θάνατον τῷ φονευτῇ ἐργάσηται, ἵνα μηκέτι φονευταὶ πολλοὶ γίνωνται. Ἐλθὼν δὲ ὁ σωτὴρ, ἐπειδὴ λοιπὸν ἐσωφρόνισεν ὁ παιδαγωγὸς, τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου τὰ ἐντελέστερα μαθήματα δεικνὺς μετὰ τῆς συμφωνίας τοῦ νόμου, τοῦ, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, ἔφη ὅτι, Τῷ ῥαπίζοντί σε εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον [2] αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, ἵνα ζωῆς γένηται ἡ διακονία, ἀναιρουμένου παντάπασι τοῦ φόνου. Ὁ γὰρ τυπτόμενος τὴν σιαγόνα παροξυσμὸν οὐκ ἐργάζεται φόνου, ἀλλὰ λύει τὴν χεῖρα τοῦ φονευτοῦ, τῇ ταπεινοφροσύνῃ θωπεύων τὴν ἐν αὐτῷ κακίαν. Καὶ οὕτως πάντα συμφωνεῖ παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη.

7. λέγοντας non habet cod. Rhedig.
8. σώματι ἐφάγομεν cod. Rhedig.
9. τοῦ non habet cod. Rhedig.

Cap. LXXXI. — 1. δι' ἓν habent libri manu exarati et ed. princ.

nec in propriis sedibus ius ullum obtinet. Quonam igitur modo *operatur in filiis inobedientiae*, sicut scriptum est? Eph. 2, 2. Sed nimirum neque quomodo nos Christus redemerit, redemptique ipsi fuerimus, neque quomodo maledictum pro nobis extiterit, furiosus ille Manichaeus intelligit; qui aperto ore multa effutiens quae dicit probare non potest. Ecce enim in secundo illius adventu ac restitutione mundi vociferantes illos videmus, *In nomine tuo comedimus, et in nomine* Matth. 7, 22. et Luc. 13, 26. Matth. 25, 41. *tuo daemonia eiecimus.* Quibus ille respondit, *Discedite a me maledicti; nescio vos.* Cur cum eum confiteantur, ipse tamen illos execratur? Quid autem aliud maledictum legis est praeter crucem, quae propter peccata maledictum legis est facta? Etenim si quis in delicto deprehensus esset, de eo lex ista iubebat, *Suspendetis illum in* Deut. 21, 22. *ligno: non occidet sol super illo, et super cadavere eius, sed deponendo deponetis eum, et sepelientes sepelietis ante solis occasum, quoniam maledictus omnis qui pendet in ligno.* Itaque cum ob crucis supplicium constituta sit maledictio, Christus porro veniens in cruce peccata nostra sustulerit, ac semetipsum nostra caussa tradiderit, eius nos sanguis redemit, ipsiusque corpus execrationes nostras discussit, cum scilicet poenitentia crucis adventuque suo peccata nostra dissolvit. Quocirca neque lex maledictum fuit, nec evangelium maledictum suscepit, nec dominus ipse postremo, sed mortis illius beneficio adversus peccata constituta mortis est poena sublata.

Quod vero illud obiicit, *Lex ministratio mortis erat*, de eo plura Cap. LXXXI. 2. Cor. 3, 7. antea diximus, idque ostendimus, nequaquam legem mortis administram fuisse. Non enim caedem praecipiebat, imo e contrario, *Non* Deut. 5, 17. *occides.* Verum quod homicidam interfici iubebat, ut unius hominis nece parricidia prohiberentur, et unius exemplo deterriti plerique improbitatem suam coërcerent, nec amplius caedem perpetrarent, ob id *ministerium mortis* esse dicitur, non quod mortis administra sit, sed quod parricidae mortem infligeret, ne plures eo se scelere amplius obstringerent. Postea vero salvator accedens, cum paedagogus homines castigasset, bonam temporis partem in tradendis perfectioribus documentis insumpsit, summopere cum hisce legis mandatis consentiens, *Non occides, Non furaberis, Non falsum testimo-* Deut. 5, 17. *nium dices*, ita ipse praecepit: *Si quis dextram tibi maxillam cecide-* Matth. 5, 30. *rit, praebe illi et alteram*, ut parricidio penitus extincto vitae administratio succederet. Cuius enim maxilla percutitur, is ad caedem patrandam non provocat, sed intentas homicidae manus solvit, dum illius nequitiam sui ipsius abiectione demulcet. Atque hoc modo vetus ac novum testamentum sibi in omnibus consentanea sunt.

2. αὐτοῦ codd. mss. *Fortasse* αὐτοῦ, *h. e.* σαυτοῦ.

Κεφ. πβ'. pag. 701. *Εἶτα πάλιν ἐπιλαμβάνεται, ἵνα παρεισενέγκῃ δύο προσώπων ἀγωγὴν πρὸς σύστασιν τῆς παρ' αὐτῷ λεγομένης δυάδος, τῶν τε δύο φύσεων, ἀρχῶν τε ἀνάρχων καὶ ῥιζῶν, ὧν ἤδη πρότερον εἰρήκαμεν, τὰ ὅμοια βουλόμενος λέγειν ἐπὶ διαιρέσει τῶν πραγμάτων, διαιρεῖν οὕτως τολμῶν οὐκ αἰδεῖται λέγων ὅτι ἡ παλαιὰ εἶπεν, Ἐμὸν τὸ χρυσίον, καὶ ἐμὸν τὸ ἀργύριον, ἡ δὲ καινὴ διαθήκη λέγει, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. [1] Ἀλλ' οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ἡ παλαιὰ πάλιν λέγει, Πλούσιος καὶ πένης συνήντησαν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύριος τοὺς ἀμφοτέρους ἐποίησε. Καὶ ἡ καινὴ διαθήκη τὸ αὐτὸ συμφωνεῖ, μακαρίζουσα μὲν τοὺς πτωχοὺς [2] φύσει πτωχούς, ἄλλοτε [3] δὲ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἵνα τὰ ἀμφότερα ἐξισχύσῃ· ἵνα καὶ καυχώμενοι οἱ περὶ Πέτρον δείξωσι τὴν ἀληθινὴν πτωχείαν, ὅτι, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστα, καὶ περιπάτει. Ἵνα φύσει τὸν μακαρισμὸν τῶν πτωχῶν σημάνῃ μὴ ἀντίθετον ὑπάρχοντα πρὸς τὸν μακαρισμὸν τῶν πτωχῶν κατὰ πνεῦμα, οἵτινες μέν εἰσι κεκτημένοι τινὰ μετὰ δικαιοσύνης, πτωχοὶ δέ εἰσι ταπεινοφρονοῦντες· περὶ ὧν ἔλεγεν, Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα φράζει λέγων ὅτι, Οὗτοι ἐποίησαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς. Καὶ θεωρεῖς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐν παλαιᾷ πτωχὸν [4] δεικνύον καὶ πλούσιον, ἅμα καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ; τὸ αὐτὸ ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἐπαινεῖ τὰ ἀμφότερα. Προσέχων γὰρ τῷ γαζοφυλακίῳ [5] ἴδε τοὺς βάλλοντας εἰς τὸν κορβωνᾶν, καὶ οὐκ ἀπηγόρευσε πλουσίων τὰ [6] δόματα, ἐπῄνεσε δὲ καὶ τὴν τὰ δύο λεπτὰ βεβληκυῖαν χήραν, διὰ τὴν προειρημένην πτωχείαν, ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, Πλούσιος καὶ πένης συνήντησαν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύριος τοὺς ἀμφοτέρους ἐποίησε. Καὶ ὅτι μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὸ αὐτό ἐστι πνεῦμα παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης, ὅρα τὸν ἀπόστολον λέγοντα περὶ ἀρχαίων προφητῶν, Ἐπιλείψει μοι ὁ χρόνος διηγουμένῳ περὶ Γεδεὼν, Βαρὰκ, Σαμψὼν, [7] Ἰεφθάε, Δαβὶδ, καὶ λοιπῶν προφητῶν, οἵτινες περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι [8] κακουχούμενοι, στενοχωρούμενοι, θλιβόμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Εὑρήκαμεν γὰρ [9] καὶ Ἡσαΐαν ἐνδεδυμένον σάκκον, καὶ Ἠλίαν ὡσαύτως. Καὶ ὁρᾷς πῶς μακαρίζονται ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ οἱ πτωχοὶ δι' εὐσέβειαν, καὶ μακαρίζονται πλούσιοι διὰ δικαιοσύνην.* (pag. 702.)

Κεφ. πγ'. *Εἶτα πάλιν λέγει ὁ αὐτὸς Μάνης, Ἡ παλαιὰ διαθήκη, φησὶ,*

Cap. LXXXII. — 1. ἀλλ' codd. mss. ἀλλὰ editi.
2. *Verba* φύσει πτωχοὺς *desiderantur in ed. Petav. Colon. repet.*
3. δὲ *particulam, quae abest ab editis, restitui ex codd. mss.*
4. δεικνύων *codd. mss. et ed. princ.*
5. εἶδε *legisse videntur Cornarius atque Petavius, quorum hic* animadvertit, *ille* vidit *interpretatus est. At nihil obstat quominus retineamus imperativum.*
6. δόγματα *cod. Rhedig.*
7. *Ita uterque codd. mss. Editi habent* Ἰεφθαὲ.
8. κακοχούμενοι *cod. ms. uterque et ed. princ.*
9. καὶ *desideratur in ed. Petav. Colon. repet.*

Praeter haec vero, ut duas personas introducat, ac suum illum naturarum et principiorum origine carentium ac radicum binarium affirmet, idemque in rebus ipsis divortium constituat; haec enim, ut antea diximus, separare contendit; ut hoc igitur comprobet, obiicere illud non veretur. Vetus, inquit, testamentum ita loquitur, *Meum est aurum, meum est argentum:* novum contra, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.* Nec illud videt, etiam in vetere illud esse dictum, *Dives et pauper occurrerunt invicem; dominus autem ambos fecit.* Cui et novum testamentum astipulatur, in quo nonnunquam qui reipsa pauperes sunt felices praedicantur, alias qui spiritu pauperes sunt, quo nimirum utrique vis sua constaret. Atque ut Petrus cum sodalibus suis veram bonorum inopiam praedicare gloriando posset, *Argentum,* inquit, *et aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge, et ambula.* Ut quod egentes ac pauperes beati esse dicuntur, cum eo non repugnet, quod eadem illa spiritu pauperibus beatitas tribuitur, qui cum nonnulla iure possideant, pauperes nihilominus animi moderatione et humilitate dicuntur; de quibus haec accipienda sunt: *Esurivi et dedistis mihi manducare: sitivi, et potum mihi dedistis.* Tum illud adiicit, ex his quae sibi suppetebant illos fecisse. Vides, ut in vetere ac novo testamento unus idemque spiritus pauperem divitemque designet, atque ut ambo a salvatore commendentur? Cum enim in gazophylacium intenderet, animadvertit eos qui stipem in gazophylacium immitterent, nec divitum munera prohibuit, sed et viduam illam collaudavit, quae minuta duo iecerat, ob illam quam diximus paupertatem, et ut impleretur quod scriptum est, *Dives et pauper occurrerunt invicem, dominus autem ambos fecit.* Atque ut intelligas eundem esse veteris ac novi testamenti spiritum, vide quid apostolus de veteribus prophetis scripserit: *Deficiet me tempus,* inquit, *narrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, ac ceteris prophetis, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, afflicti, angustiati, vexati, quibus dignus non erat mundus.* Siquidem et Isaiam, et Eliam cilicium induisse legimus. Animadvertis denique uti tam in vetere quam in novo testamento et pauperes pietatis ac religionis, et divites iustitiae nomine beati esse dicantur.

(Cap. LXXXII. — Agg. 2, 9. — Matth. 5, 3. — Prov. 22, 2. — Act. 3, 6. — Matth. 25, 35. — Marc. 12, 41. — Hebr. 11, 32.)

Cap. LXXXIII. Rursum vero Manichaeus instat, et obiicit vetus testamentum

κελεύει σαββατίζειν, καὶ εἴ τις οὐκ ἐσαββάτισε, λίθοις κατελιθοβολεῖτο, ὡς καὶ φορτίον ξύλων τις συλλέξας παρεδόθη· ἡ δὲ καινὴ διαθήκη, τουτέστιν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔφη ὅτι, Ἐγὼ ἐργάζομαι, καὶ ὁ πατήρ μου ἐργάζεται· καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ ἔτιλλον στάχυας οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσε. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, ἔλεγε. Καὶ ὢ πολλῆς ἀγνωσίας. Οὐδὲν γὰρ χειρότερον τῆς ἀπειρίας· πολλοὺς γὰρ ἐτύφλωσεν ἡ ἀγνωσία. Πότε γὰρ τὸ σάββατον ἐπὶ ἀγαθῇ προφάσει οὐ λέλυται; πότε δὲ οὐκ ἐδεσμεύθη ἀπὸ πονηρίας, οὐ μόνον τὸ σάββατον, ἀλλὰ πᾶσα ἡμέρα; Ἰησοῦς γὰρ ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ διάδοχος Μωϋσέως, ὁ ἐν προφήταις κατηριθμημένος, ὁ ἐκλεκτὸς παρὰ θεῷ, ὁ δι' εὐχῆς κατασχὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὡς ἔφη, Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἰάλω, εὐθὺς εὑρίσκεται τὸ σάββατον λύων ἐπὶ ἀγαθοεργίᾳ. Ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας γὰρ κυκλοῖ τὰ τείχη Ἱεριχῶ ὁ Ἰησοῦς· ὅτι οὐκ ἐξῆν βαδίζειν ἐν σάββασιν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῶν ἓξ σταδίων τῶν ὡρισμένων. Τὸ δὲ περίμετρον τῆς Ἱεριχῶ ὑπὲρ σταδίους εἴκοσι τυγχάνει. Ἐπὶ ἑπτὰ δὲ ἡμέρας κυκλωσάντων αὐτῶν, πάντως ὅτι ὑπέπιπτε τὸ σάββατον ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν. Ἦν δὲ τοῦτο πρόσταγμα θεοῦ, ἵνα δείξῃ αὐτοῦ τὸ θέλημα τῆς θαυματουργίας. Οὔτε γὰρ μηχαναὶ, οὔτε μάγγανα ἦν, οὐ κριοὶ, [1] οὐθ' ἑλεπόλεις, ἀλλὰ μόνῃ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης καὶ εὐχῇ δικαίου ἐκλίθησαν καταπεσόντα τὰ τείχη τῶν ὑπεναντίων. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς τιμωρηθῆναι, ἐπειδὴ ἐπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων.

Κεφ. πδ'. Δικαστὴς γὰρ ἦν ὁ νόμος κατὰ τῆς ἀδικίας, καὶ ἑκάστῳ [1] ἀπεδίδου κατὰ τὰ ἴδια ἔργα, καὶ ἐπειδὴ ἐν ἁμαρτίαις ἐτύγχανον οἱ Ἀμορραῖοι, ἐν παραβάσει γεγονότες καὶ ἀρνησάμενοι τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσαν, ὡς καὶ ἤδη ἀλλῇ που μοι εἴρηται· οὐδὲν δὲ λυπήσει καὶ ἐνταῦθα τὰ αὐτὰ παραθέσθαι. Ταῦτα γάρ ἐστι τὰ πρόχειρα τῆς τοῦ Μάνη
pag. 703. δεινότητος, ὅτι, Καλὸς ὁ θεὸς τοῦ νόμου, ὃς ἐσκύλευσε μὲν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐξέβαλε δὲ Ἀμορραίους καὶ Γεργεσαίους, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ λέγων, Μὴ ἐπιθυμήσῃς, πῶς ἔδωκεν αὐτοῖς τὰ ἀλλότρια; Καὶ οὐκ οἶδεν ὁ ἰδιώτης ὅτι τὴν ἰδίαν γῆν ἀπείληφαν διηρπασμένην ἀπ' αὐτῶν, καὶ [2] ἐξεδικήθη τὰ μεταξὺ ἀλλήλων γινόμενα ἐν ὅρῳ ἀληθείας καὶ ὅρκῳ. Νῶε γὰρ σωθεὶς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἡ αὐτοῦ σύμβιος σὺν τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τρισὶ νύμφαις, μόνος διαιρῶν τὸν πάντα κόσμον

Cap. LXXXIII. — 1. οὐθ' ἑλεπόλεις cod. Rhedig. οὐκ ἑλεπόλεις cod. Ien. et editi. In seqq. corrigendum duxi ἀλλὰ μόνῃ φωνῇ σάλπιγγος καὶ εὐχῇ δ. ἐκλίθησαν. Vulgo enim extat ἀλλὰ μόνη φωνὴ σ., κ. εὐχὴ δ., ἐκλίθ.

sabbatum observari iubere. Quod si quis non fecisset, lapidibus obruebatur; quo supplicio ille est affectus qui lignorum fasciculum Num. 13, 32. collegerat. Contra in novo testamento, sive evangelio, dominus ait, *Ego operor, et pater meus operatur;* atque etiam, *Sabbato spicas vulsere discipuli.* Ioann. 5, 17. Luc. 6, 1. Eodem sabbato non solum aegros curavit, sed et illud praecepit: *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam.* Ioann. 5, 8. O incredibilem inscitiam! Nihil enim imperitia deterius est, quae plurimos occaecavit. Quo enim tempore sabbatum non licuit honesta de caussa dissolvere? Quo vero tempore, quod ac scelus ac nequitiam attinet, non est religione constrictum, non modo sabbatum, sed et quaelibet dies? Iesus illae Navae filius Moysis successor, qui inter prophetas numeratur, qui a deo dilectus est, qui solis ac lunae cursum oratione sua moratus est, cum ita precaretur: *Stet sol ad Gabaon, et luna ad convallem Ialo,* hic igitur sabbatum Ios. 10, 12. boni operis exercendi caussa solvisse legitur, cum septem totos dies Hierichuntis moenia circumiit. Non enim sabbatis licebat ultra praescriptum sex stadiorum modum ambulando pergere. At Hierichuntis ambitus viginti stadiis amplior est. Quare cum septem diebus urbem circumirent, necesse est in aliquam ex diebus illis incurrisse sabbatum. Sed hoc dei mandato factum est ut quae prodigia ac miracula moliri decreverat ostenderet. Nullae tum illic machinae, nulli arietes, nulla subruendis moenibus instrumenta, sed sola tubae corneae voce, ac viri iusti precibus diruta hostium moenia conciderunt. Quos quidem hostes luere supplicium oportebat, quandoquidem *Amorrhaeorum peccata impleta fuerant.* Gen. 15, 16.

Cap. LXXXIV. Lex enim adversus scelera iudicis vices obibat, et unicuique pro suorum operum merito rependebat. Amorrhaei porro sese peccatis obstrinxerant, ac iura violarant, quod contra iurisiurandi fidem egerant. De quo cum alio loco dixerimus, iuvat tamen eadem hoc loco proponere. Eiusmodi quippe sunt quae in promptu Manichaei calliditas habet. Praeclarum vero, inquit, legis deum, qui et Aegyptiorum opes praedatus est, et Amorrhaeis, Gergezaeis ac reliquis gentibus eiectis, agros illarum Israëlitis attribuit. Qui hoc mandatum dedit, *Non concupisces,* quomodo illis aliena largitus est? Adeo Exod. 20. vero rudis est ut istud non videat, Israëlitas terram suam recuperasse, quam illi per vim eripuerant, eaque capta, quae inter illos convenerant, quaeque sincere et interposito iureiurando sancita fuerant esse vindicata. Etenim Noë a diluvio cum uxore tribusque filiis, ac totidem nuribus servatus orbem terrarum universum solus

Cap. LXXXIV. — 1. ἐδίδου cod. Rhedig.
2. ἐξεδικήθησαν cod. Rhedig.

τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ, τῷ Σὴμ καὶ Χὰμ καὶ Ἰάφεθ διεῖλε, βαλὼν τοὺς κλήρους ἐν Ῥινοκορούροις, ὡς καὶ ἡ ἀκολουθία ἔχει, καὶ οὐδὲν κενόφωνον, οὐδὲ παραπεποιημένον. Ῥινοκόρουρα γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ· καὶ οὕτω φύσει οἱ ἐπιχώριοι αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἑβραΐδος ἑρμηνεύεται κλῆροι, ἐπειδήπερ ὁ Νῶε ἐκεῖ ἔβαλε τοὺς κλήρους τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ. Καὶ ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος ἀπὸ Ῥινοκορούρων ἄχρι Γαδείρων, Αἴγυπτον ἔχων, καὶ [3] Μαρειανδίνην, καὶ Ἀμμῶνα, Λιβύην τε καὶ Μαρμαρίδα, Πεντάπολιν, [4] Μακάτην, [5] Μακρόνην τε καὶ [6] Λεπτημάγνην, Σύρτιν, Μαυριτανίαν ἄχρι τῶν Ἡρακλεωτικῶν [7] Στηλῶν λεγομένων καὶ τῆς ἔσω Γαδείρης, ταῦτα τὰ πρὸς νότον· ἀπὸ δὲ Ῥινοκορούρων τὰ πρὸς ἀνατολὴν, τήν τε Ἰδουμαίαν καὶ [8] Μαδιανῖτιν, τήν τε [9] Ἀλαβαστρῖτιν, καὶ [10] Ὁμηρῖτιν, καὶ [11] Ἀξωμῖτιν, καὶ [12] Βούγεαν, καὶ Λίβαν, ἄχρι τῆς τῶν Βάκτρων χώρας. Ὁ δὲ αὐτὸς κλῆρος διορίζει ἀναμέσον τοῦ Σὴμ τὰ πρὸς ἀνατολήν. Τῷ δὲ Σὴμ ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος πρὸς πλάτος, ἡ Παλαιστίνη, καὶ Φοινίκη, καὶ Κοίλη, Κομμαγήνη, Κιλικία, Καππαδοκία, Γαλατία, Παφλαγονία, Θρᾴκη, Εὐρώπη, Ῥοδόπη, Λαζία, Ἰβηρία, Κασπία, [13] Καρδυέα, ἄχρι τῆς Μηδίας πρὸς Βορρᾶν, ἐντεῦθεν οὗτος ὁ κλῆρος διορίζει τὸν Ἰάφεθ τὰ πρὸς Βορρᾶν. Πρὸς δὲ τὴν δύσιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἄχρι τῆς Ἱσπανίας καὶ [14] Βριττανίας, ἐκεῖθέν τε τὰ παρακείμενα ἔθνη, [15] Ἤητες, καὶ Δαύνεις, Ἰάπυγες, [16] Κάλαβροι, Λατῖνοι, [17] Ὀππικοὶ, [18] Μάγαρδες, ἕως [19] διακατοχῆς τῆς [20] Σπανίας, καὶ τῆς Γάλλας, τῆς τε τῶν [21] Σκόττων καὶ Φράγγων ἄνω χώρας.

Κεφ. πε'. pag. 704. Ὅτε οὖν οὕτως διῃρέθησαν οἱ κλῆροι, συγκαλεσάμενος Νῶε τοὺς τρεῖς υἱοὺς, ὥρισεν [1] αὐτοῖς ὅρκῳ, ἵνα μηδεὶς ἐπιβῇ τῷ κλήρῳ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πλεονεκτήσῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Χαναὰν δὲ πλεονέκτης ὢν ὁ υἱὸς τοῦ Χὰμ ἐπῆλθε τῇ [2] Παλαιστηνῶν γῇ, καὶ κατέσχεν αὐτὴν, καὶ ἐπεκλήθη ἡ γῆ Χαναὰν, διότι ἐν αὐτῇ κατῴκησε, καταλείψας τὸν ἴδιον κλῆρον διὰ τὸ δοκεῖν εἶναι καυματινόν. Καὶ

3. μαρειανδίνην cod ms. uterque et ed. princ. Μαρειανδύνην ed. Petav. Corrige Μαρείαν λίμνην.

4. In Ancorato cap. 115. appellantur Μαγάρδαι, corrupta haud dubie scriptura. Significat enim utroque loco quos Herodotus IV, 175. aliique appellant Μάκας, Ptolemaeus Μακατούτας.

5. Μάκορες fortasse Chronici Pasch. p. 32. In Ancor. l. l. enumerantur Μακεδόνες, Κράκονες (cod. Paris. Κρώκονες), Συοτῖται. Quorum quidem nominum utrum qui illic Κράκονες, an qui Μακεδόνες appellantur iidem sint qui hic sub Macrone nomine latent, dicere non ausim.

6. Ita uterque cod. ms, non Λεπτημάνην, ut habent editi. Ancoratus habet Λεπτῖται Μαγνῆται. Scribendum fortasse Λέπτιν (vel Λέπτην) Μάγνην.

7. στυλῶν cod. Rhedig.

8. μαδιανίτιν cod. ms. uterque et ed. princ.

9. ἀλαβαστράτιν codd. mss. ἀλαβαστράτην ed. princ. ἀλαβαστρίτην ed. Petav.

ac singularis est illa patris sapientia ac subsistens dei verbum. Neque vero illo sapientiae vocabulo constringor, ut ad dei filium referri putem oportere. Non enim id aut a Salomone significatum, aut ab apostolo aliquo declaratum, aut in evangelio est expressum. Quod si dei filio utcumque accipiendum videtur, non est tamen eadem vocabuli vis, neque ex simplici verborum sono de eo iudicandum est. Nam cum totus ille liber ex proverbiis contextus sit, quicquid autem per proverbium effertur, aliud verbis prae se ferat, aliud sensu ipso per allegoriam significet, si fuerit illa, quam isti putant, Salomonis mens, et ad dei filium referre nonnulli audeant, primum de divinitate ipsius intelligere omnino nefas est. Deinde si forte ad assumptam ab eo hominis naturam convenire poterit (quandoquidem, *Sapientia ipsa sibi domum extruxit*); quod si ita est, ab humana na- Prov. 9, 1. tura dictum existimari salva pietate potest, quae de divinitate sua loquatur, *Dominus creavit me*, hoc est, Aedificavit me in utero Mariae, *initium viarum suarum*, *in opera ipsius*. Initium quippe viarum et adventus in hunc mundum Christi corpus eius est ex Maria sumptum, ad iustitiae et salutis opus adscitum. Verum facile mente captus aliquis, et gravi illo tanquam vulnere sauciatus, quique in dei filium animi quodam odio feratur, ulterius prosiliendi ex eo ansam arripiet, quod sequitur, *Si nuntiavero vobis quae quotidie fiunt, commemoravero quae a seculo sunt, ut enumerem.* Vides, inquiunt, quod dixit, *A seculo.* Atqui illa carnis assumptio non nisi post duas et sexaginta generationes Matthaeo teste contigit. Qui pos- Matth. 1. sunt igitur quae ab initio atque ab aeterno fuerunt ab illo commemorari?

Verum caeci homines, ac tota via veritatis aberrantes, hanc Cap. XXII. esse scripturae consuetudinem ignorant, ut quaecumque docere velit, non ab antiquissimis temporibus repetat, aut ab ipso capite, ut ita dicam, arcessat, sed ab iis quae proxima sunt, ut quod antea extiterit postremum appellet. Atque ea caussa est cur dixerit, *Si* Exod. 3, 2. *nuntiavero vobis quae quotidie fiunt*, deinde *commemorabo quae a seculo sunt.* Qua etiam Moysi primum deus ardentem ignem ostendit, pauloque post in medio rubi incendio visum illud oblatum est; tum angelus ei subinde locutus est, ac postea dominus ex rubo similiter affatus est. At ipse non ea subinde quae videbantur alloquens requirit, sed de his quae ab initio fuerant interrogat. *Veni*, inquit, Exod. 3, 13. *et mittam te ad filios Israël, et dices ad eos, Deus patrum vestro-*

3. σημάνῃ *codd. mss. et ed. pr.* σημαίνῃ *ed. Petav.*
4. μνημονεύσω *placuit Petavio, praeeunte Cornario, qui convertit* et mentionem faciam eorum quae ab aeterno sunt.

ὅτι ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπέσταλκέ με, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακὼβ, πρὸ γενεῶν τοῦ Μωϋσέως πέντε ἢ ἓξ ὀνομάσας τοὺς περὶ Ἀβραάμ. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν [5] θεὸν τῶν πατέρων, τὸ ἀρχαῖον ἀπεφήνατο. Ὁ δὲ Μωϋσῆς συνέσει ἐκ θεοῦ κεχαριτωμένος ἠρώτα οὐ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔτι ἀνώτατον, ὅτι, Ἐὰν ἀπέλθω πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἴπωσι πρὸς μὲ, Τί αὐτῷ ὄνομα; τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; Ὁ δὲ λοιπὸν ἀποκαλύπτει, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀπὸ τῶν ἐγγυτάτων ἤρξατο, εἰς ἔσχατον δὲ τὸ ἀνώτατον ἐδήλου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Λουκᾶς ἄρχεται ἀπὸ τῶν κάτω καὶ ἐγγυτάτω, ὅτι, Ἦν αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ, τοῦ Ματθᾶν, τοῦ Νάθαν, τοῦ Δαβὶδ, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰακὼβ, τοῦ Ἀβραὰμ, τοῦ Ναχὼρ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ, τοῦ Ἐνὼχ, τοῦ Σὴθ, τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ θεοῦ. Καὶ ὁρᾷς πῶς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν πρῶτον ἔδειξεν, ἔπειτα τὸ ἔσχατον. Διὸ καὶ Ματθαῖος κατὰ τὴν ἔνσαρκον γενεαλογίαν βουλόμενος καταγαγεῖν τὴν Χριστοῦ παρουσίαν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν οὐκ εὐθὺς εἶπεν ὅτι, Γένεσις Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ, Υἱοῦ Δαβὶδ πρῶτον, εἶτα Υἱοῦ Ἀβραὰμ, ἵνα τὸ πρόσφατον ὁρώμενον, καὶ τὸ ἔγγιστα συγκροτούμενον, καὶ τὸ ἔτι ἀνώτερον [6] ὑποδεικνύων, τὸ ἔτι ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν σημάνῃ ἀναφαίρετον.

Κεφ. κγ'. Διὸ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐλθὼν ὁ μακάριος, καὶ εὑρὼν τοὺς ἀνθρώπους ἠσχολημένους περὶ τὴν κάτω Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν μὲν Ἐβιωναίων πλανηθέντων διὰ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ γενεαλογίαν ἀπὸ Ἀβραὰμ καταγομένην, καὶ Λουκᾷ ἀναγομένην ἄχρι τοῦ Ἀδὰμ, εὑρὼν
pag. 747. δὲ τοὺς Κηρινθιανοὺς καὶ Μηρινθιανοὺς ἐκ παρατριβῆς αὐτὸν λέγοντας εἶναι ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ τοὺς Ναζωραίους, καὶ ἄλλας πολλὰς αἱρέσεις, ὡς κατόπιν ἐλθὼν (τέταρτος γὰρ οὗτος εὐαγγελίζεται) ἄρχεται ἀνακαλεῖσθαι, ὡς εἰπεῖν, τοὺς πλανηθέντας καὶ [1] ἠσχολημένους περὶ τὴν κάτω Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ λέγειν αὐτοῖς, ὡς κατόπιν βαίνων, καὶ ὁρῶν τινας εἰς τραχείας ὁδοὺς κεκλικότας καὶ ἀφέντας τὴν εὐθεῖαν καὶ ἀληθινὴν, ὡς εἰπεῖν· Ποῖ φέρεσθε; ποῖ βαδίζετε; οἱ τὴν τραχεῖαν ὁδὸν καὶ σκανδαλώδη, καὶ εἰς χάσμα φέρουσαν βαδίζοντες, ἀνακάμψατε. Οὐκ ἔστιν οὕτως, οὐκ ἔστιν ἀπὸ Μαρίας μόνον ὁ θεὸς λόγος, ὁ ἐκ πατρὸς ἄνωθεν γεγεννημένος, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν

5. θεὸς *cod. Rhedig.*
6. ὑποδεικνύων *scripsi Cornarium atque Petavium secutus, quorum quidem prior vertit* et quod propinquissimum est proclamatum et quod adhuc superius est indicans, significet id quod omnem creaturam excedit, auferri non posse. *Libri habent vulgo* ὑποδεικνύον. *Excidit fortasse aliquid.*

rum misit me, deus Abraam, deus Isaac, et deus Iacob. Ubi Abraamum nominavit, qui Moysem quinque aut sex generationibus antecessit. Cum autem *deum patrum* dixit, quod antiquum erat indicavit. At Moyses singulari quadam prudentia dei beneficio praeditus nihil de his sciscitatus est, sed quod vetustissimum est quaesivit. *Si,* inquit, *vadam ad illos, et dixerint mihi, Quod est ei nomen? quid illis respondebo?* Tandem ergo deus seipsum illi patefaciens, *Ego,* inquit, *sum qui sum.* Ubi primum ab iis quae proxima erant incepisse, tum postremo quod summum et ultimum erat declarasse cernimus. Eodem modo Lucas ab infimis ac citimis orditur. *Ipse Iesus,* inquit, *erat incipiens quasi annorum triginta,* Luc. 3, 23.
filius, ut putabatur, Ioseph, qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iudae, qui fuit Iacob, qui fuit Abraam, qui fuit Nachor, qui fuit Noë, qui fuit Lamec, qui fuit Enoch, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei. In quibus animadvertis primum susceptae carnis mentionem esse factam, deinde quod postremum erat iniectum. Quam ob caussam Matthaeus quoque adventum cum carne Christi ad hominum notitiam perducere, ac corporis prosapiam pertexere volens, non sic exorsus est: *Gene-* Matth. 1.
ratio Iesu Christi filii Abraam, sed primum filii David, postea filii Abraam, ut quod recens est conspectum, ac quod proximum est confirmatum, quodque superius adhuc est indicans, illud una significet quod creatas res omnes superat, auferrique non potest.

Quocirca beatus Ioannes post alios veniens, cum homines in Cap.
infima Christi natura totos occupari cerneret, atque Ebionaeos ob XXIII.
corpoream Christi genealogiam ab Abraamo deductam, et a Luca ad Adamum usque sursum profectam in errorem abductos videret, imo et Cerinthianos ac Merinthianos ex utriusque sexus copulatione merum hominem natum illum asserere, idemque et Nazaraeos, et nonnullas alias haereses sentire, tanquam postremus omnium (quartus enim hic evangelium scribere aggressus est) aberrantes illos, et in humanam Christi generationem plus quam par esset intentos revocare instituit, perindeque ac si nonnullos per devia ac salebrosa divagari, vera ac recta via derelicta, pone ambulans cerneret, ea quodammodo est allocutus: Quo tenditis? quove iter habetis? Vos qui asperum ac lubricum iter tenetis, quod in voraginem et praecipitium desinit, pedem reflectite. Non ita ut putatis sese res habet, neque ex sola Maria dei verbum editum est, quod ab aeterno pater

Cap. XXIII. — 1. ἠσχολησμένους *cod. Rhedig., et supra quoque in ipso capitis initio.*

χρόνων Ἰωσὴφ τοῦ ταύτης [2] ὁρμαστοῦ, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν χρόνων [3] Σαλαθιὴλ, καὶ Ζοροβάβελ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Νῶε, καὶ Ἀδὰμ, ἀλλὰ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Τὸ δὲ Ἦν, καὶ Ἦν, καὶ Ἦν, οὐχ ὑποδέχεται [4] τὸ μὴ εἶναί ποτε· καὶ ὁρᾷς πῶς εὐθὺς τὰ ἐγγυτάτω πρῶτον σημαίνει, ὡς Ματθαῖος μὲν τὴν ὁδὸν ἔδειξε διὰ τῆς γενεαλογίας, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἠκρίβωσεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἄνωθεν ἔφερε καίτοι γε τὴν γενεαλογίαν· πῶς τε ὁ Μάρκος περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πεπραγματευμένων, καὶ φωνῆς βοώσης ἐν τῇ ἐρήμῳ, περὶ τοῦ κυρίου τοῦ διὰ προφητῶν πεπροφητευμένου καὶ νόμου, πῶς τε ὁ Λουκᾶς ἀπὸ τῶν κάτω ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνῆγεν, ἐξύστερον ἐλθών; τέταρτος ὁ Ἰωάννης τὴν κορωνίδα καὶ τὸ ἀκραιφνὲς τῆς ἄνω τάξεως καὶ ἀεὶ οὔσης θεότητος τὰ ὕστερον ἐδήλωσεν; ὡς καὶ ὁ Σολομῶν παροιμιωδῶς λέγων τὴν ἀρχὴν τῶν ὁδῶν, εἴ γε κἂν εὐσεβῶς θελήσαιέν τινες λέγειν περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, ὡς αὐτῆς φασκούσης περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος ὅτι αὐτὴ ἡ θεότης ἔκτισε τὸν οἶκον, ὅτι αὐτὴ ἡ θεότης τὴν σάρκα καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν εἰργάσατο, ἀρχὴν ὁδῶν [5] αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας καὶ ἀγαθότητος, εἶτα εὐθὺς μετέπειτα, ἔτι προκοπτόντων τῶν πραγμάτων, λέγει, Ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ. Ἆρα γοῦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν θεότητα κτισθεὶς ὕστερον ἐθεμελιώθη; λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ μηχανικοὶ, οἱ τῶν ἄνω κατοπτευ-
pag. 748. ταὶ, ποίᾳ τέχνῃ ἐκτίσθη ἡ σοφία, ποίῳ ἐργαλείῳ ἐθεμελιώθη. Ἀλλὰ εἰ ὅλως διανοεῖσθαι χρὴ, [6] φεύγει μὲν ἀπὸ τοσούτου βυθοῦ τῆς βλασφημίας, καὶ μὴ [7] προςψαύει τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς, τῇ ἀεὶ σὺν πατρὶ ὑπαρχούσῃ καὶ γεγεννημένῃ ἐξ αὐτοῦ. Ἀεὶ γὰρ ἦν ὁ λόγος σὺν πατρὶ, ἀεὶ ἡ σοφία, ἀεὶ θεὸς ἐκ θεοῦ κύριος, ἀεὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐ νόθον, ἀεὶ τὸ ὂν ἐξ αὐτοῦ ἔχων, καὶ ἀλήθεια ὢν, καὶ ζωὴ ὑπάρχων.

Κεφ. κδ'. Καὶ τί μοι τὰ πολλὰ λέγειν περὶ τούτου; Εἶτά φησι, Ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ. Ἆρα ἔστιν ἰδεῖν εὐσεβὲς ὅτι τὴν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν ἐνταῦθα σημαίνει. Τὸ μὲν γὰρ, Κύριος ἔκτισέ με, ἡ ἐνανθρώπησις λέγει ἡ ἔνσαρκος, ἐάν γε καὶ οὕτω νοοῖτο. Τὸ δὲ Ἐθεμελίωσεν, ὡς ἐν τῇ ψυχῇ ἐθεμελιώθη. Τὸ δὲ, Πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, ἵνα δείξῃ τὴν γέννησιν ἄνωθεν. Καὶ ταῦτα εἴπομεν, οὐχ οὕτως πάντως

2. *Cf. adnott. Pelavii de hoc voc., praeterea Fr. Franci (Cl. Salmasii) Confutat. Animadvers. Ant. Cercoetii p. 81., Du Cangii Gloss. ad Scriptt. Med. et Inf. Graec. s. v.* Ὁρμάζειν.
3. Σαλαθαὴλ *cod. Rhedig.*
4. *Ita coniecit Petavius. In libris est* τοῦ.

genuit, neque ab Iosephi virginis sponsi, aut Salathiel, Zorobabel, David, Abraam, Iacob, Noë et Adam temporibus duntaxat extitit, sed, *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Ioann. 1, 1. Atque haec particula *Erat* ter repetita non patitur ut illum quandoque non fuisse suspicemur. Animadvertis igitur quae proxima sunt priore loco fuisse significata. Sic Matthaeus contexenda Christi genealogia viam quodammodo monstravit; neque accurate tamen ista tractavit, cum genealogiam illam ab superioribus deduceret. Deinde Marcus ea quae in hoc mundo gesta sunt aperuit, ac de voce illa in deserto clamante, deque domino, qui a prophetis ac lege antea nuntiatus fuerat, scripsit. Secundum quem Lucas ab inferioribus ad superiora conscendit. Quartus denique Ioannes velut coronidem imponens sublimioris in Christo conditionis ac naturae et sempiternae divinitatis interpres extitit. Quo sensu videri potest Salomon in proverbiis *Viarum* appellasse *principium:* Prov. 8, 22.
si quidem nonnullis haec ipsa verba religiose libeat ad humanam Christi naturam transferre, quasi de eiusdem divinitate ista pronuntiet, nimirum divinitatem ipsam domum extruxisse. Quippe carnem et susceptam hominis naturam divinitas fabricavit, tanquam *viarum suarum initium, et ad opera sua*, hoc est quae ad hominum salutem bonitatemque pertinent. Deinde vero in progressu ipso rerum, *Fundavit me*, inquit, *initio.* Utrumnam igitur dei filius, quod ad divinitatem attinet, postea fundatus est? Dicant hoc nobis architecti isti ac coelestium rerum inspectores, quanam arte condita sit, quove instrumento fundata sapientia. Quamobrem si quid nobis de ea re cogitare licet, tam alta blasphemiae vorago fugienda, nec tentanda unigeniti filii divinitas, quae cum patre semper est, ab eoque processit. Verbum enim cum patre semper extitit, semper sapientia, semper deus ex deo dominus, semper vera, nec adulterina lux, semper is qui ab ipso naturam et essentiam habet quique veritas est et vita.

Quid autem pluribus ea de re disputare necesse est? Pergit Cap. XXIV.
Salomon, et, *Fundavit me*, inquit, *initio.* Ubi pie illud animadvertere possumus, humanam his verbis animam declarari. Nam haec ipsa, *Dominus creavit me*, si ad eum sensum referre placeat, ab humanitate usurpari putanda sunt. Quod autem fundasse dicit, animam potissimum spectat, cuius ratione fundatus dicitur. Iam quod additum est, *Ante omnes colles genuit me*, sic accipiendum est ut coelestem illam generationem demonstret. Atque haec ita dicimus,

5. αὐτοῦ *non habet cod. Rhedig.*
6. φεύγειν δεῖ *volebat Petavius.*
7. *Libri habent* προςψαύειν. *Cornarius convertit* fugerimus utique a tanta blasphemiae profunditate, et ne attigerimus *cett.*, ut φεύγωμεν ἀπὸ - - προςψαύωμεν τῇ θεότητι *putasse videatur.*

ὁριζόμενοι, εὐσεβῶς δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν διανοηθέντες. Εἰ καὶ χρὴ οὕτω λέγειν, ὅμως οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναγκάσειε πάντως περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν τὸ ῥῆμα τοῦτο. Εἰ δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ ῥηθήσεται, ἔχει καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, οὐ κατὰ μαντείαν λεγομένην, ἀλλὰ κατὰ τὸ εὐσεβὲς τοῦ λογισμοῦ, τοῦ μὴ λογίζεσθαι εἰς θεόν τι ἐλαττώματος ὑποβεβηκυῖαν νομίζειν αὐτὸν θεότητα παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἔχειν οὐσίαν. Καὶ γάρ τινες τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξων ἀπέδωκαν τοῦτο εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν διανοηθέντες. Εἰ καὶ χρὴ οὕτω λέγειν τὸ περὶ τοῦ, Κύριος ἔκτισέ με, καὶ ἐθεμελίωσέ με, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ [1] εὐσεβὴς λογισμὸς, μεγάλοι πατέρες τοῦτο ὑφηγήσαντο. Καὶ εἰ μή τις βουληθείη τῶν ὀρθοδόξων καταδέξασθαι, οὐ καταναγκασθήσεται. Πρὸς δὲ τοὺς ξένους τῆς πίστεως καὶ ἀλλοτρίους εἰς οὐδέν ἐστιν ἡ βλάβη. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἐνσκήψει εἴς τι ἐλαττώματος, τῆς θεότητος ἐλευθέρας οὔσης καὶ ἀεὶ οὔσης σὺν τῷ πατρί. Καὶ ὅ τι μὲν πέπονθεν ὁ Χριστὸς, πέπονθεν, ἀλλ' οὐκ ἐτράπη τὴν φύσιν, ἔμεινε δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπαθείᾳ ἡ αὐτοῦ θεότης. Διὸ θελήσας παθεῖν, ἰδίᾳ εὐδοκίᾳ ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο ἡ θεότης παθεῖν, καθ' ἑαυτὴν ἀπαθὴς οὖσα, ἔλαβε τὸ
pag. 749. ἡμέτερον παθητὸν σῶμα, σοφία ὢν, ἵνα ἐν αὐτῷ [2] σὺν εὐδοκήσει τοῦ παθεῖν καὶ ἀναδέξηται τὰ ἡμέτερα πάθη, ἐν σαρκὶ συνούσης τῆς θεότητος. Καὶ γὰρ ἡ θεότης οὐ πάσχει. Πῶς γὰρ ὁ λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, ἀποθανεῖν δυνήσεται; ἀλλὰ ἀπαθὴς διαμένει ὁ θεός. Συμπάσχει δὲ τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ πάθος εἰς τὴν θεότητα λογισθῇ, μὴ πασχούσης τῆς θεότητος, εἰς τὸ εἶναι ἡμῖν ἐν θεῷ τὴν σωτηρίαν. Ἐν σαρκὶ δὲ τὸ πάθος, ἵνα μὴ παθητὸν [3] θεὸν ἔχωμεν, ἀλλὰ ἀπαθῆ, ἐλλογοῦντα εἰς ἑαυτὸν τὸ πάθος, κατὰ προαίρεσιν, καὶ οὐ κατὰ ἀνάγκην.

Κεφ. κε'. Ὅμως δὲ καὶ οὗτοι τὰς λέξεις τὰς Ἑβραϊκὰς οὔτε ψηλαφήσαντες, οὔτε γνόντες, οὔτε πῶς ἔχει ἡ τούτων δύναμις, [1] προάλλως καὶ προπετῶς ἀνέκυψαν δεινοὶ ἐχθροὶ, ζητοῦντες πρόφασιν πόθεν τὴν πίστιν λωβήσουσι, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς (οὐ γὰρ τὴν ἀλήθειαν), καὶ ἐπειδὴ εὗρον ὅτι, Ὁ κύριος ἔκτισέ με, ῥιψοκινδύνως ὥςπερ φανταζόμενοι ὀνειροπολοῦσι, τὰ μηδὲν χρήσιμα ἐπεισενέγκαντες τῷ βίῳ, καὶ ταράξαν-

Cap. XXIV. — 1. εὐσεβὴς *restitui ex scriptis libris. Editi habent* σεβὴς. *Pro* μεγάλοι *Petav. coni.* ὡς μεγάλοι. 2. σὺν εὐδοκήσει *mea est emendatio. Libri vulgo* συνευδοκήσῃ.

non ut eo modo se habere penitus definiamus, sed ut pie nihilominus de Christi domini nostri incarnatione sentiamus; siquidem eiusmodi esse debeat loci huius sententia. Quamquam nemo cogere nos potest ut de Christo dictum illud existimemus. Verumtamen ut ad Christum spectare demus, suum habere potest sensum, qui non vaticinando confictus, sed ex animi pietate profectus est, ne quem in deum cadere defectum arbitremur, aut filii divinitatem essentia patris inferiorem esse sibi quisquam persuadeat. Nam et nonnulli orthodoxorum patrum locum illum Salomonis de incarnatione Christi interpretati sunt, *Dominus possedit me, et fundavit me.* Estque hic demum sensus pietati consentaneus, cum ita, ut dixi, magni quidam patres intellexerint. Quibus si quis hac in parte assentiri minime velit, cogi nullo modo potest. Quod autem ad alienos a fide et haereticos attinet, nullum omnino damnum hinc metuere debemus. Neque enim ad ullam divinitatis imminutionem pertinere istud potest, quae libera est, et cum patre semper extitit. Porro passus est quidem Christus quodcumque demum passus est; sed non eius natura mutata est, atque eiusdem divinitas in sua illa passionis experte conditione perstitit. Quare cum de propria voluntate pro hominum salute pati constituisset, quod divinitas perpeti nihil posset, quae per seipsam expers passionis est, corpus nostrum, quod pati videlicet potest, induit divina illa sapientia, ut in ipso sponte sua pateretur, ac coniuncta cum carne divinitate affectiones nostras in sese susciperet. Etenim divinitas ipsa extra omnem est patiendi conditionem. Quomodo enim mortem is obire posset qui dicit, *Ego sum vita?* Itaque cum passionis expers perseveret deus, cum carne tamen patitur, adeo ut divinitati passio illa tribuatur, cum nihil tamen per sese illa patiatur. Ut nimirum salus nobis per deum comparetur, caro autem ipsa duntaxat afficiatur, ut ne passionibus obnoxium, sed ab iis potius immunem deum habeamus; qui sponte sua nec ulla necessitate coactus eandem illam affectionem imputari sibi velit.

At isti cum Hebraicas voces ne attigerint quidem, aut ulla earum cognitione perfusi sint, neque quid sibi velint intelligant, temere ac petulanter vehementes hostes insurgunt, occasionem undique captantes, qua fidem nostram, vel seipsos potius (nihil enim adversus veritatem possunt) quacumque ratione labefactent. Unde cum ita scriptum reperissent, *Dominus creavit me*, insipide ac sine ullo iudicio, velut per somnium, visa nescio quae sibi finxerunt, atque Cap. XXV.

3. θεὸν ἔχωμεν *cod. Ien.* ἓν ἔχωμεν *cod. Rhedig.* θεὸν ἔχομεν *editi.* Cap. XXV. — 1. *Cf. Lobeck ad Phryn. p.* 245.

τες τὴν οἰκουμένην. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν οὐχ οὕτως ἔχει· ὅθεν Ἀκύλας
λέγει, Κύριος ἐκτήσατό με. Ἀεὶ δὲ οἱ γεννῶντες παῖδας λέγουσιν,
Ἐκτησάμην υἱόν. Ἀλλ᾽ οὔτε Ἀκύλας τὴν δύναμιν ἡρμήνευσε. Καὶ
γὰρ τὸ, Ἐκτησάμην υἱὸν, ὡς πρόσφατόν ἐστιν, ἐν θεῷ δὲ οὐδὲν ἔνι
πρόσφατον· κἄν τε ὁμολογῇ τις [2] ὃ γεγέννηται ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς,
καὶ οὐκ ἔκτισται, γεγέννηται δὲ ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως. Οὔτε γὰρ ἔνι
χρόνος ἀναμέσον υἱοῦ καὶ πατρὸς, ἵνα μὴ χρόνος τις ὑπὲρ πλείω γέ-
νηται τοῦ υἱοῦ. Εἰ γὰρ δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα, [3] ἄρα καὶ οἱ χρόνοι.
Χρόνου δὲ ὑπάρχοντος τοῦ πρὸ πάντων ὄντος, πῶς ἔσται τοῦτο; ἀλ-
λὰ, εἰ ἄρα, ζητηθήσεται ἄλλος υἱὸς, δι᾽ οὗ πρὸ τοῦ υἱοῦ γέγονε χρό-
νος. Καὶ πολλά ἐστιν ἃ εἰς ἄπειρον ἀπορίαν ἄγει τὰ τῶν περιερ-
γαζομένων, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἐργαζομένων ἀνθρώπων φρονήματα.
Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει, Ἀδωναΐ, ὃ λέγεται Κύριος, [4] Κανανί
δύναται λέγεσθαι καὶ [5] Ἐνόσσευσέ με καὶ Ἐκτήσατό με, τὸ δὲ ἀκρι-
pag. 750. βέστατον λέγεται, [6] Ἐνόσσευσέ με. Ποῖος δὲ νοσσὸς οὐκ ἀπὸ φύ-
σεως τοῦ γεγεννηκότος γεννᾶται; καὶ ὧδε μὲν ἐν τοῖς σωματικοῖς
πλαστίοις διὰ συνδυασμῶν ἄρρενός τε καὶ θηλείας τὰ νοσσευόμενα
γίνεται, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους καὶ πετεινῶν, καὶ τῶν ἄλλων.
Διόπερ ὁ μονογενὴς τὰ πάντα σοφία ὢν τοῦ πατρὸς, καὶ βουλό-
μενος ἐπὶ διορθώσει τὰ πάντα ἐργάσασθαι, ἵνα μή τις εἰς αὐτὸν
λογίσηται ἃ μὴ ἔστι, καὶ ἐκπέσῃ τῆς ἀληθείας, ἐνδημήσας τῷ τῶν
ἀνθρώπων γένει, καὶ φύσει ἀπὸ γυναικὸς γεννηθεὶς, καὶ ἐν μήτρᾳ
παρθένου ἀνακλιθεὶς τὸν τῶν [7] κυοφοριῶν χρόνον, οὐκ ἀπὸ σπέρμα-
τος ἀνδρὸς συνελήφθη, ἵνα μὴ συνδυασμὸς καὶ παραπλοκὴ [8] ἐν τῇ
ἐνσάρκῳ γεννήσει γένηται, ἀλλ᾽ ἐκ μητρὸς μονοειδῶς ἔλαβε τὴν σάρκα,
καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπλήρωσε τελείαν τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, οὐκ ἐλλιπῆ
οὖσαν, ἀλλὰ ἀληθινήν. Καὶ [9] οὐχ ὅτι ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς οὐκ
ἦν, εἶχέ τι ἐλλιπές. Πάντα γὰρ τελείως ἔσχε τὰ πάντα ἔχων, σάρκα,
καὶ νεῦρα, καὶ φλέβας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἔστι, ψυχὴν δὲ ἀλη-
θινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, νοῦν δὲ καὶ τὰ πάντα ὅσα ἔστιν ἐν τῇ ἀνθρω-
πήσει, χωρὶς ἁμαρτίας, ὡς γέγραπται, Πεπειραμένος κατὰ πάντα ὡς
ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας, ἵνα ἐν τῷ μονοειδῶς ἐνταῦθα ἀπὸ μητρὸς
κατὰ σάρκα γεγενῆσθαι τελείως, καὶ οὐκ ἐλλιπῶς, δείξῃ τοῖς βουλο-
μένοις ὁρᾶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ τυφλώττειν τὸν ἴδιον νοῦν, ὅτι καὶ

2. „Vitium subest huic loco“ *adnotavit in marg. Petavius. Reponendum videtur* ὅτι *pro* ὃ.
3. *Vulgo* ἆρα.
4. *Suspicor* Κανανί, ὃ δύναται.
5. ἐνόσευσε *codd. mss.*
6. ἐνόσευσε *codd. mss.*
7. κυοφορίων *editorum uterque.*
8. καὶ ἐν *habent libri. Particula* καὶ *accrevit ex terminatione* κῃ *vocabuli proximi.*
9. οὐχ ὅτι *scripsi cum Petavio et Cornario (is enim vertit* Et non quia ex semine viri non erat, ideo habebat quid defectuosum) *pro* ὅτι οὐχ, *quod libri vulgo praebent.*

inania quaedam introduxerunt, quibus terrarum orbem magnopere
perturbarunt. Ceterum Hebraice longe aliter legitur, ideoque sic
Aquila interpretatur: *Dominus possedit me.* Solent enim qui liberos
suscipiunt vulgo dicere, Possedi filium. Quamquam ne Aquila qui-
dem vim satis expressit. Nam illud, *Possedi filium*, recens aliquid
ac novum significat, cuiusmodi in deo nihil est. Ac si quis nihilo-
minus illud concesserit, genitus tamen a patre filius non creatus
existimandus est, atque ita quidem genitus ut sine tempore aut ini-
tio sit genitus. Neque enim filium inter et patrem tempus ullum
interceptum est, ne qua temporis pars filii originem antecessisse
dicatur. Nam *si per ipsum facta sunt omnia*, etiam tempora ipsa Ioann. 1, 3.
facta sint oportet. Quod si tempus aliquod ante omnia extitisse di-
catur, quonam modo illud existet? Quaerendus nimirum alter nobis
filius, a quo tempus ante filium productum sit. Sexcenta sunt alia
quibus curiosorum hominum, neque boni quiddam afferentium, in-
genia inextricabilibus difficultatum laqueis implicantur. Iam vero
Hebraice ita legitur: *Adonai*, hoc est *Dominus*, *Canani*, hoc est
Velut pullum edidit me, vel *Possedit me*; multo autem commodius est
ut priore modo reddatur, *Tanquam pullum edidit me.* Ecquis vero
pullus ex eius natura non proficiscitur a quo genitus est? Est illa
quidem formandorum corporum ratio ut ex utriusque coniunctione
sexus foetus omnes existant, idque ipsum tam in homine quam in
pecudibus, volucribus, ac ceteris animantibus videmus. Quam-
obrem unigenitus dei filius, idemque perfecta patris sapientia cum
ita perficere omnia vellet ut ad homines moderandos ac corrigendos
valerent, ne quis de ipso falsa quaedam suspicaretur, et a veritate
excideret, naturam hominis suscipiens atque, ut natura fert, de
muliere genitus, totoque parturitionis tempore in virginis utero re-
sidens, nequaquam est ex virili semine genitus, ne qua vel in hac
corporea generatione sexuum copula esset ac coniunctio: verum sola
ex matre carnem accepit, perfectamque in sese hominis naturam,
neque mancam aut defectam, sed veram ac consummatam expressit.
Nam tametsi minime ex viri satu prodierit, nihil ei tamen ad inte-
gritatem defuit, adeoque suis omnibus partibus absolutus extitit,
carne, nervis, venis, ac reliquis eiusmodi, anima praeterea, quam
non specie tenus, sed reipsa suscepit, similiter et mentem, aliaque
omnia, quibus hominis natura constat, praeter peccatum, pro eo
ac scriptum est, *Tentatus per omnia absque peccato.* Ut cum sola Hebr. 4, 15.
ex matre perfecte, et absque illo defectu secundum carnem hic ge-
nitus sit, hoc ipsum his ostendat qui veritatem intueri, nec excae-
cata mente esse voluerint, cum in coelo perfecte sine ullo tempore

ἄνω ἐκ πατρὸς τελείως γεγέννηται, ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς μόνης γεγέννηται ἀχράντως καὶ ἀμολύντως.

Κεφ. κϛ΄. Ἵνα δὲ καὶ ἑρμηνεύσωμεν τὴν τοῦ Ἀδωναΐ [1] καννανί λέξιν, ὅπερ ἐστὶ Κύριος ἐνόσσευσέ με. Πᾶν γὰρ τὸ γεννῶν ὅμοιόν [2] τι γεννήσει. Ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ, καὶ θεὸς θεὸν, καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος γεννᾷ κατὰ σάρκα, θεὸς δὲ κατὰ πνεῦμα, καὶ οἷς ὁ γεννῶν ἄνθρωπος, τοιοῦτος καὶ ὁ ὑπ᾽ αὐτοῦ γεννώμενος. Εἴσω παθῶν περιεχόμενος ὁ γεννήσας ἄνθρωπος τὸν ἴδιον υἱὸν, καὶ ὁ ἀπαθὴς θεὸς τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγεννημένον υἱὸν ἀπαθῶς ἐγέννησεν ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, ἀπὸ ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἑαυτοῦ, πνεῦμα ὢν ἀπαθὲς, καὶ γεννῶν πνεῦμα ἀπαθῶς, θεὸς ὢν ἀπαθὴς, θεὸν ἀληθινὸν γεννήσας
pag. 751. ἀπαθῶς. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἔκτισε τὰ πάντα, καὶ ὁμολογεῖς, ὦ Ἄρειε, ὅτι κέκτικεν ὁ θεὸς τὰ πάντα, αὐτὸς καὶ τὸν υἱὸν ἐγέννησεν. Εἰ δὲ λέγεις, ἐὰν ἐγέννησεν, ἔπαθε γεννήσας, καὶ ἡμεῖς πρὸς σὲ ἐροῦμεν ὅτι, εἰ γεννῶν ἔπαθε, κέκμηκε κτίσας. Ἀλλὰ ἅμα πάντα ἃ βούλεται, πάντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἐν τελειότητι, καὶ οὔτε ἐν τῷ κτίζειν [3] εἰς τὸν υἱὸν πάθος ἐνσκήψει, οὔτε πάθει συνέχεσθαι τὸ θεῖον διὰ τὴν ἄχραντον τοῦ υἱοῦ γέννησιν νοηθήσεται. Ἄτρεπτος γὰρ ὁ πατὴρ, ἄτρεπτος ὁ υἱὸς, ἄτρεπτον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία οὐσία, μία θεότης. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, Θέλων ἐγέννησεν, ἢ μὴ θέλων. Καὶ οὐκ εἰμι κατὰ σὲ, ὦ φιλόνεικε, ἵνα ἕν τι τοιοῦτον εἰς θεὸν διανοηθῶ. Εἰ μὲν γὰρ μὴ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄκων ἐγέννησε, καὶ εἰ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄρα ἦν τὸ βούλημα πρὸ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἔσται κἂν ῥοπὴ χρόνου μεταξὺ υἱοῦ διὰ τοῦ βουλήματος· ἐν θεῷ δὲ οὐ χρόνος εἰς βουλὴν, οὐ βούλησις εἰς διανόησιν. Οὔτε οὖν θέλων ἐγέννησεν, οὔτε μὴ θέλων, ἀλλὰ ἐν τῇ ὑπὲρ βουλὴν φύσει. Φύσις γὰρ αὐτῷ ἐστι θεότητος, οὔτε βουλῆς ἐπιδεομένη, οὔτε ἄνευ βουλῆς τι πράττουσα, ἀλλ᾽ ἅμα ἐξ αὐτῆς τὰ πάντα ἔχουσα, καὶ οὐδὲν λείπουσα τῶν ὄντων.

Κεφ. κζ΄. Ἔτι δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἄρειος θηρᾶται λέξεις, περινοστῶν ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ περιεργαζόμενος ἑαυτῷ τὰ μοχθηρὰ, οὐχ ὡς ἔχει τὸ θεῖον γράμμα, ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς νοσῶν περὶ τὰς ζητήσεις καὶ λογομαχίας εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἀλλ᾽ ἐπὶ καταστροφῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεπλανημένων, ἐπιλαμβάνεται τοῦ ῥητοῦ οὗ ὁ κύριος εὐλογῶν τοὺς μα-

Cap. XXVI. — 1. καναvί cod. Rhedig.
2. τῇ cod. Rhedig.
3. *Corrigendum puto* εἰς τὸν θεόν. *Petavius suspicabatur* ὁτιοῦν. *Cornarius vertit* et neque in creando passio in filium cadet, neque deum affectioni obnoxium esse *cett.*

aut initio ex patre, tum in terra sine labe ulla et macula sola se esse de matre genitum.

Cap. XXVI. Atque ut voces illas interpretemur, *Adonai cannani*, hoc est, *Dominus foedificavit me*, quicquid alterum gignit, simile utique sibi gignit. Ergo et hominem homo generat, et deus deum. Ille carne, hic spiritu generat. Qualis porro est generans homo, talis est et genitus. Homo qui generat cum affectionibus sit obnoxius, perinde et filium gignit: deus autem omni affectione carens, sine eadem et genitum a se filium produxit, et quidem vere, non specie sola, ex semetipso, non extra se, genuit, spiritus utique, sine ulla, uti dixi, affectione, ac sine eadem spiritum generans, deus affectionis expers verum deum sine affectione producens. Etenim ille ipse qui creavit omnia, id quod ne tu quidem inficiari audes, o Ari, idem, inquam, filium genuit. Quare si istud obiicias, si genuit, passionem aliquam gignendo expertus est, tibi hoc vicissim opponemus, si generando aliquid passus est, etiam in creando laboravit. Res ipsa porro sic se habet ut quaecumque voluerit in seipso perfecte contineat, ac neque in rebus procreandis affectionem ullam suscipiat, neque propter integram ac purissimam filii generationem pati quicquam divinum numen afficique suspicemur. Si quidem immutabilis est pater, immutabilis filius, immutabilis spiritus sanctus, una essentia, una divinitas. Atenim dices, Vel voluntate, vel praeter voluntatem genuit. Ego vero nequaquam ero tui similis, homo contentiosissime, ut de deo quicquam eiusmodi cogitem. Nam sive praeter voluntatem genuit, invitus genuit, sive voluntate genuit, haec ipsa voluntas filium antecessit. Unde vel minimum saltem momentum propter illud voluntatis decretum ante filium intercipi poterit. At in deo neque tempus ad capiendum consilium, neque voluntas ad cogitationem requiritur. Quocirca neque volens neque vero nolens genuit, sed in natura, quae consilio omni superior est. Haec enim est natura divinitatis ut neque consilio egeat, nec absque consilio quicquam moliatur, sed ex seipsa simul habeat omnia, nec ulla re deficiatur.

Cap. XXVII. Iam vero idem ille Arius, qui in captandis vocibus ita totus est, omnia ut diligenter obeat ac perlustret, atque improba quaedam undequaque vestiget, non ut divinis literis consentanea sint, sed pro eo atque ipsum animi morbus impulerit, quo ad inanes quaestiones et verborum contentiones rapitur, quae nulli alteri usui sint, quam ut tam ipsum quam sectatores suos in perniciem coniiciant. Eodem igitur instituto illam domini sententiam arripit, qua cum

lium cadet, neque deum affectioni obnoxium esse *cett.*

θητὰς ἔφη, *Πάτερ, δὸς αὐτοῖς ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς· αὕτη δέ ἐστιν ἡ
αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέ-
στειλας Ἰησοῦν Χριστόν.* Ἀλλ' ἤδη μοι πεπραγμάτευται περὶ τούτων
πάντων ἐν τῷ μεγάλῳ περὶ πίστεως λόγῳ, ᾧ πάλιν κατὰ τὴν ἡμῶν με-
τριότητα καὶ ἀσθένειαν ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῆς τῶν ἀδελφῶν προτρε-
πτικῆς παρακλήσεως γεγράφαμεν περὶ Πίστεως, ᾧ λόγῳ ἐπεθέμεθα
ὄνομα [1] Ἀγκυρωτόν. Καὶ γὰρ, καθάπερ ὁ ἡμέτερος ἐξίσχυσε πτω-
χὸς νοῦς διὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας, ἐκ πάσης γραφῆς συνάγοντες
pag. 752. τὰ ἀληθινὰ τῆς τοῦ θεοῦ διδασκαλίας ἄγκυραν ὥςπερ τοῖς βουλομέ-
νοις τὴν ἁγίαν πατέρων πίστιν, ἀποστολικήν τε καὶ προφητικὴν, καὶ
ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τοῦ δεῦρο ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ κεκηρυγμέ-
νην, σαφῶς παρεθέμεθα, εἰς τὸ κατέχεσθαι τὴν διάνοιαν καὶ ἀσφα-
λίζεσθαι, μὴ ταῖς ἐπινοίαις τοῦ διαβόλου ῥιπίζεσθαι, μηδὲ κλυδωνι-
σμῷ παραβλάπτεσθαι τῷ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἐν κόσμῳ πολυβλύστως
κεκινημένῳ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ κύριος ἐδίδαξε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς
λέγων ὅτι, *Ἐὰν ὅπερ ἀπαρχῆς ἠκούσατε,* [2] *μείνῃ ἐν ὑμῖν* [*καὶ ἐὰν ἐν
ὑμῖν* [3] *μείνῃ ὃ ἠκούσατε ἀπαρχῆς*], *ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ μενεῖτε, καὶ ἐγὼ ἐν
ὑμῖν, κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοί.* Ὥςτε οὖν τὰ ἀπαρχῆς
ἀκουσθέντα [4] ἀπὸ τοῦ κυρίου ἀληθινὰ τῆς πίστεως μένει ἐν τῇ ἁγίᾳ
τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο μένει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία,
καὶ ὀρθόδοξος πίστις ἐν κυρίῳ, καὶ ὁ κύριος ὁ μονογενὴς ἐν τῷ πα-
τρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύμα-
τος, ἐὰν γενώμεθα ναοὶ χωροῦντες τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, καθὼς
εἶπεν ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ ἀπόστολος ὅτι, *Ὑμεῖς ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ
πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.* Ἄρα γοῦν θεὸς ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα,
δι' οὗ πνεύματος ἁγίου ναοὶ καλούμεθα, ἐὰν κατοικήσωμεν τὸ αὐτοῦ
πνεῦμα ἐν ἡμῖν. Πνεῦμα γὰρ Χριστοῦ [5] πνεῦμα πατρὸς ἐκπορευόμε-
νον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, ὡς αὐτὸς ὁ μονογενὴς ὁμολογεῖ.

Κεφ. κη'. Ταῦτα οὖν πάντα ἐν τῷ περὶ Πίστεως λόγῳ προειρημένῳ ὑφηγη-
σάμεθα ἐν τῷ, ὡς εἶπον, γραφέντι εἰς τὰ μέρη τῆς Παμφυλίας καὶ
Πισίδος. Ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ ἐφθάσαμεν εἰς τὰς ἑξῆς ζητουμένας
λέξεις, ἀναγκαίως πάλιν ἐπιμνημονεῦσαι ἐσπουδάσαμεν τὰ αὐτὰ, ὡς
εἰπεῖν, διὰ τὸν προκείμενον αἱρεσιάρχην Ἄρειον, καὶ τοὺς [1] ἀπ' αὐ-
τοῦ Ἀρειανοὺς, ἵνα ἐκλύσωμεν τὰς αὐτῶν κακίας, τὰς τὸ γλυκὺ εἰς
πικρὸν μεταβαλούσας, καὶ τὸ ἀγαθὸν εἰς φαῦλον, καὶ τὸ φῶς εἰς σκό-
τος. Τοῖς γὰρ τοιούτοις τελείως ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου
τὸ Οὐαὶ ὁρίζεται, τοῖς τὰ ἀγαθὰ εἰς κακὰ μεταβάλλουσι. Καὶ θεὸς
οὐδαμοῦ αἴτιος τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἕκαστος τούτων ἢ κατὰ κενοδο-

Cap. XXVII. — 1. *Cf. Ancorat. cap.* 2 *sqq.*
2. μείνῃ *codd. mss. uterque.* μένῃ *editi.*
3. μείνῃ *codd. mss. uterque.* μένῃ *editi. Verba quae praeeunte Petavio uncinis inclusi glossema videntur esse, et librarii alicuius errore de margine repetita.*
4. ἀπὸ *emendavit Petav. Libri habent* ὑπὸ.
5. παρὰ τοῦ πατρὸς *coniecit Voemel. ad Nicolai Methon. Anecd. P. I., p. 14.*
Cap. XXVIII. — 1. *Libri* ὑπ' αὐτοῦ.

discipulis suis bene precaretur, usus esse legitur, *Pater, da illis vi-* Ioann. 17, 3.
*tam habere in semetipsis: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant
te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum.* Verum de
his omnibus iam ante disputavimus in magno illo de Fide libro, quem
pro ingenii nostri mediocritate atque imbecillitate fratrum nostrum
precibus et hortationibus adducti perscripsimus, cui Ancorato nomen
indidimus; propterea quod, quantum pro ingenii nostri inopia ad-
iuvante deo consequi potuimus, ex universa scriptura vera ac ger-
mana divinae doctrinae dogmata colligentes velut ancoram quandam
in eorum qui uti vellent gratiam, sanctissimam patrum nostrorum
fidem, et apostolicam ac propheticam, ab initio ad hodiernum usque
tempus in sancta dei ecclesia praedicatam manifeste proposuimus,
ad fulciendos et stabiliendos animos, ne diaboli commentis ac frau-
dibus huc illucque iactarentur, aut ex iis tempestatum fluctibus quos
variae in orbe haereses multiplici agitatione commovent detrimenti
quicquam acciperent. Sic enim et discipulos suos dominus edocuit:
Si, inquit, *quod initio audistis in vobis manserit, vos in me manebi-* Ioann. 15, 4.
tis, et ego in vobis: ego in patre et vos in me. Igitur verae fidei
decreta, quae a Christo domino ab initio accepta sunt, penes san-
ctam dei ecclesiam resident. Ideoque eadem illa dei ecclesia, et
orthodoxa fides in domino manet, et unigenitus dominus in patre,
et pater in filio, et nos in ipso per spiritum sanctum, si modo tem-
pla efficiamur eiusmodi quae sanctum eius spiritum capiant; quem-
admodum apostolus loquitur: *Vos templum dei estis, et spiritus dei* 1. Cor. 3, 16.
habitat in vobis. Proinde deus ex deo spiritus est, per quem tem-
pla sancti spiritus appellantur, si ipsius in nobis spiritum habitare
patiamur. Quippe Christi spiritus spiritus est a patre procedens, et
accipiens a filio, ut ipse testatur unigenitus.

Quae nos omnia in eo quem diximus libro uberius explicavi- Cap.
mus, quem etiam in Pamphyliam ac Pisidiam misimus. Hoc vero XXVIII.
loco, quoniam ad eas sententias de quibus deinceps quaestio move-
tur pervenimus, necessario eadem repetere studuimus, propter hae-
resis huius conditorem Arium et Arianos eius asseclas, quo omnem
illorum improbitatem discutiamus, quae et id quod dulce est in ama-
rum, et bonum in malum, et lucem in tenebras convertit. Nam
adversus eiusmodi homines *Vae* illud omnino per Isaiam prophetam Isai. 5, 20.
dominus imprecatur, *qui bona in mala commutant.* Quorum quidem
caussa nequaquam adscribenda deo est, sed cuilibet istorum, sive

ξίαν, ἢ κατὰ πρόληψιν, ἢ κατὰ ἐθελοσοφίαν, ἢ κατὰ οἴησιν δαιμονιώδη, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας, καὶ τῷ κόσμῳ παρεισήγαγε θλίψιν τὴν
pag. 753. [2] αὐτοῦ μοχθηρίαν. Φέρε γοῦν διὰ ταύτης τῆς λέξεως διαλάβωμεν, ἵνα γνῶμεν τὰ ὑπὸ κυρίου λελαλημένα, ὥς φησι ὁ ἅγιος ἀπόστολος, *Καὶ ἡμεῖς πνεῦμα θεοῦ ἔχομεν, ἵνα γνῶμεν τὰ ὑπὸ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Φησὶ γοῦν ὁ κύριος, *Δὸς αὐτοῖς ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.*

Κεφ. κθ΄. Ἀναπηδᾷ δὲ κυκῶν οὗτος ὁ Ἄρειος, καὶ οἱ [1] ἀπ' αὐτοῦ, καὶ λέγουσι, [2] Τὸ ὅλως εὔξασθαι τῷ θεῷ καὶ λέγειν, *Πάτερ, δὸς αὐτοῖς ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς*, οὐκ ἔστιν ἴσος τῷ παρέχοντι τὴν ζωήν. Εἰ γὰρ ἦν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, αὐτὸς ἂν ἐχαρίζετο τὴν ζωὴν, καὶ οὐκ ἂν ᾐτεῖτο τὸν πατέρα δοῦναι τοῖς λαμβάνουσι τὰ ὑπ' αὐτοῦ διδόμενα δι' [3] αἰτήσεων. Καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ καθ' ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν διαστρέψαντες ὅτι τὰ πάντα ὁ μονογενὴς ἦλθεν ἵνα γένηται ὑμῖν ὑπογραμμὸς καὶ σωτηρία, μέσος ἑστὼς τοῦ κόσμου, ὡς ἐπὶ θεάτρου, ἀθλητοῦ δίκην, διαλύοντος πάντα τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπαναστάντα, ἔκ τε τῆς ἀπιστίας καὶ συκοφαντίας καὶ πλάνης διαβόλου, πὴ μὲν διὰ εἰδωλολατρείας, πὴ δὲ διὰ Ἰουδαϊκῆς οἰήσεως, πὴ δὲ δι' ἀπιστίας, πὴ δὲ διὰ τῆς ἐπάρσεως τῆς τῶν ἀνθρώπων ὑπολήψεως, ἵνα διδάξῃ τοὺς ἀνθρώπους ταπεινοφρονεῖν, τοῦ μή τινα ἑαυτὸν ἡγήσασθαί τι ἄνθρωπος ὢν, ἀλλ' εἰς τὸν πατέρα τῶν ὅλων [4] ἀναφέρειν τὸ πᾶν. Καὶ διὰ τοῦτο, καίπερ ὢν ζωὴ, ὥς λέγει, *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ*, δυνάμενος παρέχειν τὴν ζωὴν, οὐ βούλεται ταράξαι τὸ δίκαιον, ἀλλὰ ἦλθεν εἰς μίαν ἀρχὴν, εἰς μίαν θεότητα, εἰς μίαν ἀλήθειαν, εἰς μίαν ὁμόνοιαν, εἰς μίαν δοξολογίαν, συναγαγεῖν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τε καὶ διάνοιαν. Καὶ ἐνώπιον τῶν μαθητῶν τὸν πατέρα αἰτεῖται. Τίς γὰρ υἱὸς παρὰ πατρὸς οὐκ αἰτεῖται; τίς δὲ πατὴρ υἱῷ οὐ δίδωσι; ποῖος δὲ υἱὸς ἀλλοῖος τυγχάνει παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν; καὶ διὰ τοῦτο υἱὸς μονογενὴς παρὰ πατρὸς *πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας* οὐκ ἐπεδέετο τοῦ πληρώματος, οὐκ ἐλλιπὴς τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ *πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας*. Ὁ δὲ πλήρης ὢν καὶ δίδωσι καὶ δύναται δοῦναι. Βούλεται δὲ πάντα ἀνάγειν ἐπὶ τὸν πατέρα. *Δοξάζει γὰρ υἱὸς τὸν πατέρα, δο-*
pag. 754. *ξάζει ὁ πατὴρ τὸν μονογενῆ. Ἐγὼ γάρ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς*, ἔλεγεν ὁ υἱὸς τῷ πατρί. Καὶ ὁ πατὴρ ἔλεγε τῷ υἱῷ, *Ἐδόξασά σε, καὶ πάλιν δοξάσω.* Οὐκ ἔνι γὰρ διάστασις, οὐκ ἔνι φθόνος θεότητος.

2. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.* αὐτῶν *editi.*

Cap. XXIX. — 1. *Libri habent* ὑπ' αὐτοῦ.

2. τῷ *suspicatus est Petav.*

3. αἰτήσεως *cod. Rhedig.*

vana quadam gloriola, sive anticipato animi iudicio, sive affectata nescio qua sapientia, sive afflatu daemonis opinione suscepta a veritatis itinere aberraverint, pravitatemque suam, sic tanquam ingentem calamitatem in orbem terrarum invexerint. Age igitur nos iterum de his sermonem instituamus hoc loco, ut quae dominus elocutus est pervidere possimus, quemadmodum apostolus ait: *Et nos* 1. Cor. 2, 10.
spiritum dei habemus, ut cognoscamus quae a deo donata sunt nobis, quae et loquimur. Haec igitur domini verba sunt: *Da illis vitam* Ioann. 17, 3.
habere in seipsis: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum.

Cap. XXIX. Hic omnia turbat ac permiscet Arius et Arii fautores, qui hoc nobis obiiciunt: Cum omnino deum obsecrasse, atque haec verba usurpasse dicatur, *Pater, da illis vitam habere in seipsis*, non potest ei qui vitam praebeat aequalis videri. Nam si ex patris essentia foret, vitam ipse tribueret, non a patre peteret, ut iis illam daret qui ea quorum ipse largitor sit precibus impetrarent. At illud ignorare homines isti videntur qui mentem sibi magno suo malo depravarunt; ob id unum huc accessisse dei filium, vobis ut exemplar ac salus esset, medio in mundo consistens, velut in theatro quodam athleta, qui omnia disiiciat et evertat quae adversus veritatem insurgunt, quaeque infidelitas ac diaboli fraus et calumnia concitavit, sive per simulacrorum cultum, sive per Iudaeorum fastum, sive per infidelitatem, sive per humanae opinionis arrogantiam, quo homines moderationem animi et humilitatem doceret, ne quis cum homo sit, magnum se esse quiddam arbitretur, sed ad communem omnium parentem universa referat. Quocirca licet vita ipse sit, ut testatur, *Ego sum vita*, eamque conferre per sese possit, iuris tamen ac iu- Ioann. 14, 6.
stitiae legem perturbare noluit, sed idcirco venit, ut ad unum principium unamque divinitatem, veritatem, concordiam, uniusque gloriae praedicationem, hominum salutem mentemque traduceret. Ob id coram discipulis patri supplicare voluit. Nam quis demum filius a patre non postulat? aut quis pater non filio largitur? quis porro filius a patris natura diversus est? Propterea unicus dei filius a patre genitus, *plenus gratiae et veritatis*, nullum complementum requi- Ioann. 1, 14.
rebat, cum nihil ipsi de veritate deesset, sed *plenus gratiae ac veritatis* foret. Sed etsi plenus sit, atque et largiatur ipse, et largiri possit, nihilominus in patrem refundere omnia voluit. Nam *Filius* Ioann. 14, 13.
glorificat patrem, ac vicissim *Pater unicum filium glorificat: ego* Ioann. 12, 28.
enim clarificavi te super terra, ait patri filius: et pater filio, *Clarificavi te, et iterum clarificabo.* Neque enim ullum in divinitate dissi-

4. ἀναφέρει *codd. mss. et ed. princ.*

Δὸς οὖν αὐτοῖς ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Ὁ ζωὴ ὢν ζωὴν θέλει παρὰ πατρὸς λαμβάνειν καὶ διδόναι τοῖς μαθηταῖς, αὐτὸς ὢν ζωὴ, ἵνα μὴ διέλῃ τὴν μονάδα, ἵνα μὴ σκῶλος γένηται τοῖς Ἰουδαίοις, ἵνα ἀκούσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτοῦντα, καὶ διδόντα τοῖς [5] αὐτοῦ μαθηταῖς.

Κεφ. λ'. Πῶς οὖν αἰτεῖ τὸν πατέρα ὁ υἱός; Ὡς μὴ ἔχων καὶ αἰτῶν; Οὐχὶ, ἀλλὰ τὴν μονάδα τῆς τριάδος σημαίνων, τελείως παρέχουσαν τῷ λαμβάνοντι τὰ δῶρα [1] ἀξίως. Ἵνα δὲ σημάνῃ ὅτι μία ἐστὶν ἡ θεότης, πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ οὐκέτι αἰτούμενος δίδωσιν, ἀλλ' αὐθεντίᾳ τὰ ἴδια, ὡς πηγὴ ὢν ἀπὸ πηγῆς, καὶ θεὸς ὢν ἐκ θεοῦ, ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν καὶ εἶπε, *Λάβετε πνεῦμα ἅγιον.* Καὶ ἄλλοτε ἐπῆρε τὰς χεῖρας καὶ εἶπε, *Λάβετε πνεῦμα ἅγιον.* Καὶ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ζωὴν, ἵνα ᾧ βούλεται δοῦναι δῷ. Ὡς γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ὁρᾷς ὅτι ἕνεκεν τιμῆς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἕνεκεν μιᾶς ἑνότητος, καὶ μιᾶς δοξολογίας, καὶ τοῦ μὴ τοὺς μαθητὰς νομίσαι μὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν παρεκκλίνειν ὁ μονογενὴς ἦλθε τὰς διανοίας τῶν πιστευόντων, τούτου ἕνεκα θεὸς ὢν, καὶ προγινώσκων τὴν τῶν ἀνθρώπων κακοήθειαν, τὸν λόγον ὡς πρὸς τὸν πατέρα πέμπει, καὶ τὴν δόξαν ἀναφαίρετον τῷ πατρὶ δίδωσιν, ἵνα Μανιχαῖος [2] καταισχυνθῇ ἀρνούμενος τὸν πατέρα, ἵνα οἱ μαθηταὶ μάθωσιν ὅτι αὐτή ἐστιν ἡ θεότης ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ, ἵνα οἱ Ἰουδαῖοι ἐντραπῶσιν, ὅτι οὐκ ἦλθεν ὁ μονογενὴς διδάξαι ἄλλον θεὸν, ἀλλὰ ἀποκαλύψαι αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ ἐπουρανίου. *Δὸς οὖν αὐτοῖς ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς,* καί τοί γε αὐτὸς ἐκήρυττε ταύτην τὴν ζωήν. Πῶς οὖν τὸν πατέρα ᾔτει, ἵνα δῷ αὐτοῖς ὃ αὐτὸς ἐδίδασκε καὶ ἐδίδου; τὴν γὰρ ζωὴν ὕστερον ἀπεφήνατο λέγων, *Αὕτη,* φησὶ, *ἐστὶν ἡ ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν.*

Κεφ. λα'. Εἶτα ὁ Ἄρειος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀναπηδῶσι διὰ τῆς λέξεως, ὥς τι κατὰ τῆς ἀληθείας εὑράμενοι, ὅτι εἶπε μόνον, φησὶ, τὸν ἀληθινὸν
pag. 755. θεόν. Ὁρᾷς τοίνυν ὅτι μόνος ἐστὶν ὁ πατὴρ ὁ ἀληθινός. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς καὶ αὐτοὶ, Τί οὖν φατε; μόνος ἐστὶν ὁ πατὴρ ὁ ἀληθινός. Ὁ δὲ υἱὸς τί ἄρα ἔσται; οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ υἱός; *Εἰ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ υἱὸς, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, μάταιον τὸ ἐν ἡμῖν κήρυγμα·* εὑρεθήσεσθε ἀπεικάζοντες τὸν [1] υἱὸν, βλασφημοῦντες καθ' ἑαυτῶν, τοῖς ἀνωνύμοις καὶ ἀθεμίτοις εἰδώλοις οἷς εἴρηκαν οἱ προφῆται

5. *Ita codd. mss.* αὐτῶν *ed. Petav.* αὐτῶν *ed. princ.*

Cap. XXX. — 1. ἀξίως *codd. mss.* (*etiam Cornarius vertit* digne). ἀξία *ed. princ.* ἄξια *ed. Petav.*

2. κατασχυνθῇ *editi vitiose.*

Cap. XXXI. — 1. υἱὸν τοῦ βλασφημοῦντες *habent libri. Excidit fortasse* θεοῦ *ante* βλασφημοῦντες.

dium aut invidia reperitur. *Da,* inquit, *illis habere vitam in seipsis.* Ioann. 12, 28.
Ergo vita ipsa vitam a patre postulat, quam cum discipulis communicet, ne aut unitatem divideret, aut Iudaeis offensionem praeberet, ut ipsum Iudaei a patre petentem ac discipulis erogantem audirent.

Cap. XXX. Quomodo igitur filius a patre postulat? Tanquam id quo carebat peteret? Minime vero; sed trinitatis unitatem expressit, quae consentanea dona iis qui accipiunt perfecte tribuit. Atque ut intelligeremus unicam esse divinitatem, idem alio loco non iam postulans, sed propria auctoritate velut sua largitur, utpote fons ex fonte, ac deus ex deo progressus, cum scilicet in discipulorum vultus inspirans, *Accipite,* dixit, *spiritum sanctum.* Alias quoque sublatis Ioann. 20, 22.
manibus, *Accipite,* inquit, *spiritum sanctum.* Item, *Vitam habet in* Ioann. 5, 26.
seipso, ut cuicumque voluerit det. Nam *ut pater vitam habet in seipso, sic et filius eandem habet in sese.* Vides igitur quemadmodum, ut honorem patri deferret, atque ut singularem esse divinitatem gloriamque significarent, tum ne discipuli ab legis illum et prophetarum deo fidelium animos revocare velle unicum dei filium crederent, cum idem ille deus esset, et hominum improbitatem cognosceret, orationem ad patrem converterit, eique gloriam quae auferri nullo modo potest tribuerit; ut et Manichaeus ille, qui patrem abnegat, erubesceret, et discipuli eandem in veteri novoque testamento divinitatem esse discerent, denique ut Iudaeis pudorem incuteret, dum animadverterent non alterius cuiusdam dei praedicandi gratia venisse filium, sed ut tam suam quam coelestis sui parentis divinitatem detegeret. *Da igitur,* inquit, *illis vitam habere in seipsis;* atqui hanc ipsam vitam ille praedicabat. Cur igitur a patre postulabat, ut hoc illis conferret quod ipse doceret ac tribueret? Nam, quod ad vitam attinet, hanc ipse postea declaravit. *Haec est,* ait, Ioann. 17, 3.
vita, ut cognoscant te solum verum deum.

Cap. XXXI. Hic Arius eiusque fautores exultant, atque ex hac voce magnum se ad oppugnandam veritatem adiumentum nactos putant. Nam *solum,* inquiunt, *verum deum* appellavit. Ergo, ut vides, solus pater verus deus est. Sed nos vicissim illos interrogamus: Quidnam igitur dicitis? Solus, inquiunt, pater verus est. Quid ergo de filio dicemus? Non est verus filius? Si verus non est, inanis est fides nostra, vana est et apud nos facta praedicatio. Vos autem eo tandem redigemini ut non sine ingenti in deum contumelia, quae vestrum in caput recidat, dei filium execrandorum ac detestandorum simulacrorum haud dissimilem statuatis. De quibus in eorum

ἐκ προςώπου τῶν ἠπατημένων, ὡς ἕκαστος τῶν προφητῶν τῆς λέξεως
ταύτης ἐπεμνήσθη λέγων, καὶ [2] τὸ, Ψευδεῖς ἐποίησαν ἑαυτοῖς θεοὺς
οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ψευδεῖς ἐγένοντο οἱ βουνοί. Ἄρα οὖν καὶ ὁ
μονογενὴς παρ' ὑμῖν οὕτως κρίνεται, καὶ οὕτως αἰσχρῶς περὶ τοῦ ἐξα-
γοράσαντος ὑμᾶς, εἴ γε ἐξηγόρασε, διανοεῖσθε. Οὐκέτι δὲ τῆς αὐτοῦ
ἐπαύλεώς ἐστε, ἀρνούμενοι τὸν ὑμῶν σωτῆρα, καὶ τὸν ἀγοράσαντα
ὑμᾶς. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ θεὸς, οὔτε προςκυνητός ἐστι,
καὶ εἰ ἔστι κτιστὸς, οὐ θεὸς, καὶ εἰ οὐκ ἔστι προςκυνητὸς, πῶς [3] ἄρα
θεολογεῖται; Παύσασθε οἱ πάλιν τὴν [4] φύρσιν ἐργαζόμενοι τὴν Βαβυ-
λωνίαν, οἱ τὴν εἰκόνα καὶ τὸν τύπον ἐγείραντες τοῦ Ναβοχοδονόσορ,
οἱ τὴν [5] πολυθρύλητον ταύτην σάλπιγγα [6] ἕνωσιν τῶν πολεμούντων
σαλπίζοντες, οἱ ἐν μουσικοῖς καὶ ἐν κυμβάλοις, καὶ ἐν ψαλτηρίῳ διὰ
τῶν πεπλανημένων ὑμῶν ῥημάτων εἰς πτῶσιν τοὺς λαοὺς φέροντες,
εἰκόνι μᾶλλον δουλεῦσαι παρασκευάζοντες ἤπερ θεῷ καὶ ἀληθείᾳ. Καὶ
τίς ἀληθινὸς ἕτερος, ὡς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; τίς γὰρ ἐξισωθήσεται τῷ
κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ, φησὶ ἡ γραφή, καὶ, Ἕτερος πρὸς αὐτὸν οὐ λο-
γισθήσεται. Καὶ τί φησι; Ἵνα ἴδῃς ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ λέγει, καθε-
ξῆς διηγούμενός φησι, Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν
αὐτήν. Καὶ μετὰ ταῦτα, Ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνα-
νεστράφη. Πῶς οὖν οὐκ ἀληθινῶς πρὸς αὐτὸν ταῦτα εἴρηται; ὁ καὶ
λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.

Κεφ. λβ'. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, Πῶς εἶπεν ὁ μονογενὴς ἀληθινὸς θεὸς, Ἵνα γι-
νώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν; ἵνα μὴ πολυθεΐα νομισθείη, ἵνα
μὴ διαίρεσις γένηται τῆς ζωτικῆς γνώσεως. Εἰ γὰρ μόνος ἀληθινὸς
θεὸς ὁ πατὴρ, ἀληθινὸς ὁ υἱὸς ἐκ πατρὸς ἀληθινῶς γεγεννημένος. Τι-
μῶν γὰρ τὸν πατέρα, καὶ μόνον αὐτὸν θεὸν ἀληθινὸν ἀποκαλύπτων,
ἑαυτὸν ἔδειξεν ἐκ πατρὸς ἀληθινὸν γεγεννημένον. Διὰ τοῦτο ἀληθι-
pag. 756. νὸς πατὴρ ὁ [1] θεὸς, ἀληθινὸς θεὸς ὁ υἱὸς ὁ μονογενής. Καὶ πόθεν
τοῦτο δεικτέον; ἀλλ' ὅρα μοι τὰς λέξεις ἐνταῦθα, ὡς μόνον ἀληθινὸν
θεὸν φάσκει ἐνταῦθα τὸν πατέρα. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγε-
λίῳ, ὅτι, φησὶ, Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Καὶ ποῖον φῶς ἀληθινὸν,
ἀλλ' ἢ ὁ μονογενής; καὶ πάλιν αἱ γραφαί φασι περὶ τοῦ θεοῦ, ὅτι,
Φῶς ὁ θεὸς, [2] καὶ οὐκ εἶπε, Φῶς ἀληθινὸν ὁ θεὸς, περὶ δὲ τοῦ
μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὅτι, Φῶς ἀληθινὸν ὁ μονογενὴς, περὶ δὲ
τοῦ πατρὸς, Θεὸς ἀληθινὸς, [3] καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι, Φῶς ἀληθινὸν ὁ
θεός. Περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ ὅτι θεὸς, καὶ ἐπὶ τοῦ θεὸς ὁ υἱὸς, οὐ προς-
έθετο τὸ Ἀληθινόν. Καὶ ὅπου φῶς ὁ θεὸς, οὐ προςέθετο Φῶς ἀλη-

2. *Suspicor* τῷ.
3. *Libri vulgo* ἆρα.
4. φύρσιν *mea est emendatio.* φύσιν *habent cod Ien. et ed. princ.* φύ *est in cod. Rhedig. Petavius in marg. proposuit* φύσει *et* Βαβυλῶνα. *Voc.* φύρσις *restituimus iam supra cap.* 11.
5. πολυθρύλλητον *ed. Petav.*
6. εἰς ἕνωσιν, *vel* ἐν ὠσὶν *suspicatus est Petavius. Placet posterius.*

qui decepti fuerant persona prophetae cum loquuntur, eandem quam
vos in dei filio vocem adhibuerunt. Velut in hoc loco: *Falsos sibi* Hier. 3, 23.
fecerunt deos patres nostri, mendaces fuerunt colles. Eiusmodi pro-
inde dei filius a vobis constituitur, ac tam de eo turpiter qui vos
redemit, si tamen redemerit, cogitatis. Quocirca nihil ad eius cau-
lam pertinetis, cum vos salvatorem vestrum, a quo empti estis,
abnegetis. Etenim si verus deus non est, neque adorandus est:
si creatus est, non est deus: quod si minime adorandus est, quo-
modo deus esse praedicatur? Desinite itaque vos tandem, qui no-
vam hic Babylonem instauratis, ac Nabuchodonosoris effigiem atque Dan. 3
imaginem erigitis, qui celeberrimam hanc tubam cogendis militibus
inflatis, qui subdolis vestris vocibus, tanquam musicis instrumentis,
cymbalis et psalteriis populos in lapsum errorenque praecipitatis,
quos imagini servire potius quam deo ac veritati iubetis. Quis enim
perinde verus est alter ac dei filius? *Nam quis aequabitur domino* Ps. 88, 7.
in filiis dei, ut scriptura loquitur, et, *Alter cum ipso minime com-* Baruc. 3, 36.
parabitur. Quid porro? Ut de filio sermonem esse cognoscas, de-
inceps ista subiecit: *Invenit omnem viam scientiae, et dedit illam.* Baruc. 3, 37. 38.
Tum postea: *In terra visus est, et cum hominibus conversatus est.*
Nonne haec vere de illo dicta sunt? qui et de se testatus est,
Ego sum veritas. Ioann. 14, 6.

Cap. XXXII. Atenim dices, Cur dei filius verus deus ita loquitur: *Ut cogno-*
scant te solum verum deum? Ne scilicet deorum fingi turba posset, Ioann. 17, 3.
ne vitalis cognitionis divortium ullum fieret. Nam si pater solus
verus deus est, verus est etiam ex patre filius, ab eodem revera
genitus. Cum enim patri defert, eumque solum verum deum esse
declarat, seipsum quoque verum a patre genitum esse monstravit.
Quocirca verus pater deus est, verus deus, et unigenitus filius. Sed
undenam comprobari istud potest? Si nimirum voces ipsas attente
perspexeris. Siquidem hoc loco patrem solum verum deum esse
definit. At in Ioannis evangelio, *Erat,* inquit, *lux vera.* Quae- Ioann. 1, 8.
nam vera illa lux est, praeterquam unigenitus filius? Accedit quod
sacrae literae hunc in modum de deo loquuntur: *Lux est deus,* ne-
que, *Vera,* adiiciunt, dei vero filium veram esse lucem asserunt.
At de patre, *Verus deus,* non item, *Lux vera deus est,* dixerunt. 1. Ioann. 1, 5.
Cum autem de filio loquuntur, sic esse deum affirmant, ut ad illas
voces, *Deus est filius,* veri vocabulum non adiecerint. Ubi vero

Cap. XXXII. — 1. *Voc.* θεὸς *om. ed. Petav. In cod. Rhedig. est* πατὴρ ὁ θεὸς *(haec super rasuram)* ἀληθινὸς ὁ υἱὸς ἑαληθινὸς πατὴρ ὁ υἱὸς ὁ μονογενής. καὶ μὲν τοῦτο *(haec quoque omnia super rasuram).*
2. *Verba* καὶ οὐκ - - θεοῦ ὅτι φῶς *om. cod. Rhedig.*
3. *Verba* καὶ οὐκ - - περὶ δὲ τοῦ *om. cod. Rhedig.*

θινόν. Τί οὖν λέγομεν περὶ τοῦ πατρός; ὅτι μὲν γὰρ φῶς ἀληθινὸν ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἄρα ἐλλιπὲς ποιήσομεν τὸ θεῖον· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔστι γεγραμμένον τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, [4] οὐκ εἴπομεν ἁμαρτάνοντες ὅτι οὐκ ἔστι φῶς ἀληθινόν. Καὶ ἐπειδὴ ὁ υἱὸς γέγραπται ὅτι θεός ἐστι, καὶ ἦν ὁ θεὸς πρὸς τὸν ὄντα πατέρα· καὶ γὰρ ἦν θεὸς ὁ λόγος. Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι, Θεὸς ἐγένετο ὁ λόγος, ἀλλὰ, Θεὸς ἦν. Ἐκ δὲ τῶν δύο τὰ ἰσόρροπα δειχθήσεται, ἐκ τοῦ μὲν Θεὸς ἀληθινὸς ὁ πατὴρ, καὶ Φῶς ἀληθινὸν ὁ υἱὸς, τὰ ἰσόζυγα φανεῖται τῆς ἀξίας, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς, καὶ Φῶς ὁ θεὸς, τὰ ἰσόρροπα τῆς δοξολογίας εὑρεθήσεται. Καὶ οὐδὲν διοίσει, οὐδὲ ἀντιλέξειέ τις τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ ἀληθινὸς θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ ἀληθινὸς υἱὸς ὁ μονογενής.

Κεφ. λγ΄. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγκάζομαι τοῦ λέγειν ἐνταῦθα, ἵνα μὴ παραλείψας τι δῷ τοῖς βουλομένοις ἐχθροῖς τὰς [1] αὐτῶν ἔχειν προφάσεις. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτὸς ὁ κύριος μαρτυρεῖ λέγων, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, Τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, ὁ δὲ ἀπόστολος, Πνεῦμα Χριστοῦ. Ἄρα γοῦν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας πνεῦμα ἀληθείας, πνεῦμα θεοῦ, ὡς θεὸς ἀληθινὸς, ὡς φῶς ἀληθινὸν, ὡς πνεῦμα πατρὸς, ὡς πνεῦμα υἱοῦ. Μία γάρ ἐστιν ἡ τριὰς, μία ἡ δοξολογία, μία ἡ θεότης, μία ἡ κυριότης· πατὴρ πατὴρ, υἱὸς υἱὸς, ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα· οὐ συναλοιφὴ ἡ τριὰς, οὐ διεστῶσα τῆς ἰδίας αὐτῆς μονάδος, οὐκ ἐλλιπὴς
pag. 757. τῆς τελειότητος, οὐκ ἀλλοία τῆς ἰδίας ἰδιότητος, ἀλλὰ πάντα τελειότης, τρία τέλεια, μία θεότης. Καὶ πέπτωκεν ἡ τῶν δι᾽ ἐναντίας μάχαιρα. Καὶ γὰρ οὕτω γέγραπται ὅτι, Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν. Καὶ γὰρ τὰ νήπια, κἄν τε θέλῃ λαμβάνειν βέλη, ἀνίσχυρα τυγχάνει, μὴ δυνάμενα ἐν χερσὶν αὐτῶν τι πράττειν. Ἐὰν δὲ καὶ παραταραχθῇ τὰ νήπια, μᾶλλον ἑαυτὰ σφάζει καὶ ἑαυτὰ ἀδικεῖ, μὴ δυνάμενα ἄλλοις ἐπιχειρεῖν τοῦ βέλους τὸ ἐπιχείρημα, ὡς καὶ οὗτοι καθ᾽ ἑαυτῶν ἐπεστράτευσαν τὴν πλάνην, οὐδὲν δὲ [2] ἐνσκήψουσιν εἰς τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας.

Κεφ. λδ΄. Παρελεύσομαι δὲ καὶ εἰς ἑτέρας λέξεις πάλιν τὰς ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπινοουμένας. Καὶ πρῶτον μὲν ἐκπλήξεώς ἐστι τὸ ἔργον, ὡς εἰρωνείᾳ κέχρηνται πρὸς ἀπάτην τῶν ἀφελῶν καὶ ἀκεραίων φύσει. Ὡς ὁ ὄφις ἠπάτησε τὴν Εὔαν ἀκεραίαν οὖσαν, τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ οὗτοι, ἐὰν θέλωσι περιποιήσασθαι, τὸ πρῶτον μὲν κολακείαις πολλαῖς καὶ δαψι-

4. οὐκ *negationem suppleverunt Cornarius* (qui vertit ideo non dicimus peccantes) *atque Petavius. Abest enim ab libris. Petavio placuit* οὐκ εἴπωμεν.

lux deus nominatur *Lux vera* non dicitur. Ecquid igitur de patre sentiemus? Est enim utique vera lux deus, neque mancum aut defectum divinum esse numen existimabimus. Et quamvis minime scriptum sit veram illum esse lucem, non tamen committemus veram ut esse lucem inficiemur; praesertim cum de filio scriptum sit filium esse deum: *Et erat deus apud existentem patrem: erat enim deus verbum.* Non dixit, Deus factum est verbum, sed, Deus erat. Quamobrem ex his duobus eadem atque aequalia colligentur, ex eo, inquam, quod *Verus deus* appellatur pater, et *Lux vera* filius, aequalis utriusque dignitas apparet. Itemque ex eo quod et deus filius et lux esse deus dicitur par eademque amborum gloria reperietur; adeo ut nihil intersit omnino, nec veritati refragari quispiam iure possit, denique et verus deus pater, verus perinde filius unigenitus asseratur.

De spiritu vero sancto necesse est aliquid hoc loco disputare, Cap. XXXIII.
ne, si quid praetermisero, sua hostibus nostris argumenta ac praesidia integra reliquisse videar. Eodem igitur modo de spiritu sancto sentire nos oportet quemadmodum dominus ipse testatur, cum *Spiritum veritatis*, ac *Spiritum patris* appellat, apostolus vero *Spiritum* Ioann. 14, 17. Rom. 8, 9.
Christi. Est igitur *Spiritus veritatis*, *Spiritus dei*, uti *Verus deus vera lux*, *Spiritus patris spiritus filii.* Est enim una trinitas, una gloria, divinitas una, una dominatio, pater pater, filius filius, spiritus sanctus spiritus sanctus; nulla in trinitate commixtio, vel confusio, nec ab unitate sua dissidet, nec ad perfectionem deest illi quippiam, nec est a proprietate sua diversa, sed universa perfectio occupat, ut et perfecta tria sint, et trium nihilominus una divinitas. Qua ratione adversariis nostris gladius e manibus excussus est. Eoque scripturae locus ille pertinet, *Sagittae parvulorum* Ps. 63, 8.
factae sunt. Nam tela dum ab infantibus tractantur imbecilla sunt, nec in eorum manibus quicquam efficere possunt. Quod si consternati turbatique fuerint, seipsos iugulant, aut sibi damnum inferunt potius quam ut alios illis aggredi et appetere queant. Sic et isti errorem suum contra semetipsos convertunt, neque quicquam adversus veritatis filios infligunt.

Nunc ad alios illorum sermones orationem confero. In quo Cap. XXXIV.
primum illud admiratione plenum est, quantam ad circumveniendos rudes et simplices calliditatem ac simulationem adhibeant. Nam ut serpens Evam mulierem simplicem decepit, ita illi quos ad partes Gen. 3.
suas pellicere volunt, primum blanditiis ac munificentia omnibusque

Cap. XXXIII. — 1. *Edili* αὐτῶν. 2. ἐνσκήπτουσιν *cod. Rhedig.*

λείᾳ καὶ προςοχῇ, ὑποσχέσει τε ἅμα καὶ φοβερισμοῖς, ὅτι, Τοῖς βασιλικοῖς προστάγμασι, καὶ τῷ τοῦ βασιλέως Οὐάλεντος θυμῷ ἐναντιοῦσθε; τοῖς μὴ βουλομένοις κατὰ τὴν αὐτῶν πίστιν φέρεσθαι. Καὶ τί φασι; Τί γάρ ἐστιν ὃ λέγομεν; Αὐτή ἐστιν ἡ πίστις, μόνον δὲ ὅτι κενοδοξεῖτε. Ἴδωμεν οὖν εἰ ἡ αὐτή ἐστι πίστις. Φασὶν οὖν, Ὁμολογοῦμεν τὸν γεγεννημένον υἱὸν ἐκ πατρὸς, καὶ οὐκ ἀρνούμεθα. Ἀλλὰ δεῖ ἡμᾶς, [1] φασὶ, καὶ τὸ κτίσμα ὁμολογεῖν, καὶ τὸ ποίημα. Οὐδὲν δὲ ἠλιθιώτερον. Πᾶν γὰρ τὸ κτιζόμενον οὐχ ὅμοιον τυγχάνει τῷ γεγεννημένῳ, οὔτε τὸ γεννώμενον ὅμοιον τῷ κτιζομένῳ, μάλιστα πρὸς ἐκείνην τὴν μίαν ἀκραιφνῆ καὶ τελείαν οὐσίαν. Πάντα γὰρ ὑπὸ θεοῦ κέκτισται· μόνος δὲ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ γεγένηται, καὶ μόνον τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ πατρὸς προῆλθε, καὶ ἐξ υἱοῦ ἔλαβε. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα κτιστὰ, καὶ οὔτε προελθόντα ἐκ πατρὸς προῆλθεν, οὔτε τοῦ υἱοῦ λαμβάνοντα, ἀλλὰ ἐκ τοῦ πληρώματος τοῦ υἱοῦ, καθὼς γέγραπται, Τῷ γὰρ λόγῳ τοῦ θεοῦ τὰ πάντα ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Ἀλλὰ, [2] φασὶ, δεῖ ὁμολογεῖν καὶ τὸ κτίσμα, ἐπειδὴ εἶπεν ἡ γραφή· τροπικώτερον λεγόμενον τὸ κτίσμα, καὶ τροπικῶς λεγόμενον τὸ γέννημα. Κἄν τε γὰρ εἴπωμεν γέννημα, οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων ἐροῦμεν. Ἄρα οὖν ἐν ᾧ ἐροῦσι
pag. 758. τὸ γέννημα, καὶ οὐκ ἀληθινὸν τὸ γέννημα, τοὺς ἀκεραιοτέρους ἀπατῶσι. Καὶ τὸ κτίσμα δὲ ὁμολογοῦμεν, φασίν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ θύρα κέκληται ὁ Χριστὸς, καὶ ὁδὸς, καὶ στύλος, καὶ νεφέλη, καὶ πέτρα, καὶ ἀρνίον, καὶ ἀμνὸς, καὶ [3] χίμαρρος, καὶ μόσχος, καὶ λέων, καὶ πηγὴ, καὶ σοφία, καὶ λόγος, καὶ υἱὸς, καὶ ἄγγελος, καὶ Χριστὸς, καὶ σωτὴρ, καὶ κύριος, καὶ ἄνθρωπος, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, καὶ ἥλιος, καὶ προφήτης, καὶ ἄρτος, καὶ βασιλεὺς, καὶ οἰκοδόμος, καὶ γεωργὸς, καὶ ποιμὴν, καὶ ἄμπελος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὕτω, φασὶ, καὶ τὸ κτίσμα λέγομεν, καταχρηστικῶς· δεῖ γὰρ ἡμᾶς ὁμολογεῖν.

Κεφ. λε´. [1] Φεῦ γε τῆς τοιαύτης κακῆς ὑπονοίας καὶ πανουργίας. Μὴ δῴη κύριός τινι τῶν τῆς ἀληθείας υἱῶν ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ εἰρωνείᾳ, [2] ἤ τινα διὰ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων καὶ τὸ τοῦ κτίσματος ὄνομα εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἰςδεξάμενον πεισθῆναι, καὶ οὕτως ὁμολογεῖν. Δότωσαν γὰρ ἡμῖν τούτου τὴν χρῆσιν καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ἀπόδοσιν. Πάντα γὰρ ἐκεῖνα καταχρηστικῶς εἴρηται, οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ ἐνσκήπτοντα, οὔτε ἐλλιπῆ ποιούμενα πρὸς τὸν πατέρα τῆς αὐτοῦ οὐσιότητος, κἄν τε θύρα λεχθείη, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ εἰςερχόμεθα, κἄν τε ὁδὸς, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ βαδίζομεν, κἄν τε στύλος, ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, κἄν τε νεφέλη, ἐπειδὴ

Cap. XXXIV. — 1. φησὶ codd. mss. 2. φησὶ codd. mss. 3. χίμαρος cod. Rhedig. Cap. XXXV. — 1. Φεῦγε ed. Petav.

sedulitatis officiis aggredi solent, tum pollicitationes ac terrores adiiciunt. Vos enim, inquiunt, principis edictis et imperatoris Valentis voluntati resistitis? Ita eos alloquuntur qui suum ad dogma transire noluerint. Deinde quid tandem est? inquiunt, Quid porro dicimus? Eadem fides est; nisi quod inani gloriae studio ducimini. Videamus itaque eademne sit fides. Atque illi quidem sic asserunt: Confitemur filium ex patre genitum, nec eum negamus; verum nobis quoque creatura et opificium confitendum. Quo quidem nihil est ineptius. Quidquid enim creatum est, dissimile est genito, neque quod genitum est, creato simile est, praesertim si de sincera illa perfectaque natura sermo sit. Nam omnia a deo creata sunt, solus dei filius genitus est, ac solus spiritus sanctus *a patre processit, et*
a filio accepit. Cetera omnia creata sunt, neque a patre processe- Ioann. 15, 26.
runt, neque a filio acceperunt, sed ex plenitudine filii, uti scri-
ptum est, Quippe *verbo domini omnia firmata sunt, et spiritu oris* Ioann. 1, 16.
eius omnis virtus eorum. Atqui etiam creaturam confiteri nos opor- Psalm. 32, 6.
tet, inquiunt; quandoquidem scriptura creaturae nomen, itidemque foetus per tropum ac metaphoram usurpavit. Quare etsi foetum appellemus, non eadem eius est ac ceterorum foetuum ratio. Quocirca dum foetus vocabulum sic usurpant, verum ut esse foetum dei filium negent, simplicioribus illudunt. Praeterea etiam creaturam inquiunt esse confitemur. Etenim Christus *ianua* dicitur et *via, columna, nubes, petra, ovis, agnus, hoedus, vitulus, leo, fons, sapientia, verbum, filius, angelus, Christus, salvator, dominus, homo, filius hominis, lapis angularis, sol, propheta, panis, rex, architectus, agricola, pastor, vitis*, et id genus alia. Ita et creaturam, inquiunt, abusu quodam nominis appellamus, idque nobis omnino fatendum est.

Apage sceleratam illam opinionem et callidam, nec permittat Cap. XXXV.
unquam dominus ullus ut ex veritatis filiis eiusmodi cavillatione circumveniatur, atque iis rationibus inductus creaturae nomen ad dei filium accommodari posse sibi persuadeat, atque ita profiteatur. Etenim huius nobis appellationis usum atque explicatas rationes adferant. Nam illa quidem omnia per catachresin usurpantur, neque filii divinitatem impetunt, aut illius essentiam a paterna ulla ex parte
deficere arguunt. Sive *ianua* vocetur, quoniam per illum ingredi- Ioann. 10, 9.
mur, sive *via*, quoniam per ipsum ambulamus, sive *columna*, quod Ioann. 14, 6.
veritatis firmamentum ille sit, sive *nubes*, quod Israëlitas protexe- Exod. 13.

Et Cornarius vertit, Fuge malam hanc opinionem cett. 2. ἤ τινα scripsi pro ἵνα, quod libri praebent; Petavio placuit καί.

ἐσκέπασε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, κἄν τε στύλος, διὰ τὸ φωτεινὸν τοῦ πυρὸς ὃ ἐφώτισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κἄν τε μάννα, ἐπειδὴ ἠρνήσαντο αὐτὸν ἄρτον ἐπουράνιον, κἄν τε ἄρτος, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἰσχυροποιούμεθα, κἄν τε ἄγγελος, ἐπειδὴ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ὁμώνυμον γάρ ἐστι τὸ τοῦ ἀγγέλου ὄνομα. Ἐδέξατο γὰρ ἡ Ῥαὰβ τοὺς ἀγγέλους, καὶ οὐκ ἦσαν ἄγγελοι οἱ ἀπεσταλμένοι, ἀλλ' ἢ οἱ ἀναγγείλαντες περὶ τοῦ τόπου. Οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ἀνήγγειλε τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ἐν τῷ κόσμῳ ἀναγγέλλων τὴν μεγάλην βουλήν. Καὶ λίθος, οὐκ ἀναίσθητος ὁ λίθος, ἀλλὰ καταχρηστικῶς, διὰ τὸ πρόσκομμα γεγονέναι Ἰουδαίοις, ἡμῖν δὲ θεμέλιον σωτηρίας. Καὶ ἀκρογωνιαῖος λίθος, διὰ τὸ ἐπισφίγξαι παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν. Ἀμνὸς δὲ, διὰ τὸ ἄκακον, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἀπὸ
pag. 759. τῶν ἀνθρώπων ἠφανίσθαι ἐν τῷ αὐτὸν τῷ πατρὶ προσενηνέχθαι πρόβατον εἰς σφαγὴν, ἐπειδὴ ἦλθεν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ὁ ἀπαθὴς, ἵνα ἡμεῖς σωθῶμεν, καὶ εἴ τι ἔστιν ἕτερον ταῖς αὐταῖς χρήσεσι συμβαλλόμενον εἰς σωτηρίαν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καταχρηστικῶς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

Κεφ. λϛ'. Τί οὖν τὸ κτίσμα ὠφελήσειεν; ἢ ποίαν χρῆσιν ποιεῖται πρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ἔνσαρκον δοξολογίαν καὶ τελείαν θεότητα; τί ὠφελεῖ ἡμᾶς τὸ λέγειν αὐτὸν κτίσμα; τί κτίσμα ταῖς κτίσεσιν ἐργάζεται; τί κτίσμα ὠφελεῖ τὰς κτίσεις; πῶς δὲ ἔκτισεν ὁ θεὸν θεὸν εἰς προσκύνησιν διδοὺς, ὁπότε λέγει, Μὴ ποιήσῃς σεαυτῷ πᾶν ὁμοίωμα μήτε ἐπὶ γῆς, μήτε ἐν οὐρανῷ, καὶ μὴ [1] προσκυνήσῃς αὐτῷ; πῶς οὖν ἔκτισεν ἑαυτῷ υἱὸν, καὶ ἐπέταξε προσκυνεῖσθαι; μάλιστα τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Μωρὸν γὰρ τὸ κτίσιν θεολογεῖν, ἀθετεῖν δὲ πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν, Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Διὸ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ κτίσμα προσκυνεῖ, ἀλλὰ υἱὸν γεννητὸν, πατέρα ἐν υἱῷ, υἱὸν ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι. Ἀλλὰ, Ναὶ, φησί. Ἐὰν γὰρ μὴ εἴπω ὅτι κτίσμα, φησὶν, ἐλάττωσιν προσφέρω τῷ πατρί. Τὸ γὰρ κτιστὸν οὐκ ἐλαττοῖ τὸν κτίσαντα. Τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ φύσεως ἢ συστολὴν ἐργάζεται, ἢ πλατυσμὸν, ἢ μείωσιν, ἢ τομὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων παθῶν προσάπτει τῷ γεγεννηκότι. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τοιαῦτα λογιζομένων, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν τὸ θεῖον εἰκάζειν, καὶ τὰ εἰς αὐτοὺς πάθη τῷ θεῷ προσάπτειν βουλομένων, τοῦ θεοῦ ἀπαθοῦς ὄντος παν-

Cap. XXXVI. — 1. προσκυνήσης cod. Rhedig. προσκυνήσις cod. Ien. προσκυνήσεις editi libri.

rit, sive alio modo *columna*, propter ignis illius splendorem qui per solitudinem illuxit, sive *manna*, quoniam *coelestem illum panem* negaverant, sive *panis*, quia nos confirmat ac roborat, sive *angelus*, Iob. 6.
quoniam *magni consilii angelus est*; est enim angeli vox homonyma. Quippe Rhaab angelos excepisse dicitur; neque tamen angeli erant qui missi fuerunt, sed nuntii, qui de regionis natura certi aliquid Iosu. 2.
retulerunt. Qua eadem ratione dei filius pro eo quod patris voluntatem nuntiavit hominibus, *magni consilii angelus* dicitur, qui magnum illud consilium mundo significavit. Iam cum *lapis* dicitur, non sensus expers lapis aliquis intelligendus est, sed per catachresin Isai. 9, 5. 1. Cor. 10, 4.
usurpatur, eo quod Iudaeis offensioni fuerit, nobis vero fundamentum salutis. *Angularis* vero *lapis* idcirco, quod vetus ac novum testamentum circumcisionem ac praeputium in unum consociarit ac Isai. 28, 16. Ephes. 2, 20.
devinxerit; *agnus* item propter innocentiam, tum quod hominum scelus per ipsum penitus extinctum fuerit, cum ovis instar iugulatus Ioann. 1, 29.
ac patri oblatus est; quandoquidem ut pro nobis pateretur, is qui nihil pati poterat advenit, ut nos salvi esse possemus. Ac si quid aliud est, quod eodem usu ad salutem hominum accommodari possit, per catachresin in sacris literis ad illum transfertur.

Cap. XXXVI. Ecquid ergo prodesse nobis creatura posset? aut quid ad salutem hominum conferret, vel ad divini verbi incarnati gloriam divinitatemque perfectam? Quid, inquam, nobis profuerit, si creaturam illum dixerimus? Quid est quod creatum aliquid creaturis prodesse, aut utilitatis afferre possit? Ad haec quomodo deus deum creavit, et adorandum proposuit, cum ipsemet dixerit, *Non facies tibi similitudinem ullam, neque in terra, neque in coelo, neque adorabis illam?* Exod. 20, 4.
Quomodo igitur sibi filium creavit, adorarique iussit? praesertim cum apostolus dicat, *Et servierunt creaturae potius quam creatori, et stulti facti sunt.* Stultum enim est creaturae divinita- Rom. 1, 25.
tem tribuere, ac primum legis violare mandatum, *Dominum deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Propterea sancta dei ecclesia Matth. 4, 10.
creaturam non adorat, sed filium genitum, patrem in filio, filium in patre, cum spiritu sancto. Imo vero, inquiunt. Nisi enim creaturam illum esse dixero, patris maiestatem imminuo. Etenim quod creatum dicitur, creatorem non minuit. Quod autem ex natura genitum est, contractionem quandam, aut collatationem, aut diminutionem, aut sectionem, aut eiusmodi affectionem aliquam ei affert a quo genitum est. Sed eorum qui ita cogitant summa plane stultitia est, qui de divino numine coniecturam ex seipsis capiunt, affectionesque suas in deum transfundere conantur, cum tamen tam

τελῶς, καὶ ἐν τῷ γεννᾷν, καὶ ἐν τῷ κτίζειν. Ὡς γὰρ ἡμεῖς πάσχομεν γεννῶντες, ἐπειδὴ κτιστοί ἐσμεν, οὕτω καὶ κάμνομεν κτίζοντες. Καὶ εἰ πάσχει ὁ πατὴρ γεννῶν, ἄρα καὶ κτίζων κάμνει. Πῶς δὲ περὶ θεοῦ πάθος ἔστιν εἰπεῖν, καὶ τὸ κάμνειν, εἴπερ κάμνει; Ἀλλ' οὐ κάμνει, μὴ γένοιτο. Οὐ κοπιάσει γὰρ, φησὶ ἡ γραφή. Πνεῦμα οὖν ὁ θεὸς καὶ πνεῦμα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως τὸν υἱὸν ἐγέννησεν, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ κτισθέντα.

Κεφ. λζ'. pag. 760. Παρελεύσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥητόν· ἐφ' ἕτερα δὲ πάλιν ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν, τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐν κακαῖς ὑπονοίαις λεγομένων τε καὶ ᾀδομένων, ἄνω δέ μοι [1] προτεταγμένων. Καὶ γὰρ πάλιν χυδαίως φασὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν παρερμηνεύοντες, τὸ, Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὑμῶν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, τὴν πρὸς Ἑβραίους φημὶ, ἀπωθοῦνται, φύσει αὐτὴν ἀναιροῦντες ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, καὶ λέγοντες μὴ εἶναι τοῦ αὐτοῦ. Τὸ δὲ ῥητὸν διὰ τὴν ἰδίαν νόσον εἰς ἑαυτοὺς, ὡς προεῖπον, κακῶς ἐκδέχονται, δῆθεν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου, ὅτι, Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, τὸ κτίσμα παρεισφέροντες. Ἐρωτήσειε δ' ἄν τις [2] αὐτοὺς σύνεσιν κεκτημένος, καὶ ἀπορήσουσι, μὴ ἔχοντες τί ἀποκριθήσονται, ὅτι, Τὸν ἀρχιερέα πότε προσελάβετο ὁ κύριος ἡμῶν ὄνομα αὐτῷ καλεῖσθαι; Οὐδαμοῦ γὰρ πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας ταῦτα ἔσχε τὰ ὀνόματα, τὸ λίθον καλεῖσθαι, τὸ πρόβατον εἰς σφαγὴν φέρεσθαι, τὸ ἄνθρωπον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, τὸ [3] ἀετὸν, καὶ ἀρνίον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσαπερ εἰς αὐτὸν [4] μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ἀναφέρεται, ὡς καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν καλεῖσθαι δι' ἣν ὁ νόμος ἐκήρυττε περὶ αὐτοῦ ὑπόθεσιν ὅτι, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐγερεῖ κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν. Ἄρα γοῦν τὸν προφήτην καὶ Ἀρχιερέα, καὶ τὸ Ἐξ αὐτῶν, μετὰ τὴν ἐνταῦθα κατακωχὴν ἑρμηνεύει σαφῶς ὁ λόγος. Ὡς καὶ ἀραρότως ἔστιν ἰδεῖν, πῶς πάλιν ἡ ἀνίκητος τοῦ θεοῦ δύναμις καὶ προγνωσία εἰς τὸ φράξαι πᾶν στόμα ἐπεγειρόμενον κατὰ τῆς ἀληθείας, πάντα μετὰ θαυμαστῆς φωταγωγίας προεθέσπισε καὶ ἠσφαλίσατο. Φάσκει γὰρ οὕτως ἐν τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ, ὅτι, Πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας, δυνάμενος μετριοπαθεῖν· ἀνάγκην γὰρ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁμαρτίαν ἑαυτὸν προσήνεγκε τῷ πατρί. Καὶ τὸ μὲν, Ἐκ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἐνδημίαν, τὸ δὲ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τὸ, Μὴ ἔχων ἀνάγκην, διὰ τὴν θεότητα. Καὶ Περὶ τῆς αὐ-

Cap. XXXVII. — 1. προστεταγμένων codd. mss. et ed. princ. προεταγμένων ed. Petav. 2. αὐτοὺς cod. Rhedig. αὐτοῖς cod. Ien. et editi libri. 3. Libri vulgo ἀετὸς. 4. κατὰ habet ed. Petav. Coloniae repetita.

in generando quam in creando ab omni affectione sit immunis. Nam quod ad nos attinet, uti gignendo patimur, eo quod creati sumus, ita et creando ac moliendo fatigamur. Quare si generando pater nonnihil patitur, etiam creando fatigatur. Quinam vero deo tribui ulla eiusmodi potest affectio sive defatigatio? Absit vero ut fatigari credamus. *Non enim laborabit,* inquit scriptura. Denique cum deus sit spiritus, perinde et spiritum sine ullo initio aut tempore genuit filium, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum, non creatum. Isai. 40, 28.

Cap. XXXVII. Ab hac scripturae sententia ad alias transeundum modo nobis est, quas perperam accipientes usurpare ac decantare solent, quas quidem initio commemoravimus. Ac primum apostoli dictum illud temere proferunt, et interpretatione sua depravant: *Suscipite pontificem vestrum, qui fidelis est ei qui fecit seipsum.* Sed primum epistolam illam, quae ad Hebraeos scripta est, repudiant, et ab apostolicis scriptis reiiciunt. Ex qua tamen illam, uti dixi, sententiam pro privato suo animi morbo male ad institutum suum transferunt, et ex his verbis, *Qui fidelis est ei qui fecit seipsum*, creaturam esse filium adstruunt. Verum interrogare illos prudentior aliquis poterit, et ita urgere, ut quid respondeant nihil habeant. Hoc enim quaeri potest, quandonam pontifices nomen illud dominus noster assumpserit. Non enim ante susceptam carnem istiusmodi nomina sortitus est, ut *lapis* vocaretur, et *ovis ad occisionem oblata,* item, *homo,* et *filius hominis, aquila, agnus,* et id genus alia, quae post incarnationem eidem attributa sunt. Qua ratione pontifex quoque dictus est, ob elogium illud quod de ipso in lege praedicatur: *Prophetam ex fratribus vestris suscitabit dominus deus vobis.* Quare prophetam, et pontificem, et Ex ipsis suscitatum, post illam in terris habitationem, scriptura manifeste declarat. Ex quo certissime illud potest intelligi, quemadmodum invicta dei virtus ac praescientia, ut os omne praecludat adversus veritatem insurgens, cum admirabili quadam luce praedixerit ac firmaverit omnia. Sic igitur illo loco in sequentibus legitur: *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, qui possit compati: necessitatem enim habet et pro suis delictis offerre: qui autem peccatum non habet, seipsum obtulit patri.* Ubi haec verba, *Ex hominibus*, ad incarnationem pertinent. Haec autem, *Non ex hominibus*, et, *Non habens necessitatem,* divinitatem

Hebr. 3, 2. — Isai. 53, 7. — Deut. 18, 15. — Hebr. 5, 1.

τοῦ θεότητός φησι, *Καίπερ ὢν υἱὸς*, περὶ δὲ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, *Ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε*, φησί.

Κεφ. λη'. Καὶ ὁρᾷς ὅτι πάντα τοῦ Χριστοῦ λεῖα, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς στραγγαλιῶδες. Τὸ γὰρ, *Ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν*, οὐδὲ τὴν αὐτὴν πλάσιν ἐνταῦθα διηγεῖται τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως, οὐ περὶ κτίσεως ὅλως φάσκει, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐνδημίαν τοῦ ἀξιώματος τὸ χάρισμα, ὡς καὶ τὸ εἰρημένον, *Ἔδωκεν αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα*. Καὶ οὐ πρώην τοῦτο ἐπληροῦτο ἐν τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ νῦν παρουσίᾳ, ἐπειδήπερ ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἡ ἐκ Μαρίας ἔλαβεν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα σὺν τῷ θεῷ λόγῳ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου ἐνταῦθα πάλιν εἴρηκε, *Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀλλήλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον*, ἵνα ὁ δεσπότης ἀγγέλων καὶ ποιητὴς παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος φανείη, ὁ φρικτὸς καὶ φοβερὸς τοῖς ἀγγέλοις, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτοὺς κτίσας σὺν τῷ πατρὶ καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἠλαττωμένος [1]λέγοιτο, καὶ φανείη σαφῶς ὅτι οὐ περὶ θεότητος ἐνταῦθα φάσκει, ἀλλὰ περὶ τῆς αὐτοῦ σαρκός. Πάθημα γὰρ θανάτου οὐ πρὸ σαρκὸς εἰς τὸν λόγον ἀναλογεῖται, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν τοῦ αὐτοῦ ἀπαθοῦς [2]ὄντος καὶ παθητοῦ, ἀπαθοῦς μὲν ὄντος ἐν τῇ θεότητι, πάσχοντος δὲ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει, ὡς καὶ τὰ ἀμφότερα ἐνὶ πληροῦται [3]τὸ, Υἱὸς ἀνθρώπου ἐν ταὐτῷ, καὶ Υἱὸς θεοῦ ἐν ταὐτῷ. Ὁμοῦ γὰρ Χριστὸς ἐν τοῖς ἀμφοτέροις ὁ υἱὸς καλεῖται.

Κεφ. λθ'. *Τί οὖν ἐποίησεν αὐτόν;* Οἱ φιλονεικοῦντες μάθωσιν ἀπὸ τῶν προειρημένων πάντων ὅτι οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ ἀναλογεῖται, ἀλλὰ εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν. Καὶ οὐδὲ ὡς περὶ ποιήσεως [1]ἢ κτίσματος, ἀλλ' ὡς περὶ ἀξιώματος μετὰ τὴν παρουσίαν, τὸ Ἐποίησεν αὐτόν. Ἐρωτήσας γάρ τίς τινα βασιλέα περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, ὅτι, Τί σοι πέφυκεν οὗτος, καὶ ἀκούσει παρ' αὐτοῦ ὅτι, Υἱός μού ἐστι. Γνήσιος οὖν σοι ὑπάρχει, ἢ νόθος; Ὁ δέ φησι, Γνήσιος ἐξ ἐμοῦ ὑπάρχει. Τί οὖν αὐτὸν ἐποίησας; Βασιλέα αὐτὸν ἐποίησα. Δῆλον μηδὲν παρηλλαγμένον τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀξίας. Καὶ οὐχὶ πάντως διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐποίησα αὐτὸν βασιλέα, παρὰ τοῦτο, Ἔκτισα αὐτὸν, λέγει ὁ βασιλεύς. Οὐ γὰρ τὴν γέννησιν ἠρνήσατο, ἣν ὡμολόγησεν γεγεννηκέναι, ἐν τῷ εἰπεῖν Ἐποίησα, ἀλλ' ἐκείνην μὲν

Cap. XXXVIII. — 1. γένοιτο cod. Rhedig. 2. ὂν codd. mss. et ed. princ. 3. τω *suspicatus est Petavius*.
Cap. XXXIX. — 1. καὶ cod. Rhedig.

indicant, ut et illa, *quamvis esset filius*. Haec autem, *Didicit ex his quae passus est*, ad assumptam carnem referenda sunt.

Vides ut omnia quae Christo conveniunt plana sint et perspicua, neque quicquam in his sit impeditum aut perplexum. Nam Cap. XXXVIII.
haec ipsa verba, *Pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum*, nihil ad corporis formationem aut incarnationem, aut vero creationem spectant, sed dignitatem illam ac coeleste munus indicant quod illi assumpta iam carne collatum est. Quo etiam et locus iste referendus est, *Dedit ei nomen quod est super omne nomen*. Hoc enim non Phil. 2, 9.
antea in divinitate, sed in incarnatione perfectum est, cum scilicet humana ipsius natura quam ex Maria sumpsit nomen est eiusmodi consecuta quod omnia nomina dignitate superaret, ut cum divino verbo coniuncta dei filius appellaretur. Quam ob caussam per eundem apostolum hoc loco dixit, *Hunc autem paulo minus ab angelis* Hebr. 2, 9.
minoratum videmus Iesum ob passionem mortis gloria et honore coronatum: quo scilicet angelorum dominus et conditor angelis minor factus esse videretur, ille inquam ipse angelis metuendus ac terribilis, quos de nihilo cum patre et spiritu sancto creavit, minor diceretur, certoque constaret non de eius divinitate mentionem hoc loco fieri, sed de carne duntaxat. Mortis enim passio non priusquam carnem induisset verbo dei ratione quadam accommodatur, sed post eiusdem incarnationem, qui una et passionis expers est, et obnoxius passioni. Expers quidem, quod ad divinitatem attinet, obnoxius vero, si hominis naturam consideres. Quod utrumque in uno completur, ut et filius hominis in eodem, et dei filius in eodem existat. Christus enim utrobique dei filius vocatur.

Quidnam igitur est quod *ipsum fecisse* dicitur? Discant arguti Cap. XXXIX.
ac contentiosi homines ex iis quae hactenus dicta sunt nihil hoc in loco esse quod ad divinitatem pertineat, sed ad incarnationem omnia referri; ita tamen, ut de creatione et effectione nulla sit mentio, sed de ea dignitate quam suscepta carne consecutus est eae voces accipiendae sint, *Fecit ipsum*. Sic enim sese res habet ut si quis ab rege de filio suo percontetur, Quanam iste tibi sanguinis cognatione coniunctus est? tum ille respondeat, Filius meus est: pergat deinde, et germanusne sit an spurius roget, rex autem, Germanus et a me genitus, subiiciat. Quid igitur illum fecisti? Regem, inquit, feci. Ex quo manifeste sequitur minime hunc esse dignitatis paternae dissimilem. Nec eo quod rex dicat, Regem illum feci, eundem se creasse confitetur. Non enim generationem inficiatur, cum eum se genuisse dicat hoc ipso quod fecisse se narrat, sed cum illam aperte profiteatur, faciendi nihilominus verbum ad dignitatem

pag. 762. σαφῶς ἀπεφήνατο, τὸ δὲ Ἐποίησα περὶ ἀξίας ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ ὁ υἱὸς υἱὸς τοῦ πατρὸς ἀναμφιβόλως τοῖς ζωὴν ἐθέλουσι πιστεύεταί τε καὶ προςκυνεῖται· τὸ δὲ ἀρχιερέα γενέσθαι, διότι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ τῷ πατρὶ ἑαυτὸν προςήνεγκεν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς ἱερεῖον, ἑαυτὸν μὲν προςήνεγκεν, ὑπὲρ πάσης [2] δὲ κτίσεως ἀρχιερατεύων, ἀναβὰς δὲ πνευματικῶς καὶ ἐνδόξως, ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, γεγονὼς ἀρχιερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ διεληλυθὼς [3] τοὺς οὐρανοὺς ἐφ' ἅπαξ, ὡς μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ἐν ταῖς καθεξῆς λέξεσιν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἀπόστολος. Καὶ ἐξέπεσε πάλιν τούτων ἡ προφασιστικὴ διαλογὴ τῆς θείας γραφῆς, ζωτικῆς οὔσης, καὶ μηδὲν ἐχούσης εἰς πρόςκομμα πιστοῖς, ἢ εἰς ἐλάττωμα βλασφημίας πρὸς τὸν λόγον.

Κεφ. μ'. Εἶτα μέμνηται πάλιν ἑτέρου ῥητοῦ, ὡς Ἰωάννης ἑστὼς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ θεασάμενος αὐτὸν ἐρχόμενον, ἔλεγεν, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτὰς τὰς λέξεις ὡς καρηβαροῦντες ἀλλάσσουσι τῇ διανοίᾳ, καὶ λέγουσι, Πῶς τοῦτο πληροῦται ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, ὅτι οὐκ ἦν πρὸ Ἰωάννου ἐν γαστρὶ Μαρίας συνειλημμένος; ἀλλὰ, φησὶ, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς, Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ μηνὶ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ· καὶ εἰςελθὼν πρὸς αὐτὴν ἔφη, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀκολουθίας. Ὡς οὖν ἡ παρθένος ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ ἐταράσσετο, ἔφη πρὸς αὐτήν, Ἰδοὺ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· καὶ ἰδοὺ, ἡ συγγενής σου Ἐλισάβετ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Καὶ ὁρᾷς, φησὶ, ὅτι πρὸ ἓξ μηνῶν τοῦ εὐαγγελισθῆναι Μαρίαν, ἤδη προϋπῆρχεν ὁ Ἰωάννης. Πῶς οὖν τὸ, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο, ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ Χριστοῦ πληρωθήσεται; Τίς δὲ τῶν ἀκεραίων μὴ καὶ ἐν διανοίᾳ [1] ἐναργῶς ἑδραιωμένων ἀκούσας τὸ ῥητὸν οὐ ταραχθήσεται; Λέγει γὰρ τὰ ἀναγκαῖα καὶ ἀκέραια καὶ
pag. 763. ζωτικὰ, [2] καὶ τὰ τῆς θείας γραφῆς, τοῖς τὰ πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένοις μᾶλλον [3] βλαβερώτερα φαίνεται, τῶν ῥητῶν πάντη ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένων. Τί γὰρ παραλέλειπται τῷ ῥητῷ πρὸς ἀσφάλειαν; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει, ὅτι οὗτός ἐστι, τὸ ὁρατὸν σημαίνων καὶ ὑποδεικνύων τοῖς ὁρῶσιν, ὃν εἶπον ὑμὶν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται. Καὶ τίς ἔρχεται, ἀλλ' ἢ ἀνήρ; οὐδεὶς δὲ τῶν σύνεσιν κεκτημένων ἄνδρα ψιλὸν

2. *Restitui* δὲ *ex libris manu exaratis. Vulgo extat* τῆς.
3. εἰς τοὺς *cod. Rhedig.*
Cap. XL. — 1. *Repono* ἐνεργῶς.

retulit. Similiter et filius patris quidem filius sine ulla dubitatione ab illis creditur et adoratur qui vitam obtinere cupiunt. Pontifex vero idcirco fuisse quod in suo corpore pro humano genere patri semetipsum obtulerit. Idem et sacerdos simul et hostia pro omni creatura pontificatus officio fungens seipsum obtulit, tum spiritali quodam modo et ingenti cum gloria subvectus cum eodem illo corpore ad patris dexteram consedit, *constitutus in aeternum pontifex*, ac coelestes orbes semel permensus, ut idem apostolus in sequentibus declarat. Unde tota haec illorum ad calumniam captationemque composita de scripturis disputatio corruit; quae quidem scripturae cum vitae impertiendae vim habent, tum nihil continent ad quod fideles offendant, aut quod ad ullam verbi contumeliam eiusque dignitatis imminutionem accommodari iure possit.

Alium praeterea locum Arius commemorat, in quo Ioannes, Cap. XL.
cum in deserto staret et accedentem illum videret, dixisse fertur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir, qui ante me* Ioann. 1, 27.
factus est, quia prior me erat. Primum igitur voces ipsas, tanquam crapula et ebrietate correpti, quod ad sensum attinet, immutant. Et quomodo, inquiunt, de incarnatione dictum illud accipi potest, cum ante Ioannem in Mariae utero genitus non fuerit? Nam, ut evangelista narrat, *Sexto mense missus est angelus Gabriel in ci-* Luc. 1, 26.
vitatem Galileae ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph: et ingressus ad eam dixit, Ave gratia plena, dominus tecum, etc. Cumque virgo ob eam salutationem turbata foret, subiecit, *Ecce concipies in utero filium, et vocabis nomen eius Iesum: et ecce cognata tua Elisabeth concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.* Animadvertis ut sex ante mensibus, quam Mariae nuntiaret istud angelus, Ioannes extiterit. Quinam igitur haec verba, *Ante me factus est*, in illius incarnatione impleri potuerunt? Quis est e rudioribus ac simplicibus, quique satis firmo ac corroborato ingenio non fuerint, qui non audita illa sententia perturbetur? Etenim necessariis ac sinceris et ad vitam conciliandam idoneis scripturae verbis utitur, quae profecto iis ipsis qui mala sponte sibi ipsis arcessunt maius quoddam detrimentum consciscunt, cum alioqui omnes illae sententiae spiritus sancti luce collustrentur. Nam quid est in illo de quo agimus loco ad cautionem praetermissum? *Ecce enim,* inquit, *hic est,* ut aspectabilem illum esse significet et intuentibus commonstret. *Quem dixi vobis, quoniam post* Ioann. 1, 27.
me venit. Quis ille venit praeterquam vir? Sed nemo intelligentia

2. καὶ *particulam, quae vulgo desideratur, revocavi ex syllaba* κα *vocabuli proximi.*
3. *Libri vulgo* βλαβλερώτερα.

νομίσειε τὸν κύριον ἡμῶν, ἀλλὰ αἱ ἄνω αἱρέσεις αἱ ἤδη σημανθεῖσαι, οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον καὶ Ἐβίωνα. Ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ἀνὴρ πάντως ὅτι ἠσφαλισμένως καὶ κύριον αὐτὸν ἴσασιν οἱ ἀληθινοὶ πιστοὶ, ὡς καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, Ὃ ἀκηκόαμεν ἀπαρχῆς, ἵνα εἴπῃ τὸν ἀπαρχῆς ὄντα, τὸν ἀόρατον θεὸν λόγον, ὃν ἠκούσαμεν ἐν θείαις γραφαῖς, ἐν προφήταις καταγγελλόμενον, ἐν οὐρανῷ ἐξυμνούμενον. Καὶ διὰ τοῦτο, Ὃ ἐν ἀρχῇ ἠκούσαμεν, καὶ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα ἄνω τὸ ἀκηκοέναι θεὸν ὁμολογήσῃ ἐξ ὑπαρχῆς, τὸ δὲ ἑωρακέναι ἄνθρωπον σημάνῃ ὃν καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ἔφη ὅτι, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, καὶ τὸ, *Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν*, ἵνα θεὸν ἄνωθεν σημάνῃ καὶ ἄνθρωπον ὁρατὸν ὑποδείξῃ ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα τέλειον, μὴ ἀποβαλλόμενον τὸ ἅγιον σκεῦος ὃ εἴληφε, καὶ τὴν τελείαν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐψηλαφηκέναι τὴν πλευρὰν, τόν τε τύπον τῶν ἥλων, τὰ τρία [4] ὁμολογήσῃ ἀπαρασαλεύτως. Οὕτω μοι καὶ ἐνταῦθα νόει· τὸ ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ἵνα τὴν ἔνσαρκον σημάνῃ παρουσίαν, ὅτι, Πρῶτος μου ἦν, ἵνα τὴν θεότητα ὑποδείξῃ, ὅτι, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο. Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, φησὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Κεφ. μα΄. Εἰ δὲ ἐν κόσμῳ ἦν πρὸ τοῦ Ἰωάννην γεννηθῆναι καὶ συλληφθῆναι, πρὸ αὐτοῦ γέγονεν ἐν κόσμῳ, οὐ περὶ [1] κτίσεως, οὐ περὶ ποιήσεως σημαίνων, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρῆσιν ἣν ὁμωνύμως εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι λέγειν, Ἐγενόμην ἐν Ἱεροσολύμοις, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, Ἐγενόμην ἐν [2] Αἰθιοπίᾳ, Ἐγενόμην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, οὐ κτίσιν σημαίνων ἐνταῦθα, ἀλλὰ ἐπίβασίν τε καὶ παρουσίαν. Τὸ γὰρ, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ὅτι Ἦλθον. *Πρὸ ἐμοῦ οὖν ἐγένετο*, ἵνα δείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ λόγου ἀεὶ ἐπίβασιν, καὶ τὸ, Πρῶτός μου ἦν, ἵνα δείξῃ τὴν θεότητα ἀεὶ οὖσαν, [3] τὸ δὲ, Ὀπίσω μου ἐρχόμενον, ἵνα δείξῃ τὴν σύλληψιν μετὰ τὸν Ἰωάννην. Καὶ διὰ τοῦτο, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμαστικὴ φωνὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀκοῆς. Πρῶτον γὰρ ἀδιάρθρωτον εἰώθασιν οἱ φωνοῦντες ἀποδιδόναι φωνὴν ἠχήεσσαν, ἀπομήκοθεν καλοῦντες τούς τι ἔχοντας παρ᾽ [4] αὐτῶν ἀκούειν, καὶ ἐπὰν ἐκεῖνοι τῆς φωνῆς ἀκούσωσι μόνης, καὶ δώσουσι τὸν νοῦν τοῦ ἀκούειν, καὶ ἑτοιμάσωσι τὴν ἀκοὴν, τότε ὁ

pag. 764.

4. ὁμολογήσει codd. mss. et ed. princ.

Cap. XLI. — 1. κτήσεως *habent libri omnes.*

aliqua praeditus nudum hominem esse dominum existimet, nisi forte superiores illae haereses, quas antea proposuimus, Cerinthi videlicet, Merinthi et Ebionis. Ceterum praeterquam quod vir est idque consulto ad securitatem ostenditur, una etiam et dominum esse non dubitant qui vere fideles sunt. Quod ipsum Ioannis quoque testimonio constat. *Quod audivimus*, inquit, *ab initio*. Ut eum declaret qui ab initio extitit, dei verbum scilicet quod videri non potest, quodque sacris in literis et prophetis nuntiatum audivimus, et in coelo sublimem ad gloriam provectum. Quare ita loquitur: *Quod initio audivimus, et oculis vidimus*. Ut cum audisse se dicit, deum ab initio fuisse fateatur, cum autem vidisse narrat, hominem significet, de quo Ioannes Baptista loquebatur, cum diceret, *Venit post me vir*. Illud vero, *Et manus nostrae contrectaverunt*, eum usum habet, ut cum ab initio deus fuerit, eundem etiam conspectabilem hominem ex Maria genitum fuisse demonstret, indeque a mortuis surrexisse perfectum, adeo ut sanctum illud vas, quod acceperat, hoc est perfectam hominis naturam, non abiecerit, sed cum illius latus clavorumque cicatrices ac vestigia contrectasset, tria illa sine ulla haesitatione confessus est. Sic igitur quod a Ioanne Baptista dicitur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir*, incarnationem declarat. Haec autem, *Prior me erat;* eius divinitatem significant; *quoniam ante me* factus est. Quippe, ut in evangelio scriptum est, *in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.*

1. Ioann. 1, 1.

Quod si mundo erat, antequam nasceretur aut gigneretur Ioannes, ante illum in mundo extitit, quod de creatione aut effectione intelligi non debet, sed ad communem loquendi rationem accommodatum est, qua vulgo sic loquuntur homines, Fui Ierosolymis; Fui Babylone, Fui in Aethiopia, Fui Alexandriae; ubi non creatio ulla, vel productio, sed accessio et adventus exprimitur. Nam istud, Fui Babylone, vel in alio loco, idem valet atque Eo perveni. Quamobrem et illud, *Ante me factus est*, ideo dictum est, ut verbi ad terram accessionem demonstret. Item illud, *Prior me erat*, divinitatem, quae semper existit, ostendit; haec vero, *Qui post me venit*, post Ioannem esse genitum. Propterea, *Ego vox*, inquit, *clamantis in deserto*, hoc est vox ad praeparandas hominum aures emissa. Qui enim clamant, ut eminus eos evocent quibus significare aliquid cupiunt, sonoram quandam initio vocem, nec articulatam proferunt, cumque illi sola exaudita voce ad audiendum mentem adhibuerint,

Cap. XLI.

Matth. 3, 3.

2. Ἀντιοχείᾳ *suspicatus est Petavius.*
3. τὸν *codd. mss. et ed. princ.*
4. αὐτῶν *codd. mss. uterque.* αὐτοῦ *editi.*

τὴν ἠχήεσσαν φωνὴν [5] ἀποδοὺς λοιπὸν διαστέλλει τὸν λόγον ὅνπερ ἠβουλήθη εἰπεῖν. Οὕτω καὶ Ἰωάννης φωνὴ ἐγένετο ἑτοιμάζουσα τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ μετ' αὐτὸν ἦλθεν ὁ λόγος, δι' ὃν ἡ ἑτοιμαστικὴ φωνὴ γέγονε. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου. Ἡ γὰρ φωνὴ ἑτοιμάζει, ὁ δὲ κύριος [6] ἐπιβαίνει [7] ταῖς ὁδοῖς ταῖς ἡτοιμασμέναις. Καὶ ἡ φωνὴ [8] βάλλει τὴν ἀκοὴν, ὅταν δὲ ἡ ἀκοὴ σχολάσῃ, τότε ὁ λόγος ἐν τῇ ἀκοῇ καταβάλλεται τῶν δεχομένων. Οὐδαμοῦ τοίνυν ἐπιλήψεται Ἄρειος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, ἀεὶ καταυγαζούσης καρδίας πιστῶν, εἰς τὸ μὴ ἐκτραπῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῷ λόγῳ υἱῷ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ ἀκτίστῳ καὶ ἀγεννήτῳ σωτηρίας.

Κεφ. μβ'. Προκοπτόντων δὲ πάλιν ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαινόντων, οὐδὲν παραλείψομεν τῶν ἄνω προτεταγμένων εἰς ἐπίλυσιν, ἀλλὰ αὖθις πάλιν ἐπιληψόμεθα τῆς ἀκολουθίας. Προφασίζονται γὰρ πάλιν ἑτέραν πρόφασιν τὴν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένην ὅτι, [1] Φανερὸν ἔστω ὑμῖν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἐσταυρώσατε, καὶ κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. Καὶ λέγουσι πάλιν ὅτι τὸ ἐνταῦθα Ἐποίησε γέγραπται, καὶ οὐχ ὁρῶσι τὸ ῥητόν· [2] αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τὸ ῥητὸν μηνύει. Τοῦτον γὰρ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα σημάνῃ τὴν ἐνανθρώπησιν κυρίου. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, φανερόν τί ἐστιν ὅτι ἣν ἐσταύρωσαν σάρκα. Σάρκα γὰρ ἐσταύρωσαν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν [3] λελάληκα,
pag. 765. ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου. Ἀλλ' οὐ τῆς ἐνανθρωπήσεως διορίζων τὴν θεότητα. Οὔτε γὰρ ἐκτὸς τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπῆρχεν ἡ θεότης, ὁπηνίκα ἔμελλε πάσχειν, οὔτε ἐν τῷ πάσχειν ἐγκατελείφθη ὑπὸ τοῦ λόγου ἡ ἔνσαρκος παρουσία. Ἀλλ' οὔτε ὁ ἀπαθὴς λόγος πέπονθε τὸ πρότερον ἐν σαρκὶ ὢν τῇ πασχούσῃ. Ἀληθὲς γάρ ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ ἓν ὄνομα, ἔν τε τῇ θεότητι καὶ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει. Χριστὸς γὰρ ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ Χριστὸς κύριος ἐν αὐτῇ τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ. Ἀλλὰ τὸ μὲν παθεῖν ἐν σαρκὶ, καθὼς εἶπε Πέτρος ὅτι, Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἵνα δείξῃ τὴν ἀπάθειαν τῆς θεότητος. Καὶ πάλιν, Ἀποθανὼν ἐν σαρκὶ, ζωογονηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. [4] Τοῦτον οὖν τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, ἵνα μὴ παραλειφθῇ ἡ ἁγία ἔνσαρκος οἰκονομία ἀπὸ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ

5. ἀποδιδοὺς cod. *Rhedig.*
6. ἐκβαίνει ed. *Petav.*
7. ταῖς ὁδοῖς om. in ed. *Petav. Colon. repetita.*
8. βάλλει τὴν ἀκοὴν *mea est emendatio. Galakerus Opp. Crit. p.* 812. *suspicabatur* καλεῖ, *Pelavius* λαλεῖ εἰς τὴν ἀκοὴν. *In libris est* λαλεῖ τὴν ἀκοὴν.
Cap. XLII. — 1. φανερὸς cod. *Rhedig.*

atque aurem admoverint, tum vociferator ille quod dicere constituerat distinctius eloquitur. Ita ergo Ioannes vox quaedam fuit praeparandis hominum auribus. Non enim sermo ipse fuit, sed post illum sermo tandem advenit, cuius gratia praeparatrix illa vox antecesserat. Unde etiam ita loquitur: *Vox clamantis in deserto: parate vias domini.* Quippe vox praeparat, dominus autem praeparatas iam vias ingreditur. Itemque vox aures ad audientiam componit; quae ubi vacuas se praebuerint, tum sermo audientium auribus immittitur. Nihil est igitur quod Arius eiusque fautores arripiant ex hoc loco, cum divina veritas fidelium animos perpetuo collustret, ne ab ea salute deflectant quae per verbum dei filium revera increatum ac genitum obtinetur.

Iam vero progredientes porro, et ad ea quae sequuntur deinceps transeuntes, nihil eorum praetermittemus quae ad dissolvendum initio proposuimus, sed consequentia ordine pertexemus. Ex alio itaque loco opinionis suae comprobandae argumentum eliciunt, ex eo, inquam, quod Petrus in Actis apostolorum dixisse legitur, *Manifestum sit vobis omnis domus Israel, quoniam hunc Iesum, quem crucifixistis, et dominum, et Christum ipsum deus fecit.* Quibus in verbis observandum illud monent quod *fecisse* scribatur; nec ad ipsam sententiam attendunt, quae seipsam declarat. *Hunc*, inquit, *Iesum*, ut assumptam a domino naturam hominis demonstret. Nam ex his verbis, *Hunc Iesum quem crucifixistis*, perspicuum est de carne illa esse sermonem quam isti crucifixerant. Propterea dominus in evangelio, *Nunc autem*, ait, *quaeritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a patre meo.* Neque tamen ab humana illa natura divinitatem abstraxit. Siquidem haec ab illa imminente passione separata non fuit, nec in ipsa demum passione eadem est a verbo illa derelicta. Sed neque verbum passionis omnis expers antea passum est, quamvis in carne patiente resideret. Etenim una et eadem appellatio tam dei quam hominis naturae vere, et proprie convenit, ac tam suscepta hominis a verbo natura quam dominus in assumpta carne subsistens Christus dicitur. Verum passus in carne ad eum modum dicitur quo Petrus locutus est, *Christo passo pro nobis in carne*, quo immunem ab omni patiendi conditione divinitatem significet. Item, *Mortuus in carne, vivificatus autem spiritu.* Ergo, *Hunc Iesum, quem crucifixistis*, ideo dixit, ne a passionis et creationis experte verbo relicta

Cap. XLII.
Act. 2, 36.
Ioann. 7, 19.
1 Petr. 3, 21.
Ibid. 18.
Act. 2, 36.

2. αὐτὸ cod. *Rhedig.* αὐ^τὸ cod. *Ien.* αὐτὸς *editi.*
3. λελάληκα codd. mss. ἐλάληκα ed. princ. ἐλάλησα ed. *Petav.*
4. τοῦτον codd. mss. *uterque*, et ed. princ. τοῦτο ed. *Petav.*, *qui emendat in marg.* τοῦτον.

ἀκτίστου λόγου, ἀλλὰ συνενωθῇ ἄνω τῷ ἀκτίστῳ λόγῳ. Διὰ τοῦτο καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τὸ ἐκ Μαρίας συλληφθὲν, τὸ ἐν θεότητι συνενωθέν· οὐ γὰρ ἡ Μαρία θεὸς κατὰ φύσιν. Διὰ τοῦτο ἑξῆς τὸ Ἐποίησεν ἐπιφέρει. Ὡς καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ φησι, ἐρωτησάσης αὐτῆς ὅτι, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; φησὶ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ, Καὶ τὸ γεννώμενον, ἔδειξεν ἀκαταζητήτως περὶ θεοῦ λόγου ὅτι υἱός ἐστιν ἀναμφιβόλως, οὐ κτισθεὶς, οὐ ποιηθεὶς, [5]περὶ δὲ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μετὰ προςθήκης, Καὶ τὸ γεννώμενον τὸν Χριστὸν καὶ κύριον ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ ταῖς ἄλλαις ῥήσεσι πάντα σαφῶς ἐπληρώθη, καὶ οὐδὲν καμάτου περιέχουσιν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, καὶ οὐδεμία ἔστι παρεκτροπὴ τοῖς τῆς ἰδίας ζωῆς ἐπιμελουμένοις. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος ἀπὸ ζῶντος πατρὸς, υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ οὐ κτιστός. Πάντα δὲ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, ἵνα μήτε φάντασμα [6]νομισθείη, μήτε ὁμοούσιος ἡ σὰρξ τῇ ἄνω θεότητι, ἀλλὰ συνηνωμένη ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ εἰς μίαν ἀπάθειαν, μάλιστα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὐκέτι γὰρ ἀποθνήσκει, φησὶ, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ἔστι γὰρ εἷς
pag. 768. κύριος, εἷς Χριστὸς, εἷς βασιλεὺς, ἐν δεξιᾷ πατρὸς καθήμενος, τὸ σωματικὸν, καὶ πνευματικὸν, μία ἕνωσις, μία θεότης πνευματικὴ, τὰ ἀμφότερα φωτεινὰ, καὶ ἔνδοξα. Ἔτι δὲ ὑπερβήσομαι τὸ ῥητὸν ἱκανῶς ἑρμηνευόμενον νομίζων, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα [7]πρὸς αὐτῶν εἰς ἀνατροπὴν τῶν ἀκουόντων ἐπινενοημένα τοῦ λέγειν ἐπιλάβοιμι.

Κεφ. μγ'. Φασὶ γὰρ πάλιν, Εἰ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, πῶς οὐκ οἶδε τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ ἰδίῳ λόγῳ ὁμολογεῖ τοῖς μαθηταῖς μὴ εἰδέναι ἃ ὁ πατὴρ ἐπίσταται, φήσας ὅτι, Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος; Εἰ τοίνυν, φασὶν, ὁ πατὴρ οἶδε, καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδε, πῶς δύναται ἡ αὐτὴ θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρχειν, ὁπότε ἃ οἶδεν ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς ἀγνοεῖ; Ὅσα δὲ μυστικῶς καὶ ἐν τῇ ἐνθέῳ αὐτοῦ σοφίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν γνώσεως ἀληθεστάτης ὁ μονογενὴς διδάσκων ὑφηγεῖτο, οὗτοι ἀγνοοῦντες τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα εἰς ἑαυτῶν βλάβην, ὥςπερ δεινὰ ἑρπετὰ, καὶ εἰς ἑαυτῶν λύμην τὰ ὑπὸ τοῦ πανούργου θηρευτοῦ δεδελεασμένα ἀφαρπάζουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ ψεῦδος οὐδαμοῦ σταθήσεται, ἡ δὲ ἀλήθεια πάντῃ τοὺς ἰδίους αὐτῆς οἴκον.

5. „Intricatus hic locus" *annotavit Petavius. Rescripserim levissima mutatione* περὶ δὲ τῆς ἀπὸ Μαρίας ἐνσάρκου οἶκον.

6. πληρωθείη *cod. Rhedig.*

7. πρὸς αὐτῶν *ego. Vulgo* τῆς αὐτῶ. ὑπ' αὐτῶν, *vel* τοῖς αὐτοῖς, *suspicabatur Petavius. Et Cornarius vertit* et de aliis ab ipsis ad subvertendos audientes excogitatis dicere aggrediar.

humana natura videatur, sed cum eodem coniuncta. Ob id dominum Christumque fecit deus id quod ex Maria genitum erat, et cum divinitate copulatum. Non enim Maria deus extitit; unde verbum illud, *Fecit*, mox addidit. Sed et angelus Gabriel interroganti Mariae, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* respondit, Luc. 1, 31.
Spiritus domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: ideoque quod gignetur sanctum, vocabitur dei filius. Iam cum dicit, *Quod gignetur*, extra omnem controversiam de dei verbo significavit haud dubie filium esse, qui nec creatione nec effectione productus fuerit. De suscepta autem e Maria hominis natura cum additamento illo, *Quo a gignetur*, illud accipi debet, *Christum et dominum fecit*, perinde atque in aliis locis manifeste impleta omnia sunt, nec difficultatis quicquam continent. Ita, inquam, quod hoc loco dicitur, in incarnatione perfectum est. Quare nihil est quod hi, qui vitae suae curam gerunt, abripi se in errorem ullo modo patiantur. Denique vivum verbum a vivo patre processit, filius patris, non ab eo creatus. Porro omnia in incarnatione perfecta sunt, ne aut inanis quaedam species aut divinitati consubstantialis caro crederetur, sed in unam passionis expertem naturae conditionem consociata natura hominis intelligeretur, id quod praecipue post resurrectionem contigit. *Non enim amplius moritur*, inquit, *mors illi* Rom. 6, 9.
ultra non dominabitur. Est enim unus dominus, unus Christus, unus rex, ad dexteram patris considens, unum quiddam, spiritale pariter et corporeum, singularis unitas, una spiritalis divinitas, splendoris ambo gloriaeque plenissima. Verum de hoc loco hactenus; abunde enim a nobis explicatum arbitror. Nunc ad alia veniendum, quae ad audientium perniciem ab illis excogitata sunt.

Hoc enim obiiciunt: Si ex essentia patris est, quomodo horam ac diem ignorat, seque quod pater novit nescire discipulis suis fatetur? *De die illa*, inquit, *et hora nemo novit*, *neque angeli in coelo*, *neque filius*, *nisi solus pater*. Si igitur pater novit quod ignorat ipse, qui potest patris ac filii eadem esse divinitas, cum filius quae patri cognita sunt nesciat? Verum quae mystice ac pro divina sua sapientia ad certissimae scientiae firmitatem ac munimentum dei filius docendo proposuit, quaeque ad humanam conditionem accommodata sunt, ignari isti suam ad pestem ac perniciem trahunt, tanquam serpentes quidam exitiabiles, atque ab callido captatore esca quadam et illecebra pellecti, nec illud sentiunt, hanc esse mendacii naturam, ut consistere nuspiam possit, contra veritatem non eos

(Cap. XLIII. — Matth. 22, 42. et Marc. 13, 32.)

υἱοὺς διορθοῦται, καὶ ἐξελέγχει τὸ ψεῦδος. [1] Εἴπω γὰρ ὑμῖν, οἱ τὴν κακὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ κεκτημένοι ἀπ᾽ ἀρχῆς, τί μεῖζόν ἐστι κατὰ φύσιν καὶ πρὸς τὴν εἴδησιν, ὁ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ ἡ ἡμέρα ὑπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἀγομένη τε καὶ γινομένη, καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, πάντως δὲ ἐρωτώμενοι ἀναγκασθήσονται ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας τὸν πατέρα μείζονα λέγειν, ὡς καὶ ἔστιν. Εἰ τοίνυν φάσκει ὁ υἱὸς λέγων, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, ὁ τὸ μεῖζον γινώσκων, τουτέστι τὸν πατέρα, πῶς τὸ ἧσσον ἀγνοεῖ; Ἀλλὰ ἔστι θεῖα τὰ ῥήματα πνεύματι ἁγίῳ λεγόμενα, ἄγνωστα δὲ τοῖς μὴ εἰληφόσι πνεύματος ἁγίου δωρεὰν καὶ χάριν. Τοιοῦτοι γὰρ ὄντες οἱ προειρημένοι ἄστατον ἔχουσι καὶ τὸ φρόνημα, ἠλίθιόν τε τὴν διάνοιαν, εἰς ἐπιβλαβεῖς καὶ εἰς ἥσσονας παρεκτροπὰς ὀλισθαίνουσαν.

Κεφ. μδ΄. [1] Προϋπαντήσεται γὰρ αὐτοῖς τὸ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰρημένον pag. 767. ὅτι, Γίνεσθε ἕτοιμοι, αἱ [2] ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ αἱ λαμπάδες ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καὶ ἔσεσθε ὡς καλοὶ δοῦλοι, προσδοκοῦντες τὸν ἴδιον δεσπότην· ὡς γὰρ ληστὴς ἐν νυκτὶ, οὕτως παραγίνεται ἡ ἡμέρα. Καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολός φησι, Οὐκ ἐστε σκότους τέκνα, ἀλλὰ ἡμέρας, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς μὴ ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Εἰ τοίνυν οἱ υἱοὶ τῆς ἡμέρας οὐχ ὑπὸ σκότους καλύπτονται, ἀλλὰ ἕτοιμοι γίνονται ὅτι ᾗ οὐκ οἴδασιν ἡμέρᾳ καὶ ᾗ οὐ προσδοκῶσιν ὥρᾳ ὁ δεσπότης αὐτῶν παραγίνεται, ἄρα οὐ διαλλάξει παρὰ τοὺς αὐτοῦ δούλους καὶ υἱοὺς τῆς ἡμέρας, διὰ τὴν αὐτοῦ φωτεινὴν ὑπόστασίν τε καὶ θεότητα, αὐτὸς αἴτιος αὐτοῖς τούτων τυγχάνων, ἢ ὅτι ὡς οἱ ἀγνοοῦντες τὴν ἡμέραν καὶ μὴ ἑτοιμασθέντες καταληφθήσεται ἀγνοῶν καὶ [3] ὑπ᾽ ἐλαττώσει τυγχάνων. Τίς δὲ μεμηνὼς ταῦτα περὶ κυρίου λογίσοιτο, ὅτι αὐτὸς ἔσται ὡς οἱ ὑπ᾽ αὐτοῦ δεσποζόμενοι ἄνθρωποι, καὶ μεμαθητευμένοι, ἢ ὡς οἱ χείρους διὰ τὴν αὐτῶν ἀνετοιμασίαν καὶ ἄγνοιαν; καὶ τὸ ὅλον ἐστὶν ἠλίθιον. Εἰ τοίνυν ταῦτα οὐ δύναται πληροῦσθαι, ὁ δὲ λόγος παρεκτεινόμενος ἀντίθετος τῇ χρήσει εὑρεθήσεται, ἄρα ζητητέον ἐστὶ τίνα τὸν λόγον εὕρωμεν, ἵνα ἀναντιθέτως τῶν ἀμφοτέρων σωζομένων μὴ ἐκτραπῶμεν τῆς ἀληθείας. Ἀδύνατον γὰρ τὸν κύριον ψεύδεσθαι, καὶ ἀδύνατον αὐτὸν μάτην τὰς ἐξηγήσεις εἰς ἡμετέραν ζωὴν ποιεῖσθαι. Γινώσκει τοίνυν ὁ πατὴρ, γινώσκει ὁ υἱὸς, γινώσκει τὸ ἅγιον πνεῦμα. Οὐδὲν γὰρ ἐν πατρὶ διηλλαγμένον

Cap. XLIII. — 1. Εἴπωσιν γὰρ ἡμῖν coniecit *Petavius*. *Recte interpretatus est Cornarius* Dicam enim vobis, qui malam opinionem de Christo ab initio habetis, Utrum maius est - - - - et illa hora? Omnino autem interrogati cogentur *cett.*

sit vi ac potestate qui mittit, alius qui mittitur, quod hic mitti, mittere ille dicatur. Quod si illorum opinioni constaret veritas, non iam tota cognitionis ratio ad unam veritatis potentiae ac divinitatis singularitatem pertineret. Duobus enim occurrentibus, aut mittentibus, filius non amplius filius erit, sed frater, cum una frater existat, nec amplius filius erit, nisi vel confusione, vel adoptione; aut seipsum ille mittet, aut duo simul mittentes, vel accedentes divinitates duas non unam singularitatem ostendent. Hic igitur mittens ac missus exprimitur, ut argumento sit, quendam esse bonorum omnium fontem, videlicet patrem, secundum quem non alio nomine quam filii verbique praeditus filius, fons vivus ex fonte progreditur, qui apud patrem perpetuo ab eodem genitus extiterit; quoniam *Apud te est fons vitae.* Atque ut spiritus quoque sanctus indicetur, *In lumine*, inquit, *tuo videbimus lumen;* quo et patrem lumen esse declaret, et lumen patris filium, lumenque spiritum sanctum, ac postremo fontem ex fonte, hoc est patre et unigenito filio spiritum sanctum profluere. *Flumina enim*, inquit, *ex ventre illius fluent aquae* Ioann. 7, 38.
salientis in vitam aeternam; dicebat autem istud de spiritu sancto, et 4, 14.
ait evangelium. Praeterea ut consubstantialem se esse patri discipulis suis ostenderet, *Si quis*, inquit, *aperuerit mihi, ingressi ego* Ioann 14, 23.
et pater mansionem apud illum faciemus. Non dixit, Mittar a patre meo, sed, *Ego et pater apud illum manebimus*, adeo ut pulsante filio cum eo pater ingrediatur, idemque cum filio perpetuo sit, nec unquam ab illo separetur, uti nec a patre filius. Unde in alio loco,

ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ δι' ἐμοῦ εἰςελεύσονται πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ ἵνα μή τινες ἥσσονα πρὸς τὸν πατέρα νομίσωσι, διὰ τὸ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα εἰςιέναι, φησὶ, Οὐδεὶς ἐλεύσεται πρὸς μὲ, ἐὰν μὴ ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἑλκύσῃ αὐτόν. Ὁ πατὴρ οὖν φέρει πρὸς τὸν υἱὸν, καὶ ὁ υἱὸς φέρει πρὸς τὸν πατέρα, εἰςφέρει δὲ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Ἀεὶ γὰρ πάντοτε ἡ τριὰς ἐν μιᾷ ἑνότητι θεότητος, τρία τέλεια, μία θεότης. Καὶ διέπεσεν ὁ τούτων λόγος.

Κεφ. νε'. Πάλιν δὲ φάσκουσι, Τίνι τοίνυν τῷ λόγῳ εἴρηκεν ὁ Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὅτι, Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα [1] ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν [2] ὑμῶν; εἰ τοίνυν θεὸν [3] αὐτοῦ ὁμολογεῖ, πῶς ἔτι ἔσται ἴσος αὐτῷ, ἢ ὑπ' αὐτοῦ γνησίως γεγεννημένος; ἵνα δείξωσιν ἐν πᾶσιν ἀγνωσίαν θεοῦ αὐτοὺς ἔχειν, [4] καὶ ἐν μηδενί εἰσι φωτισμῷ τοῦ εὐαγγελίου κατηυγασμένοι. Ψηλαφήσας γάρ τις καὶ ἀνερευνήσας ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ κατὰ γενεὰν, εἴσεται τῆς ἀληθείας τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τελείας γνώσεως, καὶ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος τὴν δύναμιν. Κνίζονται δὲ οὗτοι Ἰουδαϊκῷ φρονήματι περιβεβλημένοι, καὶ ἀγανακτοῦσι τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, καθάπερ ἐκεῖνοι
pag. 778. ἔλεγον ὅτι, Δι' οὐδὲν πονηρόν σε λιθάζομεν, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος ὢν υἱὸν θεοῦ [5] σεαυτὸν ὀνομάζεις, ἴσον τῷ θεῷ ποιῶν σεαυτόν. Οὕτω καὶ οὗτοι τῷ αὐτῷ πάθει τῶν Φαρισαίων καὶ Ἰουδαίων περιπεσόντες ἀγανακτοῦσι, μὴ θέλοντες λέγειν τὸν υἱὸν ἴσον τῷ γεγεννηκότι. Ὅρα γάρ μοι τὴν τῶν γραφῶν ἀκρίβειαν, ὅτι οὐδαμοῦ εἴρηκεν ἡ θεία γραφὴ τὸν λόγον τοῦτον πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας, ἀλλ' ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ, [6] Ποιήσωμεν ἄνθρωπον λέγει, συνδημιουργὸν καλῶν τὸν υἱὸν, καὶ γνήσιον δεικνὺς κατ' ἰσότητα. Καὶ οὐδαμοῦ εἴρηκεν ὁ υἱὸς, Θεόν μου, καὶ θεὸν [7] ὑμῶν. Καὶ ἤκουσεν Ἀδὰμ τῆς φωνῆς τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ Παραδείσῳ. Καὶ, Ποίησον σεαυτῷ κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων. Καὶ, Ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου. Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἁβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ. Καὶ Δαβὶδ λέγει, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Καὶ οὐδαμοῦ εἶπεν ὁ κύριος, Θεόν μου, καὶ θεὸν ὑμῶν. Ὅτε δὲ ἔλαβε τὸ ἡμέτερον σῶμα, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ ἐν ἡμῖν κατελογίσθη, τότε πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, πρὸς οὓς ὤφειλε κατὰ πάντα ὁμοιωθῆναι χωρὶς ἁμαρτίας, Θεόν μου ἔλεγε, καὶ θεὸν ὑμῶν, καὶ πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν. [8] Πατέρα μου μὲν κατὰ φύσιν ἐν τῇ θεότητι, καὶ

Cap. LV. — 1. ἡμῶν cod. Rhedig.
2. ἡμῶν cod. Rhedig.
3. αὐτοῦ codd. mss. et ed. princ.
4. καὶ ὅτι ἐν suspicatus est Petav.
5. αὐτὸν vitium est ed. Petav. Colon. repet.
6. ποιήσομεν cod. Rhedig.

Ego sum, inquit, *via et per me ingredientur ad patrem.* Ac ne Ibid. 6.
quis minorem ideo esse patre crederet, quod per ipsum ad patrem
aditus pateret, sic alio loco dixit, *Nemo veniet ad me, nisi pater* Ioann. 6, 44.
meus coelestis traxerit illum. Igitur et pater ad filium ducit, et filius
ad patrem, et uterque per spiritum sanctum introducit. Nam trinitas in una singularique divinitate perpetuo consistit, ut tria perfecta sint, unaque divinitas. Atque hoc modo haereticorum istorum opinio cohaerere non potest.

Sed illud obiiciunt. Cur igitur discipulis suis Christus ali- Cap. LV.
quando dixit, *Vado ad patrem meum, et patrem vestrum, deum* Ioann. 20, 17.
meum et deum vestrum. Nam si deum suum fatetur, quomodo huic aequalis esse poterit, vel ab eo germani filii more genitus? Atque hac quidem oratione summa se in omnibus dei ignorantia laborare demonstrant, nec ex ulla parte evangelii splendore collustrari. Etenim quisquis perscrutari et a seculo ac per generationes indagare voluerit, quae sit veritatis in salvatoris nostri perfecta scientia, eiusque cum patre aequalitatis vis, intelliget. Isti vero Iudaicis opinionibus impediti adversus dei filium exstimulan-
tur, perinde atque illi Christo dicebant, *Nullum ob aliud scelus te* Ioann. 10, 33.
lapidamus, sed quod homo cum sis, filium dei teipsum nominas et aequalem deo te facis. Hac illi Pharisaeorum ac Iudaeorum in Christum iracundia perciti feruntur, neque filium aequalem genitori confiteri volunt. Qua in re sacrarum literarum accuratam diligentiam inprimis considera, quae ante incarnationem nihil eius-
modi de Christo pronuntiarunt, sed pater filio dixisse legitur, *Fa-* Gen. 1, 26.
ciamus hominem, ut communis opificii auctorem pariter filium appellet et aequalitate germanum significet. Neque vero tum filius *Deum*
meum, et deum vestrum uspiam vocavit. Item Adamus *Dei vocem* Gen. 3, 18.
exaudiit ambulantis in Paradiso: tum, *Fac tibi arcam de lignis in-* Gen. 6, 14.
corruptis: et, *Pluit dominus a domino.* Item dominus Moysi: *Ego* Exod. 3, 6.
sum deus Abraam, et deus Isaac, et deus Iacob. Quinetiam David:
Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis. Nec ullibi dominus Ps. 109, 1.
Deum meum et deum vestrum nominavit. Ceterum ubi corpore nostro
suscepto, *In terra visus est, et cum hominibus conversatus*, atque Baruc. 3, 38.
inter nos numeratus est, tunc discipulos suos alloquens, quibus
cum adaequari penitus solo excepto peccato debuit, *Deum meum,* Ioann. 20, 17.
dixit, *et deum vestrum, patrem meum, et patrem vestrum.* Patrem meum, natura scilicet ac divinitate patrem vestrum, gratia dunta-

7. ἡμῶν mendum est ed. Petav. Colon. repetitae.
8. Verba πατέρα μου μὲν - - καὶ πατέρα ὑμῶν bis extant in ed. Petav. Colon. repet.

πατέρα ὑμῶν διὰ χάριν δι᾽ ἐμὲ ἐν τῇ υἱοθεσίᾳ. Θεόν μου δὲ, ὅτι τὸ ὑμέτερον σαρκίον εἴληφα, καὶ θεὸν ὑμῶν, [9] κατὰ φύσιν καὶ ἀλήθειαν. Καὶ οὕτω πάντα ἐστὶ σαφῆ καὶ διαυγῆ, καὶ οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲ θανάτου παραπλοκῆς ἔχον εἶδος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς οὗτοι προφασίζονται, πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντες. Νομίζω δὲ πάλιν καὶ πρὸς τοῦτο ἱκανῶς ἔχειν τὴν φράσιν ἐπὶ δὲ τὰ ἄλλα λοιπὸν ἐπελεύσομαι.

Κεφ. νϛ΄. Τὸ ἅγιον γὰρ πνεῦμα κτίσμα πάλιν κτίσματός φασιν εἶναι, διὰ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι, ὡς εἶπεν ἡ γραφὴ, ἀσυνέτως τινὰς διαρπάζοντες, οὐ καθὼς εἴρηται τὸ ῥητὸν ἔχοντες, ἀλλὰ κακῶς ὑπονοοῦντες, καὶ ἀπὸ [1] τοῦ ῥητοῦ [2] τὸ καλῶς εἰρημένον κατὰ τὴν κακὴν αὐτῶν ὑπόνοιαν παρερμηνεύοντες. Οὐ γὰρ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον περὶ τοῦ πνεύματος ἔφη, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν κεκτισμένων, ὅτι εἴ τι
pag. 779. κτιστὸν, διὰ τοῦ λόγου γεγένηται, καὶ ὑπὸ τοῦ λόγου. [3] Τὰ γὰρ, Πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, παρεκτεινομένης τῆς ἀναγνώσεως, [4] ἔχει, Ὃ γέγονεν, ἵνα οὕτω γνωσθῇ ὅτι πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Εἶτα πάλιν, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. Ἔδει γὰρ καὶ ἐν τούτῳ πληρωθῆναι τὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀκολουθίαν, ἐν τῷ ὄντι τὰ ὄντα [5] πεπληρωμένως ἀεὶ ὁμολογούμενα. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ ἦν καὶ ἦν, καὶ ἦν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὅσα περὶ τούτου ἦν, ἐκ πνεύματος ἁγίου σαφηνίζει ὁ μακάριος Ἰωάννης [6] τῷ, Πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο τὰ γενόμενα. [7] Ἀνωτέρω δὲ τῶν γενομένων αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας. Λέγει δὲ ἡ γραφὴ δι᾽ αὐτοῦ πάντα γεγονέναι, οὐκ ὠνόμασε δὲ ποῖά ἐστι τὰ γεγονότα. Ὑπόνοια γὰρ οὐδαμοῦ ἦν πονηρίας, ἵνα μή τινες ὑπονοήσωσι τὰ μὴ ὄντα, καὶ βλασφημήσωσι τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον ἅγιον θεοῦ πνεῦμα. Δι᾽ αὐτοὺς γάρ φησι ὁ κύριος ὅτι, Ἐάν τις εἴπῃ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται [8] αὐτῷ, ἐὰν δέ τι [9] εἴπῃ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὐδὲ ὧδε, οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἠλίθιον γάρ ἐστι τὸ πᾶν τοῦ αὐτοῦ λόγου. Κατὰ δὲ τὴν βλάσφημον αὐτῶν ὑπόνοιαν ἀντιλέξειέν τις αὐτοῖς καὶ [10] εἴποι, Ὦ γενναῖοι σοφισταὶ, καὶ τῶν λόγων διαστροφεῖς, οἱ βουλόμενοι σὺν τοῖς γεγονόσιν

9. καὶ κατὰ cod. Rhedig.
Cap. LVI. — 1. *Restitui* τοῦ *ex utroque codd. mss. Abest enim ab editis.*
2. τοῦ τὸ *cod. Rhedig.*
3. *Fortasse* Τὸ γὰρ.
4. μέχρι *ariolatus est Petavius.*
5. πεπληρωμένως *emendandum esse viderunt Cornarius et Petavius. Ille quidem vertit* ordinis consequentiam, ut in eo qui erat ea quae sunt plene semper confiteretur. *In libris est* πεπληρωμένος.
6. *Vulgo* τὸ.
7. *Libri habent* ἀνώτερα. *Edidi* ἀνωτέρω *ex emendat. Petavii.*
8. αὐτοῦ *codd. mss.*
9. εἴπῃ *cod. Rhedig., et sic primitus fuisse videtur in cod. Ien. quoque, sed ab eadem manu effictum esse* εἴποι. *Hoc habent editi libri.*
10. εἴπῃ *codd. mss. et ed. princ.*

xat, per me, adoptionisque beneficio. Deum meum, quoniam vestram carnem suscepi, deum vestrum, secundum naturam, et ex rei veritate. Qua ratione manifesta omnia ac perspicua sunt, neque quicquam contrarium est ac repugnans, nec ullus in scriptura locus mortiferum quicquam, et exitiosum habet admixtum ut isti captandae occasionis gratia videri volunt, qui sibi ipsis perniciosa quaedam excogitare solent. Sed cum hactenus, ut opinor, de his abunde sit dictum, nunc ad alia transibimus.

Spiritum itaque sanctum creaturae esse creaturam asserunt, Cap. LVI.
quod *per filium omnia facta sint,* ut scriptura testatur. In quo stulte Ioann. 1, 3.
nonnullos in errorem abducunt, dum scripturae sententiam non ut concepta est proferunt, sed perperam intelligentes, quod praeclare conceptum est male accipiendo interpretandoque depravant. Neque enim evangelium de spiritu loquitur, sed de creatis rebus omnibus, idque unum declarat, quidquid creatum est, per verbum et a verbo fuisse productum. *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Ubi sententia ad haec usque verba, *Quod factum est,* continuari debet, ut ita discamus omnia per ipsum esse facta, et sine ipso factum nihil. Deinde: *In ipso vita erat.* Quippe in hoc institutae a Ioanne orationis consequentiam impleri oportuit, ut in verbo, quod est, quae sunt omnia perfecte inesse communi confessione constaret. *In principio enim erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Quandoquidem *Erat*, et *Erat*, et *Erat*, et *Vita erant quae in ipso sunt,* et *Erat lux vera,* et, *In mundo erat,* ac quae ad hoc ipsum attinebant, sancti spiritus afflatu beatus Ioannes declarat. *Omnia,* inquit, *per ipsum facta sunt quae facta sunt.* Porro supra ea quae facta sunt ille constitutus est, a quo facta sunt omnia. Quod autem scriptura cum dixisset *facta esse per ipsum omnia,* quaenam illa forent nominatim haud expresserit, haec esse caussa videtur quod nulla tum esset eiusmodi improbitatis suspicio: ut nonnulli falsa quaedam sibi opinione fingentes adversus immutabilem ac sanctum dei spiritum contumeliosis vocibus auderent insurgere. De illis enim accipienda est illa domini
sententia: *Si quis dixerit verbum in filium hominis, remittetur ipsi:* Matth. 12, 32.
sin autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ipsi, neque et Marc.
hic, neque in futuro seculo. Et vero stolidissima est illorum ratio. 3, 28.
Imo vero ex hac ipsorum opinione, quae cum summa in deum contumelia coniuncta est, sic eos oppugnare, et ad eum modum instare licet: O praeclari sophistae, ac detorquendorum verborum artifices!

ἀριθμεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ θεοῦ, διὰ τὸ ῥητὸν τὸ, *Δι' αὐτοῦ τα πάντα ἐγένετο*, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν ὅτι *Πάντα*, μηδαμοῦ ὄντος σὺν πᾶσιν ἀριθμουμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἆρα γοῦν καὶ διανοηθῆναι ὀφείλετε, ἢ καὶ ἄλλος τις χείρων ὑμῶν ἕτερος, καὶ τὸν [11] πατέρα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι, κατὰ τὴν βλάσφημον ὑμῶν ὑπόνοιαν. [12] Ὁμοῦ γὰρ συμπεριληπτικός ἐστιν ὁ λόγος φάσκων τὰ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι. Εἰ δὲ βλάσφημον περὶ τοῦ πατρὸς λογίζεσθαι τὸ τοιοῦτον καὶ μωρὸν, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῖς διανοουμένοις ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ σὺν πατρὶ ἀριθμουμένου καὶ υἱῷ. Εἰ γὰρ ἦν τῶν γεγονότων, οὐκ ἂν τῷ ἀκτίστῳ πατρὶ καὶ υἱῷ ἀκτίστῳ συνηριθμεῖτο· ἀλλ' ὅτι ἄκτι-
pag. 780. στόν ἐστιν συναριθμεῖται. Εἶπε γὰρ, *Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος.* Πῶς δὲ κτιστὸν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ μαρτυρούμενον ὅτι, *Ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει*, δι' οὗ καὶ ἡ τελεία τῶν ἀνθρώπων σωτηρία καὶ ἔνσαρκος οἰκονομία εἰς πᾶσαν δικαίωσιν ἐπληρώθη. *Ἔχρισε γὰρ αὐτὸν πνεύματι ἁγίῳ*, φησὶ ἡ γραφὴ περὶ τοῦ κυρίου. Οὐκ ἂν δὲ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν σὺν τῷ θεῷ λόγῳ ἡνωμένην εἰς μίαν θεότητα ἔχρισεν ὁ πατὴρ κτίσματι, ἀλλ' ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ τριὰς, τρία τέλεια, μία θεότης, ἔδει ἐν τῷ υἱῷ [13] οἰκονομικῶς τοῦτο γενέσθαι, ἵνα παντάπασι δοξαζομένη ἐν ἅπασιν νοηθῇ ἡ τριάς· καθάπερ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων περὶ πνεύματος διηγούμενοι οὐ μίαν, οὐ δύο μαρτυρίας εἰςενέγκαμεν ὅτι θεοῦ ἐστι πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ δοξαζόμενον, ἄκτιστον καὶ ἄτρεπτον καὶ τέλειον. Ἐξέπεσε δὲ καὶ ὁ περὶ τούτου τῶν φιλονεικούντων λόγος ὁ καθ' ἑαυτῶν.

Κεφ. νζ΄. *Πάλιν δὲ εἰς τὰς ἄλλας αὐτῶν λέξεις ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν.* Φασὶ γὰρ πάλιν τὸ ῥητὸν οὐκ εὐλόγως κατέχοντες, ὅτι αὐτὸς ἔφη ὁ σωτὴρ, *Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ θεὸς*, καὶ ἀφώρισεν ἑαυτὸν ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως. Τὸ δὲ πᾶν ἐστι γελοιῶδες. Εἰ γὰρ ὁ τοσαῦτα ἡμῖν ἀγαθὰ πεποιηκὼς οὐκ ἀγαθὸς παρ' αὐτοῖς κρίνεται, καὶ τίς ἔτι τούτου μοχθηρότερος εἴη, ὅτι ὁ δεδωκὼς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων, ὁ τῇ ἑκουσίᾳ γνώμῃ ἐλθὼν εἰς τὸ παθεῖν, ὁ ἀπαθὴς θεὸς ὢν, ὅτι τὸ τὴν δωρεὰν ἡμῖν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτημάτων, ὅτι ὁ τὰς ἰάσεις ἐπιτελέσας ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, ὁ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος τοσοῦτον γένος τῶν ἀνθρώπων περισυναγαγὼν ἐν ἀγαθότητι, ὁ τῆς ἀγαθότητος πρύτανις καὶ τῆς εἰρήνης δεσπόζων, ὁ ἄνω ἐκ πατρὸς ἀγαθὸς λόγος, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς γεγεννημένος, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ὁ ἐνεργήσας ἀνθρώποις καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένοις πᾶσιν ἀγαθότητα, οὐκ

11. πνεῦμα *cod. Rhedig.* 12. ἐμοῦ *mendose habet ed. Petav. Co-*

quibus propterea sanctum dei spiritum iis rebus quae factae sunt annumerari libet, quod ita scriptum sit: *Per ipsum omnia facta sunt.* Consequens igitur est ut eadem vos ratione, vel alius quispiam vobis deterior ita animo concipiat, etiam patrem ipsum per filium esse factum, ut impia vestra fert sententia. Quippe generatim universeque concepta est oratio, quae *omnia per ipsum facta esse* declarat. Quod si eiusmodi aliquid de patre suspicari impium ac stolidum est, idipsum quoque de illis existimandum est qui hoc ad spiritum sanctum transferunt, qui cum patre filioque numeratur. Nam si rerum factarum ordine contineretur, cum increato patre et increato filio nequaquam numerandus esset. Sed quod increatus sit, idcirco numeratur. Christus enim dixit, *Euntes baptizate in nomine patris,* Matth. 28, 19.
et filii, et spiritus sancti. Quinam porro creatus esse potest spiritus ille, de quo ita testatur: *A patre procedit, et de meo accipit?* Ioann. 15, 26.
per quem et hominum perfecta salus et incarnatio ad omnem iustificationem est impleta? *Unxit enim illum spiritu sancto*, ait scriptura Act. 10, 38.
de domino. Nunquam autem humanam illam naturam in unam divinitatem cum deo verbo coniunctam creatura aliqua pater inungeret. Nunc cum una sit trinitas, triaque perfecta, et una divinitas, dispensatione quadam fieri hoc in filio debuit, ut in omnibus laude ac gloria celebrata cognosceretur trinitas. Quemadmodum cum adversus haereses omnes de spiritu sancto disputaremus, non uno aut altero testimonio probavimus dei esse spiritum, qui cum patre et filio collaudetur increatus, immutabilis, et perfectus. Quamobrem hac in parte contentiosorum haereticorum exclusa ratio est, quae in illos ipsos recidit.

Reliqua modo quae afferre solent consideremus. Hanc enim Cap. LVII.
praeterea domini sententiam perabsurde proferunt, qua quidem ipse dixit, *Quid me dicis bonum? unus est bonus deus.* In quo semet- Matth. 19, 16.
ipsum ab essentia patris et persona separasse videtur. Verum ridiculum hoc illorum argumentum est. Nam qui tam multa in nos bona contulit, minime illorum opinione bonus habendus est. Quis fingi potest improbior? quandoquidem qui pro ovibus suis animam profudit, qui ad patiendum sponte descendit, cum immunis ab omni passione deus esset, qui delictorum nobis gratiam fecit, qui in omni Israëlitico populo aegritudines sanavit, qui pro sua bonitate tam infinitum hominum genus collegit, qui bonitatis administrator et pacis dominus est, bonum inquam illud verbum quod ab aeterno bono ex patre genitum est, *Qui dat escam omni carni*, qui in hominibus ceterisque a se productis omnibus bonitatem impertiit, bonus ab illis non

lon. repet. 13. τοῦτο οἰκονομικῶς *cod. Rhedig.*

ἀγαθὸς παρ' αὐτοῖς κρίνεται; Καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ λήθην ἑαυτοῖς περιποιούμενοι ὅτι πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα ἀνθυπήνεγκε τὸν λόγον ὅπως καθέλῃ τῆς ἐν αὐτῷ ἐπάρσεως τὸ φρύαγμα. Αὐχῶν γὰρ ἦν ἀπὸ γραμ-
pag. 781. ματέων ὁρμώμενος, ὡς τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου ἀκριβῶς φυλάξας, δικαιοσύνην τε καὶ ἀγαθότητα περὶ ἑαυτοῦ σεμνυνόμενος, καὶ ἔλεγε, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Καὶ ἐπειδὴ [1] εἶχε περὶ ἑαυτοῦ ὡς περὶ τηλικαύτης δικαιοσύνης, ὁ κύριος βουλόμενος θεῷ ἀναφέρειν τὴν πᾶσαν ἀγαθότητα, ὅτι οὐδεὶς ἀγαθὸς, πλὴν αὐτοῦ, ἵνα μηδεὶς σάρκα φορῶν τύφον τινὰ [2] ἑαυτῷ ἐπισπάσηται, τούτου [3] ἕνεκεν ἔλεγε, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, ἵνα ὁ τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος τὸν τοιοῦτον λόγον εἰπὼν καθέλῃ τὴν ἐν τῷ εἰπόντι φυσίωσιν περὶ δικαιοσύνης τὴν οἴησιν κεκτημένου, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ αὐτοῦ τὴν καρδίαν, ἀγαθὸν μὲν διδάσκαλον χείλεσιν αὐτὸν λέγοντα, μὴ ἐμμένοντα δὲ ἐν τῇ ἀγαθῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ. Καὶ ὅτι μὲν ἀγαθὸς τυγχάνει, αὐτὸς διδάσκει λέγων, Πολλὰ καλὰ ἐποίησα ἐν ὑμῖν, περὶ ποίου οὖν αὐτῶν ἔργων λιθάζετέ με. Τίνι γὰρ τοῦτο οὐκ ἔστι σαφὲς καὶ φανερώτατον, μάλιστα πολλῶν ἀγαθῶν τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ὄντων καὶ καλουμένων; ὥς φησιν ἡ θεία γραφή. Ἰδοὺ γὰρ, [4] περὶ πολλῶν ἀγαθῶν διηγεῖται τὸ θεῖον γράμμα. Ἦν ἀγαθὸς φησὶ Σαοὺλ, υἱὸς Κὶς, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ὑψηλότερος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, ὑπὲρ ὠμιῶν καὶ ἐπάνω, καὶ, Ἦν ἀγαθὸς Σαμουὴλ μετὰ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ, Ἀγαθὴ ἐσχάτη λόγου ὑπὲρ τὴν ἀρχὴν, καὶ, Ἀνοῖξόν σου τὸν θησαυρὸν τὸν ἀγαθὸν, τὸν οὐράνιον· τούτων δὲ κτισμάτων ὄντων, καὶ ἀγαθῶν δηλουμένων, δι' αὐτοῦ τε καὶ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων, πῶς οὐκ ἀναμφιβόλως ἐστὶν ἀγαθὸν εἶναι ὁμολογεῖν τὸν τούτου γενεσιάρχην; Ἀλλ' ἵνα [5] μὴ μηκύνω τὸν περὶ τούτου λόγον (πάντη γὰρ διὰ πλάτους περὶ τούτου εἰρήκαμεν), αὖθις πάλιν εἰς τὰς ἑξῆς παρελεύσομαι, τὴν ἐπίλυσιν ἑκάστης λέξεως ποιούμενος.

Κεφ. νη΄. Ἐπιφέρουσι δὲ πάλιν τινὰ ῥητὰ οἱ πάντολμοι, ἐλαττωμάτων ὑπονοίας ὑποσπείροντες εἰς τὸν αὐτοὺς ἀγοράσαντα, εἴπερ ἠγοράσθησαν. Ἐν γὰρ τῷ προσελθεῖν τὴν μητέρα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου καὶ παρακαλέσαι τὸν ἕνα καθίσαι υἱὸν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸν ἕνα ἐξ εὐωνύμων, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ μέλλω πίνειν; οἱ δὲ εἶπον, Ναὶ, δυνά-
pag. 782. μεθα. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, τὸ δὲ καθίσαι

Cap. LVII. — 1. *Rescribendum puto* ηὔχει. *Cornarius vertit* et quoniam sentiebat de seipso velut de tanta iustitia.
2. ἑαυτῷ *om. cod. Rhedig.*
3. ἕνεκα ἔλεγεν *cod. Rhedig.*
4. παρὰ *cod. mss. et ed. princ.*
5. μὴ κίνω *cod. Ien. et ed. princ.*

iudicatur. Haec enim ignorant isti, qui ultro sibi oblivionem adsciscunt, Christum dominum ei qui de se percontatus fuerat responsum illud quod antea commemoravimus dedisse, ut eius fastum arrogantiamque compesceret. Nam cum hic e scribarum numero gloriaretur, quod praecepta legis omnia accuratissime servasset, seque iustitiae ac bonitatis nomine venditaret, atque ita locutus esset, *Prae-* Matth.
ceptor bone, quid faciendo vitam aeternam possidebo? cum, inquam, 19, 16.
ita de se persuasum haberet tantae se iustitiae numeros omnes explevisse, ideo dominus bonitatem omnem ad patrem, tanquam ad auctorem referre cupiens, quod nemo praeter ipsum bonus sit, ne quis carne praeditus superbia arrogantiaque se nimium efferret, respondit, *Quid me dicis bonum! nemo bonus est nisi solus deus:* ut cum tantus ac talis hoc modo loqueretur interrogantis illius qui iustitiae opinione erat inflatus fastum ac spiritus frangeret, tum ut intimos eius pectoris sensus redargueret, eo quod cum bonum ipsum summis duntaxat labiis fateretur, minime tamen bona in illius doctrina acquiesceret. Verumenimvero bonum se esse testatur ipsemet his verbis: *Multa bona feci in vobis: propter quod igitur ex illis operi-* Ioann.
bus lapidatis me? Quis est hebes adeo, cui non illud perspicue ma- 10, 32.
nifesteque constet? praesertim cum creatarum ab illo rerum quamplurimae et sint et appellentur bonae, ut ex scripturae testimonio colligitur; quae quidem bonorum multorum mentionem facit. Ita, *Bonus,* inquit, *erat Saul filius Cis de tribu Beniamim, sublimior omni* 1. Reg. 9, 2.
populo ab humeris et ultra: item, *Bonus Samuel cum deo et homini-* 1. Reg. 2, 26.
bus: tum, *Melior est orationis finis quam principium:* item, *Aperi* Eccl. 7, 9. Num. 20, 6.
thesaurum bonum tuum coelestem. Quae cum omnia creaturae quaedam sint ac bonae esse dicantur, per ipsum utique et ab ipso productae, nonne auctorem illorum ac conditorem bonum esse confiteri sine ulla dubitatione licet? Verum ne longius quam par sit in ea disputatione versetur oratio (abunde enim de eo loco dictum arbitror) reliqua videamus, et singula ab illis obiecta diluamus.

Pergunt enim audacissimi homines cuidam scripturae sententiae Cap. LVIII.
insistere, ex qua redemptori suo, si tamen ab eo redempti sunt, falsam imminutionis ac defectus opinionem aspergant. Etenim cum ad Christum Zebedaei filiorum mater accessisset rogans, ut alterum ad dexteram, alterum ad sinistram sedere tum iuberet cum ad regnum suum pervenisset, ita illis respondit: *Nescitis quid petatis:* Matth. 20, 22.
potestis bibere calicem quem bibiturus sum? At illi dixerunt, Pos- et Marc. 10, 38.
sumus. Dixit autem illis, Calicem quidem meum bibetis, sedere au-

(quae ipsa tamen parum sibi constans p. 334. initio exhibet μηκίνω, *cum fine p. 333. praebeat* μὴ κίνω), μηκύνω *cod. Rhedig.*

ἐκ δεξιῶν μου, ἢ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός μου. Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν [1]πάρεξ τοῦ πατρὸς, τοῦ ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν παρέχειν ὃ βούλεται; καὶ τίς οὕτως τῶν εὐφρονούντων νοήσειεν; εἰ γὰρ ὁ υἱὸς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, καὶ τίς ἔχει ἐξουσίαν; Ὁ γὰρ πατὴρ, φησὶ, ζωογονεῖ τοὺς νεκροὺς, καὶ οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ, ἵνα ὃν θέλει ζωογονῇ, καὶ, Τὰ τοῦ πατρὸς ἐμά ἐστι, καὶ, Πάντα παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Τίς οὖν ἔτι [2]ἀμφιβάλλοι; Τοῦτο δὲ βούλεται παριστᾶν ὁ θεῖος αὐτοῦ καὶ σοφὸς λόγος, ὅτι οὐ κατὰ προσωποληψίαν γίνεται πρᾶγμα, ἀλλὰ κατὰ ἀξίαν. Κυρίου μὲν γάρ ἐστι τὸ παρέχειν, παρέχει δὲ ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν, ἕκαστος δὲ ἐργασάμενος τὸ δίκαιον λαμβάνει κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· καὶ οὐκέτι αὐτῷ μόνῳ ἐστὶ τὸ δοῦναι, ἀλλὰ τῷ ἑαυτὸν ἄξιον πεποιηκότι. Τολμῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὔτε αὐτοῦ ἐστι, καίπερ δυναμένου δοῦναι, μὴ βουλομένου δὲ, οὔτε τοῦ ἁγίου πνεύματος, καίπερ δυναμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος δοῦναι κατὰ τὸ εἰρημένον· ὅτι, Ὧι μὲν δίδοται σοφία διὰ τοῦ πνεύματος, τῷ δὲ γένη γλωσσῶν ἐν τῷ [3]αὐτῷ πνεύματι, τῷ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν, τῷ δὲ δύναμις, τῷ δὲ διδασκαλία, ἓν δέ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται. Καὶ οὐκ εἶπε, Καθὼς προστάσσεται, ἀλλὰ, Καθὼς βούλεται. Καὶ, Ὁ υἱὸς ὃν θέλει ζωογονεῖ, καὶ ὁ πατὴρ καλεῖ ὃν θέλει πρὸς τὸν υἱόν. Καὶ πάλιν οὔτε ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, οὔτε ἅγιον πνεῦμα κατὰ προσωποληψίαν καλεῖ, ἢ δίδωσιν, ἢ παρέχει, ἢ ἀξίαν δίδωσιν, ἀλλὰ καθὼς ἑαυτὸν ἄξιον ἕκαστος εὐτρεπίζει, τουτέσιν οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' ἐὰν κάμητε, ἔσται ὑμῖν ἡτοιμασμένον παρὰ τοῦ πατρός μου. Τὸ δὲ τέλειον ὅτι, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. Καὶ ἔτι ὑπερβήσομαι εἰς τὰ ἕτερα.

Κεφ. νθ'. [1]Φησὶ δὲ, πῶς λέγετε αὐτὸν ἐκ τῆς τελείας τοῦ θεοῦ θεότητος; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος ὅτι, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ὁ δὲ ἐπιδεηθεὶς βοηθείας τοῦ θεοῦ τοῦ ἐγεῖραι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἄρα ἕτερός ἐστιν, ὁ ἐγείρων τῇ δυνάμει, ἕτερος δὲ ὑποβεβηκὼς ὁ ἐγειρόμενος διὰ τῆς τοῦ δυνατοῦ δυνάμεως. Καὶ ἕως πότε κατατρίβομαι περὶ τὰ ληρώδη νοήματα τῶν κακῶς παρατριψάντων ἑαυ-
pag. 783. τῶν τὸ μέτωπον; τίς οὖν ἤγειρε τὸν Λάζαρον; τίς ἤγειρε τὸν υἱὸν τῆς χήρας τῆς ἐν Ναῒν; τίς εἶπε τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου, Κοῦμι ταλιθὰ, τουτέστιν ἀνάστηθι ἡ παῖς; τίνος τὸ ὄνομα ἐπεκαλοῦντο οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ νεκροὶ ἠγείροντο; Νομίζουσι δὲ, ἐπειδὴ οἱ ἀπό-

Cap. LVIII. — 1. *Verba* πάρεξ - - ἐξουσίαν *non habet cod. Rhedig.* 2. ἀμφιβάλοι *cod. Rhedig.* ἀμφιβάλλοιεν.

tem ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo. Vides igitur, inquiunt, omni illum potestate carere sine patre, penes quem est cui velit deferendi facultas. Quis sui compos ac prudens haec de Christo cogitare possit? Nam si filius potestate caret, quis eam tandem obtinebit? *Pa-* Ioann. 5, 21.
ter enim, inquit, *vivificat mortuos, et ita dedit et filio, ut quem vult vivificet:* et, *Quae patris sunt, mea sunt:* et, *Omnia tradita sunt* Ioann. 16, 15.
mihi a patre meo. Quis de eo dubitare amplius potest? Quamobrem Matth. 11, 27.
hoc divinus ipsius ac sapiens sermo demonstrare voluit, nulla personarum acceptione, sed ex cuiusque merito rem omnem transigi. Domini enim est conferre; confert autem unicuique pro dignitate meritorum. Unusquisque enim qui quod iustum est praestitit, pro laboris sui ratione mercedem accipit, nec alteri tribuere licet, praeterquam ei qui se dignum reddiderit. Dicam enim audacter, ne ipsius quidem esse, nisi hoc modo, dare, quamquam hoc in eius potestate situm est, sed quod nequaquam id velit; imo nec spiritus esse sancti, quamvis et ipse tribuere possit, ut ex hoc scripturae loco manifestum est, *Huic quidem datur sapientia per spiritum, huic* 1. Cor. 12, 8.
vero genera linguarum in eodem spiritu, alteri interpretatio linguarum, huic virtus, huic doctrina: unus est autem spiritus, qui dividit unicuique prout vult. Non dixit, Prout iubetur, sed, Quatenus vult. Ad haec, *Filius quem vult vivificat, et pater vocat quem* Ioann. 5, 21.
vult ad filium. Praeterea neque pater, aut filius, neque spiritus Ioann. 6, 44.
sanctus personarum in vocando dandove ac largiendo, vel cuiusque meritis compensandis rationem habet, sed hoc omnino spectatur, quemadmodum se quisque idoneum dignumque comparet. Denique hic sensus est, Non est meum dare, sed si laboraveritis, paratum erit vobis a patre meo; summum autem ac perfectum est, *quoniam ego sum vita.* Nunc ad alia progrediamur.

Obiiciunt illud: Quinam illum ex perfecta divinitate dei pro- Cap. LIX. Rom. 4, 24. et 1. Cor. 15, 15.
diisse dicitis? Ecce enim apostolus sic de illo scribit: *Deus suscitavit illum a mortuis.* Ex quo patet dei illum auxilio, qui se a mortuis excitaret opus habuisse. Proindeque alius est qui suapte illum vi suscitat, alius et eodem inferior, qui praepotentis illius virtute suscitatur. Quid amplius perfrictae frontis hominum refellendis nugis ac somniis immoramur? Quis Lazarum excitavit ad vitam? Ioann. 11.
Quis viduae in oppido Naim filium vitae restituit? Quis synagogae Luc. 7. Matth. 9. Marc. 5.
principis filiae dixit, *Cumi talitha,* hoc est, *Surge filia.* Quis in- Luc. 8. Matth. 5, 41
vocato ab apostolis nomine mortui sunt ad vitam revocati? At isti,

3. αὐτῶν *codd. mss. uterque.* *Etiam Cornarius vertit* Dicunt. φησὶ *cod. Ien. (cum rasura), et editi.*
Cap. LIX. — 1. Φασὶ *cod. Rhedig.*

στολοι Ἰουδαίοις προςδιαλεγόμενοι διὰ τὸ νομίζειν ἀποστασίαν κηρύσ-
σειν τοὺς ἀποστόλους ἀπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου, καὶ διὰ [2] τὸ πρὸς τὸ
γνωστὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ γινώσκοντος ὅτι ἤμελλον αἱρέσεις
ἀφηνιάζειν τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ πατρῴου θελήματος, τούτου ἕνεκα
εἰς τὴν μίαν θεότητα τὰ πάντα ἀναφέροντες οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι, ὅτι
εὐδοκίᾳ παρὰ πατρὸς ἐγένοντο τὰ πάντα, βουλήσει τοῦ υἱοῦ, [3] συνευ-
δοκίᾳ πνεύματος ἁγίου, μὴ ἄρα κατὰ ἐλάττωσιν, ἢ κατὰ ἀσθένειαν
ἢ ἀλλοτρίωσιν τῆς τοῦ θεοῦ λόγου παρὰ [4] τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν τοῦτο
εἴρηται. Καὶ οὐχ οὕτως. Ὅρα γὰρ τὰ πρωτότυπα, πῶς διηγεῖται ὁ
ἄγγελος φάσκων ταῖς περὶ [5] Μαρίαν, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν
νεκρῶν; [6] ὁρᾷς, ὁ ζῶν ἐν ἰδίᾳ θεότητι καὶ σαρκὶ ἀνέστη, οὐκ ἦν δὲ
μετὰ τῶν νεκρῶν. Καὶ τί φησι αὐταῖς, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε; καὶ
οὐκ εἶπεν, Ἤγειρεν αὐτὸν ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ὧδε; Ἀλλ' ἵνα [7] δεί-
ξω σοι τὸ δυνατὸν, ὅτι καὶ ζῶν ἀνέστη, καὶ αὐτὸς πάλιν ἔλεγε πρὸ τοῦ
παθεῖν αὐτὸν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσό-
λυμα, καὶ παραδοθήσεται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὸ σταυρωθῆναι,
καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀναστήσει αὐτόν.
Σαφῶς δὲ [8] περὶ τούτου τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως προε-
δείκνυε λέγων, Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ λαβεῖν αὐ-
τήν. Ὁ δὲ ἐξουσίαν ἔχων πῶς ἑαυτὸν ἐγείρειν οὐκ ἠδύνατο; ὁ ἀπό-
στολος δὲ γράφων, ἵνα δείξῃ μηδὲν ἄνευ θελήματος πατρὸς ἐν τῇ τῆς
σωτηρίας οἰκονομίᾳ γεγενῆσθαι, ἔφη, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νε-
κρῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει αὐτὸς ὁ ἀπόστολος, ὅτι, Εἰ
καὶ ἀπέθανεν ἐξ ἀσθενείας, ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως. Ἤθελον δὲ πυθέ-
σθαι τὸν νοῦν τῶν τὰ ἀκριβῆ τῶν γραφῶν γινωσκόντων, ποίαν
ἀσθένειαν εἶχεν ὁ μονογενὴς, δι' οὗ ὁ οὐρανὸς ἥπλωται, ἢ παρ' οὗ
ὁ οὐρανὸς κέκτισται, δι' οὗ ὁ ἥλιος ἐστιλβώθη, δι' οὗ ἔλαμψαν τὰ
ἄστρα, δι' οὗ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γεγένηται. Ἄρα τὴν ἀσθέ-
pag. 781. νειαν ποίαν λέγει; ἄρα ἣν ἀνεδέξατο ἐλθὼν ὁ λόγος ἐν τῇ ἡμετέρᾳ
σαρκὶ, ἐνδυσάμενος ταύτην, ἵνα τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν βαστάσῃ; ὡς
καὶ [9] ᾄδει περὶ αὐτοῦ ὁ προφήτης λέγων, τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε,
καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Ἀπέθανεν οὖν διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν,
ὁ ζωὴ ὢν καὶ ἀπαθὴς θεὸς, ἐν τῇ ἐξ ἡμῶν ἀσθενεστέρᾳ σαρκί· ζῇ δὲ
ἐκ δυνάμεως. Ζῶν γάρ ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ
πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Ἀπέθανεν οὖν ἐξ ἀσθενείας, ζῇ δὲ ἐκ δυ-
νάμεως τῆς αὐτοῦ θεότητος, ζῇ δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐν ᾗ τὸ

2. *Reponendum videtur* διὰ τὸ προγνωστὸν τοῦ ἁγίου πν. *Cornarius vertit* propter praenotionem sancti spiritus.

3. σὺν εὐδοκίᾳ *cod. Rhedig. Etiam Cornarium vertisse video* cum bona voluntate spiritus sancti.

4. τὴν *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

5. Μαρίαμ *ed. Petav.*

6. *Verba* ὁρᾷς - - μετὰ τῶν νεκρῶν *om. cod. Rhedig.*

7. δείξω σοι *correxi cum Cornario qui vertit* At ut ostendam tibi potentiam *cett. In libris vulgo est* δείξωσι *interpunctione hac* ὧδε; ἀλλ' ἵνα δείξωσι - - ἀνέστη. καὶ *cett.*

quoniam apostoli contra Iudaeos disputantes, cum persuasum ipsis
esset apostolos ab legis deo defectionem praedicare, necnon et quod
spiritus sanctus praevideret eiusmodi haereses futuras, quae a pa-
terna voluntate Christum abalienare ac separare studerent, cum,
inquam, propterea ad unam divinitatem omnia revocarent apostoli,
quandoquidem pro eo ac patri visum est de filii voluntate ac consen-
tiente spiritu sancto omnia condita sunt, haeretici, inquam, isti his
loquendi modis inferiorem quandam conditionem aut imbecillitatem,
aut divini verbi ab essentia patris alienationem significari putant.
Verum longe aliter se res habet. Et ut illud intelligas, age exem-
plaria ipse contuere, quid angelus Mariae eiusque sociis mulieribus
dixerit: *Quid quaeritis viventem cum mortuis?* Vides ut vivens ille Luc. 24, 5.
cum sua divinitate et carne surrexerit. Neque vero inter mortuos
amplius iacebat. Cur autem ita locutus est, *Surrexit, non est hic?* Matth.16,6.
non autem ita dixit: Excitavit eum deus, et non est hic? nisi ut
potestatem illius ostenderet, quoniam et vivus surrexit? Quin etiam
priusquam ipse pateretur discipulos suos sic allocutus est: *Ecce* Matth. 20, 17.
*ascendimus Hierosolyma, et tradetur filius hominis ut crucifigatur,
et tertia die resurget.* Non dixit, Excitabit ipsum, sed aperte,
quod ad eam rem attinet, suae vim potestatis aperuit, dicens, *Po-* Ioann. 10, 18.
testatem habeo animam meam ponere, et sumere ipsam. Qui igitur
potestatem habebat, semetipsum excitare non potuit? Apostolus
vero nihil absque patris voluntate in administranda hominum salute
gestum demonstrare cupiens, ita scripsit: *Deus suscitavit illum a* Act. 3, 15.
mortuis. Nam et alio loco idem apostolus, *Tametsi*, inquit, *mor-* 2. Cor. 13, 4.
tuus est ex imbecillitate, vivit ex virtute. Ego vero quidnam isti
homines tam accurata sacrarum literarum scientia praediti in animo
habeant, libenter interrogem, quid in unico dei filio imbecillitatis
fuerit, per quem coelum expansum est et productum, per quem sol
splendore perfusus est, per quem illuxere sidera, per quem e nihilo
sunt omnia producta. Quam igitur imbecillitatem ei tribuunt? Eamne
quam in nostra carne, ubi illam induit, dei verbum in sese transtu-
lit, quo infirmitatem nostram ipse portaret? Quemadmodum de illo
propheta cecinit: *Infirmitates nostras suscepit, et morbos tulit.* Igi- Esai. 13, 4.
tur mortuus est propter infirmitatem nostram in imbecilla carne, ille
ipse qui vita est et immunis a passione deus: vivit autem ex virtute.
Vivus est enim sermo dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio Hebr. 4, 12.
ancipiti. Quare mortuus est ex infirmitate, vivit autem ex divini-
tatis suae virtute, et in carne nostra vivit, in qua passionem illam

8. *Fortasse* παρὰ τούτου.

9. ᾄδη *codd. mss. et ed. princ.*

πάθος ἀνεδέξατο. Καὶ διὰ τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν τὴν εὐδοκίαν
πατρὸς σημαίνων ὁ ἀπόστολος ἔφη ὅτι, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ
νεκρῶν.

Κεφ. ξ'. Ἐπιφέρουσι δὲ καὶ ἄλλο ῥητὸν ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου,
ὅπερ ἐστὶ θεσπέσιον καὶ ἐξαίρετον, καὶ εἰς πάντα χρησιμώτατον. Ποῖον
δέ ἐστι τὸ ῥητόν; ἀλλ' ἢ ὁπηνίκα [1] γὰρ ἔμελλον ὁ κύριος ἰδίᾳ βουλή-
σει ἐπὶ τὸ πάθος ἥκειν, παραλαβὼν τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ ὄρει κατὰ
τὴν ὥραν ἐκείνην, διέστη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ ἀπελθὼν
ηὔχετο, [2] καὶ ἔλεγε, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο
ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ αὐτὸ πίω· πλὴν οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σύ. Καὶ
πρῶτον μὲν πάλιν [3] προφασίζονται οἱ αὐτοὶ λέγοντες ὅτι, Ὁρᾷς πῶς
[4] ἀποκριτικῶς λέγει, καὶ βούλημα διηλλαγμένον ὑποφαίνει λέγων, Οὐχ
ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σύ; πῶς οὖν ἡ αὐτὴ οὐσία τυγχάνει, φασὶν, ὅτι
ἐν αὐτῷ ἕτερόν ἐστι βούλημα, ἐν δὲ [5] τῷ πατρὶ ἕτερον; Καὶ ἀγνοοῦσι
τὴν πᾶσαν δύναμιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος ἔφη, Ὦ βάθος
πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ. Πῶς γὰρ ἴδιον βούλημα ἔφη
παρὰ τὸ τοῦ πατρὸς βούλημα, ὁπότε αὐτὸς σημαίνει πρὸς τοὺς μαθη-
τὰς ὅτι, Τετάρακται ἡ ψυχή μου, καὶ, Τί εἴπω, πάτερ; σῶσόν με
ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ὡς προκατασκευαστικῶς τὸ ῥητὸν διηγούμενος
καὶ ἐπαμφιβόλως τῇ λέξει κεχρημένος [6] ὅτι, Τί εἴπω, πάτερ, σῶσόν
με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. Τοῦτο, φησὶ, [7] εἴπω; ἀλλὰ διὰ τοῦτο [8] ἦλ-
θον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. Ἦλθε δὲ οὐκ ἄκων, ἀλλ' ἑκών. Ἀνωτέρω
γὰρ λέγει ὅτι, Ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί σπεύδω ἕως οὗ πίω αὐτό;
καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην; Εἰ
τοίνυν θέλει καὶ σπεύδει, καὶ λέγει εἰς τοῦτο ἥκειν, πῶς ἄλλο βού-
λημα τὸ αὐτοῦ ὑποφαίνει, καὶ ἄλλο [9] τὸ τοῦ πατρός; ἀλλ' ἐπειδὴ
pag. 785. ἤμελλε διὰ τοῦ Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι, φιλάνθρωπος ὢν καὶ φειδόμε-
νος τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ, ἐποιεῖτο ὑπὲρ τοῦ λαοῦ λόγον. Τὸ δὲ
βούλημα ἦν τοῦ πατρὸς, τὸ τὴν οἰκονομίαν οὕτω πληρωθῆναι, τῶν
υἱῶν Ἰσραὴλ παραιτίων ἑαυτοῖς ὄντων τῆς τοῦ υἱοῦ προδοσίας, καὶ οὐχ
ὑπὸ θεοῦ ἀναγκαζομένων· καὶ οὐχ ἕτερον βούλημα ἦν τὸ τοῦ υἱοῦ
παρὰ τὸν πατέρα. Ἀλλ' ἔδει αὐτὸν καὶ ἐν τούτῳ ταῦτα δεικνύειν,
ἵνα τὸ πᾶν τῆς μονότητος ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναγάγοι, πρὸς τὸ μὴ με-
ρισθῆναί τι τῆς μίας ἑνώσεως καὶ οἰκονομίας.

Κεφ. ξα'. Καὶ καθεξῆς [1] δὲ ἐπιφέρει λέγων, Ἐν τῷ εὔχεσθαι αὐτὸν, ὡς
γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ [2] ἐμφέρεται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ,
Ἵδρωσε, φησὶ, καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ὁ ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος κα-

Cap. LX. — 1. ἀρ cod. *Rhedig.*
2. καὶ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
3. προφασιάζονται *ed. princ.*
4. ἀποκριτικῶς *emendavit Petavius. Libri habent* ὑποκριτικῶς.
5. τῷ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

sustinuit. Ob hanc administrandi rationem patris voluntatem ac de-
cretum significare volens apostolus dixit, *Deus suscitavit illum a
mortuis.*

Aliud insuper ex evangelio Lucae testimonium adducunt, plane Cap. LX.
divinum, et eximium, et ad omnia longe opportunissimum. Quod-
nam vero illud est? Nimirum cum ad subeundam passionem suapte
sponte dominus accessurus esset, discipulis ad montem perductis, ea-
dem illa hora *avulsus est ab illis lapidis fere iactu, et abiens ora-* Luc. 22, 42.
*bat his verbis: Pater si fieri potest, transeat a me calix iste, ut
non bibam illum. Verumtamen non quod ego volo, sed quod tu.* Ex
quo ita disputandi occasionem captant: Vides, inquiunt, ut ad dis-
cernendum apte locutus sit, et diversam ab illo voluntatem indi-
cet? *Non quod ego volo, sed quod tu.* Fierine vero potest, ut
eadem amborum sit essentia, cum in utroque alia voluntas insit?
Sed vim omnem verborum penitus ignorant. Nam et propterea ex-
clamat apostolus, *O altitudo divitiarum et sapientiae ac scientiae dei!* Rom. 11, 33.
Quomodo enim voluntatem propriam a paterna diversam esse dixit,
cum hoc apostolis ipse declaraverit. *Turbata est*, inquit, *anima* Ioann. 12, 27.
mea: et, *Quid dicam, pater? Salva me ex hac hora.* Quod velut
praeparandi gratia ambigue conceptum est. *Quid dicam*, inquit, *pa-
ter? Salva me hac hora?* Hoc, inquit, dicam, *Sed propterea veni
in hanc horam.* Sponte porro, non invitus, accessit; supra enim
dixerat, *Calicem habeo bibendum. Et quid festino donec bibam il-
lum*, et, *Baptismo baptizandus sum, et quid volo nisi ut iam bapti-* Luc. 12, 50.
zer? Quare si et vult, et festinat, et huius rei gratia venisse se
dicit, quinam aliam suam, aliam patris voluntatem esse demonstrat?
Sed quoniam per Israeliticam gentem tradendus erat, cum humanis-
simus esset, et Abraami stirpi consulere vellet, eius gratia ita locu-
tus est. Porro haec erat patris voluntas, ut hoc modo administra-
rentur omnia, cum proditionis filii caussa sibimetipsis Israëlitae fo-
rent, neque a deo cogerentur; nec filii voluntas erat a paterna di-
versa. Sed in hoc demonstranda ab ipso illa fuerunt, ut singulari-
tatem omnem ad patrem velut ad principium referret, ne unitas illa
et administratio aliqua ex parte divideretur.

Praeter haec illud etiam obiicit haereticus, quod in evangelio Cap. LXI.
Lucae scriptum est, nimirum dum oraret Christus, et in agonia con-
stitutus esset, sudasse. *Et factus est*, inquit, *sudor eius, tanquam* Luc. 22, 44.

6. ὅτι, Τί *ego.* Τί *placuit Petavio. Libri habent* ὅτι.
7. *Vulgo distinctum est* τοῦτο φησὶ εἴπω, ἀλλὰ *cett.*
8. ἦλξεν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
9. τὸ *om. in ed. Petav. Col. rep.*
Cap. LXI. — 1. διεπιφέρει *cod. Rhedig.*
2. ὡς ἐμφέρεται *volebat Petav.*

τερχόμενοι ἐπὶ τῆς γῆς. *Καὶ ἐφάνη ἄγγελος κυρίου ἐνισχύων αὐτόν.* Προπηδήσαντες τοίνυν οἱ [3] λεξιθῆρες εὐθὺς, ὡς πρόφασιν κατὰ ἐχθροῦ εὑράμενοι, ἐπιφέρουσι λέγοντες, Ὁρᾷς ὅτι ἐπεδέετο καὶ ἰσχύος ἀγγέλων; ἐνίσχυσε γὰρ αὐτὸν ὁ ἄγγελος· ἐν ἀγωνίᾳ γὰρ αὐτὸς ἐγένετο. Καὶ οὐκ ἴσασιν ὅτι ἐὰν μὴ ἔχῃ πάντα ταῦτα, καὶ τὸ, *Μὴ ἐμὸν βούλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν*, καὶ ἐὰν μὴ ἀγωνιάσῃ, καὶ ἐὰν μὴ ἱδρὼς αὐτῷ γένηται ἐκ σώματος προχεόμενος, ἄρα δόκησις ἦν ἡ ἔνσαρκος Χριστοῦ παρουσία, καὶ εὔλογος παρὰ Μανιχαίων καὶ [4] Μαρκιωνιστῶν ἡ περὶ φαντασίας δόκησις τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ὑπόθεσις ᾄδεται, καὶ οὐκ ἀληθεστάτη. Ταῦτα δὲ πάντα, ἐπασφαλιζόμενος ἡμῶν τὴν ζωὴν [5] τὰ ὅλα, ἀνεδέξατο οἰκονομικῶς, ἀνθρωποπαθῆ τινα διηγήματα ἔχων οὐκ εἰρωνείᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ, τὸ, *Οὐκ ἐμὸν θέλημα*, ἵνα δείξῃ σαρκὸς ὑπόστασιν ἀληθινὴν, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ τοὺς λέγοντας νοῦν μὴ ἐσχηκέναι αὐτὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐλέγξῃ τοὺς μὴ λέγοντας σάρκα αὐτὸν ἐσχηκέναι. [6] Πᾶς γὰρ θεῖος λόγος ἀναμέσον τῶν υἱῶν τοῦ σκότους ἑστὼς ἐλέγχει τὸ σκότος, φωτίζει δὲ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας; Ὅρα γὰρ πόσα χρήσιμα ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. Ἀπὸ ἀσωμάτων οὐ προέρχεται ἱδρώς. Ἐν δὲ τῷ [7] τοῦτο γενέσθαι ἔδειξεν ἀληθινὴν σάρκα, καὶ οὐ δόκησιν ἀπὸ σαρκὸς ἐν θεότητι συνηνωμένης·
pag. 786. χωρὶς γὰρ ψυχῆς καὶ νοὸς οὐ γίνεται ἀγωνία. [8] Ἀγωνιάσαντος δὲ αὐτοῦ, ἔδειξε ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ νοῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πεφορηκέναι, ὅθεν ἡ ἀγωνία φαίνεται. Καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰπεῖν, *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν*, ἔδειξεν ἀληθῶς νοῦν ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἀναμάρτητον. Ἡ γὰρ θεότης αὐτοῦ, πάντοτε ἐν πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, τὰ πάντα τελειωμένως ἔχει, καὶ οὐδὲν διαλλάττει φρόνημα υἱοῦ πρὸς πατέρα, οὐδὲ πατρὸς πρὸς υἱὸν, οὐδὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς πατέρα καὶ υἱόν. Εἰ γὰρ ἃ μὴ θέλει πατὴρ βούλεται υἱὸς, ἄρα καὶ αὐτὸς ἔσται καθ' ἡμᾶς ψιλὸς ἄνθρωπος θελήματι πατρὸς κατὰ ἐλάττωσιν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶ, μὴ γένοιτο. Τῷ δὲ ἀνθρωποπαθῆ διηγεῖσθαι τὸ ἀληθινὸν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας καὶ τὸ τέλειον τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως δείκνυσιν, ἵνα εἰς πάντα ἡμῶν [9] σωτηρίαν γένηται, εἰς τὸ μὴ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων νοεῖν, καὶ ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας.

3. λεξίθηρες *ed. Petav. Cf. de hoc vocabulo Lobeck. ad Phryn. p.* 628.
4. Μαρκιανιστῶν *codd. mss. et ed. princ.*
5. *Vulgo distinctum est* ζωὴν, τὰ ὅλα ἀνεδέξατο *cett.*
6. πᾶς *cod. Rhedig., et cod. Ien. cum rasura. Cornarii versio:* Totus enim divinus sermo *cett. Editi habent* πῶς.
7. *Editi* τούτῳ.
8. ἀγωνιεύσαντος *editi.*
9. *Libri vulgo* σωτηρίαν.

guttae sanguinis decidentes in terram: et apparuit angelus domini confortans ipsum. Ex quo vocularum isti captatores, velut occasionem adversus inimicum nacti, ac gestientes et exultantes ita nos oppugnant: Videsne etiam opus illi fuisse ut ab angelis corroboraretur? Corroboravit enim illum angelus, cum in anxietate illa versaretur. Neque vident, nisi haec omnia Christus suscepisset, nisi haec ipsa verba, *Non mea voluntas, sed tua,* usurpasset, nisi angorem illum animi subiisset, ac nisi denique sudorem e corpore distillasset, totum illud assumptae carnis mysterium nihil praeter opinionem ac speciem habiturum fuisse, adeoque Manichaeorum et Marcionistarum larvam illam et adumbratam imaginem, quam de incarnatione praedicant, haud absurdam futuram, neque quidquam in incarnatione ipsa visum iri ex rei veritate gestum. Quamobrem Christus dominus, ut vitam nostram ac salutem muniret, omnia illa singulari providentiae suae gubernatione suscepit, et ex humano affectu non simulate, sed bona fide, disseruit. Veluti, *Non mea voluntas,* ut carnem revera subsistere doceret, ac tam eos refelleret qui humanam illum mentem habuisse negarent quam qui carnem detraherent. Quam enim admirabiliter divinus sermo in filiorum caliginis medio consistens eorum tenebras redarguit, ac veritatis filios illustrat! Animadverte enim quam multa in illa oratione commoda sint. Primum ab iis, quae corporis expertia sunt, manere sudor non potest. Quare hoc ipso, quod sudore diffluxit, veram esse carnem ostendit, non carnis speciem cum divinitate coniunctae. Ad haec sine anima ac mente angor et anxietas esse non potest. Quo cum ille sit affectus, declaravit anima se pariter et corpore ac mente fuisse praeditum, unde ille angor existit. Praeterea his ipsis verbis, *Non mea voluntas, sed tua* etc. humanam sibi mentem inesse comprobavit, sed a peccatis immunem. Siquidem ipsius divinitas perpetuo in patre, et pater in filio, et filius in spiritu sancto perfecte omnia complectitur; neque quidquam filii a patre sensus et voluntas dissidet, neque patris a filio, nec ab utroque spiritus sancti. Nam si filius ea velit quae non vult pater, nihil in eo praeter nudam hominis naturam inesse statuemus, eiusmodique illum voluntate patris, quod eo longe sit inferior, extitisse. Verum absit a nobis ut hoc ita se habere credamus. Nam quod ex humano quaedam affectu ab illo pronuntiata sunt, ad veritatem incarnationis et perfectam humanae naturae conditionem demonstrandam pertinent, suis ut omnibus numeris absolutam nobis salutem afferret, neve dum alia pro aliis animo concipimus, a veritate longius aberraremus.

Κεφ. ξβ'. Περὶ δὲ τοῦ ὑπὸ ἀγγέλων αὐτὸν θεωρηθῆναι ἐνισχυόμενον, καὶ τί τούτου κυριώτερον; τί δὲ τούτου ἀναγκαιότερον; ἰδοὺ γὰρ εὑρήκαμεν πληρούμενον τὸ ῥητὸν τῆς μεγάλης ᾠδῆς, τῆς παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένης, ὅπου λέγει, Προςδοκάσθω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου. Καὶ μετ' οὐ πολλὰ εἰπὼν πάλιν φησὶ, Προςκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες [1] υἱοὶ θεοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ [2] πάντες ἄγγελοι θεοῦ· οὐχ ἵνα δῶσιν αὐτῷ ἰσχὺν οἱ ἄγγελοι (οὐ γὰρ ἐπεδέετο τῆς τῶν ἀγγέλων ἐνισχύσεως), ἀλλ' ἐνισχύσωσιν αὐτῷ, τουτέστιν ἀποδόντες αὐτῷ τὸ ἴδιον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ ὁμολογήσαντες. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες πολλάκις θεὸν ηὐλογήσαμεν, πολλάκις θεὸν ἐνισχύσαμεν, οὐχ ὅτι θεὸς ἐπιδέεται τῆς ἡμῶν εὐλογίας, ἀλλ' ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὸ τῆς εὐλογίας κράτος, καὶ διὰ λεπτολογίας ἐροῦμεν, Σή ἐστιν ἡ δύναμις, σὸν τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ τιμὴ, σή ἐστιν ἡ δόξα, σή ἐστιν ἡ εὐλογία, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις. Μὴ ἡμεῖς ἰσχὺν παρέχομεν τῷ θεῷ ἐὰν εἴπωμεν, Σή ἐστιν ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις, σή ἐστιν ἡ εὐλογία; μὴ ἡμεῖς δύναμιν αὐτῷ δεδώκαμεν; μὴ ἡμεῖς τὸν θεὸν εὐλογήσαμεν; ἀλλ' ἐνισχύσαντες καὶ ἐνδυναμώσαντες θεοῦ τὴν δύναμιν ὡμολογήσαμεν, καὶ θεῷ τὴν ἰσχὺν ἀποδεδώκαμεν. Οὕτω καὶ ὁ ἄγγελος κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν θαυμάσας καὶ ἐκπληττόμενος τὴν ὑπερβο-
pag. 767. λὴν τῆς τοῦ ἰδίου δεσπότου φιλανθρωπίας, ὅτι θεὸς ὢν, καὶ σὺν πατρὶ προςκυνούμενος ἐν οὐρανῷ, καὶ θεραπευόμενος ὑπὸ ἰδίων ἀγγέλων αὐτοῦ, εἰς τοσοῦτον ὑπέμεινεν ἰδίᾳ βουλήσει ἑκουσίως ἐλθεῖν καὶ ἐνδύσασθαι σάρκα. Καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄχρι τοῦ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ ἰδίου πλάσματος τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ὑπομένει, [3] καὶ ἄχρι σταυροῦ παραδοθῆναι, γευσάμενός τε θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ὅπως δι' αὐτοῦ τρόπαιον μὲν κατὰ τοῦ θανάτου ἡ ἀνθρωπότης λάβοι, καταργήσῃ δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, καὶ θριαμβεύσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν. Διὸ καὶ θαυμάζων καὶ ἐκπληττόμενος ὁ ἄγγελος ἔλεγεν αὐτῷ, δοξολογῶν καὶ εὐφημῶν τὸν ἴδιον δεσπότην ἐπὶ τῷ τοιούτῳ σκάμματι καὶ παραδοξοποιίᾳ ἑστῶτα, ὅτι, Σή ἐστιν ἡ προςκύνησις, σόν ἐστι τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ δύναμις, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, ἵνα πληρώσῃ τὸ παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένον, ὅτι, Ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. Καὶ ὁρᾶτε, [4] Χριστοῦ θεράποντες καὶ υἱοὶ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, ὅτι οὐδὲν ἐν τῇ θείᾳ [5] γραφῇ σκολιὸν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ τὰ πάντα θαυμασίως εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γέγραπται, καὶ τετελείωται. Οἱ δὲ προειρημένοι ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα, πάντα ὡς ἐχθροὶ διανοοῦνταί τε καὶ σοφίζονται. Ἡμῖν δὲ μὴ γένοιτο [6] ἀνθρωπίνοις σοφίσμασι προςανέχειν, ἀλλ'

Cap. LXII. — 1. υἱοῦ vitium est ed. Petav. 2. πάντες non habet cod. Rhedig. 3. δὲ cod. Rhedig.

